PROPHETÆ POSTERIORES,

SIVE

QUATUOR PROPHETÆ MAJORES

ET

DUODECIM MINORES.

Accedit Librorum, qui *Deutero-Canonici* vocantur, classis Prophetica,

Sive

LIBER BARUCH, CANTICUM TRIUM PUERORUM, SUSANNA, BEL ET DRACO.

TOMUS QUARTUS.

BIBLIA HEBRAICA

CUM NOTIS CRITICIS

ET

VERSIONE LATINA

AD NOTAS CRITICAS FACTA.

ACCEDUNT

Libri Græci, qui DEUTERO-CANONICI vocantur, in tres classes distributi.

Autore Carolo-Francisco HOUBIGANT, *Oratorii* JESU *Sacerdote.*

LUTETIÆ-PARISIORUM,
viâ Jacobæâ,

Apud { Antonium Claudium BRIASSON, sub signo Scientiæ: & Laurentium DURAND, sub signo Gryphi.

M. DCC. LIII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

LECTORI
AD
PROPHETAS.

ANTEQUAM dicam de modo explicandi Prophetas; dicenda quædam sunt de opinione, quâ facilè imbuuntur plerique eorum, qui Commentarios legerunt: qui posteaquàm multos Interpretes vident & inter se dissentire, & obscuris Prophetarum locis nullam sæpe afferre lucem, continuò sibi ita persuadent, Prophetas esse omninò inexplicabiles.

Primùm ex eis quæri potest, ân putent omnes Interpretes, qui hactenus fuerunt, nihil intentatum reliquisse, neque ultra id, quò pervenerunt, progredi licere; cùm præsertim constet satis multos Interpretes, aut antea scripsisse, quàm subsidia Hebraicæ Linguæ intelligendæ haberent, quæ nunc habemus, aut certè priùs, quàm illis subsidiis scienter uti possent, Hebraicamque Linguam penitùs nossent.

Deinde eosdem ego Commentariorum lectores maximè velim uti distinctione. Nam Prophetarum vaticinationes, aliæ tempora spectant, quæ nunc præterita sunt, aliæ ad futuras pertinent ætates. Si dicunt prioris generis vaticinationes explicari ne nunc quidem posse, hoc est, non posse nunc sciri quo in uno Prophetarum loco prædicatur hic aut ille eventus, quem Historiæ extitisse memorant, dicere etiam debebunt, primùm neque etiam nos posse ex Prophetis rectè argumentari contra Judæos, cùm vanum sit argumentum, quod ex re ignotâ ducitur; deinde neque à nobis probari posse contra eosdem Judæos, legitimas fuisse argumentationes Apostolorum ductas ex Prophetis; nec verò etiam fuisse culpandos Judæos, qui tot oracula, quæ Christo Domino in terris

agente, complebantur, nec mente revolverent, nec intelligerent; cùm tamen iidem Judæi de eâ re apertè reprehendantur his verbis, [1] *faciem cœli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis ſcire;* quibus verbis arguebat eos Chriſtus Dominus, quòd ratione non uterentur, legendis Prophetis, ut *ſigna* hæc *temporum*, quæ præſentia erant, cognoſcerent. Similiter Apoſtoli, cùm Judæos ſuæ ætatis ad veteres Prophetas allegabant, non dubitabant quin Judæi de primo Meſſiæ adventu quæcunque prædicta fuerant, intelligere poſſent, poſteaquàm, maximam partem, completa erant. Ergò quod Judæi poterant, nos quoque poſſumus, ſi Prophetas attentè legimus; eòque id magis, quòd nos ad intelligendos Prophetas Apoſtolorum ſcripta non parum adjuvant.

Jam alterius generis vaticinationes, eas dico, quæ ad futuras pertinent ætates, ſi qui negant, priuſquàm re completæ fuerint, intelligi poſſe, vereor ne aliter ſentiant, quàm ipſi Prophetæ; qui, cùm dicebant Judæis, [2] *videte viſiones, & nolite intelligere*, & alia multa ſimilia, Judæos palàm reprehendebant, quòd intelligere, quæ poſſent, nollent; cùm tamen multæ res, quas prædicebant, multis poſt annis, aut verò ſæculis, eventuræ eſſent. Etiam vereor ne, hoc modo, negare videantur utiles fuiſſe vaticinationes iis ipſis hominibus, quos Prophetæ alloquebantur: quod idem eſt, ac ſi ſtatuerent, Prophetas in eorum auribus, nihil aliud potuiſſe eſſe, quàm *cymbalum tinniens.*

Prætereà obſervandum eſt quaſdam vaticinationes ideò factas fuiſſe, ut à Judæis ante eventum ſuum intelligerentur. Sic apud Michæam ideò prædictum fuit, [3] *& tu Bethlehem.... nequaquam minima es, &c.* ut Herodi interroganti, ubi Chriſtus eſſet naſciturus, Scribæ reſpondere poſſent, *in Bethlehem Judæ.* Sic Jacob ideò dixit, [4] *non auferetur ſceptrum de Juda*, ut Judæi, cùm viderent ſceptrum ſibi à Romanis ereptum, Meſſiam proximè venturum ſperarent. Sic Daniel prædixit, [5] *ſeptuaginta hebdomades, &c.* ut Judæi tempora computarent, quibus expletis, Chriſtus Dominus eſſet venturus. Sic idem Daniel, [6] *occidetur Chriſtus*,

---

1 Matth. cap. XVI. v. 4.
2 Iſ. cap. VI. v. 9.
3 Mich. cap. V. v. 2.
4 Gen. cap. XLIX. v. 10.
5 Dan. cap. IX. v. 24.
6 Ibid. v. 26.

ne Judæi Meſſiam ita immortalem fore crederent, ut mori non poſſet; neve in *ſcandalum crucis* incurrerent. Sic denique Iſaias, [1] *parvulus natus eſt*, deinde, *vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Deus, &c.* ut Judæi Meſſiam venturum, non modò ut hominem, ſed ut Deum haberent. Atque ejuſdem generis erant omnes vaticinationes, quæ Meſſiæ perſonam certâ & propriâ notâ ſignabant; nimirum ne Judæi Meſſiam, cùm veniſſet, non recognoſcerent; quem tamen præſentem cognoſcere non potuiſſent, niſi, cùm nondum aderat, qualis futurus eſſet, intellexiſſent. Omitto quòd plurimæ extant vaticinationes de multis humanarum rerum converſionibus, quæ accidere ante Chriſtum natum debebant: puta de Babylonicâ captivitate, de captivitatis annis ſeptuaginta, de ruinâ Imperii Chaldæorum, de Imperiis Medorum Græcorumque & Romanorum Chaldaico Imperio ſucceſſuris, de ruinâ gentium vicinarum, Moab, Ammon, Tyri & Sidonis, Philiſtæorum, Ægyptiorum; quæ omnes vaticinationes apertiſſimæ erant, & quas Judæi, ſi ante eventum intelligere non poterant, nec poſt eventum potuiſſent. Etenim eâdem viâ res eas futuras Judæi, quales futuræ eſſent, percipiebant, quâ poſtea intellexêre eaſdem præſentes; nimirum ex ipſis Prophetarum verbis; qui quidem ruinas illas Imperiorum ideò prænuntiabant, ut à Judæis intelligerentur, atque ut in eorum mentibus inſideret, Deum ſuum eſſe regnorum, ut conditorem, ita everſorem. Erant ex illis vaticinationibus paucæ quædam, quæ res ſingulares, & eventuum quaſi appendices, ænigmaticè demonſtrabant; atque ad hanc paucitatem redigi neceſſe eſt eos, qui negant hæc oracula intelligi potuiſſe priùs, quàm re perficerentur. Quòd ſi igitur Judæi talia multa intelligere ante eventum poterant, nihil dici poteſt cur non in eâdem nos conditione ſimus, neque quamobrem inutilis videatur labor eorum, qui ex Prophetis eruere conantur, quales futuræ ſint poſteræ Mundi ætates.

Quidam Interpretes putant Prophetarum veterum, vel nulla, vel pauciſſima oracula, ad ultima Mundi tempora ſpectare; atque adeò multa interpretantur prædicta fuiſſe, vel de reditu ex Babylonis captivitate, vel de Chriſtianâ Eccleſiâ naſcente, quæ tamen pertinent, ut poſthac videbimus, vel ad ſtatum Judæorum futurum, vel ad [2] *tempora reſtitu-*

1 Iſ. cap. IX. v. 26.
2 Act. cap. III. v. 21.

tionis omnium, de quibus Petrus Apoſt. loquitur. Hoc enim pro certo habemus, quemadmodum Prophetia, poſtquàm Mundo naſcente nata eſt, perſeveravit in Lege naturæ ab Noe uſque ad Moyſem, deinde à Moyſe uſque ad Chriſtum natum omnes complexa eſt humanarum rerum mutationes, quæ quidem ad Rempublicam Judaicam aliquâ re pertinerent, ita eandem complecti omnes res, quæ ad Chriſtianam Eccleſiam ſpectant, aut ſpectare debent, uſque ad ultimam Mundi ſenectutem. Hoc in primis perſuadet Liber Apocalypſis, in quo multa prædicuntur, quæ in conſequentibus Mundi temporibus eventura ſunt.

Breviter diximus quamobrem non fruſtra laborare putandi ſint, qui conantur intelligere Prophetas. Nunc ſi quæritur, quanam viâ in eo labore progrediendum ſit, reſpondeo : eadem illâ ipsâ viâ, quam tenendam eſſe Lectores ſciunt, ſed quam plerumque incautè deſerunt, dum eos tranſverſam in viam ducunt, vel difficultates, vel præconceptæ opiniones. Dicemus primùm de difficultatibus, poſtea de præconceptis opinionibus.

Difficultates objiciuntur 1°. in verbis Prophetarum & ſententiis, 2°. in ſerie orationis. Habenda eſt igitur cura duplex ; una, ut Prophetarum verba & ſententias aſſequaris ; altera, ut ſeriem, quæ verba & ſententias nectit, planè intelligas. Atque illæ duæ curæ niſi perpetuò junguntur, fieri vix poteſt, quin exoriantur multi errores & de perſonis & de eventibus, de quibus Prophetæ vaticinantur, ut mox videbitur ab exemplis.

In primâ curâ de aſſequendis verbis ac ſententiis, verba depoſcunt diligentiam triplicem ; 1°. ut hæc corrigas, ſi mendoſa ſunt ; 2°. ut attribuas bonum cuique verbo ſignificatum, & cuique loco proprium ; 3°. ut flexiones verborum ſequaris, quas cætera orationis verba poſtulant. Quæ cùm moneo, vereor ne meis ego Lectoribus Grammaticam ordiri, aut ad tirones loqui videar. Ego hæc tamen ad viros Doctos, ut eos monitos habeam, quoniam Sacros Libros non ſine Commentariis legere ſolent, ne nimiùm credant Interpretibus, ſi eos videbunt aberrare ab his tribus regulis ; ſi quidem ex tali aberratione, quæ in doctiſſimos Interpretes cadere non poſſe videbatur, exorti ſunt eorum maximi errores in explicandis Prophetis.

Exemplum erit de verbis, ſi mendoſa ſunt, corrigendis, id quod hodierno

hodierno in Hebr. Codice legitur apud Ezechielem, [1] *& posuit me in monte excelso, in quo erant à meridie* (מנגב) *quasi ædificationes civitatis.* Villalpandus sic explicat *à meridie*, tanquam dicat Ezechiel. » Ædi- » ficium.... Templi.... mihi è Babylone venienti à meridie objectum: « cùm tamen antea dixerit Propheta, se jam stare in monte, *& posuit me in monte.* Ezechiel, si jam stabat in monte, non poterat videre, à meridie tantùm, omnes Templi ædificationes, quæ totum montem implebant; cùm præsertim Propheta non dicatur intrasse per portam aquilonarem. Grotius ad eundem scopulum, *à meridie*, sic allisit, ut sibi ipse contradiceret. Nam, posteaquàm non negavit hæc verba, *quasi ædificium civitatis*, significare » Templum quod urbis habebat speciem, « ita explicat hæc sequentia, *vergentis ad austrum*, » nempe respectu montis Moriæ; » nam urbi Templum ad septentrionem erat. « Itaque hæc verba, *vergentis ad austrum*, (*civitatis*) Grotius, quæ modò explicaverat de Templo, quod habebat speciem civitatis, nunc intelligit de ipsâ civitate, cui Templum erat ad septentrionem. Alii diligentiores, ut sibi videbantur, verbi, מנגב, animadversores, cùm viderent istud, *à meridie*, de Templo in monte posito explicari non posse, statuerunt aliud Templum ab Ezechiele describi; & hi quidem Templum quoddam mysticum, sive Templi æterni instaurandi imaginem; in quâ fuisse opinione videtur Munsterus; illi autem, Templum ab Judæis olim, cùm ad fidem Evangelii venerint, ædificandum, non jam in monte Moriâ, sed in loco ad montis meridiem sito. Talibus erratis atque figmentis occasionem dedit mendum, non animadversum, litteræ unius ד, in ב mutatæ. Nam, si, pro מנגב, *à meridie*, legitur מנגד, *ex adverso*, ut legunt Græci Intt. qui convertunt, ἀπέναντι, nihil superest difficultatis. Hoc unum nunc hujus generis exemplum afferimus, quia talia plurima videbit Lector in notis nostris.

De significatu verborum habemus erratum Drusii in eodem vocabulo מנגב, de quo mox diximus; quod vocabulum Drusius, cùm de bonâ scriptione, מנגד, non cogitaret, putabat non malè conversum fuisse ab Græcis Intt. ἀπέναντι. » Videtur enim, inquit, innuere *austrum*, qui » aquilonem ex adverso habet. « Concedi non potest Drusio, *ex ad-*

---

1 Cap. XL. v. 2.

verſo, non addito, *aquilonis*, ſignificare *auſtrum*; vel, pari jure, id ſignificabit *occidentem*, quia occidens *ex adverſo* eſt orientis, aut *orientem*, qui adverſum habet occidentem.

Quid dicemus ſuprà memoratum Villalpandum, quem ut conſulant de Templi menſuris hortatur Grotius [1] » omnes diſcendi cupidos, ut » hominem admirabilis diligentiæ, prætereà Architecturæ, Linguarumque Latinæ, Græcæ, Hebraicæ & Chaldaicæ peritiſſimum, « cujuſque deſcriptionem Templi Salomonis edidêre Londinenſes in ſuis Polyglottis; qui tamen Ezechielis hæc verba, [2] סף אחד, convertit, in Commentario ſuo, *poſtem alterum*, etſi אחד, nunquam ſignificat *alterum*, niſi anteceſſit in oratione prius אחד, de eadem re dictum, ut neque סף, *poſtem*, ſed *limen*; qui ibidem, in ſuo Commentario, ſic habet [3] ארך, *longitudinem*, tanquam *altitudinem*, etſi *altitudo* nuſquam nominatur ארך, ſed vel קומה, vel גבה; qui deinde verbum [4] ויעש, *& fecit*, interpretatur, *& dimetiendo declaravit*; qui poſteà vertit [5] אילים, *columnationes*, ubi fuerat convertendum, *porticus*, ſimulque introducit in Contextum Ezechielis hominem metientem altitudinem columnarum, & reperientem ordines columnarum [6] *altos eſſe cubitos* 60. etſi ille homo ſemper humi graditur, nec aliam menſuram in manu habet, quàm calamum ſex cubitorum. An cum tali menſurâ poterat homo, humi gradiens, metiri altitudinem 60. cubitorum? Idem Villalpandus tria verba, [7] שלש ושלשים פעמים, ſic habet ut *bis triginta tria*; additque in Commentario, *pedes* 33. *hoc eſt, cubitos* 22. Si פעמים, ſignificat *bis*, ut in verſione Vulgati, quam ſuam facit Villalpandus, non igitur *pedes*, ut in ejuſdem Commentario: quòd ſi *pedes*, tum quæritur ex Villalpando, ubinam repererit vocabulum פעם, quo notatur *pes* hominis, vel *greſſus*, ſic uſurpari ut *pedem* ad menſuram, vel unde didicerit, Hebræos uſurpaſſe iſtam *pedis* menſuram, cùm nulla alia compareat in Sacris Codicibus menſura minor, quàm *cubitus & palmus*. Videat, quæſo, Erud. Lector de ſupra dictis Ezechielis locis Verſionem noſtram & notas Criticas.

---

1 Grotius ad Ezech. cap. XL. v. 2.
2 Cap XL. v. 6.
3 v. 11.
4 v. 14.
5 Ibid.
6 Ibid.
7 Ezech. cap. XLI. v. 6.

Satis multa exempla hujus generis videbit in hoc nostro volumine Eruditus Lector, in quibus Interpretes attribuunt Hebraicis Prophetarum verbis significatus, qui non sunt Hebr. Linguæ, nec verò etiam cæterarum veterum Linguarum.

Sed longè plurima extant in quibus videas Interpretes adhibere significatus, veros illos quidem, sed non cuique loco proprios. Sic non semel vocabulum מלך, quod propriè habet *regem*, & quod in Messiâ venturo usurpatur, Grotius de Zorobabele intelligit, qui tamen non fuit *rex*, sed *dux* à rege constitutus; quem *ducem* significat nomen פחת, de Zorobabele dictum. Sic idem Grotius vocabulum מופת, quo miraculum, in physicis quidem rebus, notatur, accipit de *cometis*, aliisque ejusmodi signis, quæ causas habent naturales; & vaticinationem Joel de prodigiis, quæ diem Domini magnum & terribilem antecessura sunt, detorquet ad tempora Nabuchodonosor in Judæam adventantis; etiamsi nec cometæ, nec alia in cœlo signa ejus adventum præcessisse memorantur. Sic alii Interpretes nomen [1] דראון, quod indicat propriè *fœtorem*, translatè *contemptum*, intellexêre de ignominiâ, in quâ impii post resurrectionem mortuorum jacebunt, & in æternam vitam rejecerunt eventum vaticinationis, quæ prænuntiat tempora Macchabæorum. Sic denique Villalpandus, postquàm vocabulum, [2] צלעות, rectè converterat, v. 5. *anterides*, sive *pilas*, deinde in Commentario advocat [3] *trabes*, & penitus deserit Contextum suum, ut Templum Ezechielis exigat ad normam, quæ habetur in Libro Regum [4], quasi eadem fuisset structura Templi Salomonis & Templi Ezechielis; cùm tamen id posterius ab Ezechiele in multis rebus aliter describatur, quàm in Libro Regum. His ab exemplis, aliisque non paucis, quæ in hoc volumine reprehendimus, videbit eruditus Lector, quantam operam perdiderint viri doctissimi illi quidem, sed in Hebr. verbis ponderandis non satis diligentes; atque in primis ille Villalpandus, cùm, verbis malè conversis, mensuras Templi Ezechielis exegit ad mensuras Templi Salomonis, etsi interpretabatur Ezechielem, non Librum Regum.

Hîc nos Grotium breviter reprehendemus, quem alii sequuntur,

---

1 Dan. cap. XII. v. 2.
2 Ezech. cap. XLI. v. 5.
3 Ibid. v. 6.
4 I. Reg. cap. VI. v. 6.

quòd doceat [1], oculis Ezechielis fuiſſe oblatum Templum, quale erat, cùm id deſtruxit Nabuchodonoſor, atque id duabus, inquit, de cauſis: « Primùm ut intelligerent Judæi, quantum gentis ſuæ decus criminibus » ſuis amiſiſſent; deinde ut olim reverſi ſpecimen haberent, quod imita- » rentur, quantùm poſſent; quantùm poſſent, inquam; nam perfectè ut » imitarentur, neque ſumma feſtinatio permiſit, neque opes multò opibus » Salomonis impares. « Non ſatis eſt ponderis in primâ causâ, quam affert Grotius. Nihil enim minùs neceſſe fuit, quam minuta hæc, quam adhibet Ezechiel, diligentia menſurarum, ut Judæi intelligerent, Templo ſuo everſo, quantam jacturam feciſſent. Altera cauſa, ut ſpecimen imitarentur, quantùm poſſent, minuere mihi videtur in eo, *quantùm poſſent*, Prophetiæ majeſtatem & veritatem. Nam, cùm in viſione Ezechielis vaticinatio contineretur, quod non negat Grotius, quorſum Prophetæ ſingulæ menſuræ monſtrabantur, ſi, Templo inſtaurando, non poterant habere ſingulæ effectum ſuum? Præterea cur non poterant Judæi ſingula perfectè imitari? Quia, inquit Grotius, opes erant multò opibus Salomonis impares. Hoc conceditur. Verùm nihil præſcribit Ezechiel de futuri Templi magnificentiâ & ornamentis aureis & argenteis; nihil etiam de altitudine ædificiorum, in quam ſumptus major inſumitur, niſi de altitudine periboli & altaris, quæ quidem non altiùs, quam calamo uno, ſurgebat. Deſcribit Ezechiel cujuſque ædificii longitudines tantùm & latitudines, quas nec operâ multâ, nec impensâ, exſequi Judæi poterant. Denique nihil ſolidi affertur, cur non oſtenſæ fuerint Ezechieli illæ ipſæ menſuræ, quas fecêre Templo ſuo Judæi Babylone reverſi; nec alio interpretandi modo videtur veritatem retinere poſſe illa viſio Ezechielis.

Jam de tenendâ inflexione verborum, quam cætera orationis verba poſtulant, deprehendere poterit Lector quoſdam errores, in quibus Grammaticæ leges, cùm non rectè adhibentur, Prophetarum ſententiæ labefactantur. Cujus generis eſt interpretatio verbi [2] אריה, *leonem*, quam ex Vulgato ferè omnes mutuantur, cùm tamen verbum אריה, ſit *Hiphil.* Activi רוה, *irrigare*, *inundare*, ſimilitudine ductâ ex aquis *Dimon*, quæ regionem Moab inundaturæ ſunt. Ejuſdem generis eſt vocabulum [3] שערו, quod Vulgatus convertit, *portæ ejus* (*deſolamini*) etſi שערו,

1 Ad Ezech. cap. XL. v. 2.
2 Iſ. cap. XV. v. 9.
3 Jerem. cap. II. v. 12.

verbum

verbum est, *attoniti sunt*, dictum de cœlis, de quibus iisdem anteà dictum est, שמו, *obstupescunt*, verbo parallelo. In talibus exemplis non diutiùs immoramur, quoniam ad alia properamus. Pauca hæc, quæ diximus de triplici diligentiâ, quam verba Hebraica poscunt, satis sunt, ut moneantur Lectores, de rebus ipsis Grammaticis ita consulendos esse Interpretes, ut, quidquid dixerint, diligenter examinetur.

Pars altera curæ primæ est ut sententias assequaris. Nam quamvis ex singulis Prophetarum verbis, diligenter examinatis, sententiæ suâ sponte nasci videantur, tamen cautiones adhibendæ quædam sunt, ne imprudenter devies ab eâ sententiâ, quam Prophetæ verba demonstrant. Videndum est in primis, an sententia, quam contineri in verbis putes, conveniat in Hebr. Linguæ indolem stylumque Prophetarum.

In eo genere primum vitium est, cùm Prophetæ attribuitur scribendi forma, quæ non est Hebraica. Cujus vitii exemplum est id, quod legitur apud Vulgatum, [1] *ut provocarent oculos majestatis ejus.* Etsi enim sæpe Hebraicè dicitur, *displicet in oculis Dei*, vel *provocare iram Dei*, tamen *provocare oculos Dei*, non est Hebraicæ indolis. Cùm tales formæ orationis, quæ nihil Hebraicum sapiunt, in ipso Textu occurrunt, hoc signum certum est, latere aliquem Scribæ errorem; cùm verò apud Interpretem, sapiens Lector monetur, ne fidat Interpreti, sed ut aliam quærat interpretandi viam. Etenim in alterutro errore fieri non potest, quin ab sententiâ Prophetæ aberretur; ut & aberratur in hâc falsâ scribendi formâ, *provocare oculos*, per quam obvolvitur Isaiæ vaticinationis pars maximè illustris, in quâ Judæis denuntiatur, urbem Jerusalem propterea deletum iri, quòd ejus civium lingua Christo adversetur, *gloriamque ejus deprimat*, quomodò in Evangelio dicitur, [2] *vos inhonorastis me*: quæ sententia, ut obscuratur ex falsâ scripturâ עיני, *oculos*, ita illustratur, si legitur ענו, *depresserunt*, quod verbum legebant Græci Intt. quanquam aliam exhibent sententiam. In simile vitium incurrit Grotius, ubi, pro scriptione, [3] *sexaginta quinque annis*, quæ ei mendosa, ut est, videbatur, vult legi, *sex & quinque*, hoc est, inquit, *undecim.* Nimirum corrigit mendum Grotius, falsam inducens scribendi formam. Neque enim Sacri

---

1 Is. cap. III. v. 8.
2 Joan. cap. VIII. v. 49.
3 Is. cap. VII. v. 8.

Scriptores numeros unquam duos, qui ſint infra *decem*, unum ad alterum addunt, ut unam ex duobus ſummam conficiant. Idem Grotius, & poſt eum Iſaiæ Gallicus Explanator, alio modo, in eodem genere, aberrant ſuper his verbis, [1] *in noviſſimis diebus.... mons Domini.... elevabitur ſuper colles*, cùm ſtatuunt hæc fuiſſe *ad litteram*, tum completa, cùm Jeruſalem, Sennacherib exercitu deleto, vel, ut Grotius, cum *urbs ab obſidione Raſinis & Phacee liberata eſt*, fuit illuſtris apud vicinas gentes. Nam ex verâ ſcribendi formâ, *in noviſſimis diebus*, cùm deſignat tempora remota, falſam faciunt, ubi volunt per eam notari annos eos, qui proximi fuerunt huic Iſaiæ vaticinationi, & quos vidit ipſe Iſaias, cùm Sennacherib deletus eſt. Itaque ab eo errore ambo abducuntur in ſententiam ab ſententiâ Prophetæ alieniſſimam, ut credant, de gloriâ Jeruſalem hæc *ad litteram* fuiſſe dicta, quæ de gloriâ Chriſtianæ Eccleſiæ in toto orbe diffuſæ apertiſſimè prædicuntur.

Alterum vitium eſt, quo etiam peccatur in Hebraicæ Linguæ indolem ſtylumque Prophetarum, ſi, quod propriè dixit Propheta, metaphoricè, aut allegoricè, dictum putetur; aut contrà, ſi metaphoricè, aut etiam allegoricè, interpreteris, quod ille dixit propriè. De quo peccato nobis plura dicenda ſunt, quoniam ex hoc uno credimus ortas fuiſſe Interpretum pleraſque diſcordias, dum alii oracula quædam ex ipsâ verborum proprietate explicanda eſſe putant, alii eadem negant, niſi ex ſimilitudine, commodè explicari. Etenim, ut quiſque affectus eſt, ita explicat Prophetas. Si quis nihil à Prophetis prædictum putat, quod non habuerit in Veteri Lege eventum quemdam ſuum proprium, ſeu *litteralem*, ille nunc verborum proprietates temerè convertit in ſimilitudines, ut poſteà videbimus Grotium [2] *cœlos novos*, de cœlo ſereno interpretari; nunc in ſimilitudinibus videre videtur verborum ipſas proprietates, & quæcunque de Meſſiâ per ſimilitudines prædicuntur, hæc de aliis propriè explicare ſe putat poſſe. Sed ſi qui gaudent tropis, & ad ſenſum *ſpiritalem*, qui per tropos ut plurimùm enuntiatur, omnia referre amant, illi ſimiliter abutuntur verborum proprietatibus & ſimilitudinibus, ut multa explicent metaphoricè, quæ propriè intelligi, aut poſſunt, aut debent. Tamen & hi & illi confitentur, non deſerendam eſſe verbo-

---

1 Iſ. cap. II. v. 2.
2 Ibid. cap. LXV. v. 17.

rum proprietatem, nisi ex causâ perspicuâ & evidenti. Ex quo sequitur, si quis eam proprietatem deserit ita, ut non primo aspectu videat Lector, quare hæc deseratur, tunc afferendam esse causam, cur convertat se ex proprietate ad similitudinem: quo tamen labore video sæpe supersedere Interpretes. Ex quo accidit ut, quamvis similitudinum ope quædam oracula probabiliter explicare videantur, tamen suos Lectores faciant multò, quàm antea, incertiores; quia jure timent Lectores, ne sit captiosa probabilitas, si necessitas non apparet oraculi per similitudinem explicandi. Dicere solent Interpretes tum, cùm metaphoricè quædam explicant, stylum Orientalium plenum esse figuris hyperbolicis, nec singula eorum dicta esse ad vivum resecanda. Nihilominus non habet honestam excusationem ex metaphorâ ducta interpretatio, si locum habere videtur posse proprietas ipsa verborum.

Babylonis futuram ruinam multis modis descripsêre oracula Prophetarum. [1] Isaias prædicit in ejus ruinis sedem habituras esse *feras bestias*, ibi *sylvestres hircos* tripudiaturos, sibilaturos esse in arcibus ejus *æsalones*, *dracones in plateis amœnis*. Siquis crederet hæc dicta fuisse hyperbolicè, ex more Orientalium, ille ab Historiâ confutaretur, quæ docet in Babylonis ruinis diu habitasse feras, serpentes, scorpiones, quorum metu nullus viator hùc accedere auderet. Itaque ab eo exemplo discimus, non temerè adducendas esse metaphoras; ne fortè, cùm verborum proprietas deseritur, sacra oracula partibus quibusdam suis mutilentur. Dico, mutilentur: nam liquet, si singula quædam metaphoricè intelligis, nihil addere metaphoram, quam fingis, ad ea, quæ propriè enuntiata sunt: puta, nihil addere *feras*, in Babylonis ruinis habitantes, ad prædictionem ruinæ Babylonis, sed eam ruinam poeticè tantùm describi per hæc singula, si tantùm metaphoricè; cùm contrà, si propriè dixit Isaias, habitaturas esse in Babylonis ruinis *feras bestias*, hæc pars sit ejus vaticinationis, in quâ parte continentur ejusdem ruinæ res circunstantes, quæ quasi testes futuræ sunt ad plura sæcula ruinæ Babylonis.

Idem dicendum est de vaticinationibus contra Tyrum, Sidonem, Ægyptum, Jerusalem, &c. in quibus vaticinationibus singula multa enuntiantur, quæ Historiæ monumenta docent fuisse completa, atque adeò

---

1 Is. cap. XIII. v. 21.

fuiſſe à Prophetis propriè dicta, non tantùm metaphoricè. Et, quanquam multa monumenta perierunt, ex quibus cognoſcere poſſemus quomodò ſingula quæque evenerint, quæ Prophetæ prædixerunt, non tamen video quamobrem hæc ſingula metaphoricè tantùm, non etiam propriè intelligi debeant. Exempli causâ Iſaias, vaticinans contra Moab, hæc ait: [1] *Vaſtitate noctu adveniente, jacebit Ar-Moab....* [2] *uſque ad Segor vitula triennis fugit, eo quòd aſcenſum Luith jam flendo ſuperârunt....* [3] *eò quòd aquæ Nemrim conturbatæ ſunt.* Si quis hæc ſingula putat poeticè tantùm deſcribi, ſimul ſtatuit hæc eadem ſingula non eveniſſe, ſed nihil aliud prædicere Iſaiam, quàm devaſtatum iri Moab, potentiamque ejus interituram. Tamen, ſi ad poeticas imagines hæc ſingula rediguntur, non modò minuitur Sacrorum majeſtas & ſeveritas oraculorum, ſed etiam ſine juſtâ causâ negatur ſingula eveniſſe, ut ſingula eventura eſſe prædictum eſt, ubi monumenta non ſuperſunt, ex quibus hæc ſingula non eveniſſe conſtet. Propterea ſapientiores illi putandi ſunt, qui hæc omnia fuiſſe propriè dicta interpretantur, quique pro certo habent, vaſtitatem Moab *noctu* adveniſſe, fugiſſe Moabitas *ad Segor*, & aſcendiſſe flentes *montem Luith*, & aquas *Nemrim* fuiſſe conturbatas. Atque eâdem regulâ convenit uti, non modò in vaticinationibus, quas nunc completas eſſe docet Hiſtoria Sacra, vel profana, ſed etiam in illis, quas certum eſt nondum habuiſſe eventum ſuum. Atque illæ ultimæ, quò plures habent res eventuum prædictorum circunſtantes, aut conſequentes, eò magis timendum eſt, ne partibus quibuſdam ſuis decurtentur, cùm multa ſingula, quæ in eis ſunt, amandantur ad metaphoras poeticaſque imagines.

Quonam igitur modo, inquies, dignoſcemus an Prophetæ propriè, an metaphoricè loquantur? Reſpondeo, 1°. hanc regulam, de quâ omnes conſentiunt, tenendam eſſe, ne ſine neceſſitate verborum deſeras proprietatem: 2°. Neceſſitatem apparere, cùm ex verborum proprietate, quam ſequi velles, naſcitur aliquid, aut abſurdum, aut contrarium cognitis hiſtoriis, vel quibuſdam aliis, quæ planæ ſunt, vaticinationibus; cætera, quæ nihil tale exhibent, eſſe ex proprietate, non tantùm ex ſimilitudine explicanda. Et, quoniam ſimilitudinum ſunt genera qua-

1 Iſ. cap. XV. v. 1.
2 Ibid. v. 5.
3 Ibid. v. 6.

tuor,

tuor, metonymia, metaphora, allegoria & allegatio; vitandum esse, ne aliquam ex illis quatuor in Textum adducas, exclusâ, ubi non necesse est, proprietate verborum.

Vitandum igitur primò, ne *metonymiam*, sive nominis mutationem, adducas, ubi nihil apparet in oratione, cur credatur Propheta usurpasse metonymiam; vel, si usurpasse putandus est, ne falsam metonymiam.

Hæc autem duo non evitabis, si credes id, quod quidam persuadere volunt, in certis quibusdam Prophetarum verbis contineri solere *metonymiam*. Neque enim apparet unde id probari possit: certè non ex naturâ eorum verborum; nulla enim verba sunt Hebr. in Linguâ, quin, sine ullâ metonymiâ, proprietatem rei, quam exprimunt, admittant; neque aliunde extrahi *metonymia* potest, quàm ex sententiâ Prophetæ, sive ex iis quæ verba hæc, quæ metonymica putantur, antecedunt, comitantur, aut sequuntur: quem ad fontem si adibimus, facilè videbimus, falsas sæpe obtrudi *metonymias*.

Exempli causâ [a] *cœlos* aiunt significare solere *thronos*, aut Imperia; *exercitum cœlorum*, supremos rerum Dominos; *terram*, populos & subjectos, & similiter *aquas*; *aerem*, populos depravatos; *ignem*, populos fideles; *solem*, regem, aut Imperatorem; *lunam*, magistratus inferiores; *montes*, magna Imperia; *colles*, minora; *Jerusalem* & *Sion*, Christianam Ecclesiam.

Cœli ut credantur significare thronos, aut Imperia, quomodò *terra*, populos & subjectos, exemplum afferunt ex Isaiâ, ubi legitur, [b] *propterea concutiam cœlos, sedibus imis terra convelletur;* nam vaticinatur Propheta, inquiunt, de ruinâ Babylonis, nec ullî homini venire in mentem potest, prædixisse Isaiam fore ut, ruente Babylone, cœli concuterentur, aut ut tellus sedibus imis contremisceret; ex quo colligunt, in *cœlis* indicari reges Babylonis, in *terrâ*, Babylonici Imperii populos. Verùm claudicat istud consequens; 1°. Quia facilè videtur, interitum Babylonis sic describi ut fragorem ruentis magnæ molis, quo fragore *cœlum concutitur, terræque tremiscunt;* atque adeò *cœlum* & *terram* propriè usurpari; 2°. Quia planè designati sunt antea reges & populus Babylonis, nominibus ipsis suis, ut non jam in loco, per *metonymiam*, obscurè significen-

a Dissertations critiques sur la partie prophétique de l'Ecriture 1751. pag. 179. & suiv.
b If. cap. XIII. v. 13.

tur. Alterum exemplum ſumunt ex Aggæo, apud quem legitur, [a] *Ego commovebo cœlum & terram, & ſubvertam ſolium regnorum*, ubi etiam videre licet, ſimilitudinem duci ex tonitru & ex terræ tumultibus, qui omnia ſubvertunt, & nihil minùs eſſe neceſſarium, quàm adducere *cœlum* metonymicè dictum, quo thronus adumbretur, cùm præſertim *throni* ipſi *regnorum* continenter appellentur nominibus ſuis. Tertio exemplo abutuntur, ſumpto ex his Iſaiæ verbis, [b] *terra ſcientiâ & timore Domini plena erit*, &, [c] *tandem quieſcit terra & recreata eſt*, ut credamus terram ſignificare populos, aut ſubjectos. Enimverò *terra* in his locis aliiſque ſimilibus, demonſtrat omnes homines, qui in terrâ ſunt; reges ipſos, ut populos; non igitur ſolos populos, [d] ut ſubjecti ſunt regibus, quomodò cœlis terra ſubjecta eſt.

Exercitum cœlorum vulgò ſignificare in civili Imperio rerum Dominos, probare ſe putant ex hoc Iſaiæ loco, [e] *tabeſcet cœlorum univerſa compages*, apud Vulgatum, *exercitus cœlorum*: Sed, cùm ſequatur, *cœli, ut liber, convolventur*, & cùm *exercitus cœlorum* ſint in cœlis, oportet etiam in hac metonymiâ, convolvi cum cœlis exercitus cœlorum. An igitur rerum Domini & throni, *ut liber, convolventur?* Qualem ſimilitudinem habet dux, aut Imperator, qui de medio tollitur, cum libro, vel membranâ, quæ non deletur, ſed convolvitur, ut non jam appareat plana membrana ſcripta, ſed rotundum volumen? Hæc figura ſermonis, apud Iſaiam, nihil aliud demonſtrat, quàm ipſos *cœlos* & ipſum *exercitum cœlorum*, ſive *ſtellas*. Nam Prophetæ, cùm regni cujuſdam interitum prædicunt, non ſemel ſimilitudinem ducunt ex ruinâ Mundi olim futurâ; quam ruinam ſtatutam eſſe Judæi non ignorabant, ut ex Apoſtolo Petro inferiùs dicturi ſumus.

In *aquis* ſignificari ſolere etiam populos & ſubjectos, quomodò & in *terrâ*, nullo exemplo ſolido firmatur. Neque enim aquæ demonſtrant populos, niſi ab adjunctis, ut *aquæ inundantes*, notant effuſos exercitus; in exercitibus autem, ut populos, ita duces & reges. Legitur in Apocalypſi, [f] *aquæ, quas vidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt & gentes & Linguæ;*

---

a Agg. cap. II. w. 21. & 22.
b Iſ. cap. XI. v. 9.
c Ibid. cap. XIV. v. 7.
d Diſſertations critiques, &c. pag. 182.
e Iſ. cap. XXXIV. v. 4.
f Apoc. cap. XVII. v. 15.

in quo exemplo per *aquas* reges, quomodò & populi monſtrantur : monſtrantur autem, non exclusâ verbi proprietate ; quoniam veræ *aquæ* in viſione apparebant.

Nec ſolidiùs probatur, in *aere* notari populos depravatos ; in *igne*, fideles. Pro *aere* adducitur locus Epiſtolæ ad Epheſios, [a] *principem poteſtatis aeris hujus*, &, *ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*. Sed in priore loco *aer* eſt ipſe aer, quo utuntur Dæmones, ut hominibus noceant, quomodò cæteris corporibus utuntur, ut ad malum pelliciant : in poſteriore, verba hæc, *ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*, ſignificant ſpiritus nequam, qui ſub cœlo ſunt. Pro *igne* adducitur Abdias, dicens, [b] *erit domus Jacob ignis, domus verò Eſaü tanquam ſtipula ;* & Zacharias, [c] *reddam duces Juda, ut ignitas faces in manipulis*, in quibus exemplis duobus, *domus Jacob* & *duces Juda* exhibentur, ut vicinarum gentium victores, non ut *fideles*. Præterea liquet ex particulis ſimilitudinis כ & ל, quas ſuprà dicti Prophetæ adhibent, comparationem inſtitui ducum Juda & domûs Jacob cum igne propriè uſurpato, non verò in igne conſtitui metonymiam, quâ fidelitas adumbretur. Nihil tam abſurdum eſt, quàm ex eo quòd Prophetæ rem unam ut alteri rei ſimilem aliquando exhibent, colligere nomen unius eſſe alterius metonymiam : niſi fortè credimus etiam *leones* eſſe in Prophetis hominum metonymiam, ob eam unam cauſam, quòd Prophetæ leonibus interdum faciant ſimiles eſſe homines.

Nec fas eſt, quia Chriſtus, qui rex eſt, *ſol juſtitiæ* appellatur, *ſolem* habere, ut nomen regum metonymicum : alio enim modo ſol Chriſtus eſt, alio mortales reges ; ſic ut non liceat unius regis exemplum trahere ad ſimilitudinem omnium regum, nec ſimilium.

Multò minùs concedendum eſt, cùm dicunt Prophetæ, *luna non dabit lumen ſuum*, notari in *lunâ* magiſtratus inferiores. Nonne verò, inquiunt, quemadmodum luna mutuatum habet ab ſole fulgorem, ita magiſtratus inferiores, mutuatam à rege potentiam ? Verùm figmenta hæc ſunt hominum otioſorum. Pari modo diceretur, *lumen* ſignificare metonymicè magiſtratus inferiores, quia ex ſole oritur lumen, nec ſine eo eſſe poteſt. In talibus locis *luna* propriè uſurpatur, quia ducitur ſimilitudo ex interitu Mundi, quo adveniente, *luna non dabit lumen ſuum*.

---

a Epheſ. cap. II. v. 2.
b Abd. v. 18.
c Zach. cap. XII. v. 6.

In *montibus* notari magna Imperia, in *collibus* minora, oftendere fe putant ex Ifaiâ dicente, [a] *omnis mons collifque deprimetnr;* item ex Jeremiâ dicente, [b] *nihil eft nifi mendacium in collibus, nihil in montibus nifi vanitas;* denique ex Daniele, ubi legitur, [c] *lapis evafit in montem magnum.* In priore loco, *montes* & *colles* ufurpantur in oppofitione cum planis itineribus: atqui planum iter non eft oppofitum cum magno, vel parvo, Imperio; non igitur adumbrantur metonymicè magna & parva Imperia in *montibus* & in *collibus.* Aliter dicendum effet, *plana itinera* metonymicè etiam notare regiones, in quibus imperia, nec magna, nec parva, exiftunt. In pofteriore loco *montes* & *colles* funt ipfi montes & ipfi colles, in quibus erant templa & altaria Idolorum, quæ Jeremias appellat *mendacium* & *vanitatem.* In tertio loco *mons magnus*, propriè dicitur, talifque, qualis in Nabuchodonoforis fomnio vifus fuerat; non igitur fuo ipfo nomine Imperium magnum demonftrabat.

Non negandum eft, in nominibus *Jerufalem* & *Sion* notari poffe Chriftianam Ecclefiam. Sed enim typus erat Ecclefiæ Jerufalem, non ut conftabat muris, portis, vicis, ædibus, fed ut fedes erat veri Dei cultûs, atque ut continebat cives, quibus [d] *credita erant eloquia Dei.* Ergò Jerufalem non eft metonymicè Chriftiana Ecclefia, nifi de eâ urbe quædam dicuntur, quæ Ecclefiæ typum gerere poffint.

Cæterùm quicunque tales fingunt metonymias, rem fuam non multùm promovent; fi quidem fupereft examinandum, an in loco id faciant: Eadem enim verba cùm fint nunc propriè, nunc tranflatè ufurpata, toto cœlo aberrat, fi quis, cùm uno modo adhibentur, hæc altero interpretatur. Exemplum habes in magno illo Grotio, qui utinam magnus fuiffet in interpretandis Prophetis; etenim in duabus Ifaiæ vaticinationibus tot errat errores, quot inducit metonymias. Prior vaticinatio hæc eft: [e] *Corpus meum dedi percutientibus, genas meas vellentibus.* » Vellentibus barbam, inquit Grotius, quod apud Latinos Poetas opprobrii aut ludibrii » habet fignificationem. Hæc autem & quæ fequuntur, dicta figuratè » funt ab Efaiâ, ut intelligeretur conftantem ipfum fuiffe in exfequendis

---

a If. cap. XL. v. 4.
b Jer. cap. III. v. 23.
c Dan. cap. II. v. 35.
d Ep. ad Rom. cap. III. v. 2.
e If. cap. L. v. 6.

» Dei

» Dei mandatis, etiamsi à Sobnâ & factione ejus prævalidâ multùm » irrideretur. « Omitto quàm sit alienum ab sapiente Interprete, petere ex Latinis Poetis exempla sua, cùm nemo nesciat quantùm ab Latinæ distet Hebraicæ Linguæ indoles. Illud quæro, an repererit Grotius apud Hebræos Poetas, *barbam vellere*, pro *irridere*; an etiam, *corpus dare percutientibus*, pro *tradere se irridentibus*. Hoc ultimum Grotius non ausus est affirmare; atque idem tamen non obscurè negat, ex hoc loco argui posse Judæos, nisi essent *litterarum aucupes*. Ex quo sequitur, si Christiani non sunt litterarum aucupes, ut nec debent, quoniam in vitio id poni solet, nec posse ipsos Christianos ex hoc loco persuaderi, Christum Dominum futurum fuisse propositum, non modò irrisioni, sed ictibus & plagis. Posterior vaticinatio Isaiæ hæc est; [a] *tunc aperientur oculi cæcorum; saliet, sicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Grotius accipit *cœcos*, tanquam stupidissimos; *claudos*, ut præ senio, vel morbo, tardos; *mutos*, velut infantissimos: » qui omnes, » inquit, intellecturi sunt quàm suis faveat Deus, cùm hæc Dei judicia » in Idumæos exercebuntur, Judæa interim reflorescet sub rege Ezechiâ... » Hæc illo tempore figuratè impleta. « Dicit Grotius, *figuratè impleta*, cùm velit Isaiam metonymicè dixisse *claudos*, pro *senio, vel morbo, tardos*; etsi talis metonymiæ nullum aliud profert exemplùm. Idem posteà, vi veritatis coactus, fatetur hæc *apertissimè impleta esse Messiæ temporibus*; cùm tamen, si metonymicè hæc dicta sunt, sequatur nullo modo fuisse impleta. Fieri enim non potest ut Isaias dicens, *saliet, sicut cervus, claudus*, prænuntiet futurum esse ut claudi, Messiâ sanante, ambulent, si designat in *claudis* homines præ senio, vel morbo, tardos, qui ad Ezechiam accurrunt, sed quorum senium, aut morbus non sanatur; & paradoxa loquitur Grotius, cùm docet *claudos*, qui naturæ viribus ambulant, *apertissimè* demonstrare claudos, qui non sine miraculo sanantur. Idem dicendum de *cœcis* & de *mutis*: nam claudicat etiam utraque hæc Grotii metonymia de *stupidissimis* & *infantissimis*, quia utrique, cùm intelligant, *quàm suis faveat Deus*, tamen non desinunt esse stupidi, aut infantes; cùm contrà, quos cœcos & quos mutos *apertissimè* demonstrari ait Grotius, illi desierint esse cœci, vel muti.

---

a Is. cap. XXXV. w. 5. & 6.

Attulimus exempla, in quibus quædam oracula Prophetarum per metonymiam malè explicata sunt. Verùm alia mox videbimus, cùm dicemus de metaphorâ & de allegoriâ; nam culpæ illæ vicinæ sunt, & sæpe ab Interpretibus omnes simul admissæ reperiuntur.

Vitandum igitur secundò ne metaphoram falsam adducas; hoc est 1°. ne talem, qualem non admittit ratio, nec stylus Prophetarum: 2°. ne rei tractatæ non convenientem.

Dico 1°. ne talem, qualem non admittit ratio, nec stylus Prophetarum. Ejusmodi sunt metaphoræ, quæ petuntur ex rebus, quæ non extant, vel ignotæ sunt. Non enim sic est in metaphoris, ut in parabolis, in quibus finguntur ad arbitrium quælibet res, quæ non existunt, quasque non existere postea docetur, cùm, parabolâ explicandâ, ostendatur, res eas, quæ in parabolâ expositæ sunt, nihil continere præter materiam similitudinis. Contrà est in metaphoris, in quibus ad rem & extantem & cognitam, alluditur. Propterea valere debet in metaphorâ id, quod ex Tertulliano dixit Hieronymus in visu ossium aridorum: *Nemo de rebus non extantibus incerta confirmat.* Neque enim, ut poetæ profani, sic sacri vates chimæram fingebant, ut deinde ex imagine chimæræ similitudines ducerent. Petunt Prophetæ similitudines suas, vel ex naturalibus rebus, eâ Mundi ætate, in quâ vivebant, cognitis, vel ex mirabilibus rebus, quæ olim acciderant, & in Sacris Historiis, aut etiam profanis, memorabantur; vel denique ex futuris, quas futuras esse fide suâ Judæi & religione profitebantur. Si quas in Prophetis similitudines videre videâre, quæ ex hoc trino genere ductæ non sint, fieri vix potest quin ab sententiâ Prophetæ aberres. Ad idem genus vocari debent illæ metaphoræ, quæ ducuntur ex physicis rebus hodie cognitis, olim penitùs ignoratis. Hæc enim quæ non cognoscuntur, sic sunt hominibus, qui hæc ignorant, tanquam non extent. Et, quamvis Prophetæ physicas res, hominum vulgo ignotas, penitùs novissent, tamen multùm cavissent, ne ex illis similitudines peterent: nisi fortè eos ita scripsisse putas, ut ab suis coætaneis intelligi plerumque nollent; cùm tamen simililitudinem quivis Autor soleat usurpare, ut quod dicit, planiùs intelligatur, vel fortiùs in mentibus defigatur; quem effectum in mente hominum habere non potest ex re ignotâ ducta similitudo.

Dico 2°. ne talem, quæ rei tractatæ non conveniat; ut est, apud

Vulgatum, [a] *densum lutum*, quod novi Interpretes dicunt esse metaphoricè *divitias*, vel, ut Buxtorfius in Lexico suo, *periphrasim divitiarum & pecuniæ*; cùm tamen nihil habeat *densum lutum*, quod ad crimen à Prophetâ hîc exprobratum aptari possit; itaque etiam hæc falsa metaphora ex falsâ interpretatione nata est, nec non ex falsâ scriptione, ut ad eum locum diximus. In eodem vitio est metaphora, in quâ ducitur similitudo ejusdem rei, & eadem in sententiâ, ex duabus rebus quæ sunt inter se dissimiles, ut in his Vulgati verbis, [b] *væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* Duo verba, *funiculis vanitatis*, malè exhibentur ut parallela illis, *vinculum plaustri*; quoniam *iniquitas* & *plaustrum* nullâ ex similitudine componi possunt. Vitium oriri ex falsâ scripturâ, monemur ab Græcis Intt. qui, pro השוא, *vanitatis*, legebant השרע, *longo*, (μακρῷ) vel *longitudinis*; per quam scriptionem *funis prælongus*, habet pro parallelâ sententiâ *vinculum plaustri*, quæ duæ res non jam sunt inter se dissimiles.

Non credo monendum esse ne id, quod Prophetæ metaphoricè dicunt, propriè accipiatur, quasi non dictum fuisset metaphoricè. Quippe omnibus notum est, ad sensum proprium pertinere metaphoram, ut pote quæ eandem rem designat in verbo translato, quæ in proprio notaretur. Cùm Jeremias vocat Judam, [c] *dromedariam levem*, hæc metaphora est, in quâ per vocabulum ex animali translatum, mutatâ imagine rei, res eadem notatur, nimirum populus Judæus, qui per incerta cupidinum vagatur, sequiturque amatores idololatras. Neque enim Prophetæ aliter metaphoram usurpant, quàm cæteri Autores, quos quicunque legit, verba propria à translatis facilè distinguit; neque cadere in alios potest, quàm in Cabalæ de grege Judæos, ut verba translata sic accipiant, ut ipsæ syllabæ sonant.

Sic ferè est, in hâc parte, de allegoriâ, ut de metaphorâ. Nam nemo hodie, præter Judæos, propriè explicare quædam conatur, quæ planum est homini, qui Judæus non sit, fuisse dicta per allegoriam. Et *judaizare* quicunque vellet, ille facilè refelleretur ex eâ regulâ, quam tenent omnes, cùm jus est ex proprietate verborum converti ad similitu-

---

a Habacuc cap. II. v. 6.
b If. cap. V. v. 18.
c Jer. cap. II. v. 23.

dines; nimirum ex eo, quòd ſequerentur ex propriâ interpretatione abſurda quædam, & cæteris Prophetarum vaticinationibus contraria.

Verùm in ipsâ allegoriâ, quæ eſt metaphora continuata, ſive in quâ fluunt, tanquam in parabolâ, plures continuatæ ſimilitudines, hæc duo multùm cavenda ſunt, quæ utinam ſæpe caviſſent ſacri Interpretes; unum, ne allegoricè interpreteris id, quod fuit propriè dictum; alterum, ne allegoricè tantùm id, quod in proprietate verborum continet allegoriam, ſive id, quod habet, ut dici ſolet, *ſenſum* & *myſticum*, & *litteralem*.

Prima cautio eſt, ne allegoricè interpreteris id, quod fuit propriè dictum. Intelligenda enim ſunt verba Prophetarum, ut ſonant, niſi vel monent ſe texere allegoriam, vel ſe hoc facere verbis ipſis, quibus utuntur, declarant. Quam interpretandi normam ſi deſerimus, ſic explicabimus Prophetas, ut Alcoranum ſuum Mahumetani; nec non etiam riſum faciemus Judæis, quos, dum culpam Judaicam fugimus, in contrarium vitium ducere volumus, & ex rebus ipſis, quæ prædictæ ſunt, trahere ad quaſdam rerum ſimilitudines, quas Prophetæ nullâ ſignavêre notâ ſimilitudinis; quomodò, ſi quis narraret quæ accidere beſtiis ſolent, nec eas induceret loquentes, aut hominum more aliquid agentes, jure ac meritò crederes hanc eſſe hiſtoriam, non fabulam, ſi præſertim nihil occaſionis eſſet, ex quo intelligere poſſes, ex hominum ſimilitudine ductas eſſe actiones beſtiarum. Sed in hâc cautione quid ſit vitandum, planius fiet exemplis, quàm præceptionibus.

In Amos Prophetâ hæc legimus: [a] *En veniunt dies, cùm arator meſſorem ponè ſequetur, cùm calcator uvæ ſemina mittentem, & cùm defluent dulcia vina ex montibus, colleſque omnes emollientur.* Munſterus, & poſt eum Clarius, nihil ibi vident præter allegoriam: » Significatur, inquit » Munſterus, per hanc metaphoram mira & maxima abundantia dono- » rum ſpiritualium, quæ Deus in regno Chriſti fidelibus ſuis diſtribuit, » ut jam non ſint paſſuri famem verbi Dei.... Non igitur hîc loquitur » Propheta de externâ ubertate agrorum & fertilitate montium.... Sed » ſignificat ſpiritualium bonorum copiam. Idem ſentiendum de *captivi-* » *tatis reductione.* Fruſtrà igitur expectant cæci Jehudæi hæc ad litteram

a Amos cap. IX. v. 13.

» tempore

» tempore Meſchiæ implenda. « Munſterus includit in *metaphorâ* ſuâ captivorum *reductionem*, quia ſequitur, [a] *Ego reducturus ſum populi mei captivos*. Itaque in his etiam verbis, quæ proximè excipiunt, *urbes dirutas erigent & habitabunt, plantabunt vineas, & vinum earum bibent, hortos facient, & fructibus eorum veſcentur*, nihil videt Munſterus, præter nudam allegoriam; nihil etiam Clarius, ejus imitator; neque uterque docet, quid abſurdum ſequatur, ſi hæc propriè, non autem allegoricè, de Judæis intelligantur, quibus bonorum talium factæ ſunt promiſſiones. Sed qualis tandem hæc allegoria cenſenda eſt, notari ſpiritualia dona in urbium inſtauratione, in conſitione vitium, in præparatione hortorum, in aratore qui meſſem ponè ſequitur, in calcatore uvæ, qui ſemina mittentem? Munſterus & alii Interpretes, qui in verbis Prophetarum, quibus res ipſæ particulatim enuntiantur, nihil vident, præter rerum ſimilitudines, ſi argutari volent & minutatim conquirere, quales ſint effectus gratiæ donorum, ut in eis effectibus nonnullam ſimilitudinem cum dulci vino, cum frumento & oleo reperiant, habebunt fortaſſe, poſtquàm diu multùmque cogitaverint, figmenta ingenioſa: nihil enim eſt, quod non ex quacunque re elicere humanum ingenium poſſit per argutas allegorias. Verùm quò pertinent figuræ tales, niſi ex ipſis Prophetarum ſententiis eliciuntur? Dixerat Amos, ſuperiore verſu, *ut poſſideant reliquias Edom*. Ecquod putamus donum ſpiritale eſſe, *poſſidere Edom reliquias?* Addit Propheta, [b] *Ego dabo eis in terrâ ſuâ firmam ſedem, & quam terram dedero eis, ex eâ non adhuc eripientur*. Ecquam igitur *terram* allegoricam dedit Deus filiis ſuis? Ecquam in eâ terrâ *firmam ſedem* allegoricam? Hæc non explicat Munſterus; idemque oſtendit, ſe teneri præjudicatis opinionibus, de quibus poſteà dicturi ſumus.

In ſuprà dicto exemplo, quæ bona futura eſſe prædicuntur, hæc nihil habent in ſe admirabile, aut incredibile, quia ex cauſis naturalibus accidere ſolent; itaque non neceſſe erat confugere ex verborum proprietatibus ad allegorias. Atque ad hanc regulam dirigi debere videntur quæcunque in ſacris oraculis prædicuntur, nec naturæ modum conſuetumque divinæ Providentiæ ordinem ſuperant; niſi fortè, quæ propriè intelligere velis, cum aliis oraculis pugnare videantur.

---

a Amos cap. IX. v. 14.
b Ibid. v. 15.

Verùm illæ ipſæ res, quæ naturam ſuperant, nec ſine miraculo evenire poſſunt, cenſendæ ſunt propriè, non allegoricè prædici, ſi oſtendit Propheta in verbis ſuis, de rebus ſe mirabilibus vaticinari. Exempli causâ, [a] Iſaias, poſtquàm dixit futurum eſſe ut Radicem Jeſſe omnes gentes requirant, hæc addit: [b] *Etenim eo tempore Dominus exeret adhuc manum ſuam, ut habeat iterum ſibi populi ſui reliquias.* In his verbis, *exeret adhuc manum ſuam*, alludit Iſaias ad miracula pro filiis Iſrael olim facta; ex quo liquet ſermonem ordiri de miraculis olim futuris. Non enim res eas Propheta, quæ naturæ modum non exceſſuræ eſſent, ſic præmonſtraret, ut miraculis ſimiles futuras, nec adhiberet illud *iterùm*, niſi iterata Dei miracula prænuntiaret. Cùm igitur oſtendat Iſaias, de miraculis ſe modò vaticinaturum, ſequitur non confugiendum eſſe ad allegorias, ut vaticinatio ejus, quæ deinde ſequitur, explicetur; nec jam cauſandum eſſe, niſi allegoricè explicatur, hæc quæ prædicit, videri incredibilia. Quippe verba ejus, ut ſonant, ideò accipienda ſunt, quia demonſtrat in ipſo exordio vaticinationis, ſe res admirabiles prædicturum, quales fuerunt quæ olim pro filiis Iſrael, Moſe & Joſue duce, patratæ ſunt. Illud verò in primis obſervandum eſt, prænuntiari ab Iſaiâ, hoc in loco, miracula ejuſdem generis, cujus vetera extiterunt, hoc eſt in rerum naturâ eventura, & humanis oculis ſubjicienda. Nam de eâ re dubitare non ſinit Propheta, cùm iis miraculis, de quibus vaticinatur, illud annumerat, [c] *& ſiccabit Dominus linguam maris Ægyptiaci*: quibus verbis declarat, cùm Deus *habiturus eſt ſibi populi ſui reliquias*, tum futurum eſſe ut Deus edat mirabiles res, eaſque aſpectabiles, ut aſpectabilis fuit rubri maris tranſitus.

Verùm, inquies, quid, ſi Iſaias eodem modo tractat tranſitum ex Ægypto per mare rubrum, quo modo Apoſtolus Petrus, cùm dixit, [d] *quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma?* Nam, ſi ita eſt, hoc prædicit Iſaias, Judæos aliquandò Chriſti baptiſmate eſſe abluendos, quemadmodum, per *maris Ægyptiaci* tranſitum, præſignificatum eſt; atque adeò tranſitum *maris* prænuntiat allegoricum.

Reſpondeo, quamvis hoc ita eſſet, ut eſſe poteſt, non tamen excludi

---

a Iſ. cap. XI. v. 10.
b Ibid. v. 11.
c Ibid. v. 15.
d Ep. I. cap. III. v. 21.

ab istâ similitudine *Ægyptiaci maris* sententiam propriè dictam. Etenim in his verbis, *exeret adhuc manum suam*, istud *adhuc* nihil connexi habet cum baptismate Israelitarum, qui reverà, cùm mare transierunt, nullo baptismate abluti sunt; sed *adhuc* necessariò pertinet ad verbum *exeret*, quod deinde explicatur per maris rubri exsiccationem. Ex quo conficitur, per illud adverbium notari aliquid simile futurum ipsi miraculo transitûs, non autem aliquid simile rei cuidam alterius generis, quam transitus adumbraret. Hoc adduci in controversiam vix potest, cùm subjungat Isaias, [a] *& dividet flumen in septem rivos.... & erit via strata reliquiis populi ejus, ut fuit Israeli, cùm de terrâ Ægypti profectus est:* quæ verba demonstrant facilitates viarum & itinera pedum, non affectus cordium, atque adeò rerum mirabilium ipsos eventus, non autem ex eventibus ductam allegoriam.

Hæc omnia si quis attendet, videbit, opinor, quàm alieno in loco multi Interpretes Isaiæ verborum proprietatem deseruerint, ut ad allegorias converterentur. Itaque etiam ex tali errore factum est, ut in alias alii culpas ducerentur, easque minimè excusandas. Isaias, hoc loco, dicit, si Grotio credimus » ex Israelitis decem Tribuum, qui ad Teglatphalasaris » & Salmanasaris incursus in varias terras se receperant, multos Ezechiæ » temporibus ad ipsum venturos. « Itaque hæc explicat Grotius, non de reditu ex Babylone, (ut nos in notâ nostrâ innuimus) sed de reditu eorum, qui ex decem Tribubus fugerant, ut ad Ezechiam se conferrent: qui commentarius cum Textu non facilè conciliatur. Nempe annumerat Propheta illis, qui redituri sunt, *reliquias quæ supererunt ex Assur*; Grotius verò redituros esse eos putat, qui ad incursus Assyriorum in varias terras se receperant. Num igitur receperant se quidam Israelitæ decem Tribuum ad Assyrios, ut Assyriorum incursus evitarent? Non enim poterant *superesse ex Assur*, nisi ad Assur fugerant. Prætereà non persuadet Grotius, nominari ab Isaiâ populi Dei *reliquias reversuras ex Assur, ex Ægypto, ex Phetros, &c.* eos paucos, qui ad Ezechiam venturi essent, dum reliquiæ aliæ, tamque multæ in variis Assyriorum provinciis captivi detinebantur. Sed operæ pretium est videre, quomodò hæc verba, *siccabit linguam maris*, Grotius eludat: » Intelligi, inquit, hîc debet isthmum il-

---

a If. cap. XI. w. 15. & 16.

» lum, qui eſt inter mare Ægypto objacens & mare rubrum, intactum
» ab omnibus fore, Deo ita res diſponente, ut qui in Ægyptum confu-
» gerant Iſraelitæ, tutò domum redire poſſent. « Eò perduxit Grotium miraculi ab Iſaiâ prædicti allegorica interpretatio, ut ſic haberet *linguam maris*, ut *linguam terræ*, vel Iſthmum. Itaque eum decebat, ut hæc etiam verba, *dividet flumen in ſeptem rivos*, ſic explicaret : » Dividet Imperium
» Aſſyriorum, ne Aſſyrii impediant reditum Judæorum ad Ezechiam ; « perinde quaſi in ſeptem rivis, qui ex uno flumine defluunt, notari allegoricè poſſit rebellio Chaldæorum & Medorum in Aſſyrios.

Aliam viam in eodem allegorico errore tenuit Forerius, qui hæc Iſaiæ verba, [a] *involabunt in humeros Philiſtiim*, *&c.* ſic interpretatur : » Hæc
» verba de converſione gentium per Apoſtolos intelligenda ſunt, quibus
» ceſſit Palæſtina omnis & regiones illæ, ad quas per mare mediterra-
» neum adiri poteſt, tota ſcilicet Europa & Oriens atque Occidens. Quòd
» autem hæc ſpiritualiter intelligenda ſint, probant quæ ſequuntur, w.
» 15. & 16. Nam, cùm hoc verſu dicat, quòd Judæi velut aves in terga
» Philiſtæorum involarent ſubjugarentque Idumæos, Moabitas, Ammo-
» nitas, & orientales populos deprædarentur, quonam pacto, w. 15. &
» 16. non victoriam, ſed regreſſum filiorum Iſrael ex captivitate com-
» memorat ? Intelligant ergo Judæi hanc victoriam eſſe per verbum Dei
» & prædicationem Evangelii, quâ auditâ, filii Dei, qui erant diſperſi,
» ad Deum Iſraelis convenerunt, ſublato omni impedimento. Neque te
» conturbent nomina *Aſſyriorum* & *fluminis*, ſcilicet Euphratis, quaſi hîc
» de reditu ex Aſſyriis ſit ſermo. Nam neque ab Aſſyriis leguntur rediiſſe
» Iſraelitæ, neque aliter redituri ſunt, quàm modò expoſui..... Quam in-
» terpretandi rationem ſi in Prophetis non adhibeas, apertè judaizare te
» paſſim oportebit. « Hæc Forerius cùm *ſpiritualiter* intelligit, non videt quàm pugnantia & cum Prophetâ & ſecum loquatur. Statuit, per hæc verba, *involabunt in humeros Palæſtinorum*, notari converſionem gentium per Apoſtolos : ſed errat dupliciter : Primò apud Iſaiam, illi, qui [b] *involabunt*, *&c.* iidem ſunt, quos vocavit Propheta, [c] *reliquias populi* Dei, quæ reduces erunt *ex Aſſur*, *ex Ægypto*, *ex Phetros*, *&c.* quos deinde

a Iſ. cap. XI. v. 14.
b Ibid.
c Ibid. v. 11.

appellavit,

appellavit, [a] *profugos ex Iſrael, diſperſos de Juda*; quos poſteà, [b] *Ephraim & Juda*, ut denique ſubjungat, [c] *involabunt*, *&c.* cùm contrà, apud Forerium, illi, qui *involabunt*, ſint ipſi Apoſtoli, quibus ceſſit Palæſtina, &c. Si quando vaticinatio allegoricè explicatur, non debent mutari perſonæ, quæ ſubjectum ſunt allegoriæ. An igitur Apoſtoli, homines duodecim, ſupponendi erant in locum totius gentis Judæorum, quam gentem deſignat Iſaias in *reliquiis Iſrael* ad Deum congregandis, in *Juda & Iſrael*, in *Ephraim & Juda?* An putabat Forerius Apoſtolos notari potuiſſe in nominibus, quæ univerſam Iſraelis gentem demonſtrant? Hoc forſan concederetur, ſi tota natio Judæorum interiiſſet, ſoli Apoſtoli ſuperſtites eſſent. Secundò errat Forerius de illis perſonis, quæ auditâ, ut ait, prædicatione Evangelii, ad Deum Iſraelis convenerunt. Nempè ex Forerio, illi, qui *convenerunt* ad Deum, ſunt *filii Dei*, qui erant *diſperſi*, quique adeò non jam diſperſi fuerunt, poſtquàm convenerunt. Sed idem dixerat hæc intelligenda eſſe de *converſione gentium*. Num igitur *filios Dei, qui erant diſperſi*, eaſdem perſonas putabat eſſe ac *gentes?* An gentes erant, aut nominabantur *filii Dei*, priuſquàm *convenirent ad Deum Iſraelis?* An *diſperſi* erant, qui in ſuâ quiſque gente ac familiâ domicilium habebant? An ita *convenerunt*, ut non jam *diſperſi* eſſent, qui, audito Evangelio, animum, non cœlum, mutârunt? Cur verò etiam non addidit Forerius, Judæos, quomodò & gentes, convenire ad Deum debere, cùm utrumque populum demonſtret Iſaias, dicens, *& efferet ad gentes* (גוים) *vexillum ſuum*, deinde, *profugos Iſrael congregabit?* Si hoc Forerius de Judæis etiam dictum fuiſſe concedit, tum negatur hoc idem de Judæis illis intelligendum eſſe, qui Evangelio per Apoſtolos prædicato crediderunt, quoniam & illi pauciſſimi erant, ſi ad totam gentem ſpectes, & de universâ gente Iſaias vaticinatur, quam gentem ſit Deus collecturus ex quatuor Mundi plagis. Monet Forerius Lectorem ſuum, ne conturbetur per nomina *Aſſyriorum* & *fluminis*, ſcilicet Euphratis; neque enim ab Aſſyriâ rediiſſe Iſraelitas, neque alium Judæorum reditum fore, quàm eum, quem expoſuit. Enimverò per iſtas allegorias, quas quiſque, ut lubet, fingit, facillimè eluduntur de ultimo re-

a Iſ. cap. XI. v. 12.
b Ibid. v. 13.
c Ibid. v. 14.

ditu Judæorum *ad terram ſuam*, & verba Prophetarum, & veterum Eccleſiæ Patrum ſententiæ. De reditu verò *ab Aſſyriâ* vaticinari Iſaiam rectè negat Forerius, quamvis non rectè ob eam cauſam, quòd non legantur Judæi *ab Aſſyriâ* rediiſſe; quippe ex Babyloniâ provinciâ redierunt, & ſæpe in Prophetis appellantur *Aſſyrii* ipſi Babylonii & Chaldæi.

Sed enim occurrendum eſt difficultati, quæ ex eis quæ mox diximus, naſci poteſt. Nam quæritur, quomodò in ultimo reditu Judæorum accidere poſſit ut Judæi *excurrant in terminos Philiſtæorum, Moabitarum, Ammonitarum*, cùm regna illa jam dudum perierint. Reſpondeo eadem regna jam periiſſe tum, cùm Apoſtoli gentes Evangelio ſubdiderunt; itaque explicandum eſſe illis etiam, qui hoc Iſaiæ caput XI. de converſione gentium per Apoſtolos factâ intelligunt, quomodò Apoſtoli ſubdiderint gentes, quæ eorum ætate jam interierant. Nos reſponſionem eorum noſtram faciemus; quæ quidem ſic videtur fieri poſſe, ut credatur Iſaias appellare Judæorum vicinas gentes nominibus iis, quæ tum cognita erant, & notari eas gentes, quæ illarum veterum regiones occupaturæ olim ſunt, forſan etiam idem nomen habituræ: quæ reſponſio valere etiam poteſt in nominibus propriis, *Aſſur*, *Ælam*, *Sennaar*, *&c.* Judicabit ſapiens Lector an hoc ſit in explicandis Prophetis *apertè judaizare*, non diſcedere à proprietate verborum, niſi adeſt magna neceſſitas. Nos quidem eam neceſſitatem tantam eſſe credimus, quanta maxima eſſe poteſt, ſi Prophetarum verba explicare allegoricè nequeas, niſi intervertas Prophetæ ſententiam, ut mox Grotium feciſſe vidimus; vel, niſi, ut nunc Forerium videmus, mutes perſonas de quibus prædicitur, & pugnes, vel tecum, vel cum ipsâ vaticinatione, quam ſuſceperis explicandam.

Altera cautio eſt, ne allegoricè tantùm explicetur id, quod in proprietate verborum continet allegoriam, ſive quod habet ſententiam & propriam & allegoricam. In hoc vitium incurrêre illi Interpretes, qui quaſdam Jacob vaticinationes voluêre eſſe tantùm allegoricas, etſi Jacob ſingulis filiis ſuis prænuntiabat, quid ſingulis eorum Tribubus proprium eſſet futurum, atque adeò de ſingulis propriè, non tantùm allegoricè, vaticinaretur. Nec niſi gravibus de cauſis ſtatuendum eſt, oraculum quodpiam ſenſu carere proprio, vel, ut aiunt, *litterali*. Nam ſive res quædam prædici putantur, quæ ad tempora ſpectare debeant, quæ nunc præterita ſunt, non eſt negandum eas res accidiſſe, quamvis in Sacrâ

Historiâ non commemorantur, nisi ex eâdem Historiâ non eas evenisse probari potest; sive hæc prædici putantur, quæ ad tempora, quæ adhuc futura sunt, pertinere debeant, videndum est, priùs quàm negetur hæc *propriè* accidere debere, an non etiam in aliis oraculis hæc eadem prænuntientur; vel an cum aliquo alio ex sacris oraculis pugnantia contineant; quia ex hac solâ pugnâ constare potest, hæc non propriè esse intelligenda. Omninò in allegoricis interpretationibus hæc tenenda via est, cui præivit Apostolus Paulus. Cum dicit Apostolus, [a] *numquid de bobus cura est Deo*, tametsi videt in hac lege Mosis, [b] *non ligabis os bovis terentis in areâ fruges tuas*, sententiam allegoricam, tamen non negat legem fuisse propriè accipiendam. Non statuit, si quis Judæus terentis bovis os ligâsset, non eum fuisse violatæ legis reum; sed hoc vult: Judæos, cùm hanc legem servarent, attendere debuisse ad aliam legem, quæ in eâ significabatur. Ita defendit allegoricam legis sententiam, ut non tollat propriam. Idem Apostolus, cùm hæc verba Isaiæ, [c] *si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient*, vel [d] *revertentur*, applicat ad salutem Judæorum olim futuram, non negat, in verbis, *reliquiæ revertentur*, alium reditum ab Isaiâ indicari, quàm eum ultimum, de quo ipse ad Romanos loquitur. Imò, quia dicit, post Isaiam, *si fuerit numerus.... tanquam arena maris*, satis significat se in mente habere ducenta hæc millia captivorum, qui ad Achaz, jubente Oded, remissi fuerant, quosque redituros esse Isaias antea præsignificaverat, filium suum nominans *Ssar-Jassub*, & per has reliquias, quæ tam multæ fuerant, ut incredibile videretur eas omnes simul esse reversuras, significari ab Isaiâ illas alteras, quæ *ad Deum fortem* numero infinito reversuræ olim essent; neque etiam negat Apostolus, prædicere Isaiam de illis reliquiis, quæ Sennacherib deleto, mox reversuræ sunt; sed innuit potius Isaiam ex reliquiis & prioribus, quæ jam ad Achaz redierant, & posterioribus, quæ ad Ezechiam mox reversuræ erant, occasionem cepisse, ut de ultimis Judæorum reliquiis olim ad Deum reversuris vaticinaretur.

Ad utrumque genus, ad metaphoram dico & ad allegoriam, pertinet hæc figura sermonis, quam nominamus *allegationem*, quo verbo intel-

a I. Cor. cap. IX. v. 9.
b Deut. cap. XXV. v. 4.
c Is. cap. X. v. 22.
d Rom. cap. IX. v. 27.

ligimus admirabilis rei præteritæ, aut etiam futuræ commemorationem, in quâ res alia similis futura esse obscurè innuitur. Sic Isaias dicens, [a] *Quomodò cecidisti de cœlo, Lucifer, auroræ filius*, allegat Judæos ad Satanæ, quam noverant, ruinam, cui ruinæ similem prædicit fore ruinam regis Babylonis. In eâ sermonis figurâ explicandâ, cautio habenda est, ne falsam inducas metonymiam, aut allegoriam: puta, ne credas, nomen *Lucifer*, significare metonymicè, reges Babylonis. Etenim in Isaiæ sermone alia persona est *Lucifer*, alia rex Babylonis. Unus propriè nominatur, alter, mutato nomine, adumbratur. Duci solent allegationes ex miraculis ante-actis, Judaicæque genti cognitis; metaphoræ & allegoriæ, ex rebus, quæ naturæ consueto cursu eveniunt. Itaque David, dicens, [b] *si transferantur montes in medium mare*, non adducit similitudinem ex monte, qui situm suum mutet, & in mare transferatur, quia nullâ ex naturali causâ id accidere potest, sed allegat nos ad id, quod in diluvio accidit, ut ruptâ abysso magnâ & fatiscentibus terris, montes in medias aquas præcipitarentur.

Hujus ope *allegationis* explicari etiam quædam possunt, quæ, eâ remotâ, absurda esse viderentur: qualia hæc sunt, *sol obscurabitur*, *stellæ cadent de cœlo*, *&c.* quæ non semel adhibent Prophetæ, cùm de unius gentis, aut urbis tantùm calamitate ac ruinâ vaticinantur. Nam, si hæc dici metaphoricè putes, non facilè creditur, à Prophetis usque eò exaggerari similitudines, nec eos tanto, ut ita loquar, hiatu unius populi, aut unius urbis excidium prædixisse. Verùm si alludit Propheta ad futuram Mundi ruinam, nihil jam nimium, aut exaggeratum videtur, quia nihil aliud hæc notant, quàm statutam & universam ruinam. Possunt etiam ad hanc *allegationem* vocari mirabilia quædam, quæ de ultimo statu Judæorum & de Christianâ Ecclesiâ reflorescente Prophetæ prædixerunt, ut quæ miracula illis temporibus futura esse prædixerunt, non credantur eadem omninò futura esse cum illis, quorum *allegationem* faciunt, sed esse tantummodò ejusdem generis. Nam satisfit proprietati verborum, si hæc similia tantùm futura esse intelliguntur. Atque inde oritur opportuna facilitas ad explicanda singula quædam, quorum interpretatio, si, ut syllabæ sonant, explicarentur,

---

a Is. cap. XIV. v. 12.
b Ps. cap. XLVI. v. 3.

Judaica

Judaica eſſe videretur. Exempli causâ, hæc vaticinatio, *ſiccabit Dominus linguam maris Ægyptiaci*, vocari poteſt ad eam, de quâ dicimus, *allegationem*, & intelligi, non de ipſo mari *Ægyptiaco*, ſi non apparet cur id mare potiùs, quàm aliud nominetur; quia liquet nos allegari ad id mare, quod olim fuit exſiccatum, quod mare erat Ægyptiacum. Idem ſtatui poteſt de nominibus populorum, qui eadem in Iſaiæ vaticinatione appellantur, ut non populi iidem, aut ejuſdem nominis, ſed alii, apud quos Judæi diſperſi erant, aut erunt, donec ad fidem redeant, intelligantur.

Hactenus diximus de peccatis, quæ admittuntur contra Hebr. Linguæ indolem ſtylumque Prophetarum. Nunc dicendum de illis, in quibus orationis ſeries deſeritur; nam ex illis etiam oriuntur & plurimi & graviſſimi errores de perſonis & de eventibus, in quibus occupantur Prophetarum vaticinationes. Sed de illis erroribus priuſquàm ſpeciatim dicimus,

Obſervamus primò ſententias Prophetarum, etſi carent aliquandò nexu perſpicuo & evidenti, non tamen venire in locum, tanquam alienum. Quod quidem non ſatis illi attendunt, qui, ſi quædam ſeparata in Meſſiam convenire poſſe videantur, illicò Meſſiam prædici exiſtimant. Animadverſionem hanc primam planam faciet Docti Hieronymi erratum, qui, poſtquàm Iſaiæ verba convertit, [a] *emitte agnum dominatorem terræ*, in ſuo Commentario hæc docet : » Quod interpretamur, non eſt hiſto-» ria, ſed prophetia. Omnis autem prophetia ænigmatibus involvitur & » præciſis ſententiis; dum de alio loquitur, tranſit ad aliud; ne, ſi or-» dinem ſcriptura conſervet, non ſit vaticinium, ſed narratio. « Difficile eſt tamen credere Prophetas, dum de alio loquuntur, ita ad aliud tranſire, ut eorum ſententiæ quaſi ab abrupto veniant, ſine ullâ certâ ſerie, ullove ſigno tranſitûs; atque haud ſcio an Prophetæ, ſi ita ſcripſiſſent, intelligi potuiſſent. Propterea, ſi quæ vaticinationes tales eſſe creduntur, illæ facilè judicantur falſam habere interpretationem; ut hoc ipſo loco, in quo exiſtit quidem, ut ait Hieronymus, prophetia, non hiſtoria, ſed tamen prophetia de *agno*, vel tributo agnorum, mittendo à Moabitis, de quibus ante & poſt dicitur, ad *dominatorem* regem Juda, non autem de agno dominatore in terras mittendo, ut liquet ex eo, quòd legitur שלחו, *mittite*, niſi meliùs ושלחו, *& mittent*, non שלח,

---

a Iſ. cap. XVI. v. 1.

mitte, ut in notâ noſtrâ diximus. Ergo Hieronymi dictum eatenus tantùm verum eſt, ut non ſit idem ordo Prophetiæ, atque Hiſtoriæ; ſive ut Prophetæ vaticinationem rei non multò poſt eventuræ ſæpe annectant ad prædictiones rerum, quæ multis poſt ſæculis futuræ ſint, omiſſis mediis eventibus: ſed tamen non ita, ut nihil ſit in oratione, aut in actione Prophetæ, quod ex unâ vaticinatione ad alteram, tanquam manu, ducat. Exempli causâ, Iſaiæ capite VII. ubi prædicuntur duo filii naſcituri, unus de virgine, alter de Prophetiſsâ, tempora diverſa in eadem vaticinatione junguntur; & ordinem eventuum adeò non ſequitur Propheta, ut priùs dicat de filio virginis poſt plura ſæcula naſcituro, quàm de ſuo ex ſuâ uxore; ſed tamen non ita, ut nullum ordinem ſequatur, ſive ut nullo ſigno demonſtret, ſe priùs loqui de ſalute humani generis, quæ expectatur à domo David, quàm de ſalute Judææ, ut ad eum locum diximus. Idem dicendum de Iſaiæ capite XLV. ubi, poſtquàm prædictum eſt, Cyrum multarum gentium fore debellatorem, ſubditur, v. 8. de Meſſiâ venturo, *rorate cœli deſuper;* poſteà, v. 13. reditur ad Cyrum, qui dimiſſurus ſit ſine pretio captivos. Etenim, tametſi hæc ſeparata videntur, tamen verſantur in genere ſalutis, unius adfuturæ per Cyrum, alterius per Meſſiam, adductâ in medias res ſalute Redemptoris, eo fine ut Judæi habeant in proximâ ſalute pignus alterius poſt plura ſæcula venturæ. Itaque hæc non ſunt ſeparata, nec deſultoriè ſcripta, ſed unum alterî adjuncta, conſueto filo & more Prophetarum. Atque idem videre licet Iſaiæ cap. XLI. ubi, poſtquàm Iſaias prædixit ſuſcitatum iri ab oriente *Juſtum*, ſive *Ultorem*, (Cyrum) deinde, ſermone ad Iſrael converſo, v. 15. vaticinatur de Macchabæis, dicens, *Ego te facturus ſum velut tribulam acutam;* tum redit ad Cyrum, v. 25. quæ quamvis *præciſa* & ſeparata videntur, tamen ſequuntur, & ordinem temporum, & orationis ſeriem: ordinem temporum, quia de ſalute per Cyrum priùs futurâ, priùs dicitur; orationis autem ſeriem, cùm ad Cyrum reditur, quia victoriæ ejus futuræ redeunt in orationem tanquam exemplum eorum, quæ proximè dicta ſunt: ſcilicet Deum res futuras & admirabiles prædicere longè antequàm fiant.

Obſervamus ſecundò, neque in contrario vitio eſſe orationem Prophetarum; atque adeò, quemadmodum vitandum eſt, ne adducas ſententias, quæ omni prorſus nexu careant, ita etiam cavendum, ne, quæ Propheta

disjunxerit, tu hæc conjungas, & duas diversas vaticinationes unam eandemque esse putes. Ecce enim in hanc contrariam partem peccat Doctus Hieronymus, ad Isaiæ caput LXIII. ubi legitur, v. 1. *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus?* Deinde, *quare.... rubrum est vestimentum tuum?* Quippe hæc habet in suo Commentario: » Nos autem, quia & » supra in hoc eodem capitulo legimus, *spiritus Domini super me....* & » nunc de eodem dicitur, quòd post Passionem cruentus ascenderit, ne» cessitate compellimur, omnia quæ dicuntur, in primo accipere Salva» toris adventu. Neque enim fieri potest, quod plerique nostrûm facere » nituntur, ut varientur tempore, quæ operibus copulata sunt. « Existimat Hieronymus vaticinationem posteriorem, *quare rubrum est, &c.* de eodem intelligendam esse, atque priorem, *spiritus Domini super me;* quia hæc *operibus copulata sunt;* id est, quia in eumdem Christum Dominum convenit ut spiritus Domini super eum fuerit, & ut rubrum esset vestimentum ejus. Tamen hæc, quæ Hieronymo *copulata* videntur, Propheta disjunxit; atque id persentiscere videtur ipse Hieronymus, qui postea confitetur » sudoris esse maximi, hæc omnia sibi conjungere, & sic.... ex» plenda.... monstrare, ut in Christo & juxta carnem & juxta spiritum » jam completa doceamus. « Non potest dubitari, quin vaticinatio prior, *spiritus Domini super me, &c.* fuerit in Christo *juxta spiritum* completa, ut observat idem Hieronymus. Verùm hanc posteriorem, *quare rubrum est, &c.* in Christo *juxta carnem* esse impletam, vel potuisse impleri, hoc probare nobis quidem visum est, ut & Hieronymo, *maximi* esse *sudoris.* Nam 1°. ostendi non potest, Christum venisse *de Edom.* 2°. Non, significat אדום, *cruentus.* 3°. Christi Domini vestes non ideò rubræ fuerunt, quòd in eas aspersus fuerit sanguis ejus inimicorum, sed quòd in eas defluxerit ejus ipsius sanguis, teste ipso Hieronymo, in his verbis, *quòd post Passionem cruentus ascenderit.* Itaque hæc separanda erant, quanquam Hieronymi tempore *in eodem capitulo* legebantur, & de Macchabæis, qui debellaverunt Idumæos, intelligenda sunt hæc verba, *quis iste est, qui venit de Edom? &c.* Vide nos, si juvat, ad caput Isaiæ LXIII.

Nunc speciatim dicendum de erroribus, in quos incurritur, si orationis series non satis attenditur, qui errores cùm sint vel de personis, vel de eventibus, in quibus prædicendis Prophetæ occupantur, cavendum

eſt primò, ne aliæ perſonæ adducantur, quàm illæ de quibus, vel ad quas Prophetæ vaticinantur. Nam lapſus eſt in proclivi, quia Prophetæ ſæpe deſignant perſonas nominibus, *Jacob*, *Iſrael*, *Ephraim*, *Sion*, *Jeruſalem*, *ſervus*, vel *populus* Dei : quæ nomina in vaticinationibus, quæ ad novam Legem pertinent, deſignant quidem Chriſtianam Eccleſiam, ſed, in Chriſtianâ Eccleſiâ, nunc Judæos ad Chriſti fidem convertendos, nunc exteros populos; rurſus hos, vel illos, qui venturi ſunt ad fidem, vel Eccleſiâ naſcente, vel eadem maturâ, aut ſeneſcente, quæ omnes perſonæ niſi cautè diſcernuntur, exorientur de illis multi errores.

Videndi ſunt, primo loco, errores in quibus aberratur à perſonis *de quibus* Prophetæ vaticinantur. Apud Iſaiam legitur, [a] *Ecce ſervus meus.... in quo acquieſcit anima mea.... judicium gentibus palam faciet.* Hæc vult Grotius convenire in Iſaïam, non tantummodò in Meſſiam, » cujus, in» quit, perſonam, quantùm potuit, geſſit Iſaias : « ideoque hæc verba, *judicia mea palam faciet*, vel, ut Vulgatus, *proferet*, ſic dicta eſſe interpretatur, tanquam, *judicia mea in Medos & in Babylonios enuntiabit.* Sed enim quæritur utrùm Iſaias gereret Chriſti perſonam in eo, quòd Dei judicia enuntiabat, cùm Chriſtus Dei judicia non tam enuntiaverit prophetando, quàm complendo exercuerit. Hæc enim duo munera diverſa cùm ſint, concedi non poteſt, Iſaiam, uno explendo, perſonam geſſiſſe ejus, qui altero functus eſt. Ex eo primo errore Grotii error alter ſequabatur, ut hæc altera verba, *in quo acquieſcit anima mea*, ad Iſaiæ perſonam applicaret, quæ tamen in Sacris Libris de nemine dicuntur, præterquàm de Meſſiâ, vel propriè, vel tranſlatè, aut metonymicè de homine, qui Meſſiam factis ſuis, vel promiſſis ei datis apertiſſimè deſignaret, ut erant David & Salomon.

Alterum exemplum habemus ad caput Iſaiæ XLIX. quod totum Grotius ad Iſaiæ perſonam accommodat, ſerie orationis apertè violatâ. Orditur Iſaias his verbis : *audite me*, *Inſulæ.* Nomen, *Inſulæ*, non deſignat Judæos, qui quidem, Iſaiâ vivente, nondum in *Inſulis*, ſeu variis in regionibus diſperſi erant, ſed exteras gentes. Iſaias ſubjungit : *Dominus ab utero vocavit me*; atque id Grotius interpretatur, ex Hebræis, *de egregiâ temperaturâ cerebri.* Itaque Iſaias, ex Grotio, invitat exteras gentes ad ſe

---

a Iſ. cap. XLII. v. 1.

audiendum,

audiendum, ut primùm doceantur, sibi, ut propheta esset, datam fuisse *egregiam cerebri temperaturam.* Versu 2. sequitur, *dedit os meum, quasi gladium acutum,* quod significat apud Grotium, » datam fuisse Isaiæ au» toritatem ad exscindenda vitia. « Ideò ponit Grotius, *exscindenda,* ut id cum *gladio* conveniat. Verùm Isaias autoritatem habebat ad coarguenda vitia potiùs, quàm ad exscindenda. Erant in regno & religione reges & sacerdotes, quorum munus erat vitia exscindere. Et verò etiam *gladius acutus,* significat apud Apost. Paulum, non tam autoritatem, quàm potestatem usumque potestatis, per quam homines vitiosi plectuntur. Versu 3. *servus meus es, Israel,* significat, monente Grotio, *Israeli,* seu Israelis bono. Nimirum, ope solecismi, adducitur dandi casus, pro casu vocandi. Versu 6. *dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ;* hoc est, inquit Grotius, » ut illos quoque ab idolis avertas, » & plurimos serves. « Nec docet quos *plurimos* ex gentibus servaverit Isaias. Allegat Lectores ad capita XIII. & XIV. &c. in quibus capitibus extant Isaiæ vaticinationes contra exteras gentes, nihil verò de illis gentibus per Isaiam servatis. Versu 7. *Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam* (id est *contemptam*) *& ad servum dominorum.* Significat, ex Grotio, *servus dominorum* idem, atque *qui subjectus est regibus Judæis.* Non satis habuit Grotius, sine teste historiâ dicere, fuisse Isaiam contemptum ab aulicis, præcipuè à Sobnâ; sed præterea innuit partem fuisse ejus contemptûs, quòd subjectus esset Isaias regibus Judæis; quasi, propterea quod non rex esset, contemneretur. Versu 12. *venient.... ab occidente,* id est, Interprete Grotio, ex locis transmarinis, Cypro, Cretâ, Macedoniâ; unde tamen venisse Judæos, [a] quo tempore soluta est Babylonica captivitas, nullibi legitur. Sic maximam partem capitis Grotius interpretatur de reditu ex Babylone, tot ferè erroribus, quot versibus. Neque verò, ut in superiori exemplo, ullam partem dicit fuisse in Christo impletam sublimiùs, atque adeò per hanc Isaiæ personam, quam, invitâ serie, introducit, eludit excellentem de Christo Domino vaticinationem, in quâ Christus per prosopopœiam loquitur, ut salutem gentibus, non tantùm Judæis, allaturus; invitans omnes gentes, ut audiant se *nomine suo* (*Jesus*) appellandum esse, dum erit in *utero matris;* (v. 1.) se eum *servum* fore, in quo Deus gloriam habebit; &,

a Vide Grotium ad Isaiæ cap. XLIX. w. 14. & 17.

quamvis *frustrà* laboraturus est, (v. 4.) ut convertat ad sui fidem Judæos, tamen non defuturam sibi suam mercedem; se in contemptu futurum quidem, dum vivet, (v. 7.) & propositum iri suorum fratrum odiis, sed tamen fore ut se reges adorent; postea dicturos esse Judæos, (v. 14.) *dereliquit me Dominus*, sed futurum esse ut Jerusalem rursùs ædificetur, & ut tantâ multitudine civium affluat, ut dicat, (v. 20.) *locus est mihi angustior*: quæ ultima verba prudenter Grotius interpretari supersedit. Nam, postquàm Judæi Babylone reversi essent, non modò non dicebatur in Jerusalem, *locus est mihi angustior*, sed etiam carebat hæc nova Jerusalem civibus; sic ut Nehemias necesse habuerit sancire legem, ut decima pars populi habitaret in Jerusalem, atque ut ab eo multùm laudarentur illi Judæi, qui domicilium in urbe habere non recusabant.

Super hoc capite Isaiæ XLIX. Interpretes alii alio modo erravêre de personis, ut illud ad suam quisque opinionem aptarent. Versibus 14. & sequentibus legitur, *Sion dictura est, dereliquit me Dominus*: cui Deus respondet, *an obliviscitur mulier infantem suum*. Putat Munsterus, & post eum Clarius » has esse querelas Ecclesiæ secundùm externam faciem, » cùm ab intrà consolationes habeat promissionum divinarum, & se minùs » derelinquendam à Deo sciat, quàm infantulum à suâ matre. « Forerius in querelis Sion intelligit Judæos, qui, dum gentes ad fidem vocantur, » restitutione spiritalis generationis non sunt contenti, & petunt impleri » promissiones de multiplicatione filiorum, ut qui nihil nisi carnalia sa- » piunt, semperque Jerusalem desolatam deflent. « Grotius nihil aliud videt in *Sion*, quàm ipsam urbem Jerusalem, » cui urbi destructæ, in- » quit, Isaias dat sermonem. « Illi tres aberrant: Munsterus quidem, quia *Sion* de Ecclesiâ sic intelligit, ut nullam distinctionem faciat personarum, cùm tamen anteà vaticinatus fuerit Isaias de gentibus ad fidem vocandis, quas gentes vocavit *Insulas*, hîc autem alloquatur *Sion*, non jam *Insulas*; neque enim duo hæc nomina unquam promiscuè usurpantur: deinde quia, quas querelas inducit Ecclesiæ *secundùm externam faciem*, illæ non respondent consolationibus, quæ subjiciuntur, hoc modo, *properè venient qui te ædificabunt; qui te diruerant, à te exibunt*, quandoquidem extitêre, & adhuc extant in Ecclesiâ qui eam divexant, nedum *properè* venerint qui eam ædificaturi erant. Aberrat Forerius non uno etiam modo. Nam, posteaquàm intellexerat in *Sion* eos, *qui ex gentibus vocandi essent*,

non jam ei licebat intelligere Judæos, quia *Sion* non poteſt notare Judæos ſimul & gentes, ubi gentes *Inſulæ* vocantur. Nec magis ei licebat in *Sion* deſignare eos tantùm Judæos, *qui carnalia ſapiunt*, quia poſtea conſolatur Deus Judæos, quos alloquitur : non eos conſolaturus, ſi nihil niſi terrena bona concupiſcerent. Jam Grotius à nobis mox confutatus eſt, qui velit in *Sion* notari ipſam Jeruſalem, à Babyloniis deſtructam, quam Cyrus inſtaurari præceperit, cùm ei Jeruſalem à Cyro inſtauratæ non conveniat, ut diximus, locus *habitatoribus anguſtior*. Itaque alia *Sion* intelligitur; hoc eſt, alii Judæi, qui poſt gentes ad fidem converſas conqueſturi ſint, quòd Deus ſe deſerere videatur. Ut enim, capite incipiente, facta eſt proſopopœia Chriſti Domini loquentis, ita, deſinente, alia proſopopœia inducitur univerſæ nationis Judæorum, quibus deinde promiſſiones dantur de ſuâ gente ad fidem vocandâ & reſtaurandâ.

Videndi ſunt ſecundo loco errores, in quibus, cùm ſeries orationis deſeritur, temerè mutantur perſonæ, *ad quas* Prophetæ ſermonem habent. Iſaiæ caput LXII. incipit his verbis: *Propter Sion non tacebo, propter Jeruſalem non quieſcam.* In utroque membro hujus orationis *Sion* & *Jeruſalem* ſunt nomina parallela, atque adeò eaſdem, de more, indicant perſonas. Inquirendum igitur quas perſonas. Primùm intelligitur ex verſu 2. eam *Jeruſalem* notari, quam *Dominus nomine novo ſit appellaturus*, & *cujus gloriam viſuræ ſint omnes gentes.* Hæc laus Jeruſalem aptari poteſt ad Chriſtianam Eccleſiam, ut conſtantem Judæis tantùm, vel Judæis ſimul & externis gentibus ad fidem converſis. Quapropter adhuc inquirendum eſt, an deſignetur uterque populus, an tantummodò unus. Sequitur verſu 4. *non ampliùs de te dicetur, hæc eſt illa derelicta.* Attributum *derelicta* pertinere non poteſt ad exteras gentes nondum fideles. Eadem enim, quæ dicitur *derelicta*, modò nominata eſt *Jeruſalem*, quo nomine urbs notatur, in quâ Deus verus colitur & adoratur. Ergò non ſignificantur gentes à Deo derelictæ ac idololatræ. Ex quo ſequitur, deſignari gentem Judæorum olim fidelem, poſtea *derelictam*, ſeu infidelem, quam tamen Deus ſit nomine novo nominaturus, quæque in toto orbe futura ſit laude illuſtris. Sed quâ laude, inquies. Nam ſi unâ laude fidei, nihil inquirendum ſupereſt, quia talis fuit laus multorum, Eccleſiâ naſcente, Judæorum. Verùm non vaticinari Iſaiam de unâ fide Judaicæ gentis, hæc ſequentia demonſtrant : (v. 4.) *nec de terrâ tuâ dicetur, hæc eſt illa devaſ-*

tata; Et, (v. 8.) *juravit Dominus ſe nunquam frumentum tuum hoſtibus tuis daturum, nec vinum in quo laboraſti, filios alienigenæ bibituros.* Nam terra, quæ non jam devaſtatur, notat ipſam terram Judæorum, non eorum perſonas, quomodò & frumentum vinumque, quæ terræ attribuuntur, deſignant frugum abundantiam. Quòd ſi in terrâ, quæ devaſtatur, intelligi poſſe putas religionem, quæ apud Judæos, priuſquàm Chriſtus naſceretur, labefactata fuerat, an etiam in *frumento* intelliges eandem religionem, vel fructum religionis? Fuerat anteà frumentum Judæorum hoſtibus datum; non fuerat vera religio data iiſdem ante Chriſtum natum. Quid vinum dicemus, quod ſubvexerint Judæi, & quod hoſtes eorum non ampliùs bibituri ſint? An vinum, ut ſubvehitur, & ut in cellas portatur, ejuſmodi eſt ut religionem & gratiæ dona ſignificare poſſit? Omninò prædicitur Judæorum non modò fides, ſed etiam ſtatus illuſtris, quem ſtatum admiraturæ ſint omnes gentes, ut maximum Dei miraculum, quo, tanquam vexillo erecto, confluent ad Judæos, tum demum fideles, univerſæ gentes, ut in fine capitis docemur. Quicunque eam totam orationis ſeriem attendet, fieri vix poterit ut illis Interpretibus aſſentiatur, qui hæc de alio ſtatu Judæorum, eoque nunc præterito, intelligunt. Grotiùs hoc caput Iſaiæ LXII. de Jeruſalem poſt Bab. captivitatem inſtauratâ interpretatur; cujus error confutatur, vel ex uno verſu 5. in quo dicitur, *filii tui ſic te poſſidebunt, ut adoleſcens innuptam virginem.* » Senſus eſt, inquit, ſicut amicè vivit juvenis cum virgine quam amat, » ita vivent inter ſe filii tui; hoc primis temporibus verum fuit. « Quo teſte id verum fuiſſe probat Grotius? Videmus quidem certè Eſdram luxiſſe propter connubia Judæorum cum exteris viciniſque gentibus; Nehemiam conqueſtum fuiſſe de Judæorum avaritiâ & uſuris. An vivebant inter ſe, ut cum novâ nuptâ, cives, qui ſpretis ſuis virginibus, alienigenas uxores ducebant, quique concives ſuos tam inhumanè tractabant? Nec verò de *primis temporibus* intelligi poſſunt hæc, quæ habet verſus 6. *ſuper muros tuos, Jeruſalem, ponam cuſtodes.* Ecquos enim cuſtodes poſuerat Deus ſuper eos muros, qui, *primis temporibus*, nondum reparati erant, & aſſultibus undique patebant; quoſque poſteà, inſtauratos clauſoſque, hoſtes Judæorum non ſemel conſcenderunt? Denique jusjurandum interponit Deus de frumento & de vino Judæorum hoſtibus non dando, quod tamen poſtea ſæpe datum eſt Perſis, Græcis, Ægyptiis.

Alio

Alio errore, quàm Grotius, errabat Forerius ſuper hoc capite Iſaiæ LXII. quod fatetur eſſe difficillimum, cùm in eo videre ſibi videbatur Eccleſiam, non tam Judæorum, quàm gentium, per Apoſtolos formatam; cùm tamen conſtet, ut ſuprà vidimus, ad Judæos, non ad gentes fieri ſermonem.

Alterum exemplum maximè notandum habemus in Iſaiæ capite XLIII. errorum, qui, cùm ſeries Propheticæ orationis parum attenditur, admittuntur de perſonis, ad quas Prophetæ ſermonem habent. Iſaias ibi alloquitur populum, quem nominat verſu 1. *Jacob* in priore membro; in poſteriore, *Iſrael:* unum eundemque populum diverſo nomine, ut mos eſt, in membris parallelis. Quæritur, quemnam populum, an gentium; an Judæorum. Planum eſt ex toto capite, in quo Deus, commemoratis antiquæ Legis miraculis, nova miracula pollicetur, quæ priorum memoriam deletura ſunt, promiſſiones fieri, quæ eventum ſuum in novâ Lege habituræ ſint. Nam fruſtra conatur Grotius, hoc caput XLIII. de reditu ex Babylone interpretari. Nimirum promittit Deus, ſe populum, qui ſuus eſt, ex oriente, ex occidente, ex aquilone, ex meridie congregaturum; *dicam* (v. 6.) *aquiloni, da; auſtro, noli prohibere;* cùm tamen populus Judæus, non omnis, ſed minimam partem ex Bab. captivitate redierit; neque ex auſtro & ex occidente reverſi ſint, qui Babylone redierunt. Addit Grotius ſuper his verbis (v. 18.) *non jam priora in memoriâ erunt* » non opus fore vetera revolvere: ſatis erit novorum beneficiorum, unde cognoſcar, « nec vult conſiderare, nova miracula, quæ promittuntur, notari ut cauſam, cur vetera non jam memorentur; nec verò oblitos fuiſſe hæc antiqua miracula Judæos, poſteaquàm ex Bab. captivitate rediiſſent; imò hæc eos, poſt reditum ſuum, ſemper habuiſſe in ore & in ſcriptis ſuis. Neque hoc ſatis: non enim explicat Grotius, quomodò Judæis Babylone redeuntibus Deus, *fecerit in deſerto iter*, (v. 19.) *in ſolitudine fluvios.* Denique id quod ſubditur, verſu 23. *tu ad me ovem non adduxiſti*, malè Grotius ita interpretatur, quaſi non ad me, ſed ad Baal & ad Moloch. Nam ſilet Contextus de alienis Diis, neque quidquam hoc in capite legitur, quo Idololatria Judæis exprobretur. Hoc unum dicitur, Judæos Deo nec oves, nec thura obtuliſſe; neque uſquam Codicum Sacrorum Idololatria ſic exhibetur, ut intermiſſio ſacrificiorum, niſi alieni Dii exprobrantur, aut verò nominantur. Omitto quàm

parum Grotium decuerit, hæc verba (v. 24.) *ſervire me feciſti in peccatis tuis*, ſic explicare » tam mihi gravia ſunt peccata tua, quàm ſervitus du- » riſſima homini eam ſervienti : « Et hæc, *pater tuus primus peccavit*, (v. 27.) de Manaſſe rege interpretari, » quia reges ſunt, inquit, patres » populorum.

Ergò exiſtimandum eſt cum pleriſque Interpretibus, in hoc capite Iſaiæ XLIII. contineri promiſſiones, quæ ad novam Legem pertineant. Unum ſupereſt inveſtigandum, an gentiles Iſaias, an Judæos alloquatur ; hoc eſt, an prænuntiet gentium fidem, an Judæorum.

Forerius ad verſum 1. docet prædici » qualis futurus ſit deinde Dei po- » pulus, non ſolùm ex Iſraelitis ſecundum carnem, ſed ex omnibus » gentibus.... in quo argumento, inquit, cùm multus ſit Jeſaias, obſcu- » rus tamen eſt, eò quòd invidiâ plenum eſſet Judæis ſecundùm carnem. « Illud primum in Forerio reprehendimus, quòd, cùm ei Iſaias videretur obſcurus, obſcuritatem crederet ex conſilio Iſaiæ profectam, ex tali præ- ſertim conſilio, ne invidioſum eſſet Judæis gentium fidem apertè prædi- cere. Nam quoties Iſaias de eâdem gentium fide apertè vaticinatus eſt ? Quoties etiam cæteri Prophetæ ? Mirum fuiſſet Prophetas gentium fidem futuram per ambages prædixiſſe, poſtquàm Abrahæ promiſſum planè fue- rat fore ut in ſemine ejus benedicerentur *omnes gentes*. Idem ad verſum 2. ubi legitur, *cùm tu aquas tranſibis... cùm tu fluvios, non te inundabunt*, neſcit an hæc præteritorum beneficiorum commemorationem contineant, an verò promiſſiones. » Sin autem, inquit, hæc ut promiſſiones accipias, » pertinent ad Iſraelitas & ad Eccleſiam piorum. « Verùm nihil antea di- xit Iſaias, quo ſignificet ſe alloqui, non ſolum Iſraelitas, ſed *Eccleſiam piorum :* imò commemoravit miracula tranſituum maris & Jordanis, quæ ad ſolos Judæos pertinuerant. Idem ad hæc verba versûs 3. *Ego tradidi Ægyptum ut redimereris*, hæc rurſus docet : » ſin autem hæc tanquam » promiſſiones accipias.... manifeſtum eſt Iſraelitis gentium regiones ſub- » ditas fuiſſe, nullaſque victimas Deo magis gratas unquam oblatas fuiſſe, » quàm quas Apoſtoli & diſcipuli Domini ex univerſo orbe Deo obtule- » runt ; « in quo Commentario Textum recognoſcere vix poſſis. Cùm dicit Deus, *ut redimereris*, alloquitur univerſum populum Judæorum ; cùm contra in Forerii Commentario *Iſraelitæ* ſint tantummodò *Apoſ- toli & Diſcipuli Domini*, quibus ſubditæ fuerunt gentes tum, cùm Evan-

gelio crediderunt; perinde quasi gentes Apostolis eodem modo subditæ fuerint, quo fuerant Ægyptii Judæis. Subdiderunt se gentes Apostolis voluntariè, non coactè, ut Ægyptii Judæis, cùm plagis & internecione perierunt; nec se illæ tantùm Apostolis, quantùm Evangelio; neque verò etiam solis Apostolis obsequium præbebant, sed etiam suis contribulibus, quoniam Apostoli fidei prædicandæ ministros eligebant, non modò Judæos, sed & gentiles. Præterea parum considerate Forerius Ægyptios, pro Israelitis traditos, interpretatur esse gentes ab Apostolis conversas & victimas Deo gratas. Deus dicens, *Ego tradidi Ægyptum, ut redimereris*, vel, quomodò Vulgatus, *dedi propitiationem tuam Ægyptum*, hoc dicit: Ego malo affeci & occidi Ægyptios salutis tuæ causâ: in quo sermone Ægyptii sic exhibentur, ut iræ Dei victimæ. An igitur gentes ad fidem per Apostolos adductæ eodem modo victimæ erant, quo Ægyptii fuerant? An victimas Deus habuit Ægyptios eodem modo gratas, quo gratæ erant gentes, cùm bona sua & ipsam vitam pro fide relinquebant? An non redempti fuissent Apostoli & Discipuli Domini, nisi gentes fidem recepissent, quomodò Israelitæ non fuissent ex servitute redempti, nisi traditi pro eis fuissent Ægyptii? Devolvitur in hæc absurda Forerius, & credit sermonem haberi ad gentes, non ad solos Judæos, quia negligit sententiarum seriem, ut falsas obtrudat allegorias. Idem ad versum 5. super his verbis, *ego ab oriente adducam semen tuum, ego ab occidente congregabo te;* » Hoc est, inquit, mysterium, *gentes esse cohæredes & comparticipes* » promissionum divinarum.... Est ad occidentem Palestinæ bona Europæ » pars, ad orientem verò India, ad quam Thomas pervenit.... Et usque » ad hodiernum diem ab oriente adducit Dominus semen Abrahæ per » nostros, qui, dum aurum & aromata quærunt, fidem illuc deferunt. » Idem dico de novo orbe, qui ad occidentem jacet, ubi etiam fides in » immensum propagatur Castellanorum diligentiâ & virtute. « Non puduit Forerium Lusitanos suos aurum in Indiâ quærentes, nec Hispanos in novo orbe fidem per media tormenta bellica prædicantes, habere pro illis *Israelitis*, quibus ait subditas fuisse gentes. Sed idem non sibi constat ad versum 8. ubi legimus, *educ populum cæcum & oculos habentem*, cùm Judæos sic objurgat: » Quid hæres, Judæe? Dubitas an in hoc versu de » te sit sermo? Reponeret Judæus; « ego verò non dubitarem, nisi tibi crederem, Foreri, suprà docenti, prædici ab Isaiâ *gentium* futuram fidem.

Neque enim Propheta ullo verbo, vel apice demonſtrat, ſe, uſque ad verſum 8. alias & alias compellare perſonas; nec, ſi gentes ſupra allocutus eſt, nunc alloqui Judæos. Ad verſum 9. pergit Forerius docere, hæc verba, *conveniant in unum omnes gentes*, vaticinationem eſſe de gentibus ad fidem vocandis, & in ſemen Abrahæ deputandis, atque adeò Iſaiam ſic interrogantem, *quis ex eis hoc prænuntiavit*, myſterium tangere, quod gentibus fuerat ignotum, atque hoc dicere: » Quis ex Diis gentium hoc futurum » prædixit, ſicut nunc ego per Prophetas meos prænuntio, nimirum gen» tes Evangelium Chriſti ſuſcepturas: « de quo ſermone nihil quidquam in Contextu apparet. Hortatur enim Propheta omnes gentes ut congregentur, non ad ſuſcipiendam fidem Deique veri cultum, ſed ad audienda verba hæc, quæ mox dicturus eſt, verſibus 10. 11. & 12. res futuras Deo eſſe cognitas, Diis gentium ignotas: nam Deos gentium ignoraſſe, miſſurum ſe eſſe Babylonem, qui munimenta ejus dejiciant (w. 13. & 14.) nedum cognoverint hæc mirabilia, quæ prædixit, initio capitis, poſterioribus ſæculis eventura: nimirùm, quemadmodum Judæi per media miracula fecêre in deſerto iter, ita olim eoſdem per majora miracula ductum iri, ut in unam gentem coaleſcant, ipſis agri beſtiis (v. 20.) gloriam dantibus ſuo conditori; hoc eſt, non nocentibus, ut olim angues non nocebant eis, qui ſerpentem æneum reſpiciebant. Putat Forerius, notari in *beſtiis agri* barbaras gentes, doctrinâ Evangelii irrigatas, adhuc errans de perſonis. Etenim ſignificari ipſas agri beſtias, demonſtrant hæc verba (v. 20.) *ut potum dem populo meo.* Nam populum Dei diſtinguit Iſaias à *beſtiis terræ.* Quòd ſi igitur populus Dei ſunt gentes, ut vult Forerius, non jam intelligendæ ſunt, in beſtiis terræ, barbaræ gentes quæ ad fidem vocantur, ne in utriſque eaſdem perſonas notari putes, quas Propheta diſtinguit, alteras vocans *populum* Dei; alteras, *terræ beſtias.*

Diximus quomodò ex neglectâ orationis ſerie errores naſcantur de perſonis ad quas Prophetæ, vel de quibus ſermonem habent. Nunc dicendum, quemadmodùm ex eâdem negligentiâ errores objiciantur de eventibus ipſis, qui prædicuntur. Ejuſmodi errores ſupra vidimus, qui aliis ex cauſis orti erant: fieri enim vix poteſt, quin, qualicunque ex causâ ſententia deferatur, ad alios eventus, quàm ad eos qui prædicuntur, vaticinatio detorqueatur. Verùm Lectoris utilitati conducere arbitramur, perſequi, non modò ſingula errorum genera, ſed etiam ſingulas cauſas errorum.

Exemplum

Exemplum primum eligimus ex Daniele, ubi ſic legitur: [a] *Suſcitabit Deus cœli regnum, quod omnia hæc regna franget & comminuet.* Hæc Munſterus ſic interpretatur: » Tum ſuſcitatum fuit regnum Chriſti, non » armis, aut vi bellicâ, non theſauris, neque inſidiis, ſed virtute divinâ. « Decepit Munſterum falſa interpretatio, *ſine manibus*, quæ ferè omnium eſt Interpretum, & de quâ in notâ noſtrâ diximus. Sed enim Munſterus, ſi attendiſſet ad hujus vaticinationis ſeriem, non vidiſſet in regno *lapidis*, qui ex monte devolvitur, regnum quod non armis, ſed virtute divinâ ſuſcitatur. Nam, cùm in ante dictis vaticinatus ſit Daniel de regnis, quæ unum alterum vi armorum deſtruunt, & cùm lapis, qui de monte præcipitat, & omnia, quà tranſit, ſternit, demonſtret vim armorum, ſequitur duo verba, *franget & comminuet*, in eandem, quæ ſuprà, uſurpari ſententiam, atque adeò per lapidem, qui ruit de monte, aliud regnum ſignificari, quàm Chriſti regnum, quod *ſine armis* cœptum eſt & propagatum. Idem, ad eundem verſum, ubi prædicitur frangendum eſſe regnum, quod partim ferreum eſt, partim luteum, hoc ita explicat: » Interibat » tunc gloria Mundi, & deſinebat in lutum, ubi regnum aderat, quod » non habebit finem, « atque iterum deſerit vaticinationis ſeriem. Etenim in ſuprà dictis *lutum*, quod erat in ſtatuæ pedibus, demonſtratum eſt ut *humano ſemine* cum ferro glutinatum, atque eam ob cauſam non diu duraturum; non igitur ob alteram illam cauſam, quam affert Munſterus, regnum tunc adeſſe, quod non eſſet finem habiturum. Præterea Romanum Imperium, quod vult Munſterus in regno quarto intelligi, non deſinebat in lutum, quando advenit regnum ſpiritale Meſſiæ, ſed ad plura ſæcula poſt Chriſtum natum floruit. Nec verò etiam idem Imperium ante Chriſtum natum ullo *humano ſemine*, hoc eſt affinitatis, aut matrimonii vinculo fuerat cum cæteris regnis copulatum; ut ſatis appareat, regnum partim ferreum, partim luteum, non fuiſſe regnum Romanorum.

Idem Munſterus ad hæc verba versûs 45. *quod autem vidiſti lapidem de monte avulſum, &c.* » oſtenditur, inquit, in his verbis ſecundus Chriſti » adventus. « Viderat Munſterus in verſu 44. regnum Chriſti *ſpirituale*, quod ortum eſt in primo ejus adventu; nunc videre videtur ſecundum, cùm tamen nihil ſit in ſerie orationis, quod nunc primum deſignet,

---

a Dan. cap. II. v. 44.

nunc ſecundum. Verſu 44. frangit lapis omnia regna, quæ ante ſuum regnum floruerunt; verſu 45. idem lapis frangit & *ferrum* & *æs* & *argillam*: quo ipſo docemur, verſu 45. particulatim enuntiari eadem, quæ verſu 44. generatim dicta ſunt; itaque idem tempus eſſe, quo Imperium lapidis orditur, & quo frangit priora Imperia, non autem duo tempora longè diverſa; unum Chriſtianæ Eccleſiæ naſcentis, alterum poſt plura ſæculorum millia venturum, cùm Chriſtus in ultimo ſuo adventu regna omnia terrena in nihilum redacturus eſt. Nec minùs diſcedit à ſe ipſo Munſterus, quàm ab ſerie orationis, cùm hæc ſubjungit: » Hic veluti lapis angularis ſectus eſt de monte, hoc eſt natus de populo Dei; vel ſecundùm » alios, *lapis iſte ſine manibus ſectus eſt;* hoc eſt, repentè in judicio apparebit de monte cœleſti, & comminuet atque rediget omnia in nihilum. « Enimverò, ſi *lapis ſectus* ſignificat, *natus de populo Dei*, indicatur primus Chriſti adventus, qui extitit per naſcendi originem; ſin autem lapis *ſectus eſt de monte cœleſti*, prædicitur ſecundus. Ergò unus, aut alter prædicitur, non duplex adventus; nec unus in humilitate, alter in gloriâ, ut anteà dixerat Munſterus. Non enim poteſt lapis eatenus ut *ſectus eſt*, vel *ut deſcendit*, deſignare Imperii Chriſti humilitatem ſimul & gloriam.

Quid dicam Grotium, qui ad verſum 44. poſtquàm in lapide de monte abſciſſo vidit populi Romani exercitus, ſubjungit: » Idem lapis » & filius hominis. Geſſit autem in hâc re Imperium Romanum non » obſcurum typum Evangelii, quod ortum de cœlo ab exiguis initiis in » immenſum crevit. » Si *lapis* notat exercitus populi Romani, quî fieri poteſt ut deſignet in typo filium hominis? Ut exercitus typus ſit regni ejus, quod ſine armis ortum eſt; ut lapis, qui omnia cadendo ſternit, filii hominis, qui *arundinem quaſſatam* non fregit? Vel quis docuerat Grotium, fuiſſe typos in Romano Imperio, tanquam in Veteri Lege, rerum Chriſtianarum? Typum vidit Grotius in eo quòd, ut Rom. Imperium, ita Evangelium ab exiguis initiis in immenſum crevit. Sed cùm cæterorum regnorum, quæ multùm creverunt, initia parva etiam fuerint, oportebat ut aliâ re, quàm parvis initiis, typus eſſet Eccleſiæ Imperium Romanum; & typi tales mera figmenta ſunt, ubi præcipuis nominibus diſſimilis eſt typus ei rei, cujus typus eſſe fingitur; ut diſſimilis eſt Eccleſia Rom. Imperio, cujus & initia & incrementa facta ſunt vi armorum;

cùm contrà Ecclesia mentes, non corpora, subdiderit, & Respublicas, quæ in orbe erant, reliquerit intactas. Denique planum est ex totâ serie orationis, regna prænuntiari, quorum unum sit alteri successurum; non autem unum, alio durante, esse oriturum, ut durante Imperio Romano Ecclesia orta est & crevit: non igitur typum fuisse Ecclesiæ Imperium Rom. si quidem typus aboletur & nihil est, ubi advenit id, quod in typo demonstrabatur.

Alterum exemplum addimus Isaiæ caput XXIV. in quo videmus adhuc Grotium, dum seriem negligit, vaticinationem ad alios, quàm qui prædicuntur, eventus detorquentem. Hoc caput sic orditur, *ecce Dominus terram vastaturus est.* » Pertinet, inquit Grotius, hoc vaticinium ad de» vastationem terræ decem Tribuum factam per Salmanasarem, ut appa» ret versu 10. & ad liberationem Hierosolymorum à Sennacherib, fine » capitis. « Legitur, v. 10. *civitas nihili conquassata est*, vel, ut Vulgatus, *attrita est civitas vanitatis*, quæ verba Grotius sic exponit: » Aliis » nominibus idem significantibus expressit eam urbem, quæ Judæis voca» batur בית און, *urbs vanitatis*, Israelitis autem בית אל, *Bethel.* « Ex hâc unâ urbis appellatione judicat Grotius, vaticinari Isaiam de ruinâ decem Tribuum; neque ullum aliud profert argumentum. Sed errat 1°. de appellatione בית און. Quippe Isaias non utitur nomine בית און, sed בית תהו, quod non legitur fuisse in usu apud Judæos, ut significaretur *Bethel*, sed quod proprium est Isaiæ hoc in loco. 2°. Neque Israelitæ soli urbem Bethel nominabant *Bethel*, sed isto modo etiam Judæi. 3°. Non docet Grotius cur appellatio, *civitas vanitatis*, non conveniat urbi Jerusalem, ut & Bethel, aut Samariæ. Non indicari Samariam, aut Bethel, colligi potest ex eo, quòd ejus habitatores non notat Isaias, tanquam Idololatras, sed eos objurgat, quòd *Legem præterierint*, (v. 5.) *statuta inverterint, violaverint fœdus sempiternum*, quæ objurgatio non tam apposité adhibetur contra Israelitas, quàm contra Judæos, qui proximè ante Christum natum vixerunt, quo tempore Judæi non fuerunt Idololatræ. Nam quoties Prophetæ Samariam, aut Jerusalem prædicunt deletum iri ab Assyriis, aut Chaldæis, toties causam ruinæ præcipuam docent esse Idololatriam. Propterea nos in notis nostris statuimus prædici ultimam Jerosolymæ cladem per Romanos factam: quo ultimo tempore Judæi, *statuta inverterant, &c.* quod eis crimen objicit Christus Dominus, non au-

tem Idololatriæ crimen admiserant. Ad versum 4. ubi legimus, *collabitur satiscitque orbis*, vel, ut Vulgatus, *defluit orbis;* » fuerat, inquit Gro- » tius, illa terra (decem Tribuum) velut orbis quidam secretus ab insti- » tutis aliarum gentium. « Verùm non terra sola decem Tribuum, sed etiam terra regni Judæ secreta fuerat ab earumdem gentium institutis; ergò nihil erat, cur Grotius vocabulum תבל de decem tantùm Tribubus dictum putaret. Idem ad versum 13. ubi, *quomodò paucæ olivæ, quæ remanserant, excutiuntur ob oleâ:* » Hoc ideò, inquit, quia multos de de- » cem Tribubus jam ante transtulerat Teglatphalasar. « Simul allegat Lectores ad II. Reg. XV. 29. ubi tamen nihil legitur de illis captivis à rege Theglatphalasar ex decem Tribubus abductis: hoc tantùm narratur, eum cepisse urbes Galilææ & Tribus Nephthali. Sed quanquam ex decem Tribubus *multi*, ut ait Grotius, captivi tum facti essent, nemo dixerit eos, qui remanserant, sic fuisse, tanquam paucas olivas, oleâ excussâ, cùm constet ex Sacrâ Historiâ, floruisse posteà, regnante Osee, regnum Israel. Quid, quòd Grotius hæc verba, *hinnient de mari*, (v. 14.) sic exponit: » Canent triumphum Judæi etiam qui Joppen aliaque loca maritima habi- » tant, quòd malum illud à Salmanasare evaserint. « In eo enim Commentario Grotius, cùm errat de personis, tum etiam orationis seriem apertè violat. Etenim המה, *illi*, qui *hinnient*, iidem sunt, de quibus antea dictum est eos parvo numero remansuros, ut olivas, excussâ oleâ; non igitur Judæi *Joppenses*, quos perperam Grotius inducit in orationem, si antea Propheta, ut vult, de Israelitis, non de Judæensibus loquebatur. Idem ad versum 16. ubi legitur, *secretum meum mihi*, putat Isaiam sic dicere: » Erit quidem magna causa gaudendi, sed non diuturna; nam » peccata Judæorum tanta sunt, ut & ipsa attractura sint magnas clades. « Videtur Grotio transire Isaiam ad Sennacherib tempora, cùm tamen nihil insit in serie vaticinationis, unde colligi possit, Prophetam res alias ordiri. Abutitur verò etiam Grotius non modo serie orationis, sed ipsis Prophetæ verbis, cùm hæc quæ habentur vv. 19. & 20. *Terræ fractæ dissiliunt.... sedibus imis contremiscunt.... agitur summoveturque, ut tugurium, nec surget ampliùs*, ductis ex diluvio, vel ex Mundi ruinâ, similitudinibus; nihil aliud significare docet, quàm » multa oppida à Sennacheribo » destructa, in suis ruinis mansura. « Hoc confirmare se putat ex Isaiæ X. 9. 28. & 29. ubi tamen non legitur, oppida, à Sennacherib destructa,

tructa, mansura esse, vel mansisse in ruinis suis. Imò hæc oppida fuisse deinde ab Ezechiâ instaurata probari potest ex Libro II. Paralipomenon, cap. XXXII. v. 22. ubi, postquàm dictum est, liberatum fuisse Ezechiam à rege Sennacherib, subditur, v. 29. *& urbes ædificavit sibi; habebat quippe greges ovium & armentorum innumerabiles.* Eas enim urbes non credibile est ædificasse Ezechiam, nisi priùs urbes munitas instaurasset; per quas urbes, nisi instauratæ fuissent, aditus patebat in regnum suum, in urbes adeò, in quibus suos alebat greges.

Hactenus diximus de difficultatibus, quæ occurrunt in explicandis Prophetis, & de erroribus vitandis, in quos per eas ducimur. Nunc dicendum est de præjudicatis opinionibus. Etenim cavendum est, ne nos quædam nostræ opiniones, non satis perspectæ, aliò abripiant, quàm quò nos Prophetarum verba & sententiæ ducunt.

Hujus generis est opinio illorum, qui ad legendos Prophetas ita parati accedunt, ut in omnibus vaticinationibus credant se conquirere debere sententiam duplicem; unam, ut aiunt, *litteralem*, alteram *mysticam*, sive *spiritualem.* Hæc enim opinio fundamentum in Sacris Codicibus nullum certum habet. Nullibi legimus, neque in Veteri, neque in Novo Testamento, vaticinationes omnes Prophetarum biformes esse, ut ænigmata, aut ut parabolas. Neque ulla certa ratio affertur, cur noluerit Deus res in veteri Lege proximè eventuras patefacere Prophetis, nisi simul & in iisdem oraculis alias res præmonstraret, quæ in novâ Lege accidere deberent. Nec licet à quibusdam exemplis pro tali opinione argumentari, ne vitiosa sit argumentatio, si, cùm totum ostendere debeas, partem aliquam demonstres. Hæc opinio si haberi posset, certè ita suscipienda esset, ut ex Lectione omnium Prophetarum colligeretur; nam res est de facto. Non quæritur utrùm Prophetæ potuerint nunquam vaticinari, nisi duos eventus simul prædicerent, unum apertè, alterum obscurè; sed utrùm omnia eorum oracula contineant reverà duas prædictiones, unam apertam, alteram in ænigmate adumbratam. Hæc quæstio explicari non potest, nisi ab omnium, quæ extant, sacrorum oraculorum attentâ consideratione; quæ oracula, si omnia commodè ad sententiam duplicem, unam *litteralem*, alteram *mysticam*, vocari possunt, tum hæc opinio confirmabitur; sin autem hoc fieri non poterit, nisi per confictas allegorias, vel per figuras orationis, quæ Prophetarum stylum non redoleant, tum cer-

m

tum fiet, non omnes vaticinationes esse ejusmodi, ut sententiam duplicem admittant. Hoc verò etiam pro certo habendum esse non dubitabunt ii Lectores, qui in legendis Commentariis assiduè versati fuerint, postquàm viderunt, quantam vim Sacræ Paginæ afferant Interpretes, & quàm parum consentientes inter se *mysticos sensus* adducant, cùm sententiam duplicem ex quibusdam vaticinationibus eruere conantur.

Verùm quid dicemus, inquies, veteres Ecclesiæ Doctores, qui ad unumquodque Prophetarum caput perpetuos texebant ex sensu litterali & mystico Commentarios, præcipuè doctum Hieronymum? Respondeo 1°. eosdem multa explicasse *ad litteram*, nullo apposito *sensu mystico*, sive allegorico; quod & fecit Hieronymus in Danielem Prophetam: 2°. Aliud esse explicare quædam allegoricè, aliud de simili conatu sancire legem; de quâ re audiendus est ipse Hieronymus: [a] » Necessitate, in» quit, compellor quasi inter saxa & scopulos imminente naufragio, sic » inter Historiam & Allegoriam orationis meæ cursum flectere.... Testis » est mihi Dominus, me omnia quæ secundùm Hebræos dissero, non de » proprio sensu loqui.... Sed Hebræorum sequi expositionem, à quibus » non modico tempore eruditus debeo meis simpliciter indicare quæ di» dici. Certè in Lectoris erit arbitrio, cùm utrumque percurrerit, quid » magis sequi debeat, judicare. « Quibus in verbis liberum relinquit Hieronymus Lectoribus suis, non modò ut non sequantur, si eis videbitur, sensus, quos profert, allegoricos, sed etiam ut nullum sequantur, si eis apparebit in vaticinatione nihil allegoricum latere. Atque eandem licentiam dederat ad Nahum caput I. de sensibus allegoricis, quos promebat ex Græcâ Editione Vulgatâ: eòque id magis, » quòd adversùs conscien» tiam, inquit, meam cogor interdum Vulgatæ Editionis consequentiam » texere. « Nam eo ipso Hieronymus confitebatur, meliùs se facturum fuisse, si mystico in Græcos Codices labore supersedisset; quoniam ex *consequentiâ*, hoc est, orationis serie Codicum Græcorum, quæ Hieronymo parum recta videbatur, liquet nullam promi potuisse veram allegoriam.

Altera est præjudicata opinio, huic priori opposita, nulla oracula Prophetarum dupliciter explicari debere, sed in singulis contineri unius tantùm eventûs prædictionem. Hoc enim præjudicari non debet, quia non agitur, quid consentaneum sit fecisse Prophetas, sed quid fecerint: quod

---

[a] Ad Nahum cap. II.

cognoſci non poteſt, niſi ſingula oracula diligenter inſpexeris. Propterea ſapiens Lector ad legendos Prophetas ſic accedere debet, ut, quomodo ad unum tantùm eventum, ita ad duos eventus in unâ eademque vaticinatione recognoſcendos, verbis Prophetæ & orationis fluxu ſe duci patiatur, ne contra flumen niti videatur, ſi in uno inſiſtet; præſertim cùm multis de cauſis appareat, non omnia debuiſſe apertè prænuntiari. Enimverò ſic ferè eſt de oraculis Prophetarum, ut de typis. Quemadmodum in veteri Lege typi multis de cauſis neceſſarii erant, ita etiam oracula ſententiæ duplicis. Et quibus iiſdem de cauſis oportebat eſſe in veteri Lege multos typos, de illis conveniebat oracula quædam Prophetarum eſſe allegoriis obſcurata. Ut veteris Legis pars erant typi, ita Prophetiæ pars erant ſententiæ duplices, quarum una continebat typum, altera rem in typo adumbratam; & quandoquidem non negatur fuiſſe in veteri Lege typos, non eſt negandum, eſſe in Prophetis vaticinationes ad typi formam confectas. Itaque etiam conſuetus mos erat Prophetarum, diverſi generis nunc malorum impendentium minas, nunc tribuendorum bonorum promiſſiones in unâ eademque orationis ſerie prædicere. Sic vidimus ſuprà, Iſaiam ad liberationem ex Bab. captivitate annectere liberationem per Chriſtum futuram, quoniam illæ duæ liberationes verſabantur in eodem, quanquam diverſæ, genere ſalutis: Sic Chriſtum Dominum Jeroſolymæ cladem annectere ad ultimorum temporum tentationes & clades.

His autem eventibus ſuam cuique in eodem oraculo ineſſe prædictionem facilè dignoſcitur, ſi, cùm unus eventus in verbis quibuſdam Prophetæ ſtrictè exprimatur & contineatur, tamen in aliis verbis, aut in alio membro orationis quædam exhibeantur, quæ excedant, ut ait Hieronymus, *mediocritatem illorum temporum;* ſi modò pars una vaticinationis, quæ unum eventum prænuntiat, cum alterâ parte, quæ alterum demonſtrat, pugnantia non loquatur. Dico, pugnantia non loquatur, quia typus nihil habere debet rei, cujus typus eſt, alienum & contrarium. Tum enim duntaxat accidere poteſt ut ſenſus prior vaticinationis typus ſit alterius ſensûs, qui *myſticus* vocatur. Itaque ſenſus poſterior talis debet eſſe, ut ad priorem adjungatur, non quomodò junguntur *gryphes equis*, ſed ut ad typum aliquandò adjungitur pars quædam rei ejus, quæ in antitypo futura eſt, quæque in typo non potuit contineri, propter rei, quæ typus eſt, *mediocritatem.*

Non omittendum eſt, vaticinationem non ideò eſſe duplicis ſententiæ, quòd eventus duos, qui ſimiles fuerunt, prædicere videatur; puta vaticinationes quæ leguntur adversùs Moab, vel Edom, explicari ſimul poſſe de excidio Amon, vel aliarum vicinarum gentium, quæ ferè eodem, quo Moab, exitio deletæ fuerunt. Nam qualiſcunque utrobique ſimilitudo eſſe videatur, non jus eſt ſtatuere, vaticinationem de unius gentis excidio, alterius etiam gentis ruinam demonſtrare, quaſi in typo antitypum, ut quibuſdam viſum eſt; quia typi erant veteris Legis; novæ, antitypi: utrique de illis rebus, quæ ad utramque religionem pertinebant. Ex quo efficitur, ut vaticinatio quæ eventum deſignat, ſtante veteri Lege, complendum, gerere typum non poſſet, niſi earum rerum, quæ in novâ Lege eventuræ eſſent.

Sed ſi comperitur vaticinationem quandam unum tantùm eventum prænuntiare, tum ſenſum ejus vaticinationis proprium habes in verbis ipſis, ſive propriè verba uſurpantur, ſive metaphoricè: (Nam pertinet metaphora, ut antea diximus, ad ſenſum litteralem.) Atque is ſenſus proprius ſæpè reperitur in ſacris oraculis quæ de novâ Lege vaticinantur, ut & in illis quæ in veteri Lege complenda ſunt. Neque enim putandum eſt, gratiam novæ Legis non alio modo, quàm typico & quaſi ſecundario, prædici. Prædixit Iſaias de Chriſti naſcendi origine planè & apertè, dicens, *ecce virgo concipiet;* Daniel de morte ejus, dicens, *occidetur Chriſtus;* & ſic alia multa de Chriſtianâ Eccleſiâ cæteri Prophetæ.

Tertia præjudicata opinio eſt, quæ non parùm nocet intelligentiæ Prophetarum, credere bona externa, quæ ſacra oracula pollicentur, eſſe veteris tantùm, ſpiritualia non niſi novi fœderis. Quicunque in eâ opinione verſantur, de novo fœdere explicant omnes vaticinationes, in quibus ſpiritualia bona promittuntur; de vetere omnes, in quibus bona externa; cùm tamen Prophetæ ſæpe ſpiritualia bona prædicant danda eſſe Judæis in veteri Lege conſtitutis, ut & ſæpe bona externa ipſis poſt nuntiatum Evangelium Judæis, vel aliis gentibus, Chriſtianis factis. Prædixerant Prophetæ futurum eſſe ut Judæi Babylone captivi ad Deum ſuum redirent, abjectis Idolis, & ut peccata ſua & ſuorum parentum confiterentur; atque illæ vaticinationes habuêre poſt reditum ex Babylone & in ipsâ captivitate eventum ſuum. Ergò erraret, ſi quis illam ad Deum reverſionem peccatorumque confeſſionem, quia in ſpiritualibus donis cenſeri

ſeri debet, ad ultimum tantùm Judæorum reditum accommodaret. Idem dicendum eſt de Iſaiæ vaticinatione, *Quis iſte venit de Edom tinctis veſtibus*, quæ ſpectabat, ut diximus, ad tempora Macchabæorum. Illis enim temporibus Rempublicam ſuam Macchabæi, non ſine donis ſpiritualibus, Deo dante, recuperârunt. De bonis externis Chriſtianæ Eccleſiæ largiendis mox dicemus; unum tantùm nunc exemplum afferimus, ubi poſtquàm [a] Iſaias ultimam cladem Judæorum per *gladium* & per *famem* prædixit eſſe adventuram, hæc ſubjungit, *ſervi autem mei cibum habebunt, voſque interea fame laborabitis, relinquetiſque Electis meis nomen veſtrum ad exſecrationem. Dominus... ſervos ſuos alio nomine appellabit.* In quâ vaticinatione vides *ſervos* Dei *cibum* habere, quod bonum eſt terrenum. Neque enim hæc allegoriam capere poſſunt; quoniam *cibus* in oratione Prophetæ ex adverſo eſt *famis*, quæ *fames* eſt corporis, quia ipſa *fames* reſpondet *gladio*; qui *gladius* non capit allegoriam. Atqui *ſervi* illi Dei, qui *cibum habent*, quique alio nomine appellantur, dum Judæorum nomen exſecrationi mandatur, non alii ſunt, quàm primi Chriſtiani, qui, ut in notâ noſtrâ diximus, priuſquàm fames in Jeruſalem à Romanis obſeſsâ graſſaretur, Pellam ſe receperunt; conſilia eorum Deo ſic moderante, ut hanc Iſaiæ vaticinationem in perſonâ ſuâ implerent. Deſcripſerunt Prophetæ eum ſtatum orbis, in quo omnes gentes Evangelio credituræ ſunt, ejuſque legibus vivituræ; in quâ deſcriptione non mirum eſt eos bona ſpiritalia miſcuiſſe cum externis; etenim externa hæc ſignum futura ſunt, adeſſe etiam ſpiritalia; & fieri vix poteſt ut omnes, quæ ſub cœlo ſunt, nationes ad vexilla Chriſti confluant, & ſub eis tutam ſedem habeant, niſi nullum eſt impedimentum, niſi adeò viget in orbe alta pax, & cætera bona, quæ pacem comitantur.

Quarta eſt præjudicata opinio, Prophetarum magnificas de Chriſto Domino in terris per Evangelium regnante vaticinationes fuiſſe Eccleſiâ naſcente atque creſcente omninò completas. Daniel hæc prædicit: [b] *Data eſt ei poteſtas & honos & regnum, ut eum colerent omnes populi & Tribus & Linguæ, ut poteſtas ejus durabilis eſſet, nec finem habitura.* Jeremias: [c] *Eò tempore vocabitur Jeruſalem ſolium Domini, & confluent ad eam omnes*

---

a Iſ. cap. LXV. w. 12. & 13.
b Dan. cap. VII. v. 14.
c Jer. cap. III. v. 17.

gentes, propter nomen Domini, quod erit in Jerusalem. Isaias: [a] *Ego per memetipsum juravi, flectetur mihi omne genu, omnis Lingua per Dominum jurabit.* Idem: [b] *Domus mea domus orationis vocabitur apud omnes gentes.* Sophonias: [c] *Posteà effundam in populos labium mundum, ut omnes invocent nomen Domini, eique humero uno serviant.* Jeremias: [d] *Non erit ampliùs ut suum quisque proximum doceat, aut frater fratrem, dicens, cognoscite Dominum; quippe me omnes & magni & parvi cognitum habebunt.* Isaias: [e] *Non malè facient in toto monte sancto meo.... Nam terra scientiâ & timore Domini plena erit, ut maria implent aquæ.* Omnes fatentur hæc & alia similia oracula non antea fuisse implenda, quàm Christus nasceretur. Quòd si qui putant hæc eadem, Ecclesiâ nascente, aut crescente, fuisse impleta, videndum est eis an explicare possint, quomodò Ecclesiâ nascente, aut in primis Ecclesiæ sæculis, omnes populi & Tribus & Linguæ Christo Domino *humero uno* servierint; quomodò scientiâ & timore Domini plena esset omnis terra, *ut maria implent aquæ.* Hæc enim universitatem Christi servorum demonstrant tantam, quanta maxima esse potest, & qualis tum demùm futura est, cùm omnes gentes, ipsi etiam Judæi Evangelio Christi obsequentur. Nec licet credere, ut hæc oracula eventum suum jam habuerint, satis esse, si omnes gentes Christo Domino aliæ post alias servierint; cùm constet ex Historiâ tum Sacrâ tum Profanâ plusquàm dimidiam Mundi partem de Evangelio nunquam quidquam, nisi famâ, audivisse; & cùm huic interpretationi obstent hæc verba, *ut maria implent aquæ;* in quibus verbis omnes tractus maris exhibentur ut aquis pleni simul, non autem alii post alios, quasi pars aliqua maris posset esse sine aquis; in quibus adeò status universi orbis ita demonstratur, ut omnes ejus partes & regiones scientiâ & timore Domini simul plenæ esse debeant.

Quòd si igitur nondum completæ sunt magnificæ illæ de Christi religione in terris regnante vaticinationes, maximæ operæ pretium est inquirere ex ipsis Prophetis, quonam illæ tempore habituræ sint eventum suum, an pluribus sæculis volvendis ante Mundi finem, an verò annis

---

a Is. cap. XLV. v. 23.
b Ibid. cap. LVI. v. 7.
c Sophon. cap. III. v. 9.
d Jer. cap. XXXI. v. 34.
e Is. cap. XI. v. 9.

Mundi fini proximis, & paulò ante extremum judicium. Plerique omnes ultimam ſententiam amplectuntur.

Verùm hæc nobis videtur eſſe (quinta) præjudicata opinio, per quam multa oracula Prophetarum ſuis eventibus fruſtrantur. Perſuadent ipſi Prophetæ ab eâ rerum, quas deſcribunt, magnitudine & univerſitate, fieri non poſſe ut illæ ſine longo temporis intervallo ſortiantur eventum ſuum. Etſi enim tum Deus adhibebit, ut Eccleſiâ naſcente, multam vim miraculorum, tamen liquet ab ipſo exemplo Eccleſiæ tum naſcentis, tum creſcentis, plura ſæcula requiri, ut fides, veritas, juſtitia & pax totum orbem latè impleat. Enimverò peragrandi erunt varii terrarum & vaſti marium tractus; ſuperanda erit & morum feritas, & pertinacia Idololatriæ & craſſa ignorantia multorum Aſiæ, Africæ, Americæ populorum priùs, quàm lux Evangelii omnibus ſimul affulgeat : quæ poſteaquàm affulſerit, longo opus erit intervallo annorum, ut ſtatus ille hominum fidelium confirmetur. Nam diuturnum eum fore Prophetæ oſtendunt; & de eâ diuturnitate tametſi non vaticinati eſſent, tamen non facilè crederetur illud univerſum Chriſti & Evangelii regnum, quod per tot ſæcula prædictum fuit, non futurum eſſe niſi paucorum annorum; poſtquàm multorum ſæculorum fuerit is hominum ſtatus, in quo multa deſunt, quæ in Chriſti regno non defutura eſſe Prophetæ confirmant. Videant igitur qui magnificas eas prædictiones ad ultima Mundi tempora reſervant, quàm aptè ejuſdem regni tempora deſcribant. Certè, cùm fateantur ſtatum Eccleſiæ præſentem, in quo *omnes qui piè vivere volunt, perſecutionem patiuntur*, non eſſe eum ſtatum felicem, quem Prophetæ deſcribunt, non jam eis licet vaticinationis eventum rejicire ad ultimam Mundi ætatem : niſi volunt eundem ſtatum tum eſſe initium habiturum, cùm propè erit ut finem nanciſcatur, & Chriſtum Dominum per juſtitiam, fidem pacemque univerſalem in ultimo tantùm quaſi fabulæ actu regnaturum, & tum, cùm regnum ſuum jam jam [a] *tradet Deo & Patri.* Hoc verò illi non perſuadebunt Chriſtianis, qui ſplendidas ejus ſtatûs imagines attentè conſiderârint. Nam incredibile videtur ſtatum præſentem, in quo Chriſtus in membris ſuis patitur potiùs, quàm regnat, ad ultima Mundi ſæcula duraturum, eum autem, in quo ſublatâ ex terris

---

a I. Cor. cap. XV. v. 24.

iniquitate regnaturus eſt, fore ad brevis uſuram temporis. Neque verò illud idem ullâ ratione perſuadere poterunt Judæis. Errant Judæi de primo Meſſiæ adventu, quem in primis exordiis omnem ſuam gloriam habiturum eſſe ſomniant. Sed ſi nos eam gloriam ad ultimam rejicimus Mundi ætatem, jure hoc negant Judæi, quia brevitas tanta ejuſdem gloriæ contradicit oraculis Prophetarum, qui gloriam Meſſiæ in terris diuturnam fore prædixerunt, quam gloriam notâ propriâ ſignaverunt fidei & juſtitæ in univerſo orbe longè latèque diffuſæ. Ergo illæ ſplendidæ de Chriſti regno vaticinationes ita nobis explicandæ ſunt, ut media tempora conſtituamus, à quibus temporibus uſque ad Mundi finem ſatis ſit intervalli, eventum ut ſuum habere poſſint. Hoc modo & locum habebimus, ubi oraculorum, quæ nondum completa ſunt, eventus collocare commodè poſſimus, & leniemus magnam Judæorum offenſionem, quibus non perſuademus, neque ſtatum Eccleſiæ præſentem talem eſſe, qualem Prophetæ regnante Meſſiâ futurum eſſe prædicunt, neque gloriam regni Meſſiæ in terris paucorum annorum futuram.

Sexta eſt præjudicata opinio, vaticinationes ſuprà dictas, quæ nimis magnificæ quibuſdam videntur, quàm ut in hoc *ſtatu viæ*, ut aiunt, compleri poſſint, in *ſtatu gloriæ* eſſe complendas, & ſub iſtis velis obſcurè memorari beatam æternitatem. Dico hanc eſſe præjudicatam opinionem, 1°. quia data non fuit hominibus Prophetia eo fine, ut prædicerentur quæ in alio, quàm *viæ ſtatu*, eventura eſſent: 2°. Quia neque illæ magnificæ vaticinationes applicari ad beatam æternitatem poſſunt.

Primò non eo fine data eſt Prophetia, ut quæ in alio, quàm *viæ ſtatu* eventura eſſent, prædicerentur. Nam in Prophetiâ duplex eſt ſubſidium veræ religionis; unum, ut Dei cultores qui priùs vivunt, quàm vaticinationes re completæ fuerint, [a] *per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeant;* alterum, ut illi qui ſacra oracula pervenire, aut jam perveniſſe ad eventum ſuum vident, Deo credant, qui ſuo numine afflavit Prophetas, nec dubitent omnia profiteri, quæ in verâ religione continentur. Hæ duæ cauſæ, propter quas allata eſt de cœlo Prophetia, dubitare non ſinunt, quin omnia oracula Prophetarum, priuſquàm tempora hujus vitæ finem habuerint, complenda ſint; nulla igitur ſupererunt in æternitate complenda.

[a] Rom. cap. XV. v. 4.

Verùm,

Verùm, inquies, nonne hæc tamen hominibus utilia sunt, quibus spem ostendunt æternæ felicitatis?

Respondeo Christianorum hominum spem non ali talibus promissis beatæ vitæ allegoricis, postea quàm umbris locum eripuit Evangelii veritas; neque verò etiam spem Judæorum. Primò enim istæ oraculorum de beatâ vitâ interpretationes sunt, ut leviter dicam, dubiæ, neque adeò tales ut spem afferre atque alere possint. Nam spes debet esse, ut ait Apostolus, [a] *anchora animæ tuta & firma*, nec firmum est quod dubitationem relinquit. Secundò nullibi Prophetæ, ut neque Moyses, beatam æternamque vitam planè & apertè demonstrant; ex quo sequitur, si Prophetæ vitæ æternæ texuissent perpetuas allegorias, ut aliquandò fecisse creduntur, futurum fuisse ut Judæos ad errorem traherent, quoniam in scriptis suis nihil reliquerant, ex quo intelligere Judæi possent, has esse allegorias, nec eas esse ad tempora hujus mortalis vitæ adhibendas. Quòd si igitur tales æternæ vitæ adumbrationes nullo subsidio erant nec Christianis, nec Judæis, easdemne utiles dicemus fore Beatis in æternitate constitutis? Verùm quò pertinent umbræ hominibus, qui vident *in specie*, non jam *in ænigmate?* Non talibus eget auxiliis beata immortalitas; neque concedi potest Deum, qui nihil frustrà operatur, miracula fecisse afflandis suo numine Prophetis, ut homines beatos hæc doceret, quæ non videre, non audire, non sentire in æternitate non possunt.

Secundò neque illæ magnificæ vaticinationes applicari ad beatam æternitatem possunt. Exemplo erit illa ipsa vaticinatio, ex quâ præsertim nata est hæc præjudicata opinio, quam impugnamus. Isaias hæc dicit: [b] *Ecce ego creaturus sum cœlos novos & terram novam.....* [c] *Ego de Jerusalem gaudebo.... neque enim adhuc in eâ audietur planctuum strepitus, nec sonus vociferationis.* [d] *Non inde orietur infans ad paucos dies.... Etenim morietur puer centum annorum.* [e] *Domos ædificabunt, quas & habitabunt; plantabunt vineas, fructusque earum comedent.* [f] *Populi mei dies tot erunt, quot annosæ arboris.* [g] *Non parient inutiliter.... nec erunt sine posteris suis, &c.*

---

a Hebr. cap. VI. v. 19.
b If. cap. LXV. v. 17.
c Ibid. v. 19.
d Ibid. v. 20.
e Ibid. v. 21.
f Ibid. v. 22.
g Ibid. v. 23.

Hæc omnia non fuerunt in primis Chriſtianæ Eccleſiæ ſæculis completa ; neque enim *planctuum ſtrepitus* tunc non auditus eſt, cùm tot Chriſtiani bonis ſuis pellebantur, exilio multabantur, ad ſupplicium trahebantur ; nec nulli tum infantes *ad paucos dies* naſcebantur, nec dies Chriſtianorum tot erant, quot annoſæ arboris. Neque hæc eadem in Mundi ultimâ ætate eventum ſuum habere poſſunt, quia huic Mundi ultimæ periodo aptari non poteſt nec vita hominum longior, neque illius ſtatûs diuturnitas ; quæ planè & apertè in hoc oraculo demonſtratur. Ergò illis de cauſis multi præjudicant occultari ſub iſtis velis beatam æternitatem ; quod nos, priuſquàm falſum eſſe ex Apoſtolis Petro & Paulo probamus, breviter oſtendemus, quàm parum aptè huic vaticinationi Interpretes diverſa vela obtendant.

Clarius ad verſum 17. hæc ait : *Cœlos novos :* » omnia ſignificat renovanda eſſe per Chriſtum, quaſi in novo Mundo verſari videamur : Idem ad verſum 20. » *Infans dierum.* Quid ſit *infans dierum*, videtur exponere » per id, quod ſequitur, *& ſenex qui non impleat dies ſuos.* Quòd ſcilicet longiſſimam ætatem victuri ſint. Quibus verbis quid aliud, quàm » æternitas ſignificatur : quam æternitatem cùm obtectis verbis dicere vel» let, quo ſermone aptiùs uti potuiſſet ?

Forerius ad verſum 17. » Decrevi, inquit, novum orbem condere ; » hoc enim per *cœlos* intelligitur in Scripturis. Regnum itaque Chriſti » eſt novus Mundus, multò auguſtior, multò pulchrior, infinitis parti» bus, iſto, quem cernimus, amplior atque ornatior.... Adde quòd ipſa » quoque viſibilia novi Mundi, quæ in Mundo hoc ſunt præſtantiſſima » longè ſuperant dignitate atque gloriâ. An non pulchriores & digniores » Paulus & Petrus lunâ & ſole ? An non præſtaret Mundum tenebris in» volvi, quàm doctrinæ iſtorum hominum luce carere ? Idem ad verſum » 20. *quia puer filius centum annorum auferetur.* Auferri autem in Eccle» ſiâ, ſeu *mori*, eſt ab Eccleſiâ damnari.

Denique Grotius *cœlum novum* ſic habet, tanquam » non, ut ante, » nubilum, ſed ſerenum ; *terram novam*, tanquam non deſertam & ſte» rilem, ſed habitatam & fœcundam. « Atque idem eas vaticinationes applicat ad tempus Macchabæorum, ut oppoſitum temporibus, quibus rex Antiochus Judæos perſequebatur.

In illis tribus doctorum Interpretum Commentariis videt Lector quanta

ſit diſcordia. Clarius accepit *cœlos novos* & *terram novam*, pro æternitate; quam vellet Iſaias velare verbis obſcuris. Forerius, pro Mundo & inviſibili & viſibili, quem creavit Chriſtus per Evangelii efficaciam. Grotius, pro rebus proſperis, quas experti ſunt Macchabæi. Unus vaticinationem negat re complendam eſſe, niſi in æternitate; alter expletam vult fuiſſe Chriſtianæ Eccleſiæ in ipſo exordio; tertius, ante prædicatum Evangelium. Itaque nec de eventibus ab Iſaiâ prædictis, nec de eventuum tempore conſentiunt; hoc uno inter ſe non pugnant, quòd *cœlos novos & terram novam* allegoricè interpretantur. In quo ipſo primùm quidem Prophetæ verba & ſententiam ſuo quiſque modo deſerunt. Clarius, in eo, quòd *annos centum*, ſic habet ut æternitatem verbis obſcuris velatam; cùm tamen numerus *centum*, non ſignificet Hebraicè, ut Latinè, magnum numerum, non finitum, ſed ipſum & ſolum numerum centenum. Forerius falsè interpretatur verbum ימות, *morietur*, tanquam *ab Eccleſiâ damnabitur*, & ſententiam adducit longè petitam. Grotius ludificat, ſuo more, Lectores, cùm *cœlos novos*, docet ſignificare cœlum ſerenum; *terram novam*, terram fœcundam & habitatam. Secundò eo in ipſo, in quo conſentiunt, pugnant cum Apoſtolo Petro. Etenim Petrus dicens, [a] *novos verò cœlos & terram novam ſecundùm promiſſa ipſius expectamus*, promiſſa hæc intelligit, quæ in hâc Iſaiæ vaticinatione continentur. Neque enim de cœlis novis & de terrâ novâ in veteri Teſtamento quidquam legitur, niſi apud Iſaiam. Atqui hæc eadem promiſſa Petrus intellexit propriè, non autem allegoricè. Hoc verba ejus ipſa demonſtrant. Nempe eodem capite jam bis nominaverat *cœlum* & *terram*. Dixerat verſu 5. *cœli qui erant priùs, & terra;* verſu 7. *cœli autem qui nunc ſunt, & terra;* in quibus verſibus nemo dubitat quin de cœlis & de terrâ propriè acceptis loquatur: non dubitandum igitur quin poſteà veros *cœlos novos* veramque *terram novam* intelligat.

Hoc verò etiam probatur ex ipsâ Petri argumentatione, quam hîc tranſcribimus Lectori attentiùs legendam. [b] *Venient in deceptione illuſores, dicentes: ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus; ex quo enim Patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erant priùs, & terra de aquâ & per aquam conſiſtens Dei verbo,*

---

a II. Petr. cap. III. v. 13.
b Ep. II. cap. III. v. 3. & ſeqq.

per quæ ille tunc Mundus aquâ inundatus periit ; cœli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii & perditionis impiorum hominum.... Non tardat Dominus promissionem suam, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore solventur, terra autem & quæ in ipsâ sunt, comburentur.... Novos verò cœlos & terram novam secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. Planum est ex totâ illâ Petri disputatione, *terram novam*, de quâ loquitur, huic quæ nunc est, successuram, ut veteri *nova* succedit. Atqui non diceret Petrus successuram terræ veteri materiali *novam* allegoricam. Petrus utitur exemplis duobus terræ, quæ *olim* fuit, & ejus quæ *nunc* est, tanquam argumentationis suæ præmissis, ut probet, quemadmodum terra prior mutata est, ita etiam mutatum iri posteriorem, ut posteà existat terra *nova* ; nec iisdem præmissis uteretur, si concludere vellet, *terram novam*, quæ expectatur, terram esse allegoricè dictam, si quidem ex eo, quòd una mutata est per diluvium, altera igni reservatur, nullâ ratione colligi potest, terram illam, quæ expectatur, esse allegoricè intelligendam. Tali argumentatione nihil esset Apostolo Petro indignius ; cui fuisset potiùs probandum, errare eos Illusores, cùm *terram novam*, quæ allegoricè prædicta est, sic habent ut terram propriè dictam ; cùm putant adeò *terram novam*, quæ promissa est, dari hominibus non posse, nisi hæc quæ nunc est, mutatur ; nam de terrâ allegoricâ nihil pertinere ad terram materialem. Atque ob eam ipsam causam non debuisset Petrus præmissis uti, quæ ad rem non pertinebant, nec terræ allegoriam vocare *terram novam*, postquàm de veteri propriè locutus fuerat, ne errorem crearet ; scilicet ne crederetur *terram novam* futuram esse terram in re, non tantùm in similitudine, quomodò terra, *quæ nunc est*, vera terra est, non terræ similitudo.

Idem etiam probatur ex verbis & ex argumentatione eorum Illusorum, adversùm quos disputat Petrus ; quos quidem non dubium est esse Judæos ; nam & utuntur isto loquendi modo, *ex quo Patres dormierunt*, qui modus est Hebraicus, & videntur expectasse Messiæ adventum : quippe dicunt, *ubi est promissio, aut adventus ejus*, quod idem est ac si dicant : Nos Judæi credideramus venturum Messiam ; qui, si dudum advenit, ut Chistiani dicunt, *ubi est* igitur *promissio*, vel quod signum habemus ad-

ventûs



... n del. De Larmessin Graveur du Cabinet du Roy

ישעיה

I S A I A S.

C A P U T I.

Prophetat Iſaias regnantibus Oziâ, Joatham, Achaz & Ezechiâ. Quanta mala opprimant Judam, propter ſcelera ejus. Deteſtatur Deus eorum ſacrificia & ſolemnitates; parciturus, ſi ad bonam frugem ſe recipiant: ſin minùs, malos malè perditurus.

1. *Viſio Iſaiæ, filii Amos, quam
vidit ſuper Judæ & Jeruſalem, in
diebus Oziæ, Joatham, Achaz &
Ezechiæ, regum Juda.* 2. *Audite
cœli, & attende terra, quoniam Dominus
locutus eſt. Ego filios enutrivi,
& magnos feci; illi autem à me
defecerunt.* 3. *Novit bos poſſeſſorem
ſuum, aſinuſque præſepe Domini
ſui; Iſrael autem nihil novit; populus
meus nihil quidquam intelligit.*
4. *Heu gentem facinoroſam, popu-*

1. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
חזה על יהודה וירושלם בימי עזיהו
יותם אחז יחזקיהו מלכי יהודה : 2.
שמעו שמים והאזיני ארץ · כי יהוה
דבר · בנים גדלתי ורוממתי · והם
פשעו בי : 3. ידע שור קנהו וחמור
אבוס בעליו · ישראל לא ידע · עמי לא
התבונן : 4. הוי גוי חטא עם כבד
עון זרע מרעים בנים משחיתים ·
עזבו את יהוה · נאצו את קדוש
ישראל · נזרו אחור : 5. על מה
תכו עוד תוסיפו סרה · כל ראש

lum gravem iniquitate, ſemen im-
piorum, filios ſceleratos! Relique-
runt Dominum, Sanctum Iſrael abje-
cerunt, retrò abierunt. 5. *Quæ pars*
ſupereſt, quam verberetis, ut correc-
tionem adhibeatis? Omne caput
languidum eſt, omne cor emar-
cuit. 6. *A plantâ pedis uſque ad*
verticem non eſt in eo ſanitas; ſeu
vulnus fuit, ſeu livor, ſive plaga
recens, nihil fuit conſotum, nihil
obligatum, nihil oleo mitigatum.
7. *Terra veſtra devaſtata eſt, urbeſ-*
que veſtræ igne ſuccenſæ. Prædia veſ-
tra in oculis veſtris alieni abſumunt;
taliſque eſt, qualis Sodomæ vaſtitas.
8. *Filia una Sion relicta eſt, quaſi*
caſa in vineâ, ut tugurium in cucu-
merario, ut civitas cincta obſidione.
9. *Quòd niſi Dominus exercituum*
feciſſet nobis reliquias, quaſi Sodo-
ma brevi fuiſſemus, Gomorrhæque
ſimiles. 10. *Audite verbum Domini,*
Sodomæ principes; aures præbete
Legi Dei noſtri, populus Gomorrhæ.
11. *Quò mihi veſtrarum multitudo*
victimarum, dicit Dominus? Ego ſa-
tur ſum holocauſtis arietum & adipe
altilium. Ego non delector ſanguine
vitulorum, nec arietum, nec hirco-
rum. 12. *Cùm venitis ante conſpec-*
tum meum, quis hoc à vobis requi-
rit, ut atrium meum calcetis?
13. *Nolite afferre ampliùs inutile*
munus; hoc mihi eſt quaſi thus pro-
fanum. Ego neomeniam, ego ſabba-
tum cœtuſque feſtivos non feram.
14. *Jejunia veſtra & feſtos dies &*
neomenias & conventus veſtros odit
anima mea; hæc mihi oneri ſunt,
defeſſus ſum hæc ferens. 15. *Quòd ſi*
manus veſtras expandetis, ego à vo-
bis abſcondam oculos meos, & quan-
quam preces iterabitis, ne ſic quidem

לחלי וכל לבב דוי : 6. מכף רגל
ועד ראש אין בו מתם · פצע
וחבורה ומכה טריה לא זרו ולא
חבשו ולא רככה בשמן : 7. ארצכם
שממה · עריכם שרפות אש ·
אדמתכם לנגדכם זרים אכלים
אתה · ושממה כמהפכת זרים : 8.
ונותרה בת ציון כסכה בכרם
כמלונה במקשה כעיר נצורה : 9.
לולי יהוה צבאות הותיר לנו שריד
כמעט כסדם היינו · לעמרה דמינו :
10. שמעו דבר יהוה קציני
סדם · האזינו תורת אלהינו עם
עמרה : 11. למה לי רב זבחיכם
יאמר יהוה · שבעתי · עלות אילים
וחלב מריאים ודם פרים וכבשים
ועתודים לא חפצתי : 12. כי
תבאו לראות פני · מי בקש זאת
מידכם רמס חצרי : 13. לא
תוסיפו הביא מנחת שוא · קטרת
תועבה היא לי · חדש ושבת קרא
מקרא לא אוכל און ועצרה : 14.
חדשיכם ומועדיכם שנאה נפשי ·
היו עלי לטרח · נלאיתי נשא : 15.
ובפרשכם כפיכם אעלים עיני מכם ·
גם כי תרבו תפלה אינני שמע ·
ידיכם דמים מלאו : 16. רחצו ·
הזכו · הסירו רע מעלליכם מנגד
עיני · חדלו הרע : 17. למדו היטב ·
דרשו משפט · אשרו חמוץ · שפטו
יתום · ריבו אלמנה :
18. לכו נא ונוכחה יאמר יהוה ·
אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג
ילבינו · אם יאדימו כתולע כצמר
יהיו : 19. אם תאבו ושמעתם
טוב הארץ תאכלו : 20. ואם
תמאנו ומריתם חרב תאכלו · כי פי
יהוה דבר : 21. איכה היתה לזונה
קריה נאמנה מלאתי משפט צדק
ילין בה · ועתה מרצחים : 22. כספך
היה לסגים · סבאך מהול במים : 23.
שריך סוררים וחברי גנבים · כלו אהב
שחד ורדף שלמנים · יתום לא ישפטו
וריב אלמנה לא יבוא אליהם :

audiam. 16. Sunt plenæ ſanguine manus veſtræ. Abluimini & mundi eſtote. Auferte à conſpectu meo pravitatem operum veſtrorum ; finem facite nequitiæ veſtræ. 17. Diſcite benè facere ; inquirite judicium ; ſublevate oppreſſum ; jus ducite pupillo, viduam defendite. 18. Adeſte & contendite mecum, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix albeſcent : ſi, ut purpura, rubra erunt, ut lana evadent. 19. Si dociles eritis ad audiendum, veſcemini terræ fructibus : 20. Sin indociles ac rebelles, gladio peribitis ; os enim Domini locutum eſt. 21. Quomodò meretrix facta eſt civitas fidelis & plena judicii ; habitabat in eâ juſtitia, nunc autem homicidæ. 22. Argentum tuum in ſcoriam verſum eſt ; dilutum eſt aquâ vinum tuum. 23. Sunt principes tui ſine jugo & ſocii furum ; omnes amant munera & dona ſectantur ; pupillo jus non dicunt, nec ad eos cauſa viduæ pervenit. 24. Propterea hæc dicit Dominator Dominus exercituum, fortis Iſrael : Heu, conſolabor memetipſum ſuper adverſariis meis ; ultor ero inimicorum meorum. 25. Ego in te reducam manum meam ; ego ſcoriam tuam, donec mundetur, defæcabo, tollamque omne ſtannum tuum. 26. Ego Judices tuos, quos olim habuiſti, revocabo, conſiliarioſque eos, qui tibi primùm fuerant ; poſteà vocaberis civitas juſtitiæ, urbs fidelis. 27. Sion per judicium redimetur ; per juſtitiam captivi ejus. 28. Rebelles autem prævaricatoreſque unà conterentur ; qui Dominum deſeruêre, diſperibunt. 29. Eò ut erubeſcatis in quercubus, quibus delectamini ; ut propter hortos, quos elegiſtis, pudore afficiamini ; 30. Tum cùm eritis, veluti quercus, cujus folia defluxêre, & velut hortus, in quo non ſunt aquæ. 31. Cùmque erit vir ſtrenuus ſic tanquam arida ſtupa, opuſque ejus velut ſcintillæ ; & ambo igne ardebunt, qui non extinguetur.

24. לכן נאם האדון יהוה צבאות
אביר ישראל · הוי אנחם מצרי
ואנקמה מאויבי : 25. ואשיבה
ידי עליך · ואצרף כבר סגיך ·
ואסירה כל בדיליך : 26. ואשיבה
שפטיך כבראשנה ויעציך כבתחלה·
אחרי כן יקרא לך עיר הצדק קריה
נאמנה : 27. ציון במשפט תפדה
ושביה בצדקה : 28. ושבר פשעים
וחטאים יחדו · ועזבי יהוה יכלו :
29. כי יבשו מאילים אשר חמדתם·
ותחפרו מהגנות אשר בחרתם :
30. כי תהיו כאלה נבלת עלה ·
וכגנה אשר מים אין לה : 31. והיה
החסן לנערת ופעלו לניצוץ · ובערו
שניהם יחדו ואין מכבה :

---

5. תוסיפו סרה : Nos, *ut correctionem adhibeatis*, vel *addatis*, ſermone ad eos converſo, qui populum Iſrael affligebant, non autem ad ipſum populum Iſrael ; nam de Iſrael loquitur Propheta in perſonâ tertiâ, & ſuprà & infrà. Verbum תכו continuatur in verbo תוסיפו ; propterea vocabulum סרה interpretamur *correctionem*, cum Syro Int. qui vertit, *ut erudiamini*, ex radice יסר, *erudire*, *corrigere*, *emendare*, in quam ſententiam venit idem סרה infra, cap. 14. v. 5. Minùs placet *rebellio*, ex radice סור, quia res conſequentes tangunt *correctionem*, ſeu *caſtigationem* ſcelerum, non ſcelera ipſa, aut *rebellionem*. Significatum vocabuli סרה, *correctionem*, Lexica omittunt in verbo יסר, non tamen omittendum, ut potè uſurpatum non modò à Syro Int. in hunc locum, ſed etiam à Græcis Intt. infrà cap. 14. qui hæc verba מכת... בלתי סרה, convertunt, *πληγῇ ἀνιάτῳ*, *plaga inſanabili*, ex verbo יסר, *emendare*, ſeu, quod idem eſt *ſanare*, non autem ex verbo סור, *recedere*, ſeu, *prævaricari*.

6. לא זרו ולא חבשו : Lege לא זרה לא חבשה ; id poſtulat רככה, quod ſequitur, numero ſing. Ita Symmachus, *οὔτε σφιγγομένη*, *nec ligata*. Factum fuit Scribæ oſcitantiâ ו' ex ה.

7. כמהפכת זרים, *ut ſubverſio extraneorum.* Mox dixit Iſaias terram devaſtari *ab extraneis.* Ergo non addiderit, terræ vaſtationem ſimilem eſſe ei, quæ accidiſſet *ab extraneis;* nam ſimilitudines rerum duci ſolent ex alienâ materiâ, non ex ipsâ re. Dubitabam an legendum זרם, pro זרים, ut diceret Propheta, ſimilem eſſe devaſtationem ei, quæ acciderit ab impetu aquarum inundantium. Sed loquendi forma talis exemplo caret, cùm contrà מהפכת סדם non ſemel reperiatur in Sacris Libris. Itaque adhæſimus ad eam ſententiam, *ut fuit Sodomæ ſubverſio;* præſertim cùm id præparet ad ſequentia, in quibus vocantur *principes Sodomæ* Jeruſalem Optimates. Neque hæc ſententia pugnat cum verſu 9. ubi legimus, *quaſi Sodoma fuiſſemus.* Nam v. 9. tanguntur cives Iſrael, hoc autem verſu 7. ipſa eorum terra; Iſaiâ dicente, terram ſic devaſtari ab hoſtibus, ut fuit ab igne Sodoma conſumpta; dein addente, niſi Deus feciſſet Iſraeli aliquas eſſe reliquias, ferè neminem futurum fuiſſe vaſtationi ſuperſtitem, ut accidit, Sodomâ everſâ.

12. רמס: Meliùs לרמס, *ad conculcandum*, ut Syrus למדש: aliter legeretur רמסים, *conculcantes.* Itaque rectè Vulgatus, *ut ambularetis*, adhibitâ *ut* conjunctione, in quâ exprimitur id ל, quod fuit omiſſum.

13. און ועצרה: Hæc duo verba nemo Veterum potuit, ut jacent, interpretari: vide eos, ſi juvat, in Polyglottis. Nos ex Græcis Intt. צום, pro און, legimus, hoc modo: צום ועצרה, *jejunium, & diem feſtum*, ita ut hæc ad ſequentia pertineant, & ut ſententia prior deſinat in hæc verba לא אוכל, *non feram*, quomodò poſterior in hæc, נלאיתי נשא, *defeſſus ſum ferens.* Convenienter *diei feſto* præponitur *jejunium*, quia jejunium præparatio erat ad feſtos dies. Facilè videt Lector, quomodò ex צום ועצרה factum fuerit און ועצרה, antequàm littera ן finalis uſurparetur.

17. חמוץ: Nos, חמוס, *oppreſſum;* אשרו autem, *ſublevate*, ex poteſtate Chald. verbi אשר, *confortare;* etiam ex Hebraicâ *incedere;* q. d. *facite incedere*, ſive *erigite* eum, qui opprimitur. Vide quæ diximus ad *Pſal. 71. v. 4.*

20. חרב תאכלו: Lege בחרב, *gladio*, addito ב. Sic Syrus בחרבא, Chaldæus בחרב. Omiſſum fuit ב ex ſimilitudine ejus cum ם antecedente, ut alibi non ſemel.

21. מלאתי, *plena;* ſuperfluit י, & fuit invectum in ſcriptionem ex pronuntiandi modo: vide ad *Pſal. 113. w. 7. 8. & 9.* Quòd autem Jeruſalem dicitur fuiſſe olim *plena judicii*, hæc tempora ſpectant Davidis & Salomonis, quorum regum præcipua cura erat, ut populum juſtè judicarent. *Homicidæ* verò fuêrunt ii Judices, de quibus poſt, qui homines innocentes vel capite damnabant, vel connivebant, acceptâ mercede, homicidiis perpetratis.

28. ושבר: Non dubium quin ושברו, *& conterentur*, quoniam ſubſequitur רשעים, *impii.* Itaque etiam Chaldæus ויתברון, *& conterentur.*

29. יבשו, *erubeſcent.* Scriptio germana eſt תבושו, *erubeſcetis*, quæ concordat cum תחפרו. Græci Intt. & Syrus perſonam tertiam toto verſu amplectuntur, ex ſententiâ & ex ſerie nonnullâ orationis. Chaldæus retinet ſecundam, תתבהתון, *confundemini*, ex ſcripturâ ipsâ תבושו ...מאילים. Legunt מאלילים, *Idolis*, Aquila, Symmachus & Græci Intt. qui, ἀπὸ τῶν εἰδώλων, *ab idolis;* ſed rectè מאילים, *quercubus*, quibus paralleli ſunt *horti.*

C A P U T I I.

Confluent ad montem Sion omnes gentes, quoniam de Sion exibit Lex; alta pax vigebit. Relinquet Dominus domum Jacob. Abſcondent ſe homines in petris, cùm veniet Dominus terram percuſſurus.

1. *Hæc ſunt quæ vidit ſuper Juda & Jeruſalem Iſaias, filius Amos.* 2. *Poſtremis temporibus ſtabit in vertice montium mons domûs Domini; erit collibus excelſior, confluentque ad eum omnes gentes.* 3. *Populi multi advenientes hæc dicent: venite aſcendamus ad montem Domini, ad domum Dei Jacob; docebit nos vias*

1. הדבר אשר חזה ישעיהו בן
אמוץ על יהודה וירושלם : 2.
והיה באחרית הימים נכון יהיה הר
בית יהוה בראש ההרים ונשא
מגבעות · ונהרו אליו כל הגוים : 3.
והלכו עמים רבים ואמרו · לכו
ונעלה אל הר יהוה אל בית אלהי
יעקב · וירנו מדרכיו · ונלכה
בארחתיו · כי מציון תצא תורה ודבר
יהוה

ſuas , & ſemitas ejus ingrediemur.
Etenim de Sion exibit Lex , verbum
Domini de Jeruſalem. 4. *Jura divi-*
det gentibus , arguetque populos mul-
tos , & conflabunt gladios ſuos in li-
gones , & in falces lanceas ſuas. Non
movebit gens contra gentem gladium ,
nec amplius ad bella exercebuntur.
5. *Venite , domus Jacob ; in luce*
Domini ambulemus. 6. *Relinques*
enim , Domine , populum tuum ,
domum Jacob , propterea quòd pleni
ſunt , ut Philiſtæi , divinis & ariolis,
magicaſque artes , ut filii Alienige-
narum , frequentant. 7. *Referta eſt*
auro & argento terra ejus ; nullus eſt
modus ejus theſaurorum ; terra ejus
plena equorum , currus ejus innume-
rabiles. 8. *Terram ejus implent Ido-*
la ; opus manuum ſuarum adorant ,
quod digiti eorum fecerunt. 9. *Homo*
deprimit ſe ſe , vir factus eſt vilis ;
ne , quæſo , eis parcas. 10. *Ingredere*
in ſpeluncas , abſconde te in pulvere ,
præ timore Domini , gloriæque ma-
jeſtatis ejus. 11. *Oculos viri elatos*
deprimet ; humilem dabit hominum
altitudinem. In die illâ Dominus ſo-
lus erit magnus. 12. *Imminet enim*
dies Domini exercituum in omne id ,
quod magnum eſt & excelſum ; in
omne id , quod ſummum eſt , ut infi-
mum fiat ; 13. *In omnes Libani ce-*
dros exceſas & proceras , in omnes
quercus Baſan ; 14. *In omnes arduos*
montes , & in omnes colles excelſos ;
15. *In omnes editas turres , & in omnes*
muros munitos. 16. *In omnes naves*
Tharſis , & in omnes effigies pulchras ;
17. *Ut celſitas viri dejiciatur , ut ho-*
minum jaceat magnitudo , ut Domi-
nus ſolus in die illâ ſit magnus ; 18. *Et*
ut Idola penitùs eripiantur. 19. *Tum*
ſubibunt rupium cavernas terræque

יהוה מירושלם : 4. ושפט בין הגוים
והוכיח לעמים רבים · וכתתו חרבותם
לאתים וחניתותיהם למזמרות · לא
ישא גוי אל גוי חרב · ולא ילמדו
עוד מלחמה :
5. בית יעקב לכו ונלכה באור
יהוה : 6. כי נטשתה עמך בית
יעקב · כי מלאו מקדם ועננים
כפלשתים · ובילדי נכרים ישפיקו :
7. ותמלא ארצו כסף וזהב · ואין
קצה לאצרתיו · ותמלא ארצו סוסים ·
ואין קצה למרכבתיו : 8. ותמלא
ארצו אלילים · למעשה ידיו ישתחוו ·
לאשר עשו אצבעתיו : 9. וישח
אדם וישפל איש · ואל תשא להם :
10. בוא בצור והטמן בעפר מפני
פחד יהוה ומהדר גאנו : 11. עיני
גבהות אדם שפל ושח רום אנשים ·
ונשגב יהוה לבדו ביום ההוא :
12. כי יום ליהוה צבאות על
כל גאה ורם · ועל כל נשא ושפל :
13. ועל כל ארזי הלבנון הרמים
והנשאים · ועל כל אלוני הבשן :
14. ועל כל ההרים הרמים · ועל
כל הגבעות הנשאות : 15. ועל
כל מגדל גבה · ועל כל חומה
בצורה : 16. ועל כל אניות
תרשיש · ועל כל שכיות החמדה :
17. ושח גבהות האדם ושפל רום
אנשים · ונשגב יהוה לבדו ביום
ההוא : 18. והאלילים כליל
יחלף : 19. ובאו במערות צרים
ובמחלות עפר מפני פחד יהוה
ומהדר גאונו בקומו לערץ הארץ :
20. ביום ההוא ישליך האדם את
אלילי כספו ואת אלילי זהבו אשר
עשו לו להשתחות לחפר פרות
ולעטלפים : 21. לבוא בנקרות
הצרים ובסעפי הסלעים מפני פחד
יהוה ומהדר גאונו בקומו לערץ
הארץ : 22. חדלו לכם מן האדם
אשר נשמה באפו · כי במה נחשב
הוא :

foramina, præ timore Domini & gloriæ majeſtatis ejus, cùm ſurget ad concutiendam terram. 20. *In die illâ Deos ſuos argenteos homo, & Deos aureos, quos fecerat ut eos adoraret, talpis relinquet ac veſpertilionibus;* 21. *Tum videlicet, cùm ſubibunt rupium cavernas ſcopulorumque anfractus, præ timore Domini & gloriæ majeſtatis ejus, cum ſurget ad concutiendam terram.* 22. *Deſinite vero ab homine eo, qui naribus ſuis volvit ſpiritum, quique excelſa quæque flatu evertit.*

---

2. באחרית הימים, *poſtremis temporibus.* Hâc ſcribendi formâ notari ſolet longum temporis intervallum, nunquam tempus ejus, qui loquitur, ætati proximum; multò minùs tempus, quod ſit eo, qui loquitur, vivente adventurum. Itaque non licet Prophetiam talem de Sennacherib exercitu deleto interpretari, quod fecêre multi Interpretes; quandoquidem Iſaiâ ſuperſtite facta eſt hæc ſtrages exercitûs Aſſyriorum. Præterea non convenêre in urbem Jeruſalem, Ezechiâ triumphante, *omnes gentes.* Concurſus quidem factus eſt ad Jeruſalem gentium vicinarum, ſed viſendi ſtudio, poſt miracula audita, non verò ut *vias Domini edocerentur;* nec Ezechiâ regnante, *de Sion exiit Lex;* ut neceſſe ſit totam hanc vaticinationem pertinere ad Evangelii *Legem* ab urbe Jeruſalem in univerſum mundum propagatam, & ad omnes gentes Evangelii luce colluſtratas. Idem dixeris de gladiis & lanceis in ligones & in falces mutatis. Nam ſimilitudo hæc, per quam tranquilla pax adumbratur, pacem vaticinatur non modò Judæorum, ſed *gentium multarum*, qualis pax in orbe viguit, Chriſto Domino in terras veniente. Neque eâ ſimilitudine tangitur manſuetudo Chriſtianorum futura, ut multi opinantur. Nam dicit Iſaias, *non ſurget gens in gentem*, non autem *vir in virum;* neque illi Chriſtiani, qui milites erant, Evangelii lege tenebantur, ut militiam deſererent, gladioſque in ligones mutarent.

6. נטשתה, *reliquiſti.* Iſtud ה, quod ſuperfluit, reliquum videtur eſſe antiquæ ſcriptionis, נטשת יה, *reliquiſti, Domine.* Iſaias non converteret ad Deum ſermonem, Deo non nominato. Atque hoc forſan erat tacitum Judicium Græcorum Intt. qui quidem abiêre ad perſonam tertiam, *reliquit populum ſuum.* Hæc autem planè ſignificant, gentem Judæorum à Deo relictum iri, Rempublicamque eorum delendam tempore eodem, quo Gentes omnes Legi, quæ de Sion exibit, obſequentur. ...מקדם, *jam olim*, mendosè, pro מקסם, *divinatione.* Mendum quaſi digito monſtrabat conjunctio ו, in vocabulo ועננים, *& præſtigiis.* Nam conjunctio palàm facit anteceſſiſſe nomen ejuſdem generis, ſimiliſque ſignificatûs. ...ובילדים ישפיקו: Duplex etiam hìc mendum, quo in utroque laborant Veteres Intt. Scriptum fuit ובילדי, pro וכילדי, & ישפיקו, pro יאשפו, *& ſicut pueri alienigenarum magicas artes frequentant;* fortè etiam יכשפו; nam כשף idem eſt ac אשף. Vulgatus, *adhæſerunt*, ex ſcripturâ יספחו, niſi ex conjecturâ. Iſaiæ Gallicus Explanator ſic Latinè convertit, *pueris alienorum abundaverunt.* Tamen שפק, non eſt *abundare*, ſed שפע; & malè cohæret cum membro priore ſententia hæc puerorum, quos Judæi cynædos haberent; qui quidem, ſi pueros turpiter amabant, poterant habere ſuæ gentis pueros, non tantùm, *filios alienigenarum.*

8. ותמלא ארצו אלילים, *& terra ejus plena eſt Idolis.* Non quòd, Lege de Sion exeunte, Idololatræ Judæi eſſent, ſed quia Propheta colligit in unum ſcelera & ſui temporis, & futuri; Deus enim, Judæorum Rempublicam evertens, ulciſcebatur ſcelera & præſentia & præterita.

10. גאנו: Lege גאונו, *majeſtatis ejus*, ut ſcriptum eſt in Codice Orat. 53. & ut infrà v. 21.

18. & 19. כליל, *penitùs.* Veteres Intt. id habuêre, ut adverbium, quanquam non alibi uſurpatum. Sic etiam in Lexico ſuo Junior Buxtorfius, etſi non ita pater Buxtorfius in ſuis Concordantiis. Licet etiam convertere כליל, *ſicut nox*, יחלף, *quæ tranſit:* Nos, יחלפו, cum Veteribus Intt. *tranſibunt*, vel *eripientur.* ...צרים: Legendum plenè צורים, *petrarum.*

20. ...ישליך האדם את אלילי, *projiciet homo Deos...* Tangitur *homo* האדם, non jam *domus Jacob;* quia nunc agitur Idololatria gentium, quæ per Evangelii lucem deſtruetur. ...לחפר פרות: Uno verbo legendum לחפרפרות, *talpis.* Eodem cardine rerum evenit, ut gentes relinquerent Deos ſuos, & ut Judæi abſconderent ſe in ſpeluncis, Rempublicam eorum Deo, per Romanos, evertente.

22. כי במה נחשב הוא: Hieronymus, *quia excelſus reputatus eſt ipſe*, quem rectè reprehendit Iſaiæ Gallicus Explanator, quia במה, *excelſum*, de rebus uſurpatur, non de perſonis. Quòd ſi, poſt Aquilam vertas, *in quo reputatus eſt ipſe*, quæretur ecquâ id ſententia; neque ad præpoſitionem ב adjungi ſolet verbum נחשב, *reputari*, ſed ad præpoſitionem vel כ, vel ל, vel עם: vide Buxtorfii Concordantias: vide etiam Chaldæum & Syrum, qui hod. ſcriptionem non expediunt. Non dubitamus, quin fuerit olim ſcriptum, כי בבמה נשב הוא, *nam altitudinem flatu dejicit.* Verbum נשב, *ſufflare*, adhibetur infrà, cap. 40. v. 7. ad conjunctionem ב adjunctum. *Homo, cujus ſpiritus eſt in naribus ejus*, eſt ipſe *Filius hominis*, Meſſias, de quo, in toto hoc capite vaticinatur Iſaias; quem Meſſiam Judæi, niſi violare timent, monet eos non impunè laturos; quia Meſſias, *homo* factus, volvet naribus ventos & tempeſtates, quibus ipſorum & urbem & Rempublicam ſit everſurus.

CAPUT III.

Immittet Deus in Jerusalem famem ; dabit ei pueros gubernatores. Qui populum Dei beatum dicunt , eum decipiunt. In feminas luxu diffluèntes , quarum mundus muliebris sacco mutabitur.

1. *Ecce enim Dominator Do-*
minus exercituum auferet de Jerusa-
lem & de Juda opem & sustentatio-
nem , omne subsidium panis & omne
subsidium aquæ ; 2. *Virum fortem &*
ad bella idoneum , judicem & pro-
phetam, conjectorem & senem; 3. *Prin-*
cipem quinquagenorum , venerabilem
vultu & consiliarium , artificem pru-
dentem , & peritum disceptatorem.
4. *Dabo eis pueros principes , domi-*
nabunturque eis illusores. 5. *Oppri-*
met in populo virum vir , unusquis-
que proximum suum ; tumultuabitur
puer in senem , vir ignobilis contra
honoratum virum. 6. *Nam fratrem*
suum de suâ familiâ unusquisque
veste apprehendens dicet ; veni , esto
dux noster ; sustine manu tuâ istas
ruinas. 7. *Ille eodem tempore sic res-*
pondebit : non meum est vulnera hæc
sanare , non superest in domo meâ pa-
nis , nec aqua , nec vestimentum ; no-
lite me constituere populi ducem.
8. *Ruet Jerusalem concidetque Ju-*
da , propterea quòd Domino adver-
santur eorum opera & lingua , ut sint
rebelles , gloriamque ejus deprimant.
9. *Testimonium dicit contra eos con-*
tumacia vultûs ipsorum. Peccatum
suum , quasi Sodoma , palàm faciunt,
nihilque celant. Væ animæ ipsorum;
nam mala ipsis retribuentur. 10 *Alli-*
gant justum , quia bonus est ; ergo

1. כי הנה האדון יהוה צבאות
מסיר מירושלם ומיהודה משען
ומשענה · כל משען לחם וכל משען
מים : 2. גבור ואיש מלחמה · שופט
ונביא וקסם וזקן : 3. שר חמשים
ונשוא פנים · ויועץ וחכם חרשים
ונבון לחש : 4. ונתתי נערים
שריהם · ותעלולים ימשלו בם :
5. ונגש העם איש באיש ואיש
ברעהו · ירהבו הנער בזקן והנקלה
בנכבד : 6. כי יתפש איש באחיו
בית אביו שמלה · לכה קצין תהיה
לנו · והמכשלה הזאת תחת ידך :
7. ישא ביום ההוא לאמר · לא
אהיה חבש ובביתי אין לחם ואין
שמלה · לא תשימני קצין עם :
8. כי כשלה ירושלם ויהודה ·
נפל · כי לשונם ומעלליהם אל יהוה
למרות עני כבודו : 9. הכרת
פניהם ענתה בם · וחטאתם כסדם
הגידו לא כחדו · אוי לנפשם · כי
גמלו להם רעה : 10. אמרו צדיק כי
טוב · כי פרי מעלליהם יאכלו : 11. אוי
לרשע רע · כי גמול ידיו יעשה לו :
12. עמי נגשיו מעולל ונשים
משלו בו · עמי מאשריך מתעים
ודרך ארחתיך בלעו : 13. נצב
לריב יהוה · ועמד לדין עמים : 14.
יהוה במשפט יבוא עם זקני עמו
ושריו · ואתם בערתם הכרם · גזלת
העני בבתיכם : 15. מלכם תדכאו
עמי ופני עניים תטחנו · נאם אדני
יהוה צבאות : 16. ויאמר יהוה ·
יען כי גבהו בנות ציון ותלכנה

נטוורת גרון ומשקרורת עינים •
הלוך וטפוף תלכנה • וברגליהם
תעכסנה : 17. ושפח אדני קדקד
בנורת ציון • ויהוה פתהן יערה :
18. ביום ההוא יסיר אדני
ארת תפארת העכסים והשביסים
והשהרנים : 19. הנטפות והשרות
והרעלות : 20. הפארים והצעדות
והקשרים ובתי הנפש והלחשים :
21. הטבעורת ונזמי האף : 22.
המחלצורת והמעטפות והמטפחורת
והחריטים : 23. הגליגים והסדינים
והצניפות והרדידים : 24. והיה
תחת בשם מק יהיה • ותחת חגורה
נקפה • ותחת מעשה מקשה קרחה •
ותחת פתיגיל מחגרת שק • כי תחת
יפי : 25. מתיך בחרב יפלו וגבורתך
במלחמה : 26. ואנו ואבלו פתחיה •
ונקתה לארץ תשב :

fructibus operum suorum vescentur.
11. Væ perpetranti scelus ; ut enim
manus ejus fecerunt, sic ei retribue-
tur. 12. Populum meum ludibrio ha-
bebunt, qui eum opprimert, domi-
nabunturque ei apparitores. Popule
meus, qui te beatum dicunt, te deci-
piunt, viarumque semitas tuarum in-
tervertunt. 13. Adest ad judicium
Dominus ; præsto est ad populos ju-
dicandos. 14. Veniet Dominus, po-
puli sui senes principesque judicatu-
rus. Vos enim vineam meam depas-
citis, & spolia pauperum meorum
sunt in ædibus vestris. 15. Quid cau-
sæ est, cur populum meum contera-
tis, humiliumque vultus contundatis,
dicit Dominator Dominus exerci-
tuum. 16. Hæc etiam dicit Domi-
nus : propterea quòd filiæ Sion effe-
runt caput, pectore expanso gradiuntur, nictant oculis, teneroque ac molli
gradu incedunt, catenulisque pedes ligant ; 17. Idcircò Dominus capita de-
mittet filiarum Sion, deteget Dominus verenda ipsarum. 18. Eo tempore
auferet Dominus & catenulas fulgentes, & reticula, & lunulas, 19. Et mo-
nilia pendentia, & torques, & bracteolas, 20. Et mitras, & periscelidas, &
lemniscos, & olfactoria, & amuleta, 21. Et annulos, & narium gemmas,
22. Et splendidas vestes, & pepla, & palliola, & acus, 23. Et specula,
& sindones, & vittas, & theristra. 24. Eritque pro aromatibus putredo, pro
zonâ funis, pro cincinnis calvities, pro fasciâ pectoris sacci amictus, pro
pulchritudine adusta cutis. 25. Homines tui gladio cadent ; per medias acies,
robur tuum. 26. Erunt in portis tuis planctus & ululatus, tuque humi se-
debis silens.

---

6. שמלה : Ante id verbum, addunt Græci Intt. λέγων, *dicens* ; similiter Chaldæus & Syrus ; neque omittitur לאמר, versu 7. in simili sententiâ, ut nec infrà cap. 4. v. 1. Proptereà nos id restituimus, non verò ante, sed post שמלה, hoc modo, שמלה • לאמר לכה ; ita ut שמלה, cum antecedentibus nectatur, *apprehendet homo fratrem suum... veste*, ut sequatur, *dicendo, veni...* Etenim si adjungetur שמלה ad sequentia, erit interpretandum, *est vestimentum tibi, veni & dux esto noster.* Atqui vix credibile est, aliquem fuisse à populo de capessendo regno conventum, ob eam unam causam, quod non deesset ei vestimentum. Errorem id fecerit Interpretibus, quòd ille qui provinciam hanc detrectat, respondet, *non est in domo meâ vestimentum*, cùm non attenderent, eundem antea respondere, quod fuerat respondendum, nempe se imparem esse Reipub. vulneribus sanandis ; id verò quod subjungit, *non est in domo meâ panis, nec vestimentum*, proverbii loco adhiberi, ut significetur eum esse omnium rerum inopem. Cur autem Scriba omiserit verbum לאמר, causa esse potuit verbum לכה subsequens, quod litterâ simili inchoabat.

7. וישא ביום : Omnes Veteres legebant, וישיב ביום, *& respondebit in die (illâ)*, quod & legendum. Nam וישא... אמר, duo verba sunt, quæ recusant unum alterius societatem. Aiunt quidam subintelligi, vel *vocem*, vel *manum* ; sed non afferunt ullum simile exemplum, in quo

quo *extulit*, *dicendo* idem ſit ac, *extulit vocem*, vel *manum*, *dicendo*, neque ad Ellipſim confugiunt talem, niſi quia mendum non ſentiunt.

8. למרות עני כבודו : Arias, *ad irritandos oculos majeſtatis ejus;* nempe obſequitur Maſoretis, qui monent legendum עיני, *oculos*, quanquam Hebraicè non dicitur, *irritare oculos*, ut neque *oculi majeſtatis.* Nempe כבוד eſt *gloria* quæ perſonam comitatur, non ipſa perſona. Græci Intt. ἐταπεινώθη δόξα αὐτῶν, *humiliata eſt gloria ipſorum*, ſeu legunt ענה כבודם, ſeu expiſcantur qualemcunque ſententiam. Nos, aſſumpto ex illis verbo ענה, legimus, ועני כבודו, *& gloriam ejus deprimunt*, vel *inhonōrant*, ut Chriſtus Dominus, *inhonoraſtis me.* Nempe Meſſiæ tempora Meſſiamque ipſum prænuntiant, quæ antecedunt, & quæ ſubſequuntur. Joſephus Hiſtoricus Judæos, antequam Jeruſalem à Romanis obſideretur, tales fuiſſe narrat, quales eos Iſaias prænuntiat futuros à verſu 1. uſque ad hunc verſum 8. Et fruſtrà hæc ad Achaz tempora quidam referunt, cùm falſum ſit, extitiſſe, Achaz regnante, *pueros principes* ac populi duces, dixiſſeque unum alteri, *eſto dux noſter.*

10. אמרו צדיק : Plerique, poſt Vulgatum, *dicite Juſto*, quâ interpretatione peccant dupliciter. Nam 1°. legitur צדיק, *juſtus*, vel *juſtum*, non לצדיק, *juſto.* 2°. Parum ad rem terribilibus minis quæ anteceſſerunt, & quæ ſequuntur, interſeritur iſte ſermo ad juſtum habitus. Græci Intt. εἰπόντες δήσωμεν, *dicentes*, *alligemus* (*Juſtum.*) Legunt poſt אמרו, vel נאסר, vel אסרו. Nobis ſatis eſt אסרו, pro אמרו. Nempe erat futurum, ut Judæi Juſtum ligarent, Romaniſque *vinctum* traderent.

12. ונשים משלו בו, *& dominabuntur eis apparitores.* Ita Græci Intt. πράκτορες, *exactores;* multò meliùs, quàm Vulgatus, *mulieres;* quippe reſpondet נשים, ex נשה, *exigere*, vocabulo נגשיו, *oppreſſores ejus*, quod habet membrum prius.

14. בערתם הכרם, *depaſcitis vineam.* Lege כרמי, *vineam meam*, ut Græci Intt. τὸν ἀμπελῶνά μου; deinde עניי, addito affixo, *pauperum meorum. Vinea*, ſine addito, mancam habet ſententiam; quòd ſi additur *vineæ* affixum, debet ei reſpondere affixum ſimile, membro in poſteriori.

15. מלכם : Maſora מה לכם, *quid vobis?* Utinam tales emendationes Maſoretæ crebriùs feciſſent.

16. נטוות גרון : Etiam rectè Maſoretæ נטויות, *expanſæ collo*, ſive *pectore.* Nihil enim obſtat, quin habeat גרון, partem pectoris ſupremam, quæ collo jungitur.

17. ושפח : Vulgatus, *decalvabit.* Potior ſcriptio, ושפל, *& demittet*, quam exhibent Græci Intt. in verbo Græco ταπεινώσει; Syrus in Syriaco נמכך. Nempe adverſum eſt verbum שפל verbo גבהו, membri prioris; nec uſquam reperitur שפח, pro ספח, *decalvare.*

23. הגלינים, *ſpecula;* meliùs הגליונים, Codex Orat. 53.

26. פתחיה, *portæ ejus.* Omninò פתחיך, *portæ tuæ;* nam ſequitur תשב, *ſedebis*, perſonæ ſecundæ. Verbum נקתה, deducimus ex קתת, Syriaco verbo, *ſilere.* Nam verbum Hebr. נקה non habet ſignificatum huic loco accommodatum. Veteres, *deſolata*, vel *deſerta;* quâ ex Hebraicâ Radice mihi non liquet.

CAPUT IV.

Erit GERMEN DOMINI in gloriâ, & vocabitur Sanctus, qui erit ſuperſtes in Jeruſalem. Erit per diem nubes, per noctem lux, protegens montem Sion.

1. *Apprehendent autem ſeptem*
mulieres, in die illâ, virum unum,
dicentque; panem noſtrum comede-
mus, veſtibus noſtris induemur; fac
tantùm ut nomen tuum ſuper nos no-
minetur, & aufer opprobrium noſ-
trum. 2. *Eo tempore erit* GERMEN
DOMINI *glorioſum & honoratum;*
erit terræ fructus reliquiis Iſrael glo-
riæ ac honori. 3. *Et quiſquis in Sion*
ſuperſtes erit, quicunque in Jeruſa-

1. והחזיקו שבע נשים באיש
אחד ביום ההוא לאמר · לחמנו נאכל
ושמלתנו נלבש · רק יקרא שמך
עלינו · אסף חרפתנו : 2. ביום
ההוא יהיה צמח יהוה לצבי ולכבוד ·
ופרי הארץ לגאון ולתפארת לפליטת
ישראל : 3. והיה הנשאר בציון
והנותר בירושלם קדוש יאמר לו ·
כל הכתוב לחיים בירושלם : 4.
אם רחץ אדני את צאת בנות ציון
ואת דמי ירושלם ידיח מקרבה

lem relinquetur, vocabitur ſanctus; omnes qui erunt in Jeruſalem, cenſebuntur ad vitam, 4. Poſtquàm Dominus abluerit ſordes filiæ Sion, amoveritque de Jeruſalem ſanguinem, qui in eâ erat, ſpiritu judicii & ſpiritu incendii. 5. Creabitque Dominus ſuper omnem montem Sion & ſuper cœtum ejus nubem per diem, & fumum rutilantem per noctem; omnibus enim gloria obumbrabit. 6. Quippe erit tabernaculum, quod interdiù ab æſtu defendet, & quod dabit contra pluvias & tempeſtates tutos receſſus.

ברוח משפט וברוח בער : 5.
וברא יהוה על כל מכון הר ציון
ועל מקראה ענן יומם ועשן ונגה
אש להבה לילה · כי על כל כבוד
חפה : 6. וסכה תהיה לצל יומם
מחרב · ולמחסה ולמסתור מזרם
וממטר :

---

2. ...ביום ההוא, *in die illâ (erit germen Domini.)* » Hìc debuerat inchoari nova ſectio, (in» quit Grotius) eſt enim ſermo de re aliâ. « Nobis quidem non ſic videtur. Nam verſu 1. & ſequentibus idem cardo temporum movetur. Nempe eodem tempore, quo ſeptem mulieres contentæ erunt uno communi marito, quia Jeroſolymâ per Romanos everſâ, perierint hominum Judæorum undecies centena millia, futurum eſt, inquit Iſaias, ut *germen Domini* ſit glorioſum & honoratum. Non aliud eſt *germen Domini*, quàm Meſſias. Primò enim non ſic haberi debet *germen Domini*, ut *germen excellens*, quomodò *montes Dei* ſunt *montes altiſſimi*. Nam nomen יהוה nunquam adhibetur in loco ſuperlativi gradûs; adhibetur tantùm, vel אל, vel אלהים, *Deus*. Secundò nuſquam legitur in Sacris codicibus *germen Domini*, de homine, cæteris hominibus ſimili, uſurpatum. » *Germen Domini* (ait Grotius) ſunt primo ſenſu re» liquiæ exſulum, quæ Eſdræ ac Nehemiæ temporibus domum reverſæ, laudabilem vitam » duxerunt. « Atqui *reliquiæ* tales nominantur infrà, *reliquiæ Sion*, *reliquiæ Jeruſalem*; nec verò laudabilem vitam duxerunt iſtæ *reliquiæ* Grotianæ, quæ cum Eſdrâ & Nehemiâ redierunt, ut liquet ex ipſis Eſdræ ac Nehemiæ Libris, & ex ultimis tribus Prophetis. Denique צמח; *germen*, non eſt nomen collectivum, ut ſunt זרע, *ſemen*, כרם, *vinea*. Iſaiæ Gallicus Explanator *germen Domini* putat fuiſſe Ezechiam, peccato eodem, quod in Grotio ſæpe reprehendebat, ut prophetiarum *primum ſenſum* quæreret in Judæorum rebus ante actis, nec ſenſum attribueret Evangelio ac Meſſiæ, niſi ſecundarium. Hæc vaticinatio ſpectat unicè Meſſiam, quandoquidem non licet nomen יהוה vocabulo צמח additum, de alio, quàm de Homine-Deo, interpretari. Itaque פרי הארץ, *fructus terræ*, is eſt fructus, de quo alibi, *aperiatur terra & germinet Salvatorem. Is fructus* dicitur fore gloriæ ac honori *reliquiis Iſrael*, quia tanguntur præcipuè Judæi, non autem excluduntur cæteræ gentes Meſſiæ crediture. Iſtæ reliquiæ præſertim ſunt Judæi Chriſtiani, qui urbe Jeruſalem, antequàm à Romanis obſideretur, exierunt, & in urbem Pellam ſe receperunt, quique propterea infrà ſancti vocantur, & numero viventium adſcripti.

5. על כל מכון הר ציון, *(creabit Dominus) ſuper omne id quod ſtabit de monte Sion.* Quid illud ſit, declarant hæc, quæ ſubjunguntur, ועל מקראה, *& ſuper cœtum ejus.* Nempe Jeroſolymâ everſâ, nec reſtauratâ, nullus in eâ conventus fieri poterat Judæorum; ut conſtet *conventum* nihil aliud eſſe poſſe, quàm Chriſtianorum Eccleſiam Judæorum; *montem Sion*, adhuc ſtantem, nihil aliud, quam eundem montem, in quem confluere debebant omnes gentes: vide ſuprà cap. 2. v. 3. ...על כל כבוד חפה: Vulgatus, *ſuper omnem gloriam protectio.* Tamen liquet ex antecedentibus, non pertinere כבוד ad כל. Nempe dicitur כבוד, de nube & de columnâ ignis, quæ hìc tranſlatè adhibetur, vocaturque alibi *gloria Domini.* Ergò interpretandum, *omnia proteget Gloria,* quemadmodum Gloria Domini protegebat in deſerto Iſraelitas. ...ולמסתור: Potiùs ולמסתר, ſine ו intermedio, *& in tutos receſſus.*

CAPUT V.

Canticum de vineâ dilectâ, quæ tulit labruscas. Contra eos, qui ædes ædibus jungunt, ut laxiùs habitent... qui dicunt malum bonum, sibique videntur sapientes. Deus advocabit sibilo gentem remotam, quæ eos debellabit.

1. *Nunc ego cantabo Dilecto can-*
ticum amoris ejus in vineam suam.
Habebat dilectus in colle pingui vi-
neam. 2. *Hanc ille sepiverat, lapi-*
dibusque amotis, generoso palmite
conseverat; turrim in medio ædificâ-
rat; torcular etiam in eâ foderat; ita
eam sperabat uvas laturam, sed tulit
labruscas. 3. *Nunc ergò, habitatores*
Jerusalem & homines Juda, judices
este me inter & vineam meam. 4. *Quid*
fuit vineæ meæ faciendum, quod non
ego hactenus fecerim? Quare, dum
sperabam uvas laturam, tulit labrus-
cas? 5. *Ego igitur vobis ostendam*
vineæ meæ quid sim facturus. Aufe-
ram sepem ejus, ut depascatur; septa
ejus dissolvam, ut conculcetur.
6. *Addicam eam vastitati; non puta-*
bitur, nec fulcietur; crescent spinæ
ac vepres, nubibusque mandabo ne in
eam demittant imbres. 7. *Nempe vi-*
nea Domini exercituum, domus Is-
rael; homo Juda, plantarium, quo
delectabatur; expectabat judicium,
ecce autem oppressiones; humanita-
tem, ecce autem vociferationes. 8. *Væ*
qui adjungitis ædes ædidus, agrum-
que agro continuatis, donec non su-
persit locus, ut mediâ in terrâ soli
habitetis. 9. *Hæc enim locutus est in*
auribus meis Dominus exercituum:
statutum mihi est, ut ædes multæ vas-
tentur; ut quæ amplæ sunt ac pul-

1. אשירה נא לידידי שירת דודי
לכרמו · כרם היה לידידי בקרן בן
שמן : 2. ויעזקהו ויסקלהו · ויטעהו
שרק · ויבן מגדל בתוכו · וגם יקב חצב
בו · ויקו לעשות ענבים ויעש באשים :
3. ועתה יושב ירושלם ואיש
יהודה שפטו נא ביני ובין כרמי :
4. מה לעשות עוד לכרמי ולא
עשיתי בו · מדוע קויתי לעשות
ענבים ויעש באשים : 5. ועתה
אודיעה נא אתכם את אשר אני
עשה לכרמי · הסר משוכתו והיה
לבער · פרץ גדרו והיה למרמס :
6. ואשיתהו בתה · לא יזמר ולא
יעדר · ועלה שמיר ושית · ועל
העבים אצוה מהמטיר עליו מטר :
7. כי כרם יהוה צבאות בית
ישראל · ואיש יהודה נטע שעשועיו ·
ויקו למשפט והנה משפח · לצדקה
והנה צעקה : 8. הוי מגיעי בית
בבית שדה בשדה יקריבו עד אפס
מקום · והושבתם לבדכם בקרב
הארץ : 9. באזני יהוה צבאות
אם לא בתים רבים לשמה יהיו ·
גדלים וטובים מאין יושב : 10. כי
עשרת צמדי כרם יעשו בת אחת ·
וזרע חמר יעשה איפה : 11. הוי
משכימי בבקר שכר ירדפו · מאחרי
בנשף יין ידליקם : 12. והיה כנור
ונבל תף וחליל ויין משתיהם · ואת
פעל יהוה לא יביטו · ומעשה ידיו
לא ראו : 13. לכן גלה עמי מבלי
דעת · וכבודו מתי רעב והמונו צחה
צמא : 14. לכן הרחיבה שאול

גפשה ופערה פיה לבלי חק · וירד
הדרה והמונה ושאונה ועלז בה :
15. וישח אדם וישפל איש · ועיני
גבהים תשפלנה : 16. ויגבה יהוה
צבאות במשפט · והאל הקדוש
נקדש בצדקה : 17. ורעו כבשים
כדברם · וחרבות מחים גרים יאכלו :
18. הוי משכי העון בחבלי השוא ·
וכעבות העגלה חטאה : 19.
האמרים ימהר יחישה מעשהו למען
נראה · ותקרב ותבואה עצת קדוש
ישראל ונדעה : 20. הוי האמרים
לרע טוב ולטוב רע · שמים חשך
לאור ואור לחשך · שמים מר למתוק
ומתוק למר : 21. הוי חכמים
בעיניהם · ונגד פניהם נבונים : 22.
הוי גברים לשתות יין · ואנשי חיל
למסך שכר : 23. מצדיקי רשע עקב
שחד · וצדקת צדיקים יסירו ממנו :
24. לכן כאכל קש לשון אש
וחשש להבה ירפה שרשם כמק
יהוה ופרחם כאבק יעלה · כי מאסו
את תורת יהוה צבאות ואת אמרת
קדוש ישראל נאצו : 25. על כן חרה
אף יהוה בעמו · ויט ידו עליו · ויכהו
וירגזו ההרים · ותהי נבלתם כסוחה
בקרב חצות · בכל זאת לא שב
אפו ועוד ידו נטויה : 26. ונשא
נס לגוים מרחוק · ושרק לו מקצה
הארץ · והנה מהרה קל יבוא : 27.
אין עיף ואין כושל בו · לא ינום ולא
יישן · ולא נפתח אזור חלציו · ולא
נתק שרוך נעליו : 28. אשר
חציו שנונים וכל קשתתיו דרכות ·
פרסות סוסיו כצר נחשבו וגלגליו
כסופה : 29. שאגה לו כלביא ·
ושאג ככפירים וינהם · ויאחז טרף
ויפליט ואין מציל : 30. וינהם עליו
ביום ההוא כנהמת ים · ונבט לארץ
והנה חשך צר ואור חשך בעריפיה :

chræ, in eiſdem non ſint habitatores.
10. *Ut vinearum jugera decem ferant*
bathum unum, ut corus ſemine ple-
nus non plus reddat, quàm Ephi
unum. 11. *Væ qui manè ſurgunt, ut*
potationes ſectentur; qui veſpere mo-
ras nectunt, ut vino caleſcant.
12. *Adſunt in conviviis ipſorum ci-*
thara, nablium, tympanum, fiſtula
& vina. Intereà opus Domini non
attendunt; quid manus ejus fecerint,
non conſiderant. 13. *Propterea popu-*
lus meus, qui non habet ſcientiam,
captivus ducetur; nobilitas ejus fame
conficietur, vulgus ſiti areſcet.
14. *Quippe dilatabit ſe ſe Infernus,*
aperietque ſine modo os ſuum; atque
hùc deſcendent cum ſuâ fiduciâ & cum
ſuâ exſultatione & nobiles & vulgus
eorum. 15. *Tum deprimetur homo,*
vir fiet humilis, & oculi ſuperbi deji-
cientur. 16. *Eritque in gloriâ Domi-*
nus exercituum, judicia exercens;
Deus ſanctus, juſtè judicans, habebi-
tur SANCTUS. 17. *Paſcentur oves*
ipſâ in fugâ, dum pinguedinem ar-
vorum alieni abſument. 18. *Væ qui*
protrahitis iniquitatem, ut prælongos
funes, & quaſi plauſtri vincula, pec-
catum. 19. *Properet, inquiunt, &*
citò faciat opus ſuum, ut experia-
mur; adveniat tandem, & eventum
ſuum habeat conſilium Sancti Iſrael,
ut id cognoſcamus. 20. *Væ qui di-*
cunt malum bonum, & bonum ma-
lum; qui tenebras ſic habent ut lu-
cem, lucemque tanquam tenebras;
qui, quod amarum eſt, dulce ducunt;
quod dulce, amarum. 21. *Væ qui ſa-*
pientes ſunt ſibimetipſis; qui ſibi vi-
dentur eſſe intelligentes. 22. *Væ qui*
ſtrenui ſunt ad epotanda vina; viri fortes ad miſcenda pocula ebrietatis.
23. *Qui ſontes pro munere abſolvunt, juſtiſque juſtitiæ jus eripiunt.* 24. *Prop-*
tereà, ſicut ſtipulam flamma lambens abſumit, feſtucamque debilitat ignis;

ſic

ſic radix eorum putredine ſolvetur, floſque eorum; ut pulvis, diſſipabitur;
quia Legem Domini exercituum ſpreverunt, & Sancti Iſrael verbum pro
nihilo duxerunt. 25. *Ergò ira Domini contra populum ſuum accendetur,*
extendet in eum manum ſuam; dabit ei ictum, quo montes contremiſcent;
erunt cadavera ipſorum mediis in plateis, ut ſordes quæ verruntur; ſed ne
ſic quidem placabitur ira ejus, neque minùs extenſa erit manus ipſius.
26. *Præferet enim ſignum gentibus remotis, ſibilabitque ab ultimis terris;*
illi è veſtigio properabunt, & leves aderunt. 27. *Nemo eorum eundo fatiga-*
bitur; nemo corruet: torpebit nemo, neque dormiet. Cingulum non ſolvetur
de renibus ipſorum; non rumpentur corrigiæ calceorum. 28. *Sagittæ eorum*
præacutæ erunt; omnes arcus eorum tenſi; equorum ungulæ, ut ſilex, vide-
buntur; rotæ ipſorum, ut turbo irruens. 29. *Infrement, ut leones, ut leunculi*
longùm rugient; prædam invadent ac auferent, nemine opem ferente. 30. *Ergò*
eo tempore fremitum dabit contra eum, tanquam fremitum maris; & cùm
deſpiciet terras, erunt omnia tenebræ & anguſtiæ, & per caliginem ejus lux
in tenebras vertetur.

---

1. לידידי, *dilecto meo.* Melius Græci Intt. τῷ ἠγαπημένῳ, *dilecto*, ſine *meo.* Nam ſi Deus eſt, qui plantavit vineam, ut docemur ex infra-dictis, non ſolent prophetæ Deum nominare *dilectum meum.* Credibile eſt prophetam ad aliquod Canticum alludere, quod vocaretur *Canticum dilecti*, qui *dilectus* plantâſſet vineam. ...דודי: Adhuc ſuperfluit affixum י, *mei.* Itaque id omittit Codex Alexandrinus. Nec ſententiam expedies, ſeu vertas *dilecti mei*, ſeu *patruelis mei.* Nos דודיו, *amoris ejus*, quam ſcripturam poſtulat לכרמו, *in vineam ſuam.* Notum eſt ex Cantico canticorum דודים, eſſe *amores.* ...בקרן: Nos, *in colle;* qui ſignificatus nunc viget Arabicâ in Linguâ, in quâ קרן eſt *pars montis, vertex montis, parvus mons alios ſupereminens:* Vide Golium & Caſtellum.

5. הסר, *auferre*, ...פרץ, *rumpere.* Duplex mendum, ſed hodiernorum tantùm Codicum. Nam omnes Veteres legunt אסר, *auferam* ...אפרץ, *rumpam;* quomodò verſu inferiore legitur, ואשיתהו, Tempore item futuro.

7. והנה משפח, *ecce autem oppreſſiones*, ex verbo שפח, *ſervum facere*, idem ferè ac *opprimere;* cujus ſignificatûs aliquod veſtigium light ſupereſt in verbo Arab. משפח, *fruſtratus, bonis mulctatus.* Conjecturâ utimur, quia Lexica Hebraica hìc deficiunt. Græci Intt. ἀνομίαν, *iniquitatem;* fortè legebant מפשע, ex פשע, *prævaricari.* Reſpondet vocabulo *oppreſſio* vocabulum צעקה, *clamor*, ſeu *vociferatio* eorum, qui opprimuntur. ...צדקה, *humanitatem*, ſeu *miſericordiam*, ut alibi ſæpe. Licet etiam convertere *juſtitiam*, modò intelligatur æquitas judiciorum.

9. באזני יהוה, *in auribus Domini.* Mirè oculatus eſſet is Lector, qui videret quo nexu hæc pertineant ad ante, vel ad infrà dicta. Nam quod mox dictum eſt de divitibus, qui jungunt ædes ædibus, id erat *in oculis* Domini, non *in auribus.* Quod verò ſequitur decretum Dei de vaſtandis ædibus, illud fuerat *in ore* Domini, non *in auribus.* Vulgatus, *in auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus*, quaſi legeret, באזני זאת אמר יהוה, ex quâ ſcripturâ poſſis hanc promere convenientiorem; ויאזיני זאת יהוה, *& audire me fecit hæc Dominus*, nempe hæc quæ ſequuntur. Leviſſima omnium mutatio eſt τῦ באזני in τὸ ויאזיני; illud vero זאת, quod addimus, non dubium eſt legiſſe & Græcos Intt. & Chaldæum & Vulgatum; quos vide, ſi juvat, in Polyglottis.

13. צמה, *ſiti;* error Athianæ Vander Hooght. Lege צמא, *ſiti*, ut ſcriptum lego in Codice uno Regio & in duobus Orat. & ut habent cæteræ Editiones. Propterea curavimus ut ederetur צמא.

14. הדרה המונה, *nobilitas & vulgus.* Nunc ה in fine, pro ו ſcriptum. Nam legitima ſcriptura eſt הדרו והמונו, *& nobilitas ejus, & vulgus ejus*, quomodò ſuperiori verſu, כבודו & והמונו. Eſſe poſſet affixum plurale ם; ſed obſtat ועלז, numeri ſing.

17. כדברם: Nos, *ipsâ in fugâ:* verbum pro verbo, *ſecundùm abduci illas;* ex verbo דבר, *ducere, abducere.* q. d. oves fugientes raptim paſcentur. ...וחרבות מחים, *& deſerta pinguedinum.* Quid hoc ſignificet, docebunt, ſi poterunt, qui nihil hìc mendi animadvertunt. Nos וערבות, *& planities*, ſeu *campos* (*pingues.*) Græca verſio מחים, ἀπειλημμένων, *abductorum*, errore Scribarum Græcorum, pro ἀπηλειμμένων, *unctorum.*

18. בחבלי שוא, *in funibus vanitatis.* Duplex mendum animadvertes, Erud. Lector, ſi conſiderabis hæc verba וכעבות עגלה, *& quaſi funes plauſtri*, quæ parallela ſunt, habere ſimilitudinem ex re ductam, nempe ex funibus, quibus plauſtrum trahitur, atque adeo contineri debere in

membro priore similitudinem pariter ex re ductam, non ipsam rem; cùm contrà in *funibus vanitatis*, vel *iniquitatis*, contineatur ipsa res, non jam rei similitudo. Hoc vitium sermonis non erat in Codice Hebræo Græcorum Intt. apud quos legimus, *ὡς σχοινίῳ μακρῷ*, *quasi fune longo*, ex scriptione כחבלי השרע, quam amplectimur, ut germanam. Increpat Propheta homines eos, qui scelus sceleri addebant, minarum tandiu securi, dum ultio non sequebatur. Ergo eos Propheta similes facit homini restiario, qui funem torquet, cannabe additâ, & contortâ, eadem iterans, donec funem in longum duxerit, neque eum liceat protrahi longiùs.

29. ושאג, *& rugiet.* Masora vult ישאג, *rugiet*, sine conjunctione, fortè quia sic legebatur in quibusdam Codicibus; tam benè unum, quàm alterum.

30. בעריפיה: Potiùs בעריפיו, vel בערפלו, *in caligine ejus.* Alterutrum legere videtur Vulgatus. Græci autem Intt. *ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν*, *in penuriâ ipsorum*, ex scripturâ בעדפיהם, non bonâ.

C A P U T VI.

Videt Isaias Dominum in throno sedentem, Cherubimque circumstantes. Admovetur ad ejus labium pruna de altari sumpta, ut vaticinetur ad populum audientem, nec intelligentem...

1. *Anno eo, quo mortuus est rex*
Ozias, vidi Dominum in solio ex-
celso sublime sedentem; Templum
implebant ea, quæ sub ipso erant.
2. *Seraphim supra ipsum stabant;*
unusquisque habebat sex alas; dua-
bus velabant faciem suam, duabus
pedes, & duabus volabant. 3. *Alter-*
que ad alterum clamabat dicens;
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus
exercituum; plena est omnis terra
gloriâ ejus. 4. *Ad sonitum vocis con-*
tremuêre limina portarum, fumoque
impleta est domus. 5. *Tum dixi; hei*
mihi! Actum de me est, qui, cùm
sim homo immundus labiis, habitem-
que apud populum labiis contamina-
tum, tamen viderim oculis meis Re-
gem, Dominum exercituum. 6. *Tum*
volavit ad me unus Seraphim, pru-
nam, quam tulerat de altari, forcipe
tenens. 7. *Quam ad os meum admo-*
vit, dixitque; en hoc tetigit os tuum;
amota est à te iniquitas; expiatum est
peccatum tuum. 8. *Posteà audivi vo-*
cem Domini dicentis; quem mittam,
quis-ve ibit nobis? Dixique: en ad-

1. בשנת מות המלך עזיהו
ואראה את אדני ישב על כסא רם
ונשא · ושוליו מלאים את ההיכל :
2. שרפים עמדים ממעל לו · שש
כנפים שש כנפים לאחד · בשתים
יכסה פניו ובשתים יכסה רגליו
ובשתים יעופף : 3. וקרא זה אל
זה ואמר · קדוש קדוש יהוה
צבאות · מלא כל הארץ כבודו :
4. וינעו אמות הספים מקול הקורא ·
והבית ימלא עשן : 5. ואמר · אוי
לי כי נדמיתי · כי איש טמא שפתים
אנכי ובתוך עם טמא שפתים אנכי
ישב · כי את המלך יהוה צבאות
ראו עיני : 6. ויעף אלי אחד מן
השרפים ובידו רצפה במלקחים
לקח מעל המזבח : 7. ויגע על
פי ויאמר · הנה נגע זה על שפתיך ·
וסר עונך וחטאתך תכפר : 8.
ואשמע את קול אדני אמר · את מי
אשלח ומי ילך לנו · ואמר הנני ·
שלחני : 9. ויאמר · לך ואמרת
לעם הזה · שמעו שמוע ואל תבינו
וראו ראו ואל תדעו : 10. השמן
לב העם הזה ואזניו הכבד ועיניו
השע · פן יראה בעיניו ובאזניו ישמע
ולבבו יבין ושב ורפא לו : 11.

ואמר • עד מתי אדני • ויאמר • עד
אשר אם שאו ערים מאין יושב
ובתים מאין אדם והאדמה תשאה
שממה : 12. ורחק יהוה את
האדם • ורבה העזובה בקרב הארץ :
13. ועיד בה עשיריה ושבה והיתה
לבער • כאלה וכאלון אשר בשלכת
מצבת בם זרע קדש מצבתה :

ſum, mitte me. 9. *Tum ille; vade, inquit, populoque iſtî ſic dices: attentè audite, neque intelligite; videte viſionem, neque hanc recognoſcite.* 10. *Populus iſte pingue reddidit cor ſuum; fecit ſibi aures hebetiores, clauſit oculos ſuos, ne ſcilicet oculis ſuis videant, ne-ve auribus audiant, & cor eorum intelligat; ne adeò convertantur, & ſanem eos.* 11. *Tum dixi; Domine, quandiù hæc erunt? Qui reſpondit; donec erunt vaſtatæ urbes, eò quòd non ſuperſit habitator; ædes, quia deſint homines, & terra devaſtata reliquatur.* 12. *Dominus enim longè removebit homines, eritque per totam regionem immenſa vaſtitas.* 13. *Decima pars, quæ ſuperſtes erit, captiva fiet, devaſtabiturque, ut quercus, vel ilex, poſtquàm ſenuit truncus ejus.*

---

1. ושוליו : Recentiores, *fimbriæ ejus:* incommodè; nam difficile dictu eſt, quomodo ejus, qui ſedebat in throno, *fimbriæ* implerent Templum. Meliùs Vulgatus, *quæ ſub ipſo erant*, ſive quæ thonum ejus in ſublime tollebant. Convenit huic loco שאל Arabicum *extollere, erigere.* Græci Intt. τῆς δόξης αὐτῦ, (*plena erat domus*) *gloriâ ejus;* fortè legebant גאוניו, vel גאונו, quæ ſcriptura planior eſt, haud ſcio an verior. Certè huic ſententiæ favet id, quod poſt legitur, *plena eſt omnis terra gloriâ ejus.*

5. כי נדמיתי : Vulgatus, *quia tacui.* Ne ita converteremus, obſtabat vox Paſſiva נדמיתי, quam quidem in *tacendi* ſignificatu nuſquam reperimus. Itaque antetulimus conſuetum ſignificatum *ſucciſus ſum*, vel *actum de me eſt*, à quo ſignificatu non abſunt Græci Intt. qui κατανένυγμαι. Præterea nihil erat, cur Iſaias diceret, *væ mihi, quia tacui*, antequàm loqui juberetur.

8. ומי ילך לנו, *quis-ve ibit nobis.* Omittunt *nobis* Græci Intt. & Syrus, non tamen omittendum. Conſentiunt ferè omnes Intt. hìc notari trinam in Deo perſonam, poſtquâm ter dictum eſt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et verò poſtulat ratiò Grammaticæ ut לנו pluraliter accipiatur, cùm non ſoleat Deus de ſe ipſo loqui per numerum pluralem; quod cùm ſit, jure colligitur aliquid latere myſterii. Neceſſe fuit Patriarchas & prophetas expectare Dei & hominum Mediatorem. Atqui expectationem talem habere non poterant, ſi unam tantùm crederent in Deo perſonam. Nam, ſi una tantùm erat in Deo Perſona, hæc Perſona non poterat habere ſe ipſam ſequeſtrem homines inter ac ſe ſe ipſam. Ergo Mediatorem futurum expectare non poterant illi, qui *ex fide* vivebant, niſi Deum crederent non ſic unum, quin plures eſſent in eo Perſonæ.

9. וראו ראו : Lege, וראו ראה, *& videte viſionem.* Ita legebat Hieronymus; ita etiam legitur in Codice Orat. 53. Alterum ראו, quod plerique habent ut Gerundium, barbariſmus eſt, quem non habet Sam. Pentateuchus, ut neque melioris notæ Codices.

10. ורפא לו : Nos, cum Vulgato & Græcis Intt. וארפא לו, *& ſanem eum.* רפא, pro נרפא, *ſanetur*, non habet exemplum, ut neque pro מרפא, *ſanitas.* Itaque malè Arias, *medeatur ei;* malè Buxtorfius in Concordantiis, *ſanitas obveniat ei.*

11. תשאה שממה : Mendum תשאה aberat ab Codice Græcorum Intt. qui legebant תשאר, *relinquetur* (*deſerta.*) Si eſſet, *deſoletur deſolatione*, ut vertit Arias, legeretur תשומם שממה, eâdem in utroque Radice uſurpatâ, ut alibi paſſim: vide, ſi juvat, Concordantias Buxt. in verbo שמם.

13. אשר בשלכת מצבת : Hæc verba ſunt Hebraicè talia, qualia hæc Ariæ Latina, *quibus in ejectione ſtatio.* Neque interpretationem ullam ſortiri hæc poſſunt, non emendata. Nos igitur ſic emendamus, אשר השכלת מצבתה, *cujus orbatus eſt truncus*, vel *ſenuit.* Hæc verò ultima verba, בם זרע קדש מצבתה, *in eis ſemen ſanctum truncus ejus*, omittimus, quæ quidem non erant in Codice Hebr. Græcorum Intt. quæque etiam abeſſe debent ab Hodiernis. Vix credi poteſt, medias inter minas, eaſque prolixè enuntiatas, Iſaiam velut ab abrupto hæc interſeruiſſe; id, quod ſupererit Judæorum, fore ſemen ſanctum, talemque ſententiam, unico inciſo, carptimque ac jejunè enuntiaſſe. Sed facilè videtur, cur hæc Judæi addiderint poſt Chriſtum natum. Cùm enim Judæi negare non poſſent, vaticinationem hanc, in quâ ſumus, prænuntiare ultimam ipſorum cladem, per Romanos factam, ne crederetur adveniſſe Meſſiam, poſuerint ad marginem, ſemen ſuum fore ſanctum, ex quo ſemine ille Rex Meſſias, quem adhuc expectant, eſſet naſciturus: quæ verba deinde ex margine tranſierint in Contextum. Nos tamen, ſi quis hæc verba retinebit, non multùm repugnabimus, modò hæc aptè veniant, poſt terribiles minas

ſuprà enuntiatas. Græci Intt. ultima, quæ legunt, verba ſic reddunt, *ſicut glans, cùm exciderit è thecâ ſuâ.* Verùm hæc ſententia non convenit ante-dictis, quæ minas habent in eorum Græcâ Verſione; neque verò etiam minæ hæc ſunt, glandem thecâ ſuâ ejectum iri; cùm id non fieri non poſſit, & cùm glans ad terram dejecta fiat ſæpe radix alterius arboris renaſcentis.

CAPUT VII.

Iſaias regem Achaz convenit, quem hortatur, ne timeat reges inimicos; cui ſignum dat naſcituri ex virgine filii; affirmatque, antequàm puer is, qui mox naſcetur, nominet patrem & matrem, terram Juda immunem futuram à regibus duobus inimicis, ſed tamen fore poſthàc ab Aſſyriis devaſtandam.

1. In diebus Achaz, filii Joatham,
filii Oziæ, regis Juda, venerunt Ra-
ſin, Syriæ rex, & Phacee, filius
Romeliæ, rex Iſrael, ut Jeruſalem
oppugnarent, quam quidem expugna-
re non potuerunt. 2. Sed enim domui
David cùm fuit nuntiatum adjunxiſſe
ſe ad Ephraim Syrum, concuſſum fuit
cor ejus & univerſæ plebis, ut qua-
tiuntur vento ligna ſilvarum. 3. Tum
Dominus Iſaiæ dixit: egredere ob-
viam Achaz, ad extremum aquæ-
ductum piſcinæ ſuperioris, ſecus viam
agri fullonis, tu & Sar-Iſſub, filius
tuus. 4. Hæc autem ei mandabis:
quietus eſto, nec ſollicitus; noli ti-
mere, neve cor tuum frangatur prop-
ter iſtas caudas duas fumantium titio-
num; ego enim, poſtquàm iratus fui,
revertar, & afferam ſalutem. 5. Nam,
quòd graviter de te conſuluêre Raſin,
Syria & Ephraim cum filio Rome-
liæ, dicentes; 6. Proficiſcamur in
Judam, agitemus eum & ad nos at-
trahamus, & filium Tabeel regem a-
pud eum conſtituamus; 7. Hæc dicit
Dominator Dominus: non ſtabit id,
nec fiet. 8. Caput enim Syriæ Da-
maſcus; caput Damaſci Raſin;
(ſed poſt annos tres ex albo populo-

1. ויהי בימי אחז בן יותם בן
עזיהו מלך יהודה עלה רצין מלך
ארם ופקח בן רמליהו מלך ישראל
ירושלם למלחמה עליה · ולא יכל
להלחם עליה : 2. ויגד לבית דוד
לאמר · נחה ארם על אפרים · וינע
לבבו ולבב עמו כנוע עצי יער מפני
רוח :
3. ויאמר יהוה אל ישעיהו · צא
נא לקראת אחז אתה ושאר ישוב
בנך אל קצה תעלת הברכה העליונה
אל מסלת שדה כובס : 4. ואמרת
אליו · השמר והשקט · אל תירא
ולבבך אל ירך משני זנבות האודים
העשנים האלה · בחרי אף רצין וארם
ובן רמליהו : 5. יען כי יעץ עליך
ארם רעה אפרים ובן רמליהו
לאמר : 6. נעלה ביהודה ונקיצנה
ונבקענה אלינו · ונמליך מלך בתוכה
את בן טבאל : 7. כה אמר אדני
יהוה · לא תקום ולא תהיה : 8.
כי ראש ארם דמשק וראש דמשק
רצין · ובעוד ששים וחמש שנה
יחת אפרים מעם : 9. וראש
אפרים שמרון וראש שמרון בן
רמליהו · אם לא תאמינו כי לא
תאמנו :
10. ויוסף יהוה דבר אל אחז
לאמר : 11. שאל לך אות מעם
יהוה אלהיך העמק שאלה או הגבה
למעלה :

למעלה : 12. ויאמר אחז · לא
אשאל ולא אנסה את יהוה : 13.
ויאמר · שמעו נא בית דוד · המעט
מכם הלאות אנשים כי תלאו גם
את אלהי : 14. לכן יתן אדני הוא
לכם אות · הנה העלמה הרה וילדת
בן וקראת שמו עמנואל : 15.
חמאה ודבש יאכל לדעתו מאוס
ברע ובחור בטוב : 16. כי בטרם
ידע הנער מאוס ברע ובחור בטוב
תעזב האדמה אשר אתה קץ מפני
שני מלכיה : 17. יביא יהוה עליך
ועל עמך ועל בית אביך ימים אשר
לא באו למיום סור אפרים מעל
יהודה · את מלך אשור : 18. והיה
ביום ההוא ישרק יהוה לזבוב אשר
בקצה יארי מצרים ולדבורה אשר
בארץ אשור : 19. ובאו ונחו כלם
בנחלי הבתות ובנקיקי הסלעים
ובכל הנעצוצים ובכל הנהללים :
20. ביום ההוא יגלח אדני בתער
השכירה בעברי נהר במלך אשור
את הראש ושער הרגלים · וגם את
הזקן תספה : 21. והיה ביום
ההוא יחיה איש עגלת בקר ושתי
צאן : 22. והיה מרב עשות
חלב יאכל חמאה · כי חמאה ודבש
יאכל כל הנותר בקרב הארץ : 23.
והיה ביום ההוא יהיה כל מקום
אשר יהיה שם אלף גפן באלף
כסף לשמיר ולשית יהיה : 24.
בחצים ובקשת יבא שמה · כי שמיר
ושית תהיה כל הארץ : 25. וכל
ההרים אשר במעדר יעדרון לא
תבוא שמה יראת שמיר ושית ·
והיה למשלח שור ולמרמס שה :

rum delebuntur.) 9. *Caput Ephraim*
Samaria; caput Samariæ filius Ro-
meliæ; ſed poſt annos quindecim E-
phraim ex albo populorum delebi-
tur. Vos verò, niſi creditis, non eritis
diuturni. 10. *Hæc etiam Iſaias locu-*
tus eſt ad Achaz: 11. *Pete tibi ſignum*
à Domino Deo tuo, ſive deorſum de
imis terræ ſedibus, ſive ſurſum de lo-
cis ſupernis. 12. *Cui Achaz; non pe-*
tam, inquit, nec Dominum tentabo.
13. *Tum Iſaias; audite, domus Da-*
vid. An parum vobis eſt moleſtos eſſe
hominibus, quòd Deo meo moleſti
eſtis? 14. *Dabit igitur vobis ipſe*
Dominus ſignum: En virgo concipiet,
& pariet filium, dabitque ei nomen
Emmanuel. 15. *Butyro & melle veſ-*
cetur, donec ſciat reſpuere malum &
eligere bonum. 16. *Sed puer nondum*
ſciet reſpuere malum & eligere bonum,
cùm terra hæc, de quâ tu nunc angeris
propter duos reges, libera dimittetur.
17. *Adducet autem Dominus in te,*
in populum tuum & in familiam tuam
dies tales, quales non fuerunt, ex quo
Ephraim ſeceſſit à Juda. 18. *Quippe*
eo tempore Dominus ſibilo advocabit
muſcam, quæ eſt in flumine Ægypti
extremo, & apem, quæ eſt in terrâ
Aſſur. 19. *Illæ venient, ſedebuntque*
omnes in vallibus deſertis, in cavernis
petrarum, in omnibus ſpinetis & fo-
raminibus. 20. *Ergo eo tempore ab-*
radet Dominus novaculâ conductâ,
nempe illis, qui trans flumen ſunt,
Aſſyriæque rege, capitis omnem ca-
pillum, crurumque pilos; neque ipſam barbam relinquet immunem.
21. *In die illâ nutriet homo teneram juvencam & duas oves,* 22. *Et præ*
copiâ lactis butyro veſcetur; nihil enim niſi butyrum & mel comedet
quiſquis mediâ in terrâ relinquetur. 23. *Etenim eo tempore, ubicunque*
mille ſatus vitium mille argenteis empti fuerint, erunt ſpinæ ac vepres.
24. *Eòque venietur cum arcu & ſagittis, quoniam vepribus ac ſpinetis ple-*
na erit univerſa tellus. 25. *Et omnes montes, qui ſarculo ſubacti fuerint,*

E

ubi adeò non crescent spinæ ac vepres, in eis boves liberè pascentur; eum agni calcabunt.

---

1. יכל, *potuit.* Habet יכול, unus Codex Orat. natum ex veriori scripturâ יכלו, *potuerunt*, quam sequuntur Græci Intt. Syrus, Vulgatus.

2. נחה ארם על אפרים, Vulgatus, *requievit Syria super Ephraim*, ex scriptione hodiernâ, eâdemque mendosâ. Sed germanam נלוה habuêre Græci Intt. qui convertunt, συνεφώνησεν Αρὰμ πρὸς τὸν Εφραίμ, *consensit Syrus cum Ephraim*; ita etiam legit Chaldæus, qui אתחבר, *adjunxit se.* Sic infra cap. 14. v. 1. ונלוה הגר עליהם, *& adjungetur advena ad eos.* Vide eandem scribendi formam cap. 56. v. 6.

4. & 5. בחרי אף רצין וארם ובן רמליהו, *in irâ Rasin & Syriæ & filii Romeliæ.* Hæc verba non interpretamur, in quorum loco hæc adscifcimus de Græcis Intt. *nam postquàm ira mea extitit, rursum sanabo*; qui quidem pro his verbis בחרי אף, legere hæc videntur, כי אחרי אף אשוב וארפא, quæ scriptio, ut plenior est, ita commodè venit; ut, postquàm multis cladibus fuerat afflictus rex Achaz, polliceatur Isaias, salutem ei affuturam. Posteà Græci Intt. hæc habent, *& filius Aram & filius Romeliæ quia consilium ceperunt*; legunt semel tantùm hæc verba, *Aram & filius Romeliæ*, cùm contrà hod. in Codicibus bis legatur, *& filius Romeliæ*, w. 4. & 5. Facilè videt Erud. Lector, 1°. בחרי, *in irâ*, seriem cum ante-dictis habere nullam. Nam cùm dictum mox fuerit, *noli timere à duobus* (משני) *titionibus fumantibus*, esset legendum מחרי אף, *ab irâ.* 2°. vocabulum ארם, *Syria*, non suo loco esse. Quippe duæ caudæ titionum sunt, *Rasin & filius Romeliæ*; itaque malè interseritur ארם tertium in locum. 3°. Illud ארם, quod superfluit v. 4. rectè adhiberi v. 5. sed non benè omitti eodem v. 5. רצין, *Rasin*, ante ארם, quandoquidem post non omittitur *filius Romeliæ*; nam tenor idem debet esse, quem videmus versu 1. Ex quo colligitur, legendum v. 5. רצין וארם, pro uno ארם, quod ibi nunc habetur, omittendaque hæc v. 4. רצין וארם ובן רמליהו, quæ videntur ascendisse per errorem ex lineâ inferiore ad superiorem, quæque semel tantùm legebant Græci Intt. & Syrus. Certè hæc minuunt versu 4. vim orationis, & aliò detorquent similitudinem ex titione fumante ductam; quæ duo vitia non sunt in versu 8. quem vide. Sapientius videtur, hæc addere de Græcis Intt. quæ orationis sententiam perficiant, quæque certum est eos Interpretes, nisi hæc legerent, non fuisse posituros, quàm ea retinere, quæ orationem impediant, quæque eadem non extabant in Græcorum Intt. & in Syri Hebr. Codicibus.

8. & 9. ...ראש ארם דמשק, *caput Syriæ Damascus*, (*caput Damasci Rasin.*) Hæc de Syriâ membrum prius versûs 8. Itaque expectatur ruinam Syriæ in posteriori membro denuntiatum iri; cùm contrà membrum posterius, relictâ Syriâ, vaticinetur ruinam Ephraim futuram. Versu 9. similiter dicitur, *caput Ephraim Samaria*, *caput Samariæ filius Romeliæ*; iterùm expectatur ut ruina Ephraim denuntietur, cùm tamen, membro posteriore, Ephraim relinquatur, ut ad Judam sermo convertatur. Perturbationem hanc sensit Isaiæ Gallicus Explanator; itaque hæc verba, *post annos sexaginta quinque Ephraim ex populis delebitur*, quæ versu 8. leguntur, collocat versu 9. post hæc, *caput Samariæ filius Romeliæ*; quem nos ordinem in versione sequimur, cùm dubitari vix possit eum esse germanum. Sed is ordo cùm restituitur, necesse est quædam suppleri versu 8. in quibus ruina Syriæ mox futura prænuntietur, quomodò v. 9. ruina Ephraim. Propterea nos ex conjecturâ hæc supplemus, *post annos tres delebitur ex albo populorum.* Conjectura hæc nititur 1°. in serie ipsâ orationis, quæ non modò manca erit, si de Syriâ nihil aliud dicetur, quàm *caput esse Syriæ Damascum*, *Damasci Rasin*; sed quæ etiam postulat notari, Syriam post paucos annos eversum iri, quomodò infrà notatur, regnum Ephraim non jam fore ullum post annos sexaginta quinque. 2°. in ante-dictis, quia causa exprimitur, propter quam Syriæ in Judam consilia irrita sint futura. 3°. in infra dicendis, in quibus docetur, terram Juda immunem fore, antequàm puer, qui mox nascetur, sat annorum habeat, ut ratione possit uti, i. e. priusquàm sit trium annorum. 4°. in ipsâ Historiâ, in quâ deinde narratur, regem Theglatphalasar, ab Achaz in sui auxilium vocatum, venisse in Syriam, Rasin regem interfecisse ac Syriæ regnum delevisse, ad quod bellum conficiendum tres anni satis erant. Denique hæc verba, quæ restituimus, ובעוד שלש שנים יחת ארם מעם, *& adhuc tres anni, & delebitur Syria de populo*, tam similia sunt istis, ובעוד... יחת אפרים מעם, quæ de Ephraim dicuntur, seu inchoantibus, seu desinentibus, ut similitudo ipsa erroris hìc facti demonstret causam; nempe Scribam semel tantùm hæc posuisse, quæ bis & ferè similiter scripta erant. Interpretes recentiores, qui nihil mendi hoc loco animadvertunt, alii vim verbis afferunt, alii per commentarios hæc supplent, quæ nos in Contextum revocamus. Vim verbis afferunt & Munsterus, qui sic: » *caput Syriæ Damascus.* i. e. manebit rex Syriæ rex in regno » suo, & similiter rex Ephraim; i. e. & non consequentur regnum super Judam; & Grotius, qui sic: » non latiùs imperabit rex Syriæ, quàm nunc imperat. « Diceret-ne Propheta eum regem, qui mox esset morte afficiendus, regno amisso & deleto, *suo tantùm regno imperaturum?* Quòd si hoc dicebat Isaias, Rasin fore tantùm Syriæ regem, num propterea nuntiabat regnum Syriæ mox eversum iri? Atqui tamen hoc ipsum prænuntiasse oratio ipsa, ut nunc est, declarat. Itaque alii Interpretes hoc idem supplent, ut Vatablus, qui sic: » *Et caput*, » וראש, i. e. Metropolis. Ac si dicat, Rasin erit rex Damasci tantùm, non etiam Jerusalem.

» Damaſcenorum interitum prædicit « ut & Clarius, qui ſic : » Unuſquiſque horum regum intra » terminos ſuos continebitur , neque propagabunt regnum , ut ſperant. « Sed ſuppleri hoc non licet , ſi nihil aliud de Syriâ , quàm quod nunc legitur , dixit propheta. Pugnabit enim Commentarius cum ſacris ipſis verbis , in quibus continetur , Damaſcum fore Syriæ Metropolim , minimè verò, brevi tempore everſum iri. Jam verſu 8. ſtare non poſſunt anni *ſexaginta quinque* , poſt quos elapſos regnum Ephraim , ſive Samariæ , prænuntiatur eſſe interiturum. Loquitur Iſaias ad Achaz , qui regnavit annis tantùm 16. Poſt Achaz regnavit Ezechias , cujus regnantis anno 6. expugnata fuit ab Aſſyriis Samaria. Habes ab initio regni Achaz uſque ad captam Samariam , annos tantùm 22. Itaque rectè Grotius , » Omnino videtur error eſſe in » ſcripturâ Hebraicâ. « Idem ſtatuit legendum eſſe שש וחמש , (*annos*) *ſex & quinque* , ſive *undecim*. Sed emendationem talem non admittit Hebraicæ Linguæ indoles , quæ numeros infra *decem* nunquam adjungit ad alios item infra *decem* numeros , ut ex duobus ſimul junctis una ſumma efficiatur , quæque numerum , *undecim* , non alio modo enuntiat , quàm per אחד עשר , vel עשתי עשר. Nos , pro ששים , poſuimus ſupra שלש שנים ; nunc , pro חמש שנה , ſubſtituimus חמש עשרה שנה , *annos quindecim* ; qui anni 15. additi ad annos 3. quibus elapſis interiturus eſt Raſin, conficiunt annos 18. qui effluxerunt ab anno 4. Achaz , quo hæc locutus fuerit Iſaias ; ut habeas ab initio regni Achaz uſque ad captam Samariam annos 22. ſuprà memoratos. Uſſerius, qui nihil mendi animadvertebat in annis 65. ſtatuit hanc vaticinationem fuiſſe completam , cùm » novi coloni *ex Babele* , *& Chuta* , & in Samaritidem regionem venerunt ; nam tum (inquit) » Ephraim deſiit eſſe populus , cùm tenues illæ Ephraimitarum reliquiæ peregrinorum adven- » tantium multitudine penè ſunt obrutæ. « Sentit cum Uſſerio Erud. *Prideaux* , additque regem Aſaraddon , poſtquàm Syriam recuperaſſet , abduxiſſe ex Iſrael omnes eos , qui ex priori captivitate ſuperfuerant. Huic ſententiæ multæ res obſtant. Nam 1°. tum deletus eſt Ephraim ex albo populorum , cùm ſubverſa eſt Samaria. Etenim eo tempore , *rex Aſſyriorum tranſtulit Iſrael in Aſſyrios* , II. Reg. cap. 17. v. 6. Eodem tempore, *eos Dominus abſtulit à conſpectu ſuo* , *& non remanſit niſi una Tribus Juda tantummodò* , ibid. v. 18. Confitetur Uſſerius , » à Salmanaſare » maximam partem populi ante annos 44. fuiſſe deportatam , & regnum planè abolitum. « Atqui regno planè abolito , non jam erat Ephraim *populus* , quia non jam habuit ſua jura nec leges , nec ullam regni aut reipublicæ ſpeciem. 2°. Nullibi narratur in Sacris Codicibus regem Aſaraddon abduxiſſe ex Iſrael captivos ; hoc tantùm dicitur , regem Aſſyriorum miſiſſe in Iſrael novos colonos ; nec verò etiam nominatur ibi Aſaraddon ; ita ut nihil obſtet , quin ipſe Salmanaſar ſit is, de quo dicitur Eſdr. cap. 14. v. 10. *cæteri de gentibus quas tranſtulit Aſenaphar* , *& habitare eas fecit in civitatibus Samariæ* ; cùm præſertim ex Sacris Libris colligi non poſſit , fuiſſe ullam Iſrael deportationem in Aſſyrios , poſt eam quæ facta fuit à rege Salmanaſar. 3°. Statuunt Uſſerius & Erud. *Prideaux* , hæc Iſaiam vaticinatum fuiſſe anno Achaz primo. Quamobrem verò anno primo ? Nimirum priuſquàm hæc Iſaias vaticinaretur , bellum geſſerat Phacee cum Achaz , cui occiderat 120000. hominum. Idem Phacee obſederat urbem Jeruſalem , quam expugnare non potuerat. Philiſtæi etiam & Idumæi , debilitato Achaz , in Judam irruperant , & multarum urbium potiti fuerant. An bella hæc urbiumque expugnationes intra annum unum finem habere poterant ? Ergò neceſſe eſt aliquot jam annos regnaſſe Achaz , priuſquàm ei promitteret Iſaias , nihil jam ei timendum fore ex titionibus fumantibus , Raſin & filio Romeliæ. Atque ob eam cauſam nos ſuprà diximus , hæc vaticinatum fuiſſe Iſaiam anno Achaz quarto. ...ואם לא תאמינו , *quòd ſi non credetis (non diuturni eritis.*) Hæc ad Judam Propheta , vaticinans Rempublicam Judæ , ut Ephraim , ſic perituram , niſi credunt miſſis ad ſe prophetis. Græci Intt. ubi legitur , לא תאמנו , nunc habent , *οὐδὲ μὴ συνῆτε* , *neque intelligetis* , errore Librariorum , ut videtur , Græcorum , qui ſcripſerint *συνῆτε* , ubi legerent *μενῆτε* , *manebitis*.

10. ויוסף יהוה דבר אל אחז , *& addidit Deus loqui ad Achaz*. Infra dicta demonſtrant Iſaiam loqui ad Achaz , non Deum. Propterea Chaldæus poſuit , נביא דיי , *propheta Domini* , & videtur legendum ישעיה , non יהוה.

14. העלמה הרה , *virgo concipiet*. Quomodocunque interpreteris , ſeu *virgo* , ſeu *puella* , eadem erit ſententia ; nam עלמה , puellam habet innuptam , ſeu virgo eſt , ſeu virgo cenſetur ; neque unquam adhibetur in puellâ , quæ ſit uxor. Intellexiſſe autem Iſaiam , cùm hæc loqueretur , virginem parituram , verba ejus ipſa demonſtrant. Nam ſic loquitur Iſaias hoc loco , ut poſtea cap. 8. v. 3. cùm dicit , *prophetiſſa concepit peperitque filium* , jungens , *prophetiſſa* , cum verbo *peperit* , & partum attribuens ei feminæ , quæ ſit uxor , cùm parit. Ergo ſimiliter attribuit nunc partum ei feminæ , quæ ſit virgo , non quæ anteà fuerit. Ita omnes loquuntur ; nec diceret maritus , *en meo virgo peperit* , cùm dicere vellet , *en peperit mea uxor* ; etſi uxorem ſuam duxerit virginem. Ergò non diceret Iſaias , *en virgo pariet* , ſi uxorem , non virginem , in mente haberet. Rectè igitur hæc Matthæus Evangeliſta , de Chriſto Domino dicta intelligebat , ex virgine nato , non ex uxore virum expertâ ; cùm ſententiam talem verba ipſa præ ſe ferant. Quòd ſi quæris, quî poſſet Iſaias rei mox futuræ ſignum dare partum virginis, poſt plura ſæcula eventurum , reſpondetur , *ſignum* ſic adhiberi , *Exod. cap. 3. v. 12.* ubi Deus Moſi malorum Ægypti liberationis hoc ſignum dat , fore ut ipſum Iſraelitæ in monte Horeb brevi adorent , & habere *ſignum* non modo rei pignus futuræ , ſed etiam teſtimonium rei , vel jam factæ , vel quam fides ſic habet , ut certiſſimè adventuram ; quaſi diceret Propheta , ut vos liberaturus eſt ille *Emmanuel* , quem dudum expectatis , & de virgine naſciturus ; ita brevi aderit vobis ſalus contra Syros. Quòd ſi quæres, an Judæi hæc poſſent intelligere ; reſpondeo , non negandum , homines eos , ad quos Iſaias loquebatur , non hæc primùm intellexiſſe , quoniam verba hæc

prophetæ, in quibus nunc sumus, hoc unum significare videbantur, filium esse ex virgine mox nasciturum, qui priusquàm ratione uteretur, Juda liberandus esset ab hostibus suis; sed non diu durasse errorem. Enimverò, cùm posteà Judæi viderunt Isaiam filii sui mox nascituri testes adhibere, filio jam nato nomen facere, *festina prædari*, & prænuntiare futurum ut, priusquàm suus ille filius patrem nominaret & matrem, libera esset hostibus Judæa, facile erat ut Judæi corrigerent errorem suum, tandemque intelligerent, duobus nominibus *Emmanuel* & *festina prædari*, significari filios duos, unum virginis, alterum mariti & uxoris; Isaiamque in altero unum designasse, quod fecerant alii prophetæ, qui Davidis, aut Salomonis in personâ Messiam prænuntiârant; quoniam igitur filius virginis *Emmanuel* nondùm nascebatur, ortum ejus in postrema tempora reservari, & ab Isaiâ significari, fore olim cum hominibus Deum, qui esset humano generi salutem allaturus, cujus salutis signum dabat salutem regno Judæ, post natum filium *festina prædari*, brevi adfuturam. Quòd si adhuc quæres, quid causæ fuerit, cur Isaias interfereret prophetiæ salutem per Messiam futuram, quæ salus non tunc agebatur; facile est respondere, Judæos talibus prophetarum sermonibus fuisse jam dudum assuetos, in quibus Prophetæ præsentibus ex malis occasionem sumebant prænuntiandæ hominum salutis per Messiam faciendæ, quanquam serò adventuræ. Nec licet credere *Emmanuel* esse Isaiæ ipsum filium, quo filio Messias adumbraretur. Nam, si hoc ita est, sequitur, vocabulo עלמה significari Isaiæ uxorem. Jam עלמה, si *uxor* est, non-ne accusandus erit Matthæus Apost. qui verbum עלמה de Mariâ virgine dictum interpretatur, cùm hæc pugnantia sint, eundem filium nasci & de vigine & de uxore? Itaque etiam Hugo Grotius, cui videbatur per *Emmanuel* notari Isaiæ ipsum filium, omisit, verbum עלמה, quid significaret, docere. Si enim diceret significari virginem; non igitur Isaiæ filium, de uxore natum: Quòd si autem Isaiæ filium, contradiceret Matthæo Evangelistæ, qui vocabulum עלמה de virgine intellexit; ut planum sit non bonâ fide egisse illum Magnum Grotium.

15. חמאה ודבש יאכל, *butyro & melle vescetur.* Hæc, & quæ sequuntur, de ipso *Emmanuel* rectè accipiuntur, qui, ut ætate crescebat, ita etiam *sapientiâ apud Deum & apud homines.*

16. ...כי בטרם ידע הנער, *sed puer nondum sciet* (*respuere malum & eligere bonum.*) Nunc tangitur Isaiæ filius, ut liquet ex infra-dictis. Filius virginis anteà notabatur per vocabulum בן; nunc alter filius brevi nasciturus, per vocabulum הנער. Nec significat הנער, *ille filius*, tanquam is Emmanuel, de quo antea, sed *filius*, vel *puer* non finitè, quod nos Gallicè diceremus, *un enfant.* Isaias nondum aperit, puerum istum, quem nunc prænuntiat nasciturum, fore ipsius filium; aperiet postea, cùm testes assumet, filiumque suum, antequàm nascatur, vocabit, *festina prædari.* ...מאוס, *respuere.* Codices duo Orat. מאס, sine ו. Similiter unus Codex בחר, non בחור. De istis ו in modo Infinito nihil unum apud Codices; itaque de eo parum cautè Grammatici novi sanxêre. ...מלכיה, *regum ejus.* Lege מלכים, *regum*, ut Græci Intt. legebant ...ארץ, *terra*, est terra ipsa Judæ, cui timebat rex Achaz. Duo autem reges erant rex Syriæ & rex Israel, quorum regna duo erant, non unum; ut certum sit in mendo esse affixum ה, singulare.

17. יביא יהוה, *adducet Dominus.* Omninò ויביא, additâ conjunctione, ut Græci Intt. ἀλλὰ ἐπάξει, *sed adducet...* ut notetur transitus à sententiâ in contrariam sententiam. Addit enim propheta, postquàm Deus regum Syriæ ac Israel adversùm Judam consilia dissolverit, futurum ut idem Juda devastetur ab Assyriis, ut fuit non multò post à rege Sennacherib devastatus. ...את מלך אשור. Nos hæc verba non interpretamur; non enim dubitamus, quin hæc fuerint ad marginem posita, ut explanaretur quænam esset *apis Assur*, de quâ mox; posteà verò ex margine in Contextum allata. Veteres Interpretes, qui hæc non tollunt, Historiæ Sacræ contradicunt. Græci Intt. *abstulit Ephraim à Judâ regem Assyriorum.* Atqui non tum erat in fœdere cum Assyriis rex Juda, nec eos à Juda abstraxit Ephraim. Syrus, *abstulit Ephraim à Juda rex Assur*, quanquam id Sacra monumenta non docent. Et in eo peccant duæ interpretationes, quòd sic habent סור in *Kal* positum, tanquam esset הסיר, *Hiphil.* Nec feliciùs Chaldæus, *ex quo die secessionem fecit domus Israel contra domum Juda cum rege Assur.* Nam de secessione Israel à Judâ, Roboam regnante, factâ, nihil pertinet ad regem Assur. Quòd si verò ita convertes, *adducet Dominus contra te dies... regem Assur*, nemo non videt, incommodè venire post *dies*, personam regis Assur, neque unum esse posse alterius *appositum.* Denique non convenit nominari *Assur*, antequàm idem per similitudinem dicatur, *apis terræ Assur;* ut neque eum in fine sententiæ unum nominari; quoniam *dies* Judæ *mali* futuri erant, non modò propter regem Assur, sed etiam propter Ægypti regem, v. 28. ut quocunque te vertas, non possis accommodare ad sententiam istum *regem Assur.*

19. הנהללים: Lege הנחללים, *foraminibus*, vel *scissuris*, ut Græci Intt. legebant, quos sequuntur Vulgatus & Syrus. Arias, *vilibus arboribus*, quanquam nihil de *arboribus* verbum הלל. Chaldæus, *domibus laudis*, verba dans, non sententiam.

22. חמאה ודבש יאכל: Nos, *nihil nisi butyrum & mel comedet*, addito *nihil nisi*, ut perspicuitati serviamus. Nam significatur, postquàm duo reges Ægypti & Assyriæ maturas messes rapuerint, & arva pinguia devastarint, futurum ut herbæ crescant in agris incultis, pecorumque pabula fiant, ita ut lac cum melle unus cibus hominibus relinquatur.

25. יראת שמיר, *terror spinarum* (*non hùc veniet.*) Ita Vulgatus. Sed parùm intelligitur, quomodò medias inter minas istud veniat, *non fore terrorem spinarum.* Itaque rectè hìc Isaiæ Gallicus Explanator, observans hæc difficilia esse ad interpretandum. Ita judicabant Græci Intt. qui, *non huc veniet terror*, rejectis *spinis* in sententiam posteriorem, quam quidem expediunt, ut possunt, & ordinem verborum mutant. Nos, ut cursum suum habeat series minarum, pro שמה יראת שמיר, legimus שם תבואת שמיר, *ibi ortus spinarum*, ut significetur, sicubi montes sarriti

ſarriti fuerint, ut non jam in eis ſpinæ creſcant, non propterea non ſteriles fore eos montes, ut potè à bobus pecoribuſque conculcandos : vide verſionem.

CAPUT VIII.

Scribit Iſaias in volumine, teſtibus aſſumptis, *feſtina prædari*, atque id nomen dat filio ſuò mox nato. Prædicit ſpolia Damaſci auferenda, deinde Aſſyriæ regem in Judam erupturum, ſed conſilia populorum diſſipaturum Emmanuelem. Galilææ ultima mala denuntiat.

1. *Hæc autem Dominus mihi lo-*
cutus eſt : ſume tibi volumen magnum,
& ſculpe in eo cælaturâ grandi, ei qui
ſpoliat, qui velociter prædatur.
2. *Tum paravi mihi teſtes fideles*
Uriam Sacerdotem & Zachariam,
Barachiæ filium. 3. *Deinde acceſſi*
ad Prophetiſſam, quæ concepit pepe-
ritque filium. Tum Dominus mihi
dixit : fac ei nomen, citò ſpoliat, ve-
lociter prædatur. 4. *Ante enim quàm*
puer ſciat appellare, pater mî, vel
mater mî, Damaſci robur auferetur;
Samariæ ſpolia, rege Aſſyriæ præſen-
te, abducentur. 5. *Hæc autem mihi*
Dominus adhuc locutus eſt : 6. *Quo-*
niam populus iſte ſprevit Siloë aquas,
quæ placidè labuntur, & in Raſin filio-
que Romeliæ acquievit; 7. *Propter id*
ipſum Dominus mittet contra eos
aquas fluminis vehementes & multas,
nempe Aſſyriæ regem omneſque ejus
copias. Ille verò exuperans omnes al-
veos ſuos & ripas, 8. *Tranſibit per Ju-*
dam inundans & omnia pervadens,
donec uſque ad collum pertingat;
expandetque alas ſuas in terram tuam,
quanta eſt, ô Emmanuel. 9. *Fœdera*
jungite populi, ut vincamini; in-
duite arma, extremi terræ limites, &
cingite vos, ut vincamini; cingite
vos, ut vincamini. 10. *Inite conſi-*

1. ויאמר יהוה אלי · קח לך
גליון גדול · וכתב עליו בחרט אנוש ·
למהר שלל חש בז : 2. ואעידה
לי עדים נאמנים את אוריה הכהן
ואת זכריהו בן יברכיהו : 3. ואקרב
אל הנביאה · ותהר ותלד בן ·
ויאמר יהוה אלי · קרא שמו · מהר
שלל חש בז : 4. כי בטרם ידע
הנער קרא אבי ואמי ישא את חיל
דמשק ואת שלל שמרון לפני מלך
אשור :
5. ויסף יהוה דבר אלי עוד
לאמר : 6. יען כי מאס העם הזה
את מי השלח ההלכים לאט ומשוש
את רצין ובן רמליהו : 7. ולכן
הנה אדני מעלה עליהם את מי
הנהר העצומים והרבים את מלך
אשור ואת כל כבודו · ועלה על
כל אפיקיו והלך על כל גדותיו :
8. וחלף ביהודה שטף ועבר · עד
צואר יגיע · והיה מטות כנפיו מלא
רחב ארצך עמנו אל : 9. רעו
עמים וחתו והאזינו כל מרחקי
ארץ · התאזרו וחתו · התאזרו וחתו :
10. עצו עצה ותפר · דברו דבר
ולא יקום · כי עמנו אל : 11. כי
כה אמר יהוה אלי בחזקת היד ·
ויסרני מלכת בדרך העם הזה
לאמר : 12. לא תאמרון קשר
לכל אשר יאמר העם הזה קשר ·
ואת מוראו לא תיראו ולא תעריצו :
13. את יהוה צבאות אתו תקדישו ·

lium, ut dissolvatur; decretum facite,
ut irritum fiat. Dominus enim nobis
adest, & roborat manum suam.
11. *Hæc scilicet mihi dixit Dominus*
tum, cùm me avertit, ne populi hu-
jus viam sequerer. 12. *Nolite dicere,*
conjuratio, ubicunque populus iste
dicet conjuratio; nolite eadem cùm
illo metuere, nec terreri. 13. *Domi-*
num exercituum sanctè unum colite;
ille sit terror vester & pavor. 14. *Ille*
enim, ut sanctus habebitur, ita erit
petra vulnerans lapisque offensionis
domibus Israel duabus; laqueus & rete
habitatoribus Jerusalem. 15. *Quippe*
multi ex illis offendent cadentque ac
frangentur; multi laqueo capientur.
16. *Tu verò liga testimonium, & ob-*
signa legem pro illis, qui docentem me
audient. 17. *Ego igitur expectabo*
Dominum, qui vultum suum abscon-
dit à domo Jacob, eique præstolabor.
18. *En ego puerique mei, quos dedit*
mihi Dominus, ut essent signa &
portenta in Israel, sic volente Domi-
no exercituum, qui habitat montem
Sion. 19. *Quòd igitur dicunt vobis,*
sciscitamini pythones & hariolos, aut ex antro mussitantes & vaticinantes,
non-ne Deos suos unaquæque gens sciscitatur? Ita-ne pro vivis mortui inter-
rogantur? 20. *De Lege autem ac de testimonio non erit quòd dicant, non*
erant ei testes. 21. *Etenim pervadet Judam ruina & fames, & premente*
fame irascetur, maledicetque regi & Deo suo. 22. *Suspiciet cœlum terram-*
que intuebitur; sed omnia erunt angustiæ & caligo densa, sollicitudines,
tenebræque ac errores, 23. *Ex quibus non evadet quisquis eis involvetur.*
Fuit superiore tempore aliquod levamentum terræ Zabulon & terræ Neph-
tali; sed postremo tempore omnia gravissima erunt in viâ maris secùs Jor-
danem, in Galilæâ Gentium.

והוא מוראכם והוא מעריצכם :
14. והיה למקדש ולאבן נגף ולצור
מכשול לשני בתי ישראל לפח
ולמוקש ליושב ירושלם : 15.
וכשלו בם רבים · ונפלו ונשברו
ונוקשו ונלכדו : 16. צור תעודה ·
חתום תורה בלמדי : 17. וחכיתי
ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב ·
וקויתי לו : 18. הנה אנכי והילדים
אשר נתן לי יהוה לאתות ולמופתים
בישראל מעם יהוה צבאות השכן
בהר ציון : 19. וכי יאמרו אליכם ·
דרשו אל האבות ואל הידענים
המצפצפים והמהגים · הלא עם אל
אלהיו ידרש בעד החיים אל המתים :
20. לתורה ולתעודה אם לא יאמרו
כדבר הזה אשר אין לו שחר : 21.
ועבר בה נקשה ורעב · והיה כי
ירעב והתקצף וקלל במלכו ובאלהיו
ופנה למעלה : 22. ואל ארץ
יביט · והנה צרה וחשכה מעוף צוקה
ואפלה מנדח : 23. כי לא מועף
לאשר מוצק לה · כעת הראשון
הקל ארצה זבלון וארצה נפתלי ·
והאחרון הכביד דרך הים עבר הירדן
גליל הגוים :

---

1. בחרט אנוש : Vulgatus, *stylo hominis*. Stylus hominis, prò stylo, quo utitur homo, non videtur esse Hebraïsmus; propterea magis placet *cælaturâ hominis*, i. e. litteris grandioribus, ita ut humanæ magnitudinis esset inscriptio hæc, quæ nunc agitur. Nam hoc illud est, cur Deus jusserit Prophetam sumere *volumen grande*. Vocabulum חרט non recusat habere, ut *cælum*, sic etiam *cælaturam*, ut apud Syros.

6. השלח, *Siloë*. Codex Orat. 53. השילח. Melius Codex 42. השלוח, ut indicat illud *Siloë*, quod in Evangelio legitur, & quod Evangelista interpretatur *missus*; nam שלוח in *Paoul* est *missus*.

7. את מלך אשור, *regem Assyriæ;* nempe eundem Sennacherib, qui peragratâ cùm exercitu terrâ Judæ, Jerusalem venit, eam oppugnaturus. Nam Theglatphalasar, qui Syriæ regnum evertit, non legitur irrupisse in Judam, sed tantùm redegisse Achab in tributi servitutem. Aquis fluminis opponebantur superiori versu *aquæ Siloë*, seu tenuitas regni Achab, quem Judæi cùm viderent resistere non posse regibus vicinis, defectionem meditabantur, vel ad Syros, vel ad Israelitas.

8. ארצך עמנו אל, *terram tuam, ô Emmanuel.* Loquitur Propheta, sermone ad Emmanuelem converso, quem tamen anteà designabat, ut nondum natum, sed ex virgine nasciturum. Nodus hic non difficilis ad solvendum, si quis Christi Domini verba hæc, *antequam Abraham fieret, ego sum*, attentè meditabitur. Eodem tempore Isaias apertè distinguit filium *Emmanuel* nominatum, à filio *festina prædari*, qui filius erat ex uxore Isaiæ genitus. Nempe Emmanuel si esset Isaiæ filius, non diceret Isaias, terram Juda esse terram filii sui. Habet ארצך, *terram tuam*, ut terram cui imperas, non ut terram in quâ habitas. Quippe nihil causæ fuit, cur Isaias terram Juda nuncuparet terram filii sui, non suam ipsius, non cæterorum regni Judæ incolarum.

9. רעו, tanquam הרעו, *estote socii*, vel, *inite societatem;* deinde האזינו, *induite arma*, ex radice אזן, Chaldaicâ, *armatus est.* Quod si pro רעו, leges ראו, *videte*, ut legere videntur Græci Intt. erit והאזינו, convertendum, *& audite.*

10. & 11. ותפר, *& dissolvetur.* Codex Orat. 42. ותופר, addito ו intermedio, quod retinendum, ut sit *Hophal* in futuro. ...כחזקת היד, *in manu forti.* Nos hæc jungimus cum עמנו אל, ut significetur, Emmanuelem potenter auxiliaturum. Nam si ordinem talem relinques, *dixit mihi Dominus in manu forti*, non propterea credet Lector Deum *loqui* per *manum fortem.* Nisi fortè Hebraismum credes esse, quanquam caret altero exemplo. Certè id non credidêre Græci Intt. & Syrus, qui junxêre חזקת היד, ad res consequentes, quamvis obstabat conjunctio ו, præfixa verbo ויסרני. Potiùs credas errasse de lineâ Scribam, ut poneret infrà, quod suprà legebatur; nisi credis, fortè olim scriptum fuisse, ויסרני בחזקת היד, *& avertit me manu forti*, quanquam id minùs placet, quia non indigebat Isaias *manu forti* Dei, ut à populi viâ averteretur.

14. והיה למקדש, *& erit in sanctificationem*, sive *sanctus habebitur*, postquàm pepulerit Assyrios Angeli manu profligatos. ...ולאבן נגף, *& in petram vulnerantem;* q. d. *sed erit petra vulnerans* pro illis, qui regni Judæ viribus diffidentes, ad Syrios defecerint, aut ad Israelitas. Nempe regnum Syriæ deletum est, ipso Achaz regnante. Israelitæ verò erant post aliquot annos in captivitatem ducendi.

15. בלמדי: Codex Orat. 42. בלמודי, quod melius; *pro doctis à me*, vel pro illis qui me audient vetantem, ne à regno Judæ deficiant.

16. צור תעודה, *liga testimonium*, nempe eorum, quos testes adhibuisti, cùm filium tibi nasciturum nominasti *festina prædari.* ...חתם תורה, *signa legem*, seu mandatum quod feci tibi, ne adjungas te ad conjuratos, qui defectionem meditantur, quamvis Dominus deserere videtur domum Jacob, regnante Achaz.

18. אשר נתן לי יהוה לאתות, (*filii mei*,) *quos dedit mihi Dominus, ut portenta essent.* i. e. ut nominibus ipsorum suis commutationem rerum portenderent fore. Filius Isaiæ natu major, qui vocabatur *Sar-Issub*, seu *reliquiæ revertentur*, portenderat, nomine suo, futurum ut, postquàm cæsa erant à rege Phacee hominum Juda centum viginti millia, reliqua ducenta millia quæ in captivitatem ducebantur, ad Achaz reverterentur, quod quidem accidit insperatò, jubente Oded prophetâ. Idem filius *Sar-Issub*, quem Isaias, Deo jubente, comitem sumpserat, cùm prædixit & nasciturum de virgine Emmanuelem, & mox nascendum suâ ex uxore alterum filium *festina prædari*, utramque rem portendebat etiam futuram; quia postquàm nominis ejus notatio *Sar-Issub*, habuerat eventum suum, erat præsentia ejus ipsumque nomen rerum pignus testimoniumque ab Isaiâ prædictarum. Filius autem Isaiæ minor, quomodò esset *portentum*, capite hoc toto demonstratur. His animadversis, liquet non annumerandum esse in filiis Isaiæ (ילדים) *Emmanuelem*, cùm constet Isaiæ filios duos fuisse *portentum* & *signum:* vide ante-dicta de *Emmanuele.*

19. ידרש בעד: Locus mutilus ita supplendus, ut ידרש iteretur, positâ in medio alterâ interrogatione, hoc modo: ...ידרש • אם ידרש בעד (*non-ne populus Deos suos*) *interrogat; an interrogat pro* (*vivis mortuos?*) Duplicant verbum ידרש Græci Intt. posito ἐκζητήσουσι, in membro priore, ἐκζητοῦσι, in posteriore, & additâ τί interrogatione, quæ respondet interrogationi alteri אם, quam mutuamur ex versu inferiore, ubi supervacanea est, seriemque orationis intercipit.

20. אם לא יאמרו: Tolle אם, ut mox dicebamus, quam conjunctionem etiam hic omittunt Græci Intt. quam autem qui expressêre, vel deseruêre Contextum suum, vel nihil dixêre. Sententia hæc est, non erit ut dicant, non fuisse rerum testes prædictarum, cùm videbunt famem grassantem, &c. Nam legendum שהד, *testis*, non שחר, *aurora.* Legebant Græci Intt. שחד, *donum*, scriptione falsâ in ח, bonâ in ד, quam litteram ex illis mutuamur. Vulgatus, *ad legem magis & ad testimonium; quòd si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.* Primò non licuit, *ad legem*, in serie eâdem cum *ad mortuos*, quia non eadem est utrobique præpositio ל; sed in uno loco אל, in altero ל. Secundò ante, *non erit eis*, omittit Vulgatus adverbium אשר, *quòd*, vel non omittendum, vel in aliquo Latino vocabulo exhibendum.

21. ועבר בה נקשה, *& transibit per eam...* Hæret Interpres in verbo נקשה, ubi nomen series postulat. Nos sic emendamus, ועבר ביהודה מכשל, *& transibit per Judam ruina.* 1°. ביהודה, pro בה; nam femininum ה nihil habet in suprà-dictis ad quod possit pertinere. Græci Intt. ἐφ' ὑμᾶς, *in vos;* non quòd legerent בכם, sed ut sententiæ subvenirent; propterea etiam cætera, quæ se-

quuntur, exhibent in personâ secundâ plurali: vide eos. 2°. מכשל, ut legit Chaldæus, qui תקלא, *lapsus*, seu *ruina*. Legere etiam videtur Symmachus מכשל; nam habet ἐσκανδαλισμενος, ex quo fortè Hieronymus, *corruet*.

22. ואפלה מנדח, verbum pro verbo, *& tenebræ in errorem mittentes*, quomodò verbum דוח sæpe convertit Sam. Interpres. Incommodè multi, *caligo propellens*, cùm sit caliginis *involvere*, non *propellere*. Cæterùm post מנדח facienda est interpunctio minor, non major, quæ quidem rejicienda est post לה.

23. הקל, *allevatum est*, impersonaliter usurpatum in *Hophal*, & similiter postea הכבד, meliùs quàm *Hiphil* הכביד. Cùm Assyrii Tribus duas Zabulon & Nephthali captivas fecerunt, multi homines ex utrâque Tribu fugerant in regnum Judæ, atque ibi tuti ab Assyriis fuerant. Hoc illud est *levamentum*, de quo nunc Propheta, cui opponitur magna clades in Galilæâ futura, cùm cæteræ Tribus à Rege Assyriæ in alienas terras deportabuntur.

CAPUT IX.

Populus qui erat in tenebris, videbit lucem magnam. Puer, qui nascetur, vocabitur Admirabilis... Imperii ejus non erit finis. Deus advocabit hostes in Samariam... Israel delebitur.

1. *Populus, qui ambulabat in te-*
nebris, vidit lucem magnam; qui
habitabant in regione umbræ mortis,
lux orta est eis. 2. *Multiplicasti gen-*
tem, Deus, auxisti lætitiam; lætati
sunt coram te, ut in messe lætantur;
ut exsultant, cùm spolia dividunt.
3. *Tu enim jugum quod ferebat, onus*
impositum humeris ejus, virgam
exactoris ei impendentem sic fregisti,
ut in die Madian. 4. *Quippe omnes*
calcei terræ motu excussi sunt, cum
vestibus sanguine permixtis; hæc
consumpta sunt ab igne devorante.
5. *Etenim puer nascetur nobis; filius*
nobis conceditur, cujus humeris im-
perium sedebit; cujus nomen vocabi-
tur Admirabilis, Consiliarius, Deus
potens, Pater futuri sæculi, Prin-
ceps pacis. 6. *Propagabit latè impe-*
rium suum, & pacis nullus erit finis.
Ascendet in solium David, ut judi-
cio & æquitate illud sustineat & con-
firmet inde ab his diebus usque in tem-
pus sempiternum; hoc facturus est
æmulator, Dominus exercituum.
7. *Verbum misit ad me Dominus*

1. העם ההלכים בחשך ראו
אור גדול · ישבי בארץ צלמות אור
נגה עליהם : 2. הרבית הגוי לא
הגדלת השמחה · שמחו לפניך
כשמחת בקציר כאשר יגילו בחלקם
שלל : 3. כי את על סבלו ואת
מטה שכמו שבט הנגש בו החתת
כיום מדין : 4. כי כל סאון סאן
ברעש ושמלה מגוללה בדמים ·
והיתה לשרפה מאכלת אש : 5.
כי ילד ילד לנו · בן נתן לנו · ותהי
המשרה על שכמו · ויקרא שמו
פלא יועץ אל גבור אבי עד שר
שלום : 6. למרבה המשרה
ולשלום אין קץ · על כסא דוד ועל
ממלכתו להכין אתה ולסעדה
במשפט ובצדקה מעתה ועד עולם ·
קנאת יהוה צבאות תעשה זאת :
7. דבר שלח אדני ביעקב ונפל
בישראל : 8. וידעו העם כלו
אפרים ויושב שמרון בגאוה ובגדל
לבב לאמר : 9. לבנים נפלו וגזית
נבנה · שקמים גדעו וארזים נחליף :
10. וישגב יהוה את צרי רצין
עליו · ואת איביו יסכסך : 11. ארם
מקדם ופלשתים מאחור ויאכלו את
ישראל בכל פה · בכל זאת לא שב

אפו

pro Jacob ; illud autem apud Israel
irritum fuit. 8. Prævaricator factus
est populus omnis Ephraim. Illi, qui
Samariam habitant, in superbiam
elati sunt, & in cordis arrogantiâ sic
loquuntur : 9. Lapides ceciderunt,
lapide secto ædificemus ; succisæ sunt
sycomori, cedro eas permutemus.
10. Propterea excitabit Dominus
contra eos principes Rasin ; hostes
eorum commixtim adducet ; 11. Ab
oriente Syros, ab occidente Philis-
tæos, qui toto ore Israel devorabunt ;
nec tamen quiescet ejus furor, neque
minus erit brachium ejus extensum.
12. Neque enim populus ad eum, à
quo verberabitur, revertetur, nec Do-
minum exercituum requiret. 13. Am-
putabit Dominus de Israel & caput
& caudam ; uno eodemque die arun-
dinem & juncum. 14. Caput est se-
nex, habens in vultu dignitatem ;
cauda est magister mendacii, pro-
pheta. 15. Quicunque istum popu-
lum beatum dicunt, eum decipiunt ;
qui ei gratulantur, ipsum evertunt. 16. Dominus enim non delectabitur ju-
venibus ipsorum ; non miserabitur pupillos eorum, nec viduas ; eò quòd om-
nes sunt hypocritæ ac flagitiosi, omniaque ora turpiter loquuntur. Propterea
non quiescet furor ejus, & brachium ejus adhuc erit extensum. 17. Scelerum
ultio, velut ignis, ardebit ; vorabit spinas & vepres ; densa nemora inflam-
mabit ; vortices fumi ad æthera prorumpent. 18. Per furorem Domini exer-
cituum terra ignibus ardebit ; erit populus præda ignis ; nec homo fratris sui
miserebitur. 19. Si ad dexteram flectet, ibi erit fames ; si ad sinistram, cibus
erit, quo non saturabuntur ; homo brachii sui carnem vorabit. 20. Manasses
cum Ephraim, Ephraim cum Manasse fœderati erunt contra Judam ; nec
tamen quiescet furor ejus, neque minus erit brachium ejus extensum.

אפו ועוד ידו נטויה ׃ 12. והעם
לא שב עד המכהו ׃ ואת יהוה
צבאות לא דרשו ׃ 13. ויכרת
יהוה מישראל ראש וזנב ׃ כפה
ואגמון יום אחד ׃ 14. זקן ונשוא
פנים הוא הראש ׃ ונביא מורה
שקר הוא הזנב ׃ 15. ויהיו מאשרי
העם הזה מתעים ומאשריו מבלעים ׃
16. על כן על בחוריו לא ישמח
אדני ואת יתמיו ואת אלמנותיו לא
ירחם ׃ כי כלו חנף ומרע וכל פה
דבר נבלה ׃ בכל זאת לא שב אפו
ועוד ידו נטויה ׃ 17. כי בערה
כאש רשעה שמיר ושית תאכל ׃
ותצת בסבכי היער ויתאבכו גאות
עשן ׃ 18. בעברת יהוה צבאות
נעתם ארץ ׃ ויהי העם כמאכלת
אש ׃ איש אל אחיו לא יחמלו ׃
19. ויגזר על ימין ורעב ׃ ויאכל
על שמאל ולא שבעו ׃ איש בשר
זרעו יאכלו ׃ 20. מנשה את
אפרים ואפרים את מנשה ׃ יחדו
המה על יהודה ׃ בכל זאת לא שב
אפו ועוד ידו נטויה ׃

1. ...העם ההלכים, *populus qui gradiebatur (in tenebris.)* Caput hoc nonum sic inchoamus, ut in Editione Athianâ ; aliæ enim res nunc aguntur, & postquam Isaias prædixit mala in decem Tribus mox eventura, transit ad liberationem populi Juda, Ezechiâ regnante, per Angelum adfuturam ; & quodam modo exponit quid promereatur hominum incredulitas, quid fides. Atque hæc videtur fuisse mens Evangelistæ Matthæi cap. 4. hunc Isaiæ locum allegantis tum, cùm narrat Jesum, relictâ patriâ suâ Nazareth, ivisse in Galilæam, ubi multi homines in eum crediderunt.

2. לא הגדלת, *non magnificasti (lætitiam.)* Hæc sententia pugnat cum sequentibus rebus, in quibus *lætitia* qualis & quanta fuerit, demonstratur. Ponunt Masoretæ לו, *ei*, pro לא, *non*.

Nos anteferimus אל, *Deus*, vocandi caſu, ne Propheta Deum alloquatur, Deo non nominato. Olim ſcriptum fuerit אל והגדלת, *Deus*, *& magnificaſti*, deinde autem tribus ex litteris אלו, alii Scribæ fecerint לו, alii לא. Solus Vulgatus legit לא, Græci Intt. nec לא, nec לו: vide eos.

3. שבט: Melius ושבט, *& virgam*, non omiſſo nexu, ut membro antecedente non omittitur; ita Syrus, ושבטא; Græci Intt. τὴν δὲ ῥάβδον. *Virga Exactoris* eſt tributi ſervitus, in quâ Judæi erant, ex quo regem Achaz Theglatphalaſar tributum ferre coegerat, quam ſervitutem depulit rex Ezechias.

4. כל סאון סאן: Nos hæc verba, ut nunc jacent, non conamur interpretari; ſed ſic legimus, כל סאן אסון; *omnis calceus convolutus*, ſive *aggeſtus*, in terræ motu. סאן apud Veteres Linguas eſt *calceus*, cui *calceo* reſpondet שמלה, *veſtis*; אסן, Syriacè, eſt *agglomerare*, *coacervare*. Deſcribit Iſaias eum terræ motum, qui mediâ nocte erat futurus, dum Angelus Sennacherib copias deleret; quo terræ motu omnes dormientium militum calcei excuſſi ſunt, & in acervos varios coacti permixtim cum veſtibus, quæ ſanguine interfectorum madebant. Iſaiæ Gallicus Explanator, ut verba hæc Vulgati, *omnis violenta prædatio cum tumultu*, aliquo modo interpretetur, obſervat bella comitari ſonitus ac tumultus. Inducit ſententiam vulgarem, non modò indignam hoc loco, ſed neque cum ſequentibus rebus convenientem. Omnes Veteres alii aliud dixerunt, quod ſignum ſolet eſſe mendoſæ ſcriptionis. ...מגוללה: Codex Orat. 42. מגללה, ſine ו, quod ſic legendum, cùm *Paoul Hiphil* non aſſumat ו in medio.

5. כי ילד ילד לנו, *etenim puer naſcetur nobis*. Hæc quæ ſequuntur, de Meſſiâ intellexêre plerique Judæi recentiores. Nec poterant illi, ad quos Propheta ſermonem habebat, Ezechiam, filium Achaz, credere hìc prænuntiari naſciturum; cùm planum ſit, homini, qui Deus non eſſet, non convenire omnia hæc, quæ de puero naſcituro poſt dicuntur. Sed difficultas eſt in particulâ כי, quæ cauſam indicat. Nam quî fieri poteſt, inquies, ut attribuatur Meſſiæ, poſt plura ſæcula naſcituro, ſtrages Aſſyriorum mox futura? Reponſio hæc eſt: Prophetam anteà dixiſſe, *terram tuam, ô Emmanuel*. Itaque non mirum eſſe, quamobrem crederet, per Emmanuelem nondum hominem factum, ſalutem Ezechiæ Jeruſalemque adfuturam; quippe qui haberet Emmanuelem, quanquam olim naſciturum, tamen ut jam præſentem. Quòd ſi dubitas, ân Judæi hæc intelligere, Iſaiâ loquente, poſſent, reſpondetur, nihil dici poſſe, cur non hæc intellexerint Iſaiæ attenti, vel auditores, vel lectores. Nam, quia unum expectabant Salvatorem, non plures, fieri vix poterat, quin ſalutem Ezechiæ factam eidem acceptam referrent, qui eſſet humano generi ſalutem allaturus. Ergò nihil obſtabat, quin facilè animadverterent, tranſitum fieri à miraculo mox prædicto ad miraculum magnum ſalutis humanæ per eundem Salvatorem, poſtquàm natus foret, eventurum. ...ויקרא שמו, *& vocabitur nomen ejus*. Nihil obtinent Judæi quidam, qui convertunt, *& vocabit nomen ejus*; nempe res eodem reducitur; quoniam *vocari* apud Hebræos idem eſt ac *cenſeri*, *haberi*, *eſſe* id, quod nomine ipſo ſignificatur. Ut planum ſit, *ſi vocabit* Deus puerum his nominibus, quæ ſequuntur, habiturum puerum dotes eas, quarum nominibus inſignietur. Sed non licet convertere, *& vocabit*, quia *Deus*, cujus eſt vocare, non comparet in ante-dictis.

6. על כסא, *ſuper ſolium*. Supplet Vulgatus, *ſedebit*, ut ſua conſtet orationi ſeries; potiùs credas ſic olim fuiſſe ſcriptum, ועל על כסא, vel ועלה, vel ויעל, *& aſcendet ſuper ſolium David*. Niſi enim hoc additur, carebit oratio verbo priore, quo fulciatur alterum verbum להכין, *ad ſtabiliendum*, & à quo regatur in modo Infinitivo.

8. וידעו, *& ſcient*; non additur quid? Chaldæus legere videtur, ויערו, vel ויערדו; nam habet ואתרברבו, *& elati fuerunt*. Nos antetulimus וירעו, *& pravi facti ſunt*, quia id mendo וידעו ſimilius eſt. Convenit *pravi facti ſunt* cum eo, quod ſequitur, *in ſuperbiâ cordis*.

10. צרי רצין עליו, (*ſuſcitabit Dominus*) *hoſtes Raſin contra eum*. Vaticinatur Propheta contra regnum Iſrael, qui per ſuperbiam dixerat, ſe ruinas ſuas excitaturum. Ergo expectatur ut dicat Propheta, *ſuſcitabit Dominus contra eum* (*Iſrael*, vel *Ephraim*) *duces Raſin*, שרי רצין, non autem *hoſtes* (צרי) *Raſin*. Sententiam talem flagitant hæc, quæ poſt veniunt, *ab oriente Syrum*. Num enim *Syrus* ab oriente erat regni Raſin, qui Raſin rex Syriæ erat? Sed erant ab oriente regni Iſrael Syri; ut ſole ſit clarius legendum שרי, *principes*, aut *duces Raſin*; quanquam nemo Intt. Veterum ſic legebat.

CAPUT X.

Væ eis, qui ſanciunt leges iniquas. Vaſtabitur Iſrael ab Aſſyriis; væ populo, qui contra Deum gloriatur, quaſi ſecuris glorietur contra eum, qui ſe geſtat... Iſrael tandem reſipiſcet, & ad Deum fortem revertetur.

1. *Væ latoribus legum, qui non*
æqua ſanciunt; ſcriptoribus, qui pla-
cita injuſta ſcribunt; 2. *Ut cauſam*
pauperum pervertant, & populi mei
infimæ plebis jura præripiant; ut vi-
duæ fiant præda ipſorum, & exſpo-
lient pupillos. 3. *Quid facietis in*
die animadverſionis, cùm veniet de
longinquo tempeſtas? Ad cujus au-
xilium confugietis? Ubi relinquetis
opes veſtras, 4. *Ne abjiciamini vin-*
cientis ad pedes, ne ſub interfectori-
bus cadatis? Nec propterea tamen
quieſcet ejus furor, neque minùs erit
brachium ejus extenſum. 5. *Adeſte*
Aſſyrii, virga furoris mei, quorum in
manu eſt baculus meæ indignationis.
6. *Ego ad gentem profanam mittam*
eum; ego ei ad populum, cui infen-
ſus ſum, mandata dabo, ut ſpolia
paſſim rapiat, ut faciat ubique præ-
das; ut eos conculcet, quaſi lutum
platearum. 7. *Ille autem non rectè*
cogitabit, cor ejus non-æqua ſentiet;
ſtatuet enim plurimas gentes perdere
ac delere; 8. *Dicetque; non-ne reges*
ſunt mei omnes præfecti? 9. *Non-ne,*
ut Charcamis, ſic fuit Calano?
Non ne, ut Arphad, ſic Emath;
non-ne, ut Damaſco, ſic fuit Sama-
riæ? 10. *Quandoquidem manus mea*
regna iſta & illorum Deos devicit,
ſic erit Jeruſalem, ut fuit Samaria.
11. *Non-ne enim, ut Samariæ feci*

1. הוי החקקים חקקי און ·
ומכתבים עמל כתבו : 2. להטות
מדין דלים ולגזל משפט עניי עמי ·
להיות אלמנות שללם ואת יתומים
יבזו : 3. ומה תעשו ליום פקדה
ולשואה ממרחק תבוא · על מי
תנוסו לעזרה ואנה תעזבו כבודכם :
4. בלתי כרע תחת אסיר ותחת
הרוגים יפלו · בכל זאת לא שב
אפו ועוד ידו נטויה : 5. הוי
אשור שבט אפי · ומטה הוא בידם
זעמי : 6. בגוי חנף אשלחנו · ועל
עם עברתי אצונו לשלל שלל ולבז
בז · ולשימו מרמס כחמר חוצות :
7. והוא לא כן ידמה · ולבבו לא כן
יחשב · כי להשמיד בלבבו · ולהכרית
גוים לא מעט : 8. כי יאמר · הלא
שרי יחדו מלכים : 9. הלא
ככרכמיש כלנו · אם לא כארפד
חמת · אם לא כדמשק שמרון : 10.
כאשר מצאה ידי לממלכת האליל
ופסיליהם מירושלם ומשמרון :
11. הלא כאשר עשיתי לשמרון
ולאליליה כן אעשה לירושלם
ולעצביה : 12. והיה כי יבצע
אדני את כל מעשהו בהר ציון
ובירושלם · אפקד על פרי גדל לבב
מלך אשור ועל תפארת רום עיניו :
13. כי אמר · בכח ידי עשיתי
ובחכמתי כי נבנותי · ואסיר גבולת
עמים ועתידתיהם שושתי · ואוריד
כאביר יושבים : 14. ותמצא כקן
ידי לחיל העמים · וכאסף ביצים
עזבות כל הארץ אני אספתי · ולא

Diiſque ejus , ſic faciam Jeruſalem
ejuſque ſimulachris ? 12. *Sed poſt-*
quàm Dominus finem fecerit eorum ,
quæ in monte Sion & in Jeruſalem
facturus eſt , viſitabit gloriationes ſu-
perbiæ regis Aſſur , ſuperciliique ejus
jactantiam. 13. *Propterea quòd ſic*
locutus eſt. Ego viribus meæ manûs
hæc feci , meâque ſapientiâ ; ego per
meam prudentiam terminos amovi po-
pulorum , facultates eorum diripui ,
pepulique urbium habitatores. 14. *Ma-*
nus mea , ut nidum , ſic populorum
opes aſſecuta eſt ; quomodò relicta
ova colliguntur , ſic terras ego uni-
verſas collegi ; non fuit qui alam mo-
veret , aut aperiret os ſuum , vel pi-
piret. 15. *Num gloriatur ſecuris con-*
tra eum , qui eâ ſcindit , vel ſerra ,
contra eum à quo movetur ? Ut virga
in eum , qui ſe vibrat , ſurgeret , ſic
baculus adverſus Deum ſe extollens.
16. *Ergò in pingues ejus mittet ma-*
ciem Dominator Dominus exerci-
tuum , & , pro ſplendore ejus , flam-
mam ardentem , ut quâ ſylvæ urun-
tur. 17. *Quippe erit lux Iſraël velut*
ignis , Sanctus ejus ut flamma vorans ,
quæ comburet & abſumet , unâ die ,
vepres ejus ac ſentes ; 18. *Et arbores*
ſaltûs ejus proceras , omnemque pla-
nitiem ; omnia peribunt ab animâ uſ-
que ad carnem , ut ea , quæ liquun-
tur , colliqueſcunt. 19. *Reliqua ligna*
ſaltûs quàm pauciſſima erunt ; hæc
puer numerabit. 20. *Tum demum nec*
reliquiæ Iſraël , nec de domo Jacob
quicunque ſuperſtites erunt , præſi-
dium ampliùs quærent in eo , qui per-
cuſſerit eos , ſed Domino , Sancto
Iſraël , penitùs nitentur. 21. *Reli-*
quiæ revertentur ; reliquiæ Jacob ad
Deum fortem redibunt. 22. *Quam-*
vis enim populus tuus Iſraël , ut arena

היה נדד כנף ופצה פה ומצפצף ׃
15. היתפאר הגרזן על החצב בו ·
אם יתגדל המשור על מניפו · כהניף
שבט את מרימיו כהרים מטה לא
עץ ׃ 16. לכן ישלח האדון אדני
צבאות במשמניו רזון · ותחת כבדו
יקד יקד כיקוד אש ׃ 17. והיה
אור ישראל לאש וקדושו ללהבה ·
ובערה ואכלה שיתו ושמירו ביום
אחד ׃ 18. וכבוד יערו וכרמלו
מנפש ועד בשר יכלה · והיה כמסס
נסס ׃ 19. ושאר עץ יערו מספר
יהיו · ונער יכתבם ׃ 20. והיה
ביום ההוא לא יוסיף עוד שאר
ישראל ופליטת בית יעקב להשען
על מכהו · ונשען על יהוה קדוש
ישראל באמת ׃ 21. שאר ישוב ·
שאר יעקב אל אל גבור ׃ 22. כי
אם יהיה עמך ישראל כחול הים
שאר ישוב בו · כליון חרוץ שוטף
צדקה ׃ 23. כי כלה ונחרצה אדני
יהוה צבאות עשה בקרב כל הארץ ׃
24. לכן כה אמר אדני יהוה
צבאות · אל תירא עמי ישב ציון
מאשור · בשבט יככה ומטהו ישא
עליך בדרך מצרים ׃ 25. כי עוד
מעט מזער וכלה זעם · ואפי על
תבליתם ׃ 26. ועורר עליו יהוה
צבאות שוט כמכת מדין בצור
עורב ומטהו על הים · ונשאו בדרך
מצרים ׃ 27. והיה ביום ההוא
יסור סבלו מעל שכמך ועלו מעל
צוארך · וחבל על מפני שמן ׃ 28.
בא על עית · עבר במגרון · למכמש
יפקיד כליו ׃ 29. עברו מעברה ·
גבע מלון לנו · חרדה הרמה · גבעת
שאול נסה ׃ 30. צהלי קולך בת
גלים · הקשיבי לישה עניה ענתות ׃
31. נדדה מדמנה ישבי הגבים
העיזו ׃ 32. עוד היום בנב לעמד ·
ינפף ידו הר בית ציון גבעת
ירושלם ׃ 33. הנה האדון יהוה
צבאות מסעף פארה במערצה ·
ורמי הקומה גדעים · והגבהים
ישפלו

ישפלו ׃ 34. ונקף סבכי היער בברזל · והלבנון באדיר יפול ׃

maris, ita multus esset, reliquiæ revertentur, & ruina statuta plurimâ justitiâ compensabitur. 23. Nam Dominator Dominus exercituum adducturus est in totam regionem semel statutam ruinam. 24. Propterea hæc dicit Dominator Dominus exercituum; noli timere, popule meus; Sion ex Assur revertetur. Verberabit ille te virgâ suâ; baculum suum contra te sursum tollet, quandò in Ægyptum faciet iter. 25. Sed indignatio post modicum tempus habebit finem; furor meus in ipsorum tumultus imminebit. 26. Eriget Dominus exercituum adversùs eum flagellum tale, quale plaga Madian fuit in petrâ Horeb; erit baculus ejus prope mare; tollet eum in viâ Ægypti. 27. Ergò eodem tempore tollet onus ejus ab humero tuo, à collo tuo jugum ejus: nam jugum rumpetur ab equo reluctante. 28. Veniet in Ajat, transibit in Magron; relinquet in Machmas impedimenta sua. 29. Transeunt irati; apud Gabaa stationem habent; obstupescit Rama, Gabaa Saülis fugit. 30. Hinni voce tuâ, filia Gallim; attende Laisa; responde, Anathoth. 31. Territa est Medemena; commoti sunt Gabim habitatores. 32. Post diem unum in Nobe consistet; agitabit manum suam contra montem filiæ Sion, collem Jerusalem. 33. Ecce verò Dominator Dominus exercituum succutiet ramos violenter; qui firmiter stabant, succidentur; qui excelsi erant, humiles erunt. 34. Densa nemora ferro excidet, Libanusque repente cadet.

4. בלתי, *non:* Lege לבלתי, *ad non (cadendum;)* nam כרע, quod ab eo adverbio regitur, modi est Infiniti. ...אסיר: Potiùs מאסיר, *ligante*, in Participio *Hiphil*, nisi האסיר, *qui ligat.* Respondit האסיר, Participio הרוגים ,..ופלו: Omnes Veteres legebant תפלו, *cadatis*, præter Græcos Intt. qui quidem in Codice Rom. id membrum posterius omittunt. Personam sequi debet membrum posterius prioris.

5. הוי אשור: Rectè illi, qui convertunt, *heus Assyrii;* nam הוי aliquando vocantis est, non semper maledicentis. Non benè, *væ Assyriis*, cùm sequatur, *mittam eum (Assyrium.)* Nunc tanguntur res prosperæ Assyriorum, qui multis urbibus expugnatis, usque ad Jerusalem, Sennacherib duce, veniunt; eorum res adversæ posteà prædicentur.

6. ולשימו: Masora, ולשומו, *& ad ponendum eum;* non malè: meliùs posuisset, ולשומם, cum affixo plur. ut fieri solet altero in membro post nomina nationum membri prioris, ut sunt גוי & עם.

10. מירושלם ומשמרון, *ex Jerusalem & ex Samariâ.* Hæc nectere cum ante-dictis nemo hactenus potuit. Syrus sic legebat, cujus Interpres Latinus ab ipso devians, ita convertit, *sic Jerusalem & Samaria;* rectè illud *sic*, per quod restituitur series orationis; sed legendum est כירושלם כשמרון, *sic erit Jerusalem ut Samaria.* Nam liquet comparationem fieri cæterorum regnorum jam devictorum, cum Jerusalem mox vicendâ, ut regi Sennacherib videbatur. Erat jam debellata Samaria, cùm hæc loquebatur rex Assyriorum. Itaque non licet convertere, *sic Jerusalem & Samariam (debellabo.)* sed, *sic Jerusalem erit, ut fuit Samaria*, quod rectè exprimitur, deleto ו ante כשמרון, quod nos facimus.

12. אפקד, *visitabo.* Omninò ויפקד, *& visitabit*, personâ tertiâ, cum ו resumente sermonem. Nam liquet Prophetam hìc loqui, non Deum; quod videns Arabs, posuit יגלב, *increpabit*, deserens Græcos Intt. quos solet sequi.

13. ועתידתיהם: Masora, ועתודתיהם, *& præparata eorum;* meliùs factura, si posuisset, ועצרותיהם, *& divitias eorum*, vel *affluentiam*, sic ferè Græci Intt. *τὴν ἰσχὺν, virtutem*, cùm legerent, ועצרותיהם, ex עצר, *fortem esse.* ...שושתי, alterum mendum, pro שסתי, *diripui.* ...כאביר, tertium mendum, quod evitant Interpretes, alii alio modo. Nihil meliùs, quàm מערים, *ex urbibus.* Certè legunt ערים Græci Intt. Nam convertunt, *πόλεις, urbes.* Verbum pro verbo dixeris, *descendere feci ex urbibus habitatores:* vide in Chaldæo satis similem sententiam.

15. את מרימיו: Non dubium quin על מרימיו, *contra extollentes eam*, ut rectè Vulgatus, quomodò anteà על החצב ...לא עץ: Vulgatus, *qui utique lignum est.* Acceperit לא, pro הלא interrogante, quanquam interrogationem oratio ipsa non inducit. Certè legeretur הלא עץ הוא, *non-ne hæc (virga) lignum est.* Sed observandum, in duobus verbis כהניף & כהרים, comparatio.

nem instituti per litteram כ bis adhibitam, tenoremque eundem esse, quem priori membro vidimus, ut significetur, quomodò virga contra eum moveretur, à quo tollitur, sic baculum (regem Assur) insurgere in Deum; itaque legendum videtur על אל, *contra Deum*, aut quid simile, non לא עץ; ut parallelum sit hoc *contra*, duobus aliis *contra*, quæ antecesserunt. Omisit לא עץ, Syrus. Græci Intt. *καὶ οὐχ οὕτως*, *& non sic*, quasi legerent ולא כן. Cæteri ab hod. Scripturâ discesserunt, cùm scilicet viderent scriptionis לא עץ interpretationem bonam non posse haberi: vide mox dicenda.

16. & 17. יקד יקד כיקוד אש, *incendium uret quomodò exustio ignis.* Hoc dicit hod. hæc scriptura, tautologiâ vix ferendâ. Nam quis credat Prophetam dixisse, incendium urere, ut urit ignis? Hùc igitur, pro אש, revocandum illud עץ, quod superiori versu in mendo erat, ut dicatur, incendium fore simile sylvæ, quam latè devastat ignis. Sylvam hìc tangi probant affixa duo in שיתו & ושמירו, *vepres ejus & sentes ejus.* Cujus enim antecedentis erunt hæc affixa, nisi עץ, *sylva*, in Contextum adducitur? Certè nihil antecessit in oratione, in quod aptari possint *sentes & vepres*, & continuatur in sequentibus rebus ducta ex sylvâ similitudo. Porrò malè interpunctio major post אחד; nam continuatur in כבודו, v. 18. idem casus, qui ושמירו.

18. כמסס נסס: Legendum כמסס נמס, *ut liquefit quod liquitur*, nisi mavis cum Ariâ interpretari, *sicut liquefacere vexilliferum.* Comparatur sylva, quæ in cineres collabitur, metallo quod funditur & colliquescit. Non convenit נסס, quasi ex נוס, *fugere*, ubi sylva una tangitur, cujus arbores stant loco, nec flammas evitant. Adde נסס non usurpari pro נוס.

20. להשען על מכהו, *ut nitantur eo, qui percusserit eos.* Hoc fecerat Achaz, qui multo auro & argento emerat regem Theglatphalasar contra Syros & Israelitas; hoc non ampliùs fecêre Judæi post exercitum Assyriorum ab Angelo profligatum.

21. שאר ישוב, *reliquiæ revertentur.* Alludit Isaias ad nomen filii sui *Sar-Issub*, qui reditum Israel, Oded prophetâ jubente jam factum, portenderat, quique adeò pignus erat reditûs alterius futuri; tum nempe, cùm Israelitæ, qui, everso regno Israel, superstites fuerunt, ad Ezechiam in Judæ regnum se receperunt.

22. כחול הים, *sicut arena maris.* Iterùm alludit Propheta ad reditum Israel, jubente Oded factum, quasi diceret: quomodò redierunt in regnum suum ducenta millia hominum captivorum, quanquam id incredibile videbatur, ita olim reliquiæ ad Deum revertentur, quantocunque numero erunt. Nunc tangitur reditus Israel אל אל גבור, *ad Deum fortem*, nempe ad puerum nasciturum, qui *vocabitur Deus fortis.* (cap. 9. v. 5.) &, quo regnante, præteritæ clades *plurimâ justitiâ compensabuntur*, שוטף בצדקה, addito ב ante צדקה; nam שוטף masc. generis pertinet ad כליון, *cladem*, vel *ruinam.* Excidit ב ex similitudine litteræ פ antecedentis.

23. כלה ונחרצה, *ruinam & decretum*, i. e. *decretam ruinam*; intellige regni ac Reipublicæ Judæorum, ut significatur in verbis sequentibus, *in medio omnis terræ*, seu in universâ terrâ Judæorum, quæ ruina antecedere debebat reditum Judæorum ad *Deum fortem* olim nasciturum. Quippe reditus is prænuntiatur, in quo *justitia* (צדקה) vigebit, quæ quidem non viguit apud Judæos post reditum ex captivitate Babylonis; atque hoc vidit Apostolus, qui hoc Isaiæ testimonio utitur, ut confirmet Judæos ad Christum Dominum olim reversuros. Nam verba ipsa Prophetæ non sinunt alium reditum intelligi, quàm cordium per fidem; reditum, inquam, ad *Deum fortem* Emmanuelem, tempore Babylone reditûs nondum natum. Videbat Isaias fore, ut ab Emmanuele Judæi deficerent; neque enim, nisi antea defecissent, dixisset redituros. Ergò rectè concludebat Apostolus ex ipsis Isaiæ verbis, gentem Judæorum, quæ à Christo Messiâ mox defecerat, ad eundem olim reversuram; ut videantur & Isaiæ & Apostolo contradicere illi, qui negant olim futurum Judaicæ gentis reditum ad fidem.

25. תבליתם: Nos, *tumultus ipsorum*, quasi ex בלל, *miscere.* Omittunt id verbum Concordantiæ, nec non Lexica ea, quæcunque vidi. Syrus חבלהון, *corruptelam eorum*; non malè ex חבל; *corrumpere.* Nunc aguntur *tumultus* Assyriorum cum Sennacherib rege in Judam venientium; qui tumultus describuntur à versu 24. usque ad capitis finem.

27. מפני שמן, *à facie olei.* Facile est videre ita convertere Vulgatum, quia mendo, quod non corrigit, servire cogitur. Nec ei placere debuit, *ab humeris vestris*, ex scripturâ שכמם, quam sequuntur Græci Intt. Nam מפני שכמם, *à facie humeri*, vel *propter humerum*, longè aliud sonat quàm *ab humero (depelletur jugum.)* Syrus, מושחא, *boum*, seu *juvencarum*; habuit שמן ut *saginatum*; sed abest à Contextu nomen substantivum. Magis placet vel שמט, *calcitrante*, vel שמס, Arabicum, equus *reluctans*, qui non admittit sessorem. Id apprimè rectè dicitur de Ezechiâ rege, qui jugum excussit Assyriorum.

29. גבע מלון לנו: Mendosè לנו, pro למו, *illis.* Etenim sententia hæc est, *Gabaa diversorium est eis*; nec לנו potest esse, *pernoctant*, ex לון, ubi antecessit מלון. Nam *diversorium pernoctant*, nihil dicit Hebraicè, ut nec Latinè. Chaldæus בתו להון, *mansionem fecerunt sibi*; utens pronomine, quod & forsan legebat.

31. העיזו, *confortamini*, alienâ sententiâ. Meliùs הזועו, *commoti sunt*, sententiâ simili cum נדדה, *territa est.* Non malè Chaldæus גלו, *transmigrant.*

32. בית ציון, *domus Sion.* Rectè Masora בת, *filia*, ut alibi passim; & ita Codices Regius 29. Oratoriensis 53.

34. באדיר: Arias, *in forti*, verbum sine re. Plerique *excelsi*, *gloria*, vel *bellatores*, qui significatus in *Libanum* non quadrant, quoniam rerum sunt animatarum, præsertim hominum. Nos אדיר deducimus ex Arab. verbo אדרי, *subitus*, *repentinus.*

C A P U T XI.

Egredietur ſurculus de radice Jeſſe, in quo requieſcet ſpiritus Domini...
qui ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Eum gentes
requirent, erit requies ejus glorioſa....

1. *Exorietur virga de radice Jeſſe;*
ſuccreſcet è radicibus ejus ſurculus.
2. *Requieſcet in eo ſpiritus Domini,*
ſpiritus ſapientiæ ac intelligentiæ,
ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiri-
tus ſcientiæ ac timoris Domini. 3. *Ir-*
rigabit eum timore Domini; neque
enim ita judicabit, ut eſt aſpectus
oculorum; neque, ut auditus aurium,
arguet. 4. *Judicabit juſtè pauperes,*
terræ humilium cauſam diſcutiet cum
æquitate; oris ſui flatu concutiet ter-
ram, ſpiritu labiorum ſuorum inter-
ficiet impium. 5. *Erit juſtitia zona*
lumborum ejus; veritas cingulum re-
num ejus. 6. *Hoſpitabitur cum agno*
lupus, pardus cum hædo recubabit;
vitulus & leo & pingue pecus unà
erunt; puer parvulus ducet eos. 7. *Si-*
mul paſcentur vitula & urſa; pulli
earum unà procumbent, leoque, ut
bos, paleam edet. 8. *Ludet infans*
ſuper aſpidis foramen; ad cavernam
reguli mittet manum ſuam lactens
puer. 9. *Non malè facient in toto*
monte ſancto meo, nec perniciem af-
ferent; nam terra ſcientiâ & timore
Domini plena erit, ut maria im-
plent aquæ. 10. *Eo tempore erit ra-*
dix Jeſſe, quæ populis ut vexillum
ſtatuetur, & quam gentes requirent,
eritque requies ejus glorioſa. 11. *Ete-*
nim eo tempore Dominus exeret ad-
huc manum ſuam, ut habeat iterum

1. ויצא חטר מגזע ישי · ונצר
משרשיו יפרה : 2. ונחה עליו
רוח יהוה · רוח חכמה ובינה · רוח
עצה וגבורה · רוח דעת ויראת יהוה :
3. והריחו ביראת יהוה · ולא
למראה עיניו ישפוט · ולא למשמע
אזניו יוכיח : 4. ושפט בצדק
דלים · והוכיח במישור לענוי ארץ ·
והכה ארץ בשבט פיו · וברוח שפתיו
ימית רשע : 5. והיה צדק אזור
מתניו · והאמונה אזור חלציו : 6.
וגר זאב עם כבש · ונמר עם גדי
ירבץ · ועגל וכפיר ומריא יחדו · ונער
קטן נהג בם : 7. ופרה ודב
תרעינה יחדו ירבצו ילדיהן · ואריה
כבקר יאכל תבן : 8. ושעשע
יונק על חר פתן · ועל מאורת
צפעוני גמול ידו הדה : 9. לא
ירעו ולא ישחיתו בכל הר קדשי ·
כי מלאה הארץ דעה את יהוה
כמים לים מכסים : 10. והיה ביום
ההוא שרש ישי אשר עמד לנס
עמים אליו גוים ידרשו · והיתה
מנחתו כבוד : 11. והיה ביום
ההוא יוסיף אדני שנית ידו לקנות
את שאר עמו אשר ישאר מאשור
וממצרים ומפתרוס ומכוש ומעילם
ומשנער ומחמת ומאיי הים : 12.
ונשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל ·
ונפצות יהודה יקבץ מארבע כנפות
הארץ : 13. וסרה קנאת אפרים ·
וצררי יהודה יכרתו · אפרים לא
יקנא את יהודה · ויהודה לא יצר
את אפרים : 14. ועפו בכתף

sibi populi sui reliquias, quæ super-
erunt ex Assur, ex Ægypto, ex
Phetros, ex Æthiopiâ, ex Ælam,
ex Sennaar, ex Emath & ex insulis
maris. 12. *Efferet ad gentes vexil-*
lum; profugos de Israel congregabit,
dispersosque de Judâ colliget quatuor
ex mundi plagis. 13. *Tum invidia*
Ephraim longè erit, hostes Judæ de
medio tollentur; Ephraim non invi-
debit Judæ, neque Juda inimicitias cum Ephraim exercebit. 14. *Excurrent*
in terminos Philistæorum ad occidentem; filios orientis simul prædabuntur;
ad Edom & ad Moab extendent manum, filiosque Ammon habebunt sub-
jectos. 15. *Siccabit Dominus linguam maris Ægyptiaci, manum suam in*
fluvium extendet, quem spiritu suo vehementi dividet in septem rivos, perque
eos calceati transibunt. 16. *Erit via strata reliquiis populi ejus, quæ de Assur*
superstites erunt, ut fuit Israeli, cùm de terrâ Ægypti profectus est.

פלשתים ימה יחדו יבזו את בני
קדם · אדום ומואב משלוח ידם ·
ובני עמון משמעתם : 15. והחרים
יהוה את לשון ים מצרים · והניף
ידו על הנהר בעים רוחו · והכהו
לשבעה נחלים והדריך בנעלים :
16. והיתה מסלה לשאר עמו אשר
ישאר מאשור כאשר היתה לישראל
ביום עלתו מארץ מצרים :

---

1. מגזע ישי, *de trunco Jesse*, non autem de *trunco David*, ne credatur Messias solio in ipso nasciturus, & ut significetur Messiam fore, ut fuit filius Jesse, in primâ ætate humilem & abjectum, nec posteà regnaturum eo modo, ut regnant reges regum filii, cùm sceptro avito potiuntur. Sæpe Messiam prophetæ, ut alterum David, prænuntiârunt.

3. והריחו ביראת יהוה; Arias, *& odorari ejus in timore Domini*, menda, ut solet, verbis interpretans, non sententiis. Nihil hæc sententiæ habent Latinè, ut nec Hebraicè. Non licet habere הריחו, ut *Hiphil* verbi רוח, *spiritum afflare*, cùm רוח Hebraicè nomen sit, non item verbum, nisi ut significetur *odorari*. Non dubium igitur, quin sit והריהו, germana scriptio, ex רוה, *irrigare*, *implere*, *inebriare*. Idem prænuntiatur, quod Christus Dominus, *Joan. cap. 3. v. 34.* docebat re impletum, cùm diceret, *non enim ad mensuram dat Deus spiritum*. Ita legunt Græci Intt. quos sequitur Vulgatus. ...ישפוט, malè pro ישפט, *judicabit*. Habent ישפט, sine ו, Codices Reg. 29. & Orat. 53.

4. בשבט פיו, *virgâ oris sui.* Non facilè credet exercitatus Lector, usum fuisse prophetam similitudine tam durâ, ut diceret *virgam oris*. Nam *virga* potest accommodari ad *manum*, ad *brachium*, minimè verò ad *os*; atque id vidêre Græci Intt. & Chaldæus, qui, relictâ *virgâ*, *verbum* dixêre. Legitur *Psal. 147.* ישב רוחו, *flabit spiritus ejus*, ex נשב, *sufflare*. Nos eandem radicem sequimur, ut legamus, בשבת פיהו, *flatu oris sui*, ut parallela hæc sint, *flatu oris sui*, & *spiritu labiorum suorum*. Nomen שבת, *flatus*, ex נשב, ejusdem formæ est, ac שאת, *dignitas*, ex נשא. Lexicographi Judæi hoc nomen fortè omiserint, quia verbum נשב, *flare*, non legitur plusquàm bis, vel ter, Sacris in Codicibus.

6. יחדו, *unà erunt*, in Futuro verbi יחד. Neque enim est יחדו adverbium; aliter careret suo verbo id membrum, quo tamen priora membra duo non carent. Sed יחדו, versu sequenti, rectè *simul*, pro adverbio, quod nectitur verbo ירבצו.

7. ופרה ודב: Nos, *juvenca & ursa*, genere feminino; nam פרה femininum est, cujus generis esse etiam דב, liquet ex verbo תרעינה, & ex nomine ילדיהן; ut facilè credas scribendum fuisse דבה, & excidisse ה ex similitudine litteræ ת subsequentis.

9. דעה את יהוה: Verbum de verbo, *scientiâ cum Domino* (*replebitur terra.*) Hæc loquendi forma, ut dicatur, *scientiâ Domini*, non est Hebraica. Chaldæus, *scientiâ timoris Domini*; nos, *scientiâ & timore Domini*, ut versu 2. Nam credimus esse את ultimas litteras duas vocabuli ויראת, quod olim legeretur. Nisi revocatur ויראת in Contextum, delendum est את, quod impedit sententiam. Sed omissum fuisse ויראת signum est ipsum דעה, quod antecedit in statu absoluto; nam legeretur דעת יהוה, in statu constructo, si דעת fuisset olim ad יהוה proximè adjunctum.

10. והיתה מנחתו כבוד, *& erit requies ejus gloriosa.* Eadem *requies* est, de quâ Paulus Apost. in Epistolâ ad Hebræos, in quâ Christus Dominus, *sedet à dextris Dei.* Hieronymus non negabat convenire huic loco *requiem*, quanquam convertit, *sepulcrum ejus erit gloriosum.* Sed neque Hebræi verbo מנחת utebantur, ut *sepulcrum* notarent, nec *sepulcrum* ritè appellatur *requies* in Christo Domino, die tertiâ sepulcrum relicturo.

11. & 12. שֵׁנִית, *secundò*, vel *iterùm.* Nam prædicitur altera reversio Judæorum, tum futura,

tura, postquàm ad radicem Jesse, ut ad vexillum, confluxerint omnes Gentes, quo tempore Judæi revertentur ex gentibus iis, quæ hìc enumerantur, *& ex insulis maris.* In primâ autem reversione, Judæi ex Assyrio tantùm regno reversi sunt, quod tunc erat ditionis Persarum. Si quis hæc putat spectare populos ad Christi fidem convertendos, nec tangi speciatim Judæos, huic respndetur, 1°. *Gentes* à Prophetâ distingui ab ipsis Judæis; illas vocari גוים, hos ישראל, יהודה, אפרים. 2°. illud שנית, quo alter reditus notatur, non convenire gentibus ad Christi fidem per Apostolos primùm, non *iterùm*, adductis. 3°. neque vaticinari Prophetam de illis tantùm Judæis, qui Evangelio crediderunt in Ecclesiæ Christianæ ipsis incunabulis, quia planum est ex totâ oratione, tangi universam gentem Judæorum, *omnem montem Sion*, *Israel* ac *Judam quatuor ex mundi plagis* congregatum. Præterea quis credet Isaiam Judæorum, qui se ad Evangelium contulerant, fidem usque eò exaggerâsse, ut diceret, maris Ægypti aquas siccatum iri, ut per eas sicco pede transeant? Alludit Propheta ad maris rubri transitum; qui transitus fuit universæ gentis; atque adeò verbis abuteretur Isaias, si ejusdem transitûs similitudinem adhiberet, ut Judæorum, qui Evangelio crediderunt, fidem adumbraret. Denique illi Judæi, qui Christiani facti sunt, non vicerunt *Philistæos*, nec *filios Orientis*, nec *Ammon*, nec *Moab.* Neque verò etiam hæc suprà-dicta spectare possunt gentes ad fidem, Evangelio nascente, conversas. Ut quocunque te vertas, nihil aliud videre hìc possis, quàm Judæorum ultimum ad Deum reditum, eundemque universum, ductis ex Isaiæ ætatis statu præsente regnorum similitudinibus adumbratum.

15. והחרים, *& vastabit* (*linguam maris.*) Scriptura verior est והחריב, *& siccabit*, quam non dubium est habuisse Chaldæum, apud quem legimus, ויבש, *& siccabit.* Quis ferat Ariam sic convertentem, *& delebit anathemate linguam maris.* Sed nec ferendum *vastabit.* Nimirùm terræ *vastantur*, non maria; urbes & segetes, non undæ ac fluctus. ...והכהו לשבעה נחלים: Rectè Grotius, *dividet in septem rivos* Euphratem. Quippe *Euphrates* notari solet in vocabulo נהר, *fluvio*, nomine fluvii non subjuncto. Per *septem rivos*, intelligi possunt, *rivi plures*; sed forsan ducitur similitudo ex Nili septem ostiis. Vult Grotius prænuntiari imperium Assyriorum in plurimas partes divisum. » Medi enim (inquit) ab Assyriis, Chaldæi à Medis defecerunt. Ita » gentes illæ Hebræis infestissimæ domesticis dissidiis impeditæ faciles apud se exsulantibus reditus dedêre, quod sequetur. « Atqui gentes illæ sub ditione unâ Cyri regis tenebantur, cùm Judæi ex Captivitate Babylonicâ redierunt, neque regnum Cyri erat tum domesticis dissidiis impeditum. Vide eundem Grotium, si juvat, multò absurdiùs exponentem, ut Deus *desolaverit linguam Ægypti maris.* ...והדריך: Lege והדריכו, *& transire faciet eum* (*fluvium.*) Non omittunt affixum Chaldæus, Græci Intt. Vulgatus.

16. והיתה מסלה, *& erit via strata.* Hoc dicitur per similitudinem transitûs Hebræorum in rubro mari. Sunt autem comparationes rerum similium. Quomodò igitur non sine miraculo factum fuit, ut Hebræi rubrum mare sicco pede & viâ complanatâ trajicerent, ita intelligendum, non sine miraculo eventurum, ut Judæi ad terram suam montemque Sion *iterùm* redeuntes, transitus faciles ubique ac stratam viam reperiant, quanquam incertum est, donec res eveniant, quonam pacto eventuræ sint.

CAPUT XII.

Canticum, quod cantabit Israel congregatus, & hauriens cum hilaritate aquas de fontibus salutis.

1. *In die illâ sic dices: laudabo*
te, Domine; nam postquàm iratus
es mihi, quievit furor tuus, & con-
solatus es me. 2. *En Deus est salus*
mea; securus ero, nihil jam timens,
quoniam fortitudo mea & laus mea
Dominus, qui adfuit mihi ad salutem.
3. *Haurietis autem aquas in hilari-*
tate de fontibus salutis. 4. *Et tunc*
dicetis; laudate Dominum, invo-

1. ואמרת ביום ההוא · אודך
יהוה כי אנפת בי · ישב אפך
ותנחמני : 2. הנה אל ישועתי
אבטח ולא אפחד · כי עזי וזמרת
יה יהוה ויהי לי לישועה : 3.
ושאבתם מים בששון ממעיני
הישועה : 4. ואמרתם ביום ההוא ·
הודו ליהוה · קראו בשמו · הודיעו
בעמים עלילתיו · הזכירו כי נשגב
שמו : 5. זמרו יהוה כי גאות

cate nomen ejus ; prædicate apud
gentes opera ejus ; memoriæ mandate
quàm magnum fuerit nomen ejus.
5. Cantate Domino , quoniam ma-
gna operatus eſt ; hæc in universâ terrâ palàm facta ſunt. 6. Erumpe in lætos
clamores , filia Sion , quoniam magnus apud te Sanctus Iſrael.

עשה · מידעת זאת בכל הארץ :
6. צהלי ורני ישבת ציון · כי גדול
בקרבך קדוש ישראל :

---

1. ואמרת ביום ההוא , *& dices in die illâ.* Hæc Iſaias , ad gentem ſuam , quam capite ſuperiore alloquebatur , non autem generatim ad omnes populos Chriſti fidem amplexuros. Id oſtendit , quod ſequitur , *iratus es mihi.* Ira divina in Veteri Teſtamento ſignificat paſſim pœnas ultrices. Hæc ira tangitur , quæ toto in Orbe palàm facta eſt , cùm Deus gentem Judæorum penitùs deſeruit , remque eorum publicam funditùs evertit. Nihil tale dici poterat cæteris de gentibus , quas reliquerat Deus *ingredi vias ſuas.* ...ותנחמני , *& conſolatus es me* , ad te *iterùm reverſum.* Vide dicta capite ſuperiore.

2. וזמרת יה יהוה , *& laus mea Dominus.* Legendum זמרתי , ut anteà עזי , non ſine affixo. Cæterùm ſupervacaneum יה ; neque id unquam ponitur , ut poſt ſequatur יהוה. Nam idem ſunt יה & יהוה ; quod ſi nomen יהוה iterandum eſt , id bis ſcribitur , non autem cum יה jungitur. Natum videtur hoc *σφάλμα* ex conſuetudine Scribarum quorumdam , præcipuè Germanorum , qui lineâ deſinente verbum ſequens inchoabant , nec abſolvebant , lineâque inferiore verbum totum reſumebant , non omiſſis nimirum prioribus verbi litteris , quas lineâ ſuperiore ſcripſerant. Sic in Codice Orat. 42. cujus paginæ ſingulæ trium ſunt columnarum , cujuſque adeò lineæ ſunt breviores , hic locus ita deſcribitur.

ותנחמני : הנה אל ישוע
ישועתי אבטח ולא א
אפחד כי עזי וזמרתי יה
יהוה ויהי לי לישועה

In eo exemplo videt Lector , quî factum fuerit ut יה , in quo linea tertia deſinit , quodque erat initium lineæ inferioris , fuerit malè iteratum ab aliis Scribis ; qui talem ſcribendi formam non ſequebantur. Non iterant verbum יה , vel יהוה Græci Intt. nec Vulgatus , nec Syrus. Sed Chaldæus , cùm legeret utrumque , judicavit utrumque non legendum ; poſuit enim דחילא ״ , *terribilis Dominus* , evitans iterationem.

5. מידעת זאת , *hoc notum eſt.* Rectè Maſora מודעת , ut ſit , vel *Hophal Benoni* , vel *Paoul Hiphil.*

CAPUT XIII.

Onus Babylonis. Advocabit Dominus Medum , qui eam ſubvertet , ut non ampliùs habitetur , fiatque locus ejus deſertus & luſtra ferarum.

1. *Onus Babylonis , quod vidit*
Iſaias , filius Amos. 2. Alto in mon-
te ſignum extulerunt ; magnâ voce
clamant , exerunt manum , ſubeunt
oſtia magnatum. 3. Ego mandatum
feci militibus à me conſcriptis ; vo-
cavi fortes iræ meæ ſervituros , & pro
gloriâ meâ triumphaturos. 4. Fit ſo-
nitus in montibus multorum homi-
num , tanquam populi ingentis. Vox

1. משא בבל אשר חזה ישעיהו
בן אמוץ : 2. על הר נשפה
שאו נס · הרימו קול להם · הניפו יד
ויבאו פתחי נדיבים : 3. אני צויתי
למקדשי · גם קראתי גבורי לאפי
עליזי גאותי : 4. קול המון בהרים
דמות עם רב · קול שאון ממלכות
גוים נאספים · יהוה צבאות מפקד
צבא מלחמה : 5. באים מארץ
מרחק מקצה השמים · יהוה וכלי

auditur tumultuantium regnorum, gen-
tium collectarum de terrâ longinquâ,
ex ultimo cœlo venientium. 5. Re-
cenſuit Dominus exercituum pugna-
turas acies; Dominus ipſe adeſt cum
iræ ſuæ telis, omnem regionem vaſ-
taturus. 6. Tollite ululatus; inſtat
enim dies Domini talis, qualis in-
gruit ab Omnipotente repentina vaſti-
tas. 7. Propterea manus omnium con-
cidunt, omnia virorum pectora colla-
buntur. 8. Nuntii terrefacti ſunt, te-
nent eos dolores, quaſi mox paritu-
ram; alter ad alterum ſtupent; vul-
tus eorum quaſi vultus igne aduſti.
9. Ecce venit dies Domini plenus
atrocitatis, iræ ac furoris, ut faciat
in terrâ vaſtitatem, ut deleat ex illâ
flagitioſos. 10. Aſtra cœli ſtellæque
ipſorum rutilum lumen amittent; ſol
caligabit in ortu ſuo, luna ſuâ luce
non ſplendebit. 11. Ego in ſceleſtis
viſitabo ſcelus, in flagitioſis flagitia
ipſorum; ego arrogantium faſtum
comprimam; ego humilem dabo po-
tentum ſuperbiam. 12. Faciam ho-
minem gemmâ pretioſiorem; virum,
auro Ophir. 13. Propterea concu-
tiam cœlos; ſedibus imis terra con-
velletur, indignante Domino exer-
cituum, dieque iræ ejus adveniente.
14. Proripiet ſe unuſquiſque ad ſuum
populum, ſic tanquam damula, quæ
agitatur, & ut oves, nemine colli-
gente; ſinguli ad terram ſuam fu-
gient. 15. Quicunque obvii erunt,
transfodientur; quicunque ſuperve-
nient, ferro cadent. 16. Parvuli eo-
rum in oculis ipſorum elidentur;
ædes eorum diripientur; uxores eo-
rum ſtuprabuntur. 17. En ego exci-
taturus ſum adverſùm eos Medum, qui argento non ducetur, quem nec tan-
get aurum. 18. Arcus pueros transfigent; fœtus uteri non miſerebuntur;
non parcent filiis oculi eorum. 19. Talis erit Babylon ſuperba regnatrix,

זעמו לחבל כל הארץ ׃ 6. הלילו
כי קרוב יום יהוה · כשד משדי
יבוא ׃ 7. על כן כל ידים תרפינה
וכל לבב אנוש ימס ׃ 8. ונבהלו
צירים וחבלים יאחזון כיולדה יחילון ·
איש אל רעהו יתמהו · פני להבים
פניהם ׃ 9. הנה יום יהוה בא
אכזרי ועברה וחרון אף לשום הארץ
לשמה · וחטאיה ישמיד ממנה ׃
10. כי כוכבי השמים וכסיליהם
לא יהלו אורם · חשך השמש
בצאתו · וירח לא יגיה אורו ׃ 11.
ופקדתי על תבל רעה ועל רשעים
עונם · והשבתי גאון זדים וגאות
עריצים אשפיל ׃ 12. אוקיר אנוש
מפז ואדם מכתם אופיר ׃ 13.
על כן שמים ארגיז ותרעש הארץ
ממקומה בעברת יהוה צבאות
וביום חרון אפו ׃ 14. והיה כצבי
מדח וכצאן ואין מקבץ · איש אל
עמו יפנו ואיש אל ארצו ינוסו ׃
15. כל הנמצא ידקר · וכל הנספה
יפול בחרב ׃ 16. ועלליהם ירטשו
לעיניהם · ישסו בתיהם ונשיהם
תשגלנה ׃ 17. הנני מעיר עליהם
את מדי אשר כסף לא יחשבו · וזהב
לא יחפצו בו ׃ 18. וקשתות נערים
תרטשנה · ופרי בטן לא ירחמו · על
בנים לא תחוס עינם ׃ 19. והיתה
בבל צבי ממלכות תפארת גאון
כשדים כמהפכת אלהים את סדם
ואת עמרה ׃ 20. לא תשב לנצח
ולא תשכון עד דור ודור · ולא יהל
שם ערבי · ורעים לא ירבצו שם ׃
21. ורבצו שם ציים · ומלאו בתיהם
אחים · ושכנו שם בנות יענה ·
ושעירים ירקדו שם ׃ 22. וענה
איים באלמנותיו ותנים בהיכלי ענג ·
וקרוב לבוא עתה וימיה לא
ימשכו ׃

Chaldæorum gloria & decor, quales fuêre, Deo ſubvertente, Sodoma & Gomorrha. 20. Nunquam erit ut habitetur. Incolæ ibi non erunt, tandiu dum ſuccedent generationes. Non ibi tendet Arabs, non ibi paſtores recubabunt. 21. Sed ibi ſedebunt feles agreſtes, quorum cavernæ ululatu perſonabunt; ibi ſedem habebunt ſtruthiones, ibi ſylveſtres hirci tripudiabunt. 22. Sibilabunt in arcibus ipſorum Æſalones; dracones in palatiis amœnis. Propè eſt ut adveniat hoc ejus tempus; dies ejus non diu tardabunt.

---

2. על הר נשפה שאו נס, *ſuper montem excelſum ſignum extulerunt*, non autem *extollite*, perſonâ ſecundâ. Nam obſtat להם tertiæ, quod in oratione abundat, Hebraico more, poſt verbum הרימו, ejuſdem perſonæ, ac שאו. Porrò legendum שפה נשאו. Fuit נ ex uno vocabulo in alterum trajectum. Sæpe legitur שפי, vel שפים, *altitudines*, nuſquam נשפה, in *Niphal*, ut ſignificetur *altum*, qui ſignificatus hìc requiritur. Deſcribit Iſaias belli apparatus. Tollebatur in monte aliquo excelſo ſignum, ad quod militares copiæ confluebant. Syrus legere videtur שפה; habet enim שפיא. Græci Intt. πεδινοῦ, *campeſtris*, ex poteſtate, ut videtur, Syriacâ verbi שפה, *complanáre*. Vulgatus, *caliginoſum* obſcurè, ex mendi neceſſitate. Signa collocabantur in loco excelſo eodemque illuſtri, ut à longo intervallo proſpici poſſent; non igitur in monte *caliginoſo*, ſeu nubibus cooperto. Chaldæus divertit ad paraphraſim, quia nihil videbat ſententiæ in verbo נשפה, de *monte* uſurpato. Itaque alterum mendum ab altero demonſtratur; unum, quia cum נ præfixo, nihil jam ſignificat נשפה; alterum, quia נ ſublato in verbo שאו, fit perſona ſecunda, *extollite*, ubi tertiam ſeries flagitabat. ...פתחי נדיבים: Nos, *oſtia Magnatum*; nam פתחי ſtatum habet conſtructum. Non licuit, *duces* exercitûs, quaſi eo nominativo uteretur verbum ויבאו. Quippe נדיבים ſignificat *proceres*, *magnates*, in oppoſitione cum infimâ plebe, non autem *duces*, vel exercitûs imperatores, ut *militibus* oppoſitum. Prænuntiat Iſaias fore, ut hoſtes Babylonis de improviſo urbem ingrediantur, ſubeant oſtia ipſa Magnatum, quod ita eveniſſe in Daniele narratur.

3. עליזי גאותי: Potiùs לגאותי, *triumphantes pro gloriâ meâ*, addito ל, ut legitur anteà לאפי. Utrumque ל legit Syrus; nam ponit utrobique ברוגזי... בגאיותי, præpoſitione ב iteratâ.

4. & 5. יהוה צבאות: Ordo, qui nunc habetur, talis eſt: *vox... gentium collectarum; Dominus... recenſuit exercitum belli, venientium ex terrâ remotâ, ab extremis cœli, Dominus & vaſa furoris ejus ad perdendam... terram.* Facilè eſt videre illud *venientium*, & quæ ſequuntur uſque ad *Dominus & vaſa*... pertinere ad *gentium collectarum*, quod ſuprà, & malè hæc inter utrumque *Dominus* fuiſſe poſita, Deſcriptore ex unâ lineâ in alteram deerrante; denique ordinem legitimum eſſe eum, quem in verſione exhibemus; ita ut hæc verba, *venientium de terra, &c.* fiant versûs 4. membrum ultimum; hæc autem, *Dominus recenſuit, &c.* versûs 5. membrum prius, denique hæc ultima, *Dominus & vaſa furoris ejus, &c.* ejuſdem versûs 5. membrum ultimum. Ejuſmodi enim disjunctiones, quibus abrumpitur ſententia, ut deinde reſumatur & abſolvatur, nunquam vagantur extra limites unius ejuſdemque versûs, ut videre licet in multis Pſalmorum exemplis. Neque id non ſentiebant Veteres Intt. qui disjecta hæc membra alii alio modo junxerunt: vide eos in Polyglottis.

6. הלילו, *ululate*. Alii Codices, הילילו, ex radice ילל, quæ quidem ſolita forma eſt; itaque eam retinent Codices Orat. 54. & 57. nec non Buxtorfius in ſuis Concordantiis. Hæc Iſaias ad Chaldæos, non ſuæ ætatis: nam ab iſtâ vaticinatione uſque ad Babylonem expugnatam anni 150. interceſſerunt; ſed ad Chaldæos à Medis jam oppugnatos, jam jamque expugnandos; id liquet ex conſequentibus rebus.

8. יאחזון, *tenent*. Omninò יאחזום, *tenent eos*, non omiſſo affixo. Errorem fecerit Scribæ Illud יחילון, quod mox ſequitur. Porro hæc verba ונבהלו צירים, ſic accipimus, ut fecêre Græci Intt. qui, ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις, *terrebuntur nuntii*, ſeu regii exploratores, cùm videbunt hoſtes Babylonem ſubitò ingreſſos. Non benè Vulgatus adjungit ad antecedentia verbum נבהלו, tum quia obſtabat numerus pluralis, poſt ימם, ſingularem, tum quia verſus ſuperior partibus conſtat abſolutis, neque admittit hanc redundantiam, *& conterentur*, quam habet Vulgatus.

11. ופקדתי על תבל רעה: Vulgatus, *& viſitabo ſuper orbis mala.* Sic Veteres accepêre vocabulum תבל. Sed planum eſt parallela hæc eſſe, תבל & רשעים, quæ eidem præpoſitioni על ſubjunguntur, ejuſdemque eſſe ſignificatûs: vide verſionem.

15. יפול, *cadet*. Meliùs יפל, Codex Reg. 29. & Orat. 53. manu priore, hoc eſt, ut ſæpe diximus, accuratiore.

16. תשגלנה, *ſtuprabuntur*. Ineptè Maſoretæ, תשכבנה, perinde quaſi abfuiſſet pudor à Prophetâ hæc ſcribente, vel dictante. Quæri poteſt, quis docuerit iſtos Judæos, verbum שכב, quo tempore Iſaias hæc ſcribebat, habitum fuiſſe ut honeſtius, quàm verbum שגל. Certè שגל venit interdum de *Reginâ*, quo nomine nihil honeſtius.

17. את מדי אשר כסף לא יחשבו, *Medos, qui argento non ducentur*, hoc eſt, non ſimiles erunt regibus Syris, aut Aſſyriis, qui pretio emebantur, ut regibus Iſrael, aut Juda, auxilio eſſent. Non tanguntur

tanguntur hoc loco Medorum mores, qui eo tempore Asiatico luxu diffluebant, sed potiùs ira & odium in Chaldæos, bellumque inexpiabile.

22. באלמנותיו : Ridiculè Arias, *in ædibus viduatis ejus*, cùm non videret legendum בארמנותיו, *in palatiis ipsorum*. Ita Chaldæus, בברניתהון, & Syrus בסחרתהון, *in palatiis eorum*. Vide infrà cap. 34. v. 13.

C A P U T XIV.

Israel reversus in terram suam captivos habebit eos, qui se captivum fecerant. Mortui reges apud Inferos illudent regi Babylonis. Jurat Deus, se in monte suo calcaturum Assyrios. Ne lætentur Philistæi post mortuum Achaz; nam de stirpe colubri egredietur adversùs eos regulus.

1. *Miserebitur enim Dominus Ja-*
cob, populumque Israel adhuc præ-
cipuum habebit; reducet eos in ter-
ram suam; adjungent se ad eos alie-
nigenæ, & ad domum Jacob aggre-
gabuntur. 2. *Tollent eos populi du-*
centque in locum suum. Eos deinde
possidebit domus Israel in terrâ Do-
mini, ut servos & ut ancillas; qui se
captivos fecerant, eosdem captivos
habebunt, & dominabuntur eis, qui
se opprimebant. 3. *In die illâ recrea-*
bit te Dominus ex laboribus & ærum-
nis tuis, & ex durâ, in quâ te deti-
nuerat, servitute. 4. *Tunc adhibebis*
in rege Babylonis figuram sermonis
talem, dicesque; quomodò cessavit
exactor, abolitum est auri tributum.
5. *Fregit Dominus baculum oppri-*
mentium, virgam dominantium;
6. *Quæ gentes atrociter verberabat,*
quæ plagas faciebat insanabiles, quæ
populis imperitabat furens, quæ, ne-
mine cohibente, persequebatur. 7. *Tan-*
dem quiescit universa terra, & re-
creata est. 8. *Abietes plausu exsul-*
tant; lætantur etiam de te cedri Li-
bani. Ex quo decubuisti, non adve-
nit in nos depopulator. 9. *Infernus*

1. כי ירחם יהוה את יעקב ובחר
עוד בישראל · והניחם על אדמתם ·
ונלוה הגר עליהם ונספחו על בית
יעקב : 2. ולקחום עמים והביאום
אל מקומם · והתנחלום בית ישראל
על אדמת יהוה לעבדים ולשפחות ·
והיו שבים לשביהם ורדו בנגשיהם :
3. והיה ביום הניח יהוה לך
מעצבך ומרגזך ומן העבדה הקשה
אשר עבד בך : 4. ונשאת המשל
הזה על מלך בבל ואמרת · איך
שבת נגש שבתה מדהבה : 5.
שבר יהוה מטה רשעים שבט
משלים : 6. מכה עמים בעברה
מכת בלתי סרה · רדה באף גוים
מרדף בלי חשך : 7. נחה שקטה
כל הארץ · פצחו רנה : 8. גם
ברושים שמחו לך ארזי לבנון · מאז
שכבת לא יעלה הכרת עלינו : 9.
שאול מתחת רגזה לך לקראת
בואך · עורר לך רפאים כל עתודי
ארץ הקים מכסאותם כל מלכי גוים :
10. כלם יענו ויאמרו אליך · גם
אתה חלית כמונו אלינו נמשלת :
11. הורד שאול גאונך · המית נבליך ·
תחתיך יצע רמה ומכסיך תולעה :
12. איך נפלת משמים הילל בן
שחר · נגדעת לארץ חולש על גוים :
13. ואתה אמרת בלבבך · השמים

*ſedibus imis propter te motus eſt ; ex-
citavit , ut tibi obviam venirent , gi-
gantum cœtus , univerſos terræ duces ;
ſurrexêre ſoliis ſuis omnium gentium
reges. 10. En te omnes compellant
his verbis : ergò , non ſecùs ac nos ,
tu quoque defeciſti ; nunc te habemus
nobis ſimilem. 11. Deturbata eſt ad
Inferos gloria tua ; concidit cadaver
tuum : ſunt pro cubili tineæ , pro ſtra-
gulo vermes. 12. Quomodò cecidiſti
de cœlo , Lucifer , auroræ filius ! Tu,
qui populos ſternebas , radicitùs ex-
ciſus es. 13. Tu tamen hæc tecum
animo meditabaris : ego cœlos aſ-
cendam ; ego thronum meum ſupra
Dei ſtellas extollam ; ſedem meam
dabo montem ſolemnitatum , latera
aquilonis. 14. Ego celſa nubila con-
ſcendam ; ego ſimilis ero Altiſſimo.
15. Imò verò ad Infernum deturba-
bere , ad latera ſepulcrorum. 16. Qui-
cunque te aſpicient , in te ſtupebunt ;
hæc ſecum reputabunt ; hic vir hic
eſt , qui turbabat terram , regna con-
vellebat ; 17. Qui faciebat orbem
deſerto ſimilem , urbium everſor ; qui
nolebat ſolvere captivos ſuos. 18. Uni-
verſi gentium reges ſuâ quiſque in
æde honorificè decumbunt. 19. Tu
verò jaces inſepultus , ſic tanquam
ſtirps contempta & areſacta , ut cal-
catum cadaver. Qui pereunt , enſe
tranſverberati , ſepulcrorum in lapi-
dibus deponuntur ; 20. Tu cum eis
non aggregabere ad ſepulturam ; in-
quinaſti enim terram tuam , interne-
cioni dediſti populum tuum. Semen
impiorum abolebitur in perpetuas æta-
tes. 21. Stragem parate filiis ejus
propter iniquitatem parentum , ne
conſiſtant , ne-ve terram poſſideant im-
pleantque orbem latrociniis. 22. Ego
in eos inſurgam , dicit Dominus*

אעלה ממעל לכוכבי אל ארים
כסאי · ואשב בהר מועד בירכתי
צפון : 14. אעלה על במתי עב ·
אדמה לעליון : 15. אך אל שאול
תורד אל ירכתי בור : 16. ראיך
אליך ישגיחו אליך יתבוננו · הזה
האיש מרגיז הארץ מרעיש ממלכות :
17. שם תבל כמדבר ועריו הרס ·
אסיריו לא פתח ביתה : 18. כל
מלכי גוים כלם שכבו בכבוד איש
בביתו : 19. ואתה השלכת
מקברך כנצר נתעב לבש הרגים
מטעני חרב יורדי אל אבני בור
כפגר מובס : 20. לא תחד אתם
בקבורה · כי ארצך שחת עמך
הרגת · לא יקרא לעולם זרע מרעים :
21. הכינו לבניו מטבח בעון אבתם
בל יקמו וירשו ארץ ומלאו פני
תבל ערים : 22. וקמתי עליהם
נאם יהוה צבאות · והכרתי לבבל
שם ושאר ונין ונכד נאם יהוה :
23. ושמתיה למורש קפד ואגמי
מים · וטאטאתיה במטאטא השמד
נאם יהוה צבאות :
24. נשבע יהוה צבאות לאמר ·
אם לא כאשר דמיתי כן היתה
וכאשר יעצתי היא תקום : 25.
לשבר אשור בארצי ועל הרי
אבוסנו · וסר מעליהם עלו וסבלו
מעל שכמו יסור : 26. זאת העצה
היעוצה על כל הארץ וזאת היד
הנטויה על כל הגוים : 27. כי
יהוה צבאות יעץ ומי יפר · וידו
הנטויה ומי ישיבנה :
28. בשנת מות המלך אחז
היה המשא הזה : 29. אל תשמחי
פלשת כלך כי נשבר שבט מכך ·
כי משרש נחש יצא צפע ופריו
שרף מעופף : 30. ורעו בכורי
דלים ואביונים לבטח ירבצו · והמתי
ברעב שרשך ושאריתך יהרג :
31. הלילי שער · זעקי עיר נמוג
פלשת כלך · כי מצפון עשן בא ואין
בודד במועדיו : 32. ומה יענה

exercituum ; ego Babylonis delebo & nomen , & reliquias , & progeniem , & nepotes , dicit Dominus.

מלאכי גוי · כי יהוה יסד ציון ובה
יחסו עניי עמו :

23. *Ego eam dabo ſedem ericiorum paludemque ſtagnantem. Ego eam ſcopâ*
verram , ſcopâ omnia everrente , dicit Dominus exercituum. 24. *Jusjuran-*
dum fecit Dominus exercituum , hæc dicens ; ſic , ſic fiet , ut cogitavi ; con-
ſilium , quod cepi , ſtabit. 25. *Ego Aſſyrium in terrâ meâ frangam ; ego*
eum in monte meo calcabo ; jugum ejus ab eis depelletur ; onus ejus ab hu-
meris ipſorum recedet. 26. *Hoc igitur illud eſt de universâ terrâ decretum*
factum ; hæc erit manus extenſa in omnes gentes. 27. *Quod enim conſilium*
cepit Dominus exercituum , quis irritum faciet , vel quis avertet manum
ejus extenſam ? 28. *Onus verò iſtud factum eſt anno eo , quo mortuus eſt rex*
Achaz. 29. *Ne lætamini , quotquot eſtis , Philiſtæi , propterea quod bacu-*
lus , quo vapulabatis , fractus eſt ; nam colubri ex radice regulus exoritur ;
ſurculus ejus præſter volans. 30. *Fructibus meis maturis pauperes veſcentur ;*
humiles in tuto recubabunt. Tuam verò ſtirpem fame conficiam , tuæque reli-
quiæ occidentur. 31. *Exoriantur in portâ ululatus , in urbe vociferationes ;*
Philiſtæa omnis tabeſcit ; quippe venit ab aquilone vortex fumi ; agmina
conferta erunt , nec ſeparata. 32. *Quid reſponſuri ſunt legati gentis ? Ni-*
mirum Sion fuiſſe à Domino fundatam , pauperesque populi ejus eſſe in eâ
ſecuros.

---

6. מכת בלתי סרה , *plagâ ſine ſanatione.* Ita Vulgatus ex Græcis Intt. vide quæ diximus ad cap. 1. v. 5.

7. & 8. נחה שקטה : Meliùs Syrus , ושלית , *& ſiluit* , interjectâ conjunctione , *quievit & recreata eſt* , כל הארץ , *universa terra* , poſito poſt הארץ puncto majori ; nam malè interpunctio major facta eſt poſt פצחו רנה , cùm conſtet verbum פצחו habere pro nominativo nomen ברושים , quod ſequitur , & parallela eſſe פצחו & שמחו , unum in Libani *cedris* , alterum *in abietibus.* Etiam fuit גם malè collocatum. Quippe גם alterum membrum debet inchoare , ante שמחו poſitum , atque id pertinet ad ארזי , *cedros* : vide verſionem.

11. המית נבליך : Optimè Vulgatus , *concidit cadaver tuum* , ex ſcriptione הומת נבלך. Ineptè quidam Recentiores , *ſtrepitus nabliorum tuorum..* Num enim muſica inſtrumenta *deſcendunt ad Inferos ?* Nec eos decebat imitari Chaldæi & Syri penè ludicram ſententiam , quorum ille habet , *ſtrepitus laudis muſicæ tuæ* ; hic , *mortua eſt lyra tua.*

12. חולש על גוים , *debilitans* , ſeu *domans gentes*. Fuit על , pro את ſcriptum. Nam חולש activum eſt , nec alibi reperitur , ſubſequente præpoſitione על.

15. אך אל שאול תורד , *imò verò ad Infernum deſcendes.* Hæc verba ſunt Iſaiæ , non jam mortuorum , regem Babylonis alloquentium , ut liquet ex futuro תורד , *deſcendes.* Hæc & quæ ſequuntur , conveniunt in Baltazar , Chaldæorum ultimum regem ; quæ verò anteceſſerunt , in Nabuchodonoſor , qui dixerat , *ſimilis ero Altiſſimo.* Nimirum tangit Propheta Babylonis , non unum aut alterum regem , ſed reges ipſamque regni eorum majeſtatem ac ſuperbiam , qualis fuit ab Iſaiæ ætate uſque ad Cyrum , Perſarum regem ; quomodò ſuprà Judæorum reditum ſic deſcribit , ut reditu in ipſo complectatur ea , quæ multo tempore poſt ipſum reditum evenerunt. Neque enim Judæi , cùm primùm Babylone redierunt , *captivos fecerunt eos , quorum captivi fuerant.*

17. ביתה : Hoc verbum quid ſignificet hoc loco , non facilè divines ; potiùs credas id fuiſſe iteratum ex verbo בביתו , quod abſolvebat lineam ſequentem. Certè id omittunt Græci Intt. Syrus & Arab. Vulgatus *carcerem* , ex ſententiâ , non ex ipſo verbo. Similiter Chaldæus תרעא , *januam* , non quòd legeret פתח iteratum , in accuſandi caſu ; nam אסירי , eſt ille ipſe caſus , qui eſſet לאסירי , in dandi caſu , ſi adeſſet alter rei caſus.

19. לבש : ſeu *indutum* dicas , ſeu *veſtimentum* , nihil ſanum elicies ; nec dubium quin לבש malè natum fuerit ex ויבש , genuinâ ſcripturâ , ut ſeries ſit , *ſicut ſtirps contempta , & quæ ſiccata eſt* , poſito ויבש in futuro , poſt Participium נתעב huic parallelum ; quæ ſcribendi forma in metrico ſermone frequentiſſima eſt. Hic primus error. Alter eſt in ordine perturbato. Hæc

enim verba כפגר מובס , *ut cadaver conculcatum* , parallela ſunt prioribus illis , כנצר נתעב ויבש , poſtulantque ut cum eis proximè jungantur. Quod quidem probatur ex eo quòd , pugnantia , ubi nunc ſunt , loquuntur. Nempe comparatio inſtituitur eorum , qui , ſi gladio in pugnâ ceciderunt , poſt pugnam ſepeliuntur , cum rege Babylonis , qui jacebit inſepultus. Atqui ſi ſepeliuntur , non ſunt *ut cadaver conculcatum.* Nec eſt ut dicas , hæc eadem verba , *ut cadaver conculcatum* poſſe necti cum illis ſequentibus , *non unieris cum eis in ſepulturâ* , ſublato inter hæc puncto majori. Nam hæc eſſet altera ordinis perturbatio , nec non inutilis redundantia , in quâ oratio , quæ eundo creſcere debet , minueretur. Ordo eſſe deberet talis , *non unieris cum eis in ſepulturâ* , *ut cadaver calcatum* , ut rei ſimili ſimilitudo poſt adderetur , & ne *cadaver calcatum* , quod plus dicit , quàm *non ſepelieris* , loco in priore collocaretur : vide verſionem, & adi ad Veteres in Polyglottis , quos omnes præter Syrum , qui nihil dicit , videbis ab hodiernâ ſcripturâ deviâſſe. Denique delendum punctum majus ante לא תחד , ne poſterius membrum à priore malè diſſocietur. Interpunctio major fuerat potiùs collocanda ante הרגים , quo in verbo nova naſcitur ſententia.

21. ומלאו פני תבל ערים : Vulgatus , *implebunt faciem orbis civitatum.* Ita olim Græci Codices , in quibus Hieronymus legebat *πολέων* , *civitatum* ; non , ut hodiè legitur, *πολέμων* , *bellorum* , ſententiâ meliore illâ quidem , ſed ſcriptione Græcâ deteriore ; etenim ערים ſignificat *civitates* , non *bella.* Chaldæus , בעל דבבו , *inimicis* , parùm feliciter. Multò præſtat עדים , *prædis* , vel *latrociniis.* Non malè etiam convertas עדים , *remotionibus* , ſive *abominationibus.*

25. ועל הרי אבוסנו , *& in monte meo calcabo eum* (*Aſſyrium* ;) Nempe regem Sennacherib ; cujus exercitus ab Angelo ſub mœnibus ipſis Jeruſalem profligatus eſt. Tangit Propheta varias clades Aſſyriorum poſt futuras ; nunc autem cladem proximè adventuram , in quâ Iſrael pignus habeat cæterarum.

30. ורעו בכורי דלים , *& paſcentur primogenitis meis pauperes* , ſeu *fructibus optimis* , quia non jam demetent Philiſtæi ſegetes maturas. Minùs benè Vulgatus , *primogeniti pauperum.* Nam cùm בכורי notare ſoleat id quod optimum eſt , quodque in quâque re videtur præſtantiam habere ac excellentiam ; parùm intelligitur quonam pacto id *pauperibus* accommodetur.

31. נמוג פלשת כלך. Arias , *liquefacta Pheleſeth omnis tu* , ex hodierno mendo כלך , pro כלה , *omnis* , ſine affixo perſonæ ſecundæ , ut legebant , præter Chaldæum , omnes Veteres. Notaretur perſona ſecunda in verbo ipſo נמוג , dicereturque נמגת , ſi pronomen כל perſonæ eſſet ſecundæ. Sed decepit Scribam id פלשת כלך , quod extat , v. 29. Scriptura antiqua hæc videtur , נמגה פלשת כלה , niſi כלך ... נמגת , perſonâ ſecundâ utrobique poſitâ ; ſed Veteres legunt utrobique tertiam. מצפון עשן בא... , *ex aquilone fumus venit* ; i. e. ex Judâ , cujus in meridie ſita eſt Philiſtæorum regio. Sic accipiendum עשן , ut pulveris globus , qui longè proſpicientibus fumus eſſe videatur ; nam deſcribitur exercitus adveniens in verbis illis , ואין בודד במועדיו , *nemo eſt diſperſus in agmine ejus.* Habet בדד , *ſolum eſſe* , vel *poſt cæteros relictum* , cui Hebr. verbo affine eſt Arabicum בד , *ſeparare* , *diſpergere* , *ſeparatim adoriri* , in pugnâ. Significat propheta , hoſtes venturos confertis agminibus , imparatumque hoſtem oppreſſuros.

32. מה יענה מלאכי , *quid reſpondebunt legati.* Lege יענו , cum Chaldæo & cum Græcis Intt. Hieronymus , quia legebat יענה , vitavit ſoleciſmum , interpretans *nuntiis* , quanquam legitur מלאכי , non למלאכי.

CAPUT XV.

Onus Moab. Vaſtabitur Ar-Moab ; in omnibus finibus Moab audientur fletus & ejulatus.

1. Onus Moab. Vaſtitate noctu adveniente, jacebit Ar-Moab ; vaſtitate noctu adveniente, jacebit vallum Moab. 2. Aſcendunt ad templum Dibon & ad loca excelſa, ut plangant ; in Nebo & in Medaba ululat Moab ; capitibus in cunctis fit calvities ; barbæ omnes avelluntur. 3. In triviis ejus ſaccum induunt ; ſupra tecta ejus edunt ululatus, in plateas ejus univerſi deſcendunt, ut plangant. 4. Clamat Heſebon & Eleale, uſque ad Jaſa auditur vox eorum ; proptereà rumpuntur ilia Moab, vireſque ejus deficiunt. 5. Super Moab gemitus edit cor meum ; uſque ad Segor vitula triennis fugit, eò quòd aſcenſum Luith jam flendo ſuperârunt, eò quòd in viâ Oronaim deſperationis clamores eruperunt; 6. Eò quòd aquæ Nemrim conturbatæ ſunt, quòd omne fœnum aruit, quòd periit herbæ omnis viror. 7. Fecêre illi quidem ſibi reliquias, ſed quæcunque in valle repoſuerunt, Arabes auferent. 8. Ideò limites Moab circumſonabit clamor ; pertinebit ad Gallim ululatus ejus; vociferationes ejus ad puteum Elim, 9. Tum, cùm Dimon aquæ ſanguine redundabunt. Faciam enim ut Dimon ſupereffluat; inundabo eos, qui de Moab fugerint ; reliquias ejus diſperdam.

1. משא מואב · כי בליל שדד
ער מואב נדמה · כי בליל שדד קיר
מואב נדמה ׃ 2. עלה הבית ודיבון
הבמות לבכי · על נבו ועל מידבא
מואב ייליל · בכל ראשיו קרחה ·
כל זקן גדועה ׃ 3. בחוצתיו חגרו
שק · על גגותיה וברחבתיה כלה
ייליל ירד בבכי ׃ 4. ותזעק חשבון
ואלעלה עד יהץ נשמע קולם · על
כן חלצי מואב יריעו · נפשו ירעה
לו ׃ 5. לבי למואב יזעק · בריחה
עד צער עגלת שלשיה · כי מעלה
הלוחית בבכי יעלה בו · כי דרך
חרנים זעקת שבר יעערו ׃ 6.
כי מי נמרים משמות יהיו · כי יבש
חציר כלה · דשא ירק לא היה ׃ 7.
על כן יתרה עשה · ופקדתם על
נחל הערבים ישאום ׃ 8. כי הקיפה
הזעקה את גבול מואב · עד אגלים
יללתה ובאר אלים יללתה ׃ 9.
כי מי דימון מלאו דם · כי אשית על
דימון נוספות · לפליטת מואב אריה
ולשארית אדמה ׃

1. כי בליל שדד : Verbum pro verbo, *etenim in nocte vaſtitas*, ſupple *erit*, vel *adveniet.* Poſteà interpungimus : nam ſic vult membrum poſterius, ubi neceſſe eſt fieri interpunctionem minorem poſt prius שדד. Simul volunt conjungi ער מואב, ut poſteà קיר מואב. Illi qui jungunt שדד cum ער מואב, membrorum partes temerè miſcent, & prætereâ verbum נדמה ſolitarium relinquunt, quod tamen ſolitarium non vult eſſe. Videtur *Ar-Moab* fuiſſe regionis Moab civitas princeps ; quæ eadem deinde nominatur *vallum Moab*, ut pote urbs omnium Moab urbium munitiſſima.

2. עלה הבית ודיבון : Nos Chaldæum ſequimur & Syrum, qui legunt הבית דיבון (vel לבית) עלו, *aſcendunt domum Dibon*, ſublatâ conjunctione ו poſt הבית, ut notetur *templum Dibon*,

& poſitio עלו in numero plur. Nam ſupra-dicti Interpretes convertunt סלקו & סליקו, *ſcandunt*. Niſi revocatur עלו, numerus plur. nihil habebit עלה in ante-dictis, de quo dici queat, *aſcendit*; nam tangitur ſuprà urbs Moab, cujus non eſt *aſcendere*. Nec licet advocare poſteriori ex membro nomen *Moab*, ut eo nominativo utatur verbum עלה. Advocant quidem ſuos nominandi caſus verba Hebraica ex ſuperiore membro inferiora, non ſuperiora ex inferiore.

3. על גגותיה..., *ſuper tecta ejus* (*& in plateis ejus omnes ululant deſcendit fletus.*) Ordo talis perturbatio eſt ordinis; neque enim *deſcendit fletus... ſuper tecta.* Ergò pertinet verbum *deſcendit* ad *plateas*, verbum ייליל ad *tecta*, & ordo ſic digerendus:

על גגותיה כלה ייליל
וברחבותיה ירד בבכי

ſupra tecta ſua omnis ululat, *& in plateas ſuas deſcendit cum planctu.* Ita ſervatur & oppoſitio membrorum, & ordo ipſe faciendi planctûs; qui quidem inchoabatur à ſingulis in ſuo cujuſque tecto, poſteà continuabatur fiebatque publicus in plateis. Ordinem turbatum habuêre Veteres Intt. Itaque eum expedîre non potuerunt: vide eos, ſi juvat, in Polyglottis.

4. חלצי מואב, *ilia Moab* (*rumpuntur.*) Ita Græci Intt. חלצי, ὀσφὺς, *lumbus*, quos Syrus imitatur; atque id multò convenientius, quàm *expediti*, quod Vulgatus. Nam reſpondet vocabulo חלצי, vocabulum נפש altero in membro. ...נפשו ירעה לו, *anima ejus malè eſt ei*, i. e. fatiſcit gemitibus crebris; quod nos ſententiâ eâdem, *vires ejus deficiunt.*

5. בריחה עד צער עגלת שלשיה, *fugit uſque ad Segor vitula triennis.* Erat *Segor* in limitibus ultimis regionis Moab ad auſtralem plagam. Eò confugit Moab, quia hoſtis, ſeu Salmanaſar, ſeu Sennacherib, ab oriente ſeptentrionali veniebat. Vocatur autem Moab *vitula triennis*, propter ejus fortitudinem ac ferociam, fortè etiam propter fugæ velocitatem. Malè quidam putant vocari *Segor* vitulam triennem, non modò quia nihil erat, cur Propheta immoraretur in deſcribendâ Segor, dum ſubjectam habebat materiam *Moab*, non Segor; ſed etiam quia, ſi *Segor* eſt *vitula triennis*, carebit nominativo ſuo verbum בריחה, *fugit*, femininum; (nam מואב, quod antecedit, maſculinum eſt, ut liquet ex fine versûs ſuperioris;) nomen verò עגלת erit in accuſandi caſu, ſi pertinebit ad צער, quod nomen in eo caſu regetur per præpoſitionem עד, cùm tamen is ſit nominativus verbi בריחה.

7. הערבים ישאום, *Arabes hæc auferent.* Ita Græci Intt. rectâ & planâ ſententiâ. Quæcunque Aſſyrii, non reperta, reliquerint, Arabes vicini auferent. Propterea ſubjungitur, *erunt circum undique in limitibus Moab clamores.*

9. אריה: Solus Veterum Vulgatus, *leonem*, qui quidem *leo* congruere vix poteſt cum נוספות, quod aquarum notat *additamentum*, ſive aquas ſupereffluentes. Nos אריה deducimus ex verbo רוה, *irrigare*, *inebriare*, *inundare*, ut ſervetur ducta ex aquis ſimilitudo: vide verſionem.

CAPUT XVI.

Mittet Moab agnum Dominatori terræ. Vaſtabuntur ejus agri & vineæ; tranſibit mare, & colligetur benignè à filiâ Sion. Hæc advenient in Moab poſt annos tres.

1. *Tunc mittent agnum Dominatori terræ de petrâ Deſerti ad montem filiæ Sion.*
2. Eruntque filiæ Moab ad ripas Arnon quaſi nidus, fugientibus avibus, derelictus.
3. Coge conſiliarios, habe deliberationem; fac pleno in meridie ſimilem noctis umbram tuam; abſconde ſedibus pulſos, ne trade profugos.
4. Hoſpitium quærent apud te profugi Moab; eſto eis perfugium contra vaſtatorem;

1. שלחו כר מושל ארץ מסלע
מדברה אל הר בת ציון : 2. והיה
כעוף נודד קן משלח · תהיינה בנות
מואב מעברות לארנון : 3. הביאו
עצה · עשו פלילה · שיתי כליל צלך
בתוך צהרים · סתרי נדחים · נודד
אל תגלי : 4. יגורו בך נדחי
מואב · הוי סתר למו מפני שודד ·
כי אפס המץ · כלה שד · תמו רמס
מן הארץ : 5. והוכן בחסד כסא ·
וישב עליו באמת באהל דוד שפט

nam qui te opprimebat non eſt ampliùs ; finem habet devaſtatio , terrâ pulſi ſunt qui eam calcabant ; 5. Firmatumque eſt per miſericordiam ſolium ; per veritatem in eo ſedet , ipſo in tentorio David , is qui dat jura , quærens æquitatem , accelerans juſtitiam. 6. Audivimus de ſuperbiâ Moab , ut multùm crevit ; arrogantia ejus & ſpiritus feroces non ſic ſunt , ut ejus vires. 7. Ergò edet ululatus Moab ad Moab ; univerſi ejulabunt in ipſis Charcheres fundamentis , gementque de plagis ſuis. 8. Etenim agri Heſebon langueſcunt ; devaſtârunt vineas Sabamâ gentium duces ; palmites ejus uſque ad Jazer conciderunt. Vagatur in deſerto , propagines ſuas reliquit , trajecit mare. 9. Propterea ego vineam Sabama fletibus Jâzer deflebo. Lacrymis ego te meis rigabo , Heſebon & Eleale , quoniam in ſegetes & in meſſes tuas irruit vox calcantium. 10. Sublata eſt hilaritas ; longè exulat agris vineiſque exſultatio ; ceſſavêre cantus & vociferationes , vinum in torcularibus non calcatur ; ſiluêre per me calcantium voces. 11. Propterea in Moab ſtrident , ut cithara , viſcera mea ; in Charcheres , præcordia mea. 12. Videbunt Moab in Excelſis laſſatum : veniet deinde ad Sanctum ſuum oraturus ; ſed neque id ſuccedet. 13. Hoc eſt verbum quod Dominus de Moab jam dudum locutus eſt. 14. Nunc verò hæc ſunt quæ dicit Dominus. Poſt annos tres , qui , ut anni mercenarii numerabuntur , contemptui erit gloria Moab cum divitiis ejus multis. Reliquiæ ejus perquàm tenues erunt , nec diteſcent.

ודרש משפט ומהר צדק ׃ 6.
שמענו גאון מואב גא מאד · גאותו
וגאונו ועברתו לא כן בדיו ׃ 7.
לכן ייליל מואב למיאב כלה יליל ·
לאשישי קיר חרשת תהגו אך
נכאים ׃ 8. כי שדמות חשבון
אמלל · גפן שבמה בעלי גוים
הלמו · שרוקיה עד יעזר נגעו · תעו
מדבר · שלחתיה נטשו · עברו ים ׃
9. על כן אבכה בבכי יעזר גפן
שבמה · אריוך דמעתי חשבון
ואלעלה · כי על קיצך ועל קציריך
הידד נפל ׃ 10. ונאסף שמחה
וגיל מן הכרמל · ובכרמים לא ירנן ·
לא ירעע יין ביקבים · לא ידרך
הדרך · הידד השבתי ׃ 11. על כן
מעי למואב ככנור יהמו · וקרבי
לקיר חרש ׃ 12. והיה כי נראה
כי נלאה מואב על הבמה · ובא אל
מקדשו להתפלל ולא יוכל ׃ 13.
זה הדבר אשר דבר יהוה אל מואב
מאז ׃ 14. ועתה דבר יהוה לאמר ·
בשלש שנים כשני שכיר ונקלה
כבוד מואב בכל ההמון הרב · ושאר
מעט מזער לוא כביר ׃

1. ...שלחו כר מושל , *tunc mittent agnum Dominatori (terræ.)* Quanquam hæc à ſuperioribus, capite diſtinguendo , ſejuncta ſunt , tamen cum eis in eâdem ſententiâ vertuntur. Propterea Moab miſſurus eſt Dominatori ſuo agnos tributarios, quia non jam poterit reſarcire clades ſuas, & rebellionem facere. Legendum ושלחו , *& mittent* , addito nexu , quem exhibet Syrus ; deinde למושל , in dandi caſu , ut Chaldæus. Omiſſum fuerit ל ex ſimilitudine cum litterâ ר antecedente , fortè etiam ו ante שלחו , ex ſimilitudine puncti majoris : quò puncto malè dividitur ab ſuperiori verſu hic verſus. Vulgatus , *emitte agnum Dominatorem terræ* , quam interpretationem non licuit facere noſtram , tum quia deſerit Vulgatus numerum pluralem שלחו , tum quia in medias res inducit vaticinationem de *Meſſiâ* venturo invitam invitâ ſerie orationis. Adde *Meſſiam* nunquam alibi nominari *agnum Dominatorem terræ.* Græci Intt. ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τὴν γῆν , *ut reptilia ſuper terram* , quos credidit L. Cappellus , *aliud penitùs legiſſe , quàm hodie legitur ;* quanquam verba eadem legebant , ſed malè diſtincta ; nam pro כר משל ארץ , legebant כרמש לארץ.

2. קן משלח, *nidus derelictus.* Tolle post hæc verba punctum *Athnac*, quod abest in Codice Orat. 53. Nam verbum תהיינה his verbis annectendum est: *nidus relictus erunt filiæ* (seu *urbes*) *Moab.*

3. & 4. ...הביאו... עשו : Rectè Masoretæ הביאי... עשי, genere feminino singulari. Habet etiam עשי Codex Orat. 53. Alloquitur Propheta *filiam Sion*, quæ generis est feminini, non regionem Moab, quæ masculini. Inducitur regnum Juda, ut deliberans, an Moabitas ab Assyriis vexatos recipere apud se debeant, cùm sibi ipsis minitetur rex Assyriorum; deinde eosdem in proposito confirmat, affirmans fore, ut regno Judæ nihil sit ab Assyriis Sennacheribque rege, metuendum; nam thronum Ezechiæ, Deo protegente, confirmatum iri. ...המץ : Lege חמס, *violentus*, seu *oppressor.*

5. והוכן בחסד כסא, *firmatum est per misericordiam solium.* Agitur Dei misericordia, cui misericordiæ respondet אמת, *veritas*, seu fidelitas in promissis. Nam prædixit Isaias Ezechiæ regi stragem Assyriorum futuram.

7. קיר חרשת : Infra v. 11. קיר חרש, sine ת in fine; ut facilè credas fuisse ת malè iteratum, ex altero ת proximè sequenti. Nos, nomine proprio, interpretamur *Charcheres*, ut Græci Intt. & post eos Arabs. ...:תהגו, *gemetis.* Non dubium quin ויהגו, *& gement*, personâ tertiâ, quæ viget in suprà-dictis, quæque etiam apparet in sequenti vocabulo נכאים, *plagis suis*, quasi נכאיהם. Personam tertiam servat usque ad finem Chaldæus, quem vide.

8. אמלל : Arias, *debilitabo*, personâ primâ, quæ tamen non apparet in sequentibus. Itaque meliùs personâ tertiâ, omnes Veteres, ex אמללה feminino, cujus generis est שדמות ...תעו, *vagantur*, de Moab dictum, numero plurali. Nos, *vagatur*, singulari, ut vitemus ambiguitatem, & ne illud *vagantur*, tribuatur *ducibus gentium*, qui mox antecesserunt.

13. מאז, *jam olim.* Eo verbo docemur Prophetam à versu 6. ubi sermo alius de Moab inchoatur, usque ad hunc versum 12. resumpsisse vaticinationem jam factam, vel ab ipso, vel ab alio Propheta, ut posteà v. 13. adderet, quæ de Moab ante-actis annis prædicta fuerunt, habitura eventum suum post tres annos, non plus nec minus; quomodò, annis mercenarii numerandis, nihil additur, nihil minuitur.

CAPUT XVII.

Onus Damasci. Damascus erit acervus lapidum; civitates Aroer, pascua gregum. Gloria Jacob simul attenuabitur. Sed populi multi vesperè conturbabuntur, manè non erunt.

1. *Onus Damasci. En Damas-*
cus ex urbium numero tolletur, eva-
detque in acervum ruinarum. 2. *Ur-*
bes Aroer dimissæ gregibus erunt;
ibi recubabunt, nec erit qui exterreat.
3. *Ephraim civitate munitâ destitue-*
tur, regno Damascus; Syriæ præs-
tantia sic evadet ut gloria filiorum
Israel, dicit Dominus exercituum.
4. *Eo etiam tempore gloria Jacob*
attenuabitur; qui erat carne pinguis,
fiet macilentus. 5. *Erit enim similis*
ei, qui segetes stantes demetens, quid-
quid spicarum est brachio uno com-
plectitur, vel sicut is, qui spicile-
gium facit in valle Raphaim. 6. *Ra-*
cemi apud eum sic relinquentur, ut

1. משא דמשק · הנה דמשק
מוסר מעיר · והיתה מעי מפלה :
2. עזובות ערי ערער · לעדרים
תהיינה · ורבצו ואין מחריד : 3.
ונשבת מבצר מאפרים וממלכה
מדמשק · ושאר ארם ככבוד בני
ישראל יהיו נאם יהוה צבאות : 4.
והיה ביום ההוא ידל כבוד יעקב ·
ומשמן בשרו ירזה : 5. והיה
כאסף קציר קמה וזרעו שבלים
יקצור · והיה כמלקט שבלים בעמק
רפאים : 6. ונשאר בו עללות
כנקף זית שנים שלשה גרגרים
בראש אמיר · ארבעה חמשה
בסעפיה פריה נאם יהוה אלהי
ישראל : 7. ביום ההוא ישעה
האדם על עשהו · ועיניו אל קדוש
ישראל

oleæ olivæ duæ, vel tres, quæ ſummâ arbore carpuntur, cujus in ramis baccæ pendent quatuor, aut quinque, dicit Dominus Deus Iſrael. 7. In die illâ reſpiciet homo Creatorem ſuum, oculi ejus ſanctum Iſrael intuebuntur. 8. Non jam reſpectabunt opus manuum ſuarum, altaria hæc, quæ digiti eorum fabricati ſunt; non curabunt ampliùs nec lucos, nec delubra. 9. In die illâ civitates ejus munitæ ſic erunt, ut agri illi, quos Amorrhæi, aratione relictâ, præ metu filiorum Iſrael reliquêre: erit ubique vaſtitas. 10. Deum enim tuæ ſalutis oblitus es; roboris tui munimentum non meminiſti. Propterea viridaria læta plantabis, flagella extranea conſeres; 11. Cùmque hæc plantaveris, operam dabis ut creſcant; curabis ut mane gemmæ exoriantur.

ישראל תראינה : 8. ולא ישעה
אל המזבחות מעשה ידיו · ואשר
עשו אצבעתיו לא יראה והאשרים
והחמנים : 9. ביום ההוא יהיו
ערי מעוזו כעזובת החרש והאמיר
אשר עזבו מפני בני ישראל · והיתה
שממה : 10. כי שכחת אלהי
ישעך וצור מעזך לא זכרת · על
כן תטעי נטעי נעמנים וזמרת זר
תזרענו : 11. ביום נטעך תשגשגי ·
ובבקר זרעך תפריחי · נד קציר ביום
נחלה וכאב אנוש : 12. הוי המון
עמים רבים כהמות ימים יהמיון ·
ושאון לאמים כשאון מים כבירים
ישאון : 13. לאמים כשאון מים
רבים ישאון · וגער בו ונס ממרחק ·
ורדף כמץ הרים לפני רוח וכגלגל
לפני סופה : 14. לעת ערב והנה
בלהה · בטרם בקר איננו · זה חלק
שוסינו וגורל לבזזינו :

Sed cùm dies decerpendi veniet, erit ſterilitas; erunt intermortui fructus. 12. Væ colluviei populorum multorum, qui, ut fluctus maris, agglomerantur; tumultui gentium, quæ fremitus edunt, ut fremitus aquarum multarum. 13. Populi ſic fremuêre, ut fremunt aquæ redundantes. Sed eo increpante, de longè fugient; agitabitque eos, ut pulvis montium vento agitatur, ut turbo, à tempeſtate. 14. Veniente veſpere conturbabuntur; mane veniente, non jam erunt. Hæc erit pars eorum, qui nos diripiebant; hæc ſors illorum, qui de nobis prædabantur.

---

1. והיתה מעי : Eſt עי, non מעי, *acervus.* Itaque legendum, vel כעי, *ſicut acervus*, vel potiùs לעי, *in acervum*, ut legunt Chaldæus & Syrus, nec non Græci Intt. qui præpoſitionem ל exhibent in præpoſitione Græcâ εἰς, *in.*

2. ערי ערער, *civitates Aroer*, nempe tractus Syriæ provinciæ, qui ſic vocaretur. Certè ערער præ ſe fert hoc loco nomen proprium. Græci Intt. εἰς τὸν αἰῶνα, *in ſæculum*, ex ſcripturâ עדי ועד עד, aut ſimili, ſed mendosâ.

3. ונשבת מבצר מאפרים, *& ceſſabit urbs munita ab Ephraim*, ſive Ephraim carebit ſubſidio urbium Syriæ munitarum. ...ושאר ארם, *& reliquiæ Syriæ* (*ut gloria Iſrael.*) Atqui nihil habent *reliquiæ*, quod habeat cum *gloriâ* ullam ſimilitudinem. Vix dubitandum, quin ſcipſerit Iſaias ושאת, *& dignitas*, ſeu *præſtantia*, ut vaticinetur Propheta gloriam & magnitudinem Syrorum ſic fore, ut gloriam filiorum Iſrael, ſeu decem Tribuum; hoc eſt, utramque eſſe interituram.

4. ידל כבוד יעקב, *attenuabitur gloria Jacob*, ſive regni Juda. Nam, regno Iſrael deleto, regnum Juda patuit Aſſyriorum incurſionibus, præſertim adveniente in Judam Sennacherib, de quo mox dicetur.

5. וזרעו שבלים יקצר, *& brachium ejus complectetur ſpicas.* Eſt קצר, non modò *metere*, ut ſuprà, ſed *ſtringere*, *arctum facere*, vel *arctè complecti*, Prophetâ ſignificante, meſſem fore exiguam ac penè nullam; ut quæ quiſque metet, contracto brachio ſit portaturus, non autem plauſtris in horrea devecturus. Nî ſequeris hunc ſignificatum, ſententiam expedire vix poſſis; quam non expediêre Veteres, quoniam huic alteri verbo יקצר, *metendi*, ſignificatum dedêre.

9. והאמיר : Opportunè Græci Intt. οἱ Ἀμοῤῥαῖοι, *Amorrhæi*, quia legebant האמרי, quo nomine

plurali regitur verbum plurale עזבו, *reliquerunt*. Mendum האמיר natum fortè ex eo אמיר, quod legitur v. 6. ex mendo autem jam facto nata fuerit ordinis perturbatio, ut אשר post האמיר collocaretur, cùm ipsum האמרי fuisset post עזבו collocandum, ut erat in Codice Græcorum Intt. Itaque verus ordo & vera scriptura talis est: כעזובת החרש אשר עזבו האמרי, *ut derelictio arationis, quam reliquêre Amorrhæi*. Vulgatus והאמיר, *& segetes*, ut sententiæ subveniret. Quòd si dicas האמיר, esse *summum ramum*, vel *arbustum*, quod relictum fuit sine putatione, cùm venerunt in Chanaan filii Israel, vide ne cum Libro Josue (cap. 3. v. 15.) pugnantia loquaris. Nam venêre filii Israel in Chanaan *tempore messis*, quod tempus non est idem cum tempore arborum putandarum. Denique idem incommodum erit, si accipies אמיר pro summo ramo *fructibus onusto*, cùm tempus fructuum decerpendorum non sit idem cum tempore metendæ segetis. Sed rectè *aratio* de tempore messis, quia tellus, ut primùm segetes demessæ sunt, aratro scinditur.

11. תשגשגי: Potiùs, תשגשגו, *crescere id facies*, ne careat suo casu verbum activum. Sic posteà תפריחו, *florescere id facies*, propter eandem causam. נד קציר ביום נחלה וכאב אנוש...: Hæc non explicant Veteres, nec Recentiores. Nos quidem sic, וביום קציר מלחה והאב אנוש, *& in die decerpendi sterilitas & fructus morbidus*, vel *intermortuus*. Non ferendum נחלה, *hæreditas*, de fructu arboris dictum, mox carpendo; ut neque כאב אנוש, *dolor hominis*, vel *dolebit homo*, ubi series postularet, *& tu dolebis*, quoniam personam secundam habent cætera suprà-dicta. Sed nihil tam proclive ad errandum fuit, quàm vocabulum האב, *fructus*, quòd raro usurpatur; nam solent Scribæ in ejusmodi verbis cespitare.

12. הוי המון, *væ multitudini*. Quanquam hæc per *alineâ* separantur, tamen de iisdem temporibus Propheta vaticinatur. Mox famem descripsit rerumque omnium penuriam, quæ in terrâ Juda futura est tum, cùm veniet Sennacherib; nunc exercitui ejus maledicit, qui quidem fuit ab Angelo *vespere conturbatus*, *mane* autem *non ampliùs erat*.

CAPUT XVIII.

Væ terræ Chus, quæ auxilia pollicetur genti oppressæ. Ipsi enim opprimentur, cladem que eorum Dominus spectaculo habebit.

1. *Væ terræ, cujus limites habent*
navium recessus; quæ secùs amnes
Chus sita est. 2. *Quæ per maria mit-*
tit legatos; quæ scirpeis navigiis su-
per aquas hæc mandata: Ite, nuntii
veloces ad gentem quæ raptatur & la-
ceratur, ad populum fractum ærum-
nis & fatiscentem, ad gentem limiti-
bus angustis conclusam & proculca-
tam, cujus terram flumina devastâ-
runt. 3. *Vos, quicunque orbem coli-*
tis, terramque habitatis, conspicite
signa montium, arrigite aures ad tu-
bæ sonitum. 4. *Enimverò hæc dicit*
mihi Dominus: ego me non commo-
vebo; ego spectabo in meâ sede, cùm
super auroram lumen calescet, cùm,
fervente messe, ros in nubem cogetur.
5. *Messe enim nondùm peractâ, cùm*
deciderit flos, acinique succreverint,
devastabit amputabitque falce palmi-

1. הוי ארץ צלצל כנפים אשר
מעבר לנהרי כוש: 2. השלח
בים צירים · ובכלי גמא על פני
מים · לכו מלאכים קלים אל גוי
ממשך ומורט אל עם נורא מן הוא
והלאה · גוי קו קו ומבוסה אשר
בזאו נהרים ארצו: 3. כל ישבי
תבל ושכני ארץ כנשא נס הרים
תראו · וכתקע שופר תשמעו: 4.
כי כה אמר יהוה אלי · אשקוטה
ואביטה במכוני · כחם צח עלי אור
כעב טל בחם קציר: 5. כי לפני
קציר כתם פרח ובסר גמל יהיה
נצה · וכרת הזלזלים במזמרות ואת
הנטישות הסיר התז: 6. יעזבו
יחדו לעיט הרים ולבהמת הארץ ·
וקץ עליו העיט וכל בהמת · הארץ
עליו תחרף: 7. בעת ההיא יובל
שי ליהוה צבאות עם ממשך ומורט
ומעם נורא מן הוא והלאה · גוי קו
קו ומבוסה אשר בזאו נהרים ארצו

tes, propaginesque auferet amputatas. 6. Omnes dimittentur avibus montium terræque bestiis; aves super eum æstatem ducent; omnes bestiæ terræ super eum hyemabunt. 7. Eo tempore, Domino exercituum munus afferet populus ille raptatus & laceratus, populus fractus ærumnis & fatiscens, gens angustis limitibus conclusa & proculcata, cujus terram flumina devastârunt, ad eum locum, ubi habitat Dominus exercituum, ad montem Sion.

אל מקום שם יהוה צבאות הר ציון :

---

1. צלצל כנפים : His verbis notari aliquid terræ Chus proprium, vel situm ejus demonstrari, docet id, quod sequitur, *ultra flumina Chus*, vel *secùs amnes*... Itaque habemus כנפים, ut *limites*, vel *oras* terræ Chus *extremas:* quem significatum antea vidimus, cap. 11. v. 12. צלצל verò ut *umbram, perfugium, recessum*, ut notentur portus regni Æthiopiæ & Ægypti, quam tunc tenebat in ditione suâ rex Æthiopiæ Tharaca. Nam prænuntiat Propheta, debellatum iri ab rege Sennacherib regem Chus, seu Æthiopiæ, Tharacam.

2. לכו מלאכים, *ite nuntii.* Hæc verba sunt Æthiopiæ regis, mittentis in regnum Juda legatos, qui nuntient auxilium contra Assyrios mox adfuturum. ...עם נורא מן הוא והלאה : idem *populus* indicatur, qui antea dictus est *raptatus & laceratus*, ut planum fit non convenire in נורא, *terribilem.* Itaque habemus נורא, ut *perterritum*, in *Niphal Benoni;* postea הוא, ut הוה, *ærumnas, miserias;* והלאה, ut *lassatum*, vel *fatiscentem;* quæ omnia statum regni Judæ mirificè pingunt, ab Assyriis devastatum, regnante Achaz, & regni Ezechiæ primis annis. ...גוי קו קו : verbum pro verbo, *gentem funiculi & funiculi*, seu cujus limites victor funiculo mensus est, & in angustum coegit. Iteratur *funiculus*, ut significetur, limites regni Juda non semel fuisse ab Assyrio victore decurtatos. ...אשר בזאו נהרים ארצו, *cujus terram flumina devastârunt.* Sic Isaias cap. 8. exercitum Assyriorum similem faciebat flumini super ripas suas assurgenti. Eandem similitudinem adhibet rex Æthiopiæ & Ægypti, qui hæc loquitur, ut potè de Nilo ductam, qui, cum surgit ad altitudinem solitâ majorem, Ægypti agros latè devastat.

3. ...כל ישבי תבל, *omnes habitatores orbis.* Hæc sunt adhuc verba Æthiopiæ regis, mandata per legatos suos dantis, ut omnes gentes suæ ditionis, signo dato, confluant, & contra Assyrios proficiscantur.

4. כי כה אמר יהוה, *hæc enim dicit Dominus.* Hæc anneċtuntur ad illud *væ*, in quo initium sumpsit oratio, Deo respondente regi Æthiopiæ, non se tali auxilio egere, nec defensoribus istis, sed se mox spectaculo habiturum & Æthiopum stragem ab rege Sennacherib profligatorum, & ipsorum Assyriorum ab Angelo suo posteà percutiendorum. ...אשקוטה : Meliùs אשקטה, sine ו, Codex Regius 29. ...כחם צח, *cùm lumen calescet.* Notatur stragis Æthiopum futuræ & anni tempus, & hora diei.

5. לפני קציר, *ante messem.* Mox dictum est, כחם קציר, *fervente messe.* In altero notatur tempus colligendæ messis, in altero ipsa messis, seu collectio frugum, quæ nondum absoluta erit, cùm Æthiopes bello peribunt.

6. ...יעזבו יחדו לעיט הרים, *relinquentur simul avibus montium (& bestiis terræ.)* Explicatur in his verbis similitudo superior vineæ, quam Deus sit vastaturus. Nempe hic aguntur cadavera, quæ prædæ habebunt bestiæ terræ & aves cœli, ut significetur vineam & palmites amputatos esse exercitum Æthiopum. Neque enim palmites resectos pro cibo habent aves cœli & bestiæ terræ.

7. ומעם, *& à populo (afferetur munus.)* Hoc ומעם cum præpositione מ, monet omissum fuisse מ in superiore עם, & legendum esse, צבאות מעם, *afferetur (יובל) munus Domino exercituum à populo.* ...שם : Lege ששם, *ubi est (Dominus,)* ut alibi. Tanguntur hîc munera & victimæ, quæ Deo allatæ sunt, Sennacherib rege, paulò post devictum Tharaca, profligato, & cum exercitûs reliquiis fugiente.

CAPUT XIX.

Onus Ægypti. Dominus commovebit ſimulachra Ægypti. Surgent Ægyptii contra Ægyptios. Erunt in Ægypto quinque civitates, quæ Linguâ Chanaan loquentur. Clamabunt Ægyptii ad Dominum, qui mittet eis Liberatorem...

Onus Ægypti. En Dominus nu-
bem levem aſcenſurus eſt, Ægyptum-
que ingreſſurus. Eo præſente, ſimula-
cra Ægypti commovebuntur, corda
Ægyptiorum in ipſis tabeſcent. 2. *Ego*
commiſcebo Ægyptios cum Ægyp-
tiis; pugnabit frater cum fratre,
unuſquiſque cum proximo ſuo; civi-
tas contra civitatem, regnum contra
regnum. 3. *Erunt Ægyptii mentis*
inopes. Ego apud eos conſilium dele-
bo, conſulentque Deos, præſtigiato-
res, pythones & divinos. 4. *Ego Do-*
minatoribus duris tradam Ægyptios;
rex ſævus imperabit eis, dicit Do-
minator Dominus exercituum. 5. *A-*
quæ maris exhaurientur; flumen ſic-
cabitur & areſcet. 6. *fœtebunt amnes;*
aggerum canales tenuabuntur & areſ-
cent; calamus & juncus marceſcent.
7. *Rivuli nudi erunt, nuda rivulorum*
ipſa ora; omne ſemen, quod ſparſum
fuerit prope rivos, diſſipabitur & in-
teribit. 8. *Mœrebunt piſcatores; in*
luctu erunt quicunque hamum in flu-
men mittebant; languidi erunt qui
ſagenam ſuper aquas expandebant.
9. *Attoniti erunt quicunque lina pec-*
tinibus elaborabant; quicunque ma-
culas texebant. 10 *Omnes, qui ſtagna*
piſcoſa quæſtui habebant, retia ipſo-
rum lacera erunt. 11. *Omninò ſtulti*
ſunt principes Taneos; ſapientes

1. משא מצרים · הנה יהוה
רכב על עב קל ובא מצרים · ונעו
אלילי מצרים מפניו · ולבב מצרים
ימס בקרבו : 2. וסכסכתי מצרים
במצרים · ונלחמו איש באחיו ואיש
ברעהו · עיר בעיר ממלכה בממלכה :
3. ונבקה רוח מצרים בקרבו
ועצתו אבלע · ודרשו אל האלילים
ואל האטים ואל האבות ואל
הידענים : 4. וסכרתי את מצרים
ביד אדנים קשה · ומלך עז ימשל
בם · נאם האדון יהוה צבאות : 5.
ונשתו מים מהים ונהר יחרב ויבש :
6. והאזניחו נהרות דללו וחרבו ·
יארי מצור · קנה וסוף קמלו : 7.
ערות על יאור על פי יאור · וכל
מזרע יאור יבש נדף ואיננו : 8.
ואנו הדיגים ואבלו כל משליכי
ביאור חכה · ופרשי מכמרת על
פני מים אמללו : 9. ובשו עבדי
פשתים שריקות וארגים חורי :
10. והיו שתתיה מדכאים · כל
עשי שכר אגמי נפש : 11. אך
אולים שרי צען חכמי יעצי פרעה
עצה נבערה · איך תאמרו אל פרעה ·
בן חכמים אני בן מלכי קדם :
12. אים אפוא חכמיך · ויגידו נא
לך וידעו מה יעץ יהוה צבאות על
מצרים : 13. נואלו שרי צען ·
נשאו שרי נף · והתעו את מצרים
פנת שבטיה : 14. יהוה מסך
בקרבה רוח עועים · והתעו את
מצרים בכל מעשהו כהתעות שכור
בקיאו :

consiliarii Pharaonis consilium dedêre plenum stoliditatis. Quomodò hæc Pharaoni loquimini : ego filius sum Sapientum , veterum ego progenies Senatorum. 12. *Ubi ergò illi sunt tui Sapientes ? Significent nunc tibi & aperiant , Domini exercituum quale sit de Ægypto consilium.* 13. *Principes Taneos delirant ; longè errant principes Mempheos; Ægyptum decepêre Tribuum ejus duces.* 14. *Dominus miscuit apud eos spiritum erroris ; per omnia hæc , quæ operatus est , correpta est Ægyptus vertigine tali , qualis est ebrii ac vomentis.* 15. *Nihil Ægyptii suscepêre , quod non infectum reliquerint caput & cauda , arundo & juncus.* 16. *In die illâ Ægyptus , mulierum more , pavida erit cohorrescetque , Dominum execituum metuens , cùm movebit contra Ægyptum mauum suam.* 17. *Erit autem terrori Ægyptiis terra Juda , quam quicunque mente revocabit , animo expavescet , consilia hæc videns , quæ ceperat de ipso Dominus exercituum.* 18. *In die illâ erunt in Ægypto quinque urbes , quæ Linguâ Chanaan loquentur , quæque per Dominum exercituum jurabunt ; quarum una vocabitur civitas solis.* 19. *In die illâ erit Domino altare mediâ in Ægypto ; monumentum prope limites ejus Domino erectum.* 20. *Quod quidem Dominus exercituum habebit mediâ in Ægypto , ut signum testimoniumque , quomodò ipsum , qui oppressi erant , invocârint , miseritque illis defensorem ac potentem , qui eos liberârit.* 21. *Etenim Dominus Ægypto innotescet , & quoniam Dominum Ægyptii tunc cognitum habebunt , simul ei servient victimis ac donis , & vovebunt Domino vota , quæ implebuntur.* 22. *Dominus afficiet plagâ Ægyptios , ut eosdem sanet ; ut enim ad Dominum revertentur , ita eis exorabilis futurus est , atque eos sanaturus.* 23. *In die illâ erit via strata inde ab Ægypto usque ad Assyrios. Venient Assyrii ad Ægyptios , ad Assyrios Ægyptii ; Religionem habebunt unam Ægyptii cum Assyriis.* 24. *In die illâ tertius erit Israel cum Ægyptio &*

בקיאו : 15. ולא יהיה למצרים
מעשה אשר יעשה ראש וזנב כפה
ואגמון : 16. ביום ההוא יהיה
מצרים כנשים · וחרד ופחד מפני
תנופת יד יהוה צבאות אשר
הוא מניף עליו : 17. והיתה
אדמת יהודה למצרים לחגא · כל
אשר יזכיר אתה אליו יפחד מפני
עצת יהוה צבאות אשר הוא יועץ
עליו : 18. ביום ההוא יהיו חמש
ערים בארץ מצרים מדברות שפת
כנען · ונשבעות ליהוה צבאות · עיר
ההרס יאמר לאחת : 19. ביום
ההוא יהיה מזבח ליהוה בתוך ארץ
מצרים ומצבה אצל גבולה ליהוה :
20. והיה לאות ולעד ליהוה צבאות
בארץ מצרים · כי יצעקו אל יהוה
מפני לחצים · וישלח להם מושיע
ורב והצילם : 21. ונודע יהוה
למצרים · וידעו מצרים את יהוה
ביום ההוא · ועבדו זבח ומנחה ·
ונדרו נדר ליהוה ושלמו : 22.
ונגף יהוה את מצרים נגף ורפוא ·
ושבו עד יהוה ונעתר להם · ורפאם :
23. ביום ההוא תהיה מסלה
ממצרים אשורה · ובא אשור
במצרים ומצרים באשור · ועבדו
מצרים את אשור : 25. ביום
ההוא יהיה ישראל שלישיה למצרים
ולאשור · ברכה בקרב הארץ : 25.
אשר ברכו יהוה צבאות לאמר ·
ברוך עמי מצרים ומעשה ידי אשור
ונחלתי ישראל :

N

Assyrio, ut mediâ in terrâ benedicatur. 25. *Quippe in hæc verba benedicet eis Dominus exercituum : Benedictus populus meus Ægyptius & Assyrius, opus manuum mearum & hæreditas mea Israel.*

---

1. משא מצרים, *onus Ægypti.* Uti solemus, interpretando, nomine *onus*, quod idem adhibet Vulgatus in titulis ejusmodi prophetiarum. Quippe nullum benè Latinum verbum reperimus, quod Hebr. vocabulo משא responderet. Nempe in eo verbo significantur & mala, quæ denuntiantur, & aliquandò etiam malis admixta bona, ut hoc in capite, in quo post Ægypti tumultus futuros, prænuntiatur liberatio Ægypti postea eventura.

2. וסכסכתי מצרים..., *& miscebo Ægyptum...* Hìc notantur belli Psammitici tumultus, quos ex Herodoto ita paucis Hugo Grotius : » Sennacheribo Assyriorum regi coævus fuit Sethon, » Vulcani Sacerdos, rex Ægypti. Nam & bellum Sethoni intulit Sennacheribus. Sethone mortuo, divisa est Ægyptus in reges duodecim, quorum fuit Psammiticus. Is in paludes ab » Ægyptiis relegatus, collectâ factione, & Ionum & Carum, qui mare infestum habuerant, » ope adjutus, undecim reges alios vicit atque interfecit. Huic autem in regnum successit is » Nechos, qui Josiæ bellum fecit. « ...וממלכה בממלכה, *& regnum contra regnum*, sive *Nomus contra Nomum ;* sic Græci vocabant Ægypti præfecturas.

4. אדנים קשה; fortè קשים, *dominatores duros*, nempe duodecim reges, qui suos quisque populares tributis opprimebant, ut subsidia belli haberent. ...ומלך עז, *& rex sævus ;* ipse Psammiticus.

5. ונשתו מים מהים, *& siccabuntur aquæ ex mari ;* sic erit mare pro Ægyptiis, quasi aquis exhaustum, quia maris commercia deficient, propter piratas. ...ונהר יחרב, *& fluvius siccabitur ;* ejus aquæ erunt depressiores, quam ut rigare terras possint, aut verò navigari.

6. והאזניחו נהרות. Superfluit א, post ה, *Hiphil* notam ; nam forma האזניח, barbara est ; & partim Hebraica, partim Chaldaica. Græci Intt. ἐκλείψουσι, *deficient*, bonâ sententiâ, sed incertum an ex verbo ipso זנח. Nos, *fætebunt*, ex Arab. potestate. Nam Hebr. Lexica hic deficiunt ; & malè Buxtorfius junior in Lexico suo, *retrò abjecerunt*, cùm *flumina* talem recusent significatum.

7. ערות : Recentiores, *gramineta*, tanquam idem esset ac ארות, quanquam sine autoritate & sine exemplo ; nisi quòd Syrum sequuntur, qui לועא, *alga ;* sed malè consociatur *alga* cum sequentibus verbis ; & meliùs Masoretæ interpunctionem minorem fecêre post פי יאור. Nos insistimus in solito significatu *nuditatis :* nudi erunt rivi, nuda ipsa ora rivorum, ita ut aquæ Nili depressiores ne intrent quidem in ipsos rivos, prope Nilum anteà defossos, ut aquam fluminis exciperent. Sunt פי יאור, *ora*, seu capita ipsa *rivorum*, quæ ad alveum Nili pertinebant.

10. שתתיה : Buxtorfius in Lexico suo, *fundamenta ejus, id est, consilia prava adversùs alios inita ;* sed *fundamenta*, pro *consiliis*, res prorsùs inaudita. Præterea quàm aptè hæc *consilia*, in pauperculis hominibus, qui piscatu victum quærunt ! Adde, affixum femininum in שתתיה, carere Antecedenti. Nec dubium, quin cùm olim legeretur, שתתיהם מדכאים, omissum fuerit alterum ם ex similitudine. Legendum שתתיהם, *retia eorum* (*fracta ;*) atque id membrum prius postponi debet posteriori, hoc modo : כל עשי שכר באגמי נפש • יהיו שתתיהם מדכאים, *omnes qui facient quæstum in stagnis animæ viventis, erunt retia eorum lacera ;* ut affixum הם plurale habeat pro Antecedente כל עשי.

11. אולים, *stulti.* Codex Reg. 3. אוילים; sic Oratorienses 42. & 56. Ita passim scribitur. ...בן מלכי קדם... : Nos, *ego veterum progenies senatorum ;* nam *regum* non quadrat in hunc locum. Est מלך, *consulere*, *consilium*, *consiliarius*, non modò Chaldaicum, sed Hebraicum : vide *Nehem. cap. 5. v. 7.*

13. נשאו שרי נף, *longè errant principes Mempheos ;* נשאו deducimus ex שוא, *error*, *mendacium ;* unde *Hiphil* השיא, *seducere*, *in errorem trahere ;* quod *Hiphil* novi Grammatici deducunt ex נשא; meliùs facturi, si ex שוא deduxissent. Quippe verbum נשא nullum habet in *Kal* significatum, qui sit affinis verbo *seducere*, vel *decipere.*

14. רוח עועים, *spiritum perversitatum*, seu *pravitatum*, ex עוה, *pervertere*, generatim acceptо. Significantur *consilia perversa.* ...והתעו : Syrus, ואטעיה, *& errare fecit*, quasi legeret והתעה. Sed rectè והתעו, *& in errorem abducti fuerunt.* ...בכל מעשהו, *omnibus operibus ejus ;* Dei scilicet, sua de Ægypto consilia perficientis.

15. ראש וזנב, *caput & cauda ;* sive proceres & infima plebs : vide suprà cap. 9. v. 15. Idem dixeris de *arundine* atque *junco.*

18. עיר ההרס, *civitas solis*, ex scripturâ החרס, quam habuit Symmachus. Hæc civitas est *Heliopolis*, in quam multi Judæi confugerant, Antiochum fugientes. Qui, cùm Deum adorarent in Templo Bubastæ ab Oniâ prope Heliopolim ædificato, multis Ægyptiis exemplum dedêre, ut Deum verum adorarent. *Quinque urbes* erant prope *Heliopolim* à multis Judæis habitatæ, qui Linguam suam ibi vernaculam fecerunt. Itaque Hieronymus docet, eas quinque urbes adhuc uti, suâ ætate, Hebr. Linguâ, hoc est Syro-Chaldaicâ.

20. וישלח להם מושיע ורב, *miseritque eis defensorem ac potentem* (*ut liberaret eos.*) Nempe Popilium classis Romanæ ducem, qui Antiochum regem, bellum contra Ægyptios parantem,

circulo humi descripto circumscripsit, jussitque eum populo Rom. postulanti, ut dimitteret Ægyptios, responsum dare, antequàm circulo egrederetur. Cui Antiochus respondit se facturum, quod populo Rom. placeret. Hanc salutem Deus fecit Ægyptiis, propter urbium quinque habitatores, qui ejus auxilium imploràrant: vide in hunc locum Isaiæ Gallicum Explanatorem.

23. & 24. ...ביום ההוא, *in die illâ*... Sequitur Propheta ordinem temporum, ita tamen ut *in die illâ*, latè pateat, ut sæpe. Nam quæ hic prænuntiantur de tribus populis, Assyrio, Ægyptio & Israel in unam religionis societatem collectis, quibus Deus sit benedicturus, hæc alia, quàm Evangelii, tempora notare vix possunt. ...ועבדו מצרים את אשור: verbum pro verbo, & *servient*, vel *adorabunt Ægyptii cum Assur*; nam sæpe עבד significat *servire*, tanquam *adorare*. Non benè Interpretes, *servient Ægyptii Assyriis*; ubi prædicitur fore intimam utriusque populi necessitudinem, & æqualem partem bonorum & felicitatis.

CAPUT XX.

Quo tempore Azoth ab Assyriis oppugnatur, jubetur Isaias prodire in publicum sine sacco & sine calceis, ut significet sic abductum iri ab Assyriis Ægyptios & Æthiopas, quorum auxilium Azotii expectabant.

1. *Anno eo, quo venit Tharthan ad Azoth, mittente eum Sargon Assyriæ rege, ille eam oppugnavit, quam & cepit.* 2. *Eo tempore Dominus ad Isaiam, filium Amos, sic locutus est: vade, exue saccum lumbis tuis, pedibusque solve calceos. Ille sic fecit; gradiebatur nudus & sine calceis.* 3. *Dixitque Dominus: quemadmodum servus meus Isaias ingressus est annos tres nudus, & sine calceis, ut Ægyptiis ac Æthiopibus signum esset ac portentum;* 4. *sic abducet rex Assyriæ captivos Ægyptios, &, quos deportabit, Æthiopas, tam pueros, quàm senes, nudos & sine calceis natibusque detectis; nuditas Ægypti ostendetur.* 5. *Tum stupebunt, pudebitque eos Æthiopiæ, quam respectabant; Ægypti, propter quam gloriabantur;* 6. *Dicetque eodem tempore oræ istius habitator: En quo devenêre illi, quos respiciebamus, ad quorum opem confugeramus, ut nos ab rege Assyriæ liberarent. Nos verò, quomodò effugiemus?*

1. בשנת בא תרתן אשדודה
בשלח אתו סרגון מלך אשור וילחם
באשדוד וילכדה : 2. בעת ההיא
דבר יהוה ביד ישעיהו בן אמוץ
לאמר · לך ופתחת השק מעל
מתניך ונעלך תחלץ מעל רגלך ·
ויעש כן · הלך ערום ויחף : 3.
ויאמר יהוה · כאשר הלך עבדי
ישעיהו ערום ויחף שלש שנים
אות ומופת על מצרים ועל כוש :
4. כן ינהג מלך אשור את שבי
מצרים ואת גלות כוש נערים וזקנים
ערום ויחף וחשופי שת ערות
מצרים : 5. וחתו ובשו מכוש
מבטם ומן מצרים תפארתם : 6.
ואמר ישב האי הזה ביום ההוא ·
הנה כה מבטנו אשר נסנו שם
לעזרה להנצל מפני מלך אשור ·
ואיך נמלט אנחנו :

---

1. ...וילכדה: Nos, *quam & cepit*, ut intelligatur captam fuisse ab Assyriis urbem Azoth, non item anno eodem fuisse captam, quo venerat in obsidionem. Nam sequentia demonstrant, fuisse

Azoth annos tres obsessam. Nimirum hæc Isaias vaticinatus est, urbe obsessâ, nondum captâ.

2. הלך ערום, *ingrediebatur nudus;* hoc est, ut rectè Grotius, » interulâ inductus. Solebant » autem taliter se habere qui captivi abducebantur, detractâ per victores veste meliore. « Quare maximè miramur Isaiæ Gallicum Explanatorem, qui quidem ostendere conatur fuisse Isaiam omni veste nudum; quia, inquit, captivi bello facti, quorum personam induebat Isaias, omni veste spoliati, nudo corpore abducebantur. Unde enim id rescivit? Vel cui persuadebat Isaiam deambulasse annos tres per membra omnia nudum? An putabat fuisse etiam mulieres nudo corpore abductas? Intererat victorum captivos suos in bonâ valetudine bonoque corporis habitu esse, ut eos multi venderent. Ergo ab eo longè aberant, ut captivos suos per longa itinera frigore aerisque intemperie nudos enecarent, præsertim mulieres ob ipsarum teneritatem & mollitiem, & verò etiam ne lasciviæ militum paterent. Dicitur David in Libro Samuelis secundo saltasse nudus, qui tamen ibidem memoratur fuisse Ephod indutus. Talis ferè est hoc loco Isaiæ prophetæ *nuditas.* Personam amplam gerebant in regno & in Religione prophetæ; sic ut ingredi sine prophetæ veste non minùs infame videretur, quam si quis Ecclesiæ præsul hodie in publicum prodiret, interulâ unâ vestitus. Quòd si quando eveniebat, ut captivorum captivarumque, cùm vendebantur, omnes vestes detraherentur, emptore sic volente, ne corporis vitium aliquod lateret, nemo sanus dixerit, hoc exhibere jussum fuisse Isaiam. Num enim tres anni requirebantur, ut venditionis istius momentum temporis unum Isaias exhiberet? Ergò id relinquitur, ut Isaias eo modo prodiret nudus, ut iter captivi faciebant, postquàm vestibus conditioni vitæ propriis exuti fuerant. Propterea jubetur Propheta exuere *saccum*, non autem cæteras omnes vestes.

5. וחתו, *tum stupebunt.* Hæc dicuntur de Azotiis, qui tum demùm de salute desperant, postquàm viderunt Æthiopum Ægyptiorumque magnam fuisse multitudinem ab Assyriis captam per annos tres, ductamque in servitutem. Ut appareat, urbem Azoth fuisse annos, non minùs quàm tres, obsessam. Quippe anni tres, per quos Isaias nudus ambulavit, initium habuêre in anno ipso, quo urbs Azoth in obsidionem venit, ut docet versus 1. atque iidem annni tres significabant fore, ut Ægyptii & Æthiopes, quorum auxilium Azotii expectabant, totidem annos in servitutem abducerentur; quibus exactis, Azotii animis concidunt & deditionem parant: vide suprà ad versum 1.

CAPUT XXI.

Speculator nuntiat appropinquare equites asinis & camelis vectos; clamatur cecidisse Babylonem. Onus Duma... Onus Arabiæ. Arabes profligabuntur, sagittarii pauci remanebunt.

1. *Onus (Babylonis.) Ex deserto
maris transit quasi tempestas australis;
ex deserto venit, de regione metuen-
dâ.* 2. *Visio mihi dura significatur:
qui invadit, invadat; qui devastat,
devastet. Proficiscere Ælam, obside
Mede, omnibus cunctationibus ejus,
finem impone.* 3. *Propterea lumbos
meos tormina penitùs tenent, corri-
puit me dolor, ut dolor parturientis;
titubavi hæc audiens; collapsus sum
hæc videns..* 4. *Exerrat cor meum,
abripiunt me vertigines; deliciæ meæ
vespertinæ conversæ sunt in terrores.*
5. *Instrue mensas, contemplare spe-
culator; edite ac bibite, eia agite,*

1. משא מדבר ים · כסופות
בנגב לחלוף ממדבר בא מארץ
נוראה : 2. חזות קשה הגד לי ·
הבוגד בוגד והשודד שודד · עלי
עילם · צורי מדי · כל אנחתה
השבתי : 3. על כן מלאו מתני
חלחלה · צירים אחזוני כצירי יולדה ·
נעויתי משמע · נבהלתי מראות :
4. תעה לבבי · פלצות בעתתני ·
את נשף חשקי שם לי לחרדה : 5.
ערך השלחן · צפה הצפית · אכול
שתה · קומו השרים משחו מגן :
6. כי כה אמר אלי אדני · לך
העמד המצפה · אשר יראה יגיד :
7. וראה רכב צמד פרשים רכב
חמור רכב גמל · והקשיב קשב רב
קשב :

קשב ׃ 8. ויקרא אריה על מצפה ׃
אדני אנכי עמד תמיד יומם ועל
משמרתי אנכי נצב כל הלילות ׃
9. והנה זה בא רכב איש צמד
פרשים ׃ ויען ויאמר ׃ נפלה נפלה
בבל וכל פסילי אלהיה שבר לארץ ׃
10. מדשתי ובן גרני ׃ אשר שמעתי
מאת יהוה צבאות אלהי ישראל
הגדתי לכם ׃
11. משא דומה ׃ אלי קרא
משעיר ׃ שמר מה מלילה ׃ שמר מה
מליל ׃ 12. אמר שמר ׃ אתא
בקר וגם לילה ׃ אם תבעיון בעיו ׃
שבו אתיו ׃
13. משא בערב ׃ ביער בערב
תלינו ארחות דדנים ׃ 14. לקראת
צמא התיו מים ישבי ארץ תימא ׃
בלחמו קדמו נדד ׃ 15. כי מפני
חרבות נדדו ׃ מפני חרב נטושה
ומפני קשת דרוכה ומפני כבד
מלחמה ׃ 16. כי כה אמר אדני
אלי ׃ בעוד שנה כשני שכיר וכלה
כל כבוד קדר ׃ 17. ושאר מספר
קשת גבורי ׃ בני קדר ימעטו ׃ כי
יהוה אלהי ישראל דבר ׃

principes, ungite clypeum. 6. *Hæc enim dicit mihi Dominus meus : vade, pone excubitorem, qui renuntiet, si quid videbit.* 7. *Ille verò equitem videt bino vectore insidentem, equitem asini & equitem cameli ; ille audit sonitum magis magisque crescentem.* 8. *Clamat ad aures meas excubitor : ego, Domine mî, excubiis in meis mansi totam diem, ego totam noctem steti.* 9. *Ecce autem appropinquat eques, homo insidens bino vectore. Continuò exclamat ; cecidit, cecidit Babylon ; omnia ejus simulacra humi fracta jacent. En quales erunt, quos ego in areâ meâ triturabo.* 10. *Ego verò quæcunque audivi à Domino exercituum, Deo Israel, hæc nuntiavi vobis.* 11. *Onus Duma: venit ad me de Seir hic clamor : excubitor, quid de nocte ? Excubitor, age, quid de nocte ?* 12. *Excubitor autem ; advenit, inquit, lux matutina, etiam nox advenit. Quoniam sciscitari vultis, sciscitamini.... Revertimini, atque hæc perferte.* 13. *Onus Arabiæ. Hospitabimini sub vesperam in sylvâ, in semitis Dedanim.* 14. *Ferte aquas obviam sitienti, qui habitatis terram Theman ; occurrite fugienti, ut suppeditetis ei cibum.* 15. *Nam futurum est, ut in aspectu gladiorum fugiat, in aspectu ensium districtorum, in aspectu arcûs intensi, in aspectu prælii atrocis.* 16. *Hæc enim dicit mihi Dominus : adhuc annus erit, qui, ut anni mercenarii, numerabitur, interibitque omnis gloria Cedar.* 17. *Sagittarii fortes pauci relinquentur ; filii Cedar exiguo numero erunt, quia Dominus, Deus Israel, locutus est.*

---

1. משא, *onus.* Addimus in Versione, *Babylonis ;* nam vix dubitamus fuisse בבל in Codicibus antiquis, quod quidem nomen fortè exciderit, propter nonnullam similitudinem cum tribus litteris מדב vocabuli מדבר subsequentis. Omissum fuisse urbis alicujus nomen, clamat affixum femininum vocabuli אנחתה, quod caret suo Antecedente. Nam urbs *Ælam*, de quâ suprà, recusat ejus affixi societatem, quoniam *Ælam* urbs est oppugnatrix, illa autem, de quâ אנחתה, urbs est oppugnata. Jam Babylonis excidionem hoc capite prænuntiari, nemo hactenùs dubitavit. Ergò *Babylonem* necesse est exprimi, vel ipso nomine, vel aliquo ejus attributo. Atqui attributum Babylonis nullum comparet ; nec Babylonem dixeris vocari *desertum maris*, quo nihil esset absurdius. Quidam vellent, ut legeretur, ממדבר ים, ut significaretur, unde adventurum esset *onus.* Verùm id repugnat Isaiæ consueto scribendi modo ; in quo nomen loci, cui mala denuntiantur, semper venit post משא, *onus*, nunquam verò nomen loci ejus, unde mala hæc adveniunt. Denique oratio ipsa demons-

trat, duo verba hæc, מדבר ים, pertinere, non ad משא, ſed ad hæc, quæ excipiunt, & parallelum eſſe alterum ממדבר huic priori; nam priori addendum מ, ut ſit etiam ממדבר, locus unde mala impendent Babyloni, nempe ex deſerto Perſici maris, quod erat in ditione Perſarum, ſeu Ælamitarum. Chaldæus, quanquam tergiverſatur, tamen legit ממדבר, cum præpoſitione.

2. הבוגד בוגד, *qui invadit, invadat.* Attribuimus verbo בגד ſignificatum Arab. *turmatim convenire*, eundem qui verbi Hebr. גדד. Eſt Arabicè אלבגד, *cœtus & turma virorum.* Significantur milites Perſæ ac Medi, qui turmatim adveniunt, Babylonem obſeſſuri. Non capit ſententia verbi בגד ſignificatus Hebraicos, *perfidum eſſe, relinquere*, &c. ...אנחתה, *cunctationibus ejus*, ex ſignificatu Æthiopico *prolongare*, quaſi dicas *prolongationibus.* Imperatur Medis, ut obſidioni Babylonis, quæ diu multùmque duravit, finem tandem imponant. Parùm convenit אנחתה, *gemitus ejus*, pro gemitibus quorum cauſa fuit, ubi non additur, à quibus hominibus expreſſerit gemitus.

3. מלאו מתני חלחלה, *pleni ſunt lumbi mei dolore.* Induit Propheta perſonam hominis Babylonii, ut rectè obſervat Vatablus. Hujus enim Proſopopeiæ ultima pars, in quam deſinit verſus 4. non convenit in Iſaiam Prophetam; convenit apprimè Babyloniis Principibus ſub veſperam opiparè cœnantibus, ut dicant *delicias* ſuas *veſpertinas converti in terrores*, quia epulis in ipſis audierunt Medos per alveum Euphratis intrâſſe Babylonem.

4. נשף חשקי, *crepuſculum amoris mei.* Cordatus Lector multò anteferet נשק שחקי, *crepuſculum oblectationis meæ*, ut notentur convîvia principum Babylonis læta & delicata. Fuit littera ש trajecta hod. in Codicibus; in antiquioribus littera פ vocabuli נשף. Nam Græci Intt. cùm vertant ψυχὴ, non dubium eſt, eos pro נשף, legiſſe נפש.

5. אכול ושתה, *ede ac bibe.* Omnes Veteres legunt, אכלו ושתו, *edite ac bibite*, ut & legendum. Ex mendo priori אכול, pro אכלו, natum fuit poſterius שתה, pro שתו. Non datur mandatum ſpeculatori, ut edat & bibat, ſed Principibus, ut epulentur, deinde ut ſurgant parentque clypeos, coortâ nempe trepidatione medias inter epulas, ubi nuntiatur, urbe potiri Medos.

7. רכב צמד פרשים, *equitem bino vectore.* Non placet, ut רכב ſit *currus*, quia mox ſequitur רכב גמל, quod non licet convertere *currum cameli*, quia notum eſt camelos portare, non trahere. Itaque rectè Vulgatus, *aſcenſorem cameli;* ſed oportuerat prius רכב convertere *aſcenſorem*, non, ut idem Vulgatus, *currum;* unum enim in altero explicatur. Quippe *aſcenſor bini vectoris* ſic accipi debet, ut in Evangelio, *ſedens ſuper aſinum & pullum.* Sic hoc loco, *eques aſini, eques cameli*, ſeſſore ſuper aſinum & ſuper camelum alternis ſedente.

8. ויקרא אריה, *& clamavit leo.* Quis credat *leonem* vocari ſpeculatorem, *leonem* clamare, *ego in excubiis, Domine mî?* Emendationem adjuvat Syrus, apud quem legitur, ויקרא... באדני, *clamavit... in auribus meis;* nempe legit, ויקרא על אזני המצפה, *& clamat ad aures meas ſpeculator*, ut legendum; poſito על poſt ויקרא, אזני pro ארי, & litterâ ה verbi אריה attributâ ſequenti verbo מצפה. Clamat ad aures ipſius Iſaiæ ſpeculator, nempe in viſu, poſtquàm juſſus eſt Iſaias ponere excubias, ut deinde in eodem viſu ipſî reſpondeatur, quid videat ſpeculator.

10. ...מדשתי: *tritura mea.* Nunc Deus loquitur, poſteà Propheta in verbo שמעתי, *audivi.* Itaque interpunctio major requiritur poſt ובן גרני, minor ante מדשתי, loco majoris. Nempe in iis verbis, *en tritura mea...* abſolvuntur, quæ de Babylonis interitu mox fuerunt prædicta. Sed quia vocabulum מדשתי poſtulat habere nexum cum ante-dictis, legendum videtur הן דשתי, *en qualis erit tritura mea.* Olim ſcriptum erat ſine litterâ ן finali הנדשתי, ex quo natum fuerit מדשתי.

12. אתא; potiùs אתה, *venit.* ...בעיו, *ſciſcitamini.* Poſt id verbum Latinum reliquimus in verſione tria puncta continenter, ut ſignificetur, vel à Contextu abeſſe, vel à Prophetâ reticeri quid de Idumæâ renuntiet ſpeculator; nam mox additur, *revertimini & hæc nuntiate*, quanquam non narretur, quid ſit nuntiandum. Diximus, *vel à Prophetâ reticeri.* Nam potuit Iſaias omittere, de Idumæorum regni interitu apertè dicere, poſtquàm eandem figuram ſermonis adhibuit, quam uſurpârat in ruinâ Babylonis prænuntiandâ. Intelligenti pauca ſufficiebant. Porrò אתיו ſic habendum ut *Hiphil* verbi אתה, *venit*, ut ſit האתיו, *perferte.*

14. התיו, *afferte.* Eadem forma reperitur, *Jerem. cap. 12. v. 9.* ...תימא: Omnes Veteres legunt תימן, *Theman*, vel *Auſtrum.* Ignorant Geographi, quid ſit *Thima.*

15. בלחמו: Arias, *cum pane ejus*, cùm tamen nefas ſit affixum antecedere nomen ſuum; nam ו non poteſt pertinere ad aliud verbum, quàm ad נדד, quod ſequitur. Omittunt ו Vulgatus & Græci Intt. rectè: Syrus & Chaldæus, *pane veſtro*, non ex ſcripturâ בלחמכם, ſed ex ſententiâ, vitato ו affixo.

17. קשת גבורי: Ordine præpoſtero, pro גבורי קשת, *viri arcûs*, poſitâ poſt קשת minori interpunctione; nam ſententia in duo membra dividitur; pertinet ad prius membrum גבורי קשת; ad poſterius בני קדר, *filii Cedar.* Non licet interpretari מספר קשת, *numerus ſagittariorum;* eſt enim קשת, *arcus*, non *ſagittarius;* nec prænuntiatur remanſuros eſſe arcus paucos, ſed paucos ſagittarios.

CAPUT XXII.

Onus vallis visionis (sive Jerusalem.) Civitas, antea exsultans, plena erit tumultûs; præparabit se contra Medos & Persas ad obsidionem propulsandam; sed scelera ejus non piabuntur... Vaticinatio contra Sobnam regiæ domûs præfectum.

1. *Onus vallis visionis. Quidnam*
tibi est, quòd omnes tui nunc tecta
conscendunt ? 2. Urbs completa est
vociferatione ; civitas, quæ erat ex-
sultans, tumultuatur. Tui tamen qui-
cunque pereunt, non transfodiuntur
gladio, non bello cadunt. 3. Omnes
tui duces, arcu conspecto, uno agmi-
ne fugerunt ; retrocessêre quicunque
apud te reperiebantur : simul retrocesse-
runt, longè fugerunt. 4. Propterea ego
hæc loquor : recedite à me, amarè fle-
bo. Nolite mihi instare, ut ego in
vastatione filiæ populi mei capiam
consolationem. 5. Adduxit enim Do-
minator Dominus exercituum in val-
lem visionis dies famis, dies exci-
dii & lacrymarum. Explorator mœ-
nium adest, fitque in monte clamor.
6. En Ælam sumit pharetram ;
Aramæus conscendit equos, clypeum
nudat Cyræus. 7. Valles tuas amœ-
nas implent quadrigæ ; equites habent
stationem ad portas tuas. 8. Detrahi-
tur Judæ velum suum ; simul tu do-
mûs saltûs armamentarium respectas.
9. Jam videtis, urbis David quantæ
sint ruinæ ; inferioris piscinæ colligi-
tis aquas ; 10. Jerusalem domos nu-
meratis ; diruitis ædes ad muniendum
murum. 11. Lacum facitis duos inter
muros, piscinæ veteris aquis exci-
piendis ; neque illum tamen, qui hanc

1. משא גיא חזיון · מה לך
אפוא כי עלית כלך לגגות : 2.
תשאות מלאה עיר · הומיה קריה
עליזה · חלליך לא חללי חרב ולא
מתי מלחמה : 3. כל קציניך
נדדו יחד מקשת אסרו · כל נמצאיך
אסרו יחדו · מרחוק ברחו : 4. על
כן אמרתי · שעו מני · אמרר בבכי ·
אל תאיצו לנחמני על שד בת
עמי : 5. כי יום מהומה ומבוסה
ומבוכה לאדני יהוה צבאות בגי
חזיון · מקרקר קר ושוע אל ההר :
6. ועילם נשא אשפה ברכב אדם
פרשים · וקיר ערה מגן : 7. ויהי
מבחר עמקיך מלאו רכב · והפרשים
שת שתו השערה : 8. ויגל את
מסך יהודה · ותבט ביום ההוא אל
נשק בית היער : 9. ואת בקיעי
עיר דוד ראיתם כי רבו · ותקבצו
את מי הברכה התחתונה : 10.
ואת בתי ירושלם ספרתם · ותתצו
הבתים לבצר החומה : 11. ומקוה
עשיתם בין החמתים למי הברכה
הישנה · ולא הבטתם אל עשיה
ויצרה מרחוק לא ראיתם : 12.
ויקרא אדני יהוה צבאות ביום
ההוא לבכי ולמספד ולקרחה ולחגר
שק : 13. והנה ששון ושמחה ·
הרג בקר ושחט צאן · אכל בשר
ושתות יין · אכול ושתו כי מחר
נמות : 14. ונגלה באזני יהוה
צבאות · אם יכפר העון הזה לכם
עד תמתון · אמר אדני יהוה צבאות :

fecit, suspicitis ; qui eandem jam
olim condidit, non respectatis. 12. *In*
die illâ vocabit Dominator Dominus
exercituum ad fletum, ad planctum,
ad calvitiem, ad saccum induendum.
13. *Ecce autem gaudium & hilaritas.*
Bos occiditur, mactatur ovis ; editur
caro, vinum potatur. Manducemus
& bibamus, cras enim moriemur.
14. *Quare hæc revelat in auribus*
meis Dominus exercituum : scelus
hoc vestrum non piabitur, nisi moria-
mini, dicit Dominator Dominus
exercituum. 15. *Hæc dicit Domina-*
tor Dominus exercituum : vade,
conveni quæstorem istum, Sobna Pa-
latii præfectum : 16. *Quid tu hìc*
agis ? vel quis hìc tuus est propin-
quus, quòd tu hìc excavas sepul-
crum ? Sepulcri ejus alti sunt forni-
ces ; cælatæ rupes domicilium ei pa-
rantur. 17. *Dominus verò deporta-*
bit te, ut mercimonia deportantur ;
operiet te velo ; 18. *Projicietque te ac*
rotabit, quasi pilam, in vastam regio-
nem. Ibi morieris, ibique erunt cur-
rus gloriæ tuæ, dedecus domûs Do-
mini tui. 19. *Ego enim pellam te*
statione tuâ ; ego te de tuo gradu de-
jiciam. 20. *Eodem tempore vocabo servum meum Eliacim, filium Helciæ.*
21. *Hunc ego induam tunicâ tuâ ; hunc cingulo tuo roborabo. Hujus in ma-*
num tradam potestatem tuam ; ille autem erit pro patre civibus Jerusalem &
domui Juda. 22. *Hujus humeris clavem imponam domûs David ; aperiet &*
nemo claudet, claudet & nemo aperiet. 23. *Ego eum statuam quasi paxil-*
lum in loco firmo, eritque domui patris sui quasi thronus gloriosus. 24. *In*
eo pendebit omnis gloria familiæ ipsius ; in eo vasa coagmentata, in eo scy-
phi ; in eo vasa omnia minora, omnes urceoli, omniumque generum utres.
25. *Circa idem tempus, ait Dominus exercituum, paxillus idem, qui firmo*
in loco fixus fuerat, concutietur, succidetur & cadet ; omnia etiam, quæ in
ipso pendebant, delebuntur ; quia Dominus locutus est.

15. כה אמר אדני יהוה צבאות ·
לך בא אל הסכן הזה על שבנא
אשר על הבית ׃ 16. מה לך פה
ומי לך פה · כי חצבת לך פה קבר ·
חצבי מרום קברו · חקקי בסלע
משכן לו ׃ 17. הנה יהוה
מטלטלך טלטלה גבר ועטך עטה ׃
18. צנוף יצנפך צנפה כדור אל
ארץ רחבת ידים · שמה תמות
ושמה מרכבות כבודך קלון בית
אדניך ׃ 19. והדפתיך ממצבך ·
וממעמדך יהרסך ׃ 20. והיה ביום
ההוא וקראתי לעבדי לאליקים בן
חלקיהו ׃ 21. והלבשתיו כתנתך
ואבנטך אחזקנו · וממשלתך אתן
בידו · והיה לאב ליושב ירושלם
ולבית יהודה ׃ 22. ונתתי מפתח
בית דוד על שכמו · ופתח ואין
סגר · וסגר ואין פתח ׃ 23. ותקעתיו
יתד במקום נאמן · והיה לכסא כבוד
לבית אביו ׃ 24. ותלו עליו כל
כבוד בית אביו הצאצאים והצפעות
כל כלי הקטן · מכלי האגנות ועד
כל כלי הנבלים ׃ 25. ביום ההוא ·
נאם יהוה צבאות · תמוש היתד
התקועה במקום נאמן · ונגדעה
ונפלה ונכרת המשא אשר עליה ·
כי יהוה דבר ׃

---

1. גיא חזיון, *vallis visionis*, sive Jerusalem, in quâ urbe multi Prophetæ visum videbant, & visa populo renarrabant.

2. לא מתי מלחמה, *non mortui in bello*, quia fames in Jerusalem grassabatur, tempore eodem, quo

quo fugerant exercitûs Principes, Nabuchodonosore in Judæam irrumpente. Multæ res probant hîc tangi ultimam Jerosolymæ obsidionem & expugnationem, Sedeciâ regnante, factam. Declarat Deus v. 14. scelus Jerusalem, non aliter, quàm civium internecione, esse expiandum. Atqui internecio hæc non fuit, nec Ezechiâ regnante, nec verò etiam Manasse. Statuit Grotius, hæc ab Isaiâ visa & dicta fuisse, cùm Salmanasar Samariam cepisset. Tamen Isaias w. 4. & 5. flet amarè in vastatione *filiæ populi*, in *valle visionis*, quæ sunt attributa Jerusalem, non Samariæ.

3. מקשת אסרו : Malè punctum *Athnac* sub אסרו; nam prius membrum finitur in vocabulo מקשת; quod quidem non latuit Grotium. Sed idem Grotius non rectè אסרו, *ligati sunt*, seu conjurârunt inter se ut fugam caperent. Nam talis significatus sine exemplo est non modò in Hebr. Linguâ, sed in cæteris Veteribus *Linguis*. Quòd si vertas, *ligati sunt*, tanquam *in vincula conjecti*, quomodo stabit *longè fugerunt*, quod mox sequitur. Ergo non recusandum, quin legatur הסרו, tanquam הוסרו, *retrò acti sunt*, vel pedem retrò retulêre, ut id concordet cum ברחו, *fugerunt*.

5. מקרקר קר : Vulgatus, *scrutans murum*, ex significatu קר Arab. quem sequuntur plerique Veteres. Quòd si quæris, quis sit *perscrutans*, non id quidem in oratione reperies. Antecessit nomen יום, *dies*. Sed non dixeris *diem scrutari murum*; propterea Interpretes supplent quidquid libet. Nos lapsum Scribæ credimus hîc fuisse talem, qualis fuit cap. 21. v. 10. in מדשתי, pro הן דשתי, *en tritura mea*, & scriptum olim fuisse הן קרקר, *en explorator*, ex quo הן factum fuerit מ. Denique pro קר, legendum קיר, *muri*. Nunquam deserit קיר suum י, nisi hoc loco. Græci Intt. hæc longè aliter. Qui quidem hæc verba, מקרקר קר ושוע, cùm sic convertant, ἀπὸ μικρȣ̃ ἕως μεγάλȣ πλανῶνται, ostendunt se legisse, מקטן עד רב שגגו, non meliori sententiâ, quam scripturâ. Nam quæ hic narrantur, fiunt, non in urbe, sed extra urbem, אל ההר, *supra montem*, prope Jerusalem situm, ubi hostes mœnia explorant, & unde in vallem mittunt equites, ut mox dicetur. Propterea rectè ante הן קרקר, interpunctionem majorem facias, ut in his verbis initium habeant obsidionis apparatus, qui subsequuntur.

6. ברכב אדם פרשים : Nos, ורכב ארם פרשים, *& Aramæus conscendit equos.* Assumimus ורכב, ex Græcis Intt. qui, καὶ ἀναβάται, *& ascensores*; ארם verò, pro אדם, ex Prophetâ Amos, cap. 9. v. 7. ubi legitur וארם מקיר, *& Aramæum de Cyr*, vel *de Cyrene*, ut Isaias jungat similiter *Aramæos* cum Cyrenensibus, de quibus mox. אדם, *homo*, nomen commune, locum habere vix potest inter duo nomina propria *Ælamitam* & *Cyræum*. Quippe קיר est *Cyræus*, non *murus*, ut rectè animadvertit Edm. Calmet. Nam seu convertis, *murus nudat clypeum*, seu *murum nudat clypeus*, habebis verba, non sententiam. Sed optima sententia est, *Cyræus nudat clypeum*, seu extrahit clypeum suis ex involucris, parans se ad bellum. Edm. Calmet argumentatur, ex eo quòd *Ælamitæ* hic memorantur, ut probet non hîc tangi regem Nabuchodonosor Jerusalem obsidentem; nam Ælamitæ, inquit, non erant ex ditione Chaldæorum. Id verò nos concedimus. Sed nihil vetat, quin stipendiarios habuerit Ælamitas rex Chaldæorum; qui, si habuit in suo exercitu, fatente Edm. Calmet, *Cyræos*, qui Medi erant, cur non etiam *Ælamitas?* Cæterùm habemus *Aramæos* pro ipsis Mesopotamiensibus, quos habebat subditos rex Chaldæorum, quique abundabant equitatu, quam ob causam hîc dicuntur conscendere equos.

7. שת שתו : Hæc malè in hod. Codicibus dissociantur, cùm שת non significet *sedem*, vel *stationem*. Chaldæus & Syrus conjunctè legunt שתשתו, duplicatis verbi שות litteris, *stationem habent*, vel *castra ponunt*, Jerusalem in ipsis portis.

8. ויגל את מסך יהודה, *detrahitur Judæ velum suum.* Metaphora ducta ex velo sanctuarii; captis urbis munimentis exterioribus, urbs videbatur, quasi sanctuarium sine velo. ותבט... אל... נשק, *& respicies... armamentarium* (*domûs saltûs*) unde arma non extrahuntur, sine magnâ necessitate. Rectè hæc Grotius: » Armamentarium hoc necesse est in urbe fuerit, sed nomen habet » ab eo armamentario, quod in Libani saltu Salomon struxerat, quia ejus in locum successerat. « Nam postquàm Jerusalem non semel in obsidionem venerat, tum demum reges Juda intellexerant, quàm suâ interesset, non esse extra urbem urbis armamentarium.

9. ותקבצו את מי'..., *& colligetis aquas* (*piscinæ inferioris.*) Cautionem talem adhibuerat rex Ezechias tum, cùm Sennacherib urbi appropinquabat. Itaque docet Isaias domestico ab exemplo, in quantas angustias Jerusalem sit ventura. Ne hæc de Ezechiâ & de Sennacherib intelligantur, obstat versus 11. ubi legimus, *ad eum, qui fecit eam, non respicietis.* Nam Deum respexêre, Ezechiâ regnante, Jerusalem cives, qui & liberati sunt. Cautiones, quæ his versibus exponuntur, toties adhibendæ erant, quoties imminebat obsidio. Itaque ex iisdem cautionibus malè colligitur, hìc tangi tempora Ezechiæ.

13. והנה ששון ושמחה, *ecce autem gaudium & hilaritas.* Ita describit Jeremias Jerusalem mores, cùm à Chaldæis obsidebatur. Vetatur Jeremias (*Jerem. cap. 16. v. 9.*) intrare in conviviorum domos. Denuntiat Deus, *v. 10.* se facturum, ut tandem sileant *voces gaudii & hilaritatis;* sic etiam *cap. 7. v. 34.* Vide eos locos. ...אכול נשתו. Omnes Veteres legunt, נאכל ונשתה, *edamus & bibamus*, personâ primâ, quam deposcit נמות, *moriemur.*

15. & 16. על שבנא, *ad Sobnam.* Rectè hìc à lineâ notatur. Alia enim nunc aguntur, quæ eventum suum tum habuêre, cùm fuit Manasses à rege Assyriorum captus, & abductus, abducto, simul cum rege, Sobnâ Palatii præfecto. ...ומי לך פה, *& quis tibi hic*; addimus *propinquus*, ex sententiâ, sive erat Sobna extraneus, sive erat futurum ut cum omnibus suis propinquis Babylonem abduceretur.

17. טלטלה גבר : Nos, *ut mercimonia deportantur*, ex poteſtate Æthiopicâ verbi גבר, *negotiari*, תגבר, *negotiatio.* (Convenit etiam Arabicum גבאר, *res futilis.*) Talis ſignificatus benè quadrat in verbum טלטל, *avehere, huc illuc deferre*, & in verba ſequentia, *operiet te velo*, ut merces amictu, cùm devehuntur. Non licet convertere, *tranſportatione viri*, ſive, *ut vir deportatur*, ubi virum ipſum *Sobna* Iſaias alloquitur; ut neque, *ſicut aſportatur gallus gallinaceus*, cùm ſequatur *operiet te velo;* quippe in aperto aere aves tranſportantur, non in involucro; nec verò etiam uſquam legitur, gallos gallinaceos in alienas terras fuiſſe ex Judæâ deportatos.

19. ויהרסך, *& dejiciet te :* Lege ואהרסך, perſonâ primâ, *dejiciam te*, ut Syrus & Vulgatus, ſic vult והדפתיך, *& pellam te;* ſic deinde וקראתי, *& vocabo.*

21. ...והיה לאב, *& erit pro patre (civibus Jeruſalem & domui Juda*,) quia regni habenas moderabitur, donec erit Manaſſes captivus, ut pote familiæ & regiæ & Sacerdotalis; forſan etiam cum populi ſuffragiis; nam partem hanc Hiſtoriæ Sacræ non tangunt Sacri Codices, qui quidem nunc ſuperſunt.

23. & 24. ותקעתיו יתד, *& ſtatuam eum paxillum.* Deſcribit Iſaias quaſi trophæum, in quo appenduntur ſigna & emblemata ſupremæ dignitatis, quam Eliacim ſuſtinebat. Signa ſunt vaſa, quibus regiæ menſæ miniſtrabatur. ...הצאצאים והצפעות : Hæc verba *vaſa* non ſignificant, neque quidquam ſimile. Sed ſi legas, הצעצעים והצפחות, habebis *vaſa coagmentata & ſcyphos*, ſeu *vaſa* pluribus partibus confecta, quæ facilè ab ſe ſe dimoveri & avelli poſſent, quæque fierent modò longiora aut latiora, modò breviora, ut erant eſculenta, quæ eis imponebantur, *ſcyphos* autem, pro poculentis.

25. תמוש היתד, *concutietur paxillus*, ſive regia dignitas, quam adumbrabat. Significat Iſaias regiam dignitatem in captivitate Babylonicâ interituram. Plerique Interpretes ſtatuunt hæc ad Sobna pertinere. Qui quidem temerè permiſcent & tempora & perſonas. Nimirum *paxillus* tùm fixus eſt, poſtquàm Sobna projectus fuit, & alienas in terras ductus captivus, nec in alium convenit is *paxillus*, quàm in ipſum Eliacim, ut planè demonſtrant omnia, quæ antecedunt; in Eliacim, inquam, non quaſi in ejus perſonam, ſed in regiam dignitatem, quam ſuſtinebat.

CAPUT XXIII.

Onus Tyri. Peribit negociatio ejus, turres ejus per Chaldæum ſolo æquabuntur. Poſt annos 70. cantabit quaſi canticum meretricis, ſtuprabitque ſe cum terræ regibus; ſed fructus mercaturæ ejus Domino conſecrabuntur.

1. *Onus Tyri. Ululate claſſes*
maris. Etenim de portu exitûs appa-
ret vaſtator, ex terrâ Cethim veniens.
2. *Deleti ſunt maritimæ oræ habita-*
tores, qui Sidonis commercia facie-
bant, quique maria tranſmittebant;
3. *Qui divitias habebant ſuper aquas*
multas; quorum ſemina erant Nilia-
cæ meſſes, flumenque proventus;
apud quos populi negociabantur.
4. *Erubeſce Sidon; ſic enim loquitur*
filia maris, eademque maris propu-
gnaculum : non jam ego laboro ad
partum, non pario, nec alo juvenes,
nec educo virgines. 5. *Quemadmo-*
dum obſtupuêre homines, auditâ fa-

1. משא צר · הילילו אניות
תרשיש · כי שדד מבית מבוא
מארץ כתים נגלה למו : 2. דמו
ישבי אי סחר צידון עבר ים מלאוך :
3. ובמים רבים זרע שחר קציר
יאור תבואתה · ותהי סחר גוים :
4. בושי צידון · כי אמר ים מעוז הים
לאמר · לא חלתי ולא ילדתי ולא
גדלתי בחורים רוממתי בתולות : 5.
כאשר שמע למצרים · יחילו כשמע
צר : 6. עברו תרשישה · הילילו
ישבי אי : 7. הזאת לכם עליזה
מימי קדם קדמתה · יבלוה רגליה
מרחוק לגור : 8. מי יעץ זאת על
צר המעטירה אשר סחריה שרים ·
כנעניה נכבדי ארץ : 9. יהוה

mâ Ægypti, ſic fiet cùm de Tyro au-
dient. 6. *Tranſite maria ; ululate oræ*
maritimæ habitatores. 7. *Hæccine illa*
veſtra eſt, quæ jam diu de ſuâ anti-
quitate gloriabatur, quam ſui pedes
nunc ferunt procul peregrinantem.
8. *Quiſnam verò hæc decrevit de re-*
ginâ illâ Tyro , cujus negotiatores
principes erant ; cujus mercatores ,
homines in terrâ illuſtres ? 9. *Hæc*
decrevit Dominus exercituum , ut
omnem gloriam faſtigiumque depri-
mat ; ut terræ illuſtres ad ignominiam
traducat. 10. *Labere , velut rivulus ,*
ex terrâ tuâ, filia maris ; non eſt ul-
tra cingulum tibi. 11. *Manum ſuam*
ſupra mare is extendit , qui regna
convellit ; Dominus de mercatore
mandatum dedit, ut munitiones ejus
ſubvertantur. 12. *Dixitque ; noli*
amplius gloriari , poſtquàm compreſ-
ſa es , virgo filia Sidonis. Abi ad
Cethiim , abi ; ſed neque illic tibi
erit requies. 13. *En terra Chaldæo-*
rum , populus is , qui nondum exiſ-
tit, quique habebit Aſſur fundatorem,
feris agreſtibus præparavit ejus tur-
res ; en diruunt arces ejus ; en ipſam redigunt ad ruinas. 14. *Ululate claſſes*
maris ; potentia enim veſtra profligata eſt. 15. *Erit autem eo tempore , ut*
Tyrus annos ſeptuaginta in oblivione jaceat. Illis autem annis ſeptuaginta
tranſactis , rege uno regnante , erit in Tyro quaſi canticum meretricis. 16. *Su-*
me citharam ; perage circa urbem circuitus tuos , meretrix oblita ; cane lyrâ
ſcienter , dic longum melos , ut tuî memoria renovetur. 17. *Erit igitur ut ,*
annis ſeptuaginta tranſactis , Dominus viſitet Tyrum. Ipſa autem referet ſe
ſe ad quæſtum ſuum , & ſtruprabit ſe cum univerſis regnis terræ , in oculis
omnium regionum. 18. *Sed hæc erunt : quæſtus ejus & mercatura ejus Do-*
mino conſecrabuntur ; non faciet theſauros , nec eos recondet ; erit enim mer-
catura ejus pro illis , qui coram Domino habitabunt , ad cibum & ad ſaturi-
tatem , & ad veſtium ornatus.

צבאות יעצה לחלל גאון כל צבי ·
להקל כל נכבדי ארץ ׃ .10 עברי
ארצך כיאר בת תרשיש · אין מזח
עוד ׃ .11 ידו נטה על הים הרגיז
ממלכות · יהוה צוה אל כנען לשמד
מעזניה ׃ .12 ויאמר · לא תוסיפי
עוד לעלוז המעשקה בתולת בת
צידון · כתיים קומי עברי · גם שם
לא ינוח לך ׃ .13 הן ארץ כשדים
זה העם לא היה · אשור יסדה ·
לציים הקימו בחיניו · עוררו
ארמנותיה · שמה למפלה ׃ .14
הילילו אניות תרשיש · כי שדד
מעזכן ׃ .15 והיה ביום ההוא
ונשכחת צר שבעים שנה · כימי
מלך אחד מקץ שבעים שנה יהיה
לצר כשירת הזונה ׃ .16 קחי
כנור · סבי עיר זונה נשכחה · הטיבי
נגן · הרבי שיר למען תזכרי ׃ .17
והיה מקץ שבעים שנה יפקד יהוה
את צר ושבה לאתננה · וזנתה את
כל ממלכות הארץ על פני האדמה ׃
.18 והיה סחרה ואתננה קדש
ליהוה · לא יאצר ולא יחסן · כי
לישבים לפני יהוה יהיה סחרה
לאכל לשבעה ולמכסה עתיק ׃

---

1. מבית מבוא : Nos , *de portu exitûs* ; nam ſic cap. 24. v. 10. בית מבוא , ſed tranſlatè ; hîc verò בית מבוא eſt propriè *locus interior* , ubi erat maris receſſus pro portu , unde naves exibant , & quò primum nuntia de mari perferebantur. Vaticinatur Iſaias , auditum iri nuntium de *Cethim* , vel *Cethiim* , ut infra v. 12. ſeu inſulâ *Cypro* , appropinquare vaſtatorem , ſive regem

Nabuchodonoſor, cujus naves eò appulerant, ut deinde ad oram Tyri maritimam vela facerent, eiſque omnes aditus maris intercluderent, dum terreſtres copiæ urbem obſiderent. Non quòd Cyprus in ditione eſſet Nabuchodonoſor regis, ſed quia Cyprii non recuſârant, ne Aſſyrii circa littora ſua ſtationes maritimas haberent, aut hyemarent.

2. & 3. מלאוך ; ובימים. Malè inter utrumque interpunctio major, quam quidem non habuit Syrus, ut neque ו, ante בימים. Legendum מלאוך בימים; adhuc meliùs מלואה, ut ſit affixum perſonæ tertiæ, quod poſtulat תבואתה, quod ſequitur: *divitiæ ejus in aquis multis.*

4. כי אמר ים מעוז הים: Non ſine causâ laborabant Veteres, ut hæc interpretarentur. Nam ſi vertas, *quia dicit mare, fortitudo maris*, nemo non videt, unum non poſſe eſſe alterius appoſitum, cùm duæ diverſæ res ſint *mare* & *fortitudo maris.* Præterea, quî fieri poteſt ut dicat mare, *non parturio, non alo juvenes, neque virgines?* Num parturiebat mare ante hæc tempora Tyrios & Tyrias? Dicitur quidem Tyrus, *filia maris*, ſed tranſlatè, quomodo Jeruſalem cives, *filia Sion*; ſed hìc agitur partus propriè dictus, non *maris*, ſed *filiæ maris*, ſeu Tyri, quam Propheta conſiderat, ut vaſtatam ac civibus viduatam; ut videatur hìc legendum אמר בת ים, *dicit filia maris*, quomodò v. 10. בת תרשיש. Erubeſcit autem Sidon de Tyri, filiæ maris, excidio, quia, duæ urbes, quarum erat una colonia alterius, commerciis mutuis jungebantur.

5. כאשר שמע למצרים, *auditâ famâ Ægypti*, à rege Aſſyriorum devictæ, & in ejus ditionem redactæ. Nam, poſt Ægyptum ſubactam, Nabuchodonoſor Jeroſolymam venit, inde Tyrum; propterea dicitur, obſtupeſcent in Tyro, quomodò in Ægypto non ita pridem obſtupuerant.

7. יבלוה רגליה, *ferent eam pedes ejus*, ſive fugient, adventante hoſte, in extraneas terras, commercii ipſorum ſocias. Superiori verſu agebatur de fugâ maritimâ, nunc de pedeſtri, ut indicat רגליה, *pedes ejus.* Nam *pedes* pro *navibus*, tranſlatio durior, quàm placere ut poſſit.

10. עברי... כיאר, *tranſi... ſicut rivulus.* Eadem Tyrus, quæ modò dicta eſt *filia maris*, nunc per contemptum rivulo comparatur, cujus ripæ fractæ ſunt & avulſæ, ut aquas continere alveus jam non poſſit, neque adeò ſubſiſtere queat rivus, aquis ejus huc atque illuc diſſipatis. Eſt מזח, *cingulum*, ipſa ripa. Illi, qui putant tangi hoc loco Tyri obſidionem ab Alexandro magno factam, accipiunt *cingulum*, pro maris freto brevi, quod Tyrum inter & continentem oram interjacebat, quodque mole junxit Alexander magnus. Sed parum propriè fretum, quod alluit, *cingulum* vocatur. Præterea deſeritur ducta ex rivulo ſimilitudo. Nam, freto eo ſublato, non efficiebatur, ut rivulo ſimilis eſſet Tyrus. Ergò melius *cingulum* de rivuli ripis intelligitur tranſlatè, propriè autem de Tyri munimentis.

12. המעשקה בתולת בת צידון, *compreſſa virgo, filia Sidonis.* Quaſi dicat Iſaias: Tu anteà gloriabaris, quia virgo intacta eras; noli jam gloriari, poſtquàm compreſſa es. Non aliam ab cauſam Tyrum propheta virginem vocat, quod non fecerat in ante-dictis, quàm ut ſimilitudinem inſtituat virginis anteà indomitæ, tunc demùm domitæ. Quâ ex ſimilitudine confutari poſſunt qui hæc omnia intelligunt de obſidione Tyri ab Alexandro magno factâ. Nam ceperat Tyrum Nabuchodonoſor, ante Alexandrum. Ergò non fuiſſet tempore Alexandri, cur Tyrus gloriaretur, ſe hactenus fuiſſe virginem, ut pote à rege Nabuchodonoſor domita jam pridem. ...כתיים קומי, *abi ad Cethim.* Seu legis כתים, ſeu כתיים, nihil vetat, quin *Cyprus* intelligatur, in quâ inſulâ Tyrii parùm tuti futuri ſint, quia *Cyprus* adjuverit antea regem Aſſyriorum. Quòd ſi *Cethiim* alius eſt populus, quàm *Cethim* (qui verſu 1.) intelligi *Macedones* poſſunt, apud quos Tyrii tuta effugia non ſint habituri, quia timeant Macedones regnum Aſſyriorum. Maſora vult כתים, ut ſuprà. Tamen variant Codices, quorum antiquiſſimus Orat. 53. reponit, ſupra verbum, alterum י, quod fuerat à Scribâ omiſſum.

13. הן ארץ כשדים, *en terra Chaldæorum...* Nunc addit Propheta, quem Tyrus habitura ſit everſorem; nempe populum Chaldæorum, qui nondum erat, cùm hæc Iſaias prænuntiabat, quique oriturus erat ex Aſſyriis, Chaldæorumque imperium fundaturus. Nihil tam planum eſt, ut mirum videri debeat, quamobrem multi Interpretes hunc verſum de Babylonis interitu interpretentur. Nam quis credat Prophetam, de rebus Tyri ſuprà & infrà vaticinantem, hoc uno in verſu, & quaſi per parentheſim, prænuntiaſſe Babylonis interitum per Medos & Perſas. Quòd ſi tangit Iſaias, ut quidam putant, Babylonem ab Aſſaradon Aſſyriæ rege expugnatam, ut habeant Tyrii in Babylone jam captâ, exemplum ruinæ Tyri brevi adventuræ, vaticinatur Propheta contra Hiſtoriæ fidem. Neque enim Babylonem captam diruit Aſſaradon, nec *poſuit* eam *in ruinas*, quod fecit Tyro Nabuchodonoſor. Denique, cùm ſequatur, *ululate claſſes maris, potentia enim veſtra profligata eſt*, quis dubitabit de Tyro continuari ſermonem. ...בחיניו: Maſora בחוניו, per ו medium, rectè; ſed legendum בחוניה, cum affixo feminino; nam ſequitur ארמנותיה, & שמה (meliùs שמוה, ut legit Chaldæus) cum affixis item femininis, quæ quidem pertinent ad *filiam Sidonis*, Tyrum.

15. שבעים שנה, (*Tyrus in oblivione erit*) *ſeptuaginta annos*, nempe uſque ad Cyrum, vel ad Darium, filium Hyſtaſpis, qui favebat Tyriis, Tyri novæ conditoribus, ut eorum ſubſidiis uteretur contra Græcos. Non parùm hìc laborant, qui obſidionem Tyri per Alexandrum Magnum prænuntiari volunt, ut explicent, quomodò Tyrus fuerit in oblivione poſt eum, *annos ſeptuaginta.* Sed eo incommodo non premuntur, qui ſtant pro obſidione à Chaldæis factâ, cùm planum ſit ex Hiſtoriâ Sacrâ, fuiſſe Tyrum urbem florentiſſimam, cùm Judæi ex captivitate Babylonicâ reverſi eſſent. ...כימי מלך אחד, *ſecundùm dies*, vel *in diebus unius regis*, nempe Darii, filii Hyſtaſpis, ut mox diximus Malè punctum Athnac poſt אחד. Neque enim dicit Propheta, ſeptuaginta annos, uno tantùm rege regnante, elapſuros; ſed eodem regnante,

gnante, post annos septuaginta oblivionis Tyri, fore *in Tyro canticum meretricis*, quia erit Tyrus tanquam meretrix neglecta, ad quam redeunt amatores. Legendum וכימי, addito nexu: vide versionem.

18. ולמכסה עתיק: Arias, *& ad operimentum vetus.* Nihil ad rem *vetus*; nec placet *senis*; quia quas merces suppeditabat Tyrus Judæis Babylone reversis, illæ erant tam juvenibus, quàm senibus vestiendis. Convenit *vestium ornatus*, vel *abundantia*, ex scriptione עתיר, quam sequitur Chaldæus, qui דיקר, *gloriæ*; nisi eundem significatum tribuis vocabulo עתיק, ex Arab. Linguâ deductum. De hoc versu vide Edmundum Calmet.

CAPUT XXIV.

Terra vastabitur, quia Dei legem violaverunt; pauci superstites erunt. Visitabit Deus militiam cœli & reges terræ, quos carcere includet, post multos dies iterum visitandos.

1. *En Dominus terram vastaturus*
& exhausturus est; faciem ejus inver-
tet, dissipabitque ejus habitatores.
2. *Erit autem, ut populus, sic sa-*
cerdos; ut servus, sic herus ejus; ut
ancilla, ita domina ejus; emptor
erit, sicut venditor; creditor, sicut
debitor; fœnerator, ut is cui fœnera-
tur. 3. *Terra penitùs exhaurietur,*
penitùsque diripietur; Dominus enim
tale verbum locutus est. 4. *Luget ter-*
ra & fatiscit; collabitur fatiscitque
orbis; excelsa, simul & ima terræ
collabescunt. 5. *Terra contaminata est*
subter incolas ejus, quia legem præ-
terierunt, statuta inverterunt, viola-
veruntque fœdus sempiternum. 6. *Ideò*
terram maledictio absumet, incolæque
ejus peribunt; ideò absumentur terræ
habitores, paucique homines rema-
nebunt. 7. *Erit mustum languidius,*
infirmæ vites; trahent suspiria qui-
cunque hilares erant. 8. *Cessavit læti-*
tia tympanorum; conticuit sonitus
tripudiantium; citharæ dulcedo sub-
lata est. 9. *Non jam mediis cantibus*
vina bibentur; siceram quisquis pota-
bit, sentiet amaram. 10. *Civitas ni-*
hili conquassata est; intercluduntur

1. הנה יהוה בוקק הארץ ובולקה·
ועוה פניה והפיץ ישביה : 2. והיה
כעם ככהן כעבד כאדניו כשפחה
כגברתה · כקונה כמוכר כמלוה
כלוה כנשה כאשר נשא בו : 3.
הבוק תבוק הארץ והבוז תבוז · כי
יהוה דבר ארת הדבר הזה : 4.
אבלה נבלה הארץ · אמללה נבלה
תבל · אמללו מרום עם הארץ : 5.
והארץ חנפה תחת ישביה · כי עברו
תורת חלפו חק הפרו ברית עולם :
6. על כן אלה אכלה ארץ ויאשמו
ישבי בה · על כן חרו ישבי ארץ
ונשאר אנוש מזער : 7. אבל
תירוש אמללה גפן · נאנחו כל
שמחי לב : 8. שבת משוש
תפים · חדל שאון עליזים · שבת
משוש כנור : 9. בשיר לא ישתו
יין · ימר שכר לשתיו : 10. נשברה
קרית תהו · סגר כל בית מבוא :
11. צוחה על היין בחוצות · ערבה
כל שמחה · גלה משוש הארץ :
12. נשאר בעיר שמה · ושאיה
יכרת שער : 13. כי כה יהיה
בקרב הארץ בתוך העמים כנקף
זית · כעללת אם כלה בציר : 14.
המה ישאו קולם · ירנו בגאון יהוה ·
צהלו מים : 15. על כן בארים
כבדו יהוה · באיי הים שם יהוה

אלהי ישראל : 16. מכנף הארץ
זמרת שמענו צבי לצדיק · ואמר ·
רזי לי רזי לי · אוי לי · בגדים בגדו
ובגד בוגדים בגדו : 17. פחד ופחת
ופח עליך יושב הארץ : 18. והיה
הנס מקול הפחד יפל אל הפחת ·
והעולה מתוך הפחת ילכד בפח ·
כי ארבות ממרום נפתחו וירעשו
מוסדי ארץ : 19. רעה התרעעה
הארץ · פור התפוררה ארץ · מוט
התמוטטה ארץ : 20. נוע תנוע
ארץ כשכור והתנודדה כמלונה ·
וכבד עליה פשעה ונפלה ולא
תוסיף קום : 21. והיה ביום ההוא
יפקד יהוה על צבא המרום במרום
ועל מלכי האדמה על האדמה :
22. ואספו אספה אסיר על בור
וסגרו על מסגר · ומרב ימים יפקדו :
23. וחפרה הלבנה ובושה החמה ·
כי מלך יהוה צבאות בהר ציון
ובירושלם ונגד זקניו כבוד :

exitus domorum. 11. *Vociferare*
propter vinum in plateis ; longè fugit
hilaritas ; exulant terrâ gaudia.
12. *Relicta est in urbe desolatio ;*
portæ magno sonitu subvertuntur.
13. *Erunt autem in orbe medios in-*
ter populos , ut oleæ , quæ decerpun-
tur ; ut , vindemiâ peractâ , supersti-
tes racemi. 14. *Iidemque vocem suam*
tollent , magnitudinem Domini præ-
dicabunt ; dabunt ex mari lætos cla-
mores. 15 *Vos adeò tribuite honorem*
Domino maritimis in oris ; in insulis
maris , nomini Domini Dei Israel.
16. *Audivimus cantus ab ultimis*
mundi plagis in Justi laudem ; dixi
igitur : secretum meum mihi, secretum
meum mihi. Hei mihi ! qui perfidè
agebant , perfidè agunt ; qui turmatim
veniunt , perfidos invadunt. 17. *Nem-*
pe imminent tibi , qui terram inhabi-
tas , & terrores , & fossæ , & laquei.
18. *Si quis fugiet ad sonitus terrorum , in fossam cadet ; si quis fossâ extra-*
hetur , laqueo capietur ; nam panduntur sublimè cataractæ , terræque fun-
damenta excutiuntur. 19. *Terræ fractæ dissiliunt; eædem penitùs rumpuntur ,*
sedibusque imis contremiscunt. 20. *Terra huc atque illuc oberrat , quasi*
ebrius ; agitur summoveturque , ut tugurium ; premitur suæ pondere iniquita-
tis ; corruit , nec surget ampliùs. 21. *Eo tempore visitabit Dominus omnem*
militiam , quæ effert se se in excelsis , & reges terræ , quicunque in imis.
22. *Omnes super lacum , quasi fasciculus , colligentur , & in custodiâ detine-*
buntur , ut post multos dies visitentur. 23. *Tum luna erubescet , sol rubore*
miscebitur , cùm regnabit Dominus exercituum in monte Sion & in Jerusa-
lem , eritque in honore coram senibus suis.

---

1. יהוה בוקק הארץ , *Dominus terram vastaturus est* , id est , terram Judæorum. Nam id ostenditur in eo , quod sequitur , *ut populus , sic erit Sacerdos.* Vaticinationem hanc alii accommodant ad Babylonicam Judæ captivitatem , alii ad devastationem decem Tribuum , per Salmanasarum , alii ad obsidionem Jerusalem per Sennacherib factam ; nos verò ad ultimam Jerusalem eversionem per exercitum Romanorum ; quod quidem demonstrabunt res consequentes.

2. והיה כעם ככהן , *& erit , ut populus , sic Sacerdos* , quia prementibus malis omnes conditiones æquabuntur. Erat Sacerdotium urbis Jerusalem suprema dignitas tum , cùm Romani urbem obsidione cinxerunt. Propterea Isaias æquat cum infimâ plebe Sacerdotem ; æquâsset autem principes aut ipsum regem , si vaticinaretur de rebus calamitatibusque regum tempore adventuris. Hoc primum signum est , non hìc tangi obsidionem Samariæ , nec Jerusalem , vel per Sennacherib , vel per Nabuchodonosor , factam. ...נשא : Melioris notæ Codices habent נשה. Sic Regius 3. Oratorienses 42. & 53.

4. אמללה נבלה תבל , *collabitur fatiscitque orbis.* Usurpari solet תבל de orbe terrarum , non de unâ Judæâ. Ita etiam hìc usurpatur. Quippe Judæi , Romanis imperantibus , toto in orbe

ſparſi erant, quos omnes terror & pavor corripuit, cùm fama ad eos pervenit, urbem Jeruſalem à Romanis obſideri. Vim faciunt verbo תבל, qui hæc pertinere volunt ad Judæos, nondum toto in orbe diſſeminatos.

5. חלפו חק, *ſtatuta inverterunt*. Mores ultimi Judæorum deſcribuntur hoc loco, ut erant ante Jeroſolymæ ultimum excidium. Sic Chriſtus Dominus, *irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem veſtram ſervetis*, Marc. cap. 7. v. 9. Vocabulum חק, in veteri Lege, notat jura religioſa, non civilia. Planum eſt hæc non ſpectare ad Ezechiam regem à Rege Sennacherib obſeſſum. Ezechias enim ſtatuta divina non modò non inverterat, ſed etiam ab impio Achaz violata expiàrat & inſtauràrat.

6. חרו, *combuſti ſunt*. Ita plerique. Tamen id de perſonis dictum vix reperias, neque ullus Veterum ſic interpretatur. Nam Græci Intt. *pauperes erunt:* Vulgatus, *inſanient*. Chaldæus, *conſumpti ſunt:* Syrus, *interficientur*, ex ſcripturâ Hebr. חרבו, *devaſtabuntur*, ferè idem ac *peribunt*, ut convertimus.

7. אמללה גפן, *infirmæ vites*. Hoc dicitur partem tranſlatè, partem etiam quandam propriè. Nam vites incultæ remanſerunt, poſtquàm in Jeruſalem confluxerant ad Paſcha celebrandum homines Judæi ferè decies centena millia, quos Titus intra Jeruſalem mœnia concluſit.

10. עיר תהו, *civitas nihili*, ſeu non jam idonea religioni tuendæ in orbe terrarum; non modò quia in Jeruſalem omnia jura divina labefactata erant, ſed quia, poſt novam Legem promulgatam, nihil jam erat in Templo Jeruſalem ejuſque cæremoniis, niſi vanum & inutile ſpectaculum. ...כל בית מבוא, *omnis domûs exitûs* (*intercluditur*) ſive clauſa omnia ſunt, unde ex urbe dantur exitus.

11. ערבה כל שמחה, *fugit omnis hilaritas*, ex ſignificatu Samar. ערב, *expellere;* quem niſi ſequeris, erit legendum עברה, *tranſiit*. Non enim convenit in *hilaritatem*, neque *obtenebrata eſt*, quod Buxtorfius, neque *adveſperaſcit*, quod Forerius; ut neque in verbum גלה, *ablata eſt*, quod verbo ערבה parallelum eſt.

13. כנקף זית, *ut oleæ, quæ decerpuntur;* ſive, quæ poſtquàm cæteræ perticâ excuſſæ ſunt, paucæ in arbore manſerunt, manuque in arbore decerpuntur. Sic erunt Judæi *medios inter populos*, non modò in urbe Jeruſalem, quia ubicunque Romanorum præſidia erant, timebant Romanos Judæi, & paſſim diffugiebant.

14. המה...צהלו מים, *illi... hinnient ex mari*. Pronomen המה, *illi*, pertinet ad eoſdem, qui mox dicti ſunt *medios inter populos*, pauco numero remanſuri. Jam verbum צהל nuſpiam indicat clamores ex dolore ac miſeriis ſublatos, contrà ſæpiſſimè voces ex hilaritate profectas. Itaque iidem Judæi; quorum res perditas & afflictas Propheta mox deſcripſit, nunc inducuntur, ut læti & exultabundi, ut *de mari hinnientes*. Nemo non videt hæc non convenire in Judæos à rege Babylonis devictos & in ſervitutem ductos; ut neque ad eoſdem Babylonicâ ex captivitate regreſſos. Neque enim Judæi, cùm Babylone redierunt, *de mari* hinniebant, nec *ex inſulis maris*, ut dicitur ſequenti verſu. Quippe *mare*, apud Sacros Codices & *inſulæ maris*, partes mundi Judææ occidentales notant, non autem orientales, in quibus Judæi captivi erant. Sed hæc apprimè conveniunt Judæis, qui *medios inter populos* erant, cùm Titus Jeruſalem cœpit, eorumque Rempublicam funditus evertit; quorum quicunque *in inſulis maris*, in Achaiâ, in Macedoniâ, &c. ad Evangelii fidem per Apoſtolos adducti fuerant, Dei Iſrael magnitudinem collaudabant.

15. בארים; Vulgatus, *in doctrinis;* parùm accommodatè ad membrum poſterius; multò minùs *in vallibus*, quod Arias. Vellet Edm. Calmet, ut legeretur, vel בהרים, *in montibus*, vel ביארים, *in fluviis*, vel בחורים, *electi*. Sed, cùm ſequatur באיי הים, *in inſulis maris*, facile eſt videre olim ſcriptum fuiſſe באמים, vel בעמים, *in populis*, atque unum eſſe alterius parallelum.

16. מכנף הארץ, *ab ultimis mundi plagis*. Hæc malè ab antecedentibus rebus per à lineâ diſſociantur. Quos mox hortatus eſt Propheta ad Dei laudes celebrandas, eorum ſe canticum audire deinde ſubjungit, צבי לצדיק, *in laudem Juſti*, ſeu Meſſiæ, qui non ſemel hoc nomine venit in Sacris Codicibus. Hæc mirificè quadrant in res antecedentes, ut qui Judæi *medios inter populos* Evangelio credidère, Legiſlatoris Evangelii celebrent laudes. ...רזי לי, *ſecretum meum mihi;* quia hæc, quæ Iſaias mox prædixit, abſcondita erant ab oculis plerorumque hominum Judæorum. Ita Chriſtus Dominus Luc. c. 19. v. 42. *nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis*. Illi, qui ſuprà dicta de captivitate Babylonicâ intellexère, & de reditu Judæorum, difficulter explicabunt iſtud Iſaiæ *ſecretum*, cùm Iſaias reditum Judæorum palam & apertè prædixerit. ...ובגד, *qui turmatim veniunt*, eodem ſignificatu, qui ſuprà cap. 21. v. 2. ubi vide. Quinquies hìc adhibetur verbum בגד, ſed non eodem ſignificatu quinquies, quod quidem faceret otioſam inutilemque redundantiam, ſed alio atque alio, ut in ambiguitate verbi lateat Iſaiæ ſecretum; cui ambiguitati ferè ſimilis eſt luſus verborum trium ſimilium פחד ופחת ופח, ſequenti verſu. *Secretum*, ſi creditur ad ſequentia pertinere, poteſt hoc continere: populum eum, *qui turmatim veniet*, ſeu Romanos, oppreſſurum eſſe Judæos imparatos, in urbe Jeruſalem congregatos ad Paſcha celebrandum; quod Iſaias ſi apertè prænuntiaſſet, Judæi ſcelerati ac Deicidæ vitare potuiſſent.

17. ...כי ארבות, *nam cataractæ...* Hæ ſimilitudines uſque ad verſum 20. ducuntur ex Diluvio; ut ſignificetur, Judæorum Rempublicam penitùs interituram. Anteà ab initio capitis uſque ad verſum 14. prænuntiavit Iſaias ultimum urbis excidium; verſibus 15. 16. & 17. intermiſcuit laudationes *Juſti* à paucis Judæis, qui tanquam racemi ſuperſtites erunt, facien-

das; nunc descendit ad ultimum Reip. Judæorum interitum. Hæc omnia temporum ordine eodem, quo prædicta sunt, evenerunt in ultimâ Judæorum clade. Sed quomodò ad cladem, Babylonici Imperii temporibus factam, accommodari hæc possint, videant, qui verba Isaiæ ad suam sententiam talem adducunt. Certè in eâ parùm intelligitur quales esse potuerint *Justi* laudationes, vel cur Isaias Babylonicam captivitatem, imaginibus ex Diluvio expressis adumbrâsset, cùm non nesciret in eâ captivitate Remp. Judæorum non esse interituram.

21. & 22. ...והיה ביום ההוא, *eritque eo tempore*, (*visitabit Dominus omnem militiam.*) Quo cardine temporum interiit Respublica Judæorum, eodem *Princeps mundi ejectus est foràs*, nec multò post *Reges terræ*, qui nascentem Ecclesiam persequebantur, in custodiâ detenti sunt, *post multos dies* ultimùm *visitandi*: vide 2. Petr. cap. 2. v. 4. Hi & illi reservantur, ultimo Judicio demum judicandi. Propterea Isaias claudit vaticinationem in signis ultimi judicii prænuntiis, per *Sion* & *Jerusalem* adumbrans Ecclesiam ultimorum temporum; per *senes suos*, tum veteris Legis Patriarchas, qui Christianorum fidei patres fuerunt, tum Apostolos Senatûs sui ultimi & supremi quasi consiliarios & assessores: *sedebitis & vos super sedes... judicantes*, &c.

CAPUT XXV.

Canticum, in quo gratiæ aguntur Deo, quòd everterit urbem superborum, fueritque perfugium pauperi. Faciet Deus in monte Sion convivium pinguium; absterget ab omni vultu lacrymas; Moab conculcabitur, dirutis mœnibus.

1. *Domine, Deus meus es, celebrabo magnitudinem tuam; laudabo nomen tuum, quia mirabilia fecisti, consiliorumque antiquorum stetit veritas, amen.* 2. *Urbem enim tumulum fecisti; civitatem munitam, acervum ruinarum; arcem superborum, civitatem jam nullam, neque in perpetuum instaurandam.* 3. *Certè etiam honorabit te populus potens; timebit te civitas gentium metuendarum.* 4. *Fuisti enim pauperi præsidium; præsidium egeno rebus in angustis; perfugium ab aquis inundantibus, ab æstu umbra, cùm spiritus hominum ferocium ingruebat, quasi torridus calor, quasi in murum aquæ inundantes.* 5. *Tu, velut arentibus in locis torridus calor, fregisti homines superbos; emarcuit, quasi torrido æstu, propago fortium.* 6. *Dominus exercituum faciet omnibus populis super hoc monte convivium pin-*

1. יהוה אלהי אתה · ארוממך אודה שמך · כי עשית פלא עצות מרחק אמונה אמן ׃ 2. כי שמת מעיר לגל קריה בצורה למפלה · ארמון זרים מעיר לעולם לא יבנה ׃ 3. על כן יכבדוך עם עז · קרית גוים עריצים ייראוך ׃ 4. כי היית מעוז לדל מעוז לאביון בצר לו · מחסה מזרם צל מחרב · כי רוח עריצים כזרם קיר ׃ 5. כחרב בציון שאון זרים תכניע · חרב בצל עב זמיר עריצים יענה ׃ 6. ועשה יהוה צבאות לכל העמים בהר הזה משתה שמנים משתה שמרים · שמנים ממחים שמרים מזקקים ׃ 7. ובלע בהר הזה פני הלוט הלוט על כל העמים והמסכה הנסוכה על כל הגוים ׃ 8. בלע המות לנצח · ומחה אדני יהוה דמעה מעל כל פנים · וחרפת עמו יסיר מעל כל הארץ · כי יהוה דבר ׃ 9. ואמר ביום ההוא · הנה אלהינו זה · קוינו לו ויושיענו · זה יהוה קוינו לו · נגילה

ונשמחה

guium, convivium reconditi vini;
convivium pinguium ſaginatorum,
convivium vini defæcati. 7. *Auferet*
Dominus in hoc monte velum, quod
omnium gentium vultibus imponeba-
tur; id velamen, quod erat ſuper
omnes populos expanſum. 8. *Tollet*
peſtilentiam ad multos annos; abſter-
get Dominator Dominus ab omni
vultu lacrymam; auferet ab univerſâ terrâ populi ſui opprobrium: Domi-
nus enim locutus eſt. 9. *Eodem tempore hæc dicent: En Deus noſter nobis,*
qui eum expectavimus, ſalutem fecit. Hic ille eſt Dominus, cui præſtola-
bamur; exultemus lætemurque in ſalute ejus. 10. *Quippe manus Domini*
hoc in monte inſidebit, triturabiturque apud ſe Moab, ſic tanquam in aquis
Medemna paleæ. 11. *Pandet apud ipſum manus ſuas, ſicut natator expan-*
dit ſe ſe ad natandum, & manuum ſuarum impreſſione humilem faciet ejus
arrogantiam. 12. *Mœnium tuorum dejiciet altas munitiones; deprimet eas*
humi, & ad imum pulverem complanabit.

ונשמחה בישועתו ׃ 10. כי תנוח
יד יהוה בהר הזה ׀ ונדוש מואב
תחתיו כהדוש מתבן במי מדמנה ׃
11. ופרש ידיו בקרבו כאשר יפרש
השחה לשחות ׀ והשפיל גאותו עם
ארבות ידיו ׃ 12. ומבצר משגב
חמתיך השח השפיל הגיע לארץ
עד עפר ׃

---

1. עצות מרחק אמונה, *conſiliorum antiquorum ſtetit veritas.* Conſilia hæc Propheta vocat *antiqua*, non quia jam olim apud Deum decreta; nam hoc modo nullum Dei conſilium non vocari poſſet *antiquum*, ſed quia jam dudum cognita & à Prophetis ſignificata; nempe ruina urbis principis Moab, quæ hîc notatur, fuerat ante Iſaiam prænuntiata, ut liquet ex capite 16. v. 13. ubi vide. Ruina hæc Moab apertè demonſtratur in fine hujus capitis 25. Ut non liceat vaticinationem hanc, in quâ ſumus, tribuere aliis temporibus, quàm illis, in quibus adhuc Moabitæ vigebant. Propterea errare illi exiſtimandi ſunt, qui Babylonem hîc tangi putant à Medis Perſiſque deletam. Nam quo tempore Babylon everſa eſt, interierat jam dudum potentia Moab.

2. שמת מעיר, *poſuiſti urbem...* Lege העיר, ut legunt omnes Veteres, & ut poſteà legitur קריה, non מקריה. Occaſionem dederit iſti מעיר priori poſterius מעיר, quod infrà legitur, legendum; niſi forte natum fuit שמת מעיר, ex שמתה עיר, ut fortè in quibuſdam Codicibus legebatur. Hanc urbem ſtatuimus eſſe vel *Ar-Moab*, de quâ cap. 15. vel *Char-Soreth*, de quâ capite 16. quam diruerit, ſive Salmanaſar, ſive ejus filius Sennacherib, de cujus ſtrage gratiæ mox aguntur. ...זרים, *alienorum*, legimus זדים, *ſuperborum*, ut infra v. 5. Veteres nihil de *alienis*. Commodè quidem *alieni*, ubi tanguntur res, quas egerint apud Judæos extranei, non item ubi aguntur res ipſæ populorum extraneorum.

3. על כן יכבדוך עם עז, *certè etiam honorabit te populus potens*, nempe Babylonii, poſt ſtragem Aſſyriorum ab Angelo factam, quam Ezechiæ regi gratulati ſunt Babylonici legati, nec non Dei Judæorum potentiam admirati ſunt, auditis ejus miraculis. Lætabantur Babylonici, ſeu Chaldæi, de ſtrage Aſſyriorum, quia rivalitas erat inter hos & illos, ex quo Chaldæi defecerant ab Aſſyriis. Erat tunc in incunabulis ſuis imperium Chaldæorum. Jungit Iſaias in eâdem gratiarum actione cladem Moab & cladem Aſſyriorum, quia utraque fuit eorumdem ferè temporum.

4. כי רוח עריצים כזרם קיר, *nam ſpiritus violentorum quaſi inundatio*, בקיר, *in murum*, addito ב, quod exprimunt Syrus, Chaldæus & Vulgatus, & ſine quo nihil habet nomen קיר à quo regatur in caſu obliquo. Sed aliquà deficit membrum id poſterius. Nam cùm ſint in priori duæ ſimilitudines, una inundantium aquarum, altera torridi æſtûs, utraque recurrere debet in poſteriori, à quo prius explanatur; itaque addendum כחרב hoc modo. ...כי רוח כחרב כזרם בקיר, (*ſervaſti eos ab inundatione & ab æſtu,*) *nam ſpiritus* (*violentorum*) *ſic erat quaſi æſtus, & quaſi inundatio...*

5. חרב בצל עב: Hæc non expediunt Veteres, niſi quòd rectè Vulgatus, *ſicut æſtus*, ex ſcriptione כחרב, priori כחרב parallelâ; quomodò etiam rectè, *ut æſtus*, Syri Latinus Interpres. Pergit Vulgatus, *ſub nube torrente*, ſententiâ rectâ illâ quidem in Latino ſermone, ſed non item rectâ interpretatione. Quippe צל notat *umbram* ut præſidium, aut refrigerationem, non ut æſtum & aduſtionem. Ergo pugnantia loquetur Iſaias, ſi relinquitur בצל עב, quod, ut emendandum ſit, monet בציון, *in ſiccitate*, verbum parallelum verbo בחלעב, quod nos in Con-

textum revocamus. Eſt verbum לעב, Samariticè, *accendi*, idem ac להב Hebraicum, ex quo ducitur nomen תלעב formæ תלאובה, ex לאב, ut ſignificetur *torridus æſtus*. Sæpiſſimè Scribæ lapſi ſunt in verbis, quæ raró uſurpantur, deſcribendis.

6. לכל העמים... משתה, *omnibus populis... convivium*; quia poſt miracula, Ezechiâ regnante, facta, & ſtragis Aſſyriorum, & umbræ in ſolario retrogreſſæ, populi multi Jeroſolymam confluxêre, ut auribus hæc ſuis audirent Ezechiæque gratularentur.

7. ובלע... הלוט, *& auferet... velum*. Rectè id *velum* Grotius accipit pro terrore illo ab Aſſyriis, qui populos omnes velut excœcaverat. Nempe Sennacherib, fractis prope Jeruſalem viribus, in tantum contemptum venit, ut provinciæ quædam ab eo deficerent, præcipuè Media, quæ Aſſyrii imperii provincia maxima erat, quæque excuſſo ejus jugo, propriam ſibi Rempublicam fecit, deinde imperium detulit Dejoci, quod fuit poſteà Imperium Medorum. Parùm rectè quidam credidêre *velum ablatum* eſſe cognitionem Dei Judæorum, cujus apud multos populos fama diſſeminata eſt per miracula, Ezechiâ regnante, facta. Nam remanſit poſteà velum ſuper omnes populos expanſum, ut anteà erat, & retinuit Deos unaquæque gens ſuos. Cæterùm nunquam vidi in Sacro Codice פני הלוט, *facies veli*, pro ipſo *velo* uſurpatum; ut facilè credam fuiſſe פני ab ſuo loco dimotum; ſi enim illud ponas poſt על, hoc modo, על פני כל העמים, *ſuper vultus omnium populorum*, commoda erit collocatio iſtius פני.

8. בלע המות לנצח, *tollet peſtilentiam ad multos annos*, quâ peſtilentiâ ægrotavit Ezechias. Sumitur מות non tantùm pro ipsâ morte, ſed etiam pro eo, quod mortem affert, ut in Libro regum legitur, *mors in ollâ*, ſeu venenum mortiferum. Non licuit interpretari המות, *mortem*, quia regnante Manaſſe, filio Ezechiæ, multi Judæorum interfecti ſunt ab Aſſyriis.

10. ונדוש מואב, *& triturabitur Moab* ab Aſſyriis, nec ampliùs Judæ regiones infeſtabit. ...במי מדמנה, *in aquis Medemnæ*, quæ ſita erat in meridie Judæ non longè à regione Moab. Vult Maſora ut במי fiat במו præpoſitio; itaque multi interpretantur, *in fimo*, vel *in luto*. Verùm non capit ſententiam talem ſimilitudo, quæ mox ſequitur, natatoris; neque enim natant homines *in fimo*, vel *in luto*. Natatores illi aguntur, qui mediis in aquis paleas frangunt ac ſubigunt, unde conficiantur lateres. Credibile eſt aquas Medemnæ habitas fuiſſe in eum uſum cæteris aquis commodiores.

CAPUT XXVI.

Canticum, quod cantabitur, cùm Deus pacem fecerit urbemque excelſam diruerit... Vivent mortui, qui terrâ operiebantur: exceptum ſanguinem terra non celabit ampliùs.

1. *Eodem tempore canent iſtud*
carmen in terrâ Juda: Eſt nobis urbs
munita, ſaluti nobis ſunt mœnia &
propugnacula murorum. 2. *Aperite*
portas, ut ingrediatur gens juſta,
cuſtodiens fidem, innixa veritate.
3. *Tu pacem, tu propterea pacem*
conſervabis, quia in te ſperaverunt.
4. *Sperate in Domino ad perpetuum*
tempus; erit enim Dominus præſi-
dium ſempiternum. 5. *Quippe depri-*
met eos, qui celſas ſedes habitant;
civitatem excelſam humilem dabit,
humi dejiciet eam & ſolo æquabit.
6. *Calcabunt eam pedes pauperum,*
veſtigia egenorum. 7. *Fiet juſto pla-*

1. ביום ההוא ישר השיר הזה
בארץ יהודה · עיר עז לנו · ישועה
ישית חומות וחל : 2. פתחו
שערים ויבא גוי צדיק שמר אמנים :
3. יצר סמוך תצר שלום שלום ·
כי בך בטוח : 4. בטחו ביהוה
עדי עד · כי ביה יהוה צור עולמים :
5. כי השח ישבי מרום · קריה
נשגבה ישפילנה · ישפילה עד ארץ
יגיענה עד עפר : 6. תרמסנה
רגל · רגלי עני פעמי דלים : 7.
ארח לצדיק מישרים · ישר מעגל
צדיק תפלס : 8. אף ארח משפטיך
יהוה קוינוך · לשמך ולזכרך תאות
נפש :
9. נפשי אויתך בלילה אף רוחי

num iter; juſtus habebit rectos calles.
8. *Tu enim, Domine, judiciis tuis*
viam ſternes; expectavimus te prop-
ter nomen tuum; memoria tui animæ
deſiderium. 9. *Deſiderat te nocte ani-*
ma mea; requirit te in præcordiis
meis ſpiritus meus; quoniam ut judi-
cia tua in terrâ erunt, ita juſtitiam
diſcent orbis habitatores. 10. *Cum*
impio enim ſi benignè agitur, non
propterea diſcit æquitatem. In terrâ
ipſâ æquitatis nequiter aget, nec glo-
riam Domini mente reputabit.
11 *Extolle, Domine, manum tuam*
ne videant viſionem; erubeſcat popu-
li invidia, devoret ignis hoſtes tuos.
12. *Domine, tribue nobis pacis vi-*
ces, poſtquàm tu feciſti omnia hæc,
quæ in nos advenerunt. 13. *Domine*
Deus noſter, imperant nobis, præter
te, dominatores; nos verò, propter
te, nomen tuum unum recordabimur.
14. *Mortui non vivent, gigantes*
non ſurgent; in eos enim ideò ani-
madvertiſti, ut perirent, ut ipſorum
memoria penitùs interiret. 15. *Au-*
xiſti gentem, Domine, auxiſti gen-
tem; tu per gloriam tuam terræ ter-
minos removiſti. 16. *Requirunt te,*
Domine, rebus in anguſtis; clamo-
res mittunt, cùm, te caſtigante, premuntur. 17. *Ut mulier prægnans, partu*
appropinquante, dolet, & in dolore vociferatur, tales nos, Domine ſumus,
te metuentes. 18. *Concepimus, dolemus, quaſi ventum parturimus; neque*
enim facimus ut afferat terra ſalutem, neve cadant orbis habitatores. 19 *Vi-*
vent mortui, qui tui erant; ſurgent, erigent ſe ſe, ut canticum canant, qui
in pulvere deliteſcebant; ros enim luminis erit ros tuus, cùm intereà terra
gigantum tenebris involvetur. 20. *Vade, popule meus; ingredere penetralia*
tua; claude poſt te januas tuas; abſcondere pauliſper, donec tranſierit furor.
21. *Egredietur enim Dominus ex loco ſuo, ut ſcelus habitatorum terræ in*
ipſos rejiciat; revelabitque terra exceptum ſanguinem, nec abſcondet am-
pliùs interfectos ſuos.

בקרבי אשחרך • כי כאשר משפטיך
לארץ צדק למדו ישבי תבל : 10.
יחן רשע בל למד צדק • בארץ
נכחות יעול • ובל יראה גאות יהוה :
11. יהוה רמה ידך בל יחזיון יחזו •
ויבשו קנאת עם • אף אש צריך
תאכלם : 12. יהוה תשפת שלום
לנו • כי גם כל מעשינו פעלת לנו :
13. יהוה אלהינו בעלונו אדנים
זולתך • לבד בך נזכיר שמך : 14.
מתים בל יחיו רפאים בל יקמו •
לכן פקדת ותשמידם ותאבד כל
זכר למו : 15. יספת לגוי יהוה
יספת לגוי • נכבדת רחקת כל קצוי
ארץ : 16. יהוה בצר פקדוך •
צקון לחש מוסרך למו : 17. כמו
הרה תקריב ללדת תחיל תזעק
בחבליה • כן היינו מפניך יהוה :
18. הרינו חלנו כמו ילדנו רוח •
ישועת בל נעשה ארץ ובל יפלו
ישבי תבל : 19. יחיו מתיך נבלתי
יקומון • הקיצו ורננו שכני עפר • כי
טל אורת טלך וארץ רפאים
תפיל : 20. לך עמי • בא בחדריך
וסגר דלתיך בעדך • חבי כמעט
רגע עד יעבור זעם : 21. כי הנה
יהוה יצא ממקומו לפקד עון ישב
הארץ עליו • וגלתה הארץ את דמיה
ולא תכסה עוד על הרוגיה :

---

1. בארץ יהודה (*cantabitur canticum illud*) *in terrâ Juda.* Hæc verba, *in terrâ Juda,* ut & quæ ſe-
quuntur verſu 5. de civitate ſolo æquandâ, de quâ eâdem in fine capitis ſuperioris, demonſtrant

Cantici hujus materiam esse urbem principem Moab ab Assyriis devastatam, postquàm Judææ fines devastârat, deinde Ezechiæ regi tributi servitute obnoxiam futuram, ut anteà vidimus capite 16. ...עיר עז לנו, *est nobis urbs munita*, Jerusalem, quam rex Ezechias auxerat munimentis, Sennacherib urbi imminente, & urbe principe Moab ab eo jam captâ & solo æquatâ. Junguntur simul in Cantico & liberatio urbis Jerusalem & excidium urbis Moab, quia hæc eodem bello evenerant, Deo ferente opem Judæis.

3. יצר סמוך: Quid legeret Vulgatus, ut converteret *vetus error abiit*, mihi non liquet. Liquet tantùm, hæc verba, ut nunc jacent, non sic legisse Veteres, nec verò ullam habere posse interpretationem, nisi placet Lectori illud, *figmento fulto*, quod fœdè Arias. Sed optimè Græci Intt. *ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας*, *apprehendens veritatem*, ex scriptione בישר סמוך, *in veritate innixus*. Quippe non semel Græci Intt. convertunt ישר, *verum*, *veritatem*. Quod nunc est punctum majus post אמנים, fuerit olim ב, partem deletum, & ad ישר (nunc malè יצר) adjunctum. Planum est continuari sententiam usque ad תצר, *servabis*, cui verbo præfigendum est punctum majus. ...בטוח: Chaldæus, אתרחיצו, *confisi sunt*, legens בטחו, ut & legendum; nam pertinet בטחו, *ad justos*, qui suprà; & commodiùs id venit, quàm בטוחנו, *confidimus*, quanquam ita Syrus & Vulgatus. Quicunque Judæi in Deo spem habuerant, vocantur *gens justa*, in oppositione cum gente Assyriorum.

4. כי ביה יהוה: Lege, cum Græcis & cum Syro, כי היה יהוה, *est enim Dominus* (*petra*...) Dicitur in Scripturis Sacris *Deus* esse *petra*, non autem *in Deo est petra*. Vidè etiam quæ diximus ad caput 12. v. 2.

5. קריה נשגבה, *civitatem excelsam*, nempe urbem principem regni Moab, de quâ in capite superiore. Urbem Niniven plerique hìc videre sibi videntur; ex quibus quæri potest, quî constare id possit, quod mox sequitur, *calcabit eam pes pauperis*, *erit justo semita plana*. Num enim *pauperes* & *justos* vocari putant decem Tribus illuc abductas, & propter scelera sua captivas factas? In Sacris Codicibus venit עני, *pauper*, pro eo qui injustè opprimitur, non autem pro eo, qui suas ob noxas & flagitia miser factus est. Non dubium est hìc notari Judæos eosdem, de quibus suprà, qui in Deo spem habuerunt, & proptereà liberati sunt à Sennacherib, rege Assyriorum. Iidem urbem principem Moab calcârunt, viamque planam nacti sunt, quâ irent ad Moabitas, postquàm eorum profugos apud se receperant, ut vidimus cap. 16. Moabitis Ezechiæ regi tum demum subditis, & agnorum tributum solventibus.

7. & 8. תפלס: אף: Malè inter utrumque interpunctio major, quæ fuerat ante תפלס collocanda. Nam id verbum superfluit versu 7. cujus duo membra tribus singula verbis constant. Et, nisi תפלס, *complanabis*, regit nomen ארח in accusandi casu, nescietur quo in casu sit id nomen: vide & attende.

9. אשחרך: Lege תשחרך, *desiderat te*, רוחי, *spiritus meus*. Liquet sic legendum, etsi non sic legerent Syrus, Chaldæus, Græci Intt. Hoc versu aliarum rerum exordium nascitur. Non jam de Moab Isaias loquitur, sed de suâ gente, quæ quanquam vivit *in terrâ æquitatis*, sive ubi constitutæ sunt justæ leges, non tamen *discet justitiam*, *nec gloriam Domini mente reputabit*, quomodò in Christo Domino aiebat Joannes, Ev. cap. 12. v. 43. *dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei*. Occasionem sumit Isaias ex ultimis Dei beneficiis, ut dicat non proptereà fore, ut Judæi discant justitiam, quia tanguntur impii suppliciis, non beneficiis; futurum igitur, ut Deus aliquandò tandem de suâ gente supplicium sumat.

11. יחזיון: Potius חזון, *visionem*; vide versionem. Describitur ingenium Judæorum, qui de Christo Domino vaticinationes, vel non intelligebant, vel non attendebant. ...יבשו קנאת עם: Lege יבשה, *erubescat invidia populi*, nempe Judæorum in prophetas, in Messiam venturum, in alias gentes, culpâ ipsorum, in oleam insertas. Hæc fuit populi Judaici indoles tum, cùm Deus *hostes suos igne absumpsit*.

12. תשפת שלום לנו, *ordinabis pacem nobis*, sive facies, ut pax tanquam suo ordine, post mala veniens, habeat tandem suas vices. Vulgatus, *dabis*, ex sententiâ potiùs, quàm ex ipsâ proprietate verbi שפת.

14. מתים לא יחיו, *mortui non vivent*. Infrà v. 19. *mortui tui vivent*. Itaque hoc versu 14. intelligendi *mortui*, qui non sint *tui*, sive qui aliis in gentibus mortui sunt *spem non habentes*, iidem qui *gigantes* in loco parallelo: sic impii nominari solent, similitudine ductâ ex antiquis gigantibus, *hominum*, non *Dei*, filiis. *Mortui* autem & *gigantes* iidem sunt hoc loco, qui populo Dei *dominantur*, atque eum divexant, quorum omnium memoriam docet Isaias, aliorum post alios, interituram, quomodò iidem anteà periêre sine ullâ spe futuræ immortalitatis, quam qui *in Domino moriuntur* (מתיך) habituri sunt.

15. יספת לגוי, *auxisti gentem*. Hæc adhuc de gente Judæorum, quam Deus auxit variis temporibus post Babylonicam captivitatem, præcipuè tempore Machabæorum, post quorum bella & victorias Judæi totam regionem obtinuerunt, quam anteà duodecim Tribus occupârant.

16. צקון לחש: Non mirum scripturâ in mendosâ tergiversari Veteres Intt. nec non Recentiores. Scriptum fuit צקו pro צעקו, omisso ע propter ejus cum צ similitudinem; ן autem pro ע; nam, cùm olim scriptum fuisset צעקו בלחש, *clamant in angustiâ*, Scribæ posuerunt צקו נלחש, per נ ferè similem litteram litteræ ב, in Codd. manuscriptis. Respondet verbum צעקו, *clamant*, verbo פקדו, *requirunt*, atque illud præparat ad תועק, *clamabit*, quod sequenti versu.

18. ישועת בל נעשה ארץ: Verbum pro verbo, *salutem non facimus terram*, sive non facimus, ut terra ea sancta, quam habitamus, nobis afferat salutem. ...ובל, *ne-ve pereant habitatores orbis*,

ſeu Judæi, qui in toto orbe terrarum habitant. Nam inſiſtimus in nominis תבל uſitatâ poteſtate, in quâ notatur univerſus *orbis*, non autem terra una Judæorum.

19. נבלתי יקומון : Lege ...נבלתיך, *cadavera tua;* nam anteceſſit מתיך, *mortui tui*, ſententiâ in parallelâ. Natus eſt error ex litteris יך & יק ſimiliter ſonantibus. ...וארץ רפאים תפיל, *& terram gigantum cadere facies.* Mox uſurpavit Propheta verbum נפל de hominibus, non de *terrâ;* atque haud ſcio, an uſquam legatur, *terra cadit*, adhibito verbo נפל. *Cadunt* aliquandò *montes*, non *terra.* Præterea planum fit ex vocabulo אורות, *luminum*, quod habet membrum prius, eſſe debere in verbo תפיל, aliquid *lumini* contrarium, quod quidem erit, ſi legitur תאפיל, *tenebroſam facies*, ex אפל, *tenebræ.* Idem error in verbo תפיל, pro תאפיל, qui mox in צקו, pro צעקו.

20. בא בחדריך, *intra in penetralia tua*, ſive expecta in ſolitudine, involve te tuâ virtute ac fide, donec mortui ad vitam gloriamque reſurgant. Aliam eſſe ſententiam non patiuntur, quæ anteceſſerunt.

CAPUT XXVII.

Calcabitur vinea; ſurculi tamen ex Jacob relinquentur, qui orbem implebunt. Congregabuntur filii Iſrael ex Aſſyriâ & ex Ægypto.

1. *In die illâ Dominus animad-*
vertet gladio ſuo duro, magno & po-
tenti, in Leviathan ſerpentem mag-
num, & in Leviathan colubrum tor-
tuoſum, interficietque maritimum
Draconem. 2. *Eo tempore de vineâ*
dilectâ hæc canentur: 3. *Ego Domi-*
nus cuſtodiebam eam; ego eam in
momenta ſingula rigabam, ne quid in
eâ deſideraretur; ego eam nocte die-
que cuſtodivi. 4. (Vin.) *Non ſunt*
mihi parietes; quis dabit mihi ve-
prium ſepem? 5. (Dom.) *Ego verò*
eandem bello calcabo, ſimulque incen-
dam; quonam pacto reſiſtet viribus
meis? (Vin.) *Faciat ô pacem mihi,*
faciat mihi pacem. 6. *Jacob proge-*
niem futuram de radice aget; flore-
bit Iſrael, germen expandet; propa-
gines ejus implebunt orbem. 7. *Num*
enim, ſimiliter ac eum percuſſerunt,
percuſſurus eſt, utque eum trucida-
runt, trucidaturus? 8. *Imò judica-*
bit eam deportatione palmitum; lon-
gè eripiet eam ſpiritu ſuo vehementi,
cùm dies aderit turbinis orientalis.
9. *Certe enim ſic expiabitur iniqui-*

1. ביום ההוא יפקד יהוה בחרבו
הקשה והגדולה · והחזקה על לויתן
נחש ברח ועל לויתן נחש עקלתון ·
והרג את התנין אשר בים : 2.
ביום ההוא כרם חמד ענו לה : 3.
אני יהוה נצרה · לרגעים אשקנה
פן יפקד עליה · לילה ויום אצרנה :
4. חמה אין לי · מי יתנני שמיר
שית · במלחמה אפשעה · בה
אציתנה יחד : 5. או יחזק במעזי ·
יעשה שלום לי · שלום יעשה לי :
6. הבאים ישרש יעקב · יציץ ופרח
ישראל · ומלאו פני תבל תנובה :
7. הכמכת מכהו הכהו · אם כהרג
הרגיו הרג : 8. בסאסאה בשלחה
תריבנה · הגה ברוחו הקשה ביום
קדים : 9. לכן בזאת יכפר עון
יעקב וזה כל פרי הסר חטאתו ·
בשומו כל אבני מזבח כאבני גר
מנפצות · לא יקמו אשרים וחמנים :
10. כי עיר בצורה בדד · נוה משלח
ונעזב כמדבר · שם ירעה עגל
ושם ירבץ וכלה סעפיה : 11.
ביבש קצירה תשברנה נשים באות
מאירות אותה · כי לא עם בינות
הוא · על כן לא ירחמנו עשהו ·
ויצרו לא יחננו : 12. והיה ביום

ההוא יחבט יהוה משבלת הנהר
עד נחל מצרים • ואתם תלקטו
לאחד אחד בני ישראל : 13. והיה
ביום ההוא יתקע בשופר גדול •
ובאו האבדים בארץ אשור והנדחים
בארץ מצרים • והשתחוו ליהוה בהר
הקדש בירושלם :

tas Jacob ; ſceleris ejus auferendi fructus erit talis, ut lapides altaris omnes ſint ut calcis diſſipati lapides ; ut ne ampliùs excitentur luci, aut delubra. 10. *Quippe urbs munita fiet deſerta ; erit ut paſcuum ſolitudinis liberum ac relictum ; ibi paſcet vitulus, ibi recubabit ; ibi virentia gramina ejus abſumet; expectabunt mulieres, quæ venturæ ſunt, ut eam incendant, donec aruerint palmites ejus.* 11. *Iſte enim populus non is eſt, qui intelligat ; ideò non parcet ei Creator ejus ; non miſerebitur qui eum fecit.* 12. *In die illâ Dominus excutiet ariſtas à fluvio uſque ad Ægypti torrentem ; vos autem unus poſt unum colligemini, filii Iſrael.* 13. *Eâdem die tubâ magnâ clangetur, & advenient quicunque apud Aſſyrios perditi erant, & quicunque in terrâ Ægypti profugi, adorabuntque Dominum in monte ſancto, in Jeruſalem.*

---

1. ביום ההוא, *in die illâ.* Rectè quidam obſervant, malè hìc fuiſſe notatum caput ; nam ſententiæ ejuſdem, quæ anteceſſit, hæc ſunt, quæ hoc verſu de Leviathan dicuntur. Leviathan *ſerpentis longi* ſimilitudo ducitur ex crocodilo, qui corpus ſuum ſquammis rigidum ſinuare non poteſt ; Leviathan autem, *colubri tortuoſi*, ex Hippopotamo : utroque adumbrante ſerpentem, cujus fallaciâ & dolis primus homo lapſus eſt. Tum enim Deus de eo ſerpente pœnas ultimas ſumet, cùm *terra non ampliùs abſcondet interfectos ſuos.* Leviathan, in libro Job, non alius eſt quàm generis humani hoſtis, & fruſtra quidam ſimilitudinem iſtam ex aquatilibus animalibus ductam, accommodare volunt ad aliquem terræ regem, Judaicæ genti infenſum.

2. כרם חמד ענו לה : Verbum pro verbo, *vinea deſiderabilis canent de eâ.* Porrò alia Impreſſa חמד, alia חמר, *vini.* Imò Athianarum duarum Editionum *Leuſden* & *Vander-Hooght*, una חמד, altera חמר. Nos anteferimus חמד, quomodò legere videntur Græci Intt. in quibus legitur ἐπιθύμημα, *deſiderium.*

3. פן יפקד עליה, *ne quid in eâ deſideretur.* Syrus ואפקוד, *& mandabo*, qui legere videtur גם אפקד, pro פן יפקד, quæ ſcriptura non contemnenda, quæque etiam videri poteſt hodiernâ melior.

4. חמה : Vulgatus, *indignatio.* Meliùs Græci Intt. & Syrus, τεῖχος & שורא, *murus.* Inducuntur Deus & vinea ſermone alterno loquentes. Conqueritur vinea, quòd non claudatur muro, quia tunc regnum Juda patebat incurſionibus Aſſyriorum. Reſpondet Deus, ſe non modò non murum, nec ſepem, vineæ ſuæ additurum, ſed facturùm ut conculcetur ab Aſſyriis. Poſtea pacem rogat vinea (verſu 5.) Reſpondet Deus, futurum quidem eſſe, ut Jacob habeat propaginem, quæ orbem implebit, (verſu 6.) quæ propago de filiis *ex fide* intelligenda, neque minùs tamen vineam eſſe ab orientali turbine ſternendam, (verſu 8.) quia ventura erat ab Aſſyriis tempeſtas. Talis eſt tota cantici hujus ſeries. Porrò, pro או, legendum אי, *quomodò (reſiſtet viribus meis ?)*

6. הבאים ישרש יעקב : Verbum de verbo, *venturos edet de ſtirpe ſuâ Jacob*, quibus pacem faciet Deus, quam fruſtra vinea poſtulat.

7. הכמכת... : Quanquam Caſtalio fatebatur hæc ſe non intelligere, tamen non difficilia ſunt ad intellîgendum, modò ſumatur hæc loqui ipſum Iſaiam Prophetam de populo Judæorum, quem vinea exhibebat, & hæc dicere : populum Judæ non jam cladibus, ut priores clades fuerunt, affligendum, ſed alienas in terras deportandum.

8. בסאסאה בשלחה תריבנה. Rectè Edm. Caſtellus verbo סאה vidit ſubeſſe ſignificatum *migrare fecit*, modò tamen legatur בסעסעה, ex verbo נסע, *proficiſci.* Poſtea legendum non תריבנה, perſonâ ſecundâ, ſed הריבנה, tertiâ, ut antea הכהו, quæ duo verba ad Deum pertinent Judæos percutientem, deque vineâ ſuâ judicia exercentem. Verbum pro verbo ſic convertas, *in migrare eam faciendo cum palmitibus ſuis*, (בשלחיה) *judicabit eam.*

9. כל אבני מזבח, *omnes lapides altaris*, nempe ejus, quod erat in Templo Jeruſalem, *fient ut lapides calcis* diſſipati, quod quidem evenit, cùm Chaldæi Templum Jeruſalem inflammârunt. Quod verò additur de *lucis* ac *delubris*, ſignificat delendum eſſe in Jeruſalem cultum Idolorum, non amplius uſurpandum. Nam Judæi Babylone reverſi Deo unî ſervierunt.

10. וכלה סעפיה, *& virentia gramina ejus abſumet.* Nempe herbas, quæ creſcent mediis in or-

dinibus vitium incultarum. Nam herbas tales vituli paſcuntur potiùs, quàm ſarmenta vitium; quæ ſarmenta mox dicuntur combuſtum iri. Græci Intt. vocabulum סעפיה, convertunt χλωρὸν, *viride*, & videtur סעף ſignificare, non modo palmitum, aut ramorum, ſed etiam omnem terræ herbeſcentem viriditatem. ...נשים באות, *mulieres quæ veniunt.* Indicantur mulieres illæ ruſticanæ ac pauperes, quæ in vitibus & in ſylvis ligna conquirunt colliguntque pro focis ſuis. Vinea erit, inquit Iſaias, adeò relicta & deſtituta cuſtodibus, ut mulieres non clam, nec properè venturæ ſint ut ligna, quæ incendant, colligant, ſed expectaturæ, donec palmites aruerint, prædæ ſecuritate.

12. משבלת ...יחבט: Nos, *excutiet... ariſtas à fluvio*, addito *ariſtas*, quia ante משבלת omiſſum fuit ſimile vocabulum שבלת, quod ſignificat *ſpicam*, *ariſtam*; nempe verbum שבט, *excutere*, vel *evannare*, activum eſt, nec legitur non ſubſequente caſu.

CAPUT XXVIII.

Ebrii Ephraim turbine abripientur. Reliquiæ erunt ſuper, quæ tamen poſteà, propter eadem ſcelera, auferentur, relicto anguli lapide cùm faciet Dominus magnam deminutionem populi ſui...

1. *Væ coronis elegantibus ebrio-*
rum Ephraim, floribus caducis mag-
nifici ejus ornatûs, qui ſurgunt in ca-
pite vallis pinguium; væ hominibus
vino temulentis. 2. *Imminet enim*
Domini potentia & fortitudo; immi-
tet latè in terram, quanta eſt, procel-
lam grandinis, vaſtificam tempeſta-
tem, molem ingentium aquarum latè
inundantem. 3. *Coronæ elegantes*
ebriorum Ephraim pedibus proculca-
buntur. 4. *Erit ille ejus ſplendidus*
ornatus floris caduci, qui creſcit in
capite vallis pinguium, ut fructus an-
te æſtatem maturus, quem qui videt
decerpit, & manu collectum ſubitò
vorat. 5. *Eodem tempore erit Domi-*
nus exercituum populi ſui reliquiis
magnificus ornatus ſplendidumque
diadema; 6. *Erit ſpiritus judicii*
ſuper eum, qui ad judicium ſe-
debit; erit fortitudo illis, qui bel-
lum in portâ comprimet. 7. *Illi*
verò etiam ipſi vino errant, per ſice-
ram deviant, Sacerdos & propheta
ſicerâ exerrant; vino abſorbentur,
ſicerâ deviant; falluntur in viſione,

1. הוי עטרת גאות שכרי
אפרים וציץ נבל צבי תפארתו ·
אשר על ראש גיא שמנים הלומי
יין ׃ 2. הנה חזק ואמץ לאדני
כזרם ברד שער קטב · כזרם מים
כבירים שטפים הניח לארץ ביד ׃
3. ברגלים תרמסנה עטרת גאות
שכורי אפרים ׃ 4. והיתה ציצת
נבל צבי תפארתו אשר על ראש
גיא שמנים כבכורה בטרם קיץ
אשר יראה הראה אותה · בעודה
בכפו יבלענה ׃ 5. ביום ההוא
יהיה יהוה צבאות לעטרת צבי
ולצפירת תפארה לשאר עמו ׃ 6.
ולרוח משפט ליושב על המשפט
ולגבורה משיבי מלחמה שערה ׃
7. וגם אלה ביין שגו ובשכר
תעו · כהן ונביא שגו בשכר · נבלעו
מן היין · תעו מן השכר · שגו בראה ·
פקו פליליה ׃ 8. כי כל שלחנות
מלאו קיא צאה בלי מקום ׃ 9.
את מי יורה דעה ואת מי יבין
שמועה גמולי מחלב עתיקי משדים ׃
10. כי צו לצו צו לצו · קו לקו קו
לקו · זעיר שם זעיר שם ׃ 11. כי
בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר
אל העם הזה ׃ 12. אשר אמר

in judicio titubant. 8. *Omnes mensæ*
plenæ sunt vomitu, nec superest præ
sordibus locus. 9. *Quis ille est, qui*
scientiam docebitur, qui intelliget
rem auditam. O pueruli à lacte amo-
ti, ab uberibus exclusi, 10. *Quibus*
iteratur appellandum Tsou *vel* Chou
vel Zair Ssim *pronuntiandum sæpiùs*
inculcatur ? 11. *Nam populo isti*
cùm loquare, sermo est peregrinus
alienaque Lingua. 12. *Si quando eis*
dicitur, concedite lasso requiem, erit-
que vobis quies & respiratio, nolunt
audire. 13. *Est eis verbum Domini*
sic tanquam Tsou, *vel* Chou *sæpiùs*
iteratum, ut Zair Ssim *multoties in-*
culcatum; eò ut retrò abeuntes cor-
ruant & frangantur, ut laqueo de-
tenti prædæ fiant. 14. *Propterea au-*
dite verbum Domini, homines deri-
sores, qui populum istum, Jerusa-
lem habitatorem, tali proverbio simi-
lem facitis. 15. *Sic enim dicitis: nos*
cum morte fœdus fecimus: nos cum
sepulcro ad pactionem venimus. Tem-
pestas irruens, cùm transibit, non
veniet usque ad nos: nempe in men-
dacio præsidium habebimus, in fal-
sitate perfugium. 16. *Hæc igitur*
dicit Dominator Dominus: ego po-
nam lapidem probatum, angularem,
pretiosum, fundamento in firmo lo-
catum, firmitudine tali, ut non di-
moveatur. 17. *Judicium lineâ dime-*
tiar, perpendiculo justitiam; everret
autem grando præsidium mendacii;
aquæ latebras inundabunt. 18. *De-*
lebitur vestrum cum morte fœdus;
pactio vestra cum Inferno non stabit;
tempestas irruens, cum transibit, ob-
ruet vos; 19. *Cùm transibit, abri-*
piet vos; nam summo mane dieque
ac nocte transibit; vexatio una dabit,
ut audita intelligantur. 20. *Erit cu-*

אליהם · זאת המנוחה הניחו לעיף
וזאת המרגעה · ולא אבוא שמוע :
13. והיה להם דבר יהוה צו לצו
צו לצו · קו לקו קו לקו · זעיר שם
זעיר שם · למען ילכו וכשלו אחור
ונשברו ונוקשו ונלכדו : 14. לכן
שמעו דבר יהוה אנשי לצון · משלי
העם הזה אשר בירושלם : 15.
כי אמרתם · כרתנו ברית את מות ·
ועם שאול עשינו חזה · שיט שוטף
כי עבר לא יבואנו · כי שמנו כזב
מחסנו ובשקר נסתרנו : 16. לכן
כה אמר אדני יהוה · הנני יסד בציון
אבן · אבן בחן פנת יקרת מוסד
מוסד · המאמין לא יחיש : 17.
ושמתי משפט לקו וצדקה למשקלת ·
ויעה ברד מחסה כזב וסתר מים
ישטפו : 18. וכפר בריתכם את
מות · וחזותכם את שאול לא תקום ·
שוט שוטף כי יעבר והייתם לו
למרמס : 19. מדי עברו יקח
אתכם · כי בבקר בבקר יעבר ביום
ובלילה · והיה רק זועה הבין
שמועה : 20. כי קצר המצע
מהשתרע · והמסכה צרה כהתכנס :
21. כי כהר פרצים יקום יהוה ·
כעמק בגבעון ירגז · לעשות מעשהו
זר מעשהו · ולעבד עבדתו נכריה
עבדתו : 22. ועתה אל תתלוצצו
פן יחזקו מוסריכם · כי כלה ונחרצה
שמעתי מאת אדני יהוה צבאות
על כל הארץ :
23. האזינו ושמעו קולי · הקשיבו
ושמעו אמרתי : 24. הכל היום
יחרש החרש לזרע · יפתח וישדד
אדמתו : 25. הלוא אם שוה
פניה והפיץ קצח וכמן יזרק · ושם
חטה שורה ושערה נסמן וכסמת
גבלתו : 26. ויסרו למשפט אלהיו
יורנו : 27. כי לא בחרוץ יודש
קצח · ואופן עגלה על כמן יוסב · כי
במטה יחבט קצח וכמן בשבט :
28. לחם יודק כי לא לנצח אדוש
ידושנו · והמם גלגל עגלתו ופרשיו
לא

לא ידקנו ׃ 29. גם זאת מעם יהוה
צבאות יצאה · הפלא עצה · הגדיל
תושיה ׃

*bile brevius, quàm ut ſe ſe in eo ex-
tendant; ſtragulum anguſtius, quàm
ut duo ſimul decumbant. 21. Faciet
enim Dominus, ut fecit in monte
diviſionis; Dominus, ut in valle Gabaon, ſic iraſcetur. Conſilia ſua cùm
perficiet, præter ſolitum videbuntur; opus ſuum cùm abſolvet, evenient res
inauditæ. 22. Quare nolite eſſe deluſores, ne vincula veſtra firmentur. Au-
divi enim à Dominatore Domino exercituum, fore in univerſâ terrâ mag-
nam deminutionem. 23. Præbete aures & audite vocem meam; percipite ver-
ba mea, & attendite. 24. An totam diem arat arator ad ſeminandum, ſubi-
gitque & occat terram ſuam? 25. Non-ne, poſteà quàm faciem ejus compla-
navit, nigellam diſſeminat, cuminum ſpargit, triticum optimum ponit, hor-
deum-ve, aut milium, vel ſpeltam per agri ſui limites? 26. Non-ne eum do-
cet Deus ſuus propriam cuique rei artem, Deumque habet magiſtrum?
27. Neque enim tribulo nigella teritur, nec vertitur ſuper cuminum plauſtri
rota, ſed baculo nigella excutitur, virgâ cuminum; 28. Nec frumentum,
quando frangitur, in perpetuum terit, qui terit illud; neque agitat currûs ſui
rotam & equos ſuos, donec illud in pulverem comminuat. 29. Tamen hæc
erunt, mandante Domino exercituum, qui conſilium ſuum mirabiliter exſe-
quetur, ſapientiam ſuam faciet excelſam.*

---

1. שכרי אפרים, *ebriorum Ephraim*, ſive Samariæ magnatum, cujus urbis clades hìc prænuntiatur; cui cladi opponitur verſibus 5. & 6. regnum Judæ fore intereà florentiſſimum, nimirùm regnante Ezechiâ, cùm bellum comprimetur in portis ipſis Jeruſalem, exercitu Sennacherib deleto.

2. לארץ ביד: Omninò legendum לארץ היד, *in terram ſpatii*, ſive *ſpatioſam*, ut convertit legitque Hieronymus. *Spatioſa* dicitur terra Iſrael in oppoſitione cum terrâ Juda, quæ erat duarum tantùm Tribuum.

4. אשר יראה הראה: Nos, *quem, qui videt, decerpit.* Nempe, pro יראה, legimus יארה, *decerpit*, quod verbum reſpondet ſequenti verbo, יבלענה, *ſubitò vorat eum.* Oſtendit ipſe Iſaias ſe anteà dixiſſe, *decerpit*, ubi ſubdit, *dum adhuc eſt in manu ejus;* ideò enim *fructus in manu eſt*, quia jam *decerptus.*

6. ולגבורה משיבי: Claudit ſententiam Syrus poſt לגבורה; malè: id enim poſtulat adjunctum, ut habet adjunctum vocabulum ולרוח parallelum. Sed addendum ל, ut ſit למשיבי, in dandi caſu, quomodò Vulgatus, *revertentibus*, ut is caſus reſpondeat caſui ſimili ליושב. Cæterùm minùs rectè Vulgatus, *fortitudo revertentibus de bello ad portam;* nam fortitudo neceſſaria eſt euntibus ad bellum, non à bello *revertentibus.* Prætereà משיבי, eſt *Hiphil*, *avertentibus*, non *Kal*, *revertentibus;* ut non jam locum habeat ממלחמה, *de bello*, ut legere videtur Vulgatus: vide ſuprà ad verſum 1.

7. פקו פלילה: Oritur פקו ex Radice פוק, quæ, ut habeat formam *Hiphil*, caret tamen poteſtate Activâ, ut videatur non benè hìc poſitum פלילה, in accuſandi caſu. Et, quandoquidem anteceſſit בראה, *in viſione*, ſatis id ſigni eſt, ſcriptum fuiſſe olim בפלילה, *in judicio.* Non ſemel omiſſum fuit ב ante פ, propter utriuſque litteræ ſimilitudinem, præſertim in litteris Samariticis.

10. כי צו לצו...: Sententiam aperuit in anteceſſum Propheta ſuperiore verſu, cùm eos, quos alloquitur, ſimiles fecit puerulis, ab ubere mox excluſis, quos deinde labor eſt inſtituere ad litteras legendas & appellandas; aperit adhuc verſu inferiore, ubi ſubjungit, ſi quis ex Dei verbis loquitur, illum videri uti Linguâ peregrinâ. Eligit Propheta tria verba Hebraica צו & קו & זעיר, quartum שם, quæ puerulis difficiliora erant ad pronuntiandum, ut pote quorum litteræ primæ ſunt dentales צ, ז, ש, quæ ſibilo efferuntur, una gutturalis ק, quæ gutture vi quâdam exploditur. Nam puerulis litteræ faciliores ſunt litteræ labiales, ut in אמי, אבי, quomodò in Gallicâ Linguâ, *mon pere, ma mere.* Proptereà nos horum quatuor verborum ſonum interpretando exhibemus, non ipſum ſignificatum, qui non agitur. Si enim converteremus, *manda, remanda, expecta, reexpecta*, &c. quaſi hæc viri deriſores per contemptum dicerent, non jam appareret, cur eoſdem appellet Iſaias parvulos à lacte amotos,

& malè ſervaretur ſimilitudo ducta ex pueris infantibus, quorum non eſt contemnere verba Prophetarum. Quòd ſi dicas hæc verba, *manda*, *remanda*, &c. prophetæ ipſius eſſe dicentis, Deum mandare ſæpius de ſuis legibus obſervandis, eundem lapidem volves; neque enim Dei mandata ſignificantur pueris ab ubere mox amotis.

12. זאת המנוחה הניחו לעיף, *hæc requies*, *reficite laſſum*, *hoc refrigerium*. Ordo mutatus perplexam fecit ſeriem; ut non mirum ſit Veteres hìc titubare, aut deſerere Contextum ſuum. Omnia plana erunt, ſi primum locum hæc habebunt הניחו לעיף, *laſſo date requiem*, ut deinde ſubjungatur, *hæc erit requies*, *hæc reſpiratio*; quaſi dicat Propheta: nolite divexare ſubditos veſtros ac ſervos, tum dabit vobis Dominus quietem, reſpirabitiſque à malis, quæ vos premunt. ...ולא אבוא שמוע, *& nolunt audire*. Pro אבוא, legendum אבו, ex אבה, *conſentire*. Eſt אבוא Arabiſmus ex Arabe Scribâ profectus. Aliquando conſtruitur vebum אבה, ſine ל ſubſequente, ut hoc loco: vide infrà cap. 30. v. 9.

14. משלי העם הזה: Maluimus interpretari ex Radice משל, *parabola*, *parabolam facere*, quàm ex משל, *dominari*, tum quia id verbum ſubſequi ſolet præpoſitio, vel על, vel ב, cùm ſignificat *dominari* in ſubditos, tum præſertim quia ſequitur parabola hæc, *fœdus cum morte fecimus*.

15. שיט: Maſora שוט, *flagellum*; rectè, & ita Codex Orat. 42. ...כזב מחסנו, *mendacium præſidium noſtrum*. Utuntur hìc deluſores Prophetæ verbis ipſis, per contemptum.

16. המאמין לא יחיש, *qui credit*, *non feſtinet*. Ita plerique, quanquam ſententiam talem non præparant ante-dicta. Nihil enim de fide in ſuprà-dictis; nec ſatis intelligitur, quid ſit, *non feſtinet*, quod Vulgatus, ex hod. ſcripturâ. Intelligeretur, ſi diceretur, *non expectet impatienter*, cujus ſignificatûs haud ſcio an ullum ſit exemplum. Propterea nos ſic tractamus המאמין, ut המאמן, *firmum*, ſcripturâ commodiori; יחיש autem, ut ימיש, *movebitur*; ſeu legitur ימיש, ſeu accipitur יחיש in ſignificatu Æthyopico verbi חוש, *moveri*. Principes Jeruſalem propterea non credebant Prophetis, quia in throni David ſtabilitate dudum promiſsâ confidebant. Quibus reſpondet Iſaias, Deum facturum ut ſua promiſſa ſtent eatenus, quò ſtare debent; itaque ſolium David firmatum iri lapide firmo, lapide *judicii & juſtitiæ*, nempe rege Ezechiâ mox regnaturo, & throno ſuo firmitudinem daturo per religionem & æquitatem; neque minùs ſpem mendacii deletum iri. Hæc advenerunt, Sennacherib rege in Judæam irrumpente, & omnia latè devaſtante, antequàm Jeruſalem adveniret, quæ ſola urbs ſuſtinuit repreſſitque *aquas inundantes*. Homines ſui temporis objurgat Iſaias, docetque lapidem firmum jam poſitum fore, cùm inundatio imminebit, ut difficile ſit non hæc pertinere ad tempora Ezechiæ mox regnaturi, quanquam pertineant etiam ad Meſſiam, lapidem anguli futurum, qui per Ezechiam adumbrabatur. Nam iiſdem de cauſis deleta eſt funditùs Reſpublica Judæorum, ſtante lapide angulari, Chriſto Domino, propter quas in Judæam mala tunc inundârunt.

18. וכפר: Non dubium, quin ותפר, *& delebitur* (*veſtrum cum morte fœdus.*) Eſt תפר in oppoſitione cum תקום, *ſtabit*. Eſt quidem כפר apud Veteres Linguas, *negare*, *abolere*. Sed non ſcriptum fuiſſe olim כפר demonſtrat ברית, *fœdus*, quod femininum eſt; nam ſcriptum fuiſſet כפרה, vel תכפר.

20. כהתכנס: Potiùs מהתכנס, ut anteà מהשתרע. Nos, *quàm ut duo ſimul decumbant*, ſic ferè ut Vulgatus, *utrumque operire non poteſt*, ut ſignificetur non ſatis ſpatii fore pro conjuge & uxore: nam כנס habet *congredi*, *colligi* eodem in loco.

26. ויסרו למשפט: Verbum pro verbo, *& inſtituit eum ad operas conſuetas*. Nam משפט notat quidquid fieri ſolet, aut quidquid habet conſuetum curſum, aut certas vices. Propterea hoc nomine aliquando venit *Providentia*. Porro יורנו poſtulat conjunctionem, ut ſit ויורנו, *& inſtituit eum*. Conjunctionem exhibent Græci Intt.

28. אדוש: Lege הדוש, *triturans*, cum Vulgato & Chaldæo, ut ſequatur eâdem perſonâ ידושנו, *triturabit illud*. Malè Arias, *triturando*, cùm Gerundium non aſſumat א in fronte.

CAPUT XXIX.

Væ civitati Ariel ; obſidebunt eam gentes ; mittet in eam Dominus ſpiritum ſoporis... Væ qui abſcondunt à Domino conſilium... Surdi audient, cæci videbunt, mites in Domino lætabuntur, nec ampliùs erubeſcet Jacob.

1. *Væ Ariel, Ariel, civitati,*
quam obſedit David. Addite annum
anno, ut per vices feſta redeant.
2. *Ego verò Ariel circumſedebo ; ver-*
ſabitur in luctu & dolore, eritque mi-
hi, ſicut fuit Ariel. 3. *Ego contra te,*
ut David, caſtra ponam ; ego te ur-
gebo ſtatione militum, ego excitabo
adversùm te munitiones. 4. *Humilis*
tandem fies, de humo loquêris, de
pulvere verba humilia proferes ; erit,
ut Pythonis, de imâ tellure vox tua ;
de pulvere muſſans loquêris. 5. *Vide-*
buntur qui te obſeſſuri ſunt, ut pulvis
minutus ; ut ſtipula inſtabilis, multi-
tudo fortium ; ſed momento uno res
conficietur. 6. *Tu à Domino exerci-*
tuum viſitaberis per tonitrua & terræ
motus, per ſonitum magnum tempeſ-
tatis, per procellam, per flammam
ignis devorantis. 7. *Sic videbitur, ut*
noctis ſomnium, omnium multitudo
gentium, quæ cum Ariel bellabunt ;
ſic omnes qui eam laceſſent, qui obſi-
debunt & in anguſtum cogent. 8. *Et,*
qualis eſt homo fame confectus, qui
ſomnians edere ſibi videtur, deinde
evigilans adhuc inediâ premitur ;
qualis ſitiens, qui ſomnians bibere ſi-
bi videtur, dein experrectus ſiti pre-
mitur, talis erit cunctarum multitudo
gentium, quæ cum monte Sion bella-
bunt. 9. *Attoniti ſunt & ſtupent,*

1. הוי אריאל אריאל קרית חנה
דוד · ספו שנה על שנה · חגים
ינקפו : 2. והציקותי לאריאל ·
והיתה תאניה ואניה והיתה לי
כאריאל : 3. וחניתי כדור עליך ·
וצרתי עליך מצב והקימתי עליך
מצרת : 4. ושפלת מארץ תדברי ·
ומעפר תשח אמרתך · והיה כאוב
מארץ קולך · ומעפר אמרתך תצפצף :
5. והיה כאבק דק המון זריך וכמץ
עבר המון עריצים · והיה לפתע
פתאם : 6. מעם יהוה צבאות
תפקד ברעם וברעש וקול גדול ·
סופה וסערה ולהב אש אוכלה : 7.
והיה כחלום חזון לילה המון כל
הגוים הצבאים על אריאל · וכל
צביה ומצדתה והמציקים לה : 8.
והיה כאשר יחלם הרעב והנה אוכל
והקיץ ורקה נפשו · וכאשר יחלם
הצמא והנה שתה והקיץ והנה עיף
ונפשו שוקקה · כן יהיה המון כל
הגוים הצבאים על הר ציון : 9.
התמהמהו ותמהו · השתעשעו ושעו ·
שכרו ולא יין · נעו ולא שכר : 10.
כי נסך עליכם יהוה רוח תרדמה
ויעצם את עיניכם את הנביאים ·
ואת ראשיכם החזים כסה : 11.
ותהי לכם חזות הכל כדברי הספר
החתום אשר יתנו אתו אל יודע
הספר לאמר · קרא נא זה · ואמר ·
לא אוכל · כי חתום הוא : 12. ונתן
הספר על אשר לא ידע ספר לאמר ·
קרא נא זה · ואמר · לא ידעתי ספר :

obſtupeſcunt & vociferantur ; ebrii
ſunt, non vino ; nec ſicerâ exerrant.
10. *Miſcuit enim Dominus apud vos*
ſpiritum ſoporis ; clauſit oculos veſ-
tros, Prophetas ; principes veſtros,
qui acutè videbant, fecit hebetiores.
11. *Erit vobis viſio unaquæque, ut*
libri verba ſignati, qui cùm porrigitur
ſcienti litteras, eique dicitur, hæc le-
gas, quæſo; ille reſpondet non poſſum,
quia liber eſt ſignatus. 12. *Dabitur li-*
ber ei, qui legere neſciet, eique dicetur
tu hæc lege; ille reſpondebit, neſcio le-
gere. 13. *Hæc enim dicit Dominus :*
quoniam populus iſte appropinquat ad
me ore ſuo, & labiis ſuis me honorat,
ſed cor eorum à me longè averſum eſt,
timorque eorum meus hùc redit, ut
præcepta hominum diſcant. 14. *Prop-*
tereà ego populum iſtum, jam mirabi-
lem, faciam multò mirabiliorem; erit
enim admirationi, cùm perierit ſa-
pientium ejus ſapientia, cùm pruden-
tium ejus prudentia peſſum ierit.
15. *Væ vobis, qui vos à Domino*
magis magiſque abſconditis, ut conſi-
lium veſtrum lateat; opus enim ſuum
per tenebras molientur, dicentque :
quis eſt qui videat nos, vel quis nos
cognitos habebit ? Perverſitas iſta
veſtra perinde eſt, ac ſi lutum fictо-
ris ſic cogitet, ſic dicat opus artifici ejus : non tu me feciſti ; fictile de fictore
ſic loquatur : iſte intelligentiam non habet. 17. *Non-ne poſt dies adhuc paucos*
Libanus in agrum ſegetum mutabitur, ager ſegetum in ſylvam ? 18. *Illâ autem*
die ſurdi verba libri audient ; oculi cæcorum, ex tenebris & ex caligine, vide-
bunt. 19. *Mites applicabunt ſe ſe ad Dominum cum hilaritate ; pauperes ho-*
mines in Sancto Iſrael exſultabunt. 20. *Non enim jam erit qui vim faciat, erit*
extinctus deriſor; deleti erunt, quicunque vigilabant, ut iniquè agerent; 21. *Qui*
homines ſermone in peccatum trahebant; qui Reprehenſorem in portâ irretiebant,
Juſtumque mendacio ſubvertebant. 22. *Hæc enim dicit domui Jacob Domi-*
nus, qui redemit Abraham ; non jam erubeſcet Jacob ; non jam vultus ejus
expalleſcet. 23. *Nimirùm filii ejus, opus manuum mearum, eo teſte, nomen*
meum ſanctè habebunt, Sanctum Jacob ſanctè etiam reverebuntur, & ad
Deum Iſrael pavebunt. 24. *Qui mente errabant, ſcientiam habebunt ; qui*
rebelles fuerant, ſuſcipient doctrinam.

13. ויאמר אדני · יען כי נגש העם
הזה בפיו ובשפתיו כבדוני ולבו
רחק ממני · ותהי יראתם אתי מצות
אנשים מלמדה : 14. לכן הנני
יוסף להפליא את העם הזה הפלא
ופלא · ואבדה חכמת חכמיו ובינת
נבניו תסתתר : 15. הוי המעמיקים
מיהוה לסתר עצה · והיה במחשך
מעשיהם ויאמרו · מי ראנו ומי
ידענו : 16. הפככם אם כחמר
היצר יחשב · כי יאמר מעשה
לעשהו · לא עשני · ויצר אמר ליצרו ·
לא הבין : 17. הלא עוד מעט
מזער ושב לבנון לכרמל והכרמל
ליער יחשב : 18. ושמעו ביום
ההוא החרשים דברי ספר · ומאפל
ומחשך עיני עורים תראינה : 19.
ויספו ענוים ביהוה שמחה · ואביוני
אדם בקדוש ישראל יגילו : 20. כי
אפס עריץ וכלה לץ · ונכרתו כל
שקדי און : 21. מחטיאי אדם
בדבר ולמוכיח בשער יקשון ויטו
בתהו צדיק : 22. לכן כה אמר
יהוה אל בית יעקב אשר פדה את
אברהם · לא עתה יבוש יעקב ולא
עתה פניו יחורו : 23. כי בראתו
ילדיו מעשה ידי בקרבו · יקדישו
שמי והקדישו את קדוש יעקב ואת
אלהי ישראל יעריצו : 24. וידעו
תעי רוח בינה · ורוגנים ילמדו לקח :

1. הוי אריאל אריאל , *væ Ariel Ariel* (*civitas...*) Propterea videtur *Ariel* iterari, ut alterum *Ariel* ſit Appoſitio urbi Jeruſalem , quam Iſaias inſignit nomine ſuâ ætate , non jam uſurpato ; quod cur faciat Propheta , cauſam reperire aliam vix poſſis , quàm quòd *Jebus* ſic nominaretur, cùm eam David expugnavit. ...ספו שנה על שנה , *addite annum anno.* Plerique Interpretes , ex quorum numero eſt Edm. Calmet , credunt annum anno additum ſignificare duos annos , quibus exactis , Jeruſalem ſit per Sennacherib obſidenda. Quos mirum eſt conjecturâ tam levi fuiſſe abreptos , ut hanc vaticinationem Sennacherib Ezechiæque temporibus accommodare vellent. Num enim Sennacherib *ſtruxit* contra Jeruſalem *munitiones ?* Fatetur ipſe Edm. Calmet , non fuiſſe Jeruſalem à rege Sennacherib obſeſſam , ſed imperatum tantùm fuiſſe , ut deditionem faceret. Num miſcuerat Deus ſpiritum ſoporis apud cives Jeruſalem , Sennacherib adveniente ? Num clauſerat oculos prophetarum ? Num Liber Legis, aut Prophetarum, erat tum liber ſignatus ? Num perdiderat Deus ſapientiam principum ? Quis non videt nihil horum fuiſſe tum , cùm venit Sennacherib , Jeruſalem obſeſſurus. Sed hæc eadem in ultimam Jeruſalem obſidionem , per Romanos factam , benè quadrant.

3. כדור : Vulgatus , *quaſi ſphæram* , quomodò alii , *quaſi pilam* , ſignificatu parùm commodo ad notandam obſidionem. Multò meliùs Græci Intt. ὡς Δαυὶδ , *ſicut David* , ex ſcripturâ כדוד ; nam id expectatur , poſteà quàm dictum eſt , *civitas , quam obſedit David.* ...מצרת , *munitiones ;* Meliùs מצרות , ut lego in Codice Regio 29. nec non in Codice 3. ſed manu priori.

4. ושפלת מארץ תדברי , *humilis fies* , *de terrâ loquêris.* Hæc & quæ ſequuntur , non conveniunt in tempora Ezechiæ , cujus animum erigebat Iſaias , ut neque in Jeruſalem cives , qui , jubente Deo , ſpem conceperant liberationis mox adfuturæ. Nam quæ verba hìc uſurpat Propheta , hæc notant ultima mala , & omnium rerum deſperationem.

5. והיה כאבק דק , *& erit* , *ut pulvis minutus* (*multitudo gentium...* i. e. *videbitur ut pulvis...* His verbis prænuntiatur fore , ut Judæi gentes contemnant , antequàm ab illis obſideantur. Nimirum , priuſquàm Titus Jeroſolymam obſideret , Ceſtius Gallus , Syriæ Præſes, poſtquàm urbem inferiorem occupaſſet , oppugnaverat Templum civitatemque ſuperiorem , & cùm Templum erat jam jam expugnaturus , ſine ullâ juſtâ causâ obſidionem ſolverat , receperatque ſe Antipatrida ; quem Judæi inſequentes multos Romanos occiderant , impedimenta eorum , machinas , balliſtas & arma multa ceperant , quibus & poſteà adversùs Titum uſi ſunt ; quâ victoriâ elati Judæi fuerunt. Addit Propheta כמץ עבר , *ſicut ſtipula quæ tranſit* , prænuntians alteram cauſam , cur Judæi hoſtes ſuos contempturi eſſent , nempe Romani Imperii inſtabilitatem. Dum enim parabat ſe Veſpaſianus ad Jeroſolymam obſidendam , auditâ Neronis morte , retroceſſit , rediitque in Italiam. Eodem tempore auditum eſt in Judæâ de Galbæ morte , de Othonis , de Vitellii. Nam quaſſabatur Imperium Romanum motibus inſolitis , ruinæque proximum videbatur. Quod verò ſubjungit Iſaias , והיה לפתע פתאם , *fiet ſubitò* , id deſignat Titum , qui Ægypto veniens cum legionibus duabus, coegit Ceſareæ copias , Judæoſque imparatos oppreſſit , caſtra ponens prope Jeruſalem paulò ante Azymorum feſtum, infinitamque hominum multitudinem , qui ad celebrandum Paſcha venerant , in civitate concluſit.

6. תפקד ברעם , *viſitaberis per tonitru...* Notant *tonitru* & *tempeſtas* , & *ignis vorans* , iram divinam in multis Sacrorum Codicum locis , quæ ira urbi Ariel denuntiatur , ad quam fit ſermo , non verò ad gentes , quæ illam ſunt obſeſſuræ ; itaque ſententiam inducunt orationis filo contrariam , qui hæc dicta putant fuiſſe contra Sennacherib ejuſque copias.

7. והיה כחלום , *& erit ſicut ſomnium* (*multitudo gentium.*) Quia Judæi , poſtquàm viderant Veſpaſianum Judæâ cedere , nihil minùs expectabant , quàm Titi in Judæam ſubitam impreſſionem. ...צביה ; potiùs צבאיה , *pugnantes contra eam* , niſi צבאה. Contractum id putat Buxtorfius. Sed alibi oſtendimus , non privari ſuo א verba לא'.

8. כאשר יחלם הרעב , *ſicut ſomniat* , *qui fame premitur.* Hæc ſimilitudo mirificè pingit Romanos pugnaciter obſidentes urbem , & pudore acceptæ cladis factos ferociores. Quem ſenſum Romanorum tum fuiſſe id probat , quòd Titus , Jeroſolymâ expugnatâ , decimam legionem , quæ infeliciter ſub Ceſtio pugnaverat , totâ Syriâ expulit , & ad Euphratem , in Armeniæ finibus , relegavit.

9. שכרו ולא יין , *ebrii ſunt* , *non vino.* Tales erant Judæi , qui antequàm Titus veniret , & urbe jam obſeſsâ , ſic ſe gerebant , ut homines ebrii , aut mente capti , conſpiratis factionum partibus , ſine certo duce ac ſine conſilio , ſine Sapientibus , ſine Prophetis , & aliis alios mutuâ cæde interficientibus. Longè diſſimiles fuerant Judæi , cùm Sennacherib eis minabatur.

10. ויעצם את עיניכם , *& clauſit oculos veſtros*, (*Prophetas.*) Nam עצם Samariticè & Chaldaicè eſt *claudere* , idem ac עצה , Hebraicè , *fixos habere oculos* , ſeu immobiles ex cæcitate.

12. על אשר לא ידע ספר , (*dabitur liber*) *ei qui neſciet legere* , idem *liber* , qui mox datus eſt ei , qui ſcit litteras ; itaque malè Maſoretæ ספר , ſine ה : nam ה demonſtrat eundem librum mox memoratum. Liber ſignatus datur legendus ei , qui legere neſcit , quia Judæi mente capti neſciunt quid agant , & propter inſaniam eandem qui legere neſcit , reſpondet , ſe neſcire litteras , cùm reſpondere debuiſſet , porrigi ſibi librum ſignatum , quem , ut litteras noſſet, tamen legere non poſſet ſignatum.

13. מצות אנשים מלמדה , *præceptum hominum edoctum.* Sic exhibentur in Evangelio Judæi ,

V

Christo Domino in terris agente. Sed non tales fuerant, Ezechiâ regnante, Judæi. Nam eos pius Rex instituerat ad legem Dei observandam, non ad præcepta hominum Dei Legi anteferenda.

15. לסתר עצה, *ad abscondendum consilium*, de Messiâ interficiendo; qui Messias, sequente versu, exhibetur ut fictor hominum, Judæi autem, ut fictile opus, ut intelligatur *consilium* illud Judæorum fore de Deicidio perpetrando.

16. הפככם אם: Aliud legunt Græci Intt. Syrus & Chaldæus. Nos omittimus אם, quod in seriem intrare non potest, quodque fortè iteratio est quædam soni אם, quo efferebatur ultima syllaba vocabuli הפככם. Certè אם interrogatio posterioris membri esse solet, post priorem ה, non autem prioris, ut hoc loco.

17. ושב לבנון לכרמל, *& convertetur Libanus in agrum segetum*, non *in Carmel*, quasi nomen esset proprium; neque enim proprium nomen est ליער, *in sylvam*, quod est parallelum. Hæc verba prænuntiant, non jam ruinam, sed rerum conversionem, quæ post ruinam futura est: nam continenter subditur, *audient surdi*, *cæci videbunt*, *mites adjungent se ad Dominum*, quæ omnia prænuntiant & miracula Christi futura, quæ quidem Christus ipse Jesus Joanni Baptistæ nuntiari jussit eisdem planè verbis, quibus Isaias hoc loco utitur; & indolem eorum qui se applicabunt ad Christi doctrinam, quique ab ipso Christo *mites* nominantur.

20. כי אפס עריץ, *non enim erit, qui vim faciat.* Quinam sint illi, *qui vim faciunt*, sequentia verba explicant, וכלה לץ, *& extinctus erit Derisor.* Nempe *Derisor* de iis hominibus usurpari solet, qui Religionem veram, in quâ nati sunt, contemnunt. Ergo intelliguntur hîc Judæi, qui Christi doctrinam ludibrio habituri sunt, & si quis in Christum credet, eum synagogâ expulsuri. Iidem Judæi, sequente versu, notantur, qui Christum *mendacio subverterunt*, cùm falsos testes contra eum supposuerunt.

23. כי בראתו: Verbum pro verbo, *nam in videre eum*, hoc est, *ipso (Jacob) vidente*; quia testis erit Jacob promissionis ad eventum suum adductæ, cùm filii sui fidem profitebuntur eandem, quâ ipse vivebat, filiusque erat fidei Abraham. Illi Dei nomen sanctè habebunt, nomen pariter *sancti Jacob*, sive Redemptoris, qui erat *Deus Israel.* Hæc ita distinguenda, ne sit otiosa iteratio in hoc versu. Judæi ad Christum conversi dicuntur, *mente errantes* ac *rebelles*, versu 24. quia hæc erat ipsorum indoles, antequàm Evangelio crederent. Non convenit *rebelles*, Gentibus, quæ Legem non habebant.

CAPUT XXX.

Væ illis, qui auxilium petunt ab Ægypto; qui dicunt Prophetis, loquimini nobis mollia. Eos populi persequentur, donec pauci remaneant; sed delebitur Assur, in valle Topheth comburendus.

1. *Væ filiis illis, dicit Dominus, qui avertunt se, ut consilium, sine meo nutu, capiant; ut habeant, me non inspirante, deliberationes, addantque peccato peccatum;* 2. *Qui, licet os meum non interrogârunt, tamen in Ægyptum proficiscuntur, ut Pharaonis præsidium quærant, Ægyptique in umbram se recipiant.* 3. *Erit vobis præsidium Pharaonis ad pudorem; ad ruborem, fiducia Ægyptiorum.* 4. *Principes ejus sunt in Tanis; Legati ejus usque ad Hanes pervenerunt.* 5. *Omnes erubescent in*

1. הוי בנים סוררים · נאם
יהוה · לעשות עצה ולא מני ולנסך
מסכה ולא רוחי · למען ספות חטאת
על חטאת : 2. ההלכים לרדת
מצרים ופי לא שאלו · לעוז במעוז
פרעה ולחסות בצל מצרים : 3.
והיה לכם מעוז פרעה לבשת ·
והחסות בצל מצרים לכלמה : 4.
כי היו בצען שריו · ומלאכיו חנס
יגיעו : 5. כל הבאיש על עם
לא יועילו למו · לא לעזר ולא
להועיל · כי לבשת וגם לחרפה :
6. משא בהמות נגב בארץ
צרה וצוקה לביא וליש מהם אפעה

populo ipsis nihil profuturo, qui non
auxilium dabunt, nec ullam opem,
sed sibi erunt pudori & opprobrio.
6. *Onus austri jumentorum, terræ*
afflictæ ac desolatæ, unde exeunt leo-
nes & leænæ, vipera & prester vo-
lans. Transvehent divitias suas dorso
asinorum; gibbo camelorum thesau-
ros suos, ad populum nihil ipsis pro-
futurum. 7. *Ægyptus enim nihili est;*
vanum est auxilium ejus; ideò hæc
vocavi opprobrium & pudorem.
8. *Nunc igitur veni, hæc in tabulâ*
scribe; hæc exara in libro, ut sint eis
posteris diebus ad testimonium sempi-
ternum. 9. *Est enim populus iste pervi-*
cax, filii sunt mendaces; filii, qui Le-
gem Domini audire nolunt. 10. *Qui*
dicunt Videntibus, nolite videre: no-
lite, Videntes, videre nobis reprehen-
siones; loquimini nobis mollia, vide-
te illusiones. 11. *Flectite ab itinere,*
à semitâ deviate, avertite à conspectu
nostro Sanctum Israel. 12. *Ergò hæc*
dicit Sanctus Israel; Quoniam vos
hoc verbum posthabetis, spemque ha-
betis in eo, qui pravus est & nequam,
eoque innitimini; 13. *Propterea erit*
vobis hæc iniquitas, ut maceria ri-
mas agens & ad ruinam prona; ut
paries excelsus, qui sensim dissolutus
repente corruit. 14. *Et ruina erit ta-*
lis, qualia sunt amphoræ fragmenta,
quæ non colliguntur, & in quibus fi-
gulus ne testam quidem reperit, quâ
ignem foco excipiat, vel aquam fossâ
hauriat. 15. *Cùm enim Dominator*
Dominus Sanctus Israel sic moneret;
si manebitis & tranquilli eritis, ade-
rit vobis salus; si tranquillè ac securè
agitis, hæc erit vestra fortitudo, vos
sic agere noluistis. 16. *Sed dixistis,*
non ita erit; nos enim confugiemus
ad equitatum, nos velociter equitabi-

ושרף מעופף · ישאו על כתף עורים
חיליהם ועל דבשת גמלים אוצרותם
על עם לא יועילו ׃ 7. ומצרים
הבל וריק יעזרו · לכן קראתי לזאת
רהב הם שבת ׃ 8. עתה בוא
כתבה על לוח אתם ועל ספר
חקה · ותהי ליום אחרון לעד עד
עולם ׃ 9. כי עם מרי הוא בנים
כחשים · בנים לא אבו שמוע תורת
יהוה ׃ 10. אשר אמרו לראים
לא תראו · ולחזים לא תחזו לנו
נכחות · דברו לנו חלקות · חזו
מהתלות ׃ 11. סירו מני דרך ·
הטו מני ארח · השביתו מפנינו את
קדוש ישראל ׃ 12. לכן כה אמר
קדוש ישראל · יען מאסכם בדבר
הזה · ותבטחו בעשק ונלוז ותשענו
עליו ׃ 13. לכן יהיה לכם העון
הזה כפרץ נפל נבעה בחומה
נשגבה אשר פתאם לפתע יבוא
שברה ׃ 14. ושברה כשבר נבל
יוצרים כתות · לא יחמל ולא ימצא
במכתתו חרש לחתות אש מיקוד
ולחשף מים מגבא ׃ 15. כי כה
אמר אדני יהוה קדוש ישראל ·
בשובה ונחת תושעון · בהשקט
ובבטחה תהיה גבורתכם ולא
אביתם ׃ 16. ותאמרו לא · כי על
סוס ננוס על כן תנוסון · ועל קל
נרכב · על כן יקלו רדפיכם ׃ 17.
אלף אחד מפני גערת אחד מפני
גערת חמשה תנסו · עד אם נותרתם
כתרן על ראש ההר וכנס על
הגבעה ׃ 18. ולכן יחכה יהוה
לחננכם · ולכן ירום לרחמכם · כי
אלהי משפט יהוה · אשרי כל חוכי
לו ׃ 19. כי עם בציון ישב ·
בירושלם בכו לא תבכה · חנון יחנך ·
לקול זעקך כשמעתו ענך ׃ 20.
ונתן לכם אדני לחם צר ומים לחץ ·
ולא יכנף עוד מוריך · והיו עיניך
ראות את מוריך ׃ 21. ואזניך
תשמענה דבר מאחריך לאמר · זה
הדרך לכו בו · כי תאמינו וכי

*mus ; propterea igitur in fugam ver-
temini ; propterea veloces erunt, qui
vos persequentur. 17. Mille homines
propter unius terrorem ; multa millia
propter quinque hominum terrorem
fugient, donec relinquamini velut
malus nautica in summo monte, aut
velut signum super collem. 18. Sed
enim Dominus expectabit, ut vestri
misereatur ; præstolabitur, ut vobis
indulgeat : nam Deus est judicii Do-
minus : beati omnes, qui eum expec-
tabunt. 19. Populus enim sedebit in
Sion ; neque Jerusalem continuò la-
crymabitur ; certè enim miserebitur
tui ; ut clamorem tuum audiet, tibi
respondebit. 20. Sed dabit vobis Do-
minus panem angustiæ & aquas afflic-
tionis ; posteà autem non tollet à te
doctores tuos ; oculi tui videbunt ma-
gistros tuos. 21. Aures tuæ verba hæc
à tergo exaudient : hæc est via, in-
gredimini eam ; cavete ne ad dexte-
ram flectatis, aut ad sinistram.
22. Tum verò polluetis sculptilium
vestrorum aurea integumenta ; orna-
tus auri tui fusilis longè removebis ;
hæc tu sic habebis, ut sordes, quæ
egeruntur. 23. Reddet autem pluvia
semen tuum, quod terræ mandaveras ;
panem, terræ proventus ; aderit pin-
guedo & fertilitas, tunc pascentur in
loco lato greges tui. 24. Boves & asi-
ni, qui terram subigent, edent farra-
ginem mundam, vanno & palâ jacta-
tam. 25. Erunt in omni edito monte
& in omni excelso colle rivuli aqua-
rum decurrentium tum, cùm potens*

תשמאילו ׃ 22. וטמאתם את צפוי
פסילי כספך ואת אפדת מסכת
זהבך תזרם · כמו דוה צא תאמר
לו ׃ 23. ונתן מטר זרעך אשר
תזרע את האדמה ולחם תבואת
האדמה · והיה דשן ושמן · ירעה
מקניך ביום ההוא כר נרחב ׃ 24.
והאלפים והעירים עבדי האדמה
בליל חמיץ יאכלו אשר זרה ברחת
ובמזרה ׃ 25. והיה על כל הר
גבה ועל כל גבעה נשאה פלגים
יבלי מים · ביום הרג רב בנפל
מגדלים ׃ 26. והיה אור הלבנה
כאור החמה · ואור החמה יהיה
שבעתים כאור שבעת הימים · ביום
חבש יהוה את שבר עמו ומחץ
מכתו ירפא ׃ 27. הנה שם יהוה
בא ממרחק · בער אפו וכבד משאה ·
שפתיו מלאו זעם ולשונו כאש
אכלת ׃ 28. ורוחו כנחל שוטף
עד צואר יחצה · להנפה גוים בנפת
שוא ורסן מתעה על לחיי עמים ׃ 29.
השיר יהיה לכם כליל בהר התקדש
חג · ושמחת לבב כהולך בחליל
לבוא בהר יהוה אל צור ישראל ׃
30. והשמיע יהוה את הוד קולו ·
ונחת זרועו יראה בזעף אף ולהב
אש אוכלה נפץ וזרם ואבן ברד ׃
31. כי מקול יהוה יחת אשור ·
בשבט יכה ׃ 32. והיה כל מעבר
מטה מוסדה אשר יניח יהוה עליו
בתפים ובכנרות ובמלחמות תנופה
נלחם בה ׃ 33. כי ערוך מאתמול
תפתה גם הוא למלך הוכן העמיק
הרחב · מדרתה אש ועצים הרבה ·
נשמת יהוה כנחל גפרית בערה
בה ׃

*interficietur, cadentque turres. 26. Erit lux lunæ tanquam lux solis ; lux
autem solis septuplex tum, cùm Dominus alligabit populi sui vulnus, pla-
gamque ictuum sanabit. 27. En gloria Domini de longinquo venit, ardet ira
ejus tempestate gravior ; labia ejus plena sunt indignationis, lingua ejus ignis
vorans. 28. Erit spiritus ejus quasi torrens, quod usque ad collum celeriter
inundabit, quo gentes agitabuntur motibus vanis ; quo populorum in maxillis*

dentes

dentes excutientur. 29. *Tum canticum apud vos erit, ſicut in nocte præpara-*
tionis ad ſolemnitatem; erit cordis hilaritas, ut cùm itur ſonantibus tibiis,
cùm venitur in montem Domini ad petram Iſrael. 30. *Auditam faciet Do-*
minus vocis ſuæ majeſtatem; brachium ejus grave ſentietur per iram celerem,
per flammam ignis, per ruinam & tempeſtatem, per lapidis grandinem.
31. *Aſſur enim per vocem Domini terrebitur, & virgâ percutietur.* 32. *Et*
quiſquis tranſierit præter virgam dominantem, quam Dominus in eum miſſu-
rus eſt, pugnabitur contra eum tympanis, citharis & choreis ſaltantibus.
33. *Jam enim præparata eſt ei Tophet. Eam Rex juſſit parari, latè & altè*
fodiens; pyra ejus accenditur lignis inſtructa plurimis; eam inflammat ſpi-
ritus Domini, quaſi ſulphuris torrens.

---

1. ולנסך מסכה, *& ut habeant deliberationes.* Sic convertimus, ex ſcriptione ולנוסד מוסדה, quam habuit Chaldæus, apud quem legitur, ולאתמלכא מלך, *& ad capiendum conſilium.* Nempe נוסד, in *Niphal* ſignificat *conſultare inter ſe ſe*, & aliquandò uſurpatur מוסדה, ex verbo יסד, pro *fundamento;* nihil obſtat, quin etiam pro *conſilio*, vel *deliberatione*, quanquàm Lexica hodierna omittunt, in vocabulo מוסדה, *deliberationem.* Nihil ad ſeriem tam accommodatum, quàm ut, poſt עצה, *conſilium*, ſequatur *deliberatio*, ubi præſertim ſequitur ולא רוחי, *& non ſpiritus meus*, quandoquidem ſæpe *ſpiritus Dei*, in Sacris Codicibus conſilia & deliberationes comitatur. Non idem dixeris de מסכה, *libatione*, cùm *ſpiritus Dei* nuſquam reperiatur in ſocietate eſſe cum *libationibus.* Quòd ſi per *libationes* ſignificari putas *fœdus*, quia fœdera per libationes jungebantur, ſupereſt ut exemplum proferas, in quo *libatio* pro *fœdere* uſurpetur. Id verò quanquam reperiretur, non propterea efficietur, ut hoc loco tangatur *fœdus.* Nam fœdus facere non poterat populus Juda cum Ægyptiis, ſine Ezechiâ rege; quem regem conſtat fœdus non feciſſe cum Ægyptiis contra Sennacherib regem Aſſyriorum. Nimirum toto in hoc capite prænuntiantur Sennacherib regis in Judæam & in vicinas regiones incurſus, deinde ejuſdem clades prope Jeruſalem muros. Edm. Calmet ſumit, extitiſſe Ezechiæ cum Tharacâ, Æthiopiæ rege, fœdus; atque ut id probet, allegat Lectores ſuos ad caput 18. Libri 4. Regum, ubi Rabſaces ſic loquitur: *an fiduciam habes in Ægypto?* Et ad caput 19. ejuſdem Libri v. 9. ubi nuntiatur Sennacherib regi, appropinquare contra eum Tharacam. Sed ex duobus his locis nihil aliud probatur, quàm fuiſſe Tharacam inter & Sennacherib inimicitias, minaſque bellorum. Ezechias munera miſit & pecuniam magnam regi Aſſyriorum, ut eum placaret; quod non feciſſet, ſi fuiſſet cum Æthiope rege in fœderis ſocietate. Præterea, ubicunque narratur, ſeu in Regum, ſeu in Paralipomenon libris, quos belli apparatus fecerit contra Sennacherib regem rex Ezechias, nihil de tali fœdere legitur. Hoc unum legitur, Ezechiam curaſſe, ut arma pararentur, ut Jeruſalem clauderetur ac muniretur, nec non Deo crediſſe pollicenti ſe fore Aſſyriorum adverſarium, & injuriæ ſuæ ultorem. Propterea increpat Iſaias, non Ezechiam regem, ſed cives rebelles, prophetiſque infenſos, à quibus proficiſcebatur id conſilium fugiendi ad Ægyptios.

5. כל הבאיש: Lege הביש... ut legit Hieronymus, qui, *omnes confuſi ſunt.* Monent Codices, Regius unus & duo Oratorienſes, non legendum eſſe א in verbo הבאיש, etſi ſcriptum legitur.

6. משא בהמות נגב, *onus jumentorum auſtri.* Ludit Iſaias in vocabulo משא, quod ſignificat & *prædictionem* impendentium malorum, & *onus* jumento impoſitum, quia futurum erat ut Arabes, appropinquante rege Aſſyriorum, fugerent in Ægyptum cum ſarcinis ſuis.

7. רהב הם שבת: Arias, *robur, eos quieſcere*, ſententiam in mendo expiſcans, ſed parùm convenientem. Nam requiritur ſententia, in quâ reſumantur quædam, quæ Iſaias antea dixerit, ut appoſitè veniat, *ideò hæc vocavi...* Atqui ſupra v. 5. dixit Iſaias, ſi quis in Ægyptum fugiet, id futurum eſſe *pudori & opprobrio.* Ergò docet ipſe Iſaias ſe ſcripſiſſe חרפה ובשת, *opprobrium & pudorem*, non autem, ut nunc legitur, רהב הם שבת, quæ verba nemo Veterum potuit, ut jacebant, interpretari. Vide, ſi juvat, Polyglotta.

8. אתם: Non dubium, quin אתה, *hanc rem*, ut id concordet genere cum תהי generis & numeri ejuſdem. Et præterea אתם inuſitatum, ut ſignificet *illas res.*

12. ותבטחו בעשק, *& confiditis;* Arias, *in extorſione.* Quàm id rectè, videt de ſe Lector. Nec feliciùs convertes, nî legas בעקש, *in perverſo*, ut id reſpondeat pari vocabulo ונלוז, *& pravo.* Sic notatur rex Æthiopiæ, cui non convenit attributum עשק, quomodocunque id interpreteris.

13. כפרץ נפל נבעה, *ut ruptura cadens, requiſita.* Hæc diſſociatè, contra ſolitum; præterea conſtat hic verſus uno tantùm membro, eoque longiori. Adde verbum נבעה nuſquam reperiri in *Niphal*, ut ſignificet *tumens*, ſive perpendiculum ſuum deferens, qui ſignificatus unus con-

venit muro ruinæ proximo. Hæc incommoda evitantur, ſi legis ובעה, *& exorbitans*, quomodò in Arab. Linguâ בעה, ſignificat *exorbitare ex lineâ*, & ſi, pro בחומה, legis כחומה, *ſicut murus*, ut hoc vocabulo initium habeat membrum poſterius.

14. לא יחמל, *quæ non colliguntur*, ex ſignificatu Syriaco; quia fragmenta nimis multa ſunt, quàm ut habere ullum uſum poſſint.

15. בשובה: Circulo animadvertunt Codices. Legendum בשבה, ſine ו, ex radice ישב, *in commoratione*; i. e. ſi non demigrabitis in Ægyptum.

17. תנסו, *fugietis*. Græci Intt. addunt, πολλοὶ, *multi*, quod nomen requiritur, ut nomini אלף parallelum. Suſpicari quis poſſit omiſſum fuiſſe אלפים, *millia*, poſt alterum אחד, cùm Deſcriptor ex litterâ א vocabuli אחד ſaltum faceret ſuper alterum verbum אלפים ſimili litterâ incipiens.

18. ירום, *exaltabitur*; nos, ידום, *præſtolabitur*, quod verbum parallelum eſt verbo יחכה, *expectabit*. Significat דום, *quieſcere*, idem ferè ac, *præſtolari*.

19. בכו לא תבכה, *non continuò lacrymabitur*. Codices tres habent בכה, non בכו, quod barbarum. Monet ſic Codex Orat. 54. כתיב ואו; i. e. ſcriptum fuiſſe per ו in fine, contra normam.

20. ולא יכנף עוד מוריך, *& non tollet à te ampliùs doctores tuos*; nimirùm prophetas, quos quidem à ſe longè removebant illi, qui ſuprà dixerunt, *nolite videre*, quique videntur ſeceſſiſſe, & ſecretum petiiſſe, donec mitteret Ezechias, qui conſulerent Iſaiam Prophetam.

21. כי תאמינו: Omninò פן, non כי, *ne ite ad dexteram*. Legunt פן Vulgatus, Chaldæus & Syrus, nec poteſt intrare in ſeriem particula כי.

23. ירעה מקניך: Solecíſmus eſt ירעה, pro ירעו, *paſcentur greges tui*. ...כר נרחב, alterum mendum pro במרחב, *in loco lato*, ut alibi ſæpe: ſic legere videntur Græci Intt. qui εὐρύχωρον, *latum*, quanquam in vocabulo כר ſupplent orationem per verba Græca, τόπον πίονα, *locum pinguem*.

24. בליל חמיץ: Nos, *farraginem mundam*, ut Syrus, qui חמימא, *mundam*, ex radice Syriacâ, חמם, *ſcopis mundare*, unde חמימא, *migma*, *jumentorum cibus*, *frumentum eventilatum*; ut facilè credas germanam ſcripturam eſſe חמים, ex חמם, formæ תמים, ex תמם; & ſcriptum fuiſſe חמיץ, pro חמים, quia ille ſignificatus Hebraicus verbi חמם ſupra-dictus Librariis, aut verò Emendatoribus, eſſet parùm cognitus. Sed idem non latuit Hieronymum, qui convertit *migma*, cùm legeret חמים. Nam חמיץ ſi legiſſet, aliter fuiſſet interpretatus. Arias, *purum*; tamen nihil de *puro* in radice חמץ.

25. ועל כל הר... פלגי מים, *ſuper omnem montem... rivuli aquarum*. Significantur Jeruſalem vicini montes aut colles, in quibus obducti fuerant aquæ-ductus, ne Aſſyrii aquas ad bibendum reperirent. *Potens*, qui interficitur, vel de exercitu dictus eſt, vel de ejus præcipuo imperatore; *Turres*, de turribus ad obſidionem paratis.

26. כאור שבעת הימים, *ſicut lux ſeptem dierum*. Hæc omittunt Græci Intt. nos ſimiliter in verſione omittimus, quia hæc videntur ex margine in Contextum veniſſe, poſtquàm aliquis explicârat ad marginem quid eſſet שבעתים, *ſeptuplum*, quod antecedit, cùm crederet idem eſſe שבעתים atque שבעת ימים, quanquàm hæc longè diverſa eſſent. Nimirum ſignificatur in verbo שבעתים fore lucem ſolis ſeptuplam in die uno, quàm ſolet eſſe, ſive ſeptuplò ſplendidiorem, minimè verò uno eodemque die tandiu duraturam, quantùm durare ſolet per ſeptem dies; quod quidem nihil aliud videtur, quam Rabbinicum commentum. *Lux* in Sacris Codicibus notat proſperos & lætos dies; itaque hoc loco ſignificatur, exercitu Aſſyriorum deleto, fore in Jeruſalem magnam hilaritatem ſtatumque florentiſſimum.

28. שוטף... יחצה: Nos, *celeriter... inundabit*, verbo יחצה deducto ex radice נחץ, *feſtinare*, *celeriter facere*. Minùs placuit יחצה, *dividet*, quia nihil eſt in ſuprà, neque infrà dictis, quod inducat, aut ſuſtineat in oratione iſtam *diviſionem*. ...בנפת שוא, (*agitabit gentes*) *motibus vanis*. Hæc præcipuè ſpectant ad regem Tharacam, qui venerat cum gentibus fœderatis obviam regi Sennacherib, deinde retroceſſerat, cùm vidiſſet ſe imparem eſſe tantis copiis propulſandis. ...ורסן, *& frænare*. Convenit quidem *frænare* in *maxillas*, quæ mox ſequuntur; ſed non *torrenti*, ex quo ducta eſt ſimilitudo. Nam torrentis eſt *agitare*, *rumpere*, non *frænare*, ut ferè conſtet רסן fuiſſe, pro רצץ, *franget*, mendosè ſcriptum. Sed מתעה, non *error*, ſed *dens molaris*, ut מלתעה; id demonſtrat לחיים, *maxillæ*: vide verſionem. Cæterùm להנפה גוים, meliùs legatur להניף הגוים, *ad agitandas gentes*.

32. כל מעבר מטה, *omnis qui tranſierit virgam*. Idem מטה atque ממטה, *à virgâ*. Sententia hæc eſt: quicunque virgam Domini elapſurus eſt, *contra eum pugnabitur tympanis & tibiis*, cùm Jeruſalem cives reliquias exercitûs Aſſyriorum perſequentur, non aliis armis inſtructi, quàm tympanis & tibiis. Porrò מוסדה interpretamur *dominantem*, ex Arab. verbo סוד, vel סאד, *dominari*. Nam *fundatam*, ex יסד, minùs ad rem pertinet. Meliùs quadraret מוסרה, *correptionis*, niſi ſuppeditaret Arab. Lingua bonum ſignificatum. ...ובמלחמות תנפה: Arias, *& in bellis agitationis*, quod quid ſententiæ habeat, ipſe viderit. Scriptum fuit במלחמות, pro במחלות, in *choreis*, quibus choreis convenit *agitatio*, ſeu *tripudiatio*. ...נלחם בה, *pugnabitur contra eos*, ex ſcripturâ בם, quam Maſoretæ revocant, quæque eſt Codicum duorum, unius Regii 29. alterius, Oratorienſis 42. Eſt etiam ut legatur בו, *contra eum*.

33. ערוך... תפתה, *præparata eſt... Topheth*, in quâ valle combuſta ſunt corpora interfectorum. Id demonſtrat, exercitum Sennacherib ab Angelo fuiſſe prope Jeruſalem deletum, non autem Lebna inter & Ægyptum, ut vult Edm. Calmet; qui quidem fruſtra opponit, ſi prope Jeruſa-

lem fuit Sennacherib deletus, id cum Iſaiâ pugnaturum, qui cap. 37. ſic ait: *non intrabit in civitatem, non jaciet ibi ſagittam*, &c. Nam hæc non pugnare planum eſt. Venit exercitus Sennacherib uſque ad Topheth, atque ibi, obſidionem parans, nondum urbem obſidens, ab Angelo fuit profligatus.

CAPUT XXXI.

Væ eis, qui ab Ægypto petunt auxilium. Proteget Deus Jeruſalem; cadetque Aſſur gladio, non humano.

1. *Væ illis, qui deſcendunt in Ægyptum, ut auxilium petant; qui ſpem ponunt in equis, qui confidunt in quadrigis, quia multæ ſunt, & in equitibus, quia viribus pollent, Sanctum verò Iſrael non reſpiciunt, nec Dominum requirunt.* 2. *Itaque ille eos expectat, mala illaturus; non enim ſuis ipſe verbis deerit; ſurrecturus eſt adversùm domos impiorum, contra ſepta illorum, qui malè agunt.* 3. *Enimverò Ægyptii homines ſunt, non Dii; equi eorum caro, non ſpiritus. Extendet Dominus manum ſuam; concidet auxiliator, corruet qui adjuvabatur, ſimulque omnes peribunt.* 4. *Hæc ènim mihi dicit Dominus: quemadmodùm leo & leunculus ſuper prædam ſuam rugit, &, multitudine paſtorum inclamante, vocibus eorum non terretur, nec turbæ cedit, ita erit Dominus exercituum, in Sion deſcendens, pro monte & colle bellum gerens.* 5. *Quomodò aves extendunt alas, ita Dominus exercituum Jeruſalem protecturus eſt, obumbrans & eripiens, tranſiens & afferens ſalutem.* 6. *Eritque ut filii Iſrael ad eundem ipſum revertantur, quem penitùs deſeruerant.* 7. *Etenim eo die abjiciet homo idola ſua argentea & idola aurea, quæ manus ipſius fecerant.* 8. *Corruet cadetque Aſſyrius per gladium, non humanum; conficiet eum gladius, qui non erit hominis; dabit ſe in fugam, enſem fugiens; juvenes ejus colliqueſcent.* 9. *Principes ejus,*

1. הוי הירדים מצרים לעזרה
ועל סוסים ישענו ויבטחו על רכב
כי רב ועל פרשים כי עצמו מאד ·
ולא שעו על קדוש ישראל · ואת
יהוה לא דרשו : 2. וגם הוא
חכם · ויבא רע ואת דבריו לא
הסיר · וקם על בית מרעים ועל
עזרת פעלי און : 3. ומצרים
אדם ולא אל · וסוסיהם בשר ולא
רוח · ויהוה יטה ידו · וכשל עוזר
ונפל עזר · ויחדו כלם יכליון : 4.
כי כה אמר יהוה אלי · כאשר יהגה
האריה והכפיר על טרפו אשר יקרא
עליו מלא רעים מקולם לא יחת
ומהמונם לא יענה · כן ירד יהוה
צבאות לצבא על הר ציון ועל
גבעתה : 5. כצפרים עפות כן
יגן יהוה צבאות על ירושלם גנון
והציל פסוח והמליט : 6. שובו
לאשר העמיקו סרה בני ישראל :
7. כי ביום ההוא ימאסון איש
אלילי כספו ואלילי זהבו אשר עשו
לכם ידיכם חטא : 8. ונפל אשור
בחרב לא איש וחרב לא אדם
תאכלנו · ונס לו מפני חרב ובחוריו
למס יהיו : 9. וסלעו ממגור יעבור
וחתו מנס שריו · נאם יהוה אשר
אור לו בציון ותנור לו בירושלם :

transeunte terrore, diffugient; contremiscent ad erectum vexillum, dicit Dominus, cujus est habere ignem in Sion, caminum in Jerusalem.

---

1. הוי הירדים מצרים, *væ, qui descendunt in Ægyptum.* Eadem, quæ suprà, vaticinatur Isaias, sed non ad eosdem. Nam quemadmodùm easdem res sæpe alii atque alii Prophetæ prænuntiârunt temporibus, aut locis diversis, sic idem Prophetâ de eâdem re modò ad hos, modò ad illos vaticinabatur, putà ad plebem, ad principes, ad Sacerdotes; deinde vaticinatio scriptis mandabatur verbis iisdem, quibus fuerat voce prolata. Itaque otiosæ non sunt in Libris Prophetarum tales de iisdem rebus iterationes.

2. וגם הוא חכם: Nos, *ille autem eos expectat;* nam sic habemus חכם, ut verbum חכה, *expectare*, cum *Affixo* ם plurali. Non licuit convertere, *ille autem etiam sapiens est*, etsi hoc modo plerique convertunt; quia oppositio hæc sapientiæ Dei cum sapientiâ hominum locum habere non potest, ubi nihil de sapientiâ hominum in oratione antecessit. Nec verò etiam convenit hoc loco *sapientia* medias inter irati Dei minas; conveniret *ira*, *indignatio*. ...ועל עזרת: Nos, *& contra septa*, nam עזרה est *septum*, seu locus mœnibus inclusus. Opponitur *septum domui*, quæ antecessit. Incommodè plerique, *& contra auxilium surget Dominus.* Quippe *auxilium* nullâ in re *domui* simile est, aut contrarium.

3. ונפל עזר, *& corruet adjutus.* Lege עזור, in *Paoul*, ut scriptum habent Codices, Regius 29. & Oratoriensis 42. Ita etiam haberet Codex Reg. 3. nisi Emendatoris manus posterior manum priorem malè correxisset. Porrò *adjutus* dicitur ex opinione eorum, qui ab Ægyptiis auxilium expectabant, satisque se *adjutos* fore confidebant, postquàm in *Ægypti umbram* se recepissent. Nam si rem ipsam consideras, nullam opem tulêre Judæis Ægyptii.

5. פסוח והמליט, *transiens & liberans.* Fortè alluditur, in verbo פסוח, (potiùs פסח) ad Angelum, qui Ægypti primogenitos interfecerat, *transiens* domos Israelitarum. Quanquàm haud scio an melior sit hoc loco Arabica potestas, *locum amplum faciens*, qui significatus Arabici verbi פסח frequentissimus est, ut significetur, Assyriis longè amotis locum fore amplum, in quem Judæi terminos suos, qui tunc nimium angusti erant, dilatent.

6. שובו; *revertimini.* Qui sic convertunt, necesse habent ut posteà legant תעמיקו, personâ secundâ, pro העמיקו, tertiâ. Sed meliùs quadrat in res consequentes persona tertia *revertentur*, ut propheta vaticinetur, non hortetur. Itaque meliùs legitur ושבו, *& revertentur*, ut posteà sequatur eâdem personâ tertiâ העמיקו, *profundam fecerant (rebellionem.)*

6. & 7. חטא: Malè hoc verbum sequitur punctum majus; quippe ad superiora non potest pertinere. Itaque Græci Intt. id omiserunt. Sed commodè retinetur, si jungitur cum infrà-dictis hoc modo: חטא ונפל אשור, *corruet, cadetque Assur.* Nam חטא significat non modò *peccare*, sed *errare*, *ad exitum non pervenire.* Itaque interpunctio major ante חטא collocanda est, proximè post ידיכם.

8. למס יהיו: Vulgatus, *vectigales erunt (juvenes ejus.)* Nos maluimus *colliquescent*, scilicet præ terrore, ut id respondeat priori verbo נס, *fugiet.* Prætereà, cùm בחור notare soleat *juvenes*, aut *milites delectos*, convenit potiùs de illis prænuntiari, eos interfectum iri, quàm *vectigales* futuros, cùm præsertim *vectigales* conveniat generatim victis populis, non tantùm militibus delectis. Denique, id quod caput est, Sacra monumenta non docent, fuisse Assyrios Ezechiæ *vectigales.*

9. וסלעו: Hoc verbum nemo hactenus explicavit. Apparet tantùm parallelum esse verbum verbo וחתו, *& terrebuntur*, subsequenti. Nos igitur ex conjecturâ legimus וסלקו, quod Chaldaicè habet, *recedere*, *submovere*, *submoveri*, ut notetur fuga Assyriorum huc & illuc diffugientium. ...ותנור לו, *& ei est caminus (in Jerusalem.)* Nempe ignes erupêre de Jerusalem in Assyrios, quod *signum* erat, à quo fugiebant.

CAPUT XXXII.

Regnabit rex juſtus, qui avertet à populo ſuo turbinem & tempeſtatem. Pavebunt mulieres & ſaccum induent, donec veniat ex alto ſpiritus, per quem fiet rerum converſio, ut liceat in tuto habitare.

1. *En rex juſtè regnaturus eſt;*
principes cum æquitate imperaturi.
2. *Erit homo quaſi tutus receſſus,*
vento ingruente, quaſi à tempeſtate
perfugium; ſicut rivulus in arido lo-
co decurrens, ſicut fluentum de petrâ
latè emanans in terram ſitientem.
3. *Tum oculi videntium non jam*
claudentur; aures audientium au-
dient. 4. *Cor inſipientium capiet doc-*
trinam; lingua balbutientium expe-
dita erit, ut planè loquatur. 5. *Stul-*
tus non ampliùs vocabitur vir ma-
gnus, nec avarus dicetur liberalis.
6. *Tum enim ſtultus ſtulta loqui vi-*
debitur, cor ejus, ſcelus meditari,
ut ſimulatoriè agat, & loquatur con-
tra Dominum errores, ut animam
eſurientem dimittat inanem, ſitien-
tem potu defraudet: 7. *Tum avarus,*
artibus malis conſiliiſque uti ſcelera-
tis, ut mendacibus verbis perdat mi-
tes, pauperemque judicio ſubvertat.
8. *Vir autem magnus conſilia dabit*
plena magnitudinis, & per magna
quæque ſe tuebitur. 9. *Adeſte opulen-*
tæ mulieres, audite vocem meam;
filiæ ſecuritatis, attendite verba mea.
10. *De anno toto, quæ ſecuræ erant,*
contremiſcent, quia vindemia defe-
cerit, quia non advenerit comporta-
tio frugum. 11. *Pavebunt opulentæ*
mulieres; contremiſcent, quæ ſecuræ
erant; ſpoliabuntur, nudabuntur,
cingulum ponent ſuper lumbos.

1. הן לצדק ימלך מלך · ולשרים
למשפט ישרו : 2. והיה איש
כמחבא רוח וסתר זרם · כפלגי מים
בציון · כצל סלע כבד בארץ עיפה :
3. ולא תשעינה עיני ראים · ואזני
שמעים תקשבנה : 4. ולבב
נמהרים יבין לדעת · ולשון עלגים
תמהר לדבר צחות : 5. לא יקרא עוד
לנבל נדיב · ולכילי לא יאמר שוע :
6. כי נבל נבלה ידבר · ולבו יעשה
און לעשות חנף ולדבר אל יהוה
תועה · להריק נפש רעב ומשקה
צמא יחסיר : 7. וכלי כליו רעים ·
הוא זמות יעץ לחבל ענוים באמרי
שקר ובדבר אביון משפט : 8.
ונדיב נדיבות יעץ · והוא על נדיבות
יקום : 9. נשים שאננות קמנה
שמענה קולי · בנות בטחות האזנה
אמרתי : 10. ימים על שנה
תרגזנה בטחות · כי כלה בציר אסף
בלי יבוא : 11. חרדו שאננות
רגזה בטחות · פשטה וערה וחגרה
על חלצים : 12. על שדים ספדים ·
על שדי חמד על גפן פריה : 13.
על אדמת עמי קוץ שמיר תעלה ·
כי על כל בתי משוש קריה עליזה :
14. כי ארמון נטש · המון עיר
עזב · עפל ובחן היה בעד מערות ·
עד עולם משוש פראים מרעה
עדרים : 15. עד יערה עלינו רוח
ממרום · והיה מדבר לכרמל וכרמל
ליער יחשב : 16. ושכן במדבר
משפט · וצדקה בכרמל תשב :
17. והיה מעשה הצדקה שלום ·
ועבדת הצדקה השקט ובטח עד

עולם : 18. וישב עמי בנוה שלום ·
ובמשכנות מבטחים ובמנוחת
שאננות : 19. וברד ברדת היער ·
ובשפלה תשפל העיר : 20.
אשריכם זרעי על כל מים · משלחי
רגל השור והחמור :

12. *Plangent ſuper agris, ſuper de-*
ſiderabilibus agris vineiſque feracibus.
13. *In terrâ populi mei ſurrexêre ſpi-*
næ ac vepres, in ipſis etiam domi-
bus deliciarum civitatis exſultantis.
14. *Nam palatia relinquuntur, de-*
ſerit urbes multitudo; mutantur do-
mus amœnæ in ſpeluncas; paſcua gregum facta ſunt deliciæ onagrorum
diuturnæ. 15. *Donec in nos ſpiritus ex alto reveletur, evadatque in fertilem*
agrum ſolitudo, fertilis ager pro ſylvâ reputetur. 16. *Cùm habitabit in de-*
ſerto judicium, ſedebitque in fertili agro juſtitia; 17. *Cùm juſtitia pacem fa-*
ciet, exercitatio juſtitiæ tranquillitatem, perpetuamque ſecuritatem: 18. *Cùm*
habebit populus meus habitationem pacatam, tabernacula ſecura, ſedeſque
tranquillas. 19. *Sed futurum eſt, ut grando in ſylvam ruat, ut ſylva fiat hu-*
milis, quomodò planus campus. 20. *Felices verò vos, qui ſecùs omnes aquas*
ſementem mitteis, ubi paſcua libera bos & aſinus habituri ſunt.

---

1. ולשרים : Lege והשרים, in recto caſu, *& principes* (*imperabunt*,) quomodò anteà מלך; non למלך, *rex* (*regnabit*;) qui rex eſt Ezechias, quo regnante Judæi tutum ſtatum habuêre, nec Aſſyrios jam timuêre, poſtquàm deletus fuiſſet ab Angelo Sennacherib exercitus. Hæc prænuntiabat Iſaias, antequàm Ezechias regnaret, vel regnante Achaz, vel alio ante Achas regnantem, rege, dum Tribui Judæ omnia erant ab Aſſyriis metuenda.

2. והיה איש, *& erit homo* (*quaſi tutus receſſus*,) nempe Ezechias, qui deletâ in ſuo regno Idololatriâ, & religione verâ conſtitutâ, fecerat ut regnum ſuum Deo jam curæ eſſet, utque adeò nihil eſſet ab Aſſyriis timendum. ...כצל סלע כבד, *ſicut umbra petræ gravis.* Græci Intt. convertunt כצל, ὡς ποταμὸς, *ut fluvius*, legunt נזל, quod ex eis mutuamur, ut ſic legas, כנזל מסלע כביר, *ſicut fluentum de petrâ latè emanans*, & ut ſit eadem ſententia, quæ in inciſo priori, quomodò inciſa duo membri prioris ſimilitudinem habent ex eâdem re ductam. Incommoda hæc ſunt hod. ſcriptionis: 1°. ut כצל, *ſicut umbra*, inducat ſimilitudinem parùm quadrantem cum ſequentibus verbis, *in terrâ ſitienti.* 2°. ut *petra* dicatur *gravis*, ubi non agitur petræ *gravitas*, ſed *umbra*, in hodiernâ quidem ſcripturâ. Proptereà antetulimus τὸ כביר τῷ כבד. Græci Intt. ἔνδοξος, *inclytus*, qui forſan legerint כביר; nam vocabulum Græcum reſpondet pariter verbo Hebraico, vel כביר, vel כבד.

3. ולא תשעינה, *& non claudentur oculi* (*videntium.*) Non jam caligabunt oculi, religione verâ dignoſcendâ, cùm videbunt Ezechiam regem auxilio divino ideò liberatum, quia Dei veri cultum inſtaurârit, poſtquàm Achaz, propter ſuam impietatem, fuerat ab Aſſyriis undique vexatus.

6. כי נבל נבלה ידבר, *nam ſtultus ſtultitiam loquetur.* Non docet hoc loco Iſaias, ſtultum ſtulta loqui; ſed poſtquàm prædixit futurum, ut ſtultus non jam vocetur, ſeu reputetur magnus, ſubdit continenter fore, ut ſtultus ſtulta loquatur, ſive ſtulta loqui videatur, & qualis erit, talis appareat in aulâ Ezechiæ regis; cùm contrà in aulâ Achaz ſtulti homines plurimùm valerent & magni haberentur. Hæc ſententia viget uſque ad verſum 9. ...תועה : Meliùs תעה, *errorem*, in Codice Reg. 3. manu quidem priori.

7. וכלי : Codex Reg. 29. וכילי; meliùs וכיל, *avarus autem.* Nam verſu 5. poſt *ſtultum* venit *avarus*; qui ordo verſibus 6. & 7. redintegratur; ut verſu 8. venit נדיב, *vir magnus*, qui verſu 5. fuerat *ſtulto* oppoſitus, quique dicitur in magno honore futurus, Ezechiâ regnante. ענוים, *mites.* Maſora עניים, *pauperes*, ſine causâ; nam rectè utrumque, nec alterum pro altero fuit emendandum. ...משפט : Lege במשפט, *in judicio*, ut legunt Chaldæus, Syrus & Græci Intt. Verbum autem בדבר interpretamur, *ſubvertat*; ſic ferè ut Græci Intt. alibi hoc idem verbum convertunt per verbum Græcum ἀπόλλυμι, *perdere*, ex poteſtate Arab. *doloſè agere, inimicitias gerere*, &c.

8. ועל נדיבות יקום, *& propter magna ſtabit*; ſive in ſtatione ſuâ manebit, & in gratiâ plurimâ erit, proptereà quòd conſilia det regi digna magno viro.

10. ימים על שנה, *dies ſuper annum.* Hæc verba non explicant nec Veteres, nec Recentiores. Qui vertunt, *aliquot dies poſt annum*, credunt ab hâc Prophetiâ uſque ad adventum Aſſyriorum, qui univerſam Judæam depopulati ſunt, annum interceſſiſſe; atque adeò hæc Iſaiam, Ezechiâ regnante, prædixiſſe; quibus contradicitur in verſibus 15. 16. & 17. ubi regnum juſtitiæ, quod erat Ezechiæ regnum, tangitur ut futurum, non ut jam præſens; ut neceſſe ſit ſtatuere, hanc vaticinationem, antequàm Ezechias regnaret, fuiſſe factam, neque adeò locum

habere poſſe *aliquot dies poſt annum*, cùm Sennacherib in Judæam non venerit ante annum Ezechiæ regis decimum quartum, ut oſtenditur ex cap. 18. Libri 4. Regum. Nos eò inclinamus, ut credamus hìc *annum* notari, non quotum, ſed quantum, & Iſaiam dicere hoc modo, *ſuper anno toto contremiſcent*, ex ſcripturâ על שנת ימים, *ſuper annum dierum*, vocabulo *dierum* ſignificante *totum*. Huic ſententiæ favent res ſubſequentes, in quibus agitur vindemia quæ defecerit, frugum comportatio, quæ nulla extiterit. Favent etiam verſus 12. & 13. qui ſimiliter incipiunt per על eâdem in ſententiâ, & ordine eo, quem reſtituimus.

11. רגזה בטחות : Verſibus 9. & 10. fuit בטחות numeri pluralis; itaque idem eſt numerus hoc verſu 11. quod probat vel ipſum שאננות, quod mox anteceſſit. Ergò legendum רגזו, *contremiſcunt*, פשטו, *ſpoliantur*, וערו, *& nudantur*, וחגרו, *& cingunt*, quomodò antea חרדו, *pavent*. Nam poſtquàm Iſaias v. 9. convertit ſermonem ad ſui temporis mulieres, nunc eis exhibet ſpectaculum mulierum, *quæ ſpoliabuntur, nudabuntur*, &c. ab Aſſyriis in Judæam irrumpentibus. Itaque meliùs legitur ערו, פשטו, &c. quàm ערנה, פשטנה, &c. quæ legere videntur Veteres, qui convertêre perſonâ ſecundâ, *ſpoliamini*, *nudamini*; niſi forſan mendis ערה, פשטה, &c. ſubveniebant, quæ interpretari non poſſent.

12. על שדים : Nos, *ſuper agris*; & neſcio quo pacto factum fuerit, ut plerique converterent, *ſuper ubera*, cùm vocabulo שדים opponatur גפן. Num enim Latinè oppoſita ſunt *ubera* & *vites?* Admonebant igitur ipſæ *vites*, eſſe שדים, *agros*; admonebat præterea שדי חמד, *agri deſiderabiles*. Nam *deſiderabile* ſæpe in Scripturis Sacris de *terrâ* dicitur & de *vineâ*; nuſquam de *uberibus*, ne in Cantico quidem Canticorum.

13. שמיר : Adde ו, ut ſit ושמיר, *& vepres*, quod legunt omnes Veteres. Dicuntur *ſpinæ ac vepres* creſcere *in domibus deliciarum civitatis exſultantis*, quia Sennacherib appropinquans ſubverſurus erat villas amœnas urbi Jeruſalem vicinas, quas Jeruſalem cives ſtruxerant & ornârant.

14. עפל ובחן היה בעד מערות : Hæc, qui poterunt, convertent; certè hæc nemo Veterum. Sed ſcripturam germanam Syrus retinuit, apud quem hæc leguntur : ושופרהון דבתא הוא למערא, *& domus pulcherrimæ vertentur in ſpeluncas*. Nam liquet eum ſic legiſſe : וחלפו בתים הנעים למערות, quæ verba hodiernis hujus loci mendis ſatis ſimilia ſunt. Nos igitur in ſcriptione tali libenter acquieſcimus.

15. והיה מדבר לכרמל, *& evadat ſolitudo in fertilem agrum*, &c. Hæc proverbii loco dicuntur, notantque rerum converſionem tum futuram, cùm Deus Ezechiæ pietate movebitur, amovebitque Aſſyrios à finibus Judæorum.

19. ובשפלה תשפל העיר : Arias, *& in loco humili humiliabit ſe civitas*, ſatis habens convertere, parùm curans, an quæ convertebat, Lectores intelligerent, quæ ne ipſe quidem forſan intelligebat. Græci Intt. ſententiam habent planiſſimam, ſed aliâ ex ſcriptione petitam; in quâ nihil reperitur de *civitate*. Et multò meliùs legatur היער, *ſylva*, quàm העיר, *civitas*. Nam convenit ut ſimilitudo ex nemore ducta membro in priore, abſolvatur in poſteriore; quæ quidem convenienter abſolvitur, ſi pro בשפלה, *in planitie*, legatur cum Syro, כשפלה, *ſicut planities*, ut addatur, ſylvam, ictam grandine, humilem fore arboribus proſtratis, & viſum iri tanquam planum & apertum campum.

20. אשריכם, *felices vos*. Hæc ad eos dicuntur, quorum agros Aſſyrii non ſunt vaſtaturi, quia non eò miſſuri ſint exercitûs duces turmas ſuas, ad prædam faciendam.

CAPUT XXXIII.

Qui prædantur, de illis prædæ abigentur. Exſurget enim Dominus, & qui juſtitiam ſectabuntur, in arce tutiſſimâ erunt, & regem ſuum videbunt gloriâ cumulatum.

1. Væ tibi, qui vaſtas, nec ipſe
vaſtaris; qui oppugnas, nemine te
oppugnante. Poſtquàm enim devaſ-
tandi finem feceris, tu quoque devaſ-
taberis; poſtquàm laſſatus fueris op-
pugnando, non deerunt qui te oppu-
gnent. 2. Domine, miſerere noſtri,
te enim expectamus; eſto, ſingulo
mane, brachium noſtrum, ſalus etiam
noſtra in tempore anguſtiæ. 3. Diffu-
gêre populi, tuâ famâ territi; per
gloriam tuam diſſipatæ ſunt gentes.
4. Spolia veſtra ſic colliguntur, ut
colligitur bruchus; qui hæc abducit
ſimilis eſt ei, qui avehit locuſtas.
5. Magnus eſt Dominus, in excelſis
habitans; quia Sion judicio & juſti-
tiâ replevit. 6. Erunt in ſapientiâ & in
ſcientiâ certæ divitiæ & ſalus potens;
timor Domini futurus eſt tuus theſau-
rus. 7. En Legati atrociter clamant;
en flent amarè nuntii, qui ad pacem
iverant. 8. Deſolatæ ſunt viæ, deſe-
rit iter viator; fractum eſt fœdus,
teſtes pro nihilo habentur; non habe-
tur hominum reſpectus. 9. Languent
arva & lugent; erubeſcit Libanus
arens; Saron ſic eſt, ut ſolitudo; nuda-
ti ſunt Baſan & Carmelus. 10. Nunc
ſurgam, dicit Dominus; nunc glo-
rioſus ero, nunc excelſus. 11. Stipu-
lam concepiſtis, paleam parturiet
ſpiritus veſter, voſque ignis abſumet.
12. Erunt enim populi quaſi calx

1. הוי שודד ואתה לא שדוד
ובוגד ולא בגדו בך · כהתימך שודד
תושד · כנלתך לבגד יבגדו בך :
2. יהוה חננו · לך קוינו · היה זרעם
לבקרים אף ישועתנו בעת צרה :
3. מקול המון נדדו עמים · מרממתך
נפצו גוים : 4. ואסף שללכם
אסף החסיל · כמשק גבים שקק בו :
5. נשגב יהוה · כי שכן מרום
מלא ציון משפט וצדקה : 6. והיה
אמונת עתיך חסן ישועת חכמת
ודעת · יראת יהוה היא אוצרו :
7. הן אראלם צעקו חצה · מלאכי
שלום מר יבכיון : 8. נשמו
מסלות · שבת עבר ארח · הפר
ברית מאס ערים · לא חשב אנוש :
9. אבל אמללה ארץ · החפיר לבנון
קמל · היה השרון כערבה ונער
בשן וכרמל : 10. עתה אקום
יאמר יהוה · עתה ארומם · עתה
אנשא : 11. תהרו חשש תלדו
קש · רוחכם אש תאכלכם : 12.
והיו עמים משרפות שיד · קוצים
כסוחים באש יצתו :
13. שמעו רחוקים אשר עשיתי ·
ודעו קרובים גברתי : 14. פחדו
בציון חטאים · אחזה רעדה חנפים ·
מי יגור לנו אש אוכלה · מי יגור
לנו מוקדי עולם : 15. הלך צדקות
ודבר מישרים · מאס בבצע מעשקות ·
נער כפיו מתמך בשחד · אטם אזנו
משמע דמים · ועצם עיניו מראות
ברע : 16. הוא מרומים ישכן ·
מצדות סלעים משגבו · לחמו נתן

מימיו

מימיו נאמנים ׃ 17. מלך ביפיו
תחזינה עיניך · תראינה ארץ
מרחקים ׃ 18. לבך יהגה אימה ·
איה ספר איה שקל איה ספר ארת
המגדלים ׃ 19. את עם נועז לא
תראה · עם עמקי שפה משמוע ·
נלעג לשון אין בינה ׃ 20. חזה
ציון קרית מועדנו · עיניך תראינה
ירושלם נוה שאנן אהל בל יצען ·
בל יסע יתדתיו לנצח · וכל חבליו
בל ינתקו ׃ 21. כי אם שם אדיר
יהוה לנו מקום נהרים יארים רחבי
ידים · בל תלך בו אני שיט · וצי
אדיר לא יעברנו ׃ 22. כי יהוה
שפטנו · יהוה מחקקנו · יהוה מלכנו
הוא יושיענו ׃ 23. נטשו חבליך
בל יחזקו · כן תרנם בל פרשו נס ·
אז חלק עד שלל מרבה · פסחים
בזזו בז ׃ 24. ובל יאמר שכן
חליתי · העם הישב בה נשא עון ׃

fornace inflammata, ut spinæ avulsæ, quæ igne cremantur. 13. *Audite; qui longè estis, quid ego fecerim; accipite, qui propè estis, qualis sit fortitudo mea.* 14. *Trepidant in Sion peccatores, corripuit tremor impios. Quis nostrûm, inquiunt, habitabit in igne devorante? Quis nostrûm habitabit perpetuis in flammis?* 15. *Nempe ille, qui justitiam sectatur, qui recta loquitur; qui abhorret ab avaritiâ & oppressionibus; qui excutit manus suas, ne munus excipiant, qui aures obturat, ne audiat judicium sanguinis, qui claudit oculos suos, ne malum intueatur.* 16. *Ille in altis sedibus habitaturus est; illí pro arce erunt propugnacula petrarum; huic annona parata est, hunc non deficient aquæ perennes.* 17. *Oculi tui regem suo in splendore intuebuntur, terramque longè remotam prospectabunt.* 18. *Pelles timorem ex animo tuo; nam longè aberit Scriba, longè ponderum Inspector, longè turrium Explorator.* 19. *Tu populum potentem non ampliùs videbis, populum sermonis difficilis, qui non auditur; Linguæ peregrinæ, quæ non intelligitur.* 20. *Videbis Sion, urbem solemnitatum nostrarum; oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem tutam; tentorium, quod non transferetur, cujus paxilli nunquam avellentur, cujus funes nunquam rumpentur.* 21. *Etenim erit magnum ibi nomen Domini; erit nobis locus rivorum latè decurrentium; neque hùc appellent remigum naves, aut speciosæ triremes hàc transibunt.* 22. *Dominus enim Judex est noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster; ille afferet nobis salutem.* 23. *Funes tui laxati nihil jam retinebunt, mali tui vela non expandent. Tum dividetur de spoliis præda plurima; quicunque transibunt, prædas auferent:* 24. *Neque vicini incolæ dicent; ego prohibitus sum ne prædas agerem; nam quisquis apud eos habitabit, auferet prædam suam.*

---

1. אתה לא שדוד, *tu verò non vastatus.* Nam Rex Assyriorum in Judæam irruperat, nemine cohibente, postquàm regnum Israel fuerat deletum; quem deinde affirmat Propheta sua exempla passurum; ut non necesse sit hùc advocare interrogationem, *non-ne & ipse prædaberis*, quam adhibuit Vulgatus. ...כנלתך: Plerique vertunt, *cùm absolveris*, ex Radice נלה. Sed Radix hæc putrida est, ut observat Lud. Cappellus; & multò meliùs legatur, כנלאותך, *cùm lassatus fueris*, ex לאה. Ita legit Chaldæus, qui תלאי, *fatigatus eris.*

2. זרעם, *brachium eorum*, manifestum mendum, post קוינו, *expectavimus*; nam subsequi debet זרוענו, *brachium nostrum*, quod etiam legunt Chaldæus, Syrus, Vulgatus. Facilè ם ex נו deviârit, præsertim antequàm ם finale usuparetur. Nam ם & נו non parùm similia sunt.

3. מקול המון, *à voce multitudinis.* Lege cum Syro & cum Græcis Intt. מקול אימך, *à voce terroris tui (diffugiunt populi)* ſeu promiſcuæ gentes, quæ Sennacherib caſtra implebunt. Reſpondet vocabulo אימך vocabulum רוממתך, *gloria tua ;* non reſpondet המון, *multitudo*, nec *ſonitus*, ubi deeſt affixum ך, quod debuit eſſe parallelum. Itaque rectè Codex Alex. φόβȣ σȣ, addito pronomine σȣ̃, quod abeſt in Codice Rom. ſic etiam Syrus, דחלתך, *timoris tui.*

4. שקק בו, *qui hoc avehit*, nempe שללכם, *ſpolium veſtrum.* Significatum *avehit* deducimus ex Radice שוק Chaldaicâ, *abigere*, *propellere.* Solebant locuſtæ de terrâ colligi & in acervos congregari, quibus acervis ignis deinde ſupponebatur, ne aerem infeſtarent locuſtæ in putredinem ſolutæ.

6. אמונת עתיך, *firmitudo temporum tuorum.* Quid ſententiæ id habere poſſit, videant qui ſcriptionem עתיך tuebuntur. Certè nihil de *temporibus* nec Chaldæus, nec Græci Intt. Series poſtulat עתרת, vel עתרך, *abundantiæ tuæ.* Nam ſequuntur duo vocabula חסן & אוצר, *divitiæ & theſaurus*, vocabulo *abundantiæ* parallela : vide verſionem. Porrò pro אוצרו, *theſaurus ejus*, legendum אוצרך, *theſaurus tuus.* Nam pronomen *ejus* ad nihil pertinet, quod anteceſſerit. Sed habet Iſaias ad populum ſermonem ; itaque rectè *theſaurus tuus.*

7. הן אראלם צעקו חצה, *en legati clamant foris.* Nos, *atrociter*, cum Syro, qui legens קשה, pro חצה, vertit קשיאית, *atrociter.* Nam benè quadrat, *atrociter*, cum *amarè*, quod mox ſequitur. Cæterùm, quanquam incertum eſt quâ ex Radice proficiſcatur אראלם, tamen conſtat ſignificari *nuntium*, vel *ſequeſtrem*, cùm ei parallelum ſit מלאכים, *legati.* Intelliguntur utrobique illi, quos ad Regem Aſſyriorum miſerat Ezechias, ut ab eo pacem pecuniâ redimerent. Legati pecuniam dederant, nempe argenti 300. talenta, auri 30. & promiſerant Regi Sennacherib, tributum ab Ezechiâ quotannis ſolutum iri. Rex per per ſimulationem fœderis acceperat pecuniam ; ſed ſtatim, rupto fœdere, bellum renovârat. Propterea ſubjungitur v. 8. *ruptum eſt fœdus.* Quod verò poſt additur, מאס ערים, *contemnit urbes*, id natum ex mendo ערים, pro עדים, *teſtes*, nempe teſtes fœderis nuper facti ; quibus *teſtibus* reſpondet אנש, *homo (pro nihilo ducitur.)* Eos *teſtes* & eos *homines* Sennacherib *contempſit*, dum fregit fœdus cum iiſdem nuper factum.

9. נער : Potiùs נערה, *nudatus eſt (Carmelus & Libanus,)* quæ loca Sennacherib tranſiens devaſtârat.

11. תלדו, *parturietis.* Lege תלדה, *parturiet*, רוחכם, *ſpiritus veſter.* Adjungunt *ſpiritum* Græci Intt. ad verbum *parturiet*, quanquam Paraphraſi utuntur ; quod nî ſic feceris, neſcies quo in caſu ſit רוחכם. Hæc Iſaias ad Aſſyrios, quorum conatus ſimiles dicuntur ſtipulæ ac paleæ, mox comburendæ.

13. שמעו רחוקים, *audite*, *qui longè eſtis.* Nimirum fama exercitûs Aſſyriorum prope Jeruſalem deleti pervenit ad remotiſſimas terras, ex quibus multi homines venerunt, ut Ezechiam regem viderent, quo regnante miracula tanta exſtiterant.

14. מי יגור לנו אש אוכלה, *quis noſtrûm habitabit in igne devorante.* Ita in Jeruſalem loquebantur homines, qui Deum cùm abjeciſſent, ab eo nihil ſperabant. In *igne devorante* intelligi ſolent ultima mala ; quæ mala urbi Jeruſalem impendebant.

15. ועצם, *& claudit.* Idem עצם, ac עצה : vide ſuprà ad cap. 29. v. 10.

16. לחמו נתן, *panis ejus datus.* Non dubium, quin נכון, *paratus*, vel *ſtatutus ;* nam ſequitur ſimile verbum נאמנים, *firma.* Similitudo eſt unius ad alterum tanta, ut non mirandum ſit ab uno ad alterum deerrâſſe Deſcriptorem.

19. נלעג : Arias, *blæſum*, quaſi ex עלג, quanquam id exemplo caret. Scriptionem veram נלעז, *barbaram*, habuit Symmachus, qui διαλεκτὸν, *dialectum.* Nam ſic tangit *dialectum*, ut Linguam peregrinam.

20. חזה, *vide.* Melius Chaldæus תחזי, *videbis*, cùm legeret תחזה. Videtur ת excidiſſe propter ſimilitudinem ejus cum litterâ ה antecedente.

21. ...לנו מקום נהרים, *nobis locus fluviorum...* Hæc & ſequentia tranſlatè dicuntur. Nimirum comparatur Jeruſalem ab exercitu Sennacherib liberata, rupi excelſæ, ſitæ mediis in aquis, quò appellere naves timent. Propterea v. 23. exercitus Sennacherib ſimilis dicitur navi, cujus laxati ſunt rudentes, quæque expandere vela ſua non jam poteſt.

23. תרנם, *mali eorum.* Malè *eorum*, quoniam anteceſſit חבליך, *funes tui*, cum affixo perſonæ ſecundæ. Itaque meliùs Syrus, עמודיכי, *columnæ tuæ*, cùm legeret תרניך, *mali tui ; mali*, inquam, numero plurali, quia ſequitur פרשו, *expandunt.* ...פסחים, *tranſeuntes*, meliùs, quàm *claudi.*

24. חליתי העם הישב בה נשא עון. Sive interpretaris, *æger ſum*, *populus habitans in eâ*, *ſuſcipiens peccatum*, ſive alio modo, nihil dices accommodatè ad ſententiam. Agitur præda exercitûs Aſſyriorum, poſt eorum fugam, dividenda inter eos, qui vicinis in locis habitant. Nihil ad eam prædam *iniquitas :* nihil etiam ad ante-dicta, *qui habitat in eâ.* Nam *eâ*, de quâ habitatione dicatur, neſcitur. Denique nihil ad rem חליתי, *æger ſum.* Non promiſerat Deus, nullos fore in regione ægrotos, aut in lecto jacentes tum, cùm dividenda eſſet præda. Sed omnia plana & commoda erunt, ſi pro חליתי, legas כליתי, *prohibitus ſum ;* ſi pro בה, בם, *in eis*, ut legunt Græci Intt. ſi denique pro עון, legas עדו, *prædam ſuam.* (*Non dicet vicinus*) *prohibitus ſum ; populus qui habitabit apud eos, tollet prædam ſuam*, ...כליתי · העם הישב בם נשא עדו quibus verbis prænuntiatur, prædam de Aſſyriis fore tantam, ut omnes licentiam habituri ſint prædandi, & abducendi domum prædas ſuas.

CAPUT XXXIV.

Deus iratus percutiet omnes gentes. Solvetur militia cœlorum ; cœli, ut liber, volventur. Gladius Domini inebriabitur ſanguine Edom ; Boſra urbs deſtruetur, fietque receptaculum ferarum.

1. Accedite gentes, ut audiatis ;
attendite populi ; audiat terra, &
quod in eâ continetur ; orbis, & qui-
cunque in eo generantur. 2. Imminet
enim ira Domini univerſis gentibus ;
furor ejus in omnem earum multitu-
dinem, quam penitùs deleturus eſt &
internecioni traditurus. 3. Interfecti
eorum projicientur ; cadavera ipſo-
rum ſpargent odoris ſui fœditatem,
ſanguine ipſorum montes manabunt.
4. Tabeſcet cœlorum univerſa com-
pages ; cœli, ut liber, convolventur ;
omnes ſtellæ eorum cadent, ut cadit
de vite folium, ut de ficulneâ ficus
inutiles. 5. Ecce autem gladius meus
in cœlo inebriatur ; en ingruit in
Edom, in populum à me judican-
dum & abolendum. 6. Gladius Do-
mini ſanguine plenus, ſaginatus adi-
pe, ſaginatus ſanguine agnorum &
hircorum, adipe renum arietum ;
nam ſacrificium Domino eſt in Boſ-
ra & hoſtia plurima in terrâ Edom.
7. Cadent apud eos unicornes, ju-
venci pariter ac tauri ; terra eorum
ſanguine madebit, adipe eorum pul-
vis pingueſcet. 8. Nam dies adeſt
ultionum Domini ; adeſt annus re-
tributionis ejus hoſtibus Sion. 9. Val-
les ejus in picem mutabuntur, pulvis
ejus in ſulphur ; nam terra evadet in
picem ardentem, 10. Quæ non extin-
guetur, nec diem, nec noctem ; cujus
fumus in perpetuum tolletur. Hæc

1. קרבו גוים לשמע ולאמים
הקשיבו · תשמע הארץ ומלאה תבל
וכל צאצאיה : 2. כי קצף ליהוה
על כל הגוים וחמה על כל צבאם ·
החרימם נתנם לטבח : 3. וחלליהם
ישלכו · ופגריהם יעלה באשם · ונמסו
הרים מדמם : 4. ונמקו כל צבא
השמים · ונגלו כספר השמים · וכל
צבאם יבול כנבל עלה מגפן
וכנבלת מתאנה : 5. כי רותה
בשמים חרבי · הנה על אדום תרד
ועל עם חרמי למשפט : 6. חרב
ליהוה מלאה דם הדשנה מחלב
מדם כרים ועתודים מחלב כליות
אילים · כי זבח ליהוה בבצרה וטבח
גדול בארץ אדום : 7. וירדו
ראמים עמם ופרים עם אבירים ·
ורותה ארצם מדם ועפרם מחלב
ידשן : 8. כי יום נקם ליהוה · שנת
שלומים לריב ציון : 9. ונהפכו
נחליה לזפת ועפרה לגפרית · והיתה
ארצה לזפת בערה : 10. לילה
ויומם לא תכבה · לעולם יעלה
עשנה · מדור לדור תחרב · לנצח
נצחים אין עבר בה : 11. וירשוה
קאת וקפוד · וינשוף וערב ישכנו
בה · ונטה עליה קו תהו ואבני בהו :
12. חריה ואין שם מלוכה יקראו ·
וכל שריה יהיו אפס : 13. ועלתה
ארמנתיה · סירים קמוש וחוח
במבצריה · והיתה נוה תנים חציר
לבנות יענה : 14. ופגשו ציים
את איים ושעיר על רעהו יקרא ·
אך שם הרגיעה לילית ומצאה לה
מנוח : 15. שמה קננה קפוז ותמלט

deserta erit à generatione in gene-
rationem ; quandiu ætates ætatibus
accedent, non erit qui per ipsam tran-
seat. 11. *Eam possidebunt pelicanus*
& ericius : ulula & corvus ibi habi-
tabunt. Nam super eam extendetur
funiculus nuditatis , libella vastita-
tis. 12. *Non ibi ampliùs regnum me-*
morabitur , quoniam Optimates prin-
cipesque ejus nulli erunt. 13. *Spinæ palatia ejus exuperabunt ; arces ejus ,*
carduus & vepres ; evadet in cubile draconum , in pascuum pullis struthio-
num. 14. *Ibi occurrent sibi invicem feles agrestes & mustelæ ; ibi ad hircum*
hircus clamabit ; ibi noctua requiescet , habebitque tranquillam sedem. 15. *Ibi*
nidificabit serpens jaculus ; ibi pariet , ova excludet , & umbrâ suâ confove-
bit ; hic feminæ vultures ad feminas aggregabuntur. 16. *Consulite librum*
Domini , & legite ; ne unum quidem ex istis deerit ; non desiderabit una fe-
mina comparem suam ; os enim Domini hæc locutum est ; spiritus Domini
hæc simul congregabit. 17. *Ille ipse est , qui hanc eis sortem loci assignavit ;*
manus ejus funiculo distribuit suam cuique sortem ; hanc in perpetuum possi-
debunt ; ibi ab ætate ad ætatem habitabunt.

ובקעה ודגרה בצלה · אך שם
נקבצו דיות אשה רעותה : 16.
דרשו מעל ספר יהוה וקראו · אחת
מהנה לא נעדרה · אשה רעותה לא
פקדו · כי פי הוא צוה ורוחו הוא
קבצן : 17. והוא הפיל להן גורל ·
וידו חלקתה להם בקו · עד עולם
יירשוה לדור ודור ישכנו בה :

---

2. כי קצף ליהוה על כל הגוים , *nam ira Domini super omnes gentes ;* quia non multò post erat futurum , ut populus populum superaret , Assyrii Chaldæos , Chaldæi Assyrios , utrosque Persæ , Persas Græci ; quæ variæ victoriæ multo sanguine erant obtinendæ. Hæc significare Dei iram docemur versu inferiore , in quo memorantur *vulnerati* & cadavera sine sepulturâ humi jacentia.

3. פגריהם יעלה באשם , *cadavera eorum agent sursùm fætorem suum.* Fuit scriptum יעלה mendosè , pro יעלו , *ascendere facient* , quod verbum *Hiphil* regitur à nominativo פגריהם , numeri pluralis , & respondet plurali verbo ישלכו. Malè Arias , *cadaveribus eorum ascendet fætor eorum* , cùm sit planum , esse פגריהם , rectum casum , non obliquum.

4. כל צבא השמים : Nos , *universa compages cælorum ;* posteà כל צבאם , *omnes stellæ eorum* , variâ interpretatione , quia non idem est significatus. Nimirùm latissimè patet vocabulum צבא , quomodò & מלא , quo notatur quidquid in re aliquâ universali continetur , aut quo constat ea res ; sic צבא , versu 2. de gentibus dictum , notabat omnem earum multitudinem ; sic posteà singulas , quæ in omnibus cœlis sunt , constellationes ; nam comparantur cum vineæ foliis , quæ unum post alterum cadunt. Totus verò hic versus similitudinem habet ex ruinâ mundi olim futurâ ductam , quomodò alibi non semel ; ut intelligatur , gentes eas , quæ hìc aguntur , ultimùm interituras. Grotius hunc versum 4. sic explicabat : » multa sanguinis copia multas ex- » halationes de se edit calidas , quæ ubi in nubes incurrunt , faciunt speciem stellarum caden- » tium. « Si nihil ampliùs dicere voluit Isaias cum suâ illâ , quæ hic habetur , magnificentiâ verborum , de eo verè dixeris , parturire montem , ridiculum nasci murem. Neque enim tanti erant ignes nocturni & erratici è vaporibus calidis orti , ut eos tam magnificè describeret Propheta. Sed falsè Grotius de ignibus istis accepit verbum Hebraicum צבא , quod notat stellas ipsas , quæ pars sunt cœlorum , non autem fortuitos quosdam ignes , qui ferè tàm citò exstinguntur , quàm accenduntur.

6. זבח ליהוה בבצרה , *sacrificium Domino est in Bosra* , vel *Bosor* , urbe principe Idumæorum , quam funditùs evertit Judas Macchabæus , ut narratur *Lib. I. Maccab. cap. 5. v. 28.* Geographi non nôrunt plures urbes *Bosra* , vel *Bosor* in regno Idumæorum. Propterea non licet hanc prophetiam annectere ad tempus , vel Assaradon , vel Nabuchodonosor , qui debellârunt Idumæos. Nam prædicit Isaias nunquam fore ut *Bosor* post ruinam resurgat , aut habitetur , quod stare non jam poterit , nisi ultima Idumæorum clades intelligitur. Porrò erat altera urbs *Bosor* , in Tribu Ruben , una urbium refugii ; quod cùm memoret Edm. Calmet in suo Dictionario, mirum videtur, quare non aliam urbem Bosor vellet fuisse, quàm Bosor Idumæorum. Num enim assignata fuisset urbs refugii in regno Idumæorum ?

9. נהפכו נחליה לזפת , *valles ejus in picem mutabuntur.* Similitudo ducta est ex ruinâ Sodomæ ,

ut

ut ſignificetur, eſſe ultimam ruinam. Nihil eſſe, hoc loco, niſi ſimilitudinem, colligitur ex Hiſtoriâ ipsâ Sacrâ, in quâ nihil tale de ruinâ *Boſor* legitur.

12. ...חריה: Hunc verſum Veteres non exhibuêre ut nunc eſt, neque ejus ullam certam ſcriptionem ſequi videntur, ſed eam, quam quiſque poteſt, exſequitur ſententiam; quod ſignum eſt non dubium latentis mendi. Vulgatus hæc verba prima, חריה ואין שם, ſic convertit: *nobiles ejus non erunt ibi;* quod non licebat per nexum ו, quod habet ואין; hæc poſteriora, מלוכה יקראו, *regem potiùs invocabunt.* Addit *potiùs;* ponit *regem*, ubi requiritur *regnum*, & prætereà ſeriem habet perplexam. Vocabulum חריה fuiſſe loco non ſuo poſitum, vel id unum probat, quòd à cæteris, quæ ſequuntur, per nexum ו disjungitur. Quòd ſi vocabulum idem חריה, quod eſt initio membri prioris, ponas initio poſterioris, omnia plana fient. Prius membrum ſic dicet: *non jam ibi regnum nuncupabunt;* poſterius ſic: כל חריה וכל שריה יהיו אפס, *omnes nobiles ejus & omnes principes ejus erunt nihil*, vel *non erunt.* Nos eum ordinem, interpretando, ſequimur, quem non dubitamus eſſe germanum. Cur vocabulum חריה loco ſuo moveretur, cauſa hæc fuerit, quòd Scriba de lineâ erraverit, ponens lineâ ſuperiore inchoante, id, quod legebat inchoante inferiore. Nam pleriſque in Codicibus habuêre membra verſuum ſuam quodque columnæ lineam.

13. ועלתה: Lege ויעלנה, *& aſcendere facient (vepres) palatia ejus;* vide ad verſum 3.

14. ופגשו ציים את איים, *& occurrent ſibi feles agreſtes & muſtelæ.* Utraque animalia ſpeciei ſunt ſatis ſimilis. Sed videtur Propheta hìc tangere beſtias, non modò ſimilis, ſed ejuſdem generis; ſequitur enim, *clamabit hircus ad conſortem ſuum;* ut videatur legendum utrobique, vel איים, vel ציים. Non ſemel fuit ſcriptum צ pro א, ob lineamenta utriuſque ſimilia.

15. קפוז, *ſerpens jaculus;* de eo ſignificatu vide Sam. Bochartum *de Animalibus Sacris, Tom. 2. L. 3. cap. 11.* ...אשה רעותה: vel adde אל inter utrumque, *ſocia ad ſociam ſuam*, vel lege cum Græcis Intt. ושעה אשה רעותה, *& videbit ſocia ſodalem ſuam.* Scripturam priorem ſequuntur Vulgatus & Syrus, quos vide. Omiſſum fuerit אל, quia oculi Deſcriptoris aberraverint ad lineam inferiorem, in quâ legebat אשה רעותה.

16. פי, *os meum.* Lege פיו, *os ejus*, ut legunt, præter Vulgatum, omnes Veteres; nam ſequitur רוחו, *ſpiritus ejus*, non רוחי, *ſpiritus meus.*

CAPUT XXXV.

Lætabitur deſertum, cùm veniet Dominus. Aperientur oculi cæcorum, ſurdi audient, muti loquentur... Erit via ſtrata, per quam redempti à Domino venient in Sion.

1. *Lætabitur ſolitudo & aridus*
ager; exſultabit deſertum, &, ut
lilium, florebit. 2. *Florebunt mirabi-*
liter & exſultabunt irrigua Jordanis.
Gloria Libani data eſt eis; Carmeli
& Saron decor; hæc videbunt glo-
riam Domini, Dei noſtri decorem.
3. *Confortamini manus remiſſæ; ge-*
nua debilia roboramini. 4. *Dicite iis,*
qui deſperabant, bono animo eſtote,
nihil timete; en ultor adeſt Deus
veſter; adducet retributionem; Deus
ipſe venturus eſt, & vos liberaturus.
5. *Tunc aperientur oculi cæcorum,*
aures ſurdorum patebunt. 6. *Tunc ſa-*
liet, velut aries, claudus; lingua
muti edet ſonos; erumpent enim in

1. ישׂשׂום מדבר וציה · ותגל
ערבה ותפרח כחבצלת : 2. פרח
תפרח ותגל אף גילת ורנן · כבוד
הלבנון נתן לה הדר הכרמל והשׁרון ·
המה יראו כבוד יהוה הדר אלהינו :
3. חזקו ידים רפות · וברכים
כשלות אמצו : 4. אמרו לנמהרי
לב · חזקו אל תיראו · הנה אלהיכם
נקם יבוא גמול · אלהים הוא יבוא
וישעכם : 5. אז תפקחנה עיני
עורים ואזני חרשים תפתחנה : 6.
אז ידלג כאיל פסח ותרן לשון
אלם · כי נבקעו במדבר מים ונחלים
בערבה : 7. והיה השרב לאגם
וצמאון למבועי מים · בנוה תנים
רבצה חציר לקנה וגמא : 8. והיה
שם מסלול ודרך הקדש יקרא

deserto aquæ, in arido loco torrentes.
7. *Stagnum fient loci arentes; terra*
sitiens, scaturigo aquarum; ubi erat
cubile draconum, orietur fœnum, ca-
lamus & juncus. 8. *Erit ibi via stra-*
ta, quæ vocabitur iter Sancti; non
transibit per eam immundus; ille au-
tem euntibus iter monstrabit, nec erra-
bunt, qui redempti fuerint. 9. *Non*
erit hic leo, non bestia prædatrix, nec ibi reperietur; illi, qui redempti
fuerint liberum iter habebunt. 10. *Illi enim, quos Dominus redemerit, re-*
vertentur, venientque in Sion exsultantes; lætitiæ perpetuæ signa in capite
habebunt; nam gaudium & exsultationem obtinebunt, fugietque gemitus &
dolor.

לה · לא יעברנו טמא · והוא למו
הלך דרך ואוילים לא יתעו ׃ 9.
לא יהיה שם אריה · ופריץ חיות
בל יעלנה לא תמצא שם · והלכו
גאולים ׃ 10. ופדויי יהוה ישבון
ובאו ציון ברנה · ושמחת עולם על
ראשם · ששון ושמחה ישיגו · ונסו
יגון ואנחה ׃

---

1. ישׂשׂום : Arias, *gaudebunt in eis*, culpâ duplici; unâ contra Grammaticam, alterâ contra orationis seriem. Non licebat, *in eis*, ubi affixum ם non habet adjunctam præpositionem, neque *in eis* pertinet ad ea, quæ antecedunt. Mox tangebatur ruina Idumæorum; nunc aliæ res aguntur, nempe redemptio per Redemptorem futura, atque ipse Redemptor venturus, miracula facturus, & Redemptis suis rectum iter monstraturus. Littera ם facta est ex litterâ ה sequente; legendum enim ישׂשׂו המדבר וציה, *lætabuntur desertum & aridus locus.*

2. גילת ורנן : Græci Intt. *τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου*, *deserta Jordanis*; legunt נגב הירדן. Nos legimus גלת, pro גילת, deinde הירדן, ut sit, *irrigua Jordanis.* Sæpe in Libro Josue reperitur גלת eandem in sententiam. Est ורנן mendum manifestum, ut liquet ex genere masculino, cùm tamen antecedant feminina verba. Sed ex *eremo*, vel *irriguis Jordanis*, nascitur sententia cum sequentibus rebus mirificè congruens. Nempe idem Dominus, per quem oculi cæcorum viderunt, aures patuêre surdorum, primùm se, qualis esset, manifestavit in ripâ Jordanis, Joanne ipsum prænuntiante, atque ipsum baptizante Redemptorem. Propterea subjungitur, המה, *hæc* (*irrigua*) *videbunt gloriam Domini.* Pronomen המה pertinet etiam ad *Carmelum* & ad *Saron.*

4. יבוא, *veniet.* Lege יביא, *adducet*, cum Vulgato & Græcis Intt. Nam גמול vult *retributionem*, in casu accusandi, regente eum casum verbo Activo יביא. Si relinqueretur יבוא, esset legendum גומל, (*veniet*) *retribuens.*

5. אז תפקחנה עיני עורים, *tunc aperientur oculi cæcorum.* Grotius hæc & quæ sequuntur, sic accipiens quasi dicta translatè, non propriè, totum hunc versum ita explicat: » *Tunc* » *aperientur oculi cæcorum.* Tunc etiam stupidissimi intelligent quàm suis faveat Deus (cùm » hæc Dei judicia in Idumæos exercebuntur, Judæa interim, quæ deserta fuerat, coletur » tutò, & reflorescet sub rege Ezechiâ.) *Tunc saliet, sicut cervus, claudus;* etiam præ senio, » aut morbo tardi egredientur, ut conspiciant Dei opera. *Et aperta erit lingua mutorum.* Etiam » infantissimi Dei laudes canent. Hæc illo tempore figuratè impleta, apertissimè verò Messiæ » temporibus. « Ejusdem generis satis multi sunt Grotii Commentarii. Ex quo quærere hìc juvat, ubi repererit figuras sermonis tales, in quibus *oculi cæci* translatè usurpentur pro hominibus *stupidissimis; claudi*, pro *senio*, vel *morbo tardis;* lingua *mutorum*, pro linguâ *infantissimorum.* Quòd si autem figuræ tales non sunt Hebraici sermonis, quis dixerit Isaiam hæc translatè, non propriè, locutum fuisse? Sacri Scriptores cùm scribunt translatè, similitudines adhibere solent deductas ex rebus notis. Exempli causâ Isaias, sequenti versu sic dicens, *erumpent in deserto aquæ*, similitudinem ducit ex re notâ, nimirùm ex aquis quæ de petrâ Horeb per miraculum eruperant; ut facile esset Judæos intelligere, ad illas aquas alludere Prophetam, atque adeò translatè, non propriè, loqui. Sed ante Isaiam nunquam acciderat, ut cæci viderent, surdi audirent, muti loquerentur. Unde igitur intelligere Judæi potuissent, translatè, non propriè, loqui Isaiam? cùm præsertim translationes tales, ut modo diximus, non solerent Prophetæ usurpare. Neque id satis. Nam si Grotio id concedatur, surdos, claudos & mutos figuratè, non propriè, dici, quò deinde pertinebit istud Grotianum, *hæc apertissimè impleta Messiæ temporibus?* Non potuit apertissimè impleri, ex ipso Grotio, nisi id, quod obscurè significabatur. Atqui obscurè id tantùm significabatur, statuente Grotio, stupidissimos homines, veniente Messiâ, intellecturos; senio, vel morbo tardos egressuros, operum ejus studio visendorum, homines denique infantissimos Dei laudes celebraturos. Nunquam efficiet Grotius, ut prædixerit Isaias fore, ut Messiâ in terris agente, oculi cæci lucem viderent, aures surdæ verba audirent, claudi pedibus ambularent, cùm tamen hoc ipsum prædixisse

Isaiam doceat Christus Dominus, cùm dicit: *renuntiate Joanni, quæ audistis & vidistis; cæci vident, claudi ambulant... surdi audiunt.* Ergò Isaiam constat propriè, non *figuratè*, dixisse *surdos*, *mutos*, *claudos*, & Christi miracula hoc loco prædixisse.

7. רבצה: Hoc verbum femininum nec pertinet ad תנים, nec ad חציר, utrumque masculinum; itaque mendum suboluit ei, qui descripsit Codicem Regium 3. in cujus margine hæc leguntur, אשכחית רבצה במוגה, *reperi* רבצה *in correcto Exemplari.* Sed lux affulget ex Syro, Chaldæo & Vulgato. Nam Syrus נאעא, *nascetur*, ex נעא, Chaldaico verbo, *germinare;* Chaldæus, יסקון, *producentur*, quomodò Vulgatus, *orietur;* qui pro רבצה חציר, legunt, פרץ החציר, *erumpet fœnum*; deinde וקנה, *& juncus*, non autem לקנה; quibus scriptionibus obsequimur.

8. מסלול ודרך ודרך..., *strata via & via; via autem...* Superfluit prius ודרך, *& via*, quod fuit ex sequenti malè iteratum; id omittit Syrus, rectè. Nam מסלול habet *stratam viam*, sine vocabulo דרך subsequente, quod quidem nullibi, nisi hoc loco, adjunctum legitur ad nomen מסלול. Græci Intt. ὁδὸς καθαρὰ, *via munda*, qui fortè legebant מסלול ברר. Porrò pro לה legendum לו; nam sequitur יעברנו, cum affixo masculino; pertinet לו ad מסלול masculinum. Sequuntur hæc verba: והוא למו הלך דרך ואוילים לא יתעו, quæ Veteres trahunt ad aliam alii sententiam. Nos sic legimus: והוא למד הלך דרך וגאולים לא יתעו, *& ille (Sanctus) docebit facientem iter, & redempti non errabunt.* Ex למו in למד pronus fuit lapsus, quomodò ex גאולים in אוילים, vel אולים, ut quidam Codices habent. Manu ducebat ad גאולים illud alterum גאולים, quod est versu inferiore. Hæc apertè prænuntiant vias Evangelii rectas, in quibus non errant, qui redempti fuerunt.

9. פריץ חיות. Græci Intt. Vulgatus & Syrus tractant פריץ ut adjectivum, rectè; חיות autem est genitivi casûs q. d. *prædatrix bestiarum*, idem ac *bestia rapacissima*, in superlativo gradu.

CAPUT XXXVI.

Mittitur Rabsaces à rege Sennacherib, ut Jerusalem cives ad deditionem hortetur. Illi, jubente Ezechiâ, silent, nihilque reponunt.

1. *Anno decimo quarto Ezechiæ
regnantis, venit Sennacherib, rex
Assyriæ contra omnes Judæ urbes mu-
nitas, easque cepit.* 2. *Deinde rex
Assyriæ misit Jerusalem de Lachis ad
Ezechiam regem Rabsacen cum in-
genti militum manu, qui stetit apud
aquæ-ductum piscinæ superioris, quæ
est in viâ agri fullonum.* 3. *Exierunt
ad ipsum Eliacim, filius Helciæ,
magister domûs, & Sobna Scriba &
Johae, filius Asaph, qui erat à com-
mentariis.* 4. *Quibus Rabsaces hæc
locutus est: Dicite Ezechiæ; hæc dicit
rex magnus, rex Assyriæ: nam quæ
te fiducia hæc cepit;* 5. *Quòd tu hæc
sermonibus agitare soles: est consi-
lium, est ad bella fortitudo. Sed cu-
jusnam tu præsidio niteris, ut in me
rebellionem facias?* 6. *Niteris vide-
licet baculo isto arundineo quassato,*

1. ויהי בארבע עשרה שנה
למלך חזקיהו עלה סנחריב מלך
אשור על כל ערי יהודה הבצורות
ויתפשם : 2. וישלח מלך אשור
את רבשקה מלכיש ירושלמה אל
המלך חזקיהו בחיל כבד · ויעמד
בתעלת הברכה העליונה במסלת
שדה כובס : 3. ויצא אליו אליקים
בן חלקיהו אשר על הבית ושבנא
הספר ויואח בן אסף המזכיר : 4.
ויאמר אליהם רבשקה · אמרו נא
אל חזקיהו · כה אמר המלך הגדול
מלך אשור · מה הבטחון הזה אשר
בטחת : 5. אמרתי אך דבר
שפתים · עצה וגבורה למלחמה ·
עתה על מי בטחת כי מרדת בי :
6. הנה בטחת על משענת הקנה
הרצוץ הזה על מצרים אשר יסמך
איש עליו ובא בכפו ונקבה · כן
פרעה מלך מצרים לכל הבטחים
עליו : 7. וכי תאמר אלי · אל

Ægyptio , quo ſi quis nititur , ma-
num ejus perfodiens intromittitur ;
nam talis Pharao , rex Ægypti ,
erga eos omnes , qui præſidium in eo
quærunt. 7. *Quòd ſi verò tu mihi ſic*
dices : nos in Domino Deo noſtro
confidimus. Non-ne ille ipſe eſt , cu-
jus Ezechias excelſa & aras amo-
vit , Judæque ac Jeruſalem ſic præ-
cepit : vos adorabitis ante hoc altare.
8. *Age , da nunc pignora Domino*
meo Aſſyriæ regi ; ego tibi duo mil-
lia equorum dabo , ſi fortè poteris ha-
bere tibi tot eorum ſeſſores. 9. *Quî*
tandem , quæſo , tu Domini mei du-
ci , vel minimo, reſiſteres, quanquam
tu Ægypti curribus & equitibus con-
fidis. 10. *An verò ego ſine Dei nu-*
mine in hanc regionem veni , eam de-
vaſtaturus ? Dominus eſt , qui mihi
dixit; proficiſcere contra eam terram,
& eam depopulare. 11. *Dixerunt*
Rabſaci Eliacim , Sobna & Johae ;
loquere , quæſo , Syriacè ſervis tuis ;
nos enim intelligemus , nec loquere
nobiſcum Judaicè in auribus populi
iſtius , qui per mœnia fuſus eſt.
12. *Rabſaces reſpondit ; num verò*
me ad Dominum tuum, vel ad te, mi-
ſit Dominus meus hæc locuturum ?
Non-ne ad homines iſtos , qui per
mœnia fuſi ſunt , ut ſtercora ſua edant
vobiſcum , potumque habeant urinam
ſuam ? 13. *Deinde Rabſaces ſtetit ,*
& voce magnâ inclamans , hæc Ju-
daicè locutus eſt : Audite verbum re-
gis magni, Aſſyriæ regis. 14. *Ne vos*
ludat Ezechias ; neque enim is eſt ,
qui vos eripere de manu meâ poſſit.
15. *Neque etiam vos adducat Eze-*
chias , ut in Domino ſpem habeatis ,
nec dicat ; liberabit nos Dominus ,
neque hæc civitas regi Aſſyriorum
tradetur. 16. *Nolite auſcultare Eze-*

יהוה אלהינו בטחנו · הלוא הוא
אשר הסיר חזקיהו את במתיו ואת
מזבחתיו ויאמר ליהודה ולירושלם ·
לפני המזבח הזה תשתחוו : 8.
ועתה התערב נא את אדני המלך
אשור · ואתנה לך אלפים סוסים
אם תוכל לתת לך רכבים עליהם :
9. ואיך תשיב את פני פחת אחד
עבדי אדני הקטנים · ותבטח לך על
מצרים לרכב ולפרשים : 10. ועתה
המבלעדי יהוה עליתי על הארץ
הזאת להשחיתה · יהוה אמר אלי ·
עלה אל הארץ הזאת והשחיתה :
11. ויאמר אליקים ושבנא ויואח
אל רבשקה · דבר נא אל עבדיך
ארמית · כי שמעים אנחנו · ואל
תדבר אלינו יהודית באזני העם
אשר על החומה : 12. ויאמר
רבשקה · האל אדניך ואליך שלחני
אדני לדבר את הדברים האלה ·
הלא על האנשים הישבים על
החמה לאכל את חראיהם ולשתות
את שיניהם עמכם : 13. ויעמד
רבשקה ויקרא בקול גדול יהודית
ויאמר · שמעו את דברי המלך
הגדול מלך אשור : 14. כה אמר
המלך · אל ישא לכם חזקיהו · כי
לא יוכל להציל אתכם : 15. ואל
יבטח אתכם חזקיהו אל יהוה לאמר ·
הצל יצילנו יהוה · לא תנתן העיר
הזאת ביד מלך אשור : 16. אל
תשמעו אל חזקיהו · כי כה אמר
המלך אשור · עשו אתי ברכה וצאו
אלי ואכלו איש גפנו ואיש תאנתו
ושתו איש מי בורו : 17. עד באי
ולקחתי אתכם אל ארץ כארצכם
ארץ דגן ותירוש ארץ לחם
וכרמים : 18. פן יסית אתכם
חזקיהו לאמר · יהוה יצילנו · ההצילו
אלהי הגוים איש את ארצו מיד
מלך אשור : 19. איה אלהי חמת
וארפד · איה אלהי ספרוים · וכי
הצילו את שמרון מידי : 20. מי
בכל אלהי הארצות האלה אשר
הצילו

הצילו את ארצם מידי · כי יציל יהוה
את ירושלם מידי : .21 ויחרישו
ולא ענו אתו דבר · כי מצות המלך
היא לאמר · לא תענהו : .22 ויבא
אליקים בן חלקיהו אשר על הבית
ושבנא הספר ויואח בן אסף המזכיר
אל חזקיהו קרועי בגדים · ויגידו לו
את דברי רבשקה :

chiæ ; ſed hæc dicit rex Aſſyriæ : agite amicè mecum , & ad me egredimini, ut habeat cibum ſuâ quiſque de vite ac de ficu , & de ſuâ ciſternâ potum ;
17. Donec ego veniam, ducamque vos ad terram veſtræ ſimilem , terram frumenti & vini , terram panis & vinearum.
18. Neque vos ſeducat Ezechias , dicens ; Dominus nos eſt liberaturus. An verò Dii gentium potuerunt ſuam quiſque terram liberare à rege Aſſyriorum ?
19. Ubi eſt Deus Emath & Arphad ? Ubi Deus Sepharvaim ? Num Samariam de manu meâ eripuerunt ?
20. Quis Deus eſt omnium terrarum iſtarum , qui liberârit de manu meâ terram ſuam , ut Dominus de meâ manu liberet Jeruſalem ?
21. Illi autem conticuerunt , neque quidquam reſponderunt ; Rex enim tale mandatum fecerat : nolite quidquam reſpondere.
22. Deinde venerunt Eliacim , filius Helciæ , magiſter domûs & Sobna Scriba , & Johae , filius Aſaph , qui erat à commentariis , ſciſſis veſtibus , ad Ezechiam , cui omnia Rabſacis verba retulerunt.

---

1. אמרתי אך דבר שפתים : Legendum אמרת , *dixiſti* , ut loco parallelo , *II. Reg. cap. 18. v. 20.* Verbum pro verbo , *dixiſti tantùm verbum labiorum* (*conſilium eſt & fortitudo ad bellum ;*) Inducit Rabſaces Ezechiam confidentiâ vanâ dicentem , ſupereſſe ſibi & conſilium & fortitudinem ad propulſandos Aſſyrios , carpitque hanc confidentiam ut meram verborum jactantiam dicens , *hoc tantùm eſt verbum labiorum.* ...עתה : Lege ועתה , *nunc autem* , in oppoſitione ſententiæ , ut Græci Intt. *καὶ νῦν* , *& nunc* , & ut infrà v. 8.

6. הנה בטחת... על מצרים , *en confidis...... Ægyptio.* Hæc de ſe loquitur Rabſaces , quia non nôrat quo modo affectus eſſet Ezechias. Nam huic ejus de Ezechiâ opinioni locum dederat rex Ægypti & Æthiopiæ Tharaca , qui exercitum conſcripſerat , ut obviam veniret regi Sennacherib , arceretque eum ab Ægypti finibus. Narratur loco parallelo , veniam oraſſe à rege Aſſyriorum Ezechiam, pollicitumque eſſe, ſe ei in poſterum tributa ſoluturum , nec non ei miſiſſe auri talenta triginta , argenti trecenta : quæ Ezechias non feciſſet , ſi ſpem habuiſſet in rege Ægyptiorum. Vide ſuprà ad caput 30. ubi negavimus Ezechiam fuiſſe in fœdere cum rege Ægypti. Cur crederet Rabſaces , iniiſſe fœdus cum Tharaca Ezechiam , cauſa eſſe potuit non modò fama Tharacæ cum exercitu appropinquantis , ſed etiam id , quod fortè audierat Rabſaces , eſſe in Jeruſalem quoſdam principes , qui profectionem in Ægyptum meditarentur , ut inde adducerent currus & equos : ſed conſilii talis autor non fuit rex Ezechias , quem nullibi reprehendit Iſaias , & quem conſtat ex Sacrâ Hiſtoriâ ſpem ſuam in Deo uno collocaſſe , poſtquàm viderat Regem Sennacherib non fuiſſe muneribus placatum.

8. אם תוכל לתת לך רכבים עליהם , *ſi fortè poteris tot habere eorum ſeſſores ;* non quòd putaret Rabſaces , non eſſe in Jeruſalem duo millia hominum , ut æquarent duo millia equorum , ſed quia eos putabat fame confectos , atque adeò ſine viribus ad equitandum neceſſariis.

16. עשו אתי ברכה , *facite amicè mecum.* Nam ברכה habet non modò *benedictionem* , ac votum rerum proſperarum , ſed etiam *benevolentiam* , & *amicitiæ ſignificationem.*

19. איה אלהי ספרוים , *ubi eſt Deus Sepharvaim* (*num Samariam de manu meâ eripuerunt ?*) Difficile eſt divinare quid hìc ſibi velit Rabſaces, dum quærit, an *Deus Sepharvaim* , Samariam ſervare potuerit ab Aſſyriis oppugnatam. Colebantur Samariæ Dii plures , quos potuit credere , eſſe eoſdem, quos Samaritæ colebant. Non parcit mendaciis Rabſaces in ſuâ illâ ad Judæos oratione. Itaque non multùm curandum , quonam pacto ejus verba cum Hiſtoriæ Sacræ monumentis conciliari poſſint. Sed pro וכי , legendum הכי , *numquid* , ut legere videntur , præter Chaldæum , omnes Veteres.

CAPUT XXXVII.

Mittit Ezechias ad Isaiam, à quo responsum accipit, nihil esse à rege Sennacherib timendum. Sennacherib mittit ad Ezechiam litteras, quas Ezechias perlectas in Templo expandit, & Deum orat. Angelus Domini delet exercitum Sennacherib.

1. *Rex Ezechias, his auditis,*
scidit suas vestes, sacco se se operuit,
venitque domum Domini. 2. *Simul*
misit Eliacim, præfectum domûs &
Sobna Scribam Sacerdotumque se-
niores saccis indutos, ad Isaiam pro-
phetam, filium Amos, 3. *Cui sic lo-*
cuti sunt: hæc dicit Ezechias; hæc
dies, dies est angustiarum, exprobra-
tionis & contumeliæ; filii enim ad os
vulvæ pervenerunt, nec sunt vires ad
pariendum. 4. *Forsan audiit Domi-*
nus Deus tuus verba Rabsacis, quem
misit rex Assyriæ Dominus ejus, ut
Deo viventi exprobraret; forsan
Dominus Deus tuus verba ea coar-
guet, quæ ad aures ejus venerunt,
postquàm tu preces fuderis pro iis,
quæ supersunt, reliquiis. 5. *Servi re-*
gis Ezechiæ ad Isaiam cum venis-
sent, 6. *Sic eis respondit Isaias:*
Domino vestro hæc dicite: hæc dicit
Dominus: noli terreri verbis istis,
quæ tu audisti, quæque in me pueri
regis Assyriæ contumeliosè dixerunt.
7. *Ego enim immissurus sum in eum*
spiritum, ut simul ac famam audiet,
ad terram suam revertatur; ego au-
tem eum suâ in terrâ gladio tollam.
8. *Rabsaces ad Assyriæ regem rever-*
sus est, reperitque eum, ut Lobna obsi-
debat; audierat enim profectum eum
fuisse ab urbe Lachis. 9. *Venit autem*

1. ויהי כשמע המלך חזקיהו
ויקרע את בגדיו · ויתכס בשק ויבא
בית יהוה : 2. וישלח את אליקים
אשר על הבית ואת שבנא הסופר
ואת זקני הכהנים מתכסים
בשקים אל ישעיהו בן אמוץ
הנביא : 3. ויאמרו אליו · כה אמר
חזקיהו · יום צרה ותוכחה ונאצה
היום הזה · כי באו בנים עד משבר ·
וכח אין ללדה : 4. אולי ישמע
יהוה אלהיך את דברי רבשקה אשר
שלחו מלך אשור אדניו לחרף
אלהים חי · והוכיח בדברים אשר
שמע יהוה אלהיך · ונשאת תפלה
בעד השארית הנמצאה : 5. ויבאו
עבדי המלך חזקיהו אל ישעיהו :
6. ויאמר אליהם ישעיהו · כה
תאמרון אל אדניכם · כה אמר יהוה ·
אל תירא מפני הדברים אשר
שמעת אשר גדפו נערי מלך אשור
אותי : 7. הנני נותן בו רוח ·
ושמע שמועה ושב אל ארצו ·
והפלתיו בחרב בארצו : 8. וישב
רבשקה וימצא את מלך אשור
נלחם על לבנה · כי שמע כי
נסע מלכיש : 9. וישמע על
תרהקה מלך כוש לאמר · יצא
להלחם אתך · וישמע וישלח מלאכים
אל חזקיהו לאמר : 10. כה
תאמרון אל חזקיהו מלך יהודה
לאמר · אל ישאך אלהיך אשר אתה
בוטח בו לאמר · לא תנתן ירושלם
ביד מלך אשור : 11. הנה אתה

rumor, Tharacam, Æthiopiæ regem, profectum esse, ut cum eo pugnaret.
Tum misit legatos ad Ezechiam, hæc
dicens : 10. *Hæc dicetis Ezechiæ,*
regi Judæ : ne te decipiat Deus tuus,
in quo spem habes, cùm dicis ; non
tradetur Jerusalem Assyriæ regi.
11. *Tu non nescis, quid fecerint As-*
syriæ reges omnibus terris, quas de-
vastârunt. Tu-ne igitur liberaberis ?
12. *Potuerunt-ne Dii gentium libe-*
rare eos, quos patres mei everterunt,
Gozan scilicet & Haran, Reseph &
filios Eden, qui erant in Thalassar ?
13 *Ubi est rex Emath ? Ubi rex*
Arphad ? Ubi rex urbis Sephar-
vaim, Ana & Ava ? 14. *Ezechias*
excepit litteras de manibus legato-
rum, legitque eas ; deinde easdem,
cùm domum Domini venisset, coram
Domino expandit. 15. *Tum Eze-*
chias, orans coram Domino, sic lo-
cutus est : 16. *Domine exercituum,*
Deus Israel, qui sedes super Cheru-
bim, tu solus Deus es omnium terræ
regnorum ; tu cœlum & terram fecis-
ti. 17. *Inclina, Domine, aurem*
tuam ; aperi oculos tuos, & vide ; au-
di hæc verba, quæ Sennacherib misit,
ut Deo viventi exprobraret. 18. *Ve-*
rum quidem est, Domine, fuisse
gentes terrasque ipsarum ab Assyriæ
regibus devastatas. 19. *Illi Deos ip-*
sarum in ignem miserunt; quippe Dii
non erant, sed opus manuum homi-
nis, lignumque ac lapis ; propterea
illos deleverunt. 20. *Tu verò, Do-*
mine Deus noster, libera nos, quæso,
de manu ejus, noverintque omnia
regna terræ, neminem esse, præter
te, Deum. 21. *Intereà misit Isaias,*
filius Amos, ad Ezechiam, sic di-
cens : hæc dicit Dominus Deus Is-
rael : quia tu coram me, propter Sen-

שמעת אשר עשו מלכי אשור לכל
הארצות להחרימם · ואתה תנצל :
12. ההצילו אותם אלהי הגוים
אשר השחיתו אבותי את גוזן ואת
חרן ורצף ובני עדן אשר בתלשר :
13. איה מלך חמת ומלך ארפד
ומלך לעיר ספרוים הנע ועוה :
14. ויקח חזקיהו את הספרים מיד
המלאכים ויקראהו · ויעל בית יהוה ·
ויפרשהו חזקיהו לפני יהוה : 15.
ויתפלל חזקיהו אל יהוה לאמר :
16. יהוה צבאות אלהי ישראל
ישב הכרבים · אתה הוא האלהים
לבדך לכל ממלכות הארץ · אתה
עשית את השמים ואת הארץ :
17. הטה יהוה אזנך ושמע · פקח
יהוה עינך וראה · ושמע את כל
דברי סנחריב אשר שלח לחרף
אלהים חי : 18. אמנם יהוה
החריבו מלכי אשור את כל הארצות
ואת ארצם : 19. ונתן את אלהיהם
באש · כי לא אלהים המה כי אם
מעשה ידי אדם עץ ואבן ויאבדום :
20. ועתה יהוה אלהינו הושיענו
מידו · וידעו כל ממלכות הארץ כי
אתה יהוה לבדך : 21. וישלח
ישעיהו בן אמוץ אל חזקיהו לאמר ·
כה אמר יהוה אלהי ישראל · אשר
התפללת אלי אל סנחריב מלך
אשור : 22. זה הדבר אשר דבר
יהוה עליו · בזה לך לעגה לך
בתולת בת ציון · אחריך ראש הניעה
בת ירושלם : 23. את מי חרפת
וגדפת · ועל מי הרימותה קול ותשא
מרום עיניך · אל קדוש ישראל :
24. ביד עבדיך חרפת אדני ותאמר ·
ברב רכבי אני עליתי מרום הרים
ירכתי לבנון · ואכרת קומת ארזיו
מבחר ברושיו · ואבוא מרום קצו
יער כרמלו : 25. אני קרתי ושתיתי
מים · ואחרב בכף פעמי כל יאורי
מצור : 26. הלוא שמעת למרחוק ·
אותה עשיתי מימי קדם ויצרתיה ·
עתה הבאתיה · ותהי להשאות גלים

נצים ערים בצרות ׃ 27. וישביהן
קצרי יד חתו ובשו · היו עשב שדה
וירק דשא חציר גגות ושדמה לפני
קמה ׃ 28. ושבתך וצאתך ובואך
ידעתי ואת התרגזך אלי ׃ 29. יען
התרגזך אלי ושאננך עלה באזני ·
ושמתי חחי באפך · ומתגי בשפתיך ·
והשבתיך בדרך אשר באת בה ׃
30. וזה לך האות · אכול השנה
ספיח · ובשנה השנית שחיס · ובשנה
השלישית זרעו וקצרו ונטעו כרמים
ואכול פרים ׃ 31. ויספה
פליטת בית יהודה הנשארה שרש
למטה · ועשה פרי למעלה ׃ 32.
כי מירושלם תצא שארית ופליטה
מהר ציון · קנאת יהוה צבאות
תעשה זאת ׃ 33. לכן כה אמר
יהוה אל מלך אשור · לא יבוא אל
העיר הזאת · ולא יורה שם חץ · ולא
יקדמנה מגן · ולא ישפך עליה
סללה ׃ 34. בדרך אשר בא בה
ישוב · ואל העיר הזאת לא יבוא
נאם יהוה ׃ 35. וגנותי על העיר
הזאת להושיעה למעני ולמען דוד
עבדי ׃ 36. ויצא מלאך יהוה ויכה
במחנה אשור מאה ושמונים וחמשה
אלף · וישכימו בבקר · והנה כלם
פגרים מתים ׃ 37. ויסע וילך וישב
סנחריב מלך אשור וישב בנינוה ׃
38. ויהי הוא משתחוה בית נסרך
אלהיו · ואדרמלך ושראצר בניו הכהו
בחרב · והמה נמלטו ארץ אררט ·
וימלך אסר חדן בנו תחתיו ׃

*nacherib, regem Aſſyriorum, fudiſti
preces; 22. Hoc eſt verbum, quod
Dominus de eo loquitur: contemnit
te, ac deridet te virgo filia Sion;
movet caput à tergo tuo filia Jeruſa-
lem. 23. Cuinam tu exprobraſti &
contumeliam feciſti? Adversùs quem
vocem ſuſtuliſti, oculoſque tuos in
altum erexiſti? Adversùs Sanctum
Iſrael. 24. Tu, per ſervos tuos, Do-
mino meo exprobraſti, & dixiſti: ego
curribus meis multis montium cacu-
mina, tractus Libani, ſuperavi; ego
cedros ejus excelſas, lectaſque abietes
excidi; ego alta nemora ejus, Car-
meli ejus ſaltus penetravi. 25. Ego
fodi, & bibi aquas alienas; ego poſt
veſtigia mea ſiccavi omnes rivos, qui
de petrâ manabant. 26. Non-ne verò
tu anteà & olim audiſti, ut ego hæc
temporibus ante-actis cogitabam &
deſtinabam? Ergò hæc nunc ad even-
tum adduxi, ut, quaſi colles devaſ-
tati, urbes munitæ ſubverterentur;
27. Ut incolæ illarum, fractis viri-
bus, ſtuperent, ſicque areſcerent, &
ſic eſſent, ut gramina camporum her-
bæque virentes, aut fœnum tectorum,
quæ tetigit uredo, antequàm culmus
enaſcatur. 28. Ego te vidi ſedentem;
ego te exeuntem, & adversùm me
cum tuâ iſtâ ferociâ venientem.
29. Ego igitur, quoniam contra me
ferox fuiſti, & ad aures meas tumul-
tus tui pervenerunt, apponam naribus tuis hamum meum, & labiis tuis fræ-
num meum, &, quâ viâ veniſti, eâdem te reducam. 30. Hoc autem tibi
ſignum futurum eſt. Comedetis hoc anno, quæ reliqua erunt; anno altero,
quæ ſponte naſcentur: anno verò tertio, ſementem mittetis ac demetetis,
plantabitis vineas, fructuſque edetis. 31. Nam domûs Judæ, quæ reliquiæ ſu-
pererunt, radicem agent deorsùm, fructuſque in auras tollent. 32. Quippe
de Jeruſalem reliquiæ exibunt, ſuperſtiteſque de monte Sion. Zelus Do-
mini exercituum hoc facturus eſt. 33. Propterèa hæc dicit Dominus in rege
Aſſyriæ: hanc urbem non intrabit; non conjiciet in eam ſagittas; non eam
clypeus antevertet, neque aggeres contra eam mittentur. 34. Quâ viâ vene-*

rat,

rat, hâc revertetur, neque hanc urbem ingredietur, dicit Dominus. 35. *Ego
enim hanc urbem protegam, & propter me ac ſervum meum David liberabo
eam.* 36. *Egreſſus eſt autem Angelus Domini, occiditque in caſtris Aſſy-
riorum centum & octoginta quinque millia hominum, & primo mane conſ-
pecta ſunt cadavera omnium eorum humi jacentia.* 37. *Profectus eſt Senna-
cherib rex Aſſyriæ, abiitque ut reverteretur, & in Ninive conſedit.* 38. *Dum-
que adorabat in Templo Dei ſui Neſroch, filii ejus duo Adramelech &
Saraſar ferro eum interfecerunt, fugeruntque in terram Armeniorum; filius
autem ejus Aſſaradon pro eo regnavit.*

---

3. ללדה, *ad pariendum.* Quanquam ſic legitur loco parallelo, *II. Reg. cap. 19. v. 3.* tamen meliùs ללדת, quæ ſolita forma eſt verborum פ״י, quam quidem ubique retinent Sam. Codices.

4. והוכיח בדברים : Verbum de verbo, *& coarguet propter verba.* Ita Syrus, & Chaldæus, & nos poſt eos, ut *Deus* ſit, qui *coarguat.* Tamen rectâ etiam ſerie Vulgatus & Græci Intt. *& ad exprobrandum ſermonibus*, ut ſit Rabſaces, qui *exprobret;* nam ſæpe Indicativus modus ponitur altero in membro, poſtquàm in priori fuit Infinitivus, utrumque nectente copulâ ו. Nos antetulimus priorem convertendi modum, quia verbum הוכיח adhibetur potiùs in juſtâ reprehenſione, quàm in injuſtâ contumeliâ, vel exprobratione, atque adeò minùs convenit Rabſaci contumeliam Deo facienti, quàm Deo in contumeliam ſibi factam animadvertenti.

7. ושמע שמועה, *& famam audiet*, nempe exercitûs ſui prope Jeruſalem deleti. Aberat ab exercitu Sennacherib, quia urbs Jeruſalem nondum obſidebatur, ad quam erat venturus, poſtquàm omnia ad obſidionem parata eſſent. Vult Edm. Calmet, *famam* iſtam fuiſſe Regis Tharaca contra Sennacherib venientis, quâ auditâ Sennacherib obſidionem Lebna reliquerit, ut cum Tharaca pugnaret, atque ibi periiſſe exercitum Sennacherib, Angelo eum percutiente. Sed hæc pugnant cum Iſaiâ dicente, *audiet famam, & revertetur ad terram ſuam;* quibus verbis ſignificatur, *famam* iſtam fore talem, ut propter eam auditam cogatur Sennacherib redire ad terram ſuam. Itaque conſtat *famam* iſtam non fuiſſe eandem cum illâ, de quâ *II. Reg. cap. 19. v. 9.* appropinquare regem Æthiopiæ Tharacam; quâ auditâ Sennacherib, non modò non reverſus eſt ad terram ſuam, ſed ab eâ longiùs receſſit, ut cum Tharaca pugnaret. *Famæ* iſtæ duæ apertè diſtinguuntur verſibus hujus capitis 7. & 9. Nempe verſu 9. audit Sennacherib de Tharaca appropinquante; quâ famâ commotus fuit, non ut rediret in terram ſuam, ſed ut proficiſceretur cum Tharaca pugnaturus: vide quæ diximus ſuprà ad caput 30. v. 33.

14. את הספרים, *litteras.* Quoniam ſubſequuntur affixa ſingularia in verbis יקראהו & יפרשהו, legendum הספר, numero ſing. Eadem perturbatio numerorum reperitur, *II. Reg. cap. 19. v. 14.* vide ibi.

18. ואת ארצם, *& terram ipſorum.* Hæc nos in Verſione omittimus, quippe quæ actum agunt, poſtquàm dictum eſt, *omnes terras eorum.* Tamen hæc verba non erunt otioſa, ſi additur גוים, *gentes*, ut loco legitur parallelo; ita ut ſic legas, את כל גוי הארצות ואת ארצם, (*ſubverterunt*) *omnes gentes terrarum, & terram ipſarum.* Habet quidem aliquandò הארצות, *gentes*, per Metonymiam, ſed non ubi eſt in oppoſitione ipſa *terra.*

22. לעגה לך, *deridet te* (*virgo filia Sion.*) Pertinet *te* ad Sennacherib, quem deridet Sion, ut liquet feminino ex genere לעגה, & deinde הניעה ראש, *movet caput.* Loquitur enim Iſaias ad ipſum Sennacherib; propterea ſequitur, *cui tu exprobraſti?* Vide dicta ad *caput 19. II. Reg. v. 21.* Palàm contemnebat Sennacherib filiam Sion, non *à tergo.* Sed filia Sion movet caput *à tergo*, poſt Sennacherib fugientem.

23. הרימותה קול, *ſuſtuliſti vocem;* meliùs הרימות הקול, adjuncto ה ad קול; niſi ה ſupervacaneum eſt; ſed tamen hic videtur vicem gerere affixi ך: nam הקול, hoc loco, idem eſt, ac קולך, *vocem tuam.*

24. קצו, *finis ejus.* Non dubium quin עצו, *ſaltûs ejus;* cui verbo reſpondet יער, *ſylva.*

25. ושתיתי מים, *& bibi aquas.* Adde זרים, *alienas*, ex loco parallelo. Scriba ſaltum fecerit ex uno ים... ad alterum. Hæc loquitur Sennacherib glorioſè; ſed nihil eſt glorationis in his verbis, *ego bibi aquas*, niſi gloriatur Sennacherib ſe bibiſſe aquas *alienas.*

26. עשיתי : Nos, *cogitavi*, ex עשת, *cogitare*, cui verbo reſpondet par verbum יצרתי, *effinxi.* Innuit Iſaias vaticinationes, quas jam fecerat contra exercitum Aſſyriorum, quaſque vidimus in ſuperioribus capitibus. Fieri vix poterat, quin Sennacherib, qui annos pluſquàm tres in Judæâ egerat regionibuſque vicinis, aliquid de illis Iſaiæ vaticinationibus audiſſet. Et certè cur eum illas non ignorâſſe arbitremur, autor eſt ipſe rex Sennacherib, qui ridet Ezechiam in Deo ſuo ſpem habentem. Nam hoc ipſum prædixerat Iſaias, nihil mali paſſuros Judæos, ſi quieti manerent, & in Deo uno ſpem ſuam repoſitam haberent.

30. האות · אכול, *ſignum : comedite.* Nam legendum אכלו, niſi תאכלו, cùm ת exciderit prope alterum ת, quod proximè antecedit. Iſaias hoc ſignum dat, poſtquàm acceperat Eze-

chias Sennacherib regis litteras; ex quo ſequitur, inter minas illas Sennacherib, ejuſque exercitûs ab Angelò factam internecionem tres annos interceſſiſſe, ſaltem inchoatos, atque adeò regem Aſſyriorum, Tharaca rege in pugnâ ſuperato, domuiſſe Ægyptum, deinde ad Jeroſolymam rediiſſe. Itaque allucinabatur Edm. Calmet, cùm ſtatuebat tum periiſſe Sennacherib exercitum, cùm ibat cum Tharaca pugnaturus. Scripſit enim litteras Sennacherib ad Ezechiam cùm deſeruit Lobna obſidionem, ut contra Tharacam proficiſceretur. Ergò ſi periit exercitus Sennacherib in ipſo itinere contra Tharacam ſuſcepto, non fuit expectandus annus tertius Judæis, ut arva conſererent, terræque fruges meterent, ſed hoc eodem anno, vel ſubſequenti, poterant Judæi arva colere, nec jam timere, ne conſitas fruges Aſſyrii demeterent & conſumerent.

33. לא יבוא אל העיר הזאת, *non intrabit in urbem hanc;* non autem, *non veniet contra urbem hanc,* quia legitur אל, *ad;* non על, *contra.* Itaque malè argumentatur ex hoc loco Edm. Calmet, ut probet, non veniſſe prope Jeruſalem exercitum Sennacherib. Veniſſe, non quidem ipſum, ſed ejus copias uſque ad vallem *Tophet*, docet Iſaias cap. 30. ubi prædicit paratum iri vallem Tophet, ad mortuos ſepeliendos.

CAPUT XXXVIII.

Iſaias ægrotanti Ezechiæ mandat, ut domui ſuæ provideat; quippe eum brevi moriturum. Deinde oranti Ezechiæ Deus placatur, additque vitæ ejus annos quindecim. Signum dat Iſaias umbram ſolis in gradibus Achaz decem gradibus retrocedentem. Canticum Ezechiæ.

1. *In diebus illis, cùm Ezechias*
ad mortem ægrotaret, venit ad eum
Iſaias propheta, filius Amos, qui ſic
ei locutus eſt: hæc dicit Dominus;
provide domui tuæ, morieris enim,
nec vives. 2. *Ezechias, converſo vul-*
tu ad parietem, oravit Dominum his
verbis: 3. *Domine, memento, quæ-*
ſo, ut ego coram te in veritate ac ſin-
ceritate cordis ambulaverim, rectèque
egerim in oculis tuis. Flevit deinde
Ezechias magno fletu. 4. *Tum Do-*
minus hæc Iſaiæ mandavit: 5. *Va-*
de, & hæc loquere Ezechiæ: hæc di-
cit Dominus Deus David patris tui:
ego audivi orationem tuam, tuaſque
lacrymas perſpexi. (Ego te mox ſa-
nabo, & die tertio domum Domini
aſcendes.) Quin etiam diebus tuis
additurus ſum annos quindecim,
6. *Teque & hanc urbem ab Aſſyriæ*
rege liberaturus; ego enim huic urbi
præſidio ero. (22.) *Dixit autem E-*

1. בימים ההם חלה חזקיהו
למות · ויבוא אליו ישעיהו בן אמוץ
הנביא ויאמר אליו · כה אמר יהוה ·
צו לביתך · כי מת אתה ולא תחיה :
2. ויסב חזקיהו פניו אל הקיר ·
ויתפלל אל יהוה : 3. ויאמר · אנה
יהוה זכר נא את אשר התהלכתי
לפניך באמת ובלב שלם והטוב
בעיניך עשיתי · ויבך חזקיהו בכי
גדול : 4. ויהי דבר יהוה אל
ישעיהו לאמר : 5. הלוך ואמרת
אל חזקיהו · כה אמר יהוה אלהי דוד
אביך · שמעתי את תפלתך · ראיתי
את דמעתך · הנני יוסף על ימיך
חמש עשרה שנה : 6. ומכף מלך
אשור אצילך ואת העיר הזאת ·
וגנותי על העיר הזאת : 7. וזה
לך האות מאת יהוה אשר יעשה
יהוה את הדבר הזה אשר דבר :
8. הנני משיב את צל המעלות
אשר ירדה במעלות אחז בשמש
אחרנית עשר מעלות · ותשב השמש
עשר מעלות במעלות אשר ירדה :

zechias : quod ſignum erit ; Domi-
num mihi ſanitatem redditurum , me-
que die tertio ad domum Domini aſ-
cenſurum ? 7. (Reſpondit Iſaias :)
hoc erit tibi à Domino ſignum , quæ
dixit Dominus , hæc eum facturum.
8. Ego , umbram in gradibus Achaz ,
in quibus ſol deſcendit , retro-agam
gradibus decem. Itaque retroceſſit ſol
decem gradibus , per quos eoſdem deſ-
cenderat. (21.) Dixit autem Iſaias ,
afferatur maſſa ficuum. Deinde , ul-
cere deterſo , rediit ad ſanitatem.
9. Hæc ſcripſit Ezechias rex Judæ ,
cùm ægrotavit, & ex morbo ſuo conva-
luit. 10. Ego dixi , cùm dies mei
præciderentur : ego vadam ; ego ad
portas Inferi deponam reliquos annos
meos. 11. Dixi , non videbo Domi-
num in terrâ viventium ; non aſpi-
ciam ampliùs hominem in terris habi-
tantem. 12. Habitatio mea demigrat ,
quaſi tentorium paſtoris, & à me tolli-
tur ; vita mea , ut ſubtegmen ſuccidi-
tur ; reſecat me , tanquam ultimum fi-
lum ; finem meum die nocteque termi-
navit. 13. Clamante me uſque ad ma-
ne , quaſi leo confregit omnia oſſa mea ;
finem meum die nocteque terminavit.
14. Ego hirundinis more , vel gruis ,
muſſitabam : ut columba, gemitus ede-
bam ; deficiebant oculi mei , ſurſum

9. מכתב לחזקיהו מלך יהודה
בחלתו ויחי מחליו : 10. אני
אמרתי · בדמי ימי אלכה · בשערי
שאול פקדתי יתר שנותי : 11.
אמרתי · לא אראה יה יה בארץ
החיים · לא אביט אדם עוד עם
יושבי חדל : 12. דורי נסע ונגלה
מני כאהל רעי · קפדתי כארג חיי
מדלה יבצעני · מיום עד לילה
תשלימני : 13. שויתי עד בקר ·
כארי כן ישבר כל עצמותי · מיום
עד לילה תשלימני : 14. כסוס
עגור כן אצפצף אהגה כיונה · דלו
עיני למרום · יהוה עשקה לי ערבני :
15. מה אדבר ואמר לי והוא
עשה · אדדה כל שנותי על מר
נפשי : 16. אדני עליהם יחיו ·
ולכל בהן חיי רוחי ותחלימני והחייני :
17. הנה לשלום מר לי מר · ואתה
חשקת נפשי משחת בלי · כי
השלכת אחרי גוך כל חטאי : 18.
כי לא שאול תודך מות יהללך ·
לא ישברו יורדי בור אל אמתך :
19. חי חי הוא יודך כמני היום ·
אב לבנים יודיע אל אמתך : 20.
יהוה להושיעני · ונגינותי ננגן כל
ימי חיינו על בית יהוה : 21. ויאמר
ישעיהו · ישאו דבלת תאנים · וימרחו
על השחין ויחי : 22. ויאמר
חזקיהו · מה אות כי אעלה בית
יהוה :

ſpectantes. Ne deſeras me , Domine ; fac te , quæſo , pro me ſponſorem.
15. Nam quid ego eloquar , vel ei dicam , poſtquàm ille hæc fecit , jubetque
in amaritudine animæ meæ fugere omnes annos meos. 16. Domine , illud
omnibus nuntiabitur , quòd tu ſpiritum meum eſſe adhuc vitalem dederis ;
quòd tu , quanquam finem meum decreveras , vitæ me reddideris. 17. En
igitur ad pacem mihi eſt meus amarus dolor ; tu enim , Domine , animam
meam ab interitu prohibuiſti , quoniam tu poſt tergum tuum projeciſti omnia
peccata mea. 18. Non enim te , Domine , laudat Infernus ; non celebrat
mors laudes tuas , nec ampliùs expectant , qui deſcendêre in lacum , veritatem
tuam. 19. Non alii, quàm qui vivunt , te laudant , ut ego hodie ; patres filiis
notam faciunt , ô Deus , veritatem tuam. 20. Statuit Dominus , ut nos libe-
raret ; ideò nos in domo Domini diebus omnibus vitæ noſtræ citharâ modula-
bimur.

1. בימים ההם, *in diebus illis.* Hoc eſt, eo ipſo tempore, quo Sennacherib urbem Jeruſalem minabatur ſe expugnaturum; hoc liquet ex verſu 6. quem vide.

3. ויבך חזקיהו בכי גדול, *& flevit Ezechias magno fletu.* Quis eſſet iſtarum lacrymarum ſenſus, ex eo intelligitur, quòd prolem Ezechias nondùm haberet, atque adeò futurum erat, ut Davidis ſceptrum ad alienas manus transferretur: vide verſum 5.

5. ראיתי את דמעתך, *vidi lacrymas tuas.* Poſt hæc verba, hæc addimus ex loco parallelo, *II. Reg. cap. 20. v. 5. Ego te mox ſanabo, & die tertio domum Domini aſcendes.* Hæc enim ſi abeſſent, non daretur locus huic Ezechiæ interrogationi, *quod ſignum erit, me domum Domini aſcenſurum?* Quæ interrogatio, vel fuerat omittenda, vel hìc collocanda, non autem in verſum ultimum capitis hujus rejicienda. Enimverò huic interrogationi reſpondet Iſaias verſu inferiore; atque is ordo interrogandi & reſpondendi ſervatur loco parallelo. Hìc ſubit admirari Edm. Calmet, cui nihil inſolitum videtur, in eo, quòd interrogat Ezechias verſu 22. nemine ei reſpondente, quia hæc, inquit, aliis ex libris excerpta fuerant: cujus hæc verba ſunt: *Mais dans un extrait, on finit où l'on veut.* Porro addimus ad verſum 22. hæc verba, *die tertio*, quæ non abſunt ex loco parallelo, quæque hìc abeſſe non debere, ſuprà-dicta declarant. Adjungimus etiam verſum 21. ad verſum 8. ex cauſis ſuprà-dictis, & ex loco parallelo: vide dicta ad verſum 20.

8. בשמש: Lege השמש, *ſol*, ut legunt Chaldæus, Syrus, Græci Intt. ut eo nominativo utatur verbum ירדה, femininum, non autem, ut pleriſque viſum eſt, nomine צל, *umbra*, quod eſt maſculinum. Verbum pro verbo, *ego reducam umbram graduum, ubi deſcendit in gradibus Achaz ſol...* Porrò מעלות interpretamur de ipſis *gradibus* domûs Achaz, qui extra domum erant, acu, vel cuſpide poſitâ in ſummo gradu, ut ſole, circa meridiem, aſcendente ac deſcendente, umbra cuſpidis notaretur in ipſis gradibus, quæ diſtingueret horas vel æquales, vel inæquales, temporis & ante-meridiani & pomeridiani, ita ut umbra poſſet deſcendere per gradus decem, & diſtinguere horas ſaltem tres, vel quatuor, aut quinque. Nam ſatis erat umbram recedere totidem horas, ut miraculum tale Babylone animadverteretur. Vim faciunt vocabulo מעלות, qui putant notari ipſum murum, quod eſſet gradibus adverſum. Nam hoc vocabulum nihil aliud ſignificare poteſt, quàm ipſos gradus. Hoc quidam fatentur, ſed negant, fuiſſe in illis gradibus ſolarium, & totam rem ita explicant. Videbant Ezechias & Iſaias umbram ſolis projectam in gradibus Achaz. Itaque Ezechiæ dixit Iſaias: vides hanc umbram ſolis, quæ jam deſcendit ad infimos gradus; hæc umbra iterum aſcendet per eoſdem gradus, per quos jam deſcendit. Itaque ſtatuunt ſic feciſſe Iſaiam, quaſi umbram, quæ de montibus cadebat major, minorem reddidiſſet, talemque, qualis antea erat, cùm ſol montibus altiùs immineret; hoc enim, inquiunt, ſatis erat, ut Ezechias miraculum videret. Verum enimverò, re itâ explicatâ, ſatis quidem miraculum demonſtratur, ſed non oſtenditur, quomodò id miraculum Babylone tantùm fuerit animadverſum. Non modò enim Babylone, ſed ubique accidere debuit ut umbræ decreſcerent, ſi miraculum fuit tale, qualis eſſet cadentis de montibus umbræ deminutio. Hoc incommodo non premuntur qui ſtatuunt, ſolarium fuiſſe in ipſis gradibus Achaz, & miraculum fuiſſe factum in ſolariis tantùm, non in cæteris umbris montium ac domorum. Erant Babylone ſolaria, quia Chaldæi aſtronomiæ periti erant, atque ea cauſa eſt, cur miraculum fuerit Babylone tantùm animadverſum. Et maximè credibile eſt, ſolarium Achaz fuiſſe factum ad exemplum eorum, quæ Babylone erant, quomodò Achaz altare fecerat ad exemplum ejus, quod Damaſci viderat. Nemo negat, gradus Achaz, qui extra domum erant, potuiſſe ita conſtitui, ut per ipſos gradus, per quos ſolis umbra deſcendebat, notarentur horæ quædam diei, vel æquales, vel inæquales.

10. בדמי, *in ſucciſione*, ex דמה, *ſuccidere.* Chaldæus, בדון, *in mærore*, cùm legeret בדוי. Græci Intt. ὕψει, *excelſo*, ex ſcriptione, ברמי. Syrus בפלגות, *in diviſione*, ex hodiernâ ſcripturâ, cæteris meliore. ...אלכה, *vadam.* Ibi interpunctio minor collocanda. Nam בשערי, *in portis*, quod ſequitur, adjungendum ad פקדתי, *deponam.*

11. יה יה, *Deum, Deum.* Non alibi bis legi notant Maſoretæ. Notat Hieronymus in ſuo Codice ita eſſe ſcriptum; nempe id ei inſolitum videbatur. Et ita in eodem membro iteratum fuiſſe vix credibile eſt, præſertim alio, quàm vocandi caſu. Multò credibilius eſt, factum fuiſſe יה יה, ex יהוה, quod olim legeretur, & quod legebat Syrus, qui למריא, *Dominum*, ut ſolet convertere nomen יהוה.

12. קפדתי: Superfluit י, & legendum קפדת, *ſucciſa eſt*, חיי, *vita mea.* Hæc jungunt ſimul Chaldæus, Syrus, Vulgatus. ...מדלה: Omninò כדלה, ut anteà כארג. Eſt דלה filum ſubtegminis extremum, quod ſucciditur ubi tela, quæ texitur, abſoluta eſt. ...מיום עד לילה תשלימני, *finem meum die noctéque terminavit;* quippe legendum, השלימני, perſonâ tertiâ, ut id reſpondeat verbo יבצעני, ejuſdem perſonæ. Ita etiam emendandum v. 13. Significatum fuerat Ezechiæ, ipſum moriturum *poſt diem & noctem.* Ut rem ſic intelligamus, monet locus parallelus, ubi legitur ſententiam mortis, Ezechiæ dictam, fuiſſe jam tum commutatam, *cùm Iſaias medio regis atrio vix egrediebatur.*

13. שויתי: Vulgatus, *ſperabam.* Legere videtur שעתי, ex שעה, *reſpicere, expectare.* Nobis magis arridet שועתי, *clamavi*, ex שוע. Nondum enim advenerat tempus, in quo Ezechias ſperaret, cùm credebat ſe, poſt diem noctemque moriturum.

14. עשקה לי ערבני: Eſt עשקה mendum, pro חשקה, *adhæreſce*, לי, *mihi.* Sic conſtrui ſolet verbum חשק, non item עשק, quod regit accuſandi caſum. Præterea demonſtrat ה in fine

poſitum,

positum, esse modum Imperandi. Esset contrariæ sententiæ verbum עשק, verbo ערב. Sed ejusdem membri sententiæ non solent esse contrariæ. Omnes Veteres, præter Græcos, hæc non omittunt, quæ quidem expressêre in contrariam sententiæ Vulgati sententiam. Porrò legendum וערבני, non sine nexu, *sponde pro me*, nimirum contra latum de meâ morte decretum. Licet etiam interpretari, *indulge mihi*.

15. ואמר לי, *& dixit mihi.* Lege ואמר לו, *& dicam ei.* Ita Chaldæus, קדמוהי, *coram eo.* ...אדדה: Seu convertis *vagabor*, ex נדד, seu *progrediar*, non poterit addere Ezechias, *omnes annos meos*, in accusandi casu, post verbum Neutrum. Rectè Syrus, ואנד, *& amovit*, ex scriptione והדדה, personâ tertiâ, sive ex דדה, *provexit*, sive ex נדד, *fugere fecit*, quod nos antetulimus.

16. עליהם יחיו ולכל בהן חיי רוחי: Felix, qui poterit hæc verba, ut sunt, interpretari. Nos quidem sic: עלידה יחוו לכל כי תחיי רוחי, *super hoc nuntiabunt omnibus, quòd vivificaveris spiritum meum.* Scripturam talem ex Græcis mutuamur, qui sic: περὶ αὐτῆς γὰρ ἀνηγγέλη, *nam de eâ re nuntiatum est;* deinde καὶ ἐξήγειράς μου τὴν πνοήν, *& suscitaveris spiritum meum;* ex quâ eorum versione planum est eos legisse חוו, ex חוה, *nuntiare*, & תחיי, quæ duo verba in Contextum revocamus.

17. חשקת נפשי: Arias, *amplexus es amore animam meam;* sed nusquam legitur verbum חשק sine præpositione ante casum suum. Itaque melior scriptio חשכת, *prohibuisti*, quam sequitur Vulgatus. ...משחת בלי: Adhuc, cum Vulgato, legendum, מבלי שחת, vel השחת, *ne interiret.* Buxtorfius in Lexico suo attribuit verbo בלי significatum *consumptio*, sine autoritate, ac sine alio exemplo. Omnes Veteres sic tractant בלי, ut negationem, atque adeò legunt בלי ante שחת collocatum.

20. יהוה להושיעני: Vulgatus, *Domine, salvum me fac.* Deest verbum, quod regat Infinitum להושיע. Addit Chaldæus verbum אמר, *statuit*, quod nos collocamus post אמתך, satis simile verbum: *statuit Dominus ut nos servaret;* quæ sententia commodè absolvit Canticum, in quo Ezechias non tam orat salutem, quàm pro salute gratias agit. ...ונגינותי: Meliùs Vulgatus, נגיננו, vel נגינותינו, *psalmos nostros;* nam sequitur ננגן, *psallemus*, & חיינו, *vitæ nostræ.* Propterea etiam legendum suprà להושיענו, *ut nos salvaret.* Intelligit Ezechias, non tam receptam sanitatem, quàm salutem à Domino adfuturam contra regem Assyriorum; de quâ salute in antecessum promittit fore gratiarum actiones & laudes, ut pote jam promissâ, & sanitatis suæ miraculo confirmatâ.

CAPUT XXXIX.

Mittit rex Babylonis ad Ezechiam legatos & munera; ostendit eis Ezechias thesauros suos; cui denuntiat Isaias eos thesauros deportatum iri Babylonem, filiosque regis ibi Eunuchos futuros.

1. *Eo tempore misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babylonis ad Ezechiam legatos cum litteris ac muneribus; audierat enim eum ægrotasse & convaluisse.*
2. *Ezechias adventu eorum lætatus est, ostenditque eis domum thesauri, argentum, aurum, aromata & unguenta optima; denique omnem domûs suæ supellectilem, & quæcunque in thesauris suis reperta sunt. Nihil habuit domi Ezechias, nihilque in suâ potestate, quod non eis ostenderet.*
3. *Venit deinde ad Ezechiam regem Isaias propheta, qui ei dixit: quid tibi homines illi di-*

1. בעת ההיא שלח מראדך
בלאדן בן בלאדן מלך בבל ספרים
ומנחה אל חזקיהו · וישמע כי
חלה ויחזק : 2. וישמח עליהם
חזקיהו · ויראם את בית נכתה את
הכסף ואת הזהב ואת הבשמים
ואת השמן הטוב ואת כל בית
כליו ואת כל אשר נמצא באוצרתיו ·
לא היה דבר אשר לא הראם
חזקיהו בביתו ובכל ממשלתו :
3. ויבא ישעיהו הנביא אל המלך
חזקיהו ויאמר אליו · מה אמרו
האנשים האלה ומאין יבאו אליך ·
ויאמר חזקיהו · מארץ רחוקה באו
אלי מבבל : 4. ויאמר · מה ראו

בביתך · ויאמר חזקיהו · את כל אשר
בביתי ראו · לא היה דבר אשר לא
הראיתים באוצרתי : 5. ויאמר
ישעיהו אל חזקיהו · שמע דבר יהוה
צבאות : 6. הנה ימים באים ונשא
כל אשר בביתך ואשר אצרו אבתיך
עד היום הזה בבל · לא יותר דבר
אמר יהוה : 7. ומבניך אשר יצאו
ממך אשר תוליד יקחו · והיו סריסים
בהיכל מלך בבל : 8. ויאמר
חזקיהו אל ישעיהו · טוב דבר יהוה
אשר דברת · ויאמר · כי יהיה שלום
ואמת בימי :

xerunt, & unde ad te venerunt? Tum Ezechias; venerunt ad me, inquit, de terrâ remotâ, de Babylone. 4. Ille autem; quidnam, inquit, in domo tuâ viderunt? Respondit Ezechias: viderunt omnia, quæ in domo meâ sunt; nihil est in meis thesauris, quod non ego eis ostenderim. 5. Tum Ezechiæ Isaias hæc locutus est: audi verbum Domini exercituum: 6. En dies veniunt, cùm quidquid in domo tuâ est, & quæcunque patres tui usque ad hunc diem recondiderunt, Babylonem transferentur, nihilque restabit, dicit Dominus: 7. De filiis etiam tuis, qui ex te egressuri sunt, quosque tu genueris, quidam tollentur, & in palatio regis Babylonis Eunuchi erunt. 8. Dixit Isaiæ Ezechias: bona verba Domini hæc sunt, quæ locutus es: sic enim cogitabat; erit pax veritasque, quandiu vivam.

---

1. מראדך, *Merodach.* Legitur בראדך, *Berodach, II. Reg. cap. 20. v. 12.* Convenit hujus loci scriptio cum Canone Ptolemæi, ubi idem rex nominatur *Mardoc-Empadus.* ...בן בלאדן, *filius Beladan;* idem, qui apud Historicos profanos *Belesis*, seu ille *Nabonassar*, quo regnante initium habuit Chronologica *æra Nabonassaris.* ...מלך בבל, *rex Babylonis*, nempe imperii novi Babylonici. Nam Imperium vetus Assyriacum in Sardanapale desierat, in quem conjurationem fecerant *Arbaces* Mediæ præfectus, & *Belesis*, seu *Nabonassar*, præses Babylonis, & captâ Ninive, de Imperio Assyriaco duo Imperia fecerant; unum *Belesis*, qui habuit Babylonicam regionem, Chaldaicam & Arabicam; alterum *Arbacis*, qui cæteras Babylonici Imperii provincias, sedemque habuit in Ninive, imperii novi Assyriaci metropoli, ut *Belesis*, in Babylone, Babylonici. Itaque ille *Merodach, filius Baladan*, erat novi Imperii Babylonici rex secundus. ...שלח ...ספרים, *misit... litteras.* Diximus ad locum parallelum idem valere שלח, ac *mittere per legatos;* quod quidem nos non pœnitet dixisse: sed quoniam hoc loco apud Græcos Intt. sic legitur, ἀπέστειλε ἐπιστολὰς καὶ πρέσβεις καὶ δῶρα, *misit litteras, legatos & dona*, vix dubitari potest, quin habuerint in suo Codice מלאכים, *legatos*, quos legatos ab Isaiâ fuisse anteà memoratos, liquet ex verbis sequentibus, *& ostendit eis domum thesauri.* Itaque aut addendum מלאכים, aut ספרים, interpretandum *legatos*, ex Arab. potestate, non *litteras.* Eò potiùs inclinamus ut addantur *legati;* quia nullibi legitur ספרים cum significatu Arab. *legati.* Propterea etiam meliùs addatur מלאכים, loco parallelo; nam ויראם, *& ostendit eis*, postulat in oratione nomen, ad quod τὸ, *eis*, referatur. ...כי חלה ויחזק, *quòd ægrotârat & convaluerat.* Loco parallelo habetur, כי חלה חזקיהו, *quòd ægrotârat Ezechias.* Unum ex altero factum videtur, propter similitudinem verborum. Tamen utraque scriptio bona.

2. וישמח, *& lætatus est (Ezechias.)* Loco parallelo legitur וישמע, *& auscultavit.* Vide ibi quæ diximus adversùs Joan. Buxtorfium, qui scriptionem וישמע tuebatur, contra Lud. Cappellum. Forsan mendo ישמע, non animadverso, movebatur Doctor Anglus *Prideaux*, ut crederet regem Babylonis misisse ad Ezechiam legatos, non modò ut certior fieret de miraculo umbræ solis retrò-actæ, sed etiam ut fœdus faceret cum Ezechiâ contra Sennacherib, cujus potentiam timeret; nec non ipsum Ezechiam legatis Babylonicis propterea ostendisse thesauros suos, ut societatem suam Babylonii magni facerent. Verùm de tali fœdere nihil habetur in Sacris Codicibus; quod fœdus Ezechiam multùm curasse parùm credibile videtur, postquàm, eo regnante, miracula tanta Deus patrârat.

8. יהיה שלום ואמת בימי, *erit pax & veritas in diebus meis.* Sunt *pax & veritas*, idem ac *firma pax*, aut *tranquillitas.* Quòd si hæc, ut separata, intelliguntur, erit *pax* regni tranquillitas; *veritas* fides Dei promissorum.

CAPUT XL.

Vox clamat in Deserto, parate viam Domini. Dominus venturus est, & pascet populum suum. Ne dicat Israel : ille non curat nos ; idem qui mensus est pugillo aquas, dat lasso robur ; qui sperat in eum, non deficiet.

1. *Consolamini, consolamini po-*
pulum meum, dicit Deus vester.
2. *Loquimini ad cor Jerusalem ; cla-*
mate ad eam, emerita esse stipendia
ejus, condonari ejus iniquitatem,
postquàm pro peccatis suis multis de-
dit Domino pœnas duplices. 3. *Vox*
clamat in deserto : parate viam Do-
mini, rectam facite in solitudine se-
mitam Dei nostri. 4. *Omnis vallis*
extolletur ; omnis mons collisque de-
primetur ; recta fient quæ detorta
erant ; quæ aspera, ut plana vallis.
5. *Manifestabitur enim gloria Domi-*
ni ; & omnis caro simul videbit, os
Domini esse locutum. 6. *Vox dicit*
mihi, clama. Ego igitur dixi ; quid
clamabo ? Fœnum esse omnem car-
nem ; omnem ejus ornatum, ut agri
florem. 7. *Arescit fœnum, flos mar-*
cescit, cùm primùm eum spiritus
Domini afflavit. Certè iste popu-
lus fœnum. 8. *Aruit fœnum, flos*
emarcuit ; verbum autem Domini
manet in perpetuum. 9. *Ascende in*
editum montem, nuntiatrix Sion; tol-
le vocem tuam, tolle, quantùm viri-
bus vales, nuntiatrix Jerusalem. No-
li timere ; dic urbibus Judæ; en adest
Deus vester. 10. *En Dominator*
Dominus cum potentiâ veniet, en
brachium ejus parabit sibi imperium ;
en adest ei merces ejus, en coram eo

1. נחמו נחמו עמי · יאמר
אלהיכם : 2. דברו על לב ירושלם
וקראו אליה · כי מלאה צבאה · כי
נרצה עונה · כי לקחה מיד יהוה
כפלים בכל חטאתיה :
3. קול קורא במדבר · פנו דרך
יהוה · ישרו בערבה מסלה לאלהינו :
4. כל גיא ינשא · וכל הר וגבעה
ישפלו · והיה העקב למישור והרכסים
לבקעה : 5. ונגלה כבוד יהוה ·
וראו כל בשר יחדו כי פי יהוה
דבר :
6. קול אמר קרא · ואמר · מה
אקרא · כל הבשר חציר וכל חסדו
כציץ השדה : 7. יבש חציר נבל
ציץ · כי רוח יהוה נשבה בו · אכן
חציר העם : 8. יבש חציר נבל
ציץ · ודבר אלהינו יקום לעולם :
9. על הר גבה עלי לך מבשרת
ציון · הרימי בכח קולך מבשרת
ירושלם · הרימי אל תיראי · אמרי
לערי יהודה · הנה אלהיכם : 10.
הנה אדני יהוה בחזק יבוא · וזרעו
משלה לו · הנה שכרו אתו ופעלתו
לפניו : 11. כרעה עדרו ירעה ·
בזרעו יקבץ טלאים ובחיקו ישא ·
עלות ינהל : 12. מי מדד בשעלו
מים ושמים בזרת תכן וכל בשלש
עפר הארץ · ושקל בפלס הרים
וגבעות במאזנים : 13. מי תכן
את רוח יהוה · ואיש עצתו יודיענו :
14. את מי נועץ ויבינהו וילמדהו
בארח משפט · וילמדהו דעת ודרך

præmium ipſius. 11. *Paſcet, velut*
paſtor, gregem ſuum; brachio ſuo
agnos coget, gremioque excipiet;
deducet placidè oves fœtas. 12. *Quis*
menſus eſt pugillo aquas, aut ſuſti-
nuit palmâ cœlos? Quis apprehendit
tribus digitis molem terræ, pondera-
vit trutinâ montes, bilance colles?
13. *Quis eſt, qui ſpiritum Domini*
moderetur? Quis homo copiam fecit
ei conſilii ſui? 14. *Cujus adhibuit*
conſilium, ut per eum doceretur; ut
ab eo diſceret judicii rationem? Quis
ei impertivit ſcientiam, ut per eum
doceretur prudentiæ vias? 15. *En*
gentes ſic ab eo reputantur, ut ſtilla
ſitulæ, ut ſtateræ minimum momen-
tum. En ſuſtinet inſulas, quaſi pul-
verem minutum. 16. *Non ſatis eſt ei*
ad ignes Libanus; non beſtiæ, ad ho-
locauſta. 17. *Omnes gentes coram eo*
ſic ſunt, quaſi nullæ ſint; quaſi ni-
hil & inane ab eo reputantur. 18. *Cui*
ſimilem facitis Deum, vel quam ei
effigiem deſtinatis? 19. *Statuam li-*
quat artifex, quam aurifex auro in-
duit, firmatque clavis, quos fudit,
argenteis. 20. *Cedri lignum, quod*
non putreſcat, eligit; conquirit ſibi
opificem peritum, qui firmet ſculpti-
le, ne moveatur. 21. *Non-ne tandem*
intelligetis, & audietis? Non-ne
vobis à principio id fuit nuntiatum,
neque vos, jam inde ex quo terra ſuis
ſtat fundamentis, animadvertitis eum,
qui ſedet ſuper terræ ambitum;
22. *Cui ſunt, quaſi locuſtæ, terræ ha-*
bitatores; qui cœlos extendit, ut te-
nuem membranam; qui eos, ut tentorium, in quo habitet, expandit.
23. *Qui Magnates ad nihilum deducit; qui terræ Judices dat ſic eſſe,*
quaſi non fuerint; 24. *Ut non plantentur, nec ſeminentur, nec ſtirps eo-*
rum agat in terrâ radices; quoniam, eo flante, areſcunt, abripitque eos,
quaſi ſtipulam, tempeſtas. 25. *Cuinam igitur me eſſe ſimilem putatis, vel*
cui æquiparabor, dicit Sanctus. 26. *Tollite in altum oculos veſtros, & con-*
templamini.

תבונות יודיענו ׃ 15. הן גוים
כמר מדלי וכשחק מאזנים נחשבו ׃
הן איים כדק יטול ׃ 16. ולבנון
אין די בער וחיתו אין די עולה ׃
17. כל הגוים כאין נגדו ׃ מאפס
ותהו נחשבו לו ׃ 18. ואל מי
תדמיון אל ׃ ומה דמות תערכו לו ׃
19. הפסל נסך חרש וצרף בזהב
ירקענו ׃ ורתקות כסף צורף ׃ 20.
המסכן תרומה עץ לא ירקב יבחר ׃
חרש חכם יבקש לו להכין פסל לא
ימוט ׃ 21. הלוא תדעו ׃ הלוא
תשמעו ׃ הלוא הגד מראש לכם ׃
הלוא הבינותם מוסדות הארץ ׃
22. הישב על חוג הארץ וישביה
כחגבים ׃ הנוטה כדק שמים וימתחם
כאהל לשבת ׃ 23. הנותן רוזנים
לאין ׃ שפטי ארץ כתהו עשה ׃
24. אף בל נטעו ׃ אף בל זרעו ׃ אף
בל שרש בארץ גזעם ׃ וגם נשף
בהם ויבשו ׃ וסערה כקש תשאם ׃
25. ואל מי תדמיוני ואשוה ׃ יאמר
קדוש ׃ 26. שאו מרום עיניכם
וראו מי ברא אלה ׃ המוציא במספר
צבאם ׃ לכלם בשם יקרא ׃ מרב
אונים ואמיץ כח ׃ איש לא נעדר ׃
27. למה תאמר יעקב ותדבר
ישראל ׃ נסתרה דרכי מיהוה ומאלהי
משפטי יעבור ׃ 28. הלוא ידעת ׃
אם לא שמעת אלהי עולם יהוה
בורא קצות הארץ ׃ לא ייעף ולא
ייגע ׃ אין חקר לתבונתו ׃ 29. נתן
ליעף כח ולאין אונים עצמה ירבה ׃
30. ויעפו נערים ויגעו ׃ ובחורים
כשול יכשלו ׃ 31. וקוי יהוה
יחליפו כח ׃ יעלו אבר כנשרים ׃
ירוצו ולא ייגעו ׃ ילכו ולא ייעפו ׃

templamini. Quis hæc creavit? Quis eduxit certo numero has turmas; omnibus eis nomen fecit; addidit robur, vireſque firmavit, ne ſuo muneri quidquam deeſſet? 27. *Quid cauſæ eſt, Jacob, cur dicas; Iſrael, cur ſic loquaris; incognitæ ſunt Domino viæ meæ, fugiunt Deum meum inſtituta mea.* 28. *An ignoras, neque audiſti, exiſtere Deum æternum, Dominum, qui terram, quanta eſt, creavit; qui non laborat, nec fatigatur, cujus intelligentiæ non ſunt fines.* 29. *Qui dat laſſo robur; qui viribus deſtitutum multo robore confirmat?* 30. *Deficiet robur adoleſcentes; delecti juvenes corruent & cadent.* 31. *Illi autem, qui Domino præſtolantur, vires ſuas renovabunt; eis pennæ, ut aquilis, ſuccreſcent; veloces erunt, nec deficient; carpent iter, nec laſſitudine retardabuntur.*

---

1. & 2. נחמו עמי, *conſolamini populum meum.* Ita Græci Intt. meliùs, quàm Vulgatus, *conſolamini, popule meus.* Nam Iſaias ſermonem habet ad populi conſolatores, non ad ipſum populum, ut planum fit ex verbis ſequentibus, *loquimini ad cor Jeruſalem.* ...מלאה צבאה, *completa eſt militia ejus.* Vulgatus, *malitia*, ex errore Scribæ Latini. Verbum צבא latè patet; notat enim tempus militiæ, in militibus; tempus miniſterii, in Sacerdotibus & Levitis; tempus vitæ humanæ, in omnibus hominibus. Significantur in primis hoc loco militiæ labores, ſive mala per bellum invecta, in quibus Judæi *pœnas duplices* Deo dederant pro peccatis ſuis. Quæ *pœnæ duplices*, duæ ſunt captivitates, una ſub Aſſyriis, altera ſub Romanis, quæ cœpit, Pompeio expugnante Jeroſolymam. Nam vaticinatur Iſaias de temporibus Chriſti Domini in terras venturi, ut ſequentia docebunt. Qui Interpretes hæc dicta putant, de uno reditu ex captivitate Babylonis, parùm feliciter explicant, quomodò, Judæis Babylone reverſis, *completa* eſſet eorum *militia.* Quot enim & quanta mala poſteà experti ſunt, tum premente eos Antiocho, tum Populo Romano eos ſub jugum mittente? Neque etiam dici poteſt Judæorum, cùm Babylone redierunt, expiatam fuiſſe iniquitatem; ſi quidem Deus de illis, per Romanos, alteras pœnas erat ſumpturus.

3. קול קורא במדבר, *vox clamat in deſerto;* nimirùm Joannes Baptiſta. Neque hæc ad Babylone reditum aptari poſſunt. Nam paratur via *Domini*, non Judæorum. Neque etiam Judæi Babylone redeuntes per *deſertum* tantùm iter fecêre.

5. כי פי יהוה דבר, *quòd os Domini locutum eſt.* Sententia utrobique recta erit, ſive intelligis *os Domini* de prophetiâ, in Chriſto Domino multifariam impletâ, ſive de ipſo Chriſto Domino, qui erat *os Domini*, Evangelium ſuum prædicante.

6. וכל חסדו: Nos, *& omnis ornatus ejus*, ex הודו, quod legunt Græci Intt. nam convertunt, δόξα, *gloria.* Chaldæus, quanquam Paraphraſi utens, tamen videtur legere חסנו, *robur ejus.* Sed non convenit *robur* in florem; multò minùs הכד, quomodocunque interpreteris. Clamat hoc loco vox, non jam Præcurſoris, ſed Iſaiæ, *omnis caro fænum.* Quibus verbis deterrere Judæos videtur, ne terrenam Meſſiæ gloriam ſibi fingant, regnum-ve mortale, quale Judæi multi expectabant.

7. העם, *hic populus*, nempe Judæi: ſed meliùs additur הזה *iſte*, poſt העם, quomodo Syrus הנא, *iſte.*

9. מבשרת ציון, *nuntiatrix Sion.* Intelligimus, cum Syro, eſſe ipſam Sion *nuntiatricem;* ſic enim ratio redditur, cur ſit מבשרת femininum. Rectè Sion dicitur *nuntiatrix*, egreſſum eſt enim verbum Domini de Jeruſalem, cùm dixerunt Apoſtoli urbibus Judæ; *ecce Deus veſter.*

10. שכרו... ופעלתו, *merces ejus... & præmium ejus.* Hæc duo ſunt parallela verba, membro poſteriori iterante ſententiam prioris. Fuit *merces* ac *præmium* Chriſto Domino jus & poteſtas humani generis ad immortalitatem beatam, unde ceciderat, revocandi.

12. מי מדד בשעלו מים, *quis menſus eſt pugillo ſuo aquas?* Non deſerit inceptam rem Propheta; imò deſcribit, qualis ſit ille, qui modò *paſtor* nominatus eſt, & de quo urbibus Judæ dici oportebat, *en Deus veſter;* ne Judæi comminiſcantur hominem Redemptorem, ſed Hominem-Deum. Nam idem qui modò, ut homo deſcripus eſt, nunc, ut Deus, exhibetur.

16. די בער, *ſatis ignis.* His declarat Propheta, Deum eum, quem venturum prænuntiat, non fore ignibus & victimis colendum.

19. הפסל נסך חרש, *ſtatuam liquat artifex.* Hæc Iſaias ad homines ſui temporis, ne credant ejus Hominis-Dei, quem prædixit venturum, eſſe poſſe, ut Dei, ullam materiæ mortalis effigiem. ...בזהב ירקענו; *auro illud induit;* ita Syrus קרמה, *ſuperveſtit illud;* Chaldæus, מחפי, *operit.* Habet רקע, *operire*, quomodò in Linguâ Samar. רקיע, *veſtimentum.*

19. & 20. ורתקות כסף צורף: המסכן תרומה עץ: Hæc ſententiam bonam habere vix poſſunt; niſi ſic legis, ברתקות כסף צרוף הסמיכו: תרזה העץ, *clavis argenti fuſi firmat illud. Cedrum, lignum (quod non putreſcit, eligit.)* 1°. ברתקות, *clavis*, ut Vulgatus, *laminis*, in caſu ablativo, præfixâ

ב præpoſitione. 2°. צרוף, in *Paoul*, non צורף, in *Benoni*, ut id efferatur de כסף, *argento*, quod proximè antecedit. 3°. Poſt צרוף tollimus interpunctionem majorem. 4°. Pro המסכן, *pauper*, qui *pauper* nihil ad rem, legimus הסמיכו, *fulcit eum :* poſteà collocamus punctum majus. 5°. Pro תרומה, *oblatio*, legimus תרזה, *cedrum*, ut ſequatur עץ, lignum, vel תרז העץ, ה ad עץ adjuncto. Quæ omnes emendationes ſententiam ipſam habent commendatricem ; nec verò etiam autoritate deſtituuntur. Nempe Syrus, pro המסכן, habet קבע בה, *affigit ei ;* Chaldæus, מאחיד ליה, *adjungit illi*, quæ duæ interpretationes eandem ſententiam præ ſe ferunt, quam in ſcripturâ הסמיכו, reſtituimus. Deinde Chaldæus, ubi nunc legimus תרומה, habet אורן ברי, *ornum ſuccidit*, quia legit תרז דמה, *ilicem ſuccidit*. Nos ex eo aſſumimus vocabulum תרז, vel תרזה ; negligimus verbum דמה, *ſuccidit*, quod non eſt ad ſententiam neceſſarium.

21. הלוא הבינותם מוסדות הארץ, *non-ne cognoſcitis fundamenta terræ*. Quid ſit *cognoſcere*, vel *intelligere fundamenta terræ*, parùm liquet, ubi præſertim ſubjungitur, *eum, qui ſedet ſuper ambitum terræ*. Unum enim alterius non poteſt eſſe Appoſitum, cùm duæ res ſint prorsùs diſſimiles terræ fundamenta, & Dei majeſtas ſuper orbem ſedentis. Quòd ſi, pro מוסדות, leges מהוסדת, *ex quo fundata eſt (terra,)* & punctum majus, poſt הארץ malè poſitum, tolles, fient omnia plana, nec jam diſſociabitur verbum הבינותם, à ſuis caſibus, qui ſequuntur. Nam participia הישב, *eum, qui ſedet*, הנוטה, v. 22. *eum, qui extendit ;* הנותן, v. 23. *eum, qui dat...* totidem ſunt caſus verbi הבינותם, *intelligitis :* vide verſionem.

22. וישביה כחגבים, *& habitatores ejus, quaſi locuſtæ*. Deſideratur in ſerie orationis, vel לו, *ei (ſunt) quaſi locuſtæ ;* vel יחשב, *reputat (quaſi locuſtas ;)* quod verbum pene ſimile verbo ישביה, videtur fuiſſe omiſſum ; nam eodem in tenore poſt venit וימתחם, *& extendit eos ;* nec Chaldæus legebat ſine יחשב ; habet enim ſic, חשיבין קדמוהי, *reputantur coram eo*. ...כדק : Licuit convertere, *ſicut tenuem pulverem*, quomodò aliquandò licet interpretari vocabulum שחקים, quod *cælos* exhibet, ut pulverem, tenuiſſimum, vacuum per inane reſperſum. Sed meliùs quadrat in כאהל, *ſicut tentorium*, ſignificatus *tenuis membrana*, qui ſignificatus in oculis uſurpatur, ut notetur *albugo*, ſeu pellicula tenuis, quæ affert cæcitatem.

27. נסתרה דרכי מיהוה, *abſcondita eſt à Domino via mea*. Sic loquebantur Judæi, poſtquàm Judæam Romani habebant Imperii ſui provinciam, quaſi Rempublicam ipſorum Deus non jam curaret. Quibus declarat Iſaias w. 30. & 31. fruſtrà eos tentaturos Remp. ſuam tueri per militum juvenum delectum robur ; nam fortes eos fore, non qui arma ſument, ſed qui ſpem ſuam in Deo collocabunt.

CAPUT XLI.

Suſcitabit Deus ab Oriente & ab Aquilone populi ſui vindicem, ſubjicietque illî gentes. Ne timeat vermis Jacob, conteret enim montes & colles, deſerta ejus fient ſtagnum aquarum... Annuntiate nobis futura, ut cognoſcamus, an ſitis Dii...

1. *Adſint ad me inſulæ, ac innoventur ; inſtaurent populi vires ſuas ; accedant pariter & loquantur ; congrediamur ad judicium.* 2. *Quis ſuſcitavit ab oriente Ultorem, vocavit eum, ut ſe pone ſequeretur ? Quis tradidit ante eum gentes, regeſque abjecit, fecitque ut eſſet gladius eorum tanquam pulvis, arcus eorum, ut inſtabilis feſtuca ?* 3. *Ut, eos perſequens, ageret iter tranquillum, pedibus iret, nec defatigaretur ?* 4. *Quis providit, & ab initio fecit occurrere*

1. החרישו אלי איים ולאמים יחליפו כח · יגשו אז ידברו יחדו · למשפט נקרבה : 2. מי העיר ממזרח צדק יקראהו לרגלו · יתן לפניו גוים ומלכים ירד · יתן כעפר חרבו כקש נדף קשתו : 3. ירדפם יעבור שלום · ארח ברגליו לא יבוא : 4. מי פעל ועשה קרא הדרות מראש · אני יהוה ראשון ואת אחרנים אני הוא : 5. ראו איים וייראו · קצות הארץ יחרדו · קרבו ויאתיון : 6. איש את רעהו יעזרו · ולאחיו יאמר חזק : 7. ויחזק חרש

ſibi generationes ? Ego Dominus
primam ; ego idem ipſe, poſtremas.
5. *Hæc inſulæ videant & pertimeſ-*
cant ; paveant extremi terræ limites ;
accedant & veniant. 6. *(Tum adju-*
vat unus alterum, ſociumque ad opus
hortatur. 7. *Faber cum aurifice jun-*
git vires ; alternat malleos incudem
tundentes. Hoc, inquit, benè erit ad
juncturam ; ergò id clavis firmant, ne
moveatur.) 8. *Tu verò Iſrael, ſerve*
meus Jacob, quem elegi ; progenies
Abraham, quam dilexi ; 9. *Quam*
de ultimis terris tuli, deque angulis
earum vocavi ; cui dixi : tu ſervus
meus ; ego te delegi, nec te derelin-
quam : 10. *Noli timere ; ego enim*
tecum ſum. Noli expaveſcere ; ego
enim Deus tuus. Ego te roborabo ;
ego te adjuvabo ; ego te Ultoris mei
manu ſuſtinebo. 11. *Ecce enim eru-*
beſcent & in infamiâ erunt, qui ad-
versùm te fremebant. Illi erunt qua-
ſi non fuiſſent ; peribunt homines, qui
tecum certabant. 12. *Tu quæres eos,*
qui te exagitabant, nec reperies ; pro
nihilo erunt, & quaſi non fuiſſent,
qui te bello laceſſebant. 13. *Ego enim*
ſum Dominus Deus tuus, qui appre-
hendi manum tuam ; qui tibi dixi :
noli timere, ego tibi auxiliabor.
14. *Noli timere, vermis Jacob ;*
puer infans Iſrael, ego tibi opem fe-
ram, dicit Dominus, & redimet te
Sanctus Iſrael. 15. *Ego te facturus*
ſum velut tribulam acutam, noviſque
dentibus inſtructam. Tu montes tritu-
rabis & comminues ; tu colles habe-
bis tanquam paleas. 16. *Tu eas ven-*
tilabis ; auferet eas ventus, tempeſ-
taſque diſſipabit. Tuque intereà in
Domino exſultabis, & in Sancto
Iſrael gloriaberis. 17. *Humiles &*
egeni aquas requirunt, quæ non ſunt ;

ארת צרף מחליק פטיש את הולם
פעם · אמר לדבק · טוב הוא ·
ויחזקהו במסמרים לא ימוט : 8.
ואתה ישראל עבדי יעקב אשר
בחרתיך זרע אברהם אהבי : 9. אשר
החזקתיך מקצות הארץ ומאציליה
קראתיך ואמר לך · עבדי אתה
בחרתיך ולא מאסתיך : 10. אל
תירא כי עמך אני · אל תשתע
כי אני אלהיך · אמצתיך אף עזרתיך
אף תמכתיך בימין צדקי : 11. הן
יבשו ויכלמו כל הנחרים בך · יהיו
כאין ויאבדו אנשי ריבך : 12.
תבקשם ולא תמצאם · אנשי מצתך
יהיו כאין · וכאפס אנשי מלחמתך :
13. כי אני יהוה אלהיך מחזיק
ימינך · האמר לך · אל תירא אני
עזרתיך : 14. אל תיראי תולעת
יעקב מתי ישראל · אני עזרתיך נאם
יהוה וגאלך קדוש ישראל : 15.
הנה שמתיך למורג חרוץ חדש
בעל פיפיורת · תדוש הרים ותדק
וגבעות כמץ תשים : 16. תזרם
ורוח תשאם וסערה תפיץ אתם ·
ואתה תגיל ביהוה · בקדוש ישראל
תתהלל : 17. העניים והאביונים
מבקשים מים ואין · לשונם בצמא
נשתה · אני יהוה אענם אלהי ישראל
לא אעזבם : 18. אפתח על שפיים
נהרות ובתוך בקעות מעינות · אשים
מדבר לאגם מים וארץ ציה למוצאי
מים : 19. אתן במדבר ארז שטה
והדס ועץ שמן · אשים בערבה
ברוש תדהר ותאשור יחדו : 20.
למען יראו וידעו וישימו וישכילו
יחדו כי יד יהוה עשתה זאת וקדוש
ישראל בראה :
21. קרבו ריבכם יאמר יהוה ·
הגישו עצמותיכם יאמר מלך יעקב :
22. יגישו ויגידו לנו ארת אשר
תקרינה · הראשנות מה הנה הגידו ·
ונשימה לבנו ונדעה אחריתן · או
הבאורת השמיענו : 23. הגידו
האתיות לאחור · ונדעה כי אלהים

אתם · אף תיטיבו ותרעו · ונשתעה
ונרא יחדו : 24. הן אתם מאין
ופעלכם מאפע · תועבה יבחר
בכם :
25. העירותי מצפון ויאת ממזרח
שמש יקרא בשמי · ויבא סגנים
כמו חמר וכמו יוצר ירמס טיט :
26. מי הגיד מראש ונדעה · ומלפנים
ונאמר צדיק · אף אין מגיד אף אין
משמיע אף אין שמע אמריכם :
27. ראשון לציון הנה הנם ·
ולירושלם מבשר אתן : 28. וארא
ואין איש · ומאלה ואין יועץ ואשאלם
וישיבו דבר : 29. הן כלם און ·
אפס מעשיהם · רוח ותהו נסכיהם :

*lingua eorum siti arescit. Ego Domi-
nus exaudiam eos; ego Deus Israel,
nec eos derelinquam.*
18. *Ego ape-
riam editis in locis fluvios, mediis in
vallibus fontes; ego desertum faciam
stagnum aquarum; terram sitientem,
scaturiginem aquarum.*
19. *Ego in
deserto ponam cedrum spinamque &
myrtum & lignum olivæ; ponam in
solitudine abietem, tædam, simul &
buxum.*
20. *Eò ut videant cognos-
cantque & admirentur, tandemque
intelligant, manum Domini hæc fecis-
se; hæc Sanctum Israel ad eventum
perduxisse.*
21. *Adducite in medium
causam vestram, dicit Dominus; co-
piam facite consiliorum vestrorum, dicit Consiliarius Jacob.*
22. *Accedant
& annuntient nobis quæ ventura sunt; declarent quænam sint primùm even-
tura, ut hæc nos mente reposita habeamus, & noscamus ea, quæ post even-
tura sint; vel ut, cùm advenerint, ex illis audiamus.*
23. *Nuntiate ea, quæ
adventura sunt in posterâ ætate, ut cognoscamus vos esse Deos; seu bona,
seu mala inducetis, nos hæc admirabimur, simulque aspiciemus.*
24. *En
vos quasi nihil estis; en opus vestrum prorsus nihil est. Detestabilis est qui vos
eligit.*
25. *Ego à septentrione excitavi eum, qui deinde ab oriente veniet;
qui nomen meum eloquetur; qui conteret Magnates, ut cœnum, & velut
figulus premit lutum.*
26. *Quis à principio id nuntiavit, ut cognitum habere-
mus; quis hoc temporibus ante-actis, ut dicamus, hoc verum est. Nemo
hæc nuntiavit; nemo id auditum fecit; nemo verba vestra auribus accepit.*
27. *Ego primus fui, qui Sion consolarer; ego primus, qui ad Jerusalem
bona nuntia perferrem.*
28. *Ego circumspicio, & nemo comparet; nemo ex
illis est, qui det consilium; ego eos interrogo, nec est, qui det responsum.*
29. *En illi omnes sunt ipsa vanitas; en opera eorum nihil sunt; inanis aura
& nihilum simulacra ipsorum.*

---

1. החרישו אלי, *taceant ad me.* Melior est scriptura החדשו, *innoventur*, quam habuêre Græci Intt. in quibus legitur, ἐγκαινίζεσθε, *innovamini.* Id enim respondet pari verbo יחליפו כח, *instaurent vires.* Sed malè Græci personam habent secundam, cùm sequatur tertia יחליפו. Significatus, *taceant*, pugnat cum ידברו, *loquantur.*

2. מי העיר ממזרח צדק:, *quis suscitavit ab oriente Justum.* Ita Vulgatus, nec non Chaldæus, qui credidit, eum *Justum* esse *Abraham*, quanquam hæc, quæ sequuntur, conveniunt Asiæ domitori (*Cyro*) & hostium Judææ debellatori; non item Abrahamo. Nam quos hostes domuit Abraham, illi non erant hostes Israel. Non licuit *Justum* interpretari; neque enim Cyrus erat *Justus*, ut justi sunt homines, qui Deo placent. Elegimus *ultorem*, ex significatu verbi צדק, *judicia exercere*, ac *ulcisci*, Sacris in Codicibus frequentissimo. Ultus est enim Cyrus gentem Judæorum de hostibus ipsorum Chaldæis. Apprimè etiam convenit significatus Arabicus verbi צדק, *eventu comprobare*, *verificare.* Quippe multas Prophetarum Dei vaticinationes Cyrus ad eventum adduxit. Quem significatum nos in Versione exhibuissemus, si hoc nobis licuisset, sine circuitu verborum. ...חרבו: Nos, *gladium eorum* (מלכים, *regum*,) quomodò & Græci Intt. seu

ſeu legunt חרבם, & poſteà קשתם, *arcum eorum ;* ſeu habuerunt affixum ו ſingulare, ut ex plurali, quod habet membrum prius, in poſteriori ad numerum ſing. traductum, qui uſus eſt non infrequens metricæ orationis.

3. לא יבוא, *non veniet.* Nihil hoc ad ea, quæ antecedunt. Sed ex ילאו, *fatigabuntur*, factum eſt mendum יבוא; quod quidem Græci Intt. maluerunt omittere, quàm interpretari. Pertinet ילאו ad רגליו, *pedes ejus*, tacito pronomine אשר. Licet etiam legere ילוא, vel ילא, aut ילאה, *ut non defatigetur* (Cyrus) qui hoſtes *inſequitur*, ירדפם.

4. ועשה קרא הדרות, *& fecit occurſum generationum.* Sic accipimus קרא, ut nomen, ne, ſi habetur ut verbum, careat ſuo caſu verbum עשה; & quia, ſi eſſet verbum, legeretur וקרא, non ſine nexu, quomodò anteà ועשה.

5. ראו איים, *hæc videant inſulæ.* Addimus *hæc*, quia ſententia continuatur ex antecedentibus rebus; Iſaiâ docente, fore unde timeant gentes, cùm videbunt ſeriem temporum Deum ſic temperare, ut quæ ante multos annos prædixerat per Prophetas, adducat ad eventum ſuum; ſed fore eodem tempore, ut nihil timeat Iſrael, quod ſubjungit Iſaias w. 8. 9. & 10. Nam verſus 8. proximè ſequi debet hunc verſum 5. ut mox oſtendemus.

6. איש את רעהו יעזרו, *homo adjuvabit proximum ſuum.* His verſibus 6. & 7. deſcribit Iſaias operarios Idolum fabricantes. Quis credat ordine tali ſcripſiſſe Iſaiam; nempe eum, de populo Dei in libertatem vindicando vaticinantem, adduxiſſe medium in ſermonem homines idolum ſuum architectantes? Hæc ſane perturbatio eſt à Librariis invecta. Capite ſuperiori, verſu 20. coarguit Iſaias homines Deum ſimilem Idolo arbitrantes, exhibuitque artificem, qui conquirit hominem peritum, qui firmet clavis idolum ſuum. Nunc duo artifices pinguntur, qui junctis viribus laborant, & effigiem ſuam clavis firmant. Itaque hæc jungi ſimul debuerant, & illi verſus 6. & 7. retro agendi ſunt ad caput ſuperius, & poſt ejus verſum 20. collocandi. Quòd verò nos ordinem, qui nunc habetur, in verſione reliquimus, propterea id fecimus, ut videret Lector, quàm alienus hic ordo eſſet, qui quidem natus videtur ex eo quòd Scriba de columnâ erraret. Nempe à verſu 20. capitis ſuperioris, uſque ad hunc verſum 6. intercedunt ſexdecim verſus; qui ferè verſuum numerus eſt, quem columna una ſolet continere.

10. תמכתיך בימין צדקי, *fulcivi te dexterâ ultoris mei.* Eundem ſignificatum vocabuli צדק retinemus, quem adhibuimus verſu 2. Non eſſe, neque hìc, neque verſu 2. interpretandum צדק, *juſtitiam*, quanquam id placuit novis Interpretibus, declarat hæc forma ſcribendi, quæ poſtulat *juſtum*, vel *ultorem*, non *juſtitiam.* Nuſquam enim legitur *dextera juſtitiæ* Dei, atque id eſt Hebr. Linguæ peregrinum.

14. מתי ישראל, *homines Iſrael.* Anteà Jacob nominatus eſt תולעת, *vermis*, cui ſententiæ parallela ſententia eſſe debet in מתי, quæ tamen non eſt. Propterea exſequimur ſcriptionem פתי, quæ notat *infantem.* Syrus, מגינה, *pedicule*, ut ſimilitudinem ſervaret ejus *vermis*, qui antecedit.

15. הנה שמתיך למורג, *en poſui te ut tribulam.* Ordinem temporum ſequi videtur Iſaias, & notare Machabæos, qui cum parvâ militum manu magnos exercitus profligarunt, Judaicæque Reipublicæ libertatem aſſeruerunt.

17. העניים... מבקשים מים, *humiles... requirunt aquas.* Talis erat ſub Antiocho ſtatus Judæorum, antequàm Machabæi exorirentur. Sumit Iſaias ſimilitudines ſuas ex rebus notis, & apud Judæos ſermone diurno celebratis, nempe ex itinere in deſerto, ubi aquæ deficiebant, ubi omnia erant arida & nuda, ut deinde populi Judaici florentes opes notet per arbores umbroſas & amœnas, contraria opponens contrariis.

20. וישימו, *& ponant.* Addunt novi Interpretes, *ſuper cor*, quaſi ſubintelligeretur על לב; quam interpretandi licentiam alibi confutavimus. Eam verò confutat hoc ipſo loco Iſaias, qui verſu 22. ponit ונשימה לבנו, *& applicabimus cor noſtrum*, non omiſſo לבנו. Poſitum fuit mendosè וישימו, pro וישמו, *& admirabuntur*, ex radice שמם. Idem ישמו, ac יושמו, in *Hophal.*

21. עצמותיכם, *fortitudinem veſtram.* Dixeris etiam *defenſionem...* ex Arab. poteſtate. Sed melior videtur ſcriptura מועצותיכם, *conſilia veſtra*, quam exhibent Græci Intt. in verbis Græcis αἱ βουλαὶ ὑμῶν; quæque convenit cum verſu 28. ubi legitur, ואין יועץ, *& nemo dat conſilium.* Propterea interpretamur מלך, *conſiliarius*, non *rex ;* cùm præſertim non ſoleat Deus nominare ſe *regem Jacob*, quanquam aliquandò *regem Iſrael.*

22. הראשנות מה הנה הגידו: Vulgatus, *priora quæ fuerunt nuntiate.* Si ſic dixiſſet Iſaias, non addidiſſet, *ut cognoſcamus utrùm Dii ſitis :* quippe non neſciebant falſi Dæmonum prophetæ eventus rerum jam præteritos. Ergò הראשנות notat res futuras, ſed *primùm* futuras, deinde אחרית, res etiam futuras, ſed prioribus *poſteriores.* Anteà dixit Iſaias, *annuntiate quæ futura ſunt*, tangens in genere res futuras; nunc eaſdem res particulatim diſtinguit rebus proximè, deinde rebus multò poſt adventuris, ut ſi priora eventum habuerint, cauſa ſit cur credatur adventura etiam poſteriora, vel cur fides adhibeatur falſis prophetis, ſi oſtendere poterunt, adveniſſe quæ prædixerant. Significat הבאות res eas, quæ jam habuêre eventum ſuum.

23. ונרא, *& videbimus.* Superſtitiosè Maſoretæ omittunt ה, cùm forma conſueta ſit נראה, quod non negant in Codicum marginibus. Sed Codices ſuos Judæi, ut erant, deſcribebant, nec audebant emendare, quanquam Codices ſequebantur deteriores.

25. העירותי, *ſuſcitavi ;* forte העירותיו, *ſuſcitavi eum.* Nempe eundem *Cyrum*, de quo ſupra; qui venturus dicitur *ab aquilone & ab oriente*, quod idem eſt ac, ab aquilone orientali. Erant enim Perſæ ac Medi, quibus imperabat Cyrus, partim ad aquilonem Judææ, partim ad orien-

tem. Nodum in ſcirpo quærunt, qui hæc ita exponunt, Cyrum fuiſſe ab aquilone ut natum ex matre Medâ, ab oriente verò, ut ex patre Perſâ. Notatur enim hoc loco regio ipſa, ex quâ egreſſurus ſit Cyrus, non familia unde oriturus. ...ויקרא בשמי, *& nomen meum eloquetur.* Nam Cyrus in Edicto ſuo memorat *Dominum Deum cœli ;* vide Eſdras cap. 1. ...ויבא סגנים; Vulgatus, *& adducet magiſtratus* (*quaſi lutum*) ex ſcripturâ mendoſâ יבא, ubi ſcriptum oportuerat ויכא, *& conteret*, ex radice כאה, *conterere*, *frangere.* Ita legit Chaldæus, qui וידוש, *& calcabit.*

27. הנה הנם : Arias, *ecce, ecce ipſi*, nihil dicens. Chaldæus פתגמי נחמתא, *verba conſolationis ;* legit תנה, *conſolatio*, ex תנה, *conſolari*, quam ſcriptionem amplectimur, ſeu legendum הנה תנה, ſeu potius אני תנה, *ego conſolans*, ne non habeat ראשון, *primus*, pronomen, de quo efferatur.

CAPUT XLII.

En ſervus meus, quem elegi... non clamabit... arundinem quaſſatam non franget... ducet cœcos in viâ. Populus Dei cœcus hæc non videbit. Effundet in eum Deus iram ſuam, ut bello deleatur; neque ille tamen hæc recogitabit.

1. *En ſervus meus, quem ap-*
prehendi ; electus meus, in quo ac-
quieſcit anima mea ; indidi ei ſpiri-
tum meum ; judicium gentibus pa-
lam faciet. 2. *Non clamabit, nec tu-*
multuabitur ; non audietur in plateâ
vox ejus. 3. *Arundinem quaſſatam*
non franget ; non exſtinguet linum
deficiens, judicium in veritate palàm
facturus. 4. *Non coarguet, nec judi-*
cabit, donec poſuerit in terrâ judi-
cium, Legemque illius inſulæ expec-
tabunt. 5. *Hæc dicit Dominus Deus,*
qui creavit expanditque cœlos, qui
terram evolvit partuſque ejus ; qui
dat populis, qui eam complent, ſpi-
ritum vitalem ; iis, qui per eam iter
faciunt, reſpirationem. 6. *Ego Do-*
minus, vocavi te in veritate ; ego ap-
prehendi manum tuam ; ego te ſerva-
vi, & deſtinavi te fœderis cum popu-
lo miniſtrum futurum, lucemque gen-
tibus allaturum. 7. *Ut aperias oculos*
cæcos, ut carcere vinctos educas ; ut
in tenebris ſedentes, ex eo loco, ubi
detinentur. 8. *Ego Dominus ; hoc*

1. הן עבדי אתמך בו בחירי
רצתה נפשי · נתתי רוחי עליו ·
משפט לגוים יוציא : 2. לא יצעק
ולא ישא · ולא ישמיע בחוץ קולו :
3. קנה רצוץ לא ישבור ופשתה
כהה לא יכבנה · לאמת יוציא
משפט : 4. לא יכהה ולא ירוץ
עד ישים בארץ משפט · ולתורתו
איים ייחלו :
5. כה אמר האל יהוה בורא
השמים ונוטיהם רקע הארץ
וצאצאיה · נתן נשמה לעם עליה
ורוח להלכים בה : 6. אני יהוה
קראתיך בצדק ואחזק בידך · ואצרך
ואתנך לברית עם לאור גוים : 7.
לפקח עינים עורות · להוציא ממסגר
אסיר מבית כלא ישבי חשך : 8.
אני יהוה הוא שמי · וכבודי לאחר
לא אתן ותהלתי לפסילים : 9.
הראשנות הנה באו · וחדשות אני
מגיד · בטרם תצמחנה אשמיע
אתכם : 10. שירו ליהוה שיר
חדש · תהלתו מקצה הארץ יורדי
הים ומלאו איים וישביהם : 11.
ישאו מדבר ועריו חצרים תשב
קדר · ירנו ישבי סלע מראש הרים

nomen meum est ; nec gloriam meam
ego alterî sum daturus , nec sculpti-
libus laudem meam. 9. *En priora*
præterierunt ; nunc ego nuntio nova ,
quæ priùs quàm oriantur , vobis au-
dita facio. 10. *Canite Domino can-*
ticum novum , laudem ejus ex terræ
finibus , quicunque maria tractusque
ejus omnes peragratis , insulæ ipsa-
rumque habitatores. 11. *Vocibus exsul-*
tet solitudo , simul urbes ejus ac vici
& qui habitant Cedar ; læta canant
incolæ rupium , summis è montibus
edant voces. 12. *Tribuant homines*
Domino gloriam ; laudem ejus in
insulis enarrent. 13. *Dominus , ut*
potens , egressurus est ; iras ultrices
acuet , ut vir bellator ; clamabit &
vociferabitur ; roborabit se adversùs
inimicos suos. 14. *Ego tacui ; num*
tacebo in perpetuum , meque ipsum
continebo ? Ego verò , ut parturiens ,
vociferabor ; exspirabo aerem simul
& aspirabo. 15. *Ego arefaciam mon-*
tes & colles ; omnem eorum viridita-
tem siccabo ; ego inducam in fluvios
ariditatem , & arida stagna faciam.
16. *Ego idem cæcos per viam , quam*
non noverant , deducam. Ego eos per
semitas traducam , quas ignorabant ;
dabo esse lucem illas tenebras , quæ
ante eos erant , viasque quæ obliquæ
erant , rectas. Talia hæc ego sum fac-
turus , nec eos derelicturus. 17. *Illi*
retrò avertentur , & in ignominiâ
erunt , quicunque Idolo nitebantur ;
qui simulachris dicebant : vos estis Dii nostri. 18. *Qui surdi erant , audient ;*
qui cæci , lumen videbunt. 19. *Quis cæcus est , nisi servus meus ; aut verò*
surdus , ut ille , ad quem miseram nuntios meos ? Quis cæcus est , nisi
ille , cui nihil deerat , aut verò surdus , ut est servus Domini ? 20. *Vidisti*
plurima , nec attendisti ; qui aures patulas habebat , non audivit. 21. *Sic*
placitum Domino est propter veritatem suam ; eò ut extolleret laudem suam ;
gloriamque haberet. 22. *Ergò iste populus patebit prædæ ac spoliationi ; ju-*
venes eorum delecti laqueo capientur, aut carceribus claudentur ; præda fient,

יצוחו ׃ 12. ישימו ליהוה כבוד ·
ותהלתו באיים יגידו ׃ 13. יהוה
כגבור יצא כאיש מלחמות יעיר
קנאה · יריע אף יצריח על איביו
יתגבר ׃
14. החשיתי מעולם אחריש
אתאפק · כיולדה אפעה אשם ואשאף
יחד ׃ 15. אחריב הרים וגבעות וכל
עשבם אוביש · ושמתי נהרות לאיים
ואגמים אוביש ׃ 16. והולכתי
עורים בדרך לא ידעו · בנתיבות
לא ידעו אדריכם · אשים מחשך
לפניהם לאור ומעקשים למישור ·
אלה הדברים עשיתם ולא עזבתים ׃
17. נסגו אחור יבשו בשת הבטחים
בפסל · האמרים למסכה אתם
אלהינו ׃ 18. החרשים שמעו ·
והעורים הביטו לראות ׃ 19. מי
עור כי אם עבדי וחרש כמלאכי
אשלח · מי עור כמשלם ועור כעבד
יהוה ׃ 20. ראית רבות ולא
תשמר · פקח אזנים ולא ישמע ׃
21. יהוה חפץ למען צדקו · יגדיל
תורה ויאדיר ׃ 22. והוא עם בזוז
ושסוי · הפח בחורים כלם ובבתי
כלאים החבאו · היו לבז ואין מציל ·
משסה ואין אמר השב ׃ 23. מי
בכם יאזין זאת · יקשב וישמע
לאחור ׃ 24. מי נתן למשוסה
יעקב וישראל לבזזים · הלא יהוה ׃
זו חטאנו לו ולא אבו בדרכיו הלוך ·
ולא שמעו בתורתו ׃ 25. וישפך
עליו חמה אפו ועזוז מלחמה ·
ותלהטהו מסביב ולא ידע · ותבער
בו ולא ישים על לב ׃

nec erit qui eripiat ; ſpoliabuntur , nemine dicente , redde. 23. *Quis ex vobis , hæc auditurus , attendet , vel in poſterum auſcultabit ?* 24. *Quis dedit obnoxium eſſe Jacob prædæ , Iſrael direptioni ? Non-ne Dominus , quem offenderunt ; cujus vias ingredi noluerunt , nec Legi obtemperare ?* 25. *Ergò in eos effundet iram ſuam ; bellum incendet , quod eos undique abſumet ; nec tamen intelligentiam habebunt ; uret eos , neque hæc recogitabunt.*

---

1. הן עבדי , *en ſervus meus.* Græci Interpretes addunt Ιακὼβ , *Jacob* , & in poſteriori membro Ἰσραὴλ , *Iſrael* , cùm minùs fortè attenderent , hanc vaticinationem totam eſſe in Meſſiâ prænuntiando ; quod quidem non latuit Chaldæum, qui addit, משיחא, *Meſſias.* Vult Grotius tangi hoc loco , non ſolùm *Meſſiam* , ſed & ipſum Iſaiam , talemque hìc habet Commentarium : » LXX. hæc » de toto populo Judaico intellexerunt. Sed benè cuncta intuenti apparebit Dei ſermonem redire » ad Eſaiam , de quo ſuprà XLI. 27. Sublimiùs autem hæc impleta in Chriſto , cujus figu» ram , quantùm potuit , geſſit Iſaias , ut & Jonas , Jeremias , & alii quidam. « Sed hæc , quæ ſequuntur , in Iſaiam non conveniunt. Num enim Iſaias *arundinem quaſſatam non fregit* , qui vaticinatus eſt de ruinâ multarum gentium ? Num *Legem* Iſaiæ *inſulæ* erant *expectaturæ* ? Quam legem ? Reſpondet Grotius , *Legem* eſſe ipſas Iſaiæ vaticinationes , quæ certò erant eventuræ ; quanquam inauditum eſt , vaticinationem , quia certa eſt , propterea vocari *legem.* ...רצתה : Non dubium quin רצתו , *acceptum habuit eum* , נפשי , *anima mea ;* niſi רצתה בו , quomodò anteà אתמך בו ; ſed emendatio prior anteferenda , ut pote hodiernæ ſcriptioni ſimilior. משפט לגוים יוציא , *judicium gentibus proferet.* Hoc eſt , inquit Grotius , » judicia mea in Medos » & Babylonios enuntiabit. « Quæ ſi de Iſaiâ , ut ipſe vult , intelligenda ſunt , quomodò ad Chriſtum Dominum aptari poſſunt ? An Chriſtus Dominus Dei judicia tantùm *enuntiavit* , non etiam exercuit ? Et judicia hæc ſi Babylonios ſpectant & Medos , erant dudùm facta ; non ergo à Meſſiâ , nec enuntianda , nec exercenda. Liquet igitur non alia hìc judicia prænuntiari , quàm quæ exercuit Chriſtus Dominus in omnes gentes poteſtati ejus ſubditas : *Data eſt mihi omnis poteſtas* , &c.

2. ולא ישא : Vulgatus , *neque accipiet perſonam.* Tamen verbum נשא , ſine פני ſubſequente , non ſignificat , *accipere perſonam.* Ergò meliùs Syrus & Chaldæus , qui tractant ישא ut deductum ex שאה , *vociferari* , *tumultuari* , ut id reſpondeat pari verbo יצעק , *clamabit.*

4. לא יכהה , *non coarguet* , idem ferè ac , לא יכח. Sic *Lib. I. Samuel* de Heli , filios ſuos non corripiente , dicitur , לא כהה בם , *non arguebat eos.* Radix eſt , vel Hebraicum כהה , vel Syriacum כאא , ex כאה , Hebraico , *reprehendere* , *increpare.* ...ולא ירוץ : ſeu vertas , *non curret* , ſeu *non frangetur* , non habebis ſententiam priori verbo accommodatam. Sed accommodatiſſimè לא ידון , *non judicabit ;* quomodò Chriſtus Dominus , *non veni ut judicem* , &c. Tum demùm Chriſtus *poſuit in terrâ judicium* , cùm judicia exercuit in Judæos , ſuos interfectores. Nam in בארץ , *terrâ* , ſignificatur terra Judæorum , cui opponuntur איים , *inſulæ* , ſeu exteræ gentes.

7. לפקח עינים עורות , *ad aperiendum oculos cæcos.* Hæc tranſlatè , non propriè , dicuntur , ut anteà dictum eſt , *ad lucem gentium.* Quamvis enim Chriſtus Dominus reddidit cœcis hominibus viſum , tamen , quia ſequitur , *ut educas carcere vinctos* , quod Chriſtus in terris agens , non fecit , liquet hìc tangi cœcitatem mentis , non oculorum , & *vinctos* eſſe eos captivos , quos Chriſtus abduxit ſecum *palam triumphans.*

8. וכבודי לא אתן לאחר , *& gloriam meam non dabo alteri.* Jungitur *alteri* cum *ſculptilibus;* itaque in utroque Dæmones intelliguntur , quos non eſſe Deos cognoſcitur ex eo , quòd annuntiare futuras res non poſſunt , nec adducere ad eventum ſuum , ut capite ſuperiori vidimus ; cùm contrà Deus hìc polliceatur , quæcunque prædicit , habitura eventum ſuum ; quippe eveniſſe jam priora , & nova nunc prænuntiari , ſimiliter eventura.

11. ישאו : Nos , *vocibus exſultent* , ex radice שאה , quam adhibuimus verſu 2. Chaldæus , Syrus & Græci Intt. *lætentur :* legere videntur ישישו , ex שוש. ...תשב : Lege וישב , *& qui habitat.* Sic Græci Intt. καὶ οἱ κατοικοῦντες , *& qui habitant.* Non ſemel vidimus ת , pro וי , ſcriptum. Fruſtrà quidam Interpretes , *habitetur Cedar* , ubi ante & infrà-dicta poſtulant *exſultationem* , eorum , qui habitant ſolitudinem , urbes & vicos , non ipſam *habitationem.*

13. על איביו , *contra inimicos ſuos* , nempe Judæos , quos bello perituros hìc prædicitur , quomodò bello perierant cæteræ gentes Judæis infenſæ temporibus ante-actis , in quibus Deus curabat & tuebatur Rempublicam Judæorum.

14. מעולם , *à ſæculo.* Meliùs Græci Intt. μὴ καὶ ἀεὶ , *num in perpetuum (tacebo?)* Legunt העולם , vel הלעולם , ut & legendum. ...אשם : Vulgatus , *diſſipabo* , ex שמה ; quanquam id parùm convenit in ſimilitudinem ex feminâ parturiente ductam. Nos אשם , *exſpirabo aerem* , ex נשם , *anima* , *halitus* , *reſpiratio* , ut appoſitè deinde veniat , ואשאף יחד , *& aſpirabo ſimul.* Nam pingitur hìc Deus , ut acuens iras in Judæos , & quaſi partu laborans , donec eos à ſe ejecerit , quomodò mulier , quæ contendit totis viribus , ut ejiciat fœtum ſuum , aſpirans altè , atque illicò fortiter reſpirans , enitendo , & quodam modo permiſcens ſimul aſpirationem & reſpirationem.

15. ושמתי נהרות לאיים, *& ponam fluvios in inſulas.* Hoc quid ſibi velit, fateor me non intelligere, quanquam ita Veteres Verſiones. Et verò etiam videtur hoc eſſe vetus mendum, & ſcripſiſſe Iſaiam לציים, *in ſicca*, non verò לאיים, *in inſulas;* quod quaſi digito monſtrat ipſe Iſaias, dum vocabulo ציים parallelum facit verbum אוביש, *ſiccabo.* Littera צ, quia contorta eſt, alibi etiam decepit Scribas, ut א, pro צ ſcriberent.

16. עשיתם: Codices Reg. 29. & Orat. 53. עשיתים, perſonâ primâ; ſic etiam omnes Veteres. Eſt autem *feci*, hoc loco, pro *faciam.* Nam hæc ſunt *nova*, quæ verſu 9. prænuntiabantur, quæque Deus eſt facturus, & adventu adducturus, quia gloriam ſuam alterî non daturus.

18. החרשים שמעו, *ſurdi audient.* Hæc adhuc dicuntur, non propriè, ſed tranſlatè. Nam ſequenti verſu, *cæci & ſurdi*, pariter tranſlatè accipiuntur.

19. וחרש כמלאכי אשלח: Arias, *& ſurdus, ſicut Angelum meum miſſurus ſum*, ſerie mancâ in Latino ſermone, ut & in Hebraico. Sententia eſt, *ſicut ille, cui mittam angelum meum*, vel *angelos meos.* Itaque aut כ ante מלאכי, idem eſt, ac כאשר, *ſicut cui*, vel *ad quem*, aut exciderit אשר, prope חרש, verbum ſatis ſimile. ...מי עור כמשלם: Sequimur hoc loco Symmachum, qui ſic habet, *τίς τυφλὸς ὡς ὁ τέλειος, quis cæcus, niſi perfectus*, ſeu cui, Deo dante, nihil deerat, in ſententiam iſtis verbis ſimilem, *quid facere debui vineæ meæ, quod non fecerim.* Legit Symmachus deinde וחרש, *& ſurdus* (*ſicut ſervus Domini*,) non autem ועור; rectè id quidem. Nam ſic ſervatur ordo idem, quem habet membrum prius, ubi primùm עור, deinde חרש. Et niſi ſubſtituitur *τὸ* וחרש in locum *τῶ* עור, ter in eodem verſu recurret עור; חרש, autem ſemel tantùm adhibebitur, nempe in membro priori, cùm tamen ſeries ipſa prioris poſtulet, ut recurrat חרש in poſteriori. Græci Intt. hæc omnia verba, כמלאכי אשלח מי עור, prætermiſerunt, quia in pravâ ſcripturâ expedire ſe ex ambagibus non poſſent.

20. ראית רבות, *vidiſti plurima.* Rectè ראית, *vidiſti.* Malè Maſoretæ ראות, quaſi eſſet nomen femininum, à ראה (formæ שבות à שבה) *viſio*, ut obſervat Lud. Cappellus. Scriptionem ראות ex Codicibus deterioribus mutuabantur Maſoretæ. Certè habent ראית Codices meliores, ut ſunt Regius 29. & Oratorienſis 42.

21. יגדיל תורה, *magnificabit Legem.* Nihil ad rem *Lex.* Sed opportunè veniunt Græci Intt. apud quos legimus, *αἴνεσιν, laudem;* legebant תודה, ut & legendum. Eadem *laus* agitur, de quâ verſibus 8. 10. & 12. quos vide.

22. הפח בחורים: Arias, *illaquea in foraminibus.* Nihil eſt quod reſpondeat iſtî Modo imperandi, *illaquea.* Nec verò etiam *foraminis* eſt *illaqueare.* Itaque meliùs omnes Veteres בחורים, *juvenes.* Propterea legendum הפחו, *laqueo capti ſunt*, vel *capientur.* Nimirum ſic Titus illaqueavit in Jeruſalem Judæos, dum alii Judæi, qui non erant in Jeruſalem, in carcerem miſſi ſunt, Romanorum exercitu fugam eorum intercipiente.

24. למשוסה, *in direptionem.* Maſora, למשיסה, ſine causâ. Meliores Codices habent למשסה, ut verſu 22. ubi Maſora nihil emendat. Sic etiam duo Regii 3. & 29. & Oratorienſis 42. ...חטאנו, *peccavimus.* Lege חטאו, *peccaverunt;* ſic vult לא אבו, *noluerunt*, ſic etiam לא שמעו, *non audierunt.*

25. ועזוז: Potius ועזו, *& roborabit*, מלחמה, *bellum*, quo bello deletus fuit populus Judæus, nec tamen hæc recogitavit (ולא ישים על לב) ſeu non intellexit Templum ſuum Remque publicam propterea interiiſſe, quia noluerant audire eum Dei ſervum, qui toto hoc capite prædicitur adventurus, lucemque & ipſis, & Gentibus allaturus.

CAPUT XLIII.

Ne timeas, Iſrael; ducam ab Aquilone ab Auſtro, ab Oriente, ab Occidente... Electos meos; dabo prodigia nova, quæ veterum memoriam delebunt, ut non ſint ampliùs in ore omnium; vocabo Iſrael, poſtquàm ſine victimis mihi ſervierat.

1. *Verumtamen hæc dicit Dominus, qui creavit te, ô Jacob, qui te*
formavit, ô Iſrael: noli timere; ego
enim acquiſivi te, & nomine tuo te
vocavi: tu meus es. 2. *Cùm tu aquas*
tranſibis, ego tibi adero; cùm tu flu-
vios, non te inundabunt; cùm tu ibis
per ignes, non ardebis, nec te flam-
ma comburet. 3. *Ego enim ſum Do-*
minus Deus tuus, Sanctus Iſrael,
ſalvator tuus. Ego tradidi Ægyp-
tum, ut redimereris; ego, pro te,
Æthiopem & Saba. 4. *Tu in honore*
fuiſti jam inde ex quo fuiſti pretioſus
in oculis meis; ego enim te dilexi;
ego tradidi pro te homines; ego, pro
animâ tuâ, populos. 5. *Noli timere,*
quoniam ego tecum ſum; ego ab O-
riente adducam ſemen tuum; ego te
ab Occidente congregabo. 6. *Dicam*
Aquiloni, da; Auſtro, noli detine-
re; duc è longinquo filios meos; è fi-
nibus terræ, filias meas. 7. *Quicun-*
que enim meo nomine cenſentur, ego
eos ad gloriam meam creavi, & effin-
xi, & elaboravi. 8. *Educ populum*
cœcum, & oculos habentem; ſurdum,
nec auribus carentem. 9. *Conveniant*
in unum omnes gentes, populi ſimul
adſint. Quis ex eis hæc prænuntia-
vit? Quis nobis enarrabit vel ea, quæ
primùm adventura ſunt? Producant
teſtes ſuos; jus ſuum tueantur, fa-

1. ועתה כה אמר יהוה בראך
יעקב ויצרך ישראל · אל תירא · כי
גאלתיך קראתי בשמך · לי אתה :
2. כי תעבר במים אתך אני
ובנהרות לא ישטפוך · כי תלך במו
אש לא תכוה ולהבה לא תבער
בך : 3. כי אני יהוה אלהיך קדוש
ישראל מושיעך · נתתי כפרך מצרים
כוש וסבא תחתיך : 4. מאשר
יקרת בעיני נכבדת ואני אהבתיך ·
ואתן אדם תחתיך ולאמים תחת
נפשך : 5. אל תירא · כי אתך
אני · ממזרח אביא זרעך וממערב
אקבצך : 6. אמר לצפון תני
ולתימן אל תכלאי · הביאי בני
מרחוק ובנותי מקצה הארץ : 7.
כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו ·
יצרתיו אף עשיתיו : 8. הוציא
עם עור ועינים יש · וחרשים ואזנים
למו : 9. כל הגוים נקבצו יחדו
ויאספו לאמים · מי בהם יגיד זאת
וראשנות ישמיענו · יתנו עדיהם
ויצדקו וישמעו ויאמרו אמת : 10.
אתם עדי · נאם יהוה · ועבדי אשר
בחרתי · למען תדעו ותאמינו לי ·
ותבינו כי אני הוא לפני לא נוצר
אל ואחרי לא יהיה : 11. אנכי
אנכי יהוה · ואין מבלעדי מושיע :
12. אנכי הגדתי והושעתי והשמעתי
ואין בכם זר · ואתם עדי · נאם יהוה ·
ואני אל : 13. גם מיום אני הוא
ואין מידי מציל · אפעל ומי
ישיבנה :

ciant ſibi audientiam, & veritatem
eloquantur. 10. *Vos eſtis mei teſtes,*
dicit Dominus, qui ſervi mei eſtis,
quos elegi, ut ſcientiam tandem ha-
beatis, mihique credatis, meque eſſe
intelligatis, nec formatum fuiſſe,
ante me, Deum; nec, poſt me,
alium futurum. 11. *Ego, ego Do-*
minus; neque eſt, præter me, qui det
ſalutem. 12. *Ego, quam prædixeram*
ſalutem, dedi & auditam feci, non
ſunt apud vos Alienigenæ; vos ipſi
teſtes mei eſtis, dicit Dominus, me-
que eſſe Deum. 13. *Nemo, ex quo*
ego ſum, de meâ manu quidquam
eripuit; ſi quid fecero, quis eam co-
hibebit? 14. *Hæc dicit Dominus;*
hæc ille, qui acquiſivit vos, ſanctus
Iſrael. Ego, propter vos, miſi Baby-
lonem, munimenta omnia dejeci,
Chaldæoſque compuli ad naves.
15. *Ego Dominus Sanctus veſter,*
Creator Iſrael, rex veſter, 16. *Hæc*
dicit Dominus, qui dedit in mari
viam, ſemitam in aquis violentis.
17. *Qui eduxit currus & equitatum,*
exercitum ingentem, ut ſimul jace-
rent, nec reſurgerent; ut effluerent,
& quaſi linum, extinguerentur.
18. *Non jam priora in memoriâ*
erunt; nec, quæ anteceſſerunt, mente
reputabuntur. 19. *Ego enim nova*
editurus ſum, quæ actutùm exorien-
tur: vos certè hæc intelligetis. Etenim facturus ſum in deſerto iter, in ſoli-
tudine fluvios. 20. *Beſtiæ agri mihi gloriam dabunt, draconeſque ac ſtruthio-*
nes, cùm poſuero in deſerto aquas, in ſolitudine perennes rivos, ut potum
dent populo meo, quem elegi. 21. *Populus ille, quem mihi formavi, laudes*
meas enarrabit. 22. *Tu tamen non nominas me, ô Jacob: non tu pro me,*
Iſrael, laboras. 23. *Tu ad me ovem non adduxiſti: tu mihi, nec holocauſtis,*
nec pacificis hoſtiis, honorem dediſti: neque verò ego te coegi ad munerum
ſervitutem, vel tibi thure oneri fui. 24. *Tu non emiſti argento, pro me, cala-*
mum, nec adipe victimarum me tuarum impleviſti. Tu certè mihi, peccatis
tuis non expiatis, ſerviviſti, nec non tuis me iniquitatibus fatigaſti. 25. *Ego,*
ego ipſe rebelliones tuas, propter memetipſum, abolebo, nec peccatorum tuo-

14. כה אמר יהוה גאלכם
קדוש ישראל · למענכם שלחתי
בבלה והורדתי בריחים כלם ·
וכשדים באניות רנתם : 15. אני
יהוה קדושכם בורא ישראל
מלככם :
16. כה אמר יהוה הנותן בים
דרך ובמים עזים נתיבה : 17.
המוציא רכב וסוס חיל ועזוז · יחדו
ישכבו בל יקומו · דעכו כפשתה
כבו : 18. אל תזכרו ראשנות ·
וקדמניות אל תתבננו : 19. הנני
עשה חדשה עתה תצמח · הלוא
תדעוה · אף אשים במדבר דרך
בישימון נהרות : 20. תכבדני חית
השדה תנים ובנות יענה · כי נתתי
במדבר מים נהרות בישימן להשקות
עמי בחירי : 21. עם זו יצרתי לי
תהלתי יספרו : 22. ולא אתי
קראת יעקב · כי יגעת בי ישראל :
23. לא הביאת לי שה עלתיך
וזבחיך לא כבדתני · לא העבדתיך
במנחה ולא הוגעתיך בלבונה : 24.
לא קנית לי בכסף קנה · וחלב זבחיך
לא הרויתני · אך העבדתני בחטאותיך
הוגעתני בעונתיך : 25. אנכי אנכי
הוא מחה פשעיך למעני · וחטאתיך
לא אזכר : 26. הזכירני נשפטה
יחד · ספר אתה למען תצדק : 27.
אביך הראשון חטא · ומליציך פשעו
בי : 28. ואחלל שרי קדש · ואתנה
לחרם יעקב וישראל לגדופים :

rum recordabor. 26. *Reduc me ad rerum memoriam, simul nunc disceptemus; edisſere tu ipse, ut causam tuam defendas.* 27. *Pater tuus, ille primus, peccavit; tui me sequestres offenderunt.* 28. *Violaverunt principes tui Sanctuarium meum. Ideò ego devovi Jacob anathemati; ideò probris, Israel.*

---

1. אל תירא, *noli timere.* Hieronymus in hunc locum hæc habet: » Hebræi de secundo Salvatoris hæc interpretantur adventu; quando post plenitudinem gentium salvandus sit Israel. » Nos autem nequaquam putamus ad eos fieri repromissionem, quibus suprà dictum est: Quis » cœcus nisi pueri mei, & qui surdi, nisi qui dominantur eorum? Et excœcati sunt servi Dei. » Et rursum: factus est populus vastatus atque direptus, & his similia.... Ergò quod suprà » diximus, duos esse Jacob & duos Israel; unum carnalem & alterum spiritualem; eorum, » qui in Salvatorem credere noluerunt, & eorum, qui receperunt filium Dei; hoc etiam » nunc intelligendum, quòd provocetur Apostolorum chorus, & prima Christi Ecclesia de » Judæorum populo congregata, ut intelligat Creatorem & factorem suum, qui & animæ » & corporis ejus sit conditor. « Utrùm Hebræi, qui hanc Isaiæ vaticinationem de ultimis suis temporibus intelligebant, allucinarentur, mox inquiremus. Interim observamus, ex eo quòd anteà dictum est, Judæos esse & cœcos & surdos, non sequi, ad eos *non fieri repromissionem*, quia hæc *cœcitas* Judæorum, de quâ suprà, *ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret;* itaque hæc facilè conciliari, modò tempora distinguantur. Hæc verò Judæorum tempora ipse Isaias distinguit. Nimirum, postquàm in fine capitis superioris prædixit, Judæorum Rempublicam bello interituram, eosdem nunc Judæos alloquitur, dicens; *noli timere.* Eum verò alloqui Judæos *ex carne*, non *ex fide*, declarat id, quod additur, *ego tradidi Ægyptum, ut redimereris. Ego, pro te, Æthiopem & Saba*, quæ verba indicant Judæorum ipsam gentem, non verò aliquos ex Judæis, qui essent Christo Domino credituri. Ergò pariter hæc verba, *noli timere*, habentur ad ipsam gentem Judæorum, ad eam, inquam, talem, qualem mox exhibuit Propheta; hoc est, ne mente quidem reputantem, quamobrem Deus ipsorum Rempublicam subverterit gladio Romanorum. Atque id etiam significat illud ועתה, *nunc autem;* quâ particulâ sermo continuatur ad eosdem, quos Isaias mox alloquebatur, sic dicens: quanquam tu bello periisti, nec habes Rempublicam, nec Templum; tamen confide; erit enim tempus, cùm Deus tuus, ut te instauret, miracula sit facturus.

4. מאשר יקרת בעיני נכבדת, *ex quo pretiosus fuisti in oculis meis, in honore fuisti.* Hæc etiam conveniunt genti Judæorum, quæ per multa sæcula in honore fuit apud cæteras gentes, propter crebra Dei miracula; non autem Judæis ad Christi fidem, tempore Apostolorum, conversis, ad quos nihil jam pertinebat, de isto honore, quem obtinuerat gens ipsorum *jam inde ex quo* Deum habuerat suæ gloriæ autorem.

5. וממערב אקבצך, *& de Occidente congregabo te.* Neque hæc accommodari possunt ad Judæos per Apostolos ad Evangelii fidem adductos. Quippe eo tempore non fuerunt Judæi adducti *ab Aquilone, à Meridie, ab Oriente, ab Occidente.* Judæi, qui Christiani facti sunt, animum, non cœlum, mutarunt. Indicant verba מרחוק, *è longinquo*, & מקצה הארץ, *à finibus terræ*, Judæos ex toto orbe terrarum congregatum iri in unum locum, non tantùm ad unam fidem ac Religionem. Aliter hæc, ut & illa, *dicam Aquiloni, da; austro, noli prohibere, adduc è longinquo*, nihil haberent nisi meras ampullas & vanas exaggerationes.

9. כל הגוים נקבצו... יתנו עדיהם, *omnes gentes conveniant...... producant suos testes.* Quippe nulla natio sub cœlo est, quæ habuerit sæculis ferè singulis prophetas, qui ferè omnia prædicerent, quæ tum sibi, tum vicinis nationibus adventura essent; quales prophetas, ante Christum natum, Judæi habuerunt.

12. ואין בכם זר · ואתם עדי, *non est apud vos alienigena; vos testes mei estis.* Nam solis Judæis *credita sunt eloquia Dei;* soli Judæi circumferunt toto orbe Scripturas Sacras, ex quibus manifestum erit, Judæorum ultimum reditum fuisse longè ante prænuntiatum.

13. גם מיום אני הוא, *ex quo verò ego sum.* Loquitur hìc Deus, non modò ut Deus, sed ut Judæorum Salvator & Homo-Deus. Nam hæc verba, *ex quo ego sum*, nascendi originem indicant, in tempore, non in ipsâ æternitate acceptam; neque unquam sic loquitur Deus in Sacris Scripturis, ubi tangitur divina essentia filii Dei, & origo æterna. ...ואין מידי מציל, *& nemo de meâ manu eripit.* Ita Christus Dominus, *non rapiet eas quisquam de manu meâ.* Quibus verbis Isaias declarat, quanquam sæcula multa intercedere debent vaticinationem inter & eventum, nunquam tamen futurum, ut populum suum Deus in temporum tantâ longinquitate obliviscatur, neque ut nationes exteræ in quibus Judæi disseminati erunt, prohibeant quominùs Judæi, vocante Deo, ad ipsum confluant ab Aquilone, ab Austro, ab Oriente, ab Occidente.

14. בריחים, *vectes*; pro *munimentis;* pars pro toto. ...וכשדים באניות רנתם: Novi Interpretes dissimulant hujus loci difficultatem; neque eam quisquam possit expedire, si retinetur in Contextu vocabulum רנתם; quod esse debere verbum, non nomen, ante-dicta demonstrant. Nos, *compuli eos*, ex radice דח, vel נדה, *propellere, ejicere*, ut legatur נדחתים, vel potiùs נדתים, quæ scriptio est hodierno mendo satis similis. Chaldæi, Cyro Babylonem obsidente,

&

& circa urbem omnia latè occupante, magno numero fugerunt navibus, per Euphratem, ad mare, ne in poteſtatem Perſarum venirent.

19. הנני עשה חדשה, *en ego facturus ſum nova;* nempe miracula nova. Nam hæc *nova* opponuntur veteribus miraculis, de quibus verſu 16. ſeu mari rubro, & Jordani populo Dei ſiccum iter præbentibus. Itaque juſta cauſa eſt, cur Judæi expectationem nunc habeant multorum prodigiorum, cùm Iſaias affirmet, propter miracula hæc nova, quæ hic prænuntiat, futurum ut priora non jam tanti eſſe videantur. Sed tamen Judæi meritò deridentur, dum hæc miracula, qualia ſint futura, divinant, & aniles fabulas nobis pro veris miraculis obtrudunt.

22. ולא אתי קראת יעקב, *tu tamen non nominas me, ô Jacob; me* tuum Salvatorem; nam Deum ſæpe Judæi nominant & invocant; ſed timent & horrent pronuntiare nomen *Jeſu;* niſi fortè ut irrideant, aut deteſtentur. ...כי יגעת: Legimus cum Vulgato & cum Græcis Intt. ויגעת, *nec laboraſti.* Fuit littera כ malè geminata ex litterâ ב antecedente; ſimiliter י, ex י ſubſequente. Non multùm nunc laborant Judæi, ut Deum colant, cùm nec templum habeant, nec Sacra, nec cæremonias. Propterea ſubjungitur, *non adducis ad me ovem.* Hæc autem Deus loquitur ad Judæos nondùm credentes, ut liquet ex eo, quòd additur, *ſervis mihi in peccatis tuis*, ſeu non habens victimas, quibus tuorum fiat expiatio peccatorum. Ergò ſole clarius eſt, non hìc tangi Judæos, ab Apoſtolis ad fidem convertendos, dum Judæorum ſtabant Religio & templum, ſed Judæos tales, quales nunc ſunt, poſtquàm *defecit* ab eis *hoſtia & ſacrificium.* Porrò legendum בעלתיך, cum ב, ut poſteà במנחה.

24. אך העבדתני בחטאתיך, *certè me ſervire feciſti in peccatis tuis.* Difficile eſt videre, quid hæc ſibi velint, quanquam in oppoſitione cum verſu 23. dici videantur. Nam quòd Grotius hæc ita interpretetur: » tam gravia mihi ſunt peccata tua, quàm ſervitus duriſſima homini eam ſervienti; « id nimis contortum, Deoque loquente indignum. Quòd vero Forerius: » Ego » veſtro quæſtui, honori ac voluptatibus ſerviebam; « tangit ſacerdotes avaros, non Judæorum totam gentem. Græci Intt. προέςης με, *adſtitiſti mihi*, in Codice Rom. Sed in Alex. προέςην σε, *adſtiti tibi;* utrumque obſcurum, & neſcio quâ ex ſcriptione; neque hodiernam ex ſequitur Chaldæus, qui אסגיתא, *multiplicaſti.* Nos ſic habemus העבדתני, ut *Hophal*, quaſi *ſervire factus es mihi*; vel ut *Hiphil*, tanquam *ſervum te feciſti mihi;* quaſi dicat Deus; tu præ te tuliſti te eſſe meum ſervum, quanquam non eras, nec habebas victimas peccatorum expiatrices, quibus tamen indigebas: quippe Deus ita ſubjungit:

27. & 28. אביך הראשון חטא, *pater tuus primus peccavit*, ſive Adam. Qui *patrem* intelligunt *Abraham*, ſine causâ in eum conferunt Idololatriæ culpam; nec memini me unquam legere Abraham, *patrem primum* Iſrael. ...ומליציך, *& tui ſequeſtres;* nempe *Moyſes & Aaron.* ...ואחלל שרי קדש, *& profanavi Sanctuarii principes.* Incommoda hæc ſententia. Diceretur potiùs, *& profanavi Sanctuarium.* Propterea ſequimur ſcriptionem, ויחללו שריך קדש, *& violaverunt principes tui Sanctuarium*, quæ fuit Syri & Græcorum Intt. Nam Syrus, טושו רורבניך קודשא, *prophanârunt Magnates tui Sanctuarium:* Græci Intt. καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά με, *& polluerunt principes tui ſancta mea.*

CAPUT XLIV.

Effundam in ſemen tuum ſpiritum meum, ut poſteri tui Dei nomine cenſeantur. Ego primus & noviſſimus annuntiavi & quæ evenerunt, & quæ eventura ſunt. Erubeſcent, qui fabricantur Idolum. Ego ſum qui mandavi Cyro, ut Jeruſalem ædificetur.

1. *Tu tamen audi, Jacob, ſerve meus, & Iſrael, quem elegi.* 2. *Hæc dicit Dominus conditor tuus, qui te formavit, quique ab utero tibi auxiliatus eſt. Noli timere, ſerve meus Jacob; noli, Iſrael, quem elegi.* 3. *Ego enim effundam aquas in terram ſitientem; ego in arentes locos,*

1. ועתה שמע יעקב עבדי
וישראל בחרתי בו׃ 2. כה אמר
יהוה עשך ויצרך מבטן יעזרך · אל
תירא עבדי יעקב וישרון בחרתי
בו׃ 3. כי אצק מים על צמא
ונוזלים על יבשה · אצק רוחי על
זרעך וברכתי על צאצאיך׃ 4. וצמחו
בבין חציר כערבים על יבלי מים׃

rivos perennes. Ego effundam in se-
men tuum spiritum meum ; ego pos-
teris tuis benedicam. 4. *Illi, ut uda*
gramina , florebunt , & ut salices
ad aquas decurrentes. 5. *Alius di-*
cet, ego sum Domini ; alius nomine
Jacob appellabitur ; alius manu suâ
scribet : ego Domino , nomenque
Israel honori habebit. 6. *Hæc dicit*
Dominus rex Israël ; hæc ejus Re-
demptor , Dominus exercituum.
Ego primus , idemque novissimus ,
neque est , præter me , Deus. 7. *Quis*
enim nuncupavit se mei similem , vel
accinxit se se , ut se mihi æquipara-
ret , ex quo ego constitui populum
perpetuò mansurum ; aut annuntiavit
vobis , sive quæ futura sunt , sive quæ
jam præterierunt ? 8. *Ne conturbe-*
mini , vel quidquam timete. Non-ne
ego hæc jam olim audita feci , & an-
nuntiavi ? Vos testes mei estis, utrùm
sit , præter me , Deus , aut aliud ,
præter me , præsidium. 9. *Vani sunt*
omnes , qui simulacrum fingunt ; non
proderunt eis hæc , quæ unicè colunt ;
atque ipsi testes sunt , ut hæc neque
vident , neque intelligunt. 10. *Sic ut*
erubescere debeant quicunque Deum
fingunt , & idolum conflant , ut hæc
eis nihil prosint. 11. *Ecce omnes ,*
asseclæ eorum erubescent. Conveniant
quicunque homines hæc fabricantur ,
& adsint ; paveant simulque erubes-
cant. 12. *Ferrum secat bipenni faber*
ferrarius , exercet opus ad prunas ,
malleoque id fingit. Operatur magnâ
vi lacertorum ; famem patitur , viri-
bus defectis ; ne fessus quidem bibit
aquam. 13. *Faber lignarius funicu-*
lum extendit ; formam ei per regu-
lam assignat , describens angulos circi-
noque delineans ; fingit illud ad simi-
litudinem hominis , & ad humanum

5. זה יאמר · ליהוה אני · וזה יקרא
בשם יעקב · וזה יכתב ידו ליהוה
ובשם ישראל יכנה :
6. כה אמר יהוה מלך ישראל
וגאלו יהוה צבאות · אני ראשון ואני
אחרון ומבלעדי אין אלהים : 7.
ומי כמוני יקרא ויגידה ויערכה לי
משומי עם עולם · ואתיות ואשר
תבאנה יגידו למו : 8. אל תפחדו
ואל תרהו · הלוא מאז השמעתיך
והגדתי · ואתם עדי היש אלוה
מבלעדי ואין צור בל ידעתי : 9.
יצרי פסל כלם תהו · וחמודיהם בל
יועילו · ועדיהם המה · בל יראו ובל
ידעו למען יבשו : 10. מי יצר
אל ופסל נסך לבלתי הועיל : 11.
הן כל חבריו יבשו · וחרשים המה
מאדם יתקבצו כלם יעמדו · יפחדו
יבשו יחד : 12. חרש ברזל מעצד
ופעל בפחם ובמקבות יצרהו ·
ויפעלהו בזרוע כחו · גם רעב ואין
כח · לא שתה מים ויעף : 13. חרש
עצים נטה קו · יתארהו בשרד
יעשהו · במקצעות ובמחוגה יתארהו ·
ויעשהו כתבנית איש כתפארת
אדם לשבת בית : 14. לכרת
לו ארזים ויקח תרזה ואלון · ויאמץ
לו בעצי יער · נטע ארן וגשם יגדל :
15. והיה לאדם לבער · ויקח מהם
ויחם אף ישיק ואפה לחם · אף
יפעל אל וישתחו עשהו פסל ויסגד
למו : 16. חציו שרף במו אש ·
על חציו בשר יאכל יצלה צלי
וישבע · אף יחם ויאמר · האח חמותי
ראיתי אור : 17. ושאריתו לאל
עשה לפסלו · יסגוד לו וישתחו
ויתפלל אליו ויאמר · הצילני כי אלי
אתה : 18. לא ידעו ולא יבינו ·
כי טח מראות עיניהם מהשכיל
לבתם : 19. ולא ישיב אל לבו
ולא דעת ולא תבונה לאמר · חציו
שרפתי במו אש ואף אפיתי על
גחליו לחם אצלה בשר ואכל · ויתרו
לתועבה אעשה · לבול עץ אסגוד :

20. רעה אפר לב הותל הטהו ·
ולא יציל את נפשו ולא יאמר ·
הלוא שקר בימיני : 21. זכר אלה
יעקב וישראל · כי עבדי אתה ·
יצרתיך עבד לי אתה ישראל · לא
תנשני : 22. מחיתי כעב פשעיך
וכענן חטאתיך · שובה אלי כי
גאלתיך : 23. רנו שמים כי עשה
יהוה · הריעו תחתיות ארץ · פצחו
הרים רנה יער וכל עץ בו · כי גאל
יהוה יעקב ובישראל יתפאר : 24.
כה אמר יהוה גאלך ויצרך מבטן ·
אנכי יהוה עשה כל · נטה שמים
לבדי · רקע הארץ מאתי : 25.
מפר אתות בדים וקסמים יהולל ·
משיב חכמים אחור ודעתם יסכל :
26. מקים דבר עבדו ועצת מלאכיו
ישלים · האמר לירושלם תושב
ולערי יהודה תבנינה וחרבותיה
אקומם : 27. האמר לצולה חרבי ·
ונהרתיך אוביש : 28. האמר
לכורש רעי וכל חפצי ישלם · ולאמר
לירושלם תבנה והיכל תוסד :

*decorem, ut domi sedeat. 14. Deinde
cædit sibi cedros, tollit pinum, vel
quercum; comparavit enim sibi ligna
nemorum, quæ homo plantavit, quæ-
que imbres crescere fecerunt. 15. Hæc
homini adsunt ad comburendum. Tol-
lit ex eis unde ad calorem extruat fo-
cos, unde coquat panem, vel Deum
fabricetur, quem adoret; deinde in
simulacrum elaborat illud, eique se
prosternit. 16. Itaque partem unam
torret ignibus; super alteram edit
carnem, vel coquit placentas; satu-
ratur, &, suscepto calore, dicit;
hui, jam calefactus sum, & ignem
sensi. 17. Id verò, quod fortè reli-
quum est, Deo destinat, ut eum scul-
pat; cui deinde se inclinat, quem
adorat, quem orat, eique dicit: tu
defende me; nam Deus meus es. 18. Il-
li tamen, nec vident, nec intelligunt;
quippe illiti sunt oculi eorum, ne
possint videre; cor eorum pariter,
ne intelligere. 19. Intereà ille non re-
dit ad se ipsum. Non habet scientiam, nec intelligentiam, ut dicat; ego ejus
partem igne combussi, eodemque super prunas coxi panem, assavi carnem,
& edi; deinde quod reliquum erat, idolum feci, lignique adoro surculum.
20. Pectus ejus labefactavit iniquitas; eum error transversum egit, quan-
quam anima ejus nihil habet in eo præsidii; neque erit ut dicat: profectò nihil
est in manibus meis, nisi mendacium. 21. Tu verò, Jacob; tu, Israel, hæc
mente reputa; tu enim servus meus es, quem ego finxi; tu servus meus es, Israel:
noli me oblivisci. 22. Ego iniquitates tuas delebo, ut nubem; ut nubeculam
peccata tua; tu revertere ad me, quandoquidem ego te redemi. 23. Exsultate
cœli, quia hæc fecit Dominus; plaudite ima terræ, personate montes lætis
vocibus, sylvæque & omnes arbores, quæ in eis sunt, quia redemit Dominus
Jacob, quia in Israel gloriatur. 24. Hæc dicit Dominus, qui te redemit,
quique idem te ab utero formavit: Ego Dominus, qui omnia feci, qui ex-
pandi cœlos solus, terramque extendi. 25. Quis mecum signa Divinorum
irrita fecit, præstigiatoresque ad insipientiam traduxit? Quis sapientes egit
retrorsum, scientiamque illorum stultam fecit? 26. Quis dedit ratum esse
oraculum servorum suorum, legatorum suorum consilium perfecit; Jerusalem
dixit, habitaberis; urbibus Juda, ædificabimini; ego earum excitabo ruinas:
27. Dixit Abysso, exsiccare; ego in gurgitibus tuis ponam ariditatem:
28. Dixit Cyro consilia mea, ut, quæ volo, efficiat, dicatque Jerusalem;
ædificabere, & Templo; fundabere?*

2. ישרון : Grotius interpretatur *Israelule*, quem sequens Edm. Calmet docet in suo Commentario, idem esse ישרון, Hebraicè, ac si Gallicè diceretur, *mon cher petit Israel.* Sed in Cantico Mosis, ubi habetur exprobratio hæc, *pinguis factus est Israel* (ישרון) *& recalcitravit*, nemo dixerit esse ישרון vocabuli ישראל deminutionem, vel amoris demonstrationem. Et quoniam supra & infra legitur ישראל, non ישרון, veriùs dicas, nos hìc habere, ut & loco supra-dicto, mendum Librariorum, quod fortè natum fuerit ex similitudine nonnullâ Litterarum ון Samariticarum cum litteris אל Hebraicis; nempe ࠅ ࠍ.

4. ויצמחו בבין חציר : Arias, *& germinabunt in inter herbas*, verbum pro verbo interpretans, & quasi digito monstrans, esse בבין apertum mendum. Ubi enim בבין reperies, pro בין, usurpatum? Sed mendum castigari potest ex Græcis Intt. qui convertunt, ὡς ἀναμέσον ὕδατος, *ut in medio aquæ*, quia legebant כבין המים, vel כבמים, *ut in aquis*, quam nos ultimam scriptionem sequimur, ut hod. mendo similiorem.

7. ויגידה ויערכה לי, *& annuntiet, & comparet se mihi.* Non conveniunt simul *annuntiet*, & *comparet se*, seu *æquiparet*; præterea sequitur ויגידו in membro posteriore. Potiùs legendum, ויגדד, *& accingat se*, vel *contendat*, ex Arab. significatu; quod apprimè rectè convenit sequenti verbo, *& æquiparet se mihi*, vel audeat me provocare ad certamen. ...ויגידו למו, *& annuntient illis.* Anteferendum לכם, *vobis*, quod legunt Græci Intt.

8. ואין צור בל ידעתי : Arias, *& non est petra, non novi*: nihil dicens. Postulat interrogatio prior, quam præ se fert היש, *num sit*, alteram interrogationem, quæ sequi solet altero in membro, ut legatur אם, vel ואם, pro אין. Deinde בל ידעתי, legendum מבלעדי, ut anteà, *præter me.* Nascitur ex בל ידעתי, *quam non noverim*, falsa sententia. Legitur passim in Sacris Codicibus, non aliam esse *petram* (צור) præter Deum, & צור ibi de Deo vero intelligitur, seu de præsidio Dei, qui sit reverà Deus. Quòd si igitur hoc loco diceretur, *non est petra, quam non nôrim*, Deus quodam modo fateretur aliam esse, præter se, *petram*, quanquam sibi non ignotam. Meliùs igitur fecêre Græci Intt. & Chaldæus, ut ad aliam diverterent sententiam, quàm ut orationem seriemque talem exhiberent. Vide eos.

10. מי יצר : Malè ante hæc verba interpunctio major, Hodiernis quidem in Codicibus; nam aberat in Codice Græcorum & Syri, qui sermonem post יבשו continuant hoc modo: *erubescant, qui facit Deum & qui idolum conflat.* Non est מי interrogans, sed affirmans, ut alibi non semel.

11. מאדם: Adhuc malè *Athnac* post id vocabulum; quod punctum non habuêre nec Græci Intt. nec Chaldæus. Sed Græci Intt. κωφοὶ, *muti*, pravâ ex scriptione מאלם, additâ ad מאדם.

12. חרש ברזל מעצד : Hæc verba non conamur, ut sunt, interpretari, quod nemo Veterum fecit. Nam quòd arbitratur Edm. Castellus, Græcos Intt. qui vertunt, ὤξυνε τέκτων σίδηρον, *acuit faber ferrum*, sic habuisse מעצד, ut *secans*, vel *secat*, ex Arabico verbo עצד, *resecare*, parùm attendit, eosdem Græcos verbum מעצד, exhibuisse in sequenti verbo σκεπάρνῳ, *bipenni*; atque adeò verbum Græcum ὤξυνε, *exacuit*, vel *secat*, respondere alteri verbo quod legerent Græci Intt. Nos id verbum credimus fuisse חדש, *incidit*, ex Arab. potestate, atque olim scriptum sic fuisse, חרש ברזל חדש ברזל בעצד, *faber ferri secat ferrum bipenni*; sicque esse חרש ברזל, ut versu 13. חרש עצים, *faber lignorum*, atque excidisse duo verba חדש ברזל ponè חרש ברזל, tum propter magnam utrorumque similitudinem, tum quia Descriptor crederet esse hìc otiosam iterationem. Legendum בעצד, cum præpositione ב, ut posteà בפחם & במקבות, ut notetur instrumentum. Habet autem עצד, *bipennim*, quod instrumentum proprium est calido ferro resecando; non autem *limam*; nam sequitur, *malleo fingit*: quam operam urget faber, antequàm *exacuat.* Nam *exacuere*, ultimus labor.

13. יתארהו, *formam ei* (*Deo*) *assignat*, seu Dei Exemplari, ad cujus normam ligneum Deum fabricaturus est; non ipsi Deo ligneo. Nondum enim ligna succidit ut apparet ex sequenti versu, in quo exhibetur, ut ligna cædens.

14. לכרת, *ad cædendum.* Seriem non habet is Modus Infinitus; nec dubium quin olim scriptum fuerit, ויכרת, *& cædit*, quomodò Græci Intt. ἔκοψε; Vulgatus, *succidit.* ...ארן: Scribunt Judæi litteram ן minutiorem, fortè quia hoc verbum non careret mendi suspicione. Græci Intt. κύριος: legunt אדן, altero mendo, eoque nato, ut videtur, ex אדם germanâ scriptione. Non convenienter *Dominus* parallelum verbum habet גשם, *pluviam*, causâ divinâ causæ naturali æquiparatâ; convenienter *homo* cum *pluviâ* jungitur, causa naturalis, cum naturali. ...למו, non malè *illis*, numero plurali; quia id pertinet ad אל, *Deum*, & ad פסל, *sculptile.*

17. יסגוד, *adorat.* Rectè monet Masora τὸ ו superfluere, qualem animadversionem sæpe facere debuisset. Habent יסגד, Codices Regii 29. & 3. (olim 5.)

18. טח : Lege טחו, *illiti sunt*, ut Græci, ἀμαυρώθησαν, *obscurati sunt.* Sic etiam Chaldæus, מטמטמן, *obturati sunt.* Innuit Propheta materiem duram crassamque Deorum ligneorum, qui non possint habere sensus objectarum rerum; quia requiritur ad humanos sensus organorum mollities & teneritudo.

20. רעה אפר לב : Hæc verba non persequuntur Veteres Interpretes; novi dissimulant, quasi hæc intelligant. Nos legendum credimus, רעה תפר לבו, *iniquitas frangit*, vel *labefactat cor ejus.* Deinde habemus הותל, ut *deceptionem*, idem ac התל: vide versionem. Mendum אפר natum videtur ex Sam. Scripturâ, in quâ litteræ ת & א sunt simillimæ; nempe ࠕ & ࠀ.

24. מיאתי, uno verbo. Masora vult esse מאתי, *ex me*; perperàm, cùm legendum sit separatè

ratè מי אתי, *quis mecum*, ut continuò ſequatur מפר, *irrita faciens*, & cætera verba tertiæ perſonæ, quæ innituntur pronomine מי, ut nominativo ſuo. Ita Græci Intt. τὶς ἕτερος, *quis alius.* Itaque delenda, poſt מי אתי, interpunctio major, eademque, poſt הארץ, collocanda.

28. האמר לכורש רעי: Vulgatus, *qui dico Cyro, paſtor meus es.* Græci Intt. φρονεῖν, *ſapere*, ex ſignificatu verbi רעה, *cogitare.* Verior ſignificatus *cogitationem meam*, vel *conſilia mea.* Nam id parallelum eſt τῷ חפצי, *voluntatem meam.* Vaticinatur Iſaias fore, non modò ut Cyrus olim ſit regnaturus, ſed ut etiam Dei Judæorum conſilia cogniturus eiſque obtemperaturus, quia hæc cogniturus per hanc ipſam Iſaiæ vaticinationem. ...והיכל תוסד: Lege להיכל, *Templo*, fundabere. Nam להיכל, dandi caſus, reſpondet ſimili caſui לירושלם. Ita legere videtur Vulgatus. Eſt תוסד perſonæ ſecundæ; ſi enim eſſet tertiæ, non concordaret genere cum היכל, quod eſt maſculinum. Sed anteà ולאמר legendum, vel לאמר, ſine ו, *ut dicat*, vel האמר. Præſtat לאמר, de Cyro dictum. Nam Cyrus Dei voluntati obſequebatur, dicendo... *ædificâre* (*Jeruſalem.*)

CAPUT XLV.

Hæc dicit Dominus uncto ſuo Cyro; ſubjiciam tibi gentes.... Rorate cœli, pluat de cœlo Juſtus... Omne genu coram me flectetur, & omnis lingua per Dominum jurabit.

1. *Hæc dicit Dominus de Uncto*
ſuo Cyro. Quoniam ego apprehendi
manum ejus, ut abjiciam coram eo
gentes, ut cingulum regum ſolvam,
ut ante eum aperiam valvas, nec
portæ ullæ ſint clauſæ; 2. *Ego ſum*
ante te iturus, viaſque complanaturus;
ego valvas æratas frangam, ferreoſ-
que vectes avellam. 3. *Ego tradam*
tibi reconditos theſauros; ego tibi,
abditas opes; ut tu cognoſcas, me
eſſe Dominum Deum Iſrael, qui tuo
te nomine vocavi. 4. *Ego te vocavi*
nomine tuo, propter ſervum meum
Jacob & Iſrael, quem elegi; ego te
ornabo, antequàm tu me cognoſcas.
5. *Ego Dominus, nec, præter me,*
alius eſt; ego; Deus, priùs accin-
gam te, quàm tu me cognoſcas. 6. *Eò*
ut notum ſit ab oriente ſole uſque ad
occidentem, præter me, non eſſe
alium; ego Dominus, nec alius eſt
ſuper. 7. *Formans lucem creanſque*
tenebras, faciens ſecundas res, gene-
ranſque adverſas; ego Dominus om-
nia hæc faciens. 8. *Mittant cœli ex*
alto rorem, pluant de cœlo Juſtum;

1. כה אמר יהוה למשיחו לכורש
אשר החזקתי בימינו לרד לפניו גוים
ומתני מלכים אפתח · לפתח לפניו
דלתים ושערים לא יסגרו : 2. אני
לפניך אלך והדורים אושר · דלתות
נחושה אשבר ובריחי ברזל אגדע :
3. ונתתי לך אוצרות חשך ומטמני
מסתרים · למען תדע כי אני יהוה
הקורא בשמך אלהי ישראל : 4.
למען עבדי יעקב וישראל בחירי ·
ואקרא לך בשמך · אכנך ולא
ידעתני : 5. אני יהוה ואין עוד
זולתי אין אלהים · אאזרך ולא
ידעתני : 6. למען ידעו ממזרח
שמש וממערבה כי אפס בלעדי ·
אני יהוה ואין עוד : 7. יוצר אור
ובורא חשך · עשה שלום ובורא
רע · אני יהוה עשה כל אלה :
8. הרעיפו שמים ממעל ושחקים
יזלו צדק · תפתח ארץ ויפרו ישע ·
וצדקה תצמיח יחד · אני יהוה
בראתיו : 9. הוי רב את יצרו חרש
את חרשי אדמה · היאמר חמר
ליצרו מה תעשה · ופעלך אין ידים
לו : 10. הוי אמר לאב מה תוליד ·
ולאשה מה תחילין :
11. כה אמר יהוה קדוש ישראל

*aperiatur terra & germinet ſalvato-
rem : ut germen ſimul edat juſtitia :
ego Dominus eum creavi.* 9. *Væ ei ,
qui adverſatur ſuo Creatori. Væ teſ-
tæ , quæ ei , qui fingit lutum. Num
dicit lutum ei , qui ſe fingit , quid
facturus es ; ei , qui ſe elaborat , non
ſunt tibi manus ?* 10. *Væ ei , qui di-
cit patri : quomodò generabis ; vel
uxori : quomodò enitêris ad partum ?*
11. *Hæc dicit Dominus , Sanctus
Iſrael , qui eum formavit : interro-
gate me de iis , quæ filiis meis adven-
tura ſunt ; præſcribite mihi , manus
meæ quid ſint facturæ.* 12. *Ego feci
terram , & hominem ſuper eam crea-
vi ; manus meæ cœlos expanderunt ;
ego militiam eorum univerſam ad nu-
tum vocavi.* 13. *Ego eum excitavi
Ultorem futurum, viaſque ejus omnes
complanavi. Ille urbem meam ædifi-
cabit ; ille captivos meos ſine pretio
& ſine muneribus dimittet , dicit Do-
minus exercituum.* 14. *Hæc dicit
Dominus : conferent ſe ad te , &
Ægyptius laborum patiens , &
Æthiops mercator , & Sabæi , homi-
nes prægrandes ; illi tui erunt , poſt
tergum tuum ibunt , tranſibuntque
vinculis onuſti. Illi ſe ſe coram te
abjicient , & ſupplices erunt. Omni-
nò enim tecum Deus eſt , neque alius ,
præter Deum.* 15. *Tu certè Deus
abſconditus , Deus Iſrael Salvator.*
16. *Erubeſcant & ignominiâ noten-
tur ; ſimul accedant cum ſuâ infamiâ
omnes , quicunque ſimulacra fingunt.*
17. *Tu verò , Iſrael , conſequere in
Domino ſalutem ſempiternam ; non
erubeſces , nec perpetuâ in ignominiâ
verſaberis.* 18. *Hæc enim dicit Do-
minus , qui creavit cœlos , Deus
idem , qui formavit terram , firmam-
que ei ſedem fecit ; nec creavit eam , ut vaſta eſſet , ſed eam dedit eſſe habi-*

ויוצרו · האתיות שאלוני על בני · ועל
פעל ידי תצוני : 12. אנכי עשיתי
ארץ ואדם עליה בראתי · אני ידי
נטו שמים וכל צבאם צויתי : 13.
אנכי העירתהו בצדק וכל דרכיו
אישר · הוא יבנה עירי · וגלותי ישלח
לא במחיר ולא בשחד · אמר יהוה
צבאות : 14. כה אמר יהוה · יגיע
מצרים וסחר כוש וסבאים אנשי
מדה עליך יעברו ולך יהיו · אחריך
ילכו בזקים יעברו ואליך ישתחוו ·
אליך יתפללו · אך בך אל ואין עוד
אפס אלהים : 15. אכן אתה אל
מסתתר · אלהי ישראל מושיע :
16. בושו וגם נכלמו · כלם יחדו
הלכו בכלמה חרשי צירים : 17.
ישראל נושע ביהוה תשועת
עולמים · לא תבשו ולא תכלמו עד
עולמי עד : 18. כי כה אמר יהוה
בורא השמים · הוא האלהים יצר
הארץ ועשה הוא כוננה · לא תהו
בראה לשבת יצרה · אני יהוה ואין
עוד : 19. לא בסתר דברתי
במקום ארץ חשך · לא אמרתי
לזרע יעקב תהו בקשוני · אני יהוה
דבר צדק מגיד מישרים : 20.
הקבצו ובאו התנגשו יחדו פליטי
הגוים · לא ידעו הנשאים את עץ
פסלם ומתפללים אל אל לא יושיע :
21. הגידו והגישו אף יועצו יחדו ·
מי השמיע זאת מקדם מאז הגידה ·
הלוא אני יהוה ואין עוד אלהים
מבלעדי · אל צדיק ומושיע אין
זולתי : 22. פנו אלי והושעו כל
אפסי ארץ · כי אני אל ואין עוד :
23. בי נשבעתי · יצא מפי צדקה
דבר ולא ישוב · כי לי תכרע כל
ברך תשבע כל לשון : 24. אך
ביהוה לי אמר צדקות ועז · עדיו
יבוא ויבשו כל הנחרים בו : 25.
ביהוה יצדקו ויתהללו כל זרע
ישראל :

tabilem ; ego Dominus, nec eſt, præter me, alius. 19. *Non ego hæc clam*
loquor, neque in tenebris abdito terræ loco. Non ego nequicquam mandavi ſe-
mini Jacob, ut me requireret ; ego Dominus loquor in veritate, plana verba
proferens. 20. *Convenite, adeſte, congregamini ſimul, qui de gentibus eva-*
ſiſtis. Hæc non nôrunt, qui lignum portant, quod exſculpſerunt; qui Deum
orant, ipſos non liberaturum. 21. *Accingant ſe ſe & accedant, conſilium*
unà conferant. Quis hæc anteà audita fecit, jamque olim prædixit ? Non-
ne ego Dominus, præter quem non eſt alius Deus ? Ego Deus verax ; ne-
mo eſt, præter me, ut afferat ſalutem. 22. *Reſpicite me, ut ſalutem habea-*
tis, univerſi terræ fines ; ego enim Deus, nec præter me alius. 23. *Ego per*
memetipſum juravi ; profecta eſt ex ore meo veritas. Verbum meum ad me
non revertetur. Flectetur mihi omne genu ; omnis lingua per Dominum ju-
rabit. 24. *Certè veritas ejus & gloria celebrabitur ; teſtes ejus venient, eru-*
beſcentque omnes, qui ei adverſantur. 25. *Omne ſemen Iſrael in Domino*
juſtitiam habebit, & laudem conſequetur.

---

1. למשיחו לכורש, *de Uncto ſuo Cyro.* Vulgatus & Græci Intt. legunt למשיחי, *Uncto meo ;* itaque ſequentia hæc, אשר החזקתי בימינו, convertunt, *cujus apprehendi manum.* Nobis non licuit convertere אשר, *cujus*, quia ſequimur hod. ſcriptionem למשיחו, *Uncto ſuo*, neque adeò ſeriem bonam haberet *apprehendi*, perſonâ primâ, poſt *ſuo*, quod eſt tertiæ. Itaque interpretamur אשר, *quoniam*, ut Deum poſteà inducamus loquentem, dicentemque, *apprehendi.*

2. הדורים אושר : Conantur Veteres hæc interpretari, nec poſſunt. Nimirum Vulgatus, *glorioſos... humiliabo*, quanquam ישר non ſignificat *humiliare.* Græci Intt. *montes complanabo*, quia pro הדורים, legunt הררים. Sed in Sacris Codicibus *montes* dicuntur potiùs *deprimi*, quàm *complanari ;* qui ſignificatus adhiberi ſolet in *viis*, non in *montibus.* Syrus, *ſalebroſum complanabo ;* nec tamen habet הדור, *ſalebroſum.* Chaldæus *muros...* ex aliâ ſcripturâ, fortè ex שורים. Nos ex verſu 13. emendamus, ut ſit דרכים, *vias*, deinde אישר, *rectas faciam*, vel *complanabo.* Id enim appoſitè venit poſt *ante te ibo.*

4. ואקרא, *& vocavi.* Seriem intercipit conjunctio, nec eam legunt Syrus & Græci Intt. *Propter ſervum meum... vocavi te.*

8. ויפרו ישע, *& producant ſalvatorem.* Meliùs Vulgatus, *germinet ſalvatorem*, legens, ויפר ישע, de terrâ dictum ; cujus femininum genus convertitur in maſculinum per ו converſivum ; legunt etiam ויפר, numero ſingulari, Syrus & Græci Intt. Hæc Grotius in Cyro uno dicta eſſe vult » quem *patrem populorum* appellârunt omnes ; nempe fore ut terra plena ſit juſtitiæ ac » felicitatis, non aliter quàm plena humoris eſſe ſolet, cœlo largè pluente. Similis locutio » Pſalm. LXXII. 6. 7. « Allegat nos Grotius ad Pſalmum eum, quem de Chriſto Domino eſſe omnes confitentur, nec videt nimis hæc magnificè ab Iſaiâ prædici, quàm ut ſpectent ad hominem mortalem. Itaque etiam tranſit Propheta ex ſalute per Cyrum affuturâ, ad aliam ſalutem per Meſſiam, cujus ortum ſic deſcribit, ut cœli & terræ expectationi reſponſurum. Cyrum deſcripſit Iſaias, ut virum bellatorem, minimè verò ut juſtitiæ ac felicitatis autorem. Et fieri vix poterat, ut is rex, qui, compoſitis bellis, quæ annis triginta egerat, vix annis ſeptem, vel octo, tranquillâ pace vixerat, talis eſſet, ut, eo regnante, juſtitia de cœlo in terras delapſa eſſe videretur.

9. & 10. ופעלך אין ידים לו : Vulgatus, *& opus tuum abſque manibus eſt.* Hæc ſententia non convenit membro priori : conveniet, ſi legitur, לפעלו, *factori ſuo*, ut anteà ליצרו ; deinde לך, *tibi*, non לו, *illi ;* legit לך Syrus ; atque id pronomen perſonæ ſecundæ reſpondet ſecundæ perſonæ תעשה, membri prioris : vide verſionem. Poſtquàm Iſaias prædixit Meſſiæ in terras adventum, deſcribit Judæos ſuo creatori adverſarios factos, eique dicentes, *in quâ poteſtate hæc facis ?* Sic ſequenti verſu iidem Chriſti Domini adverſarii dicunt ei, *quomodò generabis*, dum eum recuſant habere, ut novæ Legis conditorem.

13. העירתהו בצדק : Tres Codices העירותיהו, non omiſſo י primæ perſonæ, ut eſt legendum. בצדק..., *pro juſtitiâ*, ſive *ultorem*, de quâ interpretatione vide ſuprà ad caput 41. v. 2. ...הוא יבנה עירי, *ille ædificabit urbem meam.* Nam per Edictum Cyri licentia data eſt Judæis Templi ædificandi, quod fieri vix poterat, niſi etiam ruinæ quædam urbis Jeruſalem excitarentur, ut domicilium haberent, qui Templo erant miniſtraturi. Et Perſarum regum Edicta ſequentia quibus ædificandæ urbis licentia data eſt, propterea promulgata ſunt, ut ratum fieret Cyri Edictum.

14. יגיע, *labor.* Meliùs יגע, vel יוגע, *laborans*, aut *qui operas exercet* (*Ægypti*) ut perſonæ

ſignificetur, non res; nam ſequentia verba, *venient*, *adorabunt*, de perſonis dicuntur; propterea ſeries vult *laborantem*, non *laborem*.

15. אכן אתה אל מסתתר, *certè tu es Deus abſconditus*, facturus per Cyrum ſervum tuum res mirabiles, quæ tamen ſine tuo numine fieri videbuntur.

19. במקום ארץ חשך, *in loco terræ tenebrarum*, ſive in cryptâ, vel in antro, ut erant loci, ex quibus oracula falſorum Deorum fundebantur. ...מגד מישרים, *enuntians recta*, ſive *plana*, in oppoſitione cum ambiguitate oraculorum. Hæc appoſitè Iſaias, poſtquàm de Cyro multa prædixit, quoniam, Cyro cum Lydiis pugnaturo, reſponſum fuerat Cræſo, regi Lydiorum, per ambiguitates tales; *Cræſus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.* Vide Tullium Libro 2. *de Divinatione.*

21. הגידו, *annuntient.* Nos, *accingant ſe ſe*, ex radice גדד, Arab. גד, ut anteà cap. 44. v. 7. ubi vide. Sequitur, *accedant*; ergò non dixerit Iſaias, *annuntient*, antequàm dixiſſet, *accedant*; nam prius eſt *accedere*, quàm *nuntiare.*

23. & 24. בי נשבעתי, *per me juravi.* Mox prædicta eſt ſalus omnium gentium, quam Deus *jurat* ſe allaturum, quia ſine ullâ conditione promittitur. ...צדקה דבר ולא ישוב: Vulgatus, *juſtitiæ verbum*; quanquam gignendi caſus nunquam antecedit alterum nomen, à quo regitur. Itaque etiam Græci Intt. ſeparant צדקה à vocabulo דבר, quod ad ſequentia nectunt. Iidem, דבר ולא, legunt דברי לא, *verbum meum non* (*revertetur*) quorum ſequimur Scripturam; nec non hanc poſteriorem לשון ביהוה: אך לו אמר, (*jurabit omnis*) *lingua per Dominum. Certè de eo dicetur...* ubi hod. Codices, לשון: אך ביהוה לי אמר, (*jurabit omnis*) *lingua*, *certè in Domino mihi*, vel *de me*, *dicetur...* Hæc enim ordinem ſeriemque non habent, quæ attento Lectori placere poſſint, cùm non addatur, *quid*, vel *per quem* omnis lingua ſit juratura, & cùm לי, *de me*, conſociari non poſſit cum affixis perſonæ tertiæ, quæ mox ſequuntur. ...יבוא, *veniet*: Lege יבאו, *venient*, quem numerum Veteres exhibuêre. Vide Syrum, Vulgatum, & Codicem Alexandrinum.

CAPUT XLVI.

Cecidêre Idola Bel & Nebo, & jumentis abducta ſunt. Ego Iſrael, quanquam ſeneſcentem, liberabo. Excitabo ab oriente alitem, conſilii mei miniſtrum; ſalus Sion non diu tardabit.

1. *Procumbit Bel, Nebo frangi-*
tur; ſimulacra eorum, quorum ſub
pondere laſſus homo fatiſcebat, por-
tanda tradam beſtiis ac jumentis.
2. *Hæc conquaſſantur & ſimul ja-*
cent, nec poterunt evitare, ne ſar-
cinæ fiant; captivum ibit ipſorum
numen. 3. *Audite me, domus Ja-*
cob, & omnes reliquiæ domûs Iſrael,
vos qui ab utero geſtamini, qui à
vulvâ ſuſcepti eſtis. 4. *Ego vos uſ-*
que ad ſenectam; ego idem vos uſque
ad canos ſum geſtaturus; ego, ut fe-
ci, vos tollam; ego vos portabo &
liberabo. 5. *Cuinam vos me ſimilem*
facitis, & æquiparatis? Cuinam
comparatis me, ut ego eum ſimilitu-
dine referam? 6. *Homines ejiciunt*
aurum crumenâ, pendunt lance ar-

1. כרע בל · קרס נבו · היו
עצביהם לחיה ולבהמה · נשאתיכם
עמוסות משא לעיפה : 2. קרסו
כרעו יחדו · לא יכלו מלט משא ·
ונפשם בשבי הלכה :
3. שמעו אלי בית יעקב וכל
שארית בית ישראל העמסים מני
בטן הנשאים מני רחם : 4. ועד
זקנה אני הוא ועד שיבה אני
אסבל · אני עשיתי ואני אשא · ואני
אסבל ואמלט :
5. למי תדמיוני ותשוו · ותמשלני
ונדמה : 6. הזלים זהב מכיס וכסף
בקנה ישקלו · ישכרו צורף ויעשהו
אל · יסגדו אף ישתחוו : 7. ישאהו
על כתף יסבלהו · ויניחהו תחתיו
ויעמד · ממקומו לא ימיש · אף
יצעק אליו ולא יענה · מצרתו לא
יושיענו :

8.

gentum ; aurificem mercede conducunt, ut faciat Deum, cui se prosternant, & quem adorent. 7. Ille eum humero tollens, affert onus, quod ponit suâ in sede: en stat firmus, nec suo loco movebitur. Eum deinde quisque implorat; quem quidem ille non exaudit; neque enim quemquam eripiet suis ex angustiis. 8. Hæc vos recordamini & fortes este, ut prævaricatores ad cor suum reducatis. 9. Retinete memoriâ quæ jam olim extiterunt; ut ego sum Deus, nec aliud est, præter me, numen; nec mei quisquam similis. 10. Ut ego à principio, quæ futura erant, prædixi; ut ego, à primâ ætate, quæ nunquam evenerant; ut ego dixi: stabit consilium meum, & omnia, quæ mihi placebunt, exsequar. 11. Ut ego alitem ab Oriente vocavi, è terrâ longè remotâ, consilii mei ministrum. Ego verò id, quod decrevi, adducam; ego hæc estis, quæ cogitavi, perficiam. 12. Audite à me dura corda, qui longè à justitiâ. 13. Ego fidem meam brevi præstabo, nec longè aberit; non tardabit salus; dabo in Sion salutem; in Israel, gloriam meam.

8. זכרו זאת והתאששו · השיבו
פושעים על לב ׃ 9. זכרו ראשנות
מעולם · כי אנכי אל ואין עוד
אלהים ואפס כמוני ׃ 10. מגיד
מראשית אחרית ומקדם אשר לא
נעשו · אמר עצתי תקום וכל חפצי
אעשה ׃ 11. קרא ממזרח עיט
מארץ מרחק איש עצתו · אף דברתי
אף אביאנה · יצרתי אף אעשנה ׃
12. שמעו אלי אבירי לב הרחוקים
מצדקה ׃ 13. קרבתי צדקתי לא
תרחק ותשועתי לא תאחר · ונתתי
בציון תשועה לישראל תפארתי ׃

---

1. קרס נבו, *frangitur Nebo*, ex potestate Chaldaicâ קרס, *frangere*, olim Hebraicâ. *Nebo* alius Deus est, quàm *Bel*, ut liquet ex affixo plurali עצביהם, *simulacra eorum*. Si enim *Bel* & *Nebo* ejusdem Dei duo nomina essent, esset affixum singulare. Quippe affixa in talibus exemplis non sunt nominum, sed personarum, vel rerum. Non rectè igitur Edm. Calmet concedebat, esse posse unum eundemque Chaldæorum Deum *Bel* & *Nebo*; quî & videtur eâ in re pugnare ipse secum. Nam, quòd ait, sæpe Hebræos unam & eandem rem eodem in versu, diversis iterare verbis, hoc quidem conceditur; sed inde colligitur, si eadem res agitur, non igitur affixa esse debere rerum diversarum, seu numeri pluralis. ...נשאתיכם: Omnes Veteres, præter Vulgatum, legunt נשאתיהם, cum affixo tertiæ personæ: verbum pro verbo (*& ad jumenta*) *portabo illa*, sive *tradam portanda jumentis*; hoc est, jumentis onerariis captiva hæc deportabuntur, nec jam tollentur humeris hominum ad pompam & religionem. Vide Prophetam Baruch cap. 6. de eo more Babyloniorum. ...משא לעיפה, *onus lasso*. Adjectivum עיפה de hominibus dicitur, qui Babylonica Idola humeris supportabant, non de jumentis. Propterea nos in Versione, *lassus homo*...

2. לא יכלו מלט משא, *non poterunt evitare sarcinam*; hoc est, *ne sarcinæ fiant*. ...נפשם, *anima eorum*. Est נפש, *anima*, idem ac *persona*; ubi autem Deus agitur, *numen*; hoc quidem loco numen inane, ut est numen Deorum, qui Dii non sunt.

3. & 4. העמסים מני בטן, *qui ab utero gestamini*. Est hæc oppositio contrariarum rerum. Dii Babylonici indigent ut supportentur; vos verò à Deo vestro gestamini, jam inde ex quo nati estis. Iidem cum imperio Babylonico senescente senuerunt & extincti sunt; vos verò usque ad senectam à Deo vestro sustentabimini. Quæ verba indicant, Judæos, quandiù erunt, curæ Deo fore, donec eos, mundo senescente, ad se reducat, convertatque *corda patrum in filios*.

5. ותמשלני: Lege ותמשלוני, numero plurali, *& me comparatis*. Non omittunt ו plurale quinque Codices, nempe duo Regii & tres Oratorienses.

7. אף יצעק אליו, *etiam clamat ad eum*. Græci Intt. ὃς ἐὰν βοήσῃ, *quisquis clamaverit*. Legere videntur, non אף, sed איש, *quisque*, quod præstat. Nam eo pronomine distinguitur artifex Idoli, de quo anteà, ab eo qui implorat Idolum.

8. והתאששו: Vulgatus, *& confundamini*. Legit, והתבששו. Syrus, ואתבינו, *& animadvertite*, legit, והתבוננו. Græci Intt. καὶ στενάξατε, *& ingemiscite*, quasi legant, והתאנחו. Chaldæus, ואתקפו, *& fortes este*, retinens hodiernam scriptionem, quæ quidem plana est. Idem rectè השיבו, *revocate* (*prævaricatores ad cor*) Deo monente captivos Judæos & à Cyro jam jam liberandos, ut ca-

veant & curent diligenter, ne deinceps patiantur eſſe in ſuâ gente Idolorum cultores. Quæ quidem ut monitio eſt, ita & vaticinatio. Neque enim ullibi legitur Judæos, poſt Babylonicam captivitatem adoraſſe Deos alienos. Vulgatus, *redite prævaricatores ad cor;* quanquam השיבו in *Hiphil*, vult *revocate;* atque ad illud *revocate* præparat verbum prius, *fortes eſte.*

10. אשר לא נעשו : Nos, *quæ nunquam evenerant*, quaſi, quæ conditionem non habebant, ut evenire poſſent, ſeu quæ præter hominum expectationem, aliquandò etiam præter rerum naturam, evenerunt. Nam ita ſæpe verbum נעשה in paſſivâ voce cum negatione uſurpatur, pro eo, quod fieri, vel non ſolet, vel non debet.

11. קרא ממזרח עיט, *vocans ab oriente alitem.* Eſt *ales* Cyrus, ſeu propter ejus celeritatem, ſeu propter ejus militaria ſigna, quæ habebant in ſummitate aquilam expanſis alis. ...עצתו : Rectè Maſora עצתי, *conſilii mei.* Nam Deus loquitur.

CAPUT XLVII.

Sede in pulvere, filia Babylonis. Non te ampliùs nominabunt Reginam regnorum, nec te liberabunt Magi & Aſtrologi tui.

1. Deſcende, ſede in pulvere,
virgo filia Babel; ſede humi; non
ſupereſt thronus filiæ Chaldæorum;
nec perficies, ut te homines adhuc
appellent teneram & delicatam.
2. Apprehende molam, & comminue
farinam, tolle peplum tuum, pande
longos crines, tranſi crure nudo flu-
vios. 3. Nuditas tua detegetur, &
palam fiet opprobrium tuum; ego ul-
tionem ſumam, nec me homo faciet
exorabilem. 4. Redemptor noſter is
eſt, cui nomen Dominus exercituum,
Sanctus Iſrael. 5. Sede ſilens, & ab-
de te in tenebras, filia Chaldæorum;
non perficies ampliùs, ut homines te
regnorum nominent Reginam. 6. E-
go, cùm populo meo iratus eſſem,
contaminavi hæreditatem meam, tra-
didique eam tibi; tu verò eis non tri-
buiſti miſericordiam; tu ipſos ſenes
tuo jugo prægravaſti. 7. Dixiſti:
Ego ero in perpetuum Regina; nec
talia mente præcipiebas, aut noviſſi-
ma tua memineras. 8. Sed nunc au-
di hæc, delicata, quæ ſecura ſedes,
quæque hæc tecum agitas; ego illa
ſum, nec altera, præter me, eſt;

1. רדי ושבי על עפר בתולת
בת בבל · שבי לארץ · אין כסא בת
כשדים · כי לא תוסיפי יקראו לך
רכה וענגה : 2. קחי רחים וטחני
קמח · גלי צמתך · חשפי שבל · גלי
שוק · עברי נהרות : 3. תגל
ערותך גם תראה חרפתך · נקם
אקח ולא אפגע אדם : 4. גאלנו
יהוה צבאות שמו קדוש ישראל :
5. שבי דומם ובאי בחשך בת
כשדים · כי לא תוסיפי יקראו לך
גברת ממלכות : 6. קצפתי על
עמי · חללתי נחלתי ואתנם בידך ·
לא שמת להם רחמים · על זקן
הכבדת עלך מאד : 7. ותאמרי ·
לעולם אהיה גברת · עד לא שמת
אלה על לבך · לא זכרת אחריתה :
8. ועתה שמעי זאת עדינה הישבת
לבטח · האמרה בלבבה · אני ואפסי
עוד · לא אשב אלמנה ולא אדע
שכול : 9. ותבאנה לך שתי אלה
רגע ביום אחד שכול ואלמן · כתמם
באו עליך ברב כשפיך בעצמת
חבריך מאד : 10. ותבטחי ברעתך ·
אמרת אין ראני · חכמתך ודעתך
היא שובבתך · ותאמרי בלבך · אני
ואפסי עוד : 11. ובא עליך רעה
לא תדעי שחרה · ותפל עליך הוה

לא תוכלי כפרה·ותבא עליך פתאם
שאה לא תדעי׃ 12. עמדי נא
בחבריך וברב כשפיך באשר יגעת
מנעוריך·אולי תוכלי הועיל·אולי
תערוצי׃ 13. נלאית ברב עצתיך·
יעמדו נא ויושיעך הברו שמים
החזים בכוכבים·מודיעים לחדשים
מאשר יבאו עליך׃ 14. הנה היו
כקש אש שרפתם·לא יצילו את
נפשם מיד להבה·אין גחלת לחמם
אור לשבת נגדו׃ 15. כן היו לך
אשר יגעת סחריך מנעוריך·איש
לעברו תעו·אין מושיעך׃

ego nec vidua ero, nec sentiam sterilitatem. 9. Etenim hæc in te duo repente venient; hæc uno eodemque die; sterilitas & viduitas simul adversùm te, quasi gemelli, venient, dum præstigiatores tui multi erunt, dum maximè vigebunt tui incantatores. 10. Tu in tuâ improbitate præsidens fuisti; tu dixisti: non est, qui me intueatur; tua te sapientia & scientia perverterunt; tu enim hæc apud te agitabas; ego illa sum, nec altera, præter me est, 11. Ergò ingruet tibi calamitas, cujus exordia non præceperas; ærumnæ te obruent, quas avertere non valebis; imminebit in te repentè clades, quam non suspicabaris. 12. Tuere te nunc cum tuis incantationibus divinationibusque illis multis, in quibus operam posuisti, jam inde ex quo adolescebas; si fortè quicquam proficies, aut superior eris. 13. Fatigat te tuorum multitudo consiliorum; adsint, liberentque te cœli contemplatores, speculatores stellarum, qui per singulos menses, tibi quæ adventura sunt, indicant. 14. En ignes quos accendent, quasi stipula ignis erunt, nec eos de flammâ eripient. Non jam prunæ erunt, ex quibus suscipiatur calor: non focus, ad quem sedeant. 15. Tales tibi erunt illi deceptores, quibus tu à teneris annis operam dedisti; unusquisque dilabetur, quà fuga dabitur: nec te quisquam liberabit.

---

1. בתולת בת בבל, *virgo, filia Babel.* Dicitur Babylon *virgo*, non quia nondum capta fuerat, ex quo eam rex Nabuchodonosor instaurârat, novamque urbem fecerat; nam sæpe Jerusalem dicitur, *virgo filia Sion*, quanquam fuerat ab hostibus non semel expugnata; sed quia hoc est similitudinis, seu Allegoriæ, fundamentum; in quâ Allegoriâ Babylon exhibetur, ut puella virgo tenera & delicata, quoniam eadem Babylon affluebat omni genere deliciarum.

2. גלי צמתך, *tolle peplum tuum*, ex צמם, *operire.* Sic in Cantico canticorum cap. 4. *oculi tibi sunt columbarum sub peplo tuo*, (צמתך.) Ita etiam hoc loco Syrus & Græci Intt. ...חשפי שבל, *pande*, vel *evolve*, *longos crines.* Est שבל, ut observat, ex R. Mose, Edm. Castellus, *pilus descendens in maxillas.* De crinibus etiam interpretantur Syrus & Græci Intt. Quanquam nescio cur πολιάς, *canos capillos*; nam radix est שבל Arabicè, *crescere*, *adolere*, non autem *canescere.* Erat mos fœminarum in luctu, caput nudare, & ostendere se passis crinibus.

3. ולא אפגע אדם: Est פגע, *occurrere*, *intercedere*: Necesse est interpretari per vocem *Hiphil* activam, tanquam אפגיע, *non faciam occurere*, vel *non sinam intercedere*, vel etiam *exorare hominem.* Sed suspicio est, olim scriptum fuisse יפגע, *occurret*, *orabit*, vel *exorabit.* Sæpe fuit א, pro י, scriptum; & י, pro א, ob similem pronuntiandi modum.

7. עד לא שמת אלה על לבך: Verbum pro verbo, *donec*, vel *quandiù hæc non ponebas in corde tuo.* ...אחריתה: Rectè Vulgatus, *novissimi tui*, non omisso affixo; nam legendum esse אחריתך, ostenditur ex זכרת, personâ secundâ, *meministi.* Omittunt cæteri affixum, non quia crederent, in אחריתה esse ה paragogicum; id enim sine exemplo est; sed quia viderunt illud ה, *ejus*, esse mendosum. Babylon exhibetur, ut secura; nec de ruinâ suâ futurâ cogitans, quia munimenta habebat excelsiora, quàm ut vi expugnari posset, & prætereà rebus ad victum necessariis erat instructior, quàm ut fame premeretur. Erant enim mediâ in Babylone agri patentes, ex quibus annona suppeditabatur.

9. כתמם: Nos, *quasi gemelli*, ex radice תום, vel תאם, unde תמים, *gemelli.* Hoc appositè ad feminam, quæ præ se ferat se, nec viduitatem timere, nec sterilitatem; ut ei de-

nuntietur, utramque adventuram ſimul eodemque tempore, quaſi infantes gemellos, qui clauſtris maternis præter opinionem ſubitò erumpunt. Fuit Babylon, non modò *vidua*, quia non jam Metropolis, poſt Cyri expugnationem, ſed etiam *ſterilis*, quia inhabitata, ut alibi dictum eſt, & adhuc dicendum, in explicandis de Babylonis clade vaticinationibus Prophetarum.

13. וישיעך : Lege, ויושיעוך, *& liberent te*, numero plur. Ita Codex Regius 3. & Oratorienſis 42. ...חברו : Rectè Maſora חברי, *contemplatores* (*cælorum*) מאשר... יבאו עליך : Jungit hæc Forerius cum verbo ויושיעוך, quaſi dicat Iſaias, *& liberent te... de iis, quæ tibi adventura ſunt;* nec videt ſe relinquere verbum מודיעים ſine caſu, nec rei, nec perſonæ. Meliùs jungeretur מאשר cum verbo מודיעים, *qui indicant tibi... de iis, quæ...* ita ut præpoſitio מ ſignificet *partem aliquam*, ut alibi ſæpe. Sed multò meliùs tollitur מ, quod videtur ex altero מ, quod antecedit, iteratum; ut ſit אשר caſus verbi מודיעים. Ita legunt omnes Veteres in Polyglottis: vide eos.

14. הנה היו כקש אש שרפתם : Verbum de verbo: *ecce quaſi ſtipula ignis* (vel *accenſa*) *ignis, quem accendunt.* Ille *ignis* intelligendus, quem Magi accendebant, & quo abutebantur in magicis ſuis artibus. Iſte ignis non plus eis proficiet, quàm ſtipula accenſa, quæ citò extinguitur; quippe ingruet repentè flamma vorans, quæ feriet Magos & diſſipabit, antequàm ad focum ſuum ſedere poſſint, ex eoque ſuſcipere calorem. Hæc tota eſt hujus loci allegoria & ſententia. שרפתם indicat ignes Magicos; כקש אש docet, cui ſint igni ſimiles iſti magici foci. Denique להבה indicat flammam à Deo profectam, quæ diſſipatura ſit & artes magicas & Magos. Propterea ſequenti verſu additur fore, ut Magi diſſipentur, fugiantque huc & illuc.

15. סחריך : Nos, *tui deceptores*, ex poteſtate Arabicâ סחר, *decipere, faſcinari, præſtigiis uti, præſtigiæ, faſcinationes*, quæ quidem frequentiſſima eſt; ut facilè credas eandem fuiſſe etiam poteſtatem Hebr. vocabuli סחר. Perſpicuum eſt ex iis verbis, כן היו לך, *ſic ſunt tibi...* eoſdem homines tangi, de quibus ſuprà dictum, atque adeò *faſcinatores*, non *mercatores*; quanquam ita plerique Interpretes.

CAPUT XLVIII.

Qui jurant per nomen Domini, non ſincerè agunt. Non credunt Domino futura prædicenti; ſed differt Deus iram ſuam... Exite Babylone cum lætis cantibus.

1. *Audiat hæc domus Jacob, quæ*
nomine Iſrael appellatur, deque Ju-
da orta eſt: audiant, quicunque ju-
rant per nomen Domini, Deumque
Iſrael memorant, corde non recto,
nec ſincero: 2. *Cùm de ſanctâ civita-*
te nomen ſumunt, atque in Deo
Iſrael, cujus eſt nomen Dominus
exercituum, ſpem ponunt. 3. *Ego,*
quæ anteà extiterunt, prædixeram
jam dudum. Hæc ex ore meo exie-
rant: hæc fuerunt vobis per me audi-
ta: hæc celeriter feci, ut evenirent:
4. *Quia cognôram, ut tu durus*
es, ut ferreus eſt colli tui nervus &
frons tua ærea: 5. *Ego hæc jam olim*
tibi nuntiâram, &, priuſquàm fie-

1. שמעו זאת בית יעקב
הנקראים בשם ישראל וממי יהודה
יצאו · הנשבעים בשם יהוה ובאלהי
ישראל יזכירו לא באמת ולא
בצדקה : 2. כי מעיר הקדש נקראו
ועל אלהי ישראל נסמכו · יהוה
צבאות שמו : 3. הראשנות מאז
הגדתי ומפי יצאו ואשמיעם · פתאם
עשיתי ותבאנה : 4. מדעתי כי
קשה אתה · וגיד ברזל ערפך
ומצחך נחושה : 5. ואגיד לך מאז·
בטרם תבוא השמעתיך · פן תאמר·
עצבי עשם ופסלי ונסכי צום : 6.
שמעת חזה כלה ואתם הלוא
תגידו · השמעתיך חדשות מעתה·
ונצרות ולא ידעתם : 7. עתה
נבראו ולא מאז ולפני יום ולא
שמעתם·

שמעתם · פן תאמר הנה ידעתין :
8. גם לא שמעת גם לא ידעת
גם מאז לא פתחה אזנך · כי ידעתי
בגוד תבגוד ופשע מבטן קרא לך :
9. למען שמי אאריך אפי · ותהלתי
אחטם לך לבלתי הכריתך : 10.
הנה צרפתיך ולא בכסף · בחרתיך
בכור עני : 11. למעני למעני
אעשה · כי איך יחל · וכבודי לאחר
לא אתן :
12. שמע אלי יעקב וישראל
מקראי · אני הוא אני ראשון אף אני
אחרון : 13. אף ידי יסדה ארץ
וימיני טפחה שמים · קרא אני אליהם
יעמדו יחדו : 14. הקבצו כלכם
ושמעו · מי בהם הגיד את אלה ·
יהוה אהבו · יעשה חפצו בבבל וזרעו
כשדים : 15. אני אני דברתי אף
קראתיו · הבאתיו והצליח דרכו :
16. קרבו אלי · שמעו זאת · לא
מראש בסתר דברתי מעת היותה
שם אני · ועתה אדני יהוה שלחני
ורוחו : 17. כה אמר יהוה גאלך
קדוש ישראל · אני יהוה אלהיך
מלמדך להועיל מדריכך בדרך
תלך : 18. לוא הקשבת למצותי ·
ויהי כנהר שלומך וצדקתך כגלי
הים : 19. ויהי כחול זרעך וצאצאי
מעיך כמעותיו · לא יכרת ולא ישמד
שמו מלפני : 20. צאו מבבל ·
ברחו מכשדים · בקול רנה הגידו ·
השמיעו זאת · הוציאוה עד קצה
הארץ · אמרו · גאל יהוה עבדו יעקב :
21. ולא צמאו בחרבות הוליכם ·
מים מצור הזיל למו · ויבקע צור
ויזבו מים : 22. אין שלום אמר
יהוה לרשעים :

rent, audita feceram, ne cauſa eſſet, cur tu diceres: Idola hæc mea effecerunt; quæ fudi, ſimulacra, hæc decreverunt.
6. *Quæcunque audieras, exitum habuêre; voſque ipſi hæc renarratis. Ego actutùm nova nuntio, quæ abſcondita ſunt, ut tu hæc videre non poſſis.*
7. *Hæc habent cauſas efficientes modò, nec jam dudum, ſed ante ipſum diem, quas nondum audiſti; neque erit ut dicas: hæc ego præcognoveram.*
8. *Tu tamen non audis, nec intelligis, & jam longum tempus eſt, cùm tuæ aures apertæ non ſunt. Ego enim novi te pertinaciter rebellem, te ab utero matris nomen habere prævaricatorem.*
9. *Tamen iram meam diſtuli propter nomen meum, gloriamque adversùm te meam intercluſi, ne te penitus delerem.*
10. *Ego te purgabo, non quaſi argentum; ego explorabo te fornace ærumnarum.*
11. *Propter me ego, propter me id ſum facturus; nam cur ego me violari patiar? Ego non dabo alteri gloriam meam.*
12. *Audi me Jacob; tu, Iſrael, quem nominavi. Ego ille ſum; ego primus, idemque noviſſimus.*
13. *Manus mea fundavit terram; dextera mea expandit cœlos. Ego Dominus vocavi eos, & unà omnes adfuerunt.*
14. *Convenite omnes & attendite, num quis ex vobis ſit talia prædicturus: dilectum Domino eum fore; eum in Babylone voluntati ejus, in Chaldæis brachio ejus ſerviturum?*
15. *Ego, ego ſum, qui hæc loquor; ego vocavi eum & adduxi, proſperumque iter habebit.*
16. *Accedite ad me, & hæc audite. Hæc ego jam dudum non abſconditè loquor, ex quo iſtud meum munus eſt. Et certè miſit me Dominus Deus, & ſpiritus ejus.*
17. *Hæc dicit Dominus, Redemptor tuus, Sanctus Iſrael: ego Dominus Deus tuus, qui tibi præmonſtro id, quod ſit profuturum; qui tibi monſtro viam, quam tu teneas.*
18. *Utinam tu præceptis meis obtemperaſſes; fuiſſet enim, ceu*

flumen, pax tua, & justitia tua, quasi fluctus maris. 19. *Semen tuum simi-*
le fuisset arenis; de tuo utero nati, earum lapillis; nec interiret coram me
nomen tuum. 20. *Egredimini Babylone, fugite à Chaldæis; hæc nuntiate*
lætis vocibus; hæc prædicate, & perferte ad ultimas terras: dicite, redemit
Dominus servum suum Jacob. 21. *Illi verò in solitudinibus, ipso eos ducen-*
te, non sitierunt; eduxit illis aquam de petrâ; scissæ sunt rupes, & aquæ
manârunt. 22. *Tamen non erit pax impiis, dicit Dominus.*

---

1. שמעו זאת : Nos, *audiat hæc* (*domus Jacob*) ut sit Latino in sermone concordia personarum cum verbis sequentibus יצאו & יזכירו, quæ tertiæ sunt personæ; duæ illæ tertiæ personæ congruunt cum בית יעקב, quæ verba transierunt à personâ secundâ ad tertiam per Participium הנקראים, interjectum, in quo Demonstrativum ה omnium est personarum. ...ממי יהודה, *ex aquis Judæ.* Statuunt novi Interpretes, fuisse apud Hebræos pro *semine*, seu progenie, *aquas;* neque tamen afferunt similitudinis talis ullum exemplum; ut facilè credas *aquas* istas ex mendo Librariorum, non verò ex Hebr. Linguæ indole fuisse natas. Certé Chaldæus habet ומזרעית, *& de progenie*, ne progeniem *aquas* vocaret. Et, quoniam Græci Intt. convertunt ἐξ Ἰούδα, *de Juda*, non dubium est, eos habuisse Germanam scriptionem מיהודה, non verò hanc hodiernam, ממי יהודה. Videbatur ipsi Hieronymo peregrina hæc similitudo, cùm eam sic exponebat. » *Et de* » *aquis*, inquit, *Juda*, *existis*, σεμνοτέρως, *aquas* vocans pro semine; ut nequaquam eos virtu- » tum Patriarcharum filios ostenderet esse, sed carnium. « Nam si *aquæ* pro *semine* usurpari solebant, non opus erat illo σεμνοτέρως, seu verbo honestiori.

6. שמעת חזה כלה : Etiam hìc Græcos sequimur, ut legamus זאת, pro חזה; *audisti hæc* (*omnia.*) Nihil anteà dictum fuit de חזה, *visione;* itaque parùm appositè, *audisti visionem omnem.* Syrus sic interpretatur, quasi legeret, שמעת וחזית, *audisti & vidisti*, quæ scriptio non contemnenda.

7. עתה נבראו ולא מאז : Verbum pro verbo, *nunc creantur*, *& non jam olim;* sive nunc parantur, & habent causas suas. Significat Babylonis Babylonicique Imperii ruinam, cujus initia parabantur in seditionibus ac bellorum tumultibus, ex quibus emersit Medorum Imperium, qui deinde, junctis viribus Persarum, Chaldæorum Imperium everterunt; quâ ex rerum conversione accidit, ut Captivi Judæi Babylone reverterentur in terram suam. Exprobrat Judæis, quòd non credant sibi, nec captivitatem futuram denuntianti, nec deinde eis affuturam per Cyrum salutem: quos eventus non semel anteà prædixerat.

10. בכסף : Meliùs Hieronymus, *quasi argentum*, cùm legeret ככסף. Nam, *pro argento*, vel *pro mercede*, nihil enuntiat, quod ad seriem sit accomodatum. Et frustra Vatablus sic habet *in argento*, tanquam *in fornace argenti*, cùm in membro posteriori non omittatur בכור, *in fornace.* ...בחרתיך, *explorabo te*, ex potestate Syriacâ, quam aliquandò usurpare necesse habuimus; quemadmodùm hoc loco, ubi *explorare* habet parallelam sententiam, *purgare.* Vaticinatur Isaias populum à Deo purgatum iri, non ut fiat sibi pretiosior, sed ut abjectior & miserior.

11. כי איך יחל : Non convenit יחל, tertia persona, cum אעשה, primâ; &ættereà id caret suo nominativo. Non carebit, si legitur אחל, *profanabor*, quomodò legit Syrus, qui convertit אתטוף, *profaner;* ita etiam Vulgatus, seu ex sententiâ, seu ex scripturâ ipsâ אחל. Vide Græcos Intt. qui sententiam bonam efferunt, sed tamen ex scriptione longè dissimili ab hodiernâ. ...וכבודי, *& gloriam meam* (*alteri non dabo.*) Eadem gloria tangitur, quæ versu superiori in vocabulo ותהלתי; dicente Deo: non patiar, ut exteræ gentes populum meum plectant, me non ultore.

14. מי בהם, *quis inter eos.* Habent מי בכם, *quis inter vos*, Codices Regius 29. & Oratoriensis 42. sic est legendum, quoniam antecessit, כלכם, *omnes vos.* Itaque etiam Syrus, בכון, similiter, *inter vos.* ...יהוה אהבו, *Dominus diligit eum*, Cyrum, quem jam nominârat Isaias; neque enim *eum* indicaret, quem anteà non nominasset. ...וזרעו כשדים : Unus Codex Regius וזרועו, *& brachium ejus*, (*Dei;*) quomodò in חפצו, intelligitur Dei *voluntas.* Posteà legendum בכשדים, *in Chaldæis*, addito ב; nam sic anteà בבבל, *in Babylone.* Ita Chaldæus Jonathan בכסדאי, *in Chaldæos.*

16. מעת היותה שם אני : Superfluit alterum ה, in verbo היותה. Quippe habet hoc verbum pro nominativo pronomen אני, quod sequitur; non igitur ה, quasi esset *illud.* Atque id decepit Vulgatum, ut converterét, *ex tempore*, *antequàm fieret*, *ibi eram*, quæ verba & obscura sunt, nec Hebraica verba exhibent. Loquitur Isaias de se ipso, non autem ex Dei verbis. *Nihil*, inquit, *clam locutus sum*, *ex quo hìc sum*, sive hìc adsum, ut futura prædicam; sive, ex quo ego munere hoc defungor. Etenim שם, *ibi*, indicat locum, ubi vaticinari solebat Isaias, atque in loco, ipsum munus prophetandi.

18. לוא : Lege, לו, *utinam;* sic legunt Vulgatus & Syrus, qui לוי, quomodò convertere solent לו, *utinam.* Sine autoritate statuunt novi Interpretes esse לוא *utinam.* Tali voto Judæos monere Isaias videtur, liberationem ipsorum Babylonicâ ex captivitate propterea futuram,

quia Deus distulit iram suam, non autem quia non posthàc Respublica eorum non sit interitura; nam id liquet ex his verbis, *non interiret coram me nomen tuum*, quibus planè ostenditur àliquandò fore, ut nomen Judæorum deleatur. Atque eadem mens est Prophetæ posteà dicentis, *non est pax impiis*, Judæis, quanquam Babylone reversis; *distulit* enim *Deus iram suam*: vide versum 9.

21. לא צמאו, *non sitierunt*. Hæc verba sunt Cantici ejus, quod canere hîc Judæi jubentur, & similitudines ductæ sunt ex itinere Israelitarum per desertum.

22. אין שלום, *non est pax*. Meliùs ואין, *non est autem pax*, in contrariâ sententiâ; sic Arabs וליש, *& non*: vide suprà ad versum 18.

CAPUT XLIX.

Dominus posuit me, ut gladium acutum. Ego frustra laboravi; dixit Deus; dedi te esse lucem gentium. Circumspice, Sion; omnes isti ad te veniunt... Erunt reges nutricii tui, teque adorabunt.

1. *Audite me Insulæ, attendite*
remotæ gentes. Dominus ab utero vo-
cavit me; cùm in alvo essem matris
meæ, memoriam fecit nominis mei.
2. *Dedit os meum, quasi gladium*
acutum; in umbrâ manûs suæ abdi-
dit me; fecit me sagittam fulgentem;
in suâ pharetrâ condidit me. 3. *Di-*
xitque mihi: tu servus meus es; tu
Israel, in quo gloriabor. 4. *Ego au-*
tem dixi: frustrà laboro: ego nequic-
quam & inaniter meas absumpsi vi-
res; sed erit certè judicium meum
apud Dominum; apud Deum mei
laboris merces. 5. *Hæc verò dicit*
Dominus, qui me ab utero formavit
suum ministrum futurum, & Jacob
ad se reducturum, Israelque apud se
congregaturum; ut ego in oculis ejus
gloriam habeam, & ut sit laus mea
Deus. 6. *Dixit igitur: non satis est,*
meum te esse ministrum ad suscitan-
dam virgam Jacob, propaginemque
Israel revocandam. Ego insuper de-
di te lucem gentium, ut pertineat sa-
lus mea ad ultimos usque terræ fines.
7. *Hæc dicit Dominus, Redemptor*
Israel, Sanctus ejus, ei qui con-

1. שמעו איים אלי והקשיבו
לאמים מרחוק · יהוה מבטן קראני ·
ממעי אמי הזכיר שמי : 2. וישם
פי כחרב חדה · בצל ידו החביאני ·
וישימני לחץ ברור · באשפתו
הסתירני : 3. ויאמר לי · עבדי
אתה ישראל אשר בך אתפאר :
4. ואני אמרתי · לריק יגעתי לתהו
והבל כחי כליתי · אכן משפטי את
יהוה ופעלתי את אלהי : 5. ועתה
אמר יהוה יצרי מבטן לעבד לו
לשובב יעקב אליו וישראל לא
יאסף · ואכבד בעיני יהוה · ואלהי
היה עזי : 6. ויאמר · נקל מהיותך
לי עבד להקים את שבטי יעקב
ונצירי ישראל להשיב · ונתתיך
לאור גוים להיות ישועתי עד קצה
הארץ : 7. כה אמר יהוה גאל
ישראל קדושו לבזה נפש למתעב
גוי לעבד משלים · מלכים יראו וקמו
שרים וישתחוו · למען יהוה אשר
נאמן קדש ישראל ויבחרך : 8.
כה אמר יהוה · בעת רצון עניתיך
וביום ישועה עזרתיך ואצרך ואתנך
לברית עם להקים ארץ להנחיל
נחלות שממות : 9. לאמר
לאסורים צאו · לאשר בחשך הגלו ·
על דרכים ירעו ובכל שפיים

temptui habetur, quem natio aversa-
tur, quique est in potestate Domino-
rum: Reges videbunt, surgentque
Principes & adorabunt, propter Do-
minum, qui fidelis est; propter
Sanctum Israel, qui te elegit. 8. *Hæc*
dicit Dominus: ego in tempore op-
portuno exaudivi te; ego in die salu-
tis adjuvi te, ac servavi; dedi te ad
populi fœdus, ut terram instaures,
ut assignes hæreditates devastatas:
9. *Ut revinctis dicas, exite: ut illis,*
qui in tenebris, prodite in lucem: ut
deinde mediis pascant in viis, & ut
omnibus in editis locis pascuum ha-
beant. 10. *Ut non esuriant, neque*
sitiant, nec eos lædat solis æstus:
nam ducet eos qui miseretur ipsorum,
agetque illos ad fontes aquarum.
11. *Dabo in cunctis montibus iter*
expeditum, semitæque meæ altæ
erunt. 12. *Ecce enim illi ex longin-*
quo venient: alii ab aquilone & ab
occidente: alii ex terrâ Sinim.
13. *Plaudite cæli, exsulta terra:*
personent lætis vocibus montes: con-
solatur enim Dominus populum
suum, & afflictorum suorum misere-
tur. 14. *Sed enim Sion sic dictura*
est: dereliquit me Dominus: Dominus
meus mei oblitus est. 15. *An oblivis-*
citur mulier infantem suum, ut non
diligat uteri sui filium? Sed & illa
ut obliviscatur, tamen ego te non
obliviscar. 16. *Quippe ego manibus*
te meis descripsi: muri tui sunt ante
oculos meos semper. 17. *Properè ve-*
nient, qui te ædificabunt: qui te di-
ruerant ac devastaverant, ex te exi-
bunt. 18. *Tolle circumquaque oculos*
tuos, & vide: en isti omnes convene-
runt ad te venientes. Vivo ego, dicit
Dominus: tu illis omnibus, ut orna-
tu, vestieris: tu eos tibi omnes, ut nova nupta, devincies. 19. *Etenim,*

מרעיתם : 10. לא ירעבו ולא יצמאו·
ולא יכם שרב ושמש · כי מרחמם
ינהגם ועל מבועי מים ינהלם :
11. ושמתי כל הרי לדרך · ומסלתי
ירמון : 12. הנה אלה מרחוק
יבאו · והנה אלה מצפון ומים ואלה
מארץ סינים : 13. רנו שמים
וגילי ארץ · יפצחו הרים רנה · כי נחם
יהוה עמו ועניי ירחם : 14. ותאמר
ציון · עזבני יהוה · ואדני שכחני :
15. התשכח אשה עולה מרחם בן
בטנה · גם אלה תשכחנה ואנכי
לא אשכחך : 16. הן על כפים
חקתיך חומתיך נגדי תמיד : 17.
מהרו בניך · מהרסיך ומחריביך ממך
יצאו : 18. שאי סביב עיניך וראי ·
כלם נקבצו באו לך · חי אני נאם
יהוה · כי כלם כעדי תלבשי ותקשרים
ככלה : 19. כי חרבתיך ושממתיך
וארץ הרסתך כי עתה תצרי מיושב
ורחקו מבלעיך : 20. עוד יאמרו
באזניך בני שכליך · צר לי המקום ·
גשה לי ואשבה : 21. ואמרת
בלבבך · מי ילד לי את אלה · ואני
שכולה וגלמודה גלה וסורה · ואלה
מי גדל · הן אני נשארתי לבדי · אלה
איפה הם : 22. כה אמר אדני
יהוה · הנה אשא אל גוים ידי ואל
עמים ארים נסי · והביאו בניך בחצן ·
ובנתיך על כתף תנשאנה : 23.
והיו מלכים אמניך ושרותיהם
מיניקותיך · אפים ארץ ישתחוו לך
ועפר רגליך ילחכו · וידעת כי אני
יהוה אשר לא יבשו קוי : 24.
היקח מגבור מלקוח ואם שבי צדיק
ימלט : 25. כי כה אמר יהוה ·
גם שבי גבור יקח ומלקוח עריץ
ימלט · ואת יריבך אנכי אריב · ואת
בניך אנכי אושיע : 26. והאכלתי
את מוניך את בשרם וכעסיס דמם
ישכרון · וידעו כל בשר כי אני יהוה
מושיעך וגאלך אביר יעקב :

quæ

quæ nunc ſunt tuæ maceriæ ac ruinæ, quæ terra eſt tuæ devaſtationis, ibi erit locus pro habitatoribus anguſtior, & procul erunt, qui te abſumebant.
20. *Audies verò etiam tuæ ſterilitatis filios, cùm hæc dicent: eſt mihi locus anguſtior: accede ad me, ne non ſatis loci habeam.* 21. *Tuque hæc tacitâ mente agitabis: nam quis me iſtorum fecit parentem? Certè ego ſterilis & vidua: ego exul & alienata. Quis iſtos nutrivit, dum ego ſeorſùm relicta eram? Ubinam iſti erant?* 22. *Hæc dicit Dominator Dominus: ego extendam ad gentes manum meam, ego ad populos extollam ſignum meum. Illi autem filios tuos in gremio adducent, filiæque tuæ humeris portabuntur.* 23. *Erunt reges nutricii tui: reginæ eorum, tuæ altrices. Illi te, abjectis humi vultibus, adorabunt, pulverem pedum tuorum lingent: videbiſque me eſſe Dominum, quem qui expectant, non erubeſcent.* 24. *An ſua potenti ſpolia auferentur; an captivus proripiet ſe à Domitore?* 25. *Propterea hæc dicit Dominus: tolletur potenti captivus ſuus; ſpolia evadent à Domitore. Ego enim, qui tui adverſarii erunt, habebo adverſarios: ego filiis tuis afferam ſalutem.*
26. *Ego divexatores tuos compellam, ut carnes ſuas edant, ut ſuo ſanguine, quaſi muſto, inebrientur: videbitque omnis caro, me eum eſſe Dominum, qui tibi ſalutem fecit; fortem Jacob, qui te redemit.*

---

1. שמעו איים אלי, *audite me Inſulæ.* Iſaias invitans *Inſulas*, ſeu exteras gentes, ut ſe audiant vaticinantem, hoc ipſo docet, ea quæ mox prædicturus eſt, pertinere ad Gentes, non autem populum tantùm Judæum ſpectare. Nam Prophetæ ad populum ſuum cùm ſermonem habent, jubent audire *populum ſuum, populum Iſrael*, aut *Jacob*, aut ſi quo alio nomine Judæi nuncupantur, non verò gentes à populo Judæo longè remotas, (מרחוק.) ממעי אמי הזכיר שמי..., *à ventre matris meæ memoriam fecit*, vel *renovavit*, *nominis mei.* Vult Grotius, hæc de ſe loqui Iſaiam, » Loquitur Eſaias. Paria Deus de Jeremiâ I. 5. Apoſtolus Paulus de ſe Galat. I. 15. Hebræi illa loca interpretantur de egregiâ temperaturâ cerebri, quâ Deus à primo ortu donare » ſolet eos, quos Prophetiæ præparat. « Adire ſolet ad *Hebræos* Grotius, ubi nihil habet, quod meliùs exponat. Quis credet, Iſaiam docere hìc velle remotiſſimas gentes, *egregiam* ſibi eſſe *cerebri temperaturam?* Liquebit ex ſequentibus rebus, loquentem induci ab Iſaiâ eum ipſum, qui ſalutem Gentibus ſit allaturus. Et verò falſa exempla ſunt de Jeremiâ & de Apoſtolo Paulo, in quos hæc verba non conveniunt, *memoriam fecit*, vel *renovavit nominis mei*; quæ verba ſignificant *nomen*, non primùm datum, ſed, quod olim datum fuit, memoriâ renovatum. Sic alibi paſſim, & anteà in ipſo Iſaiâ הזכיר eſt *commemorare, refricare memoriam*, non verò *meminiſſe*. Neque dixit Jeremias, aut Apoſtolus Paulus, nomen ſuum fuiſſe ab utero matris memoriæ renovatum, quod in ipſis nihil ſonaret, ſed tantummodò ſe ab utero matris fuiſſe à Deo deſtinatos, ut munus ſuum implerent. Neque id convenire in aliam perſonam poteſt, quàm in ipſum Meſſiam, qui jam olim cognitus erat, ut Liberator futurus, cujuſque ſeu muneris, ſeu nominis, memoriam renovavit Gabriel Angelus Mariæ dicens, *vocabis nomen ejus Jeſum.*

2. וישם פי כחרב חדה, *& poſuit os meum, quaſi gladium acutum.* Hæc, apud Grotium ſignificant. » Autoritatem mihi dedit ad vitia exſcindenda. Confer. Epheſ. VI. 17. Hebr. IV. 12. Apocal. I. 6. *poſuit me ſagittam electam*, ut verba mea quàm longiſſimè pervenirent. *in pharetrâ ſuâ* » *abſcondit me*; id eſt, protexit me... ne ulla vis ſeditioſorum mihi noceret. « Ita hunc verſum explicat Grotius; &, quoniam ſequitur, *ſervus meus tu es Iſrael*, nec fas erat credere, Iſaiam vocari *Iſrael*, addit Grotius, eſſe *Iſrael* idem ac *Iſraeli*, ſeu Iſraelis bono, vim afferens non modò ſententiæ, ſed Grammaticæ; legitur enim אתה ישראל, *tu Iſrael*, non autem אתה לישראל, *tu Iſraeli.* Quòd autem nos allegat Grotius ad Hebr. IV. 12. ubi legitur, *vivus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*, parùm attendit, ex hoc loco poſſe confutari ſuam iſtam de Iſaiâ prophetante interpretationem. Enimverò loquitur Apoſtolus de verbo Dei, Chriſto Domino, non modò Evangelium docente, ſed etiam in incredulos animadvertente, ut liquet ex iſtis verbis quæ proximè antecedunt, *ut ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum; vivus eſt enim ſermo*, &c. Ergo hæc verba ſimiliter, hoc Iſaiæ loco, demonſtrant non ſolùm *autoritatem* ad coercenda vitia, ſed etiam poteſtatem ad homines vitioſos morte plectendos; quam poteſtatem fuiſſe Iſaiæ Prophetæ, ne Grotius quidem dicat. Præibat nobis Apoſtolus, ut hæc de Meſſiâ intelligeremus.

4. ואני אמרתי לריק יגעתי, *ego autem dixi, fruſtrà laboravi.* Hæc verba ſunt Meſſiæ eadem con-

querentis, quæ in Evangelio legimus de incredulitate Judæorum; deinde verſibus duobus ſequentibus, docentis, miſſum ſe eſſe, non ad Judæos ſolùm, ſed ad gentes, ut ſalus ejus ad univerſum mundum extendatur.

5. וישראל לא יאסף: Rectè Maſoretæ לו; *ut Iſrael ei aggregetur.* In eandem ſententiam Chaldæus, לדחלתיה יתקרב, *ad timorem ejus applicabitur.*

6. שבטי יעקב, *virgam*, aut *ramum Jacob*, non autem *Tribus*; nam oppoſitum eſt τὸ שבטי τῷ נצירי, vel נצורי, ut vult Maſora, *ſurculos*, vel *propagines.* Ita Syrus, נורבה, *virgultum* & שבטא, *virgam*; nam malè Gabriel Sionita *Tribum.* Sed rectè Syrus utrumque numero ſingulari. Additum fuit ׳ poſt שבט ex pravâ iteratione litteræ ׳, quæ ſequitur in יעקב, & ſimiliter in נצירי, ex ׳, quod habet ישראל.

7. לבזה נפש: Non rectè Vulgatus, *ad contemptibilem animam*; neque enim adjectivum nomen præponitur Hebr. in Linguâ ſubſtantivo. Itaque eſt נפש genitivi caſûs, *ad contemtum animæ*, ſeu *ab animâ*, idem atque *ab homine.* Reſpondet *anima nationi* (גוי.) Alterum indicat *unumquemque*; alterum, *gentem*; quæ contemptui habuit Meſſiam, quæque eum averſata eſt, quaſi Legi Moſis adverſarium. ...לעבד משלים, *ei, qui ſub poteſtate eſt dominorum*, non modò parentum, *erat ſubditus illis*, ſed & Judææ præſidum Romæque Imperatorum. Hunc eſſe ad Chriſtum Dei ſermonem probat ויבחרך, *qui te elegit*; probat etiam וישתחוו, *& adorabunt.* Itaque malè Græci Intt. קדושו, ἁγιάσατε, *ſanctificate*, quaſi fieret ſermo ad plures.

8. להנחיל נחלות שממות, *ad dandam poſſeſſionem hæreditatum vaſtatarum.* Hæc per ſimilitudinem dicuntur, ut & quæ ſequenti verſu; ut intelligatur fore, ut Religione floreant multæ gentes, quæ anteà fuerant per Idololatriam deformatæ.

14. ותאמר ציון עזבני יהוה, *ſed enim dicet Sion; dereliquit me Dominus.* Inducitur Sion hæc querens, quia modò prædicta eſt gentium futura Evangelio fides: cui deinde reſpondetur, non propterea fore in Dei oblivione Judæos, ut potè ad Chriſtum Meſſiam, poſtquàm *plenitudo gentium* intraverit, reverſuros.

16. הן על כפים חקתיך, *en ego manibus deſcripſi te.* Loquitur Deus ad *Sion*, tanquam ad urbem, cujus Deus ipſe aream deſcripſit; propterea ſequitur, *muri tui ſunt in oculis meis.* Itaque inducit Caſtalio ſimilitudinem à re tractatâ prorsùs alienam, ſic exponens: » molliter premam & informabo, ut ſolet recens natus infans; « nam quid pertinere poteſt de infante ad *muros*?

17. מהרו בניך, *properè venient qui te ædificabunt.* Non tantùm ex Judæis, ſed ex gentibus univerſis. Nam poſteà confitetur Sion, ſe hactenus fuiſſe ſterilem ac viduam, miraturque unde ad ſe confluxerit filiorum tanta multitudo.

20. גשה לי, *accede ad me*, ſeu noli intervalla relinquere, ne non ſit omnibus locus. Vulgatus, *fac ſpatium mihi*, ex ſententiâ potiùs, quàm ex ipſo verbo גשה.

22. והביאו בניך, *& adducent filios tuos.* Loquitur nunc Deus ad Chriſtum ſuum. Nam ſermo ad Sion abſolutus eſt; & per hæc verba, *hæc dicit Dominus*, tranſit oratio ad aliam perſonam; eam nimirum, quam Reges & Reginæ *pronis vultibus adorabunt.*

24. ואם שבי צדיק ימלט, *an ſua potenti præda auferetur?* Græci Intt. παρὰ γίγαντος, *à Gigante*; ſimiliter Syrus & Vulgatus, quia legunt עריץ, *potenti*, non צדיק, *juſto*, cui *juſto* nulla ſubeſt ſententia. Reſponſio huic interrogationi fit verſu inferiore totidem verbis, præter unum verbum צדיק, cujus loco legitur עריץ; ut non dubium ſit erraſſe Scribam ex ſimiltudine litterarum. Quis ſit ille *potens*, cui ſpolia ſua eripientur, facilè eſt intelligere ex eo, quod mox dictum eſt, Reges Chriſtum Meſſiam adoraturos. Nam poſt *Reges* nullus *Potens* in terrâ relinquitur; nec ille alius videtur eſſe, quàm is, *qui habebat mortis imperium*, cujus Aſſeclæ notantur verſu 26. dicunturque carnes ſuas præ rabie devoraturi, & ſanguinem ſuum bibituri; qui Aſſeclæ ſunt homines nequam, quibus *Princeps mundi* utitur, tanquam ſuis adminiſtris.

CAPUT L.

Ego abjeci vos propter iniquitates veſtras. Ego adveni, ſed nemo mihi adfuit; corpus meum dedi percutientibus, neque me ſubtraxi ab opprobriis & ſputis; propè aderit, qui defendat cauſam meam.

1. *Hæc dicit Dominus : ubi eſt*
liber repudii , quo ego dimiſerim
matrem veſtram , vel cui de credito-
ribus veſtris ego vos vendidi ? Nimi-
rùm vos propter iniquitates veſtras
venditi fuiſtis ; propter flagitia veſ
tra mater veſtra dimiſſa eſt. 2. *Quare*
advenienti mihi nemo præſtò eſt ; cùm
clamo , nullus eſt , qui reſpondeat ?
An manus mea contractior eſt , quàm
redimere ut poſſit ? Ita-ne mihi ad
liberandum non ſuppetunt vires ? Ego
maria , ſi increpabo , ſiccabo ; ego
dabo fluvios eſſe aridum ſolum , ut ,
aquâ deficiente , putreſcant piſces ,
& ſiti intereant. 3. *Ego induam ni-*
grore cœlos ; ego ſaccum inducam ,
quo veſtiantur. 4. *Dedit mihi Do-*
minator Dominus linguam eruditam,
ut ſciam , tempore ſuo , eloqui ver-
bum ; exſuſcitat me , ſingulo mane ;
erigit mihi aurem ad audiendam doc-
trinam. 5. *Dominator Dominus ape-*
rit mihi aurem ; ego verò non reluc-
tor , nec abeo retrorsùm: 6. *Ego tra-*
do corpus meum verberantibus ; ego
lacerantibus , genas meas ; faciem
meam non ſubtraho nec opprobriis ,
nec ſputis. 7. *Intereà mihi adeſt Do-*
minator Dominus. Propterea non
erubeſco ; propterea faciem meam
dedi eſſe , ut duram ſilicem ; novi
enim non fore , ut erubeſcam. 8. *Pro-*
pè adeſt , qui cauſam meam defendat.

1. כה אמר יהוה · אי זה ספר
כריתות אמכם אשר שלחתיה · או
מי מנושי אשר מכרתי אתכם לו ·
הן בעונתיכם נמכרתם ובפשעיכם
שלחה אמכם ׃ 2. מדוע באתי
ואין איש · קראתי ואין עונה · הקצור
קצרה ידי מפדות · ואם אין בי כח
להציל · הן בגערתי אחריב ים ·
אשים נהרות מדבר · תבאש דגתם
מאין מים · ותמת בצמא ׃ 3.
אלביש שמים קדרות · ושק אשים
כסותם ׃ 4. אדני יהוה נתן לי
לשון למודים לדעת לעות את יעף
דבר · יעיר בבקר בבקר יעיר לי אזן
לשמע כלמודים ׃ 5. אדני יהוה
פתח לי אזן · ואנכי לא מריתי ·
אחור לא נסוגתי ׃ 6. גוי נתתי
למכים ולחיי למרטים · פני לא
הסתרתי מכלמות ורק ׃ 7. ואדני
יהוה יעזר לי · על כן לא נכלמתי ·
על כן שמתי פני כחלמיש · ואדע
כי לא אבוש ׃ 8. קרוב מצדיקי ·
מי יריב אתי נעמדה יחד · מי בעל
משפטי יגש אלי ׃ 9. הן אדני
יהוה יעזר לי · מי הוא ירשיעני · הן
כלם כבגד יבלו · עש יאכלם ׃ 10.
מי בכם ירא יהוה · שמע בקול עבדו
אשר הלך חשכים ואין נגה לו ·
יבטח בשם יהוה וישען באלהיו ׃
11. הן כלכם קדחי אש מאזרי
זיקות · לכו באור אשכם ובזיקות
בערתם · מידי היתה זאת לכם
למעצבה תשכבון ׃

Si quis mihi adversatur, coram congrediamur; accedat ad me, si quis me ad judicium vocat. 9. *En Dominator Dominus mihi auxiliatur. Quis ille est, qui me reum facit? Ecce omnes, ut vestimentum, vetustate solventur; eosdem tinea consumet.* 10. *Si quis est apud vos timens Dominum, & ad servi ejus vocem docilis, quanquam per tenebras incedit, nec lumine collustratur, confidat tamen in nomine Domini, & Deo suo nitatur.* 11. *Vos verò quicunque flammam incendistis, accincti tædis ardentibus, ite sub lucem ignium vestrorum, mediasque in tædas, quas inflammastis. Hæc in vos de meâ manu advenient, dolorique vestro succumbetis.*

---

1. אי זה ספר כריתות, *ubi est liber repudii.* Alloquitur Judæos Messias toto in hoc capite, ut sequentia declarabunt. Negat autem se dimisisse Synagogam, quemadmodùm uxor, indictâ causâ, vel etiam sine ullâ causâ, dimittebatur, dato libro repudii. Negat similiter se vendidisse Judæos Romanis, ut immeritos filios, quos pater, ære alieno oppressus, vendit Extraneis; ut significetur Judæos deseri, neque immeritos, neque naturalibus ex causis, sed Deo suo ipsis retribuente flagitiorum suorum justam mercedem. Quòd autem dicit אמכם, *matrem vestram*, indicat ipsorum Rempublicam, quam, Christo Domino in terras adveniente, Judæi jam amiserant, quamque Deus dimiserat, nihil apud eos relinquens, quod antiquam Theocratiam redoleret.

2. מדוע באתי ואין איש, *quare adveni, & nemo est?* Non strictè *nemo*, sed latè, ut paucissimi homines notentur. Etenim Apostoli & pauci discipuli erant quasi *nemo*, in multitudine tantâ hominum Judæorum. ...אחריב ים, *siccabo mare.* Idem loquitur, qui mox dicturus est, *corpus meum dedi percutientibus*, quique etiam versu 4. distinguit se se à Domino sibi aurem aperiente; ut non relinquatur dubitandi locus, totum hunc sermonem esse Hominis-Dei, qui, antequàm *caro factus* esset, siccavit aquas maris. Nam potentiam suam describit per similitudinem transitûs rubri maris.

4. יהוה נתן לי לשון למודים, *Dominus dedit mihi linguam doctrinæ.* Ita Græci Intt. παιδείας, in Codice Romano. Possis etiam convertere, *discipulorum*; nisi meliùs כלמודים, *ut discipulis*, ut id respondeat alterî כלמודים, quod mox sequetur. ...לדעת לעות את יעף דבר: Vulgatus, *ut sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo.* Non divino, quid sequeretur, ut converteret לעות, *sustentare*; nec licet, *verbo*, ubi legitur דבר, non בדבר. Prætereà *qui lassus est*, (יעף) sustentatur, *quiete*, vel *cibo ac potu*, non *verbo*; nam יעף indicat, non animi, sed corporis fessas vires. Huic vitio non medebere, si legas, cum Syro, לחות, *ad annuntiandum*, ex radice חוה; quippe non est accommodatum *annuntiare* ad *lassum*. Græci Intt. ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον, *quandò oporteat loqui verbum*, qui legunt לעתו, *in tempore suo*, non לעות, quod verbum convenienter interpretari vix possis. Et quoniam, pro את יעף, exhibent verbum Græcum εἰπεῖν, *loqui*, opinionem afferunt, se legisse הרעיף, *stillare*, quomodò *Deut. cap. 32. v. 1.* legitur, יערף כמטר לקחי, *stillet, quasi pluvia, doctrina mea*, quæ scriptio apprimè convenit cum דבר, *verbo.* Itaque legendum videtur, לעתו הערף דבר; vide versionem. ...יעיר בבקר. Meliùs Græci Intt. cum affixo יעירי, *excitat me.* (μοὶ) ...כלמודים: Verbum pro verbo, *secundùm ea quæ docentur*, vel *doctrinam.* Græci Intt. jungunt cum sequentibus כלמודים, hoc modo: καὶ ἡ παιδεία κυρίε, *& doctrina Domini* (*aperit mihi aurem.*) Quam interpunctionem si sequare, optimè convertas, *ut discipulis*, vel *ut iis, qui doctrinâ instituuntur, aperuit mihi aurem.*

6. גוי נתתי למכים, *corpus meum dedi percutientibus.* Grotius hæc habet in hunc locum: » Hæc autem & quæ sequuntur, dicta figuratè sunt ab Esaiâ, ut intelligeretur constantem » ipsum fuisse in exsequendis Dei mandatis, etiam si à Sobnâ & factione ejus prævalidâ multùm irrideretur. Cæterùm voluit Deus hæc omnia etiam κατὰ λέξιν impleri in Christo, ut » nihil excusationis haberent Judæi, literarum aucupes. « Si quæres ex Grotio, unde didicerit Sobnam fuisse Isaiæ adversarium, atque eum ludibrio habuisse nihil habebit, in Sacrâ Historiâ, quod in eam rem proferre possit, & nihil minùs credibile est, quàm Isaiam, qui erat regii sanguinis, quique adeò personam in Regno & in Religione magnam & gravem gerebat, fuisse ab isto Sobna derisum & contemtum. Illud addimus. Quò pertinet Isaiæ istam vaticinationem ad ipsum Isaiam aptare, ubi non negatur hanc fuisse in Christo Domino κατὰ λέξιν impletam? Etenim, ubi omnia verba in Christo implentur, fit Isaias persona inutilis. Nisi fortè Deus interdixerat Prophetis suis, ne Messiæ ipsam personam describerent, neve eum aliter, quàm alieno in speculo exhiberent; cùm tamen sæpe ipse Messias apertè describatur, ut constat vel ex hâc unâ Prophetiâ, *dixit Dominus Domino meo*, &c. in quâ David planè ac palam distinguitur ab ipsius *Domino* Messiâ. Sed quæri etiam ex Grotio potest, ubi viderit in Sacris Codicibus, *percutere corpus & lacerare genas*, per similitudinem dictum pro *irridere*; vel, hoc posito, quomodò ex hoc loco urgeri Judæi possint, ut credant Messiam, quem regem expectabant, futurum fuisse ab hominibus suis contemtum & irrisum. Quippe Judæi reponent, fuisse hæc in

Isaiâ

Isaiâ impleta, cùm ab Sobnâ Prophetâ deridebatur; atque adeò hæc ad Messiam nescio quem contemtum derisumque perperam accommodari. Nam tum demum ostenditur vaticinationem hanc, vel illam, spectare ipsum Christum, non aliam quamcunque personam, cùm verba ipsa, ut sonant, non possunt ad alium aptari, quàm ad ipsum Christum. Neque verò in toto hoc capite Isaias de se loquitur; sed ubique loquitur idem *Dominus*, quem David nominabat *Dominum suum* : qui Dominus, cùm dicit versu 2. *quare veni*, *& nemo est*, indicat se, ut advenientem in terras, non verò tantùm mandata sua dantem. Nusquam enim reperies *Dominum venire*, aut *advenire*, ut significetur, Deum loqui per Prophetas. Idem loquitur, ex Domini verbis, cùm versu 4. subjungit, *Dominus... erigit mihi aurem*, quomodò in Psalmo *aures aptasti mihi;* posteà subjungens, *corpus meum dedi percutientibus*. Aiebat Grotius versu 4. hæc verba, *Dominus dedit mihi linguam eruditam*, » verè quidem de se hoc dicere potuisse Esaiam, » cujus dictio purissima inter omnes, qui post Mosen fuerunt : « Si sibi constabat Grotius, debebat similiter statuere, hæc verba, *erigit mihi aurem*, significare posse, *dedit mihi aures acutas*, *teretes*, *delicatas*. Omninò Grotius ille Magnus cavillatur, non interpretatur.

8. מי יריב אתי, *quis litigat contra me*. Hoc versu & inferiore prænuntiat Messias futura in se judicia iniquorum, & tantùm non eadem loquitur, quæ in Evangelio, cùm à falsis testibus accusabatur.

10. מי בכם ירא יהוה, *quis est apud vos timens Dominum?* Confirmat hoc versu Judaicam plebem, quæ, cùm miraculis ejus tangebatur, tamen dubitabat, an ipse esset Christus, an autem Propheta, & à fide Evangelii removebatur per Sacerdotum Pharisæorumque sermones ac minas; *in tenebris* adhuc *ambulans*, donec, post resurrectionem nuntiatam & patefactam, in clarâ luce versaretur.

CAPUT LI.

Consolabitur Dominus populum suum; ab eo exibit lex in lucem gentium. Postquàm bibisti calicem iræ Domini, transferet eum Dominus ex te ad eos, qui te opprimunt.

1\. *Audite me vos, qui sectamini*
justitiam, quique Dominum quæri-
tis; respicite rupem, de quâ excisi
estis; cisternæ os, unde emanastis.
2\. *Contemplamini Abraham patrem*
vestrum, &, quæ vos peperit, Sa-
ram. Nempe unum vocavi eum, cui
benedixi, quem auxi multâ prole.
3\. *Ergò consolabitur Dominus Sion,*
excitabitque omnes ejus ruinas; da-
bit desertum ejus sic esse ut Eden,
solitudines ejus, ut hortum Domini;
reperietur in eâ gaudium & exsulta-
tio, gratiarum actio & vox cantico-
rum. 4. *Audi me tu, popule meus;*
vos, mei contribules, præbete mihi
aurem. Etenim à me lex orietur;
ego promam subitò instituta mea in
lucem populorum. 5. *Propè adest jus-*
titia mea; exoritur mea salus, brachio

1\. שמעו אלי רדפי צדק מבקשי
יהוה · הביטו אל צור חצבתם ואל
מקבת בור נקרתם : 2. הביטו
אל אברהם אביכם ואל שרה
תחוללכם · כי אחד קראתיו ואברכהו
וארבהו : 3. כי נחם יהוה ציון ·
נחם כל חרבתיה · וישם מדברה
כעדן וערבתה כגן יהוה · ששון
ושמחה ימצא בה תודה וקול
זמרה : 4. הקשיבו אלי עמי ולאומי
אלי האזינו · כי תורה מאתי תצא
ומשפטי לאור עמים ארגיע : 5.
קרוב צדקי · יצא ישעי וזרעי עמים
ישפטו · אלי איים יקוו ואל זרועי
ייחלון : 6. שאו לשמים עיניכם
והביטו אל הארץ מתחת · כי שמים
כעשן נמלחו · והארץ כבגד תבלה
וישביה כמו כן ימותון · וישועתי
לעולם תהיה וצדקתי לא תחת :
7\. שמעו אלי ידעי צדק עם תורתי

meo populi præstolabuntur; me insu-
læ expectabunt & in brachio meo spem
ponent. 6. *Tollite ad cœlum oculos*
vestros, intuemini subjectas terras:
cœli enim, ceu fumus, evanescent;
terra, quasi amictus, vetustate solve-
tur; &, quomodò hæc, sic ejus habi-
tatores interibunt; salus autem mea
sempiterna erit; justitia mea non dis-
solvetur. 7. *Audite me, qui justitiam*
nostis, populus cujus in corde lex
mea insedit. Nolite timere oppro-
brium hominum; nolite eorum pro-
bra reformidare. 8. *Etenim eos, quasi*
pallium, absumet tinea; eos, ut la-
nam, vermis exedet: justitia autem
mea erit ad perpetuitatem; in gene-
rationes generationum salus mea.
9. *Expergiscere, expergiscere; ac-*
cinge te robore, brachium Domini:
expergiscere, ut in diebus antiquis
sæculisque olim volventibus. 10. *Non-*
ne tu idem siccasti mare, abyssi magnæ
aquas; fundum maris iter fecisti, ut
qui redempti erant, transitum habe-
rent. 11. *Quos enim Dominus rede-*
mit, revertentur; venient canentes in
Sion; lætitiæ perpetuæ signa in capi-
te habebunt; gaudium & exultatio-
nem consequentur; procul erunt dolor
& suspiria. 12. *Ego, ego ipse conso-*
lator vester. Qualis tandem tu esses,
si hominem, qui moritur, timeres,
filium hominis fœno similem futu-
rum? 13. *Vel si non haberes in me-*
moriâ Dominum, qui te fecit, qui
extendit cœlos, terramque stabilivit;
vel continuò & totos dies perhorres-
ceres eum, qui fundit minas, quasi
ad delendum paratus? Ubi enim ille
est, cujus iræ impendebant? 14. *Ma-*
turet viam, quicunque graditur, ut
habeat libertatem, ne penitùs inte-
reat, ne-ve suo pane privetur. 15. *Ego*

בלבם · אל תיראו חרפת אנוש
ומגדפתם אל תחתו : 8. כי כבגד
יאכלם עש וכצמר יאכלם סס ·
וצדקתי לעולם תהיה וישועתי לדור
דורים : 9. עורי עורי · לבשי עז
זרוע יהוה · עורי כימי קדם דורות
עולמים · הלוא את היא המחצבת
רהב מחוללת תנין : 10. הלוא
את היא המחרבת ים מי תהום
רבה · השמה מעמקי ים דרך לעבר
גאולים : 11. ופדויי יהוה ישובון ·
ובאו ציון ברנה · ושמחת עולם על
ראשם · ששון ושמחה ישיגון · נסו
יגון ואנחה : 12. אנכי אנכי הוא
מנחמכם · מי את ותיראי מאנוש
ימות ומבן אדם חציר ינתן : 13.
ותשכח יהוה עשך נוטה שמים
ויסד ארץ · ותפחד תמיד כל היום
מפני חמת המציק כאשר כונן
להשחית · ואיה חמת המציק : 14.
מהר צעה להפתח · ולא ימות
לשחת · ולא יחסר לחמו : 15.
ואנכי יהוה אלהיך רגע הים ויהמו
גליו · יהוה צבאות שמו : 16.
ואשם דברי בפיך ובצל ידי כסיתיך ·
לנטע שמים וליסד ארץ ולאמר
לציון · עמי אתה : 17. התעוררי
התעוררי · קומי ירושלם אשר שתית
מיד יהוה את כוס חמתו · את
קבעת כוס התרעלה שתית מצית :
18. אין מנהל לה מכל בנים ילדה ·
ואין מחזיק בידה מכל בנים גדלה :
19. שתים הנה קראתיך · מי ינוד
לך · השד והשבר · והרעב והחרב
מי אנחמך : 20. בניך עלפו ·
שכבו בראש כל חוצות כתוא
מכמר · המלאים חמת יהוה גערת
אלהיך : 21. לכן שמעי נא זאת
עניה ושכרת ולא מיין : 22.
כה אמר אדניך יהוה ואלהיך יריב
עמו · הנה לקחתי מידך את כוס
התרעלה · את קבעת כוס חמתי לא
תוסיפי לשתותה עוד : 23. ושמתיה
ביד מוגיך אשר אמרו לנפשך

verò Dominus Deus tuus ; ego perrumpo mare & fremunt undæ ejus ; Dominus exercituum nomen meum.

שחי ונעברה · ותשימי כארץ גוך
וכחוץ לעברים :

16. *Ego posui in ore tuo verba mea ; ego te in umbrâ manûs meæ recondidi ,*
cùm extenderem cœlos , terramque stabilirem , & cùm dicerem Sion : tu po-
pulus meus es. 17. *Sume animos , animos resume , exsurge Jerusalem , quæ*
de manu Domini calicem bibisti furoris ejus ; quæ fæcem potûs , quo sopo-
rata es , combibisti & exhausisti. 18. *Nemo ejus ductor fuit , ex iis multis ,*
quos parturivit , filiis ; nemo ejus apprehendit manum , ex omnibus filiis ,
quos educavit. 19. *Ego in te duo hæc adduxi , vastitatem & ruinam , quis*
vicem tuam doluit ? Ego in te famem & gladium ; quisnam te consolatus est ?
20: *Filii tui exanimes erant ; jacebant , ut orix illaqueatus , in omnium ca-*
pitibus viarum , exsaturati Domini furore , Dei tui objurgatione. 21. *Nunc*
igitur audi me , quæ afflicta jaces ; quæ , non vino , ebria. 22. *Hæc dicit*
Dominator tuus Dominus ; hæc Deus tuus , qui populi est sui defensor.
Ego tollam de manu tuâ calicem soporis ; tu furoris mei calicem cum fæce
non ampliùs bibes. 23. *Ego enim transferam eum in manum eorum , qui te*
opprimunt ; qui tibi dicunt , substerne te ut transeamus , prosterne transeunti-
bus , sicut pulverem , & sicut lutum , corpus tuum.

---

1. שמעו אלי רדפי צדק , *audite me , qui sectamini justitiam.* Nunc relinquuntur Deicidæ , ad quos sermo erat cap. superiore , versu ult. & ad eos reditur , de quibus penultimo versu ; qui *timent Dominum* , quique *justitiam sectantur & Dominum quærunt* , sive ad eos Judæorum , qui Christi Evangelio quanquam credunt , tamen videntur de suæ Gentis salute desperare , ob eorum , qui Christiani fiunt , paucitatem. Atque hoc illud est , quòd eosdem Deus jubet respicere Abraham patrem suum , qui quamvis *unus* erat , cùm à Deo vocatus est , nihilominùs habuit progeniem mirè multam , & quòd addit versu 3. *Ergò* similiter *consolabitur Dominus Sion.*

3. נחם כל חרבתיה , *excitabit omnes ejus ruinas.* Significatum *excitabit* , prompsimus ex Syr. Linguâ , in quâ נחם habet *resurgere* , *suscitare.* Quippe Hebr. significatus , *consolari* , non poterat aptari ad *ruinas.* Sunt autem *ruinæ* illæ Reipublicæ ac regionis Judæorum. Nam verbo חרבתיה notari ruinam morum ac Religionis, non autem præcipuè Reipublicæ ruinam, nemo arbitrabitur , qui Hebraicorum sentit vim verborum. Sic posteà *Eden* & *hortus Domini* notant florentes res , quas easdem anteà vidimus in Judæorum ultimo reditu prænuntiando non semel notatas , quæque comitabuntur ultimum universæ Gentis reditum.

4. & 5. ולאומי , vel לאמי , *mei contribules ;* sic Buxtorfius in Concordantiis suis , *mea natio* , seu natio , unde ego traxi originem. Loquitur enim Messias , ut liquet ex *lege* , quæ ab eo *orietur* , & ex *salute ;* quam *gentes expectabunt.* Ideò verò *orietur* in Futuro , quia id pertinet ad *lucem gentium.* Nondum enim gentes Evangelii lumine collustratæ erant , cùm primi Christiani Judæi , ad quos hic sermo est , cœperunt *sectari justitiam.* ...וזרעי עמים ישפטו , *& brachia mea populos judicabunt.* Non convenit *judicare brachiis* , nec reperies in Sacro Volumine similitudinem talem. Conveniret quidem in brachium *regere.* Sed cum שפט sic habeat *regere* , ut per judicia exercenda , seu jura danda populo , relinquitur , ut mendum videri debeat ישפטו , & ut legendum sit ישברו , *expectabunt* , quomodò Græci Intt. ἐλπιοῦσι , *sperabunt* , quod verbum parallelum est duobus sequentibus יקוו & יחלון , *exspectabunt* , & *sperabunt.*

6. כמו כן : Ad verbum , *similiter.* Vulgatus , *sicut hæc* , ut Græci Intt. ὥσπερ ταῦτα , qui forsan legunt כמ־הם. Anteferendum כמו כן , quanquam hoc uno est exemplo. Nam si dices , *sicut hæc morientur* , malè attribuetur *mori* cœlis & terræ. Nos , *quomodò hæc* , Latino sermoni servientes , & aptè ad verbum *interibunt* , quo utimur.

7. & 8. שמעו אלי ידעי צדק , *audite me , qui nostis justitiam.* Hæc ad eosdem , ad quos suprà ; nimirùm Judæos illos paucos , qui Evangelio primùm credidêre , quibusque erant expectanda *opprobria hominum.* ...וצדקתי לעולם , *justitia autem mea in sempiternum.* Respondet *justitiæ* hæc *salus mea* , quæ proximè sequitur ; cui saluti quoniam attribuitur , ut perpetua sit futura (לדור דורים) liquet hoc dici de salute jam factâ , non tantùm de promissâ. Ergò pariter agitur *justitia* jam data , nec tantùm promissa. Tamen Grotius utrumque accipit de promissis , quæ manent semper firma. Nempe hanc totam vaticinationem sic exponit : (» V. 4.) *Lex à me » exiet , & judicium meum in lucem populorum quiescet.* תורה etiam *doctrinam* significat. Docebo ,

» inquit, populos me esse verum Deum, idque agnoscent, ubi judicia mea in impios viderint. (v. 5.) *Propè est Justus meus.* Veniet Cyrus cultor unius Dei. *Egressus est Salvator meus.* » Qui populum meum liberabit. *Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt.* In Hebræo, » *in brachio meo confident.* Persæ mari adsiti à me sperabunt victoriam. Persæ, ut ante diximus, » nullas habebant imagines, quas colerent (6.) *cæli sicut fumus liquescent.* Sidera in cœlo » modò apparent, modò latent. *Terra sicut vestimentum atteretur.* Magnæ terrarum partes hau- » riuntur à mari. *Et habitatores ejus sicut hæc interibunt.* Multa loca inculta fiunt, quæ plena » fuêre cultoribus. *Salus autem mea in sempiternum erit...* Promissa mea manent semper firma. « Hujus Grotiani Commentarii partes ferè singulæ à proposito aberrant, & à verbis ipsis Sacris. Nam 1°. quamvis תורה habet aliquandò *doctrinam*, tamen nullibi venit *doctrina* pro aliquo rerum eventu, ex quo aliquid doceamur. Sed *doctrina*, ubi *justitiæ* adjuncta est, significat præcepta & morum institutionem, quam nemo dixerit suscepisse à Deo populos Cyro regi coætaneos, Babyloniorumque impiorum debellatores. 2°. Quî potest Cyrus ideò vocari *Justus*, quia unius Dei cultor? Unum Deum Persæ ignem adorabant, eumque in sole & cœlestibus astris diffusum. An igitur unum istum Persarum numen nominat Isaias *unum Deum*, Cyrumque ideò *Justum*, quia neminem Deum, præter Ignem, colebat? 3°. Id, quod obiter notamus, non habetur in Hebræo, *confident*; nam ישפטו, nihi tale demonstrat. Voluit Grotius dicere in LXX. nam ἐλπιοῦσι, *sperabunt* idem est, ac *confident*. 4°. Quonam ex Historiæ monumento didicit Grotius, Persas in Deo sperasse victoriam? *Persæ*, inquit, *nullas habebant imagines, quas colerent.* Num verò Persæ propterea non erant Idololatræ, quia non colebant imagines, si solem & Ignem, sine imaginibus, colebant? 5°. Quòd Grotius dictum putat, *cæli sicut fumus liquescent*, sic tanquam diceretur, *sidera in cælo modò apparent, modò latent*, exhibet Prophetam ut hominem in scribendo parùm cautum & intelligentem. Nam cùm Isaias docere velit ab exemplis, salutem Dei fore sempiternam, sive omnibus, quæ existunt, rebus, diuturniorem, debuit sumere exempla sua ex rebus, quæ diuturna esse videntur, quod & fecit, non verò ex aspectu siderum, qui semper mutatur. Isaias eâdem mente hìc loquitur, in quâ hæc Christus pronuntiabat, *cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* » Comparatione enim, (inquit in Mathæum ipse Grotius) rei quæ videbatur maximè ἀδύνατος, utitur » Christus, ut ostendat multò esse ἀδυνατώτερον, sua oracula non impleri.

9. המחצבת רהב, *verberasti Potentem*, ex scriptione המחצת, quam sequitur Vulgatus in verbo *percussisti*; Chaldæus, in verbo תברית, *fregisti*. Non convenit המחצבת. Quippe חצב significat ligna *cædere*, *excidere* lapides, non autem *percutere*, aut *vulnerare*. Porrò רהב, *Potens* & תנין, *Draco*, intelligendus Satan, qui similiter nominatur in Job, & in Psalmis; cujus ab exemplo Judæi, qui reversuri sunt, docentur, ne timeant alterum Potentem, qui reditum ipsorum, quandiù & quantùm poterit, retardabit. ...דורות עולמים, *generationes sæculorum.* Non sic notari solent tempora, quæ effluxerunt à mundo aspectabili primùm creato; sic ut videantur notari sæcula, quæ mundi hujus originem primam antecesserunt, Angelis creatis.

11. ופדויי יהוה ישובון, *redempti autem à Domino redibunt:* nimirum Judæi, ad quos sermo est toto in hoc capite; qui dicuntur versu 2. progeniti ex Abraham & ex Sarâ; qui nominantur versu 4. *mea natio*, vel *mei contribules*, quibus denique proponuntur exempla rerum, quas Judæi jam olim nôrant, aut quæ apud ipsos gesta fuerunt.

12. ותיראי מאנוש ימות, *& hominem, qui moritur, timeres:* Antichristum, de quo sequenti versu dicitur, *ubi nunc est qui effundebat iram*, ut eum significetur subitò interiturum, cùm eum *interficiet Dominus spiritu oris sui.*

15. שמו, *nomen ejus:* Lege שמי, *nomen meum*, ut Vulgatus & Græci Intt. quos vide. Non potest excusari שמו, Deo ipso loquente, & suprà, & infrà.

16. ואשים, *ego posui* (*verba mea in ore tuo.*) Præparatio rei & decretum indicatur, non ipsa res. ...לנטע, *cùm plantarem.* Potius נטה, vel לנטות, *cùm extenderem* (*cælos*) ut supra. Ita Syrus, מתחת, *extendi.* Non memini me legere in Sacris Codicibus, *plantari cælos.*

17. שתית מצית, *bibisti, exhausisti.* Desideratur nexus ו inter utrumque verbum; ideò non omittitur à veteribus, si excipis unum Chaldæum. Hæc nondum habuêre eventum suum. *Calix soporis*, ille est, quem Judæi nondum exhausêre, quia nondum evigilant ex veterno illo, in quo jacent jam inde, ex quo id bibere cœperunt, cùm eorum & Religio & Respublica interiêre. Malè hæc à quibusdam de Babylonis captivitate intelliguntur. Nam Judæi calice, quem tum biberunt, adeò non in soporem versi sunt, ut contrà brevi evigilârint, cognoverintque propter quam ipsorum culpam deseruisset se Deus suus, nec deinde prolapsi sint ad Idololatriam. Præterea falsum est, Judæos in Babylone captivos, neminem habuisse *ductorem*, *neminem qui eos consolaretur.* Habebant captivi Ezechielem Prophetam, habebant Danielem. Habuêre deinde Esdram & Nehemiam qui non modò eos ex captivitate reducerent, sed etiam ipsorum urbem ædificarent & Rempublicam Religionemque constituerent; quibus auxiliis Judæi nunc destituuntur. Qui cùm redibunt, transferet Deus calicem eum, quem nunc exhauriunt, ad eos, à quibus sunt opprimendi. Neque verò Judæi à Babyloniis multùm premebantur, cùm Babylonicum Imperium fuit à Persis Medisque deletum. Quippe erant in loco colonorum apud Chaldæos, non autem servorum; nec eis dicebatur, *substerne te, ut* super dorsum tuum *transeam*, calcemque te, *ut lutum viarum.* Sed omnia hæc mala impendebunt Judæis ab Antichristo opprimendis.

CAPUT

CAPUT LII.

Indue, Sion, veſtimenta gloriæ tuæ... Quàm decori ſunt pedes ejus, qui annuntiat pacem! Servus meus, quantùm de eo licuerit, vultuque fœdatus fuerit ab hominibus, tantùm recreabit gentes multas, & ſuper eo continebunt Reges os ſuum.

1. *Exſurge, exſurge; indue de-*
corem tuum, Sion; indue gloriæ
tuæ veſtes, Jeruſalem, ſancta civi-
tas; neque enim veniet in te ampliùs
incircunciſus & immundus. 2. *Ex-*
cute à te pulverem; ſurge ac ſede,
Jeruſalem; ſolve colli tui vincula,
captiva filia Sion. 3. *Hæc enim di-*
cit Dominus: vos gratis venditi fuiſ-
tis; vos ſine pretio redimemini.
4. *Hæc autem dicit Dominator Do-*
minus: Populus tuus olim in Ægyp-
tum deſcendit, ut ibi peregrinaretur;
eumque ultimo tempore oppreſſit Aſ-
ſur. 5. *Nunc autem, quid hoc meâ*
intereſt, dicit Dominus, populum
meum gratis abduci, atque inde glo-
riari ejus dominatores? Quid,
nomen meum, dicit Dominus, totos
dies, ſine intermiſſione blaſphemari?
6. *Erit igitur, erit in die illâ, ut*
cognoſcat populus meus nomen meum.
Ego enim, qui hæc loquor, adero
præſens. 7. *O quàm decori ſunt in*
montibus pedes læta nuntiantis, præ-
dicantis pacem, bona verba nuntian-
tis, prædicantis ſalutem, dicentis
Sion, regnat Deus tuus. 8. *Vox au-*
ditur ſpeculatorum tuorum. Tollunt
vocem unanimiter, læta canentes.
Quippe vident oculo ad oculum re-
deuntem ad Sion Dominum. 9. *Per-*
ſonate ſimul deſerta Jeruſalem lætis
cantibus. Conſolatus eſt enim Do-

1. עורי עורי · לבשי עזך ציון ·
לבשי בגדי תפארתך ירושלם עיר
הקדש · כי לא יוסיף יבא בך עוד
ערל וטמא : 2. התנערי מעפר ·
קומי שבי ירושלם · התפתחו מוסרי
צוארך שביה בת ציון : 3. כי
כה אמר יהוה · חנם נמכרתם ולא
בכסף תגאלו : 4. כי כה אמר
אדני יהוה · מצרים ירד עמי בראשנה
לגור שם · ואשור באפס עשקו :
5. ועתה מה לי פה נאם יהוה כי
לקח עמי חנם · משלו יהילילו נאם
יהוה · ותמיד כל היום שמי מנאץ :
6. לכן ידע עמי שמי · לכן ביום ההוא
כי אני הוא המדבר הנני : 7. מה
נאוו על ההרים רגלי מבשר משמיע
שלום מבשר טוב משמיע ישועה ·
אמר לציון מלך אלהיך : 8. קול
צפיך נשאו קול יחדו ירננו · כי עין
בעין יראו בשוב יהוה ציון : 9.
פצחו רננו יחדו חרבות ירושלם ·
כי נחם יהוה עמו · גאל ירושלם :
10. חשף יהוה את זרוע קדשו לעיני
כל הגוים · וראו כל אפסי ארץ את
ישועת אלהינו : 11. סורו סורו ·
צאו משם · טמא אל תגעו · צאו
מתוכה · הברו נשאי כלי יהוה :
12. כי לא בחפזון תצאו ובמנוסה
לא תלכון · כי הלך לפניכם יהוה
ומאספכם אלהי ישראל : 13. הנה
ישכיל עבדי · ירום ונשא וגבה
מאד : 14. כאשר שממו עליך
רבים כן משחת מאיש מראהו
ותארו מבני אדם : 15. כן יזה

minus Sion ; Jerusalem redemit. 10. Exeruit Dominus, in oculis omnium gentium, brachium sanctum suum, videntque omnes fines terræ Dei nostri salutem. 11. Abite, abite ; emigrate inde : cavete immundum tangatis ; exite de medio ejus ; mundamini, qui Domini vasa tollitis. 12. Neque verò egrediemini trepidantes, nec, tanquam in fugâ, iter facietis ; Dominus enim iturus est ante vos : Deus Israel vos est congregaturus. 13. En prosperè aget servus meus ; en tolletur in altum, mirabiliter erit magnus & excelsus. 14. Nam quantùm in eo multi obstupuerant, & quantùm ab homine fuerat vultus ejus deturpatus, à filiis hominum statura ejus ; 15. Tantùm recreaturus est multas gentes. Continebunt de eo Reges os suum, cùm id, quod sibi non fuerat narratum, videbunt ; cùm id, quod non audierant, secum reputabunt.

גוים רבים׃ עליו יקפצו מלכים פיהם׃ כי אשר לא ספר להם ראו׃ ואשר לא שמעו התבוננו׃

1. לבשי עזך, *indue decorem tuum ;* etenim עז habet *gloriam*, *decorem*, in multis locis ; atque eum significatum vidimus suprà usurpatum à Græcis Intt. ex Arabicâ id quidem Linguâ, in quâ עז significat, *gloriâ pollere*, *in honore esse*. Respondet *decor gloriæ*, quæ sequitur ; non respondet *fortitudo*. ...ירושלם עיר הקדשה, *Jerusalem civitas sancta.* Monet nos Epithetum *sancta*, tangi hoc capite Jerusalem Religionem, non autem Rempublicam. Idem docet id, quod subjicitur, *non veniet in te incircuncisus, aut immundus.* Nam si nihil aliud vaticinatur Isaias, quàm urbis Jerusalem instaurationem à Nehemiâ & ab Esdrâ faciendam, falsè prædicit, neminem incircuncisum, vel immundum, in eam intraturum. Non modò enim patebat Jerusalem cunctis populis, per libera commercia populorum vicinorum, sed etiam connubia miscuêre Judæi cum populis vicinis, ut narratur in Libro Nehemiæ. Quòd si dicas, hæc verba יבא בך, *intrabit in te*, idem valere, atque יבא עליך, *veniet adversùm te ;* num Rex Antiochus non *venit adversùm* Jerusalem? Ergò tangitur ea Jerusalem, quæ cives habitura erat sanctos, & *urbe sanctâ* dignos cives. Si quæritur, an Jerusalem sancta non habitura etiam esset cives *immundos*, sive impios ; respondetur, considerari Ecclesiam talem, qualis à Deo constituenda erat, ut cives haberet sanctos. Nam vaticinatur Propheta, opus Dei quale sit futurum, Deo promissa implente. Quæ responsio non valebit, si hæc intelligas de urbe Jerusalem, post Babylonicam captivitatem instauratâ. Quippe eam Deus sic promiserat instauratum iri, ut per eam transire & in eâ habitare possent *incircuncisi* homines. Aliter portæ, Jerusalem, nuper instauratæ, fuerant claudendæ & obserandæ.

2. שביה בת ציון, *captiva filia Sion.* Pingitur Sion, ut *captiva*, quia erat futurum, ut Judæi Babylone captivi essent. Neque inde colligi potest, nihil aliud prædici, quàm reditum Babylone Judæorum. Cautionem habemus ex versu superiore, ne hanc vaticinationem limitibus tam angustis circumscribamus. Ergo *captivam* Sion memorat Isaias, quia similitudinem ducit ab exemplo illustri ; quod exemplum pignus erat futurum liberationis per Messiam faciendæ, ut, Judæi, cùm se videbunt Babylone reduces, confidant fore, ut aliquandò habeant civitatem Jerusalem *novam, descendentem de cœlo à Deo.* Porrò rectè Masora, התפתחי, mutato ו in י, ut sit femininum.

3. חנם נמכרתם, *gratis venditi fuistis ;* hoc est, ut rectè Grotius, » mihi, Domino vestro, nullum pretium persolverunt, ne gratiam quidem ullam retulerunt oppressores vestri. « Eadem sententia vertitur altero in hoc membro, *sine argento redimemini ;* hoc est, redimam nullâ ex vobis acceptâ mercede, sed fidem, quam dedi, præstaturus.

4. ואשור באפס עשקו, *& Assur ultimo tempore oppressit eum.* Est אפס, *finis ;* itaque באפס, *in fine*, oppositum τῷ בראשנה, *in principio.* Vulgatus, *absque ullâ causâ ;* cujus significatûs exemplum non reperi ullum. Nec verò etiam *sine ullâ causâ* Babylonii oppresserè Judæos, si quidem *Assur* idem est ac *Babylonius :* nam Sedecias rebellârat in Assyrios, fidemque datam ruperat. Quòd si *Assur* accipiendum de Assyriis, qui nuper venerant, ut Ezechiæ bellum inferrent ; vix ac ne vix quidem conciliari potest cum Historiâ istud *sine causâ*, quoniam Ezechias tributum solvere annuum desierat. Decepit Forerium Vulgati hæc interpretatio, ut crederet » *Assurum* hîc vocari Pharaonem propter potentiam & crudelitatem. Erat enim veluti in » Proverbio nomen *Assur* eâ tempestate, ut ex lectione Prophetarum apparet, qui hostes » populi Dei illorum populorum nominibus solent appellare, qui Judæis infensi fuerant. « Hæc nimiùm incautè Forerius, cujus erroris causam ut ostendimus, ita eum errorem Lector, qualis sit, facilè videt.

5. משלו יהילילו : Hæc numero non concordant. Itaque lego משליו, *dominatores ejus*, in Codice Reg. 29. Alii verò Codices puncto superno animadvertunt. Sed יהילילו, legendum sine י in medio, ut sit vel יהללו, vel יהוללו, *gloriantur*, vel *se jactant*, ex radice הלל, *laudare*, quam sequitur Chaldæus. Nam radix ילל, *ejulari*, ad sententiam aptari vix potest.

6. לכן ביום : Quanquam id alterum לכן plerique Veteres omittunt, tamen id supervacaneum esse non arbitramur, quia licet interpretari, *ad certitudinem*, vel *certò*, ut alibi non semel; quam nos affirmationem extulimus verbo Latino *erit* bis posito. Licebat etiam convertere, *certissimè notum habebit nomen meum*, vel *gloriam meam* : nam שם, *nomen*, sæpe idem, atque *gloria*.

7. מה נאוו על ההרים רגלי מבשר, *quàm decori super montes pedes nuntiantis bona!* Hæc significant, Interprete Grotio, » Quàm pulcrum erit ministerium Jeremiæ, qui definiet ipsum » tempus, quo Sion rursùs habitata florebit. « Hoc modo Grotius, quidquid in Prophetis de Christo Domino amplum est & magnificum, deterit ignobilitate sententiæ, & ad sententias traducit à Prophetâ vaticinante prorsùs alienas. Supererat, ut Grotius exponeret, quamobrem dicatur Jeremias nuntiare pacem *super montes*, quasi de regione longinquâ veniens, cùm tamen Jeremias mediâ in urbe Jerusalem, vel in ipsâ Judæâ, sit vaticinatus; vel quâ mente Jeremias dixerit, *regnat Deus tuus* (*Sion*,) si Judæorum Babylone reditum prænuntiabat. Neque enim, populo Judæo Babylone reverso, redintegrata fuit antiqua Theocratia. Quòd si *regnat* Grotius accipiebat ita, ut *apparebit esse rex Sion*, quonam pacto id apparebat potiùs in reditu, quàm ipsâ in captivitate? Nempe erat tunc omnibus populis, qui quidem Judæos nôrant, res aperta & palàm cognita, Dei prophetas prædixisse captivitatem Judæorum, Judeosque, Deo flagitia ipsorum ulciscente, fuisse abductos Babylonem. Ergò sapientiùs Hieronymus: *Hæc excedunt mediocritatem illius temporis*; & sententia Grotiana si haberet locum, propè accusandus esset Paulus Apostolus, qui hanc Isaiæ vaticinationem crediderit fuisse ab Evangelii nuntiis impletam : vide *Epist. ad Rom. cap. 10.*

8. בשוב יהוה ציון, *redeuntem Dominum ad Sion*, quam dudum deseruerat, relinquens eam sine miraculis, sine prophetis, sine cœlesti præsidio adversùs potentiam Romanorum; sic ut videretur Deus non ampliùs curare ipsorum nec Remp. nec Religionem, quanquam prædixerat promiseratque Deum fore aliquandò ipsorum regem. Vulgatus, *cùm converterit Dominus Sion*, cùm fortè legeret בשיב. Sed non tam aptè ad *Dominum*, quem nuntii redeuntem vident *oculo ad oculum.*

11. צאו משם, *emigrate inde.* Ne de Babylone accipiatur adverbium *inde*, id vetat, quòd *Babylon* non fuit anteà nominata. Sed nominata fuit Jerusalem; ut non dubium sit, intelligi ipsam Jerusalem urbem, unde exierunt Christiani Judæi, & Pellam se receperunt. Propterea non nominatur, hoc loco, Jerusalem, quia in ante-dictis notata est Jerusalem *sancta civitas*, cùm contrà hîc notetur urbs impia, civitas Deicidarum. ...נשאי כלי יהוה, *qui fertis vasa Domini.* Hæc intelligit Grotius de *Sassabasar*, cui vasa pauca quæ supererant, credita fuerunt, cùm Judæos Babylone reduxit Esdras, quanquam nihil ante-dicta de Babylone Sed in verbis illis, *qui fertis vasa Domini*, videtur Isaias alludere ad Sacerdotes & Levitas, qui vasa Templi Babylone reduxerunt, ut, cùm hæc evenirent, intelligeretur Christianos urbem Jerusalem, antequàm à Romanis obsideretur, relinquentes, abstulisse secum Sacerdotium ministeriumque veræ Religionis, quæ sedem suam in Jerusalem non esset ampliùs habitura.

14. & 15. עליך : Lege עליו, *de eo*, ut legunt Chaldæus & Syrus, & ut postulat כן משחת... מראהו Non immeritò illud כן reprehendebat Lud. Cappellus; nam similitudo continuatur membro posteriore usque ad כן יזה, v. 15. ubi ad similitudinem id quod simile est, annectitur. Videtur legendum וכמשחת, *& sicut deturpatus fuit* (*vultus ejus.*) Notatur hoc loco admiratio & stupor, qui fuit apud omnes, qui Messiam viderant, post miracula tanta, ludibrium hominum factum; deinde in verbis, כן יזה גוים רבים, *ita recreabit gentes multas*, altera admiratio plena timoris & reverentiæ, quæ incessit *gentes multas* ad Christi fidem conversas, cùm de Christi miraculis & resurrectione audierunt, intellexeruntque, fuisse in eo impletam Legem & Prophetiam. Significatum, *recreabit*, deducimus ex Arab. verbo נזה, *recreare*, in quo est oppositio cum verbo שממו, quod notat *admirationem* & *stuporem* cum dolore conjunctum.

CAPUT LIII.

Orietur è terrâ sitiente virgultum ; non erit ei decor... tanquam ovis ad mactationem ducetur , nec aperiet os suum. Omnem vitam ejus quis enarrabit ?

1. *Quis credidit, cùm nos audi-*
ret, vel brachium Domini cui reve-
latum est ? 2. *Ortum est autem co-*
ram eo quasi virgultum , vel radix
aridâ ex humo nascens ; non erat ei
forma , nec decor , ut eum intuere-
mur ; non species , ut eum deside ra-
remus. 3. *Despectus fuit & ab homi-*
nibus derelictus ; fuit vir dolorum ,
sciens infirmitatem , & quasi abscon-
dens vultum suum à nobis ; pro ni-
hilo reputatus est , eumque non atten-
dimus. 4. *Verè ille infirmitates nos-*
tras tulit , doloresque nostros in se re-
cepit ; nos verò eum habuimus , ut
hominem percussum , ut à Deo vul-
neratum & prostratum. 5. *Ille autem*
vulneratus est propter nostras iniqui-
tates , propter scelera nostra contritus.
Erat in eo pacis nostræ vinculum ,
perque ejus livores sanati sumus.
6. *Omnes nos , quasi oves , erraba-*
mus ; declinaveramus nostram quis-
que in viam. Dominus autem contu-
lit in eum omnium nostrûm iniquita-
tes. 7. *Oppressit eum ; ille autem ja-*
cuit , non aperiens os suum. Tanquam
ovis ad mactationem ductus est , ut
agnus coram tondente se , obmutuit ,
nec aperuit os suum. 8. *Per violenta*
judicia sublatus est. Ejus omnem vi-
tam quis secum reputabit , postquàm
ereptus fuerit de terrâ viventium , &
populi mei ob iniquitatem , usque ad mortem percussus ? 9. *Dabit verò im-*
pios pro sepulturâ suâ , & pro suâ morte divites ; propterea quòd nihil quid-

1. מי האמין לשמעתנו • וזרוע
יהוה על מי נגלתה : 2. ויעל
כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה •
לא תאר לו ולא הדר • ונראהו ולא
מראה ונחמדהו : 3. נבזה וחדל
אישים איש מכאבות וידוע חלי •
וכמסתר פנים ממנו • נבזה ולא
חשבנהו : 4. אכן חלינו הוא נשא
ומכאבינו סבלם • ואנחנו חשבנהו
נגוע מכה אלהים ומענה : 5. והוא
מחלל מפשעינו מדכא מעונותינו •
מוסר שלומנו עליו • ובחברתו נרפא
לנו : 6. כלנו כצאן תעינו • איש
לדרכו פנינו • ויהוה הפגיע בו את
עון כלנו : 7. נגש והוא נענה •
ולא יפתח פיו • כשה לטבח יובל •
וכרחל לפני גזזיה נאלמה • ולא
יפתח פיו : 8. מעצר וממשפט
לקח • ואת דורו מי ישוחח • כי נגזר
מארץ חיים • מפשע עמי נגע למו :
9. ויתן את רשעים קברו ואת
עשיר במתיו • על לא חמס עשה
ולא מרמה בפיו : 10. ויהוה חפץ
דכאו החלי • אם תשים אשם נפשו
יראה זרע יאריך ימים • וחפץ יהוה
בידו יצלח : 11. מעמל נפשו יראה
ישבע בדעתו • יצדיק צדיק עבדי
לרבים • ועונתם הוא יסבל : 12.
לכן אחלק לו ברבים ואת עצומים
יחלק שלל • תחת אשר הערה למות
נפשו ואת פשעים נמנה • והוא
חטא רבים נשא ולפשעים יפגיע :

quam

quam injustè fecerit, nec fuerit fraus in ore ejus. 10. *Placuit autem Domino, ut eum contereret infirmitate, ut, animâ ejus pro expiatione datâ, progeniem videat ad multos dies duraturam; ille verò perduxit ad exitum suum Domini voluntatem.* 11. *Postquàm laboribus defunctus fuit, videbit lumen, scientiâque complebitur. Justus meus misericordiam præstabit eis, qui servi sunt Dominorum, portabitque eorum iniquitates.* 12. *Propterea ego dabo illi sortem cum Potentibus, & cum fortibus dividet prædas; quoniam fecit obnoxiam morti animam suam, ita ut iniquis annumeraretur: ille verò multorum sustinebit peccatum, & pro iniquis præbebit se deprecatorem.*

---

1. מי האמין לשמעתנו, *quis credidit, cùm nos audiret.* Hæc conquestio est eorum nuntiorum, de quibus capite superiore dictum est, *quàm speciosi pedes*, &c. sive Christi Domini Apostolorum. Conqueruntur autem, non quòd nemo sit sibi crediturus; nam dictum mox fuit, fore ut reges, quæ nondum audierant, audita secum reputent; sed quòd nemo, vel paucissimi de suâ gente. Atque ita hæc Apostolus interpretatur *Epist. ad Rom. cap. 10.* ...וזרוע יהוה על מי נגלתה, *& brachium Domini cui revelatum est?* Dictum fuit cap. sup. v. 10. *nudavit Dominus brachium suum.* Nempe in *brachio* miracula Christi notabantur. Nunc additur istud idem brachium non fuisse *revelatum*, nisi perpaucis hominibus, quia Judæi noluerunt confiteri, Dominum Jesum miracula patrare *in digito Dei.* Miracula videbant, autorem miraculorum ne viderent & agnoscerent, oculos claudebant. Grotius, quanquam non negat hæc congruere in Christum κατὰ λέξιν, tamen putat in Isaiam etiam convenire, qui quidem non, quòd nemo se audiat, conqueratur, sed notet prænuntietque aliquem futurum, qui vaticinationi huic suæ sit crediturus, nempe Jeremiam. Quâ in re peccatum fuit ejusdem Grotii duplex. Primum, quòd tollit ex Isaiæ verbis conquestionem, cùm in pronomine מי Jeremiam vult notari. Nam Apostolus, loco suprà-dicto, Isaiam exhibet, ut de suâ gente conquerentem. Alterum peccatum est, quòd hæc verba *auditui nostro* existimat de se dixisse Isaiam, cùm tamen Prophetæ non soleant de se ipsis loqui personâ plurali.

2. ויעל כיונק לפניו, *& exorietur quasi surculus coram eo* (*Domino*, de quo mox.) Rectè Vulgatus יונק, *virgultum;* nam huic *virgulto* respondet שרש, *radix.* Itaque malè eum significatum tribuunt Buxtorfius Pater & filius, verbo tantùm feminino יונקת... מארץ ציה, *ex terrâ aridâ*, seu Judæâ, quam non fuerat sperandum, germinaturam esse Salvatorem tum, cùm apud Judæorum mentes Religio exaruerat & penè deleta erat. Forerius *terram aridam* interpretatur, ut de Mariâ virgine dictam. Videtur id quidem longè petitum. Etenim virginis alvus, si seminatur, fit fœcundus, non item *arida terra;* neque virgo, ut sterilis, consideratur, cùm edit partum suum. ...לא תאר לו ולא הדר ונראהו, *non erat ei forma, nec decor, ut eum intueremur.* Ita Symmachus, ἵνα εἴδωμεν αὐτὸν, adjungens verbum ונראהו ad ea, quæ antecedunt, quæque nunc puncto *Athnac* malè disjunguntur. Hæc notant Christi Domini vultum ipsum corporisque ejus *formam*, quomodò rectè Grotius interpretatur: » nihil magnificum in vultu præfert. « Judæi, quoniam habuerant Legislatorem vultu radianti, ac Dei cum eo loquentis majestatem spiranti, sperabant sic fore ipsorum Messiam. Itaque ad lapidem offenderunt, cùm viderunt vultum Salvatoris severum illum quidem, sed tamen nihil nisi humanum habentem. Hæc autem non spectant vultum in Passione deformatum. Nondum enim Passio tangitur Christi Salvatoris.

3. וחדל אישים, *& derelictum hominum*, sive *ab hominibus.* Petimus eum significatum ex Arab. verbo חדל, *auxilio destituere, deserere*, ut verbo נבזה parallelum. ...וידוע חלי, *& sciens infirmitatem.* Lege, vel ידע, ut lego in Codicibus duobus, vel ידוע plenè, in *Benoni.* Nam ידוע esset *Paoul*, seu passivum, *notus.* ...וכמסתר פנים ממנו, *& quasi abscondens faciem à nobis.* Nimirum voluit Christus se cognosci ex miraculis & ex doctrinâ, non ex vultu radianti; propterea interdixit Apostolis tribus, qui gloriam suam in monte Thabor viderant, ne cuiquam dicerent visionem, donec à mortuis surrexisset.

4. חלינו הוא נשא, *infirmitates nostras ipse tulit.* Hæc ad verbum intelliguntur de humanâ infirmitate, quam Christus suscepit, homo factus. Quòd verò hunc Isaiæ locum memorat Matthæus, narrans ægrotos fuisse in Capharnaum sanatos, hoc eò fecisse videtur, quia jus & potestatem sanandi morbos Christus ideò habebat, quia receperat in se humanitatem nostram, quam ut mente, ita & corpore sanaret. ...נגוע: Nos, *percussum*, non autem *leprosum*, ut Vulgatus, qui quidem sequebatur, vel Aquilam, qui ἀφημένον, vel Symmachum, qui ἐν ἀφῇ. Verum ἀφὴ trahit originem ex ἅπτω, *tango*, habetque *tactum*, non *lepram.* Itaque rectè observat Henricus Stephanus deceptos fuisse ab Hieronymo Hesychium & Suidam, qui habeant ἀφὴν ut *lepram*, cùm potius *lepra* sit ἀλφὴ, seu *vitiligo.*

5. מוסר שלומנו עליו, *vinculum nostræ pacis super eum.* Intelligenda *pax* ut *salus*, & ut *sanitas*, quia *sanatio* agitur membro posteriore; & respondet *vinculum*, *livori*, seu vulneri; quo-

modò faſcia vulnus ligans, vulneri alligato. Ergò ſignificatur livores Chriſti patientis fore noſtræ ſalutis remedium.

7. נגש והוא נענה, *oppreſſit eum; ille autem jacuit.* Legendum נגשו, non ſine affixo, cujus omittendi occaſionem dedit alterum ו, quod ſequitur. Verbum נגש utitur nominativo eodem, quo verbum הפגיע, nempe *Deo.* Ne ſit idem nominativus duobus verbis נגש & נענה, obſtat והוא, quod pronomen ſententiam diſcriminat, & ab unâ perſonâ transfert ad aliam perſonam.

8. ואת דורו מי ישוחח, *ejus omnem vitam quis ſecum reputabit.* Hebraicum verbum דור notat, vel multitudinem hominum eâdem mundi ætate viventium, vel vitam ſingulorum, ut ad certum tempus durantem, quo ultimo ſignificatu venit hoc loco דורו. Non adhibemus nomen *generationem*, ut ambiguitatem vitemus, & ne credatur ſignificari, vel *naſcendi originem*, quam nunquam habet nomen דור, vel *progeniem*, de quâ hìc non agitur. ...נגע למו: Græci Intt. ἤχθη εἰς θάνατον, *ductus eſt ad mortem.* Legunt למות; quam nos ſcripturam adſciſcimus. Omiſſum fuerit ת, ex vicinitate litterarum. ...ת׳ו ſequentium. Nî ſic legitur, ſententia vix poterit expediri. Syrus & Arabs ſimiliter, *ad mortem.*

9. ויתן את רשעים קברו, *& dabit impios pro ſepulturâ ſuâ.* Lege בקברו, ut Græci Intt. ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτȣ̃, *pro ſepulturâ ipſius*, ut poſt legitur במתיו, non ſine ב; ubi etiam legendum במותו, ut legebant Græci, qui τȣ̃ θανάτȣ αὐτȣ̃, *morte ejus.* Parallela eſt *mors ſepulturæ.* Ita etiam Syrus. Denique עשרים, *divites*, meliùs, quàm עשר num. ſing. Neque enim numeros mutare ſolet Iſaias mutando membro, ut ſæpe fit in Pſalmis. Sic adhuc Græci Intt. πλȣσίȣς, *divites*, & poſt eum Vulgatus. Significat Propheta, Impios ſuâ morte ac pernicie necem Meſſiæ expiaturos; quaſi dicat impios fore pro eo victimam vicariam, nec prædam ſuam morti, Chriſto reſurgente, defuturam.

10. דכאו החלי: Series poſtulat בחלי (*conterere eum*) *in infirmitate*, ut Vulgatus. Sic in Codice Alex. ἀπὸ τῆς πληγῆς, non ſine præpoſitione. ...תשים: Potiùs תשם, in voce Paſſivâ, *poſita fuerit*, vel *facta* (*expiatio.*) Obſervat Morinus, Judæos, antequàm punctis vocalibus uterentur, notâſſe vocem Paſſivam per litteram י interjectam; quem Chaldaiſmum Scribæ hîc reliquerint.

11. יראה, *videbit;* deſideratur verbi caſus. Fortè olim ſcriptum fuerit ירוה, *inebriabitur*, quod verbum commodè jungi poteſt cum ישבע, *ſaturabitur.* Tamen ex autoritate Græcorum Intt. qui, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, *oſtendere ei lumen*, legimus יראה אור, *videbit lumen*, ut reſurrectio Chriſti poſt ejus mortem prænuntietur. ...צדיק עבדי: Vulgatus, *juſtus ſervus meus.* Tamen Hebræi adjectivum nunquam præponunt ſubſtantivo, niſi affirmant cum verbo *eſt*, vel tacito, vel enuntiato. Nos, pro צדיק, legimus צדקי, *Juſtus meus;* & vix dubitamus Græcos Intt. qui ponunt δίκαιον εὖ δȣλεύοντα πολλοῖς, *Juſtum benè ſervientem multis*, ſcripſiſſe Græcè δίκαιον μȣ̃, *juſtum meum*, atque adeò legiſſe צדקי, non צדיק. Nihil enim nec ad Hebr. verba, nec ad ſententiam iſtud *benè ſervientem.* עבדי לרבים, *ſervos dominorum.* Poſſis dicere, *multorum.* Sed præſtat *dominorum*, quia verſu inferiore רבים vult habere *dominos*, ubi prænuntiatur Chriſti Domini triumphus poſt reſurrectionem futurus.

CAPUT LIV.

Lætare ſterilis, quæ non pariebas; ſoboleſces ad dexteram & ad ſiniſtram; filii tui in altâ pace erunt; arma non eis nocebunt; linguam, quæ tibi maledicet, ream facies.

1. *Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe in lætas voces, & exſulta, quæ non parturis; nam filii ejus, quæ deſerta erat, plures erunt, quàm ejus, quæ habebat virum ſibi, dicit Dominus.* 2. *Dilata locum tentorii tui; expandantur tuorum vela tabernaculorum; noli parcere; fac tuos funes longiores, firmioreſque paxillos tuos.*

1. רני עקרה לא ילדה · פצחי
רנה וצהלי לא חלה · כי רבים בני
שוממה מבני בעולה אמר יהוה :
2. הרחיבי מקום אהלך ויריעות
משכנותיך יטו · אל תחשכי ·
האריכי מיתריך ויתדתיך חזקי :
3. כי ימין ושמאול תפרצי · וזרעך
גוים יירש · וערים נשמות יושיבו :
4. אל תיראי כי לא תבושי · ואל

3. *Tu enim sobolesces ad dexteram &*
ad sinistram ; semen tuum possidebit
gentes, & urbes, quæ desolatæ fue-
rant, habitabit. 4. *Noli timere, ne-*
que enim erubesces ; noli suscipere
molestiam ; neque enim ignominiam
subibis ; adolescentiæ tuæ dedecus obli-
viscêris ; opprobrium tuæ viduitatis
memoriâ ex tuâ delebitur. 5. *Quippe*
erit sponsus tuus is, qui te fecit ; no-
men ejus Dominus exercituum ; Re-
demptor tuus, Sanctus Israel, qui no-
minatur Deus universæ terræ ; 6. *Cùm*
revocabit te Dominus, quasi uxorem
relictam & spiritu afflictam, & quasi
sponsam juventutis, quæ spreta fue-
rat, dicit Deus tuus. 7. *Ego te parvo*
momento dereliqui ; ego idem te mise-
rationibus magnis congregabo. 8. *Ego*
in momento iræ subitò abscondi à te fa-
ciem meam ; sed misericordiâ te sem-
piternâ miserabor, dicit Redemptor
tuus Dominus. 9. *Erunt enim hæc*
mihi tanquam Noe dies, cùm juravi
me in terram non ampliùs missurum
Noe diluvium ; sic ego dedi jusjuran-
dum, me non fore iratum tibi, nec te
castigaturum. 10. *Montes licet dimo-*
veantur, & colles convellantur, non
dimovebitur abs te misericordia mea ;
fœdus meæ pacis non convelletur, di-
cit idem Dominus, qui tui misere-
tur. 11. *Tu inops es, tu tempestate*
jactata, nec misericordiam consecu-
ta ; ecce verò carbunculo sternam lapi-
des tuos, jaciamque in sapphyris fun-
damenta tua. 12. *Fenestras tuas dabo ut pyropum ; ut jaspidem, portas*
tuas, omnesque fines tuos, ut lapides pretiosos. 13. *Omnes tui ædificato-*
res magistrum Dominum habebunt, & in altâ pace filii tui versabuntur.
14. *Tu in justitiâ firmamentum habebis ; longè à te erit oppressio, quam*
non erit, cur reformides ; longè terrores, qui ad te non accedent. 15. *Ecce*
enim ego adducturus sum tibi incolas, qui tecum habitent ; transfugient ad
te, quicunque in te habitabunt. 16. *Ego creavi fabrum, quo sufflante prunæ*
accenduntur, quique per artem suam arma fabricatur ; ego interfectorem om-

תכלמי כי לא תחפירי · כי בשת
עלומיך תשכחי וחרפת אלמנותיך
לא תזכרי עוד ׃ 5. כי בעליך
עשיך יהוה צבאות שמו · וגאלך
קדוש ישראל אלהי כל הארץ
יקרא ׃ 6. כי כאשה עזובה ועצובת
רוח קראך יהוה · ואשת נעורים כי
תמאס · אמר אלהיך ׃ 7. ברגע
קטן עזבתיך · וברחמים גדולים
אקבצך ׃ 8. בשצף קצף הסתרתי
פני רגע ממך · ובחסד עולם רחמתיך ·
אמר גאלך יהוה ׃ 9. כי מי נח
זאת לי אשר נשבעתי מעבר מי
נח עוד על הארץ · כן נשבעתי
מקצף עליך ומגער בך ׃ 10. כי
ההרים ימושו והגבעות תמוטינה ·
וחסדי מאתך לא ימוש · ובריתו
שלומי לא תמוט · אמר מרחמך
יהוה ׃ 11. עניה סערה לא נחמה ·
הנה אנכי מרביץ בפוך אבניך
ויסדתיך בספירים ׃ 12. ושמתי
כדכד שמשתיך ושעריך לאבני
אקדח · וכל גבולך לאבני חפץ ׃
13. וכל בניך למודי יהוה · ורב
שלום בניך ׃ 14. בצדקה תכונני ·
רחקי מעשק כי לא תיראי · וממחתה
כי לא תקרב אליך ׃ 15. הן גור
יגור אפס מאותי · מי גר אתך עליך
יפול ׃ 16. הן אנכי בראתי חרש
נפח באש פחם ומוציא כלי למעשהו ·
ואנכי בראתי משחית לחבל ׃ 17.
כל כלי יוצר עליך לא יצלח · וכל
לשון תקום אתך למשפט תרשיעי ·
זאת נחלת עבדי יהוה וצדקתם
מאתי · נאם יהוה ׃

nia deleturum. 17. Sed omnia arma, quæ adversùm te facta erunt, irrita erunt. Tu omnem linguam, quæ contra te ad judicium insurget, ream facies. Hæc pars erit Domini servorum; hæc erit mea in eos benignitas, dicit Dominus.

---

1. רני עקרה, *lætare sterilis.* Alluditur ad Patriarcharum uxores eas, quæ steriles erant, præcipuè ad Saram, cujus soboles, quàm Agaris, fuit numero multò majori; ut notetur paucitas filiorum *ex fide*, quæ paucitas tandiù duravit, quandiù sponsam Deus habuit servam, seu Synagogam; atque, in oppositione ejus paucitatis, multitudo filiorum Saræ, matris credentium futuræ, cùm Deus redibit ad sponsam, quæ sterilis erat, seu ad Ecclesiam. ...בעולה: Nos, *quæ habebat virum sibi;* quia notatur mulier non modò uxor, sed ea uxor, quâ utitur maritus. Ea enim opponitur alteri שוממה, quæ est etiam uxor, sed sola & relicta ob sterilitatem.

2. הרחיבי מקום אהלך, *dilata locum tentorii tui.* Hæc Grotius dicta interpretatur de Jerosolymâ, quæ fuit longo tempore sterilis & sine partu, postquàm Judæi Babylonem abducti fuissent, neque tamen exponit, quamobrem tentoria Jerusalem fuerint dilatanda, Judæis Babylone regressis. Certè Jerusalem fuit eo tempore instaurata, non amplificata; nec verò etiam dominatus Judæorum patuit latiùs post, quàm ante captivitatem. Quid dicemus jusjurandum quod versu 9. memoratur, non ampliùs iratum Deum fore huic sterili, quam alloquitur Deus. Nunquam-ne urbi Jerusalem Deus iratus fuit à captivitate usque ad Christum natum? Hunc versum 9. Grotius exponere supersedit. Cæterorum autem hujus capitis versuum explicationes Grotianæ, similiores sunt cavillationi, quàm interpretationi; ut facilè videat Lector, falsam methodum adhibuisse Grotium in explicandis Prophetis, cùm nollet Prophetas Ecclesiam Christianam apertè prædixisse. ...יריעות ...יטו; *vela*, vel *cortinæ... expandantur*, sive tantùm pandantur, quantùm habent amplitudinis; nam, si tentoria exigua erant, vela contrahebantur, vel plicabantur; si majora, evolvebantur.

4. ואל תכלמי, *& noli suscipere molestiam.* De eo significatu verbi כלם, quem Hod. Lexica omittunt, vide quæ diximus ad *Libr. I. Samuel. cap. 25. v. 7.* Liquet, non convenire hoc loco significatum *erubescere;* nisi fortè inducamus Isaiam ita scribentem, *noli erubescere, quia non erubesces.* ...בשת עלומיך תשכחי, *adolescentiæ tuæ dedecus oblivisceris;* sive non jam te pudebit, fuisse sterilem, ætate florente.

5. כי בעליך עשיך, *quippe erit sponsus tuus is, qui te fecit.* Ita *sponsus*, ut te prole augeat. Idem est significatus verbi בעל, qui supra versu 1. verbi בעולה, quod notabat non modò *uxorem*, sed uxorem, quam diligat maritus, & cum quâ soleat habitare.

7. ברגע קטן עזבתיך, *momento parvo dereliqui te.* Pertinet hoc *momentum*, sive *punctum temporis*, ad similitudinem, non ad ipsam rem. Fuit enim Ecclesia Gentium relicta per multa sæcula usque ad Christum natum, non autem *punctum temporis.* Sed affirmat Deus, se erga uxorem sterilem sic affectum fore, ut affectus est in suam uxorem maritus, cùm eam, paucis diebus relictam, requirit & revocat, apud se deinceps mansuram, nec repulsæ obnoxiam futuram.

9. כי מי נח זאת, *nam aquæ Noe hæc.* Antetulimus כימי, conjunctè, *sicut dies*, ut legunt Chaldæus, Syrus & Hieronymus. Nam scripturâ tali sententia fit expeditior, stylusque usitatior. Occasionem dederit illud מי נח, quod sequitur, ut similiter utrobique scriberetur.

10. כי ההרים ימושו, *nam montes dimovebuntur.* Hæc pendent ex ante-dictis, ubi de diluvio Noe. Nempe diluvio transacto, necesse fuit terras adhuc humentes in multis locis dissiluisse, atque adeò montes & colles multos sedibus suis fuisse dimotos, vel complanatos.

11. בפוך, *carbunculo.* Isaias similitudine utitur lapidum pretiosorum, ne quis in litterâ pingui hæreat; ut mirum sit, non hæc deterruisse Grotium, ne de urbe Jerusalem ac de Templo hæc interpretaretur; præsertim cùm Isaias addat, lapides pretiosos fore, in omnibus finibus ejus urbis, quam describit. Nam *omnes fines* notant *totam regionem*, non tantùm urbem.

13. וכל בניך למודי יהוה, *omnes tui ædificatores magistrum Dominum habebunt*, ut sciant, quemadmodùm pretiosi lapides in ædificio collocandi sint. Interpretamur בניך *ædificatores tui*, non *filii tui*, quia venit altero in membro בניך, *filii tui.* Si enim esset idem utrobique significatus, usurparetur *ἀπὸ κοινοῦ* membro in priore, non recurreret in posteriore.

14. רחקי, *longè fac* (*à te oppressionem*) sive à tuâ mente metum Oppressorum. Alternis sæpe veniunt imperandi Modus post futurum, & futurum post imperandi modum, ut ad Psalmos monuimus. Itaque rectè Imperativus רחקי, post futurum ותכונני.

15. הן גור יגור אפס מאותי: Verbum pro verbo, *en habitando habitabit tecum ex me*, sive, *me id providente*, quomodò versu ultimo מאתי significat *ex me.* Pro אפס, legimus אתך, ut Græci Intt. qui *σοὶ*, *apud te.* Arias, *non ex me* (*peregrinabitur.*) Poterat etiam convertere, *non sine me*, si constaret, אפס notare negationem, ut notat privationem. Sed in utrâque interpretatione vitium illud est, quòd non dicitur *ubi* hospes sit habitaturus. Vult enim גור, *habitare*, nomen loci *ubi*, vel personæ, *apud quam habites*, vel peregrineris. Pronum fuit, ut Scriba ex אתכ in אפס aberraret, antequàm Littera ך finalis usurparetur ...עליך נפלו: Græci Intt. *ἐπὶ σε καταφεύξονται*, *confugient ad te*, cujus significatûs verbi נפל adjuncto על, multa exempla sunt. Illi, qui convertunt נפלו עליך, *cadent sub te*, vel *ad pedes tuos*, exemplo carent. Nempe נפל על significat, vel *adjungere se ad...* vel *cadere*, aut *irruere adversùm...* Vide, si juvat, Concordantias Buxtorf.

17.

17. כל כלי יוצר עליך לא יצלח , *omnia arma confectoris contra te non prosperabunt.* Hæc de urbe Jerusalem post Captivitatem instauratâ intelligenda esse nemini Lectori Grotius persuadebat. Imò ne ipse quidem habebat persuasum, neque explicat, quonam modo arma, quæ contra Jerusalem parabantur, irrita fuerint. Nempe hæc notant pacem ad perpetuitatem in Jerusalem novâ futuram, quoniam versu 9. jusjurandum fecit Deus, se ei non ampliùs irasciturum. Ergò, quandoquidem Jerusalem fuit sæpe, post reditum Babylone, vicinarum gentium bellis exagitata, superest ut non alia hìc Jerusalem intelligatur, quàm Jerusalem nova, *de cælo à Deo descendens.*

CAPUT LV.

Omnes sitientes venite ad aquas. Feriam vobiscum fœdus David, quem dedi populis testem, gentibus legislatorem. Populus, quem non noveras, ad te veniet... Verbum meum non revertetur ad me vacuum.

1. *Quicunque siti laboratis, agite,*
accedite ad aquas; si quis argentum
non habet, venite, emite & comedite;
venite, emite, sine argento & sine per-
mutationibus, vinum & lac. 2. *Cur*
enim appenditis argentum, non ita ut
cibum habeatis; cur laborum fructum
vestrorum non ita, ut saturemini?
Audite me tandem, & comedite fruc-
tus bonos, & in pinguedine anima
vestra delectetur. 3. *Inclinate aurem*
vestram, & venite ad me; audite, ut
vivat anima vestra. Ego enim faciam
vobiscum fœdus sempiternum, mise-
ricordias David eas, quæ perpetuæ
futuræ sunt. 4. *Ecce ego testem popu-*
lis dedi eum; ducem gentibus & le-
gislatorem. 5. *En tu gentem, quam*
non noveras, advocabis; en gentes,
quæ te non cognoscebant, ad te cur-
rent, propter Dominum Deum
tuum, & Sanctum Israel, quia tribuit
tibi gloriam. 6. *Quærite Dominum,*
dum invenitur; invocate eum, dum
propè est. 7. *Relinquat impius vias*
suas, homo iniquitatis consilia sua;
revertatur ad Dominum Deum
nostrum, & miserebitur ejus; erit
enim multæ miserationis. 8. *Quippe*

1. הוי כל צמא · לכו למים ·
ואשר אין לו כסף לכו שברו ואכלו ·
ולכו שברו בלוא כסף ובלוא מחיר
יין וחלב : 2. למה תשקלו כסף
בלוא לחם ויגיעכם בלוא לשבעה ·
שמעו שמוע אלי ואכלו טוב ותתענג
בדשן נפשכם : 3. הטו אזנכם
ולכו אלי · שמעו ותחי נפשכם ·
ואכרתה לכם ברית עולם חסדי דוד
הנאמנים : 4. הן עד לאומים
נתתיו נגיד ומצוה לאמים : 5. הן
גוי לא תדע תקרא · וגוי לא ידעוך
אליך ירוצו למען יהוה אלהיך
ולקדוש ישראל כי פארך : 6.
דרשו יהוה בהמצאו · קראהו בהיותו
קרוב : 7. יעזב רשע דרכו ואיש
און מחשבתיו · וישב אל יהוה
וירחמהו ואל אלהינו כי ירבה
לסלוח : 8. כי לא מחשבותי
מחשבותיכם · ולא דרכיכם דרכי
נאם יהוה : 9. כי גבהו שמים
מארץ · כן גבהו דרכי מדרכיכם
ומחשבתי ממחשבתיכם : 10. כי
כאשר ירד הגשם והשלג מן
השמים ושמה לא ישוב כי אם
הרוה את הארץ והולידה והצמיחה ·
ונתן זרע לזרע ולחם לאכל : 11. כן
יהיה דברי אשר יצא מפי · לא
ישוב אלי ריקם · כי אם עשה את

אשר חפצתי והצליח אשר שלחתיו :
.12 כי בשמחה תצאו ובשלום
תובלון · ההרים והגבעות יפצחו
לפניכם רנה · וכל עצי השדה
ימחאו כף : .13 תחת הנעצוץ
יעלה ברוש · תחת הסרפד יעלה
הדס · והיה ליהוה לשם לאות עולם
לא יכרת :

cogitationes meæ non ſunt ut cogita-
tiones veſtræ, nec viæ meæ ut viæ
veſtræ, dicit Dominus. 9. Nam cœ-
li terrâ quàm ſunt ſublimiores, tam
ſunt viæ meæ viis veſtris altiores, co-
gitationeſque meæ cogitationibus veſ-
tris. 10. Quemadmodùm enim pluvia
& nix, quæ cœlo deſcendunt, non
hùc revertuntur, ſed terram imbuunt,
fœcundant, & ex eâ fœtus eliciunt, ut ſuppeditet ſemen ad ſeminandum,
panemque ad comedendum; 11. Ita erit verbum meum. Id, quod ore meo
egreſſum eſt, non revertetur ad me inane; ſed quæcunque volo, hæc effi-
ciet; & quoniam ego illud miſi, habebit exitum felicem. 12. Enimverò
cum gaudio emigrabitis, & cum pace deducemini. Montes & colles lætis
vocibus ante vos perſonabunt, & omnes agri arbores ramis applaudent.
13. Pro virgulto, abies naſcetur; pro paliuro, myrthus orietur. Eritque
in laudem Domini hoc miraculum, quod perenne erit, nec delebitur.

---

1. הוי כל צמא לכו למים, *agite, omnes ſitientes, venite ad aquas.* Jam vidimus ſuprà interjectionem הוי notare hortationem, non tantùm gemitum. Comparat Iſaias Dei populum hominibus in deſerto ſiti areſcentibus, quia ſimilitudinem petit ex re notâ, ut ſolet; nempe ex aquis, quas Deus, miraculo facto, dedit Iſraelitis, in deſerto ſiti confectis. Quippe ſermonem habet ad Judæos. Ad cujus autem temporis Judæos, ſequentia demonſtrabunt. Intereà neceſſe eſt confiteri, hæc ſpectare eam mundi ætatem, in quâ futuri ſint Judæi magnâ in penuriâ ſalutis ſubſidiorum, quanquam præſentium. Invitantur enim ut veniant *ad aquas*, tanquam ad aquas præſentes, in quibus ſitim ſuam, ſi volent, exſtinguere poterunt. Interpretes volunt notari *aquis* doctrinam; concedi hoc poteſt, ubi aquæ ſiti opponuntur, quia tunc ſignificatur id, quod ſitim ſalutis explere poteſt. Neque vero *aquæ* ſolæ ſubſidia hìc indicant ſalutis. Nam *vinum & lac*, quæ ſine pretio comparari poſſe dicuntur, notant etiam ſubſidia hæc ſalutis.

2. למה תשקלו כסף בלוא לחם, *quare appenditis argentum, non ita ut cibum habeatis.* Vulgatus, *non in panibus*, ſententiâ eâdem, ſed ex ſcripturâ ללחם, ut poſt legitur לשבעה, *in ſaturitate*, eodem dandi caſu; ita etiam Syrus ללחמא. Nemini unquam cuiquam accidit, qui ſanæ mentis eſſet, ut, cùm fame, aut ſiti premeretur, pretio emeret res ad victum non neceſſarias, ſubſidia ipſa vitæ non compararet. Ergò Iſaias, Judæorum veſaniam talem deſcribens & coarguens, hoc ipſo monet, rem aliter, quàm verba ipſa ſonant, aliquâ parte eſſe intelligendam. Cùm dicit, *quare appenditis argentum*, notat argentum ipſum, ſeu pecuniam, quâ ſingula quæque, quæ opus ſunt, emuntur; ita enim hìc *argentum* accipiendum, ut mox *ſine argento* (*emite aquas.*) Cùm autem ſubjungit, *non pro pane*, indicat animæ, non corporis, cibum, quomodò anteà in *aquis* notabat, non aquas ipſas, ſed ſubſidia ſalutis. Ergo Iſaias exhibet Judæos, ut reverà pecuniam appendentes, & pretio multa commoda comparantes, quæ non ſint ad ſalutem profutura. Scilicet ea tempora demonſtrat, in quibus Judæi futuri ſunt magni negociatores, argentariamque in omnibus mundi partibus facturi, ſed ſubſidia ſalutis, quæ præſentia erunt, non comparaturi. Ex quo jure colligitur, prædicere Iſaiam de Judæis, qui poſt Evangelium promulgatum vivent, quique ſalutem, quam quærunt, per Evangelium oblatam, repudiabunt, donec tandem ad Chriſtum redeant.

3. חסדי דוד הנאמנים, *miſericordias David fideles*, ſive eas, quæ perpetuæ ſunt futuræ, utpotè in Chriſto, cujus David perſonam gerebat, implenda. Ita hunc locum exponit Apoſt. Paulus *Act. cap. 13. v. 34.* ubi interpretatur Vulgatus, *ſancta David fidelia.* Vide hunc locum. Ergò in verbis illis, *faciam vobiſcum fœdus ſempiternum*, intelligendum fœdus novæ Legis, in cujus partem Judæorum natio ventura eſt, poſtquàm intrârit *plenitudo Gentium.* Grotius *fœdus* accipit de eodem fœdere, quod Deus cum Noe ejuſque poſteris fecit; deinde *miſericordias David fideles*, ita exponit, quaſi dicat Deus, exhibebo illis beneficia tam conſtanter, quàm Davidi exhibui. Quâ in expoſitione peccat dupliciter: 1°. in eo, quòd *fœdus* vult aliud eſſe, quàm *miſericordias fideles*, unum cum Noe factum, alias Davidi promiſſas; cùm conſtet unum eſſe alterius *Appoſitum*, atque adeò unam eandemque rem ſignificari verbis diverſis. 2°. in eo, quòd verbum *fideles* non latiùs vult patere, quàm Davidis ad vitam. Etenim, cùm dicat Apoſtolus,

propterea Christum non *reversurum esse in corruptionem*, quia *sancta David* sunt *fidelia*, liquet Apostolum intelligere *misericordias* ad perpetuitatem futuras. Itaque Apostolo contradicit Grotius, ut & sæpe ipsis Prophetarum verbis, dum multas eludit vaticinationes, quæ Christum palàm prænuntiant & describunt. Sic suprà intelligebat *aquas* de doctrinâ Jeremiæ, ad quam Syrtim quia semel alliserat, in eâ hæsit pertinaciter, celans quodam modo naufragium suum. Nam fieri vix poterat, ut Grotius contentus esset talibus suis interpretationibus Prophetarum.

4. הן עד לאומים נתתיו, *ecce testem populis dedi eum.* Eundem *David*, de quo mox, cujus sunt *sancta fidelia*, sive Christum. Ita Christus, *prædicabitur hoc evangelium in toto orbe, in testimonium omnibus gentibus.* Nam idem est *testimonium* Christi & ejus Apostolorum.

5. הן גוי לא תדע תקרא, *en gentem, quam non noveras, advocabis.* Inducit Propheta Deum promittentem Davidi, seu Christo, congregaturum se ad ejus obedientiam omnes gentes.

6. דרשו יהוה, *quærite Dominum.* Redit sermo ad Judæos, quos Propheta per numerum pluralem similiter alloquebatur, antequàm converteret ad Christum sermonem ...בהמצאו: Verbum pro verbo, *in inveniri eum*, sive, *dum invenitur.* Propterea autem *invenitur*, quia *propè est.* Non autem *propè*, quia proximè venturus, sed ita, ut apud Apostolum, *propè est verbum in ore tuo*, & quomodò *aquæ*, de quibus supra, jam præsentes sunt, ut in eis Judæi sitim restinguant.

7. וישב אל יהוה, *& revertatur ad Dominum.* His verbis palàm fit sermonem esse ad Judæos, quibus ideò redeundum, quia nunc aversi sunt. Prætereà *Gentes* in superioribus ita memorantur, ut à Judæorum gente apertè distinguantur.

8. כי לא מחשבותי., *neque enim cogitationes meæ* (*ut cogitationes vestræ:*) Hæc continuationem habent cum iis, quæ proximè dicta sunt. Etenim occurritur cogitationi Judæorum, quâ deterrentur, ne resipiscant. Nam ex quo amisêre & Rempublicam & Templum, non jam possunt non confiteri, se in interpretandis Prophetis allucinatos fuisse; & quoniam nesciunt quò se vertant, vel quâ viâ corrigant errorem suum, nihil tam proclive est, quàm ut desperatione se suâ involvant, nec jam credant, eventum suum unquam habituras magnificas, quæ suæ genti factæ sunt, promissiones. Huic igitur Judæorum, seu diffidentiæ, seu desperationi, aditus ut præcludatur, affirmat Deus, verbum suum, seu promissum, quod fecerit, nunquam ad se inane rediturum, quomodò in cœlum nec imber, neque nives revertuntur, sed terram fœcundant, habilemque reddunt frugibus fructibusque parturiendis. Atque etiam similitudine tali docemur, futurum aliquandò, ut Judæi verba Prophetarum, quibus Dei promissa continentur, planè intelligant, atque in corde abscondant, donec iste imber eliciat ex eis fidei fructus tandiu expectatos.

9. כי גבהו: Potiùs כיגבהו, conjunctè, *sicut exaltantur.* Sed meliùs כי כגבהו, *nam sicut exaltantur*, ut legunt omnes Veteres. Nempe Græci Intt. ἀλλ' ὡς, *sed sicut;* Chaldæus, ארי כמא, & similiter Syrus, מטל דאיכנא, *nam sicut.* Non fuit omittendum nec כי, quod nectit orationem, nec כ similitudinis, cui respondet כן altero in membro.

12. בשמחה תצאו, *cum gaudio emigrabitis.* Hæc non convenire in reditum Babylone Judæorum, videbit quisquis perleget Historiam Sacram, imò quisquis hunc ipsum locum attente considerabit. Nam pollicetur Deus, sequenti versu, quæ miracula reditum Judæorum comitabuntur, eorum miraculorum vestigia nunquam deletum iri; quæ accommodari non possunt, nisi ad ultimum reditum Judæorum.

13. תחת: Masora ותחת, cum nexu ו, quanquam id non necesse, quoniam sequitur alterum verbum יעלה; nam tum demum nexus ו videtur necessarius, si verbum est ἀπὸ κοινοῦ utroque in membro.

CAPUT LVI.

Erunt extranei & Eunuchi populi Dei consortes ; adducet eos Dominus ad montem Sanctum suum ; hæc erit domus orationis cunctis populis. Adeste, bestiæ, ad prædam ; nam qui speculas tenent, sunt canes muti....

1. *Hæc dicit Dominus : retinete*
æquitatem, & facite id, quod justum
est ; salus enim mea prope est ut oria-
tur, veritasque mea, ut manifestetur.
2. *Beatus vir, qui hæc facit ; filius*
hominis, qui hæc servat constanter, ut,
cùm cavet à Sabbato violando, cohibeat
etiam manum suam ab omni scelere
perpetrando. 3. *Nec verò etiam fi-*
lius Alienigenæ, qui Domino adhæ-
rebit, dicat : non permittet Domi-
nus, populi sui me esse consortem ;
neque autem Eunuchus ; ego nihil
sum, nisi lignum aridum. 4. *Hæc*
enim dicit Dominus : quicunque Eu-
nuchi Sabbata mea servabunt, quæ
mihi placent, cordi habebunt, & fœ-
dus meum retinebunt. 5. *Ego dabo*
eis in domo meâ & intra muros meos
locum ; ego eis nomen optabilius,
quàm nomen filiorum & filiarum ;
nomen dabo eis sempiternum, quod
non delebitur. 6. *Ergò filii Alieni-*
genæ, qui Domino se adjungent,
ut ei serviant, ut nomen Domini
charum habeant, servosque se illius
profiteantur ; quicunque Sabbatum
ne polluant, cavebunt, fœdusque
meum retinebunt ; 7. *Ego eos addu-*
cam ad montem Sanctum meum ;
ego dabo eos lætari in domo orationis
meæ. Eorum & holocausta & pacificæ
victimæ in altari meo accepta erunt ;
nam domus mea domus orationis vo-

1. כה אמר יהוה · שמרו משפט
ועשו צדקה · כי קרובה ישועתי לבוא
וצדקתי להגלות ׃ 2. אשרי אנוש
יעשה זאת ובן אדם יחזיק בה ·
שמר שבת מחללו ושמר ידו
מעשות כל רע ׃ 3. ואל יאמר
בן הנכר הנלוה אל יהוה לאמר ·
הבדל יבדילני יהוה מעל עמו · ואל
יאמר הסריס · הן אני עץ יבש ׃ 4.
כי כה אמר יהוה לסריסים אשר
ישמרו את שבתותי ובחרו באשר
חפצתי ומחזיקים בבריתי ׃ 5.
ונתתי להם בביתי ובחומתי יד ושם
טוב מבנים ומבנות · שם עולם אתן
לו אשר לא יכרת ׃ 6. ובני הנכר
הנלוים על יהוה לשרתו ולאהבה
את שם יהוה להיות לו לעבדים · כל
שמר שבת מחללו ומחזיקים
בבריתי ׃ 7. והביאותים אל הר
קדשי ושמחתים בבית תפלתי ·
עולתיהם וזבחיהם לרצון על מזבחי ·
כי ביתי בית תפלה יקרא לכל
העמים ׃ 8. נאם אדני יהוה מקבץ
נדחי ישראל · עוד אקבץ עליו
לנקבציו ׃ 9. כל חיתו שדי אתיו
לאכל כל חיתו ביער ׃ 10. צפו
עורים כלם · לא ידעו כלם · כלבים
אלמים לא יוכלו לנבח · הזים שכבים
אהבי לנום ׃ 11. והכלבים עזי
נפש · לא ידעו שבעה · והמה רעים
לא ידעו הבין · כלם לדרכם פנו
איש לבצעו מקצהו ׃ 12. אתיו
אקחה יין ונסבאה שכר · והיה כזה
יום מחר גדול יתר מאד ׃

cabitur

cabitur apud omnes gentes, dicit Dominus. 8. *Hæc dicit Dominator Dominus, qui pulsos Israel in unum cogit: ego ad eum adhuc aggregabo eos, qui ei se adjungent.* 9. *Adeste ad prædas omnes bestiæ agrorum, feræ universæ sylvarum.* 10. *Qui enim speculas tenent, cœci omnes sunt; nihil quidquam intuentur. Iidem omnes sunt muti canes, qui allatrare non valent; qui procumbunt, vana somniantes, & stertere amant.* 11. *Canes autem illi sunt, ut impudentes, ita inexsaturabiles; illi etiam sunt pastores, qui intelligere nesciunt; omnes in viam suam diverterunt, & lucrum pro se quisque sectantur.* 12. *Venite, inquiunt; apponam vinum, siceram perpotabimus; ita erit dies cràstinus, dies magnus, si quis unquam fuit.*

---

1. קרובה ישועתי, *salus mea prope est.* Hæc *salus* agitur, cujus in partem venturi sunt *Alienigenæ* & *Eunuchi*, qui, ne in cœtum Domini intrarent, Lege cautum fuerat. Itaque vaticinatur Isaias de vocatione gentium. ...וצדקתי, *& veritas mea*, seu veracitas, quâ promissa eventum suum sunt habitura. Est *veritas* parallela *saluti*, quæ antecessit.

2. שמר שבת מחללו, *observans Sabbatum, ne id polluat...* Præcepta hîc tanguntur de officiis diversi generis, quorum unum Legis erat cæremoniarum, alterum Legis Naturæ; itaque hæc duo simul jungi videntur in eandem sententiam, in quâ Christus Dominus aiebat Judæis, *hæc oportuit facere, & illa non omittere.*

3. ...ואל יאמר בן הנכר, *& ne dicat filius Alienigenæ...* Post filium Alienigenæ venit *Eunuchus*, ne Judæi credant, tangi Alienigenas, qui proselyti sunt futuri. Neque enim Eunuchi admittebantur, ut proselyti fierent, Lege Mosis arcente Eunuchos à cœtu Dominî ad perpetuitatem. Conditio Alienigenæ in melius mutabatur, cùm fiebat Proselytus, non item Eunuchi conditio, quem tamen Isaias docet, ad montem Dei sanctum vocandum, & nullo discrimine habendum, imò habiturum nomen majus, quàm si pater fuisset multorum filiorum, nec se ampliùs, ut lignum aridum reputaturum. Non poterat Propheta notare apertiùs, filios promissionis fore filios *ex fide*, non tantùm *carnis* filios, gentesque eas, à quibus Judæi maximè abhorrebant, in salutis dudum promissæ societatem venturas.

4. לסריסים אשר ישמרו את שבתותי, *Eunuchis, qui Sabbata mea servabunt.* Sabbata hæc non strictè Sabbata Judæorum; aliter hæc non essent Eunuchorum eorum, qui sunt in cœtum Domini admittendi. Itaque intelligendi sunt dies Sacri, qui cultui divino consecrantur; ut significetur, in fœdere novæ Legis cultum Dei interiorem non fore sine exteriori, qui quidem habiturus sit Sabbata sua, seu dies festos.

7. וזבחיהם לרצון, *& victimæ eorum ad beneplacitum.* Deest verbum, quo innitatur לרצון, seu verbum יהיו, *erunt*, quomodò Græci Intt. ἔσονται; seu יעלו, *ascendent*, ut legere videtur Chaldæus, qui יתסקון לרעוא, *ascendent*, vel *offerentur ad beneplacitum.* Non difficile fuit, ut Scriba, qui legeret יעלו על, eorum verborum unum omitteret. ...בית תפלה, *Domus orationis* (*vocabitur cunctis gentibus.*) Christus Dominus hæc verba, *domus orationis*, Templo Judaico accommodavit, quia Dei voluntas fuerat, ut Templum foret non modò sacrificiorum domus, sed & *orationis*, sine quâ sacrificia non poterant Deo placere. Sed propheticæ hujus sententiæ caput est in verbis, *cunctis gentibus.* Hæc enim ratio affertur, propter quam quicunque se Domino adjungent, seu Alienigenæ, seu Eunuchi, jus suum habituri sint in Dei domo. Quoniam igitur æquo jure omnes futuri sunt, seu Judæi, seu *cunctæ gentes*, liquet esse *domum Dei* ipsam Ecclesiam, & frustrà Grotius accepit *domum* Dei de Templo Judaico, in quod *Proselyti pari jure cum Israelitis intra τὸν θριγκὸν admittebantur.* Quippe *æquum jus* non est, ubi non habetur jus subeundi ipsum Sanctum, Sanctumque Sanctorum, in quod intrabant Sacerdotes. Arcebantur à Templo Judàico Sacerdotes, si qui fortè Eunuchi erant; non arcentur à *domo orationis* neque ipsi Eunuchi; ergò aliud Templum Judaicum, aliud domus orationis ea, quæ futura est *cunctarum gentium.*

8. נאם אדני יהוה, *dicit Dominator Dominus.* Hæc verba, quæ sententiam inchoant sequentem, solent absolvere sententiam jam inchoatam. Aliquid omissum fuisse, ex eo ipso colligi potest. Fortè olim scriptum fuerit hoc modo: נאם יהוה : כה אמר אדני יהוה, *dicit Dominus. Hæc dicit Dominator Dominus*, & Contextus fuerit mutilatus ob similitudinem in utroque membro & sententiæ & ipsorum verborum. ...לנקבציו: Lege, cum Veteribus, הנקבצים, in accusandi casu, *eos, qui ad eum se adjungent.* Nî sic legitur, carebit adminiculo suo dandi casus לנקבציו, nec non verbum אקבץ casu suo. In adverbio עוד, *adhuc*, notatur aggregatio posterior, alterî, quæ antecesserit, priori. Prior est *pulsorum Israel* (נדחי ישראל) sive reducum Babylone Judæorum; posterior *omnium gentium*, de quâ supra.

9. חיתו: Lege חיות, *bestiæ.* Notavimus ad Pentateuchum, esse חיתו barbarismum. Nunc bestiæ agri vocantur ad prædas, sive hostes Judæorum ad Remp. eorum subvertendam. Sæpe Israel

comparatur heræditati, vineæ, &c. Itaque appositè *bestiæ* nominantur, qui vineam Domini sunt vastaturi. Hanc autem devastationem jungit Isaias cum vocatione Gentium, quia hujus & illius eadem ætas erat futura.

10. צפו : Masora צפיו, *speculatores ejus*; quanquam non malè צפו, *speculantur*, quod parallelum est τῷ ידעו, *vident*. ...כלבים אלמים, *canes muti*; quique adeò bestias advenientes latratibus non terrebunt. Ita erant, sub Messiæ tempora, synagogæ Principes ac Sacerdotes, qui Religionem labefactari patiebantur pravis moribus ac institutis, neque adeò avertebant à se Romanos iræ Dei administros.

11. והמה רעים, *illi autem sunt pastores*; grege Domini non jam habente alios pastores, quàm istos canes, luxuriæ ac vino deditos.

CAPUT LVII.

Justus perit, nemine attendente. Filii adulteri meretricium cultum coram Moloch expandunt, mittuntque ad gentem remotam internuntios. Ego sanabo humilem & corde contritum. Non erit pax impiis.

1. *Justus perit, nemine attenden-*
te. Sancti homines tolluntur, nemine
secum reputante, ut Justus, cùm tol-
litur, fit immunis malorum. 2. *Ut*
cum pace graditur, quò eum via du-
cit, incedens; in suo deinde lectulo
quietem habiturus. 3. *Sed vos, huc*
accedite, filii voluptariæ, progenies
adulterii ac stupri. 4. *Quem ridetis*
per jocum? In quem os dilatatis,
exeritisque linguam, cùm vos sitis fi-
lii perfidiæ, ac falsa proles. 5. *Qui*
ad Deos incalescitis sub omni arbore
frondosâ; filiosque vestros mactatis in
torrentibus, & subter eminentes pe-
tras. 6. *Pars tua est in scrupis torren-*
tis; hæc tua sors est hæreditatis. Tu eis
libamen fundis, tu eis offers sacrum mu-
nus. An ego hæc patienter feram? 7. *Tu*
in excelso & arduo monte posuisti cubi-
le tuum; tu eò ascendis, ut sacra fa-
cias. 8. *Tu post ostium & retro pos-*
tem memoriæ tuæ signum collocas;
tu clam me te nudas & conscenderis,
laxans te ad concubitum; tu ex eis
decerpis, quæ habeas; ardes in con-
cubitu eorum, quorum sensisti ma-
num. 9. *Tu te ostendisti Moloch un-*

1. הצדיק אבד ואין איש שם
על לב · ואנשי חסד נאספים באין
מבין כי מפני הרעה נאסף הצדיק :
2. יבוא שלום · ינוחו על משכבותם ·
הלך נכחו : 3. ואתם קרבו הנה
בני ענגה · זרע מנאף ותזנה : 4.
על מי תתענגו · על מי תרחיבו פה
תאריכו לשון · הלוא אתם ילדי
פשע זרע שקר : 5. הנחמים
באלים תחת כל עץ רענן · שחטי
הילדים בנחלים תחת סעפי הסלעים :
6. בחלקי נחל חלקך · הם הם
גורלך · גם להם שפכת נסך העלית
מנחה · העל אלה אנחם : 7. על
הר גבה ונשא שמת משכבך · גם
שם עלית לזבח זבח : 8. ואחר
הדלת והמזוזה שמת זכרונך · כי
מאתי גלית ותעלי הרחבת משכבך
ותכרת לך מהם · אהבת משכבם
יד חזית : 9. ותשרי למלך בשמן
ותרבי רקחיך · ותשלחי ציריך עד
מרחוק ותשפילי עד שאול : 10.
ברב דרכך יגעת · לא אמרת נואש ·
חית ידך מצאת · על כן לא חלית :
11. ואת מי דאגת ותיראי · כי תכזבי
ואותי לא זכרת לא שמת על לבך ·
הלא אני מחשה ומעולם ואותי לא
תיראי : 12. אני אגיד צדקתך ·

ואת מעשיך ולא יועילוך : 13.
בזעקך יצילך קבוציך · ואת כלם
ישא רוח יקח הבל · והחוסה בי ינחל
ארץ ויירש הר קדשי : 14. ואמר ·
סלו סלו · פנו דרך · הרימו מכשול
מדרך עמי : 15. כי כה אמר
רם ונשא שכן עד וקדוש שמו ·
מרום וקדוש אשכון ואת דכא
ושפל רוח להחיות רוח שפלים
ולהחיות לב נדכאים : 16. כי לא
לעולם אריב ולא לנצח אקצוף · כי
רוח מלפני יעטוף ונשמות אני
עשיתי : 17. בעון בצעו קצפתי
ואכהו הסתר ואקצף · וילך שובב
בדרך לבו : 18. דרכיו ראיתי
וארפאהו · ואנחהו ואשלם נחמים
לו ולאבליו : 19. בורא נוב
שפתים · שלום שלום לרחוק ולקרוב
אמר יהוה ורפאתיו : 20. והרשעים
כים נגרש · כי השקט לא יוכל
ויגרשו מימיו רפש וטיט : 21. אין
שלום אמר אלהי לרשעים :

guento delibuta, nec parcens odoribus. Tu misisti ad loca remota internuntios tuos ; tu te ad ima quæque dejecisti.
10. *Tu in viis tuis sæpe lassata es, neque tamen dixisti unquam, satis est ; & quandiu quæstum nacta es, non defecisti.*
11. *Verumtamen quisnam ille est, qui te solicitat, vel à quo times, ut tu sis perfidiosa, nec mei recorderis, neque me in corde habeas ? Non-ne ego idem sum, qui eum jam olim cohibeo, quanquam non est in te meus timor.*
12. *Ego palam faciam, justitia tua qualis fuerit, tuæque actiones quàm non tibi profuturæ.*
13. *Eripiant te, cùm vociferabere, illi, quos ad te aggregabas, cùm eos tollet ventus, cùm turbo levis abripiet. Sed spem suam in me quicunque ponunt, habebunt in terrâ hæreditatem, montemque meum sanctum possidebunt.*
14. *Ideò enim fuit hoc meum mandatum : viam purgate, & expedite ; populi mei ex itinere tollite offensiones.*
15. *Hæc autem dicit is, qui Altissimus est, habitatque æternitatem, cui Sanctus nomen est. Ego, ut habito in excelsitudine ac sanctitate, ita in spiritu contrito & humili, ut erigatur per me spiritus humilium, ut per me cor contritum reviviscat.*
16. *Neque enim in perpetuum litigabo, nec æternùm irascar ; futurum est enim, ut à me spiritus medio in turbine volvatur, & animas ego sum creaturus.*
17. *Ego, propter iniquitatem ejus brevi tempore indignatus sum ; ego, iratus abscondi me, & percussi eum ; itaque ivit in viam suam, cor suum avertens.*
10: *Vias ejus ego video ; sed sanabo eum, & eum reducam, reddamque illi & illis, qui eum lugent, consolationem ;*
19. *Pacem creans per fructum labiorum ; pacem verò tàm iis qui sunt longè, quàm iis qui propè, dicit Dominus.*
20. *Verumtamen, dum sanabo eum, Impii tanquam in mari jactabuntur, quod cum sedatum fuit, sordium ac cœni impatiens, hæc ejicit ex undis suis.*
21. *Non erit pax Impiis, dicit Dominus.*

---

1. הצדיק אבד, *justus perit.* Grotius exponit de *Josiâ ;* deinde hæc verba, *& non est qui recogitet in corde suo*, ita explicat : » nemo cogitat de causâ, cur id Deus faciat. « Tamen Josiam interfectum Judæi multùm luxerunt, & composuit Jeremias de ejus interitu *Lamentationes*, in quibus non parcit exponere causas, propter quas populo suo Deus esset iratus. Qui *Justum* Messiam putant, tempora permiscent. Nam redarguuntur, hoc in capite, Idololatræ Judæi ; quam in reprehensionem non incurrerunt Judæi post Babylonicam captivitatem. Itaque statuendum potiùs, redargui mores populi Isaiæ coætanæi, tangi *justum* in genere, seu homines sanc-

tos ac piè viventes, quorum in interitu nemo hæc reputabat; juſtum morientem non tam perire, quàm liberari, & ire ad optatam quietem.

2. הלך נכחו, *vadit coram ſe.* Hæc verba jungimus cum ſuperioribus, יבוא שלום, *vadit pacatus*, quæ ejuſdem ſunt numeri, ut hæc altera verba ינוחו על משכבותם, *quieſcunt in cubilibus ſuis*, ſimul jungantur in fine, ubi fieri ſolet tranſitus à numero ſingulari ad pluralem. Niſi ordo talis reſtituitur, tranſibit oratio à numero ſingulari ad pluralem, ut iterùm redeat ad ſingularem; quod prorſus inſuetum. Græci Intt. alia quædam legebant: vide eos.

3. בני ענגה: Græci Intt. υἱοὶ ἄνομοι, *filii iniqui*; legunt, ut videtur, עונה, *iniquitatis.* Non placet, *auguratricis*, quia in poſteriore membro nihil de *auguriis.* Itaque anteferimus ענגה, *voluptariæ*, ſeu *libidinoſæ*, ut legimus in Codice Orat. 53. Nam id apprimè congruit cum *adulterio & ſtupro*, in quibus deſinit ſententia. Judæi vocantur *filii adulterii*, ex conſuetudine Prophetarum, qui habent Idololatriam, ut ſponſæ adulterium.

6. בחלקי נחל חלקך, *in lapillis torrentis pars tua.* Ita hìc aſſidua es, colens Deos tuos, quaſi tua hæc eſſet manſio, & paterna, vel forte data hæreditas. ...גם להם שפכת נסך, *tu etiam eis libamen fundis*; non verò *ſuper eis*, quia legitur להם, non עליהם. Sic alibi legitur Idololatras *ſcortari cum lapide*, quia reverà lapidibus victimæ immolabantur, tanquam imaginibus Deorum.

8. זכרונך, *memoriæ tuæ ſignum*, vel imagines pictas ejus, qui eas afferebat, nomine inſcriptas, vel alia ſuæ ſigna Idololatriæ ...ותכרת לך מהם, *& decerpis tibi ex illis*; aufers de ſcopulis iſtis lapillos, quos domi religiosè aſſerves. Sic Naaman ſanatus, auferebat ſecum glebas terræ Iſrael.

9. ותשלחי ציריך עד מרחוק, *& miſiſti internuntios tuos uſque ad longè.* Hæc ſpectare videntur tempora Achaz, qui miſit ad regem Aſſyriorum legatos, petens auxilium contra Syros & contra Iſrael. Forſan etiam hæc verba, *decerpſiſti ex eis*, ſpectant altare id, quod Achaz viderat in urbe Damaſco, & cujus formam tulit, ut ſimile altare in Templo ædificaretur.

11. ואת מי דאגת ותיראי, *ſed quis te ſollicitat, aut à quo times?* Timebant reges Iſrael & Juda regem Syrorum, vicinum. ...אני מחשהו מעולם, *ego eum compeſco jam olim.* Ita legendum, ut ſit ו affixum verbi מחשה, quod caſum poſtulat, cùm ſit activæ vocis. Syriæ reges Deus toties compeſcuerat, quoties fuerat ab Iſrael invocatus; modò ſibi ſolì ſervirent.

13. יצילך: Lege יצילוך, *eripiant te*; nam ſequitur, numero plur. קבוציך, *quos tu congregabas* ...יקח הבל, *turbo levis abripiet*; vel *halitus*, ex ſignificatu Chaldaico & Syriaco vocabuli הבל: vide Caſtellum. Imperium Aſſyriacum fuit non multò poſt deletum, eique ſucceſſit Babylonicum. Similiter decem Tribus regnum ſuum amiſerunt; cùm intereà Reges Juda Ezechias & Joſias, qui ponebant in Domino Deo ſpem ſuam (החוסה בי) habebant in regno ſuo firmam ſedem, quod etiam amplificabant. Joſias enim habuit in ſuâ ditione pleraſque regni Iſrael regiones.

16. לא לעולם אריב, *non in perpetuum litigabo*: q. d. Tædet me populi iſtius, quem mihi neceſſe eſt per meos Prophetas objurgare, nihilque eos curantem plectere. ...כי רוח, *nam ſpiritus* (*à facie meâ, quaſi in turbine orietur.*) Hæc alludunt ad mundi originem primam, cùm creata omnia fuerunt per Dei ſpiritum animata. Ideò ſubditur, *& animas ſum creaturus*; nec mihi res cum *carne* erit. Prænuntiatur *ſpiritus* novæ Legis, atque ipſe modus, quo ille ſpiritus in terras ſit deſcenſurus, in verbis רוח יעטף, *ſpiritus in turbine volvetur.*

17. בעון בצעו, *in iniquitate avaritiæ ejus.* Nihil anteà de *avaritiâ*; quæ quidem non fuit præcipua cauſa, cur populum Judæum traderet Deus hoſtibus ejus. Paſſim legitur ſcelus Idololatriæ cauſam fuiſſe, cur populo ſuo Deus iraſceretur. Neque enim fieri poterat, ut Deus tueretur eum populum, qui ſe ad alienos contuliſſet Deos. Itaque anteferendum פתע, quod legunt Græci Intt. qui, βραχύ τι, *ad exiguum tempus*, ut legatur בעונו פתע, *propter iniquitatem ejus ſubitò*, vel *brevi tempore indignatus ſum*, ut tangatur *iniquitas* in genere populi Judæi, & ne ſit *iniquitas avaritiæ*, quam ſcribendi formam nuſquam vidi apud Iſaiam.

18. וארפאהו, *& ſanabo eum*, ſive ejus errores, vel à me, Deo ſuo, aberrationes; eodem ferè ſignificatu, ac Arabici verbi רפא, *accedere*, *adducere*; nam ducitur ſimilitudo ex errore viæ, non ex morbo, qui ſit ſanandus. ...ולאבליו, *& eis, qui eum lugent*, viris ſanctis de populo Iſrael. Poſt id verbum tollendum punctum majus, minus ſupponendum; ſententia enim continuatur in verbo בורא, *creans*: vide verſionem.

19. נוב שפתים, *fructum labiorum.* Maſora ניב, rectè; & ſic lego in quatuor Codicibus. Qualis ſit *fructus labiorum*, docet Apoſt. Paulus ad *Hebr. cap. 13. v. 15.* Ut non dubium ſit, notari hoc loco fidem & orationem eam, *quam hoſtiam laudis* oblaturæ ſint *animæ* per ſpiritum Dei, novâ in Lege creandæ, quæque erit tam *eorum qui ſunt longè*, quàm *eorum qui propè*, ſeu ut Judæorum, ita & Gentilium.

20. והרשעים כים נגרש: Potiùs נגרשו numero plur. ut Græci Intt. κλυδωνισθήσονται, *impii autem quaſi in mari jactabuntur.* Notat impios Judæos, qui ubique terrarum ſimiles futuri ſunt cœno & ſordibus, quas maria ejiciunt.

C A P U T L V I I I.

Clama, & annuntia populo meo ſcelera ipſorum... Jejunium Domini
eſt, dimittere oppreſſos, egenos alere, à libidine abſtinere...

1. Clama, quantùm potes; noli
parcere; extolle, quaſi tuba, vocem
tuam, & declara populo meo ſcele-
ra ipſorum; domui Jacob, peccata
ſua. 2. Etenim me ſingulos dies re-
quirunt, viaſque meas habere cogni-
tas volunt. Interrogant me de ratione
juſtitiæ, tanquam gens, quæ juſti-
tiam colat, nec Dei ſui deſerat inſ-
tituta; cupiunt denique Deo appro-
pinquare. 3. Quare jejunamus, in-
quiunt, nec tu reſpicis; affligimus
animas noſtras, nec attendis? Quo-
niam, quo die jejunatis, non omitti-
tis utilitates veſtras, debitoreſque
veſtros opprimitis. 4. Scilicet ad lites
& ad contentiones jejunatis, & ad
verberandum pugno pauperem. Quor-
ſum igitur veſtra hæc hodierna jeju-
nia, ut veſtri clamores altiùs tollan-
tur? 5. Hoccine eſt jejunium, quod
elegi? Hæccine illa dies, in quâ ho-
mo affligit animam ſuam; incurvare,
ut arundinem, caput ſuum, cilicium-
que ac cinerem pro ſtrato habere?
Hoc tu jejunium vocas; hanc diem
tu Domino acceptam? 6. Jejunium
quod elegi, non-ne hoc illud eſt; ſol-
vere iniqua fœnora, levare onerum
faſces, mittere oppreſſos in liberta-
tem, atque omne jugum rumpere?
7. Non-ne dividere eſurienti panem
tuum, pauperes, qui hoſpitio carent,
introducere domum; cùm videas nu-
dum, operire eum; neque illî, qui
caro tua eſt, te ſubtrahere? 8. Nam

1. קרא בגרון אל תחשך·כשופר
הרם קולך·והגד לעמי פשעם ולבית
יעקב חטאתם : 2. ואותי יום יום
ידרשון ודעת דרכי יחפצון · כגוי
אשר צדקה עשה ומשפט אלהיו
לא עזב ישאלוני משפטי צדק ·
קרבת אלהים יחפצון : 3. למה
צמנו ולא ראית · ענינו נפשנו ולא
תדע · הן ביום צמכם תמצאו חפץ
וכל עצביכם תנגשו : 4. הן לריב
ומצה תצומו ולהכות באגרוף רשע ·
לא תצומו כיום להשמיע במרום
קולכם : 5. הכזה יהיה צום
אבחרהו יום ענות אדם נפשו·הלכף
כאגמן ראשו ושק ואפר יציע·הלזה
תקרא צום ויום רצון ליהוה : 6.
הלוא זה צום אבחרהו · פתח
חרצבות רשע · התר אגדות מוטה ·
ושלח רצוצים חפשים וכל מוטה
תנתקו : 7. הלוא פרס לרעב
לחמך ועניים מרודים תביא בית ·
כי תראה ערם וכסיתו ומבשרך לא
תתעלם : 8. אז יבקע כשחר
אורך וארכתך מהרה תצמח · והלך
לפניך צדקך כבוד יהוה יאספך :
9. אז תקרא ויהוה יענה· תשוע
ויאמר הנני·אם תסיר מתוכך מוטה
שלח אצבע ודבר און : 10. ותפק
לרעב נפשך ונפש נענה תשביע ·
וזרח בחשך אורך ואפלתך כצהרים :
11. ונחך יהוה תמיד והשביע
בצחצחות נפשך ועצמתיך יחליץ ·
והיית כגן רוה וכמוצא מים אשר
לא יכזבו מימיו : 12. ובנו ממך
חרבות עולם מוסדי דור ודור
תקומם · וקרא לך גדר פרץ משובב

נתיבות לשבת : 13. אם תשיב
משבת רגלך עשות חפצך ביום
קדשי · וקראת לשבת ענג לקדוש
יהוה מכב · דוכבדתו מעשות דרכיך
ממצוא חפצך ודבר דבר : 14. אז
תתענג על יהוה והרכבתיך על
במותי ארץ · והאכלתיך נחלת יעקב
אביך · כי פי יהוה דבר :

tum demum exorietur; quaſi auroræ,
lux tua, ſanitaſque tua citò efflore\ſ-
cet; tum anteibit te is, qui tibi fide-
lis eſt; gloria Domini te pone ſeque-
tur. 9. *Tum clamabis, & exaudiet te*
Dominus; vociferaberis, dicetque,
præſtò ſum. Si enim tu à te removè-
bis oppreſſorem; ſi tu eum, qui mit-
tit ad iniquitatem manum ſuam, &
iniqua loquitur; 10. *Si eſurientem caritate complectêris, ſaturabiſque ine-*
diâ laborantem, orietur mediis in tenebris lux tua; tenebræ tuæ ſic tanquam
meridies erunt. 11. *Dominus dabit tibi perpetuam quietem; complebit ſere-*
nitate animam tuam, addetque oſſibus tuis alacritatem; eris velut hortus ir-
riguus, & quaſi ſcaturigo aquarum, quam ſuæ aquæ nunquam deſerunt.
12. *Ruinæ per te antiquæ reſarcientur; fundamenta jam olim jacta eriges;*
& prædicabitur de te, ut ruptam maceriem reparâris, ut ſemitas ad ſepem
intercluſeris. 13. *Si tu igitur pedes tuos Sabbato ſic continebis, ut ne tuæ*
libidini, die meo Sancto, indulgeas; ſi tu illud ſic habes, ut Sabbatum de-
ſiderabile, ut Dominum gloriæ ſanctè colas; ſicque eum honorabis, ut ne
ſequaris vias tuas, nec tuis utilitatibus ſervias, aut iniqua verba proferas;
14. *Tum reperies in Domino delicias tuas; atque ego te ſublimem dabo in*
præruptis terræ locis, paſcamque te de patris tui Jacob hæreditate: os enim
Domini hæc locutum eſt.

---

1. קרא בגרון : Ad verbum, *clama in gutture;* non quòd nomen *gutturis* per pleonaſmum addatur, ut Forerio viſum eſt, ſed quia jubetur Propheta clamare fortiter, ſeu contendere voce, ut exaudiatur, quod fieri ſolet faucium contentione & dilatatione.

2. ודעת דרכי יחפצון, *& vias meas volunt cognitas habere*, ſeu cognoſcere utrùm ex periculis, quæ regno imminent, Deus ſit eos liberaturus. Pericula quædam regni tum fuiſſe declarat id *jejunium*, de quo mox; quia mos erat jejunium promulgari, cùm metus adeſſet, vel belli, vel calamitatis.

3. חפץ : Omnes Veteres legere videntur חפצכם, cum affixo, cui ſimile eſt עצביכם; & forſan ex חפצכם, factum fuit חפץ וכל. Itaque videtur legendum, vel חפצכם וכל עצביכם, vel חפצכם ועצביכם. Eſt חפץ, non modò *voluntas*, ſed & *deſiderium*, & *deſiderabile*, ſive id quod appetitur & amatur, quod Latino verbo exprimimus, *utilitates.*

4. באגרוף רשע : Plerique, poſt Vulgatum, *pugno impiè.* Tamen רשע nullibi Adverbium eſt; neque verò etiam poteſt eſſe Adjectivum, cùm non conveniat pugno, ut ſit *impius.* Propterea ſequimur ſcripturam רש, *pauperem*, quam Græci Intt. exhibent in vocabulo Græco ταπεινὸν, *humilem.* Poſteà iidem, ἵνα τὶ, *quare*, ut qui legant מדוע, cujus ſcriptionis reliquiæ quædam ſunt in illo ע, quod ſuperfluit in רשע, & in ולא. Pro לא autem, Græci legunt לי, (μοὶ) *mihi.* Certè minuit vim orationis iſtud ולא תצומו, *& non jejunatis*, vel *ne jejunetis;* & ad objurgationem multò aptius מדוע תצומו, *quare jejunatis.*

6. חרצבות רשע : Verbum de verbo dixeris, *obligationes oppreſſoris*, vel *oppreſſionis.* Nam רשע parallelum verbum eſt verbo מוטה, *ponderis*, vel *jugi.* Notantur fœnora gravia, quæ opprimunt debitores; quomodò אגדות, *faſces*, indicant fœnora creſcentia, in quibus fœnus fœnori additur, augenturque pecuniæ obligationes.

7. ועניים מרודים : Nos, *& pauperes, qui hoſpitio carent;* ut Græci Intt. καὶ πτωχοὺς ἀστέγους, *& pauperes ſine tecto*, ex ſcripturâ הנודים, ex נוד, *vagari, manſionem non habere;* quam anteferimus hodiernæ מורדים, quæ non habet *vagos*, neque ex מרד, neque ex רוד, neque ex רדה, nec denique ex ירד. Quomodocunque interpreteris מורדים, nihil habebis, quod accommodari poſſit ad *introducere domum.*

8. צדקך, *qui tibi fidelis eſt*, ſeu qui promiſſa implet, ex ſignificatu Arabico, quem anteà uſurpavimus. ...כבוד יהוה יאספך, *gloria Domini te pone ſequetur.* Ducitur ſimilitudo ex nube,

quæ vocabatur *gloria Domini*, quæque Iſraelitas modò antecedebat, Ægypto profugos, modò ſequebatur. Eſt אסף aliquandò *pone ſequi*, unde אספסף, nominatur turba mulierum, aut calonum, quæ ſequi ſolet exercitus iter facientes.

9. שלח אצבע, *mittere digitum*: Adde בעון, *ad iniquitatem*, ut cap. inferiori v. 3. Omiſſum videtur fuiſſe בעון propter ejus ſimilitudinem cum און, in quo deſinit verſus.

10. וזרח בחשך אורך, *& orietur in tenebris lux tua*: Alluditur ad nubem, quæ anteibat Iſraelitas & pone ſequebatur, quæque eorum iter illuminabat.

11. והשביע בצחצחות נפשך, *& complebit ſerenitate animam tuam*; ex צחח, *candidum eſſe ac purum*; Syriacè, *conſerenare*, quomodò Arabicè צחא indicat *ſerenitatem cœli*, vel *mentis*: vide Caſtellum.

12. משובב נתיבות לשבת, *avertens ſemitas ad Sabbatum*, vel *ad requiem*. Pro cortice habebis medullam, ſi leges לשכת, *ad ſepem*, ſententiâ tali: facies ut ne in poſterum ſepes perviæ ſint; ſemitæ delebuntur, quibus ibatur ad partem ſepis, quæ rupta erat, & quà tranſibatur. Chaldæus, cùm nihil ſententiæ ſubeſſe videret, poſuit *Legem*, pro *Sabbato*.

13. אם תשיב משבת רגלך עשות חפצך, *ſi avertes à Sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam*. Hæc verba ſunt mera barbaries, ex unâ litterulâ trajectâ. Nam עשות vult eſſe מעשות, ut poſteà hoc ipſo verſu legitur, מעשות דרכך; & pro משבת, legendum בשבת, *in Sabbato*. Cur omitteretur ב, cauſa fuit תשיב, cùm Deſcriptor unum ב ſcriberet, alterum prætermitteret. Cur autem מ, in verbo עשות, cauſa fuerit vel כ ſatis ſimile, quod antecedebat, vel fortè illud ipſum מ, quod fuerat verbo משבת malè præfixum, in aliis quidem Exemplaribus, quodque illud idem in verbo מעשות reddere inutile videbatur. Similes errores anteà vidimus, eoſque ſatis multos. ודבר דבר...: Nos, *& iniqua verba proferas*; addimus און, ut ſuprà legitur v. 9. quod vocabulum prope או ſimile omitti potuit. Tamen eliget Lector, nihil addendo, ut alterum דבר interpretetur *inimicè*, ex poteſtate Arabicâ verbi דבר, *moliri* necem, vel ſcelus, *adverſarium eſſe*, *inimicè agere*, quam poteſtatem uſurpavimus, *Gen. cap. 34. v. 13.*

C A P U T L I X.

Iniquitates noſtræ alienaverunt à nobis Deum. Induet veſtes ultionis, & timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu ſolis gloriam ejus, venietque ad Sion Redemptor...

1. *Non enim manus Domini con-*
tracta eſt, ut nequeat ſalvare, nec
auris ejus facta gravior, ut non jam
audiat. 2. *Sed iniquitates veſtræ diſſi-*
dium fecerunt vos inter & Deum veſ-
trum; peccata veſtra vultum ejus à
vobis abſconderunt, ne audiret. 3. *Ete-*
nim manus veſtræ ſanguine inquinatæ
ſunt, digitique veſtri flagitiis; labia
veſtra mendacium proferunt; lingua
veſtra ſcelera molitur. 4. *Nemo con-*
fert ſe ad æquitatem; nemo judicia
exercet fideliter; confidunt in vani-
tate verbiſque mendacibus; conci-
piunt improbitatem, pariuntque ſce-
lus. 5. *Aſpidum ova ruperunt, ara-*
neæque texunt telas; qui comedet ova
eorum, morietur; quæ hæc confove-

1. הן לא קצרה יד יהוה
מהושיע · ולא כבדה אזנו משמוע :
2. כי אם עונותיכם היו מבדילים
בינכם לבין אלהיכם · וחטאותיכם
הסתירו פנים מכם משמוע : 3.
כי כפיכם נגאלו בדם ואצבעותיכם
בעון · שפתותיכם דברו שקר ·
לשונכם עולה תהגה : 4. אין קרא
בצדק ואין נשפט באמונה · בטוח
על תהו ודבר שוא · הרו עמל
והוליד און : 5. ביצי צפעוני בקעו
וקורי עכביש יארגו · האכל מביציהם
ימות · והזורה תבקע אפעה : 6.
קוריהם לא יהיו לבגד ולא יתכסו
במעשיהם · מעשיהם מעשי און
ופעל חמס בכפיהם : 7. רגליהם
לרע ירצו וימהרו לשפך דם נקי ·
מחשבתיהם מחשבות און · שד ושבר

bit, regulum excludet. 6. Telæ eorum non erunt ad vestitum, nec opificia eorum dabunt, quo tegantur. Opera eorum sunt opera iniquitatis; labor manuum ipsorum vis & violentia. 7. Pedes eorum ad malum currunt; vadunt alacres, ut sanguinem innoxium fundant. Consilia eorum consilia improbitatis; vastitas & ruinæ in viis ipsorum. 8. Viam pacis non nôrunt; nihil apparet æquitatis post vestigia ipsorum; semitas suas detorserunt, quas quicunque sequitur, expers est tranquillitatis. 9. Propterea longè à nobis recesserunt solitæ miserationes, nec assequimur eventum promissorum. Lucem expectavimus, ecce autem tenebræ; splendidum cœlum, ecce autem in tenebris gradimur. 10. Palpamus, ut cœci, parietem; similiter erramus, ut qui oculos non habent; meridianâ in luce, quasi mediâ in caligine corruimus, jacemusque, ut in desertis locis mortui. 11. Omnes nos, ursorum more, fremimus; edimus, ut columba, gemitus frequentes; miserationes solitas expectamus, quæ non adsunt; salutem, quæ longè à nobis recessit. 12. Quippe iniquitates nostræ coram te creverunt; peccata nostra nos accusant; non enim nos flagitia nostra deserunt, cognoscimusque, quàm rei simus. 13. Nos fuimus contra Dominum rebelles & mendaces; nos à Deo nostro retrò aversi sumus; nos fraudem & rebellionem concepimus; protulimus de corde verba mendacii. 14. Retrocesserunt consuetæ miserationes, longè stetit salus, propterea quod projecta est in plateâ Veritas, neque huc intrare æquitas jam potest. 15. Violata est Veritas, & à malo quisquis declinat, prædæ patet. Hæc vidit Dominus, displicuitque ei, sublata esse judicia. 16. Vidit & admiratus est; vidit, adesse neminem, qui intercedat.

במסלותם : 8. דרך שלום לא
ידעו · ואין משפט במעגלתם ·
נתיבותיהם עקשו להם · כל דרך בה
לא ידע שלום : 9. על כן רחק
משפט ממנו ולא תשיגנו צדקה ·
נקוה לאור והנה חשך · לנגהות
באפלות נהלך : 10. נגששה
כעורים קיר · וכאין עינים נגששה ·
כשלנו בצהרים כנשף באשמנים
כמתים : 11. נהמה כדבים כלנו
וכיונים הגה נהגה · נקוה למשפט
ואין לישועה רחקה ממנו : 12. כי
רבו פשעינו נגדך וחטאותינו ענתה
בנו · כי פשעינו אתנו ועונתינו
ידענום : 13. פשע וכחש ביהוה
ונסוג מאחר אלהינו · דבר עשק
וסרה הרו · והגו מלב דברי שקר :
14. והסג אחור משפט וצדקה
מרחוק תעמד · כי כשלה ברחוב
אמת ונכחה לא תוכל לבוא : 15.
ותהי האמת נעדרת · וסר מרע
משתולל · וירא יהוה וירע בעיניו
כי אין משפט : 16. וירא כי אין
איש וישתומם כי אין מפגיע ·
ותושע לו זרעו וצדקתו היא
סמכתהו : 17. וילבש צדקה
כשרין וכובע ישועה בראשו · וילבש
בגדי נקם תלבשת · ויעט כמעיל
קנאה : 18. כעל גמלות כעל
ישלם חמה לצריו גמול לאיביו ·
לאיים גמול ישלם : 19. וייראו
ממערב את שם יהוה וממזרח
שמש את כבודו · כי יבא כנהר צר
רוח יהוה נססה בו : 20. ובא
לציון גואל ולשבי פשע ביעקב נאם
יהוה : 21. ואני זאת בריתי אותם
אמר יהוה · רוחי אשר עליך ודברי
אשר שמתי בפיך לא ימושו מפיך
ומפי זרעך ומפי זרע זרעך · אמר
יהוה · מעתה ועד עולם :

intercedat. Ergò subvenit ei brachium ejus, addiditque ei robur justitia ejus.
17. *Induet justitiam, quasi loricam; caput suum teget, quasi galeâ, salu-*
te; simul induet, pro veste, sagum ultoris; tunicâ se involvet æmulatoris.
18. *Parabit se ad vindictam, ut effundat iram in hostes suos, ut de inimicis*
suis sumat debitas pœnas; ut insulis retribuat debitas vices. 19. *Timebuntque*
ab occidente nomen Domini, & ab ortu solis gloriam ejus, postquàm vene-
rit, quasi flumen ripis arctatum, quod flatus Domini propellit: 20. *Vene-*
ritque ad Sion Redemptor, & ad eos qui erant in Jacob captivi peccati, dicit
Dominus. 21. *Hoc autem meum erit cum eis fœdus, dicit Dominus: spi-*
ritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, de ore tuo
nunquam recedent, nec de ore seminis tui, nec de ore seminis seminis tui,
dicit Dominus, ex hoc tempore, usque ad tempus sempiternum.

---

1. ...הן לא קצרה, *ecce non est contracta (manus Domini.)* Habet הן *ecce*, sed ita, ut sæpe nectat orationem, ut hoc loco. Propterea nos, *neque enim...* Capite superiori desinente, Isaias promisit, si Judæi curabunt ut Deo placeant, fore ut ruinas antiquas instaurent, habitentque in præruptis locis, sive fore, ut urbes ab hostibus suis captas dirutasque recipiant & reparent, & ut sint in arcibus suis tuti ab hostibus. Neque enim fœdus suum Deus deseruerat, quo se obligaverat ut Rempublicam Judæorum tueretur, si sibi servirent. Quoniam igitur Judæorum res erant afflictæ ac desperatæ, addit Isaias, diffidium factum fuisse Deum inter & populum, per ipsius impietates, nec per Deum stare, quin floreat regnum Judæorum. Tangit autem Isaias ultima tempora Judæorum, in quibus Deus ultus est & *adversarios suos* Judæos, & *Insulas*, seu Gentes. Vide versus 18 & 19.

2. הסתירו פנים, *absconderunt faciem:* Lege פניו, *faciem ejus.* Legunt affixum Græci Intt. in Codice Rom. legit etiam Syrus, qui אפוהי, *faciem ejus.*

4. בטוח: Lege בטחו, *confidunt.* Ita omnes Veteres. Unus etiam Codex circulo superno animadvertit. ...והוליד; lege והולידו, *& pariunt;* ita omnes Veteres.

5. וקורי עכביש יארגו, *& araneæ texunt telas.* Hæc notant consilia politica Judæorum, quale erat istud, *venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Nam societas & amicitia Romanorum nihil poterat contra Deum Judæis iratum.

8. כל דרך בה, *omnis qui graditur in eâ.* Lege בם, *in eis*, ut legunt omnes Veteres; nam pertinet affixum ad nomen plurale נתיבות, *semitas.* Verbum עקשו, *detorserunt*, indicat consilia maligna, quibus alter alterum supplantabat; etiam artes dolosas, quibus alii aliorum fortunis insidiabantur, aut litium jura pervertebant, aut judicia procrastinabant; ita ut cives, qui ab ipsorum judiciis pendebant, *nihil pacis haberent* (לא ידע שלום.)

9. משפט... צדקה. Hæc duo verba parallela sunt sequentibus duobus, לאור & לנגהות, quæ in *luce* ac *splendoribus* indicant res prosperas; ut necesse sit easdem res notari verbis משפט & צדקה, quæ quidem latissimè patent, quæque adeò ad orationis seriem necesse est, interpretando, accommodare. Vocabulum משפט habet in genere *consuetudinem*, *consueta judicia;* atque id significat, hoc loco, consuetas Providentiæ divinæ vias, in quibus Deus Judæis, cùm se colebant, & Leges suas servabant, prosperas res concedebat. Vocabulum צדקה eundem habet significatum, ut vocabulo משפט respondens. Nam צדק, Arabicè, significat *rectè processit* res; etiam *fidem servare* in promisso, & *verificare;* qui uterque significatus enuntiat fidem præstatam promissorum, seu prosperitatem, quam promiserat Deus, si Judæi verâ in Religione & Legum divinarum cultu constanter manerent.

10. וכאין עינים נגששה, *& quasi oculos non habentes palpamus.* Idem verbum, *palpamus*, habet membrum prius, & vix credibile est id fuisse iteratum in membro posteriore, cœteris ejusdem non iteratis, sed mutando membro mutatis. Propterea legimus נשגגה, *erramus*, nisi נשגשה, duplicatâ litterâ ש verbi שגה. Ne credamus, Prophetam bis scripsisse *palpamus*, obstat nexus ו, in quo initium habet id membrum posterius; quippe membra disjuncta esse solent, ubi alterum est alterius nuda redintegratio. Denique verbum, *erramus*, præparat ad alterum, *corruimus;* quam præparationem non habet verbum, *palpamus*, iteratum. Nam cœci, quandiù *palpant* muros, non corruunt; tum corruunt, cùm fortè aberrant ab iis muris, quos, ne caderent, palpabant. ...באשמנים, *in desertis locis.* Est ἀπὸ κοινοῦ verbum כשלנו membri superioris; nos, perspicuitati servientes, addimus *jacemus*, verbum simile verbo *corruimus.* Hæc notant Judaicæ Reip. extrema tempora, in quibus Judæi maximè cœcutiebant sive in explicandis prophetis, sive in interpretandis Providentiæ divinæ rationibus, cùm se viderent in potestate Romanorum, nec satis attenderent se fecisse, ut Deus ipsorum pertæsus esset, atque eos esset mox deleturus.

11. רחקה, *longè est* (*salus.*) Lege ורחקה, non omisso nexu, ut anteà legitur, ואין, *& non adest.* Salutem Judæi tum maximè sperabant affuturam, cùm Messiæ venturi tempora proxima erant. Nam non longè hæc remota esse Judæi probè intelligebant, vel ex unâ Danielis Prophetiâ.

12. וחטאתינו, *& peccata nostra.* Lege, וחטאתנו, *& peccatum nostrum ;* sic vult ענתה, *respondet.* Ipsi Judæi, cùm perierunt, senserunt se commeruisse, ut Deus ipsorum Remp. deleret. Propterea Isaias Judæos inducit hoc confitentes.

13. ...פשע וכחש, *peccare & mentiri...* (*& aversi sumus.*) Ita unus vulgatus. Cæteri *peccavimus, & mentiti sumus*, cùm legerent, נפשע • נכחש, vel פשענו • נכחש. Neque enim sociari potest cum modo indicativo Modus Infinitus. Posteà הרו והגו, non malè, *concepta sunt & prolata*, (*verba*,) & malè Arias, *concipere & meditari*, quasi hæc duo ultima Modi essent Infiniti.

15. ותהי האמת נעדרת, *violata est Veritas.* Significatum *violare* deducimus ex Arab. verbo עדר, *vitiare, violare* virginem. Nam significatus Hebr. *defuit*, non satis habet significantiæ, ut respondeat verbo משתולל, quod spoliationem indicat vi factam. Præparabant ad talem significatum hæc verba versûs superioris, *projecta est in plateâ veritas*, quicum non conveniret *defuit*, vel *abest.* Veritas apertè violabatur, cùm Judæi miraculis Christi, quæ negare non poterant, contradicebant, palamque dicebant hæc fieri, non digito Dei, sed ope Dæmoniorum.

16. כי אין מפגיע, *quòd nemo intercedat.* Ambiguitatem verbi מפגיע retinemus in verbo Latino, *intercedat ;* quo significatur, vel neminem opponere se se veritatis apertæ violationi, vel neminem esse, qui Deum oret, iramque ejùs avertat.

17. תלבשת : Buxtorfius in Lexico suo, *vestitus*, masc. genere, quanquam fatetur esse *femininum.* Sapientior filio Buxtorfius pater, qui hoc verbum in Concordantiis omisit, cùm fortè mendum suspicaretur. Germana scriptura est מלבשיו, quomodò anteà בגדי, numero plurali. Hoc versu Deus exhibetur, ut arma induens, & *salutis*, & *ultionis ; salutis* quidem, quia erat mox venturus *ad Sion Redemptor ; ultionis* autem, quia Judæos, *adversarios suos*, mox erat deleturus. Judæos esse *adversarios*, non dubio signo monstratur, ubi à gentibus (איים) distinguuntur ; nam verbo איים solent notari *gentes*, præsertim occidentales, quia insulæ mediterranei maris ac peninsulæ erant ab occidente Terræ Sanctæ. Quòd si dicas, & *gentes* & *adversarios* esse ἓν διὰ δυοῖν, & notari gentes Judæis inimicas, qualem consequentiam hæc habebunt, ut, postquàm Deus denuntiavit Judæis, se eorum scelera ulturum, subjungat se gentes ipsis infensas deleturum ? Ergò hæc separatè dicuntur ; Deum de Judæis pœnas sumpturum, & de ipsis Romanis posteà, quorum imperium fuit non multò post à vicinis gentibus laceratum & avulsum, donec Romani nominis memoria penitùs interiret. Romani, versu inferiori, notantur in vocabulo ממערב, *ab occidente ;* quorum Imperator Titus, Jerosolymâ expugnatâ, timuit Deum Judæorum, qui venerat adversùs eos, quasi *fluvius ripis arctatus*, spiritu Domini eorum Remp. & civitatem diruente. Ideò versu 20. sequitur adventus *Redemptoris ad Sion*, seu ad Israelitas *ex fide*, & Dei cum Redemptore fœdus, in quo Deus pollicetur, Evangelii verbum, quod Redemptor primus promulgavit, in toto orbe nunquam intermittendum.

CAPUT LX.

Sion, venit lumen tuum... Omnes filii tui ad te congregabuntur... Non occidet in posterum sol tuus ; Dominus erit tua lux perpetua. Populus tuus omnes Justi erunt...

1. *Surge, illuminare ; venit enim*
lux tua, & gloria Domini super te
oritur. 2. *Ecce enim, dum tenebræ*
operient terram & caligo populos,
orietur apud te Dominus, & gloria
ejus in te videbitur. 3. *Et ambulabunt*
gentes ad lumen tuum, regesque ad
splendorem, qui tibi orietur. 4. *Fer*
circùm oculos tuos, & vide. Illi om-

1. קומי אורי כי בא אורך •
וכבוד יהוה עליך זרח : 2. כי
הנה החשך יכסה ארץ וערפל
לאמים • ועליך יזרח יהוה וכבודו
עליך יראה : 3. והלכו גוים לאורך
ומלכים לנגה זרחך : 4. שאי סביב
עיניך וראי • כלם נקבצו באו לך •
בניך מרחוק יבאו ובנתיך על צד
תאמנה : 5. אז תראי ונהרת ופחד

nes congregantur, ut ad te veniant.
Filii tui de longinquo venient, filiæ-
que tuæ in ulnis gestabuntur. 5. *Tum*
videbis, & afflues; obstupescet, dila-
tabiturque cor tuum, cùm divitiæ ma-
ris in te redundabunt, cùm pervenient
ad te copiæ gentium. 6. *Circumfun-*
dent te turmæ camelorum, dromeda-
rii Madian & Epha; omnes de Saba
venient, aurum & thus ferentes, &
gloriam Domini cum gaudio nuntia-
bunt. 7. *Omnes greges Cedar ad te*
cogentur; arietes Nabajoth tuos usus
subibunt; altare meum conscendent &
accepti erunt, & domui gloriæ meæ
addam decorem. 8. *Quinam illi sunt,*
qui, ut nubes, volant, videnturque
ut columbæ alis expansis. 9. *Videli-*
cet Insulæ me expectabant, & cum
primis sunt naves Tharsis, ut adve-
hant de longinquo filios tuos; habent
apud se argentum suum & aurum,
quo tribuant honorem Domino Deo
tuo, & Sancto Israel, qui te ornavit.
10. *Ædificabunt autem filii Alieni-*
genæ muros tuos, tibique reges eo-
rum ministrabunt; ut enim ego te
iratus percussi, ita placatus tui mise-
rebor. 11. *Portæ tuæ patebunt; nec*
die neque nocte claudentur, ut ad te
divitiæ gentium afferantur, deducan-
turque ad te Reges. 12. *Gens enim,*
aut regnum, quod non serviet tibi,
peribit; gentesque penitùs interibunt.
13. *Veniet in te gloria Libani, simul*
abies pinusque ac buxus, sanctuarii
mei locum decoraturi; ego enim pe-
dum meorum loco impertiar gloriam.
14. *Tum filii eorum, qui te afflixe-*
rant, supplices ad te venient; illi
omnes, qui te contempserant, pro-
cumbent in vestigiis pedum tuorum,
teque nominabunt civitatem Domini,
Sion Sancti Israel. 15. *Postquàm*

ורחב לבבך · כי יהפך עליך המון
ים · חיל גוים יבאו לך : 6. שפעת
גמלים תכסך · בכרי מדין ועיפה
כלם משבא יבאו · זהב ולבונה ישאו
ותהלות יהוה יבשרו : 7. כל צאן
קדר יקבצו לך · אילי נביות ישרתונך ·
יעלו על רצון מזבחי · ובית תפארתי
אפאר : 8. מי אלה כעב תעופינה
וכיונים אל ארבתיהם : 9. כי לי
איים יקוו · ואניות תרשיש בראשנה
להביא בניך מרחוק · כספם וזהבם
אתם לשם יהוה אלהיך ולקדוש
ישראל כי פארך : 10. ובנו בני
נכר חומתיך · ומלכיהם ישרתונך ·
כי בקצפי הכיתיך וברצוני רחמתיך :
11. ופתחו שעריך תמיד · יומם
ולילה לא יסגרו · להביא אליך חיל
גוים ומלכיהם נהוגים : 12. כי
הגוי והממלכה אשר לא יעבדוך
יאבדו · והגוים חרב יחרבו : 13.
כבוד הלבנון אליך יבא ברוש תדהר
ותאשור יחדו · לפאר מקום מקדשי
ומקום רגלי אכבד : 14. והלכו
אליך שחוח בני מעניך · והשתחוו
על כפות רגליך כל מנאציך · וקראו
לך עיר יהוה ציון קדוש ישראל :
15. תחת היותך עזובה ושנואה
ואין עובר · ושמתיך לגאון עולם
משוש דור ודור : 16. וינקת
חלב גוים ושד מלכים תינקי · וידעת
כי אני יהוה מושיעך וגאלך אביר
יעקב : 17. תחת הנחשת אביא
זהב ותחת הברזל אביא כסף ותחת
העצים נחשת ותחת האבנים ברזל ·
ושמתי פקדתך שלום ונגשיך
צדקה : 18. לא ישמע עוד חמס
בארצך שד ושבר בגבוליך · וקראת
ישועה חומתיך ושעריך תהלה : 19.
לא יהיה לך עוד השמש לאור יומם ·
ולנגה הירח לא יאיר לך · והיה לך
יהוה לאור עולם ואלהיך לתפארתך :
20. לא יבוא עוד שמשך וירחך
לא יאסף · כי יהוה יהיה לך לאור
עולם · ושלמו ימי אבלך : 21.

fuisti derelicta & despecta, ut nemo per te transiret, ego constituam te in gloriâ sempiternâ, & in sæcula lætantem. 16. *Tu suges lac gentium; tu mamillâ regum lactaberis, cognoscesque me esse Dominum, qui te servavi, fortem Jacob, qui te redemi.* 17. *Pro ære adducam aurum; pro ferro inducam argentum, pro ligno æs, pro lapidibus ferrum; dabo placidas esse provincias tuas, tributorum præfectos æqui amantes.* 18. *Non audientur ampliùs in terrâ tuâ vexationes; non vastitas aut ruina in finibus tuis; muros tuos vocabis salutem, portas tuas laudationem.* 19. *Non erit tibi ampliùs sol pro luce per diem; non te nocte luna illuminabit; erit enim Dominus lux tua sempiterna; Deus tuus ornamentum tuum.* 20. *Non occumbet ampliùs sol tuus, nec tua se luna subtrahet; erit enim Dominus lux tua sempiterna tuique luctûs dies finiti erunt.* 21. *Populus tuus omnes justi erunt; possidebunt ad perpetuitatem terram, plantationes eas novas, quas manus meæ fecerunt ad gloriam & ad ornamentum.* 22. *Qui erit minimus ætate, procreabit millenos; qui minor, gentem magnam. Ego Dominus; ego hæc, cùm tempus erit, subitò adducam.*

ועמך כלם צדיקים · לעולם יירשו
ארץ · נצר מטעו מעשה ידי
להתפאר ׃ 22. הקטן יהיה לאלף ·
והצעיר לגוי עצום · אני יהוה בעתה
אחישנה ׃

---

1. קומי אורי, *surge; illuminare.* Hæc ad *Sion*, quæ nominata est in fine capitis superioris; q. d. exue te luctu, & prodi in lucem. ...כי בא אורך, *quia venit lumen tuum.* Est idem *lux* cum *gloriâ Domini*, quæ mox sequitur. Agitur ea *lux*, quam allaturus est is, qui *veniet ad Sion Redemptor.* Neque enim hoc loco habet lux *prosperitatem*, ut sequentia hæc indicant, *ambulabunt gentes in lumine tuo*, quæ nihil sonant, si de *prosperitate* accipiuntur. Nam, quòd Grotius ita exponit, *venient tibi gratulatum*, is multùm cavit, ne exemplum afferret, in quo *ambulare in lumine* alicujus, esset ei *gratulari.*

2. וערפל לאמים, *& caligo populos.* Grotius, *Medos primùm, deinde Babylonios;* quia hæc interpretatur de reditu ex Babylone, *lucemque* habet pro *rebus prosperis; caliginem*, pro *adversis.* Parùm attendit, idem tempus notari, & *lucis*, & *caliginis.* Si igitur *lux* habetur, ut prosperitas Judæorum, non jam *caligo* esse potest adversitas *Medorum*, qui tum Asiæ imperium cum Persis obtinebant. Supererit ut *caligo* sit Babyloniorum, quorum imperium Medi ac Persæ deleverunt, eo ipso tempore, quo Judæorum soluta est captivitas. Num verò solos Babylonios Grotius putabat nominari *populos?* Nempe עמים, vult habere, vel *omnes populos*, vel non finitè *plerosque.* Erant potiùs *populi* ipsi Medi ac Persæ, quorum imperium ad multos populos extendebatur, quique eo tempore in clarissimâ luce, nedum in tenebris, versabantur. Opponuntur *tenebræ luci* Evangelii; quomodò alibi, *populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam;* ut significetur lucem in Sion primùm venturam, dum tenebræ erunt cæteris in mundi regionibus, ad quas deinde ex Sion *lux* sit emanatura.

4. ובנתיך על צד תאמנה, *& filiæ tuæ ad latus nutrientur.* Nec Hebraicum, nec Latinum, *ad latus nutriri.* Cave enim credas, esse idem צד, *latus*, atque שד, *mammam.* Itaque hic locus emendandus ex capite 66. v. 12. ubi legitur, על צד תשאנו, *ad latus*, sive *in ulnis gestabimini*, ut legatur תשאנה; quomodò Græci Intt. ἀρθήσονται, *portabuntur.* Eos putat Grotius legisse תעמסנה, ex עמס, *onus.* Sed similior est scriptura תשאנה scripturæ תאמנה, quàm illud תעמסנה Grotianum, quod cæteroqui non convenit, quia inhumanum est, *oneri esse*, dictum de filiabus Sion, quæ in sinu gestantur.

5. תהרת, *& afflues*, multitudine civium, non autem divitiarum, ut ex superiori versu intelligitur. Dictum est v. 4. filios Sion *de longinquo* venturos; nunc additur, *tunc videbis*, quanta multitudo ad te confluxerit. Post memorantur *Sabæi & Madianitæ*, qui non erant de filiis Sion. Ut non dubium sit *filios & filias*, v. 4. notare *ex fide* filios. ...ופחד, *& obstupescet*, admirans. Syrus, ותחדין, *& gaudebis*, ex scripturâ ותחד, non malâ, sed non necessariâ.

6. כלם משבא יבאו, *omnes illi de Saba venient.* Fit allusio ad Reginam Saba, quæ venit ad Salomonem; & consideratur, non tam quid muneris allaturi sint Sabæi & Arabes, quàm quâ mente ac Religione venturi, ut eâdem, quâ Sion, luce illuminentur. Sic eum versum Ecclesia cantat in die Epiphaniæ, non considerans locum, unde Magi advenêre, qui locus erat longè à *Saba*, sed ipsam eorum mentem ac fidem, cùm attulêre *aurum & thus.* [Vult

Grotius

Grotius significari hoc versu, Nabathæos & Arabas socios & amicos fore populi Judaici, quia *Lib. I. Machab. c. 9. v. 35.* memoratur Nabathæos fuisse Judæ amicos: quasi hæc multitudo camelorum, & hæc munera pretiosa notarent tantummodò *amicitiam?* Verùm Grotius morem suum hìc antiquum obtinet, ut splendidissimas de Ecclesiâ prophetias obscuret, & ad Judaicos quosdam traducat eventus; cùm contrà Judæi ipsi Interpretes, quia hæc magnifica vident esse, ad ultimam mundi ætatem hæc reservant. Rectè Hieronymus: » Nos autem... » ad Ecclesiam dici universa credamus, quæ primùm de Judaico populo congregata est, & » lumen quod super eam ortum fuerat, per Apostolos transmisit ad Gentes. « Nempe Ecclesia ita notatur, ut sermo sit ad ipsam Jerusalem civitatem, ex quâ nascitura erat prima Ecclesia Christianorum. Nam Jerusalem materia perpetua est Allegoriæ subjecta, ut pote ad quam pertinebant antiquæ promissiones, tam Messiæ venturi, quàm Religionis per ipsum firmandæ ac in melius mutandæ.

8. וכיונים אל ארבתיהם, *& quasi columbæ ad foramina sua.* Parùm opportunè *foramina*, vel columbaria, quia nihil habent simile cum nubibus aera tranantibus; nec dubium, quin olim legeretur אל אברתיהם, *super alas suas*, ut servetur similitudo columbarum, quæ radunt per auras iter liquidum, cum nubibus per aera similiter suspensis. Græci Intt. νοσσοῖς, *pullis*, quia legebant אפרחיהם. Id enim vocabulum alibi interpretantur *pullos.*

10. כי בקצפי הכיתיך, *nam in irâ meâ percussi te.* Hæc ostendunt, ad ipsam Jerusalem fieri sermonem; atque eandem notari, ut participem futuram promissorum, quæ hìc continentur: idem demonstrant, versu 13. hæc verba, *pedum meorum loco impertiar gloriam.* Nam *locus pedum* Dei de alio loco vix intelligi potest, quàm de ipsâ urbe Jerusalem: vide etiam versus 15. & 16.

17. פקדתך, *præfecturam tuam*, quod nos alio verbo *provincias tuas.* ...נגשיך, *Exactores tuos.* Hoc verbum hìc adhibetur in bonam partem, ut significet, non eos, qui opprimunt, sed eos qui exigunt tributa, quæ regibus solvuntur. Hæc non licet interpretari de Ecclesiæ ministris, nisi vis afferatur vocabulo נגש. Itaque non negandum hìc prænuntiari Jerusalem res florentes olim futuras. Propterea hæc pleraque Veteres Ecclesiæ Interpretes de mille annis interpretabantur, qui mundi finem proximè tangent. Et difficile est, non videre hoc in capite, ut prima Ecclesiæ Judæorum tempora, ita & extrema, in quibus *assumptio* Judæorum futura est *quasi vita ex mortuis.* Certè de nullis temporibus Ecclesiæ, seu Judæorum, seu Gentium, dici hactenus potuit, *populus tuus omnes justi erunt.* Quòd si qui putant tangi hoc fine capitis statum Beatorum post ultimum Judicium, atque in ipsâ æternitate, quonam pacto explicabunt id, quod legimus ultimo versu, *qui erit minimus ætate procreabit millenos; qui minor, gentem multam?* An procreatio locum habet, ubi *omnes sunt sicut Angeli Dei?* Præterea est observandum, prophetiæ subjectam materiam esse ætates consequentes, non autem æternitatem. Propterea enim Deus prænuntiat hominibus res futuras, ut, postquàm evenerint, hominum religionem promoveant, & fidem augeant; qui effectus est temporis, non æternitatis. Ergò sapientius est statuere, has vaticinationes ultimis mundi sæculis eventum suum habituras, atque easdem tum planè intellectum iri, quia ipso ex eventu constabit, qualem sententiam medullamque contineat Allegoriæ cortex. Nimirùm corticem franget rerum ipse eventus.

21. מטעו: Masora, מטעי; rectè, & sic lego in Codice Orat. 42.

CAPUT LXI.

Spiritus Domini ſuper me... ut annuntiem captivis libertatem. Extranei erunt veſtri vinitores & aratores : vos habebimini ut Dei Sacerdotes ; veſcemini opibus gentium , quæ cognoſcent , vos eſſe ſemen ſanctum.

1. *Apud me eſt ſpiritus Domini*
Dei mei ; unxit enim me Dominus,
ut manſuetis læta nuntiem ; miſit me,
contritos animo ſanaturum ; promul-
gaturum libertatem captivis ; car-
cere vinctis perfectam liberationem.
2. *Prædicaturum annum eum , quo*
erit Dominus placabilis ; eum diem,
quo Deus noſter erit Deus ultor , &
omnes , qui lugent , conſolabitur.
3. *Afflictos Sion recreaturum ; datu-*
rum eis , pro cinere , ornatum ; oleum
exſultationis , pro ſqualore ; amic-
tum laudis , pro ſpiritûs anguſtiis ;
ut habeantur velut firmæ arbores , ut
plantationes Domini , de quibus glo-
rietur. 4. *Ædificabuntur , quæ anti-*
quitùs vaſtata erant ; ruinæ veteres
excitabuntur ; inſtaurabuntur mace-
riæ urbium , devaſtationes ſæculo-
rum antiquorum. 5. *Alienigenæ au-*
tem ſe ſiſtent , veſtros ut paſcant gre-
ges ; filii extraneorum erunt veſtri &
agricolæ & vinitores. 6. *Vos intereà*
nuncupabimini Domini Sacerdotes ;
homines habebunt vos ut Dei noſtri
miniſtros ; vos verò veſcemini de opi-
bus gentium , gloriâque ipſarum glo-
riabimini. 7. *Poſtquàm cooperuerit*
vos ignominia & dedecus duplex , læ-
tabimini in ſorte ipſorum ; certè enim
in terrâ eorum habebitis duplam poſ-
ſeſſionem , eritque apud vos exſulta-
tio ſempiterna. 8. *Ego enim Domi-*

1. רוח אדני יהוה עלי · יען
משח יהוה אתי לבשר ענוים ·
שלחני לחבש לנשברי לב לקרא
לשבוים דרור ולאסורים פקח קוח :
2. לקרא שנת רצון ליהוה ויום
נקם לאלהינו · לנחם כל אבלים :
3. לשום לאבלי ציון · לתת להם
פאר תחת אפר שמן ששון תחת
אבל מעטה תהלה תחת רוח כהה ·
וקרא להם אילי הצדק מטע יהוה
להתפאר : 4. ובנו חרבות עולם ·
שממות ראשנים יקוממו · וחדשו
ערי חרב שממות דור ודור : 5.
ועמדו זרים ורעו צאנכם · ובני נכר
אכריכם וכרמיכם : 6. ואתם
כהני יהוה תקראו · משרתי אלהינו
יאמר לכם · חיל גוים תאכלו
ובכבודם תתימרו : 7. תחת
בשתכם משנה וכלמה ירנו
חלקם · לכן בארצם משנה יירשו ·
שמחת עולם תהיה להם : 8. כי
אני יהוה אהב משפט שנא גזל
בעולה · ונתתי פעלתם באמת · וברית
עולם אכרות להם : 9. ונודע
בגוים זרעם וצאצאיהם בתוך העמים ·
כל ראיהם יכירום כי הם זרע ברך
יהוה : 10. שוש אשיש ביהוה ·
תגל נפשי באלהי · כי הלבישני בגדי
ישע · מעיל צדקה יעטני · כחתן יכהן
פאר וככלה תעדה כליה : 11. כי
כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה
תצמיח · כן אדני יהוה יצמיח צדקה
ותהלה נגד כל הגוים :

nus amans judicium, & odio habens direptiones iniquas. Ego ſolvam fideliter mercedem ipſorum; ego fœdus, quod erit ſempiternum, cum eis ſum facturus. 9. *Illuſtre erit apud gentes ſemen ipſorum; progenies eorum medios inter populos. Quicunque eos videbunt, eos agnoſcent, ut ſemen illud, cui Dominus benedixit.* 10. *Ego in Domino multùm lætabor; in Deo meo exſultabit anima mea; induit enim me veſtibus ſalutis, juſtitiæque me pallio involvit; ſplendorem mihi addidit, ut ſponſo; ut novæ nuptæ, quæ ſuis ſe veſtiit ornamentis.* 11. *Ut enim terra germen profert, ut hortus ſemina ſua in auras emittit, ita Dominator Dominus germen edet juſtitiæ ac laudis, coram omnibus gentibus.*

---

1. משח יהוה אתי, *unxit Dominus me.* Adhibebatur *unctio*, in Sacerdotibus regibuſque inaugurandis, nuſquam verò in Prophetis. Itaque vim facit vocabulo משח Edm. Calmet, cùm ſtatuit, hæc non minùs in ipſum Iſaiam convenire, quàm in Meſſiam. Neque Iſaias in verbis, שנת רצון ליהוה, *annum placationis Domino*, annum prænuntiabat, quo redituri erant Babylone Judæi. Iſte enim reditus, qui apud Jeremiam multoties prædicitur, nunquam ſic nominatur. Præterea eundem reditum excludunt hæc, quæ ſequuntur, de *ruinis antiquis*, quæ *multa ſæcula* durârunt (דור דור :) ut & de *agricolis* & *vinitoribus* extraneis, & de Judæis *Sacerdotibus*; quæ habuiſſe eventum ſuum poſt reditum Judæorum, nuſquam legitur; nec verò hæc poterant ullum habere, cùm non liceret omnibus Judæis, eſſe *Sacerdotes.* Ergò contenti eſſe debemus, unâ eâ hujus loci expoſitione, quam narratur Chriſtus Dominus feciſſe in Synagogâ Judæorum, & ſtatuere Chriſtum induci ab Iſaiâ hæc loquentem. ...פקח קוח : Nos, *apertam*, ſive *perfectam liberationem*, ex Hebr. verbo פקח, *aperire*, & ex Arabico קח, *merus.*, *purus*; quaſi dicas, *meram libertatem.*

2. שנת רצון, *annum placationis.* Habemus hîc *annum* parallelum *diei*, ut doceamur non tangi annum tantùm aliquem unum, ſed propterea tempus id, quod notatur, vocari *annum*, quia mox alludebatur ad Jubilæum, cujus Jubilæi anno revertente ſervi redibant ad libertatem. Ille igitur *annus* eſt non modò annus Evangelicæ prædicationis primus, ſed anni etiam ſequentes, quibus Evangelium fuit in univerſum Mundum propagatum.

3. לשום : Adde ששון verbi caſum; quem caſum Scriba omiſit, errans ex hâc lineâ in inferiorem, ubi legitur ששון, & ubi illud eſt in oppoſitione cum אבל. Quo ex ipſo docemur, ſimilem oppoſitionem eſſe debere in membro ſuperiore τε ששון, *lætitiæ*, cum τῷ לאבלי, *lugentibus.* ...אילים : Vulgatus, *fortes*; Syrus, *arietes*; neutrum congruit cum *plantationibus*, quæ ſequuntur; ſed congruunt *arbores*, ſeu *quercus*, הצדק, *firmitatis*, ſeu *firmæ*, ex poteſtate Arabicâ. Hebraici Lexicographi verbum צדק nimiùm anguſtè circumſcripſerunt in ſignificatu *juſtitiæ*, aut *juſti.* Quippe in Sacris Codicibus loci benè multi ſunt, quibus aptari *juſtitia* non poteſt; poteſt *veritas*, *firmitas*, quomodò & *beneficentia*, vel *miſericordia.*

6. ואתם כהני יהוה, *vos autem Sacerdotes Domini.* Nunc opponuntur *Sacerdotes* cum *agricolis* ac *vinitoribus*, ut homines qui Deo ſoli vacant, cum hominibus, qui operas exercent; quia ſic erant apud Judæos Sacerdotes, quibus nulla poſſeſſio agrorum fuerat aſſignata, quique de altari vivebant. Nemo dixerit hæc convenire in Judæos Babylone reverſos; neque enim tum vineas ſuas Judæi, aut agros ſuos alienis locavêre. Alii ſic accipiunt *vinitores* & *agricolas*, ut gentiles, qui intrant in Eccleſiam, quique etiam fiunt Evangelici operarii. Verùm iſto modo tollitur hæc oppoſitio ſuprà notata Sacerdotum cùm vinitoribus & agricolis. Allegorias iſtas illi feliciùs exponent, qui prophetiam videbunt re ipsâ completam. Certè hæc pertinere videntur ad tempora Mundi poſtrema, reditùmque Judæorum.

7. ירנו חלקם : Nos, cum Syro Int. תרנו בחלקם, *lætabimini in poſſeſſione ipſorum*, & ſic cætera, cum eodem, perſonâ ſecundâ; nam orationis filum vix expedire aliter poſſis. Verba duo ירנו & יירשו habent ante ſe litteram ה, quæ litteræ ת, quâ notatur perſona ſecunda, perſimilis eſt; ſic ut haberet Scriba errandi materiam perquàm proclivem. Nec minor fuit errandi proclivitas in pronomine לכם, *vobis*, ut Scribæ ponerent להם, *illis.* Porrò *ignominia duplex* videtur eſſe captivitas duplex urbiſque ac Templi duplex ruina, una allata per Babylonios, altera per Romanos. Quæ ultima, quoniam tandiù durabit, donec ad Chriſti fidem ſe conferant Judæi, intelligitur, cur propheta eas *ruinas* vocet *antiquas* & *multorum ſæculorum. Duplex* verò poſſeſſio, quam Judæi apud gentes habituri ſunt, ſic intelligi poteſt, ut erat *duplex* poſſeſſio primogenitorum. Nam tum Judæi, qui primogeniti fuerunt, ad jus ſuum revertentur, fidemque, præ gentium fide, duplam habebunt.

8. אכרות, *feriam* (*fædus.*) Lege אכרת, ſine ו, ut lego in Codice Regio 29. nec non in Regio 3. ſed manu priori. Quid ſint *direptiones iniquæ* colligi poteſt ex eo, quòd attribuitur Judæis poſſeſſio duplex apud gentes. Nam generis ejuſdem videntur eſſe *direptio* & *poſſeſſio.*

9. כי הם זרע ברך יהוה, *quòd ſunt ſemen benedictum Domini.* Hoc loco exclamat Edm. Cal-

met, quærens utrùm Judæis hæc poſſint convenire. Nos poſſe reſpondemus; cum Apoſtolo ſentientes ſic loquente, *quòd ſi radix ſancta, & rami.* Neque enim tangitur ſtatus hodiernus Judæorum, ſed poſtremus, in quo patres ſuos Judæi, propter fidem laudatos, ſuâ fide imitabuntur.

10. כחתן יכהן פאר, *addidit ſplendorem ut ſponſo.* Significatum talem verbi כהן mutuamur ex Syr. Linguâ, in quâ radix כהן habet in ſuis derivatis *gloriam, majeſtatem, claritatem.*

CAPUT LXII.

Propter Sion non tacebo, donec veniat ſalus ejus, nomineturque ei nomen novum... ſternite viam, erigite ad populos vexillum; dicite filiæ Sion, Salvator tuus venit.

1. *Propter Sion non tacebo; propter Jeruſalem non quieſcam, donec ultio ejus, tanquam lux oriatur; ſalus ejus, ut lampas, ardeat.* 2. *Videbunt autem ultionem tuam omnes gentes, & omnes reges gloriam tuam; nuncupaberiſque nomine novo, quod os Domini nominabit.* 3. *Simul eris corona gloriæ in manu Domini, regnique diadema in manu Dei tui.* 4. *Non ampliùs de te dicetur, hæc eſt illa derelicta; nec de terrâ tuâ, hæc eſt illa devaſtata; ſed vocaberis tu, deliciæ meæ, terra autem tua, illa quæ habitatur; tu enim Domino eris in deliciis, & terræ tuæ non deerit ſuus habitator.* 5. *Filii enim tui ſic te poſſidebunt, ut adoleſcens innuptam virginem, & quomodò ſponſus novâ nuptâ delectatur, ita delectabitur de te Deus tuus.* 6. *Ego per muros tuos, Jeruſalem, diſpoſui cuſtodes, totam diem totamque noctem aſſiduos futuros, & ſine intermiſſione Dominum celebraturos.* 7. *Nolite conticeſcere, ne parcite eum ſollicitare, donec ſedem fixerit, reddideritque Jeruſalem in terrâ laude illuſtrem.* 8. *Jusjurandum fecit Dominus per dexteram ſuam, per-*

1. למען ציון לא אחשה ולמען
ירושלם לא אשקוט · עד יצא כנגה
צדקה וישועתה כלפיד יבער : 2.
וראו גוים צדקך וכל מלכים כבודך ·
וקרא לך שם חדש אשר פי יהוה
יקבנו : 3. והיית עטרת תפארת
ביד יהוה · וצנוף מלוכה בכף
אלהיך : 4. לא יאמר לך עוד
עזובה · ולארצך לא יאמר עוד
שממה · כי לך יקרא חפצי בה
ולארצך בעולה · כי חפץ יהוה בך
וארצך תבעל : 5. כי יבעל בחור
בתולה יבעלוך בניך · ומשוש חתן
על כלה ישיש עליך אלהיך : 6.
על חומתיך ירושלם הפקדתי
שמרים כל היום וכל הלילה תמיד ·
לא יחשו המזכירים את יהוה · אל
דמי לכם : 7. ואל תתנו דמי לו
עד יכונן ועד ישים את ירושלם
תהלה בארץ : 8. נשבע יהוה
בימינו ובזרוע עזו · אם אתן את
דגנך עוד מאכל לאיביך · ואם ישתו
בני נכר תירושך אשר יגעת בו :
9. כי מאספיו יאכלהו · והללו את
יהוה · ומקבציו ישתהו בחצרות
קדשי : 10. עברו עברו בשערים ·
פנו דרך העם · סלו סלו המסלה ·
סקלו מאבן · הרימו נס על העמים :
11. הנה יהוה השמיע אל קצה
הארץ אמרו לבת ציון · הנה ישעך
בא ·

que brachium suum potens, nunquam se frumentum tuum hostibus tuis cibum daturum, nunquam vinum tuum, in quo laborasti, filios Alienigenæ bibituros. 9. Illud enim ii, qui hoc comportârint, comedent & Dominum laudabunt; hoc autem qui subvexerint, in Sanctuarii mei atriis id bibent. 10. Ite, transite per portas, præparate populo viam; complanate, planum facite iter; ejicite ex eo lapides; erigite vexillum populis. 11. Ecce enim Dominus ad ultimas usque regiones hoc auditum fecit. Dicite filiæ Sion; en præsto est Salvator tuus; en adest ei merces ejus; en coram eo pretium ipsius. 12. Illi autem etiam vocabuntur populus Sanctus, quem Dominus redemit, dum tu nominaberis civitas optata, nec jam derelicta.

בא· הנה שכרו אתו ופעלתו לפניו :
12. וקראו להם עם הקדש גאולי יהוה· ולך יקרא דרושה עיר לא נעזבה :

---

1. צדקה, *ultio ejus.* De eo significatu diximus suprà. Respondet *ultio*, *saluti*, quæ sequitur, utroque notante humani generis liberationem. ...יבער, *ardeat*, genère masculino, quanquam ישועתה feminini, quia per nexum ו genus nominum convertitur, quomodò & Tempus verborum.

2. וראו גוים צדקך, *& videbunt gentes ultionem tuam.* Qui hæc intelligunt de Jerusalem liberatâ per Cyrum à jugo Babyloniorum, nihil habent in monumentis, nec Sacris, nec profanis, unde confirment liberationem Judæorum fuisse omnibus gentibus cognitam; ut neque vidisse *reges* ejus *gloriam*; quippe nullus est Scriptor profanus, qui memoret Edictum Cyri regis, de captivis Judæis liberandis, ut observat Edm. Calmet. Sacra autem Historia docet, Jerusalem nondum fuisse instauratam & muris clausam, antequàm Nehemias, Artaxerxe rege regnante, Jerusalem veniret. Quonam etiam pacto explicabitur, fuisse tum urbem Jerusalem *nomine novo* appellatam, *quod os Domini nominârat*? Ergò non alia hîc liberatio intelligenda, quàm ea quam fecit Christus Dominus, quæque habuit exordium in ipsâ urbe Jerusalem, nec multò post toto in orbe increbuit. Ex urbe Jerusalem primùm nominati sunt Christiani.

3. והיית עטרת תפארת, *& eris corona gloriæ (in manu Domini.)* In eandem sententiam dixit Apostolus, *vos gaudium meum & corona mea.* Idem dicendum de צניף, vel צנוף, *diademate.* Erat Ecclesia Christiana ut emersit primùm, gloria sui Conditoris. Propterea Christus falsarum victor Religionum sic exhibetur, ut Triumphator, qui manibus præfert ostentatque victoriæ suæ insignia & monimenta.

4. לא יאמר לך עוד עזובה, *non ampliùs de te dicetur, derelicta.* Similitudo ducitur ex uxore, quam suus vir reliquit. Itaque hæc Synagogam demonstrant, quam inter & Deum fœdus intercesserat, quasi matrimonii jure, quæque deinde fuerat relicta, demùm fuit requisita & recepta, & facta mater Christianorum. Si hæc accipiuntur de Ecclesiâ gentium ita, ut origo ejus non attendatur, nihil jam sententiæ habebit עזובה, *derelicta.* Neque enim gentes sic à Deo fuerant derelictæ, ut deseritur maritata uxor. Eandem similitudinem habent hæc verba, *terra tua desolata*, quæ *terram* indicant Judæorum. ...וארצך תבעל, *& terra tua possidebitur.* Significat בעל *possidere* jure qualicunque, sed sæpe matrimonii. Itaque lusus est in verbo תבעל, hoc versu & sequenti, quem Latina Lingua quia non capit, necesse fuit, verbum בעל alio atque alio Latino verbo interpretari.

5. כי יבעל בחור, *nam possidebit juvenis...* Omnes, præter Vulgatum, efferunt *sicut* notam similitudinis; nam Græci Intt. ὡς; Chaldæus כמא; Syrus איך. Legunt, vel, כיבעל, vel potiùs כבעל, aut כי כבעל, ut & legendum: vide versionem. Verba hæc ipsa declarant, non tangi urbem Jerusalem à Nehemiâ instauratam. Eâ enim instauratâ, Prophetæ in eâ defecerunt, nec multò post eam expilavit Antiochus, & omnibus malis afflixit, ut nihil veritatis hæc habere possint, Deum fuisse urbe novâ Jerusalem delectatum, ut novâ nuptâ, juvenem maritum.

6. אל דמי לכם, *nolite conticescere*, ex scriptione דמו, numero plur. quem postulat לכם *vobis.* Id enim pronomen, ubi abundat in oratione, sequi debet verbi, cui subjicitur, numerum; itaque etiam numero plur. interpretantur Syrus & Vulgatus. Porrò his verbis initium facimus versûs 7. Nam sententia nova hîc nascitur, cujus alterum membrum incipit in ואל, quod in hod. Codicibus inchoat versum 7. Sic orationem distinguunt Græci Intt. & Syrus, posito post יהוה puncto majori: vide eos.

8. נשבע יהוה, *juravit Dominus..* Hoc Dei juramentum plenum erit falsitatis, si jurat Deus se non ampliùs traditurum Judæorum frumentum, *ut anteà*, *Assyriis*, *Ægyptiis*, *Chaldæis*, ut vult Grotius, qui hæc accepit de urbe Jerusalem per Nehemiam reparatâ. Itaque etiam hoc *juramentum* prætermittit Grotius in suo hujus loci Commentario. Dei juramenta in Sacris Codicibus non pendent ullâ ex conditione. Ex quo sequitur, esse in *pane* ac *vino* meram umbram spi-

ritalium rerum; ut significetur, Jerusalem novam, seu Ecclesiam Christianorum, rebus ad salutem necessariis nunquam privatum iri, & propterea promissionem fieri ad Jerusalem, tum quia Judæi participes futuri erant cælestium promissorum, tum quia promissa urbi Jerusalem facta *umbra* erant *futurorum.*

9. ישתהו, *bibent illud.* Lege ישתוהו, ut habetur in Codice Regio 29. Similiter anteà legendum יאכליהו, *edent illud*, non omisso ו numeri pluralis.

10. הרימו נס על העמים, *tollite signum*, aut *vexillum, populis.* Etiam hæc plena erunt falsitatis, si nihil aliud jubetur, quàm ut viæ parentur, frumentis Jerusalem in horrea comportandis. Nihil enim de eâ re pertinebat ad cæteras *gentes.* ...ישעך *Salvator tuus* &c. Vide cap. 40. v. 10. ubi eadem leguntur, Messiamque apertè prænuntiant, non Cyrum, ut vult Grotius. Qui Cyrus si nunc agitur, quomodò explicabis id, quod legitur v. 12. *illi autem* (העמים, *populi*) *vocabuntur populus sanctus, à Domino redemptus.* An populi, quibus imperabat Cyrus, fuerunt *à Domino redempti?* Prædicitur hoc loco 1°. vocatio gentium; 2°. Judæorum ad fidem conversio.

CAPUT LXIII.

Quare rubrum est indumentum tuum? Quia torcular calcavi solus; calcavi eos in furore meo... Respice, Domine; tu pater noster es, Abraham nescivit nos....

1. *Quis est ille, qui venit de*
Edom; qui de Bosra, vestibus tinc-
tis? Quis ille in amictu suo decorus,
qui incedit viribus potens? Ego ille
sum, qui loquor justitiam; ego idem
potens ad opem ferendam. 2. *Curnam*
igitur rubrum est indumentum tuum?
Cur tuæ vestes sunt, ut ejus qui tor-
cular calcavit? 3. *Ego in prælo solus*
calcavi; nullus homo mihi de populis
adfuit; nihilominùs calcavi eos in fu-
rore meo, & in indignatione meâ
contrivi eos; propterea respersus est de
victoriâ eorum amictus meus, vestes-
que meas omnes inquinavi. 4. *Aderat*
enim mihi cogitatus dies ultionis;
annus venerat, quo mei erant redi-
mendi. 5. *Circumspexi, nec fuit qui*
ad auxilium veniret: tacitus stupe-
bam, sed nullus erat, qui opitulare-
tur. Ergò subvenit mihi brachium
meum; mea mihi indignatio addidit
robur. 6. *Propterea calcavi meo in*
furore populos, & in indignatione
meâ fregi eos, & robur eorum afflixi

1. מי זה בא מאדום חמוץ
בגדים מבצרה · זה הדור בלבושו
צעה ברב כחו · אני מדבר בצדקה רב
להושיע : 2. מדוע אדם ללבושך ·
ובגדיך כדרך בגת : 3. פורה
דרכתי לבדי ומעמים אין איש אתי ·
ואדרכם באפי וארמסם בחמתי · ויז
נצחם על בגדי וכל מלבושי
אגאלתי : 4. כי יום נקם בלבי ·
ושנת גאולי באה : 5. ואביט ואין
עזר · ואשתומם ואין סומך · ותושע
לי זרעי וחמתי היא סמכתני : 6.
ואבוס עמים באפי ואשכרם בחמתי ·
ואוריד לארץ נצחם : 7. חסדי
יהוה אזכיר תהלות יהוה כעל כל
אשר גמלנו יהוה · ורב טוב לבית
ישראל אשר גמלם כרחמיו וכרב
חסדיו : 8. ויאמר · אך עמי המה
בנים לא ישקרו · ויהי להם למושיע :
9. בכל צרתם לא צר · ומלאך
פניו הושיעם באהבתו ובחמלתו
הוא גאלם · וינטלם וינשאם כל ימי
עולם : 10. והמה מרו ועצבו את
רוח קדשו · ויהפך להם לאויב · הוא
נלחם בם : 11. ויזכר ימי עולם

& everti. 7. *Ego commemorabo miſe-*
ricordias Domini ; ego Domini iſ-
tam laudem , ſic tanquam cætera om-
nia beneficia , quæ nobis tribuit Do-
minus ; ut plurima hæc bona , quibus
affecit domum Iſrael , pro benevolen-
tiâ ſuâ miſerationibuſque infinitis.
8. *Etenim dixit , ſuum hunc eſſe po-*
pulum , filioſque non jam mendaces ,
& præſtò eis fuit ad ſalutem. 9. *In*
omnibus anguſtiis ipſorum , non fuit
anguſtâ bonitate ; is Angelus , qui ei
adeſt , propter ejus amorem liberavit
eos ; propter ejus indulgentiam rede-
mit eos , ſuſtulit eos & portavit om-
nibus retrò ſæculis. 10. *Sed , quoniam*
rebelles erant , Sanctique ſui ſpiritum
irritabant , in hoſtem mutatus eſt , &
contra eos bella geſſit. 11. *Deinde re-*
cordatus eſt Moſis ſervi ſui antiquos
dies , utque eos aquis eduxerat per
gregis ſui paſtorem , ut indiderat ei
ſpiritum ſanctum ſuum. 12. *Ut in*
viâ duxerat eos , per dexteram Mo-
ſis , brachium gloriæ ſuæ , cùm eorum
cauſâ ſcinderet aquas , ut faceret ſibi nomen ſempiternum. 13. *Cùm duceret*
eos per abyſſos medias , ut in æquo campo equitatum , nec corruebant. 14. *Spi-*
ritus Domini , ut armentis , quæ in vallem deſcenderunt , ita eis fecit quie-
tem ; eo tu modo populum tuum ducebas , ut faceres tibi nomen magnum.
15. *Reſpice de cœlis , & vide de habitatione ſanctâ tuâ & glorioſâ. Cur enim*
à me ſe ſubtraherent & tua æmulatio & tua fortitudo , & multa viſcera & mi-
ſerationes ? 16. *Tu enim es pater noſter , nec Abraham nos cognovit , & neſ-*
civit nos Iſrael ; tu , Domine , pater noſter es ; eſt jam olim Redemptor
noſter nomen tuum. 17. *Quare , Domine , avertiſti nos à viis tuis ; quare*
obduraſti cor noſtrum , ut nos te non timeremus ; revertere propter ſervos tuos ,
propter tuæ Tribus hæreditatis. 18. *Ne longum ſit , quòd inimici noſtri pepu-*
lerunt populum ſanctum tuum , & ſanctuarium calcant tuum. 19. *Facti ſu-*
mus , tanquam populus , cui tu non imperas , in quo nomen tuum non nomi-
natur ; quaſi non ruperis cœlos , ut deſcenderes , nec , te præſente , montes li-
queſacti eſſent , ut ignis arida conſumit , & ut ardore aquæ bulliunt , eò ut oſ-
tenderes inimicis tuis gloriam tuam , tremerentque à conſpectu tuo gentes.

משה עמו · איה המעלם מים ארת
רעה צאנו · איה השם בקרבו ארת
רוח קדשו ׃ 12. מוליך לימין משה
זרוע תפארתו · בוקע מים מפניהם
לעשות לו שם עולם ׃ 13. מוליכם
בתהמות כסוס במדבר · לא יכשלו ׃
14. כבהמה בבקעה תרד רוח יהוה
תניחנו · כן נהגת עמך לעשות לך
שם תפארת ׃ 15. הבט משמים
וראה מזבול קדשך ותפארתך · איה
קנאתך וגבורתיך המון מעיך ורחמיך
אלי התאפקו ׃ 16. כי אתה אבינו ·
כי אברהם לא ידענו וישראל לא
יכירנו · אתה יהוה אבינו · גאלנו
מעולם שמך ׃ 17. למה תתענו
יהוה מדרכיך · תקשיח לבנו מיראתך ·
שוב למען עבדיך שבטי נחלתך ׃
18. למצער ירשו עם קדשך ·
צרינו בוססו מקדשך ׃ 19. היינו
מעולם לא משלת בם · לא נקרא
שמך עליהם · לוא קרעת שמים
ירדת מפניך הרים · נזלו כקדח אש
המסים · מים תבעה אש · להודיע
שמך לצריך מפניך גוים ירגזו ׃

---

1. מי זה בא מאדום , *quis iſte veniens de Edom ?* Hæc intelligimus de Judâ Machabæo , cum

Grotio, qui hoc totum caput de eodem feliciter interpretatur. Judas ſubegit Idumæos, & cepit *Boſra*, urbem Moabitarum. Hieronymus hæc habet in hunc locum : » *Quis eſt iſte....* multi » noſtrorum referunt ad finem mundi.... Nos autem quia.... de eodem dicitur, quòd poſt Paſ- » ſionem ad Patrem cruentus aſcenderit, neceſſitate compellimur, omnia quæ dicuntur, in » primo accipere Salvatoris adventu.... Interrogant ergò Angeli rei novitate perterriti..... Quis » eſt iſte qui de terrâ cruentus advenit ? Edom quippe in Linguam noſtram, & *terrenus* & » *cruentus* exprimitur. « In his ultimis verbis Hieronymus detegit errorem ſuum. Neque enim אדום ſignificat *cruentus* ; quem ſignificatum quamvis haberet, non poſſet ſimul enuntiare & *cruentum* & *de terrâ* ; neque verò etiam habet מאדום *de terrâ*, quaſi eſſet מאדמה. Prætereà neceſſitas non fuit, hæc connectere cum capite ſuperiori, quod prænuntiabat Chriſtum & Eccleſiam naſcentem. Iſaias cæterique Prophetæ prædixerunt magnas rerum converſiones, quæ futuræ erant ab ſuâ ætate uſque ad Chriſtum venturum, & ex quibus aliqua mutatio futura erat in Rep. Judæorum ; ut non mirum ſit, non omiſiſſe Iſaiam Judæ Machabæi res geſtas, qui Judæorum res afflictas & proſtratas erexit, priſtinumque ad ſplendorem revocavit ; cùm præſertim per Judam Machabæum habuerit eventum ſuum id, quod capite ſuperiori v. 1. promiſit Deus his verbis : *Propter Sion non tacebo, donec...* quibus promittitur, non defutura in Judæos benevolentiæ divinæ ſigna & teſtimonia, donec veniat Meſſias, & Judæos, & omnes gentes liberaturus. Sumit Hieronymus, fieri ab Angelis interrogationem, quanquam nihil eſt in oratione, quod inducat *Angelos*. Interrogant Judam Machabæum illi homines, qui eum vident ex Idumæâ revertentem, & ſanguine conſperſum.

2. מדוע אדום ללבושך, *curnam igitur rubrum eſt veſtimentum tuum ?* Hæc ſequuntur ex reſponſione hâc Judæ, *ego ſum potens ad ſalvandum ;* q. d. ſi tu talis es, cur igitur tanti tibi conſtitit victoria. Cæterum ללבושך mendum eſt pro מלבושך, quomodò v. 3. legitur מלבושי, Judâ interrogationi ſibi factæ reſpondente.

3. ומעמים אין איש אתי, *& de populis nemo fuit mecum.* Nimirum Judas cum parvâ militum Judæorum manu debellavit & Philiſtinos & Idumæos. Hæc verba planum faciunt, non tangi hoc loco Chriſti Domini victoriam. Neque enim Chriſti Domini veſtes propterea ſanguine aſperſæ fuerunt, quòd ſibi *populi* non auxiliarentur. Quòd ſi intelligis Chriſti Domini victoriam de gente Judæorum, quorum evertit & Remp. & Templum, famulati ſunt ei *populi*, qui in exercitu Romanorum erant, ut de Judæis victoriam reportaret. Hieronymus ita exponit : » Neque enim Angelus, aut Archangelus, Throni, Dominationes, aut ulla cæleſtium poteſ- » tatum, humanum corpus aſſumpſit, & pro nobis paſſus eſt, & conculcavit adverſarias forti- » tudines atque contrivit. Sed facile eſt videre, vocabulum עמים notare homines, non Angelos. ...אגאלתי ; lege גאלתי, ſine א ; niſi הגאלתי, in voce *Hiphil*, quanquam ea vox verbi גאל non habet alterum exemplum.

6. ואשכרם, *& inebriavi eos.* Rectè ex Chaldæo Lud. Cappellus ואשברם, *& fregi eos.* Id enim congruit cum priore verbo, *calcavi*, & notatur in בחמתי, *in furore meo*, inſtrumentum *quo*, ut anteà in באפי, *in irâ meâ*, quod inſtrumentum jam non notatur, ſi vertas, *inebriavi eos furore meo.*

7. & 8. חסדי יהוה אזכיר, *miſericordias Domini memorabor.* Hæc verba ſunt ipſius Judæ Machabæi, poſt victoriam ſuam, Deo gratias agentis ; nec neceſſe eſt hanc orationem ad Iſaiam transferre. ...בנים לא ישקרו, *filii non mendaces :* nempe illi, qui ad Judam ſe adjunxerunt, & in ſocietatem venerunt ejus bellorum ac periculorum, ut Remp. ſuam Religionemque reducerent ad priſtinum ſuum ſplendorem.

9. לא צר : Maſora לו צר, *ei fuit anguſtia ;* quod non probamus ; eſſet enim legendum צר לו, *anguſtia ei fuit*, poſito לו ultimo in loco. Rectè לא צר, *non fuit inimicus ;* ſed magis placet, *non fuit anguſtiatus*, quomodò Paulus Apoſtolus, *non anguſtiamini in viſceribus noſtris ;* quam ſententiam in verſione extulimus.

11. משה עמו : Benè actum eſt nobiſcum, quod Syrus legerit, עבדו, (*Moſis*) *ſervi ſui.* Neque enim convenit עמו, niſi addis nexum ו, ut ſit ועמו ; propterea Hieronymus, *& populi ſui*, addito *&*. ...איה, *quomodò ?* Etiam hîc ſequimur Syrum, ut legamus איך, *quomodò*, ſine interrogatione, quam habet איה. Nempe Syrus, איך דאסק, *quomodò aſcendere fecerat.* Planum eſt attendenti, non congruere hanc interrogationem, *ubi eſt qui aſcendere fecit eos de mari ?* Non conquereretur apud Deum Judas Machabæus in eâ oratione, quæ tota eſt gratiarum actionis, & poſtquàm dixit, *recordatus eſt*, &c. commemorans ante-acta Dei beneficia. Sed rectè איה, v. 15. ubi eſt precatio, non verò, ut hôc verſu, gratiarum actio.

18. למצער : Plerique vertunt, *ad breve tempus* (*expulerunt populum ſanctum tuum*) quaſi omnibus jam periculis, cùm hæc oratio facta eſt, Judæi jam defuncti eſſent, nihilque eis agendum ſupereſſet. Sed antecedentia & conſequentia demonſtrant, nondum acta eſſe omnia. Itaque meliùs hæc oratio collocetur poſt primas Judæ Machabæi victorias, & ante poſtremas, ſive ejus ipſius, ſive fratrum illius. Propterea nos, למצער, interpretamur, *ne longum ſit*, ut ſit votum orationis.

19. מעולם : Id mendum non expediunt Veteres, & deſerunt Contextum ſuum : vide eos. Non dubium quin ſcriptio germana ſit, כלאום, (*facti ſumus*) *ſicut populus*, לא משלת בם, *cui non imperas.* Nam de eo populo efferuntur, affixa בם & הם, quæ ſequuntur. ...לוא קרעת שמים, *quaſi non ruperis cælos.* Eſt ἀπὸ κοινοῦ particula כ ſimilitudinis, quam revocamus per emendationem כלאום, *ſicut populus.* Plerique *utinam*, quaſi eſſet לו ; ſed rectè לוא, niſi ולא : vide verſionem & notam ad verſum 1. capitis ſequentis.

CAPUT

CAPUT LXIV.

Oculus non vidit quæ præparavit Deus iis, qui in ſe ſpem habent. Vide, Domine; Sion deſerta facta eſt, domus tua igne deleta; num tacebis longiùs?...

1. בעשותך נוראות לא נקוה׃
ירדת מפניך הרים נזלו ׃ 2.
ומעולם לא שמעו לא האזינו׃ עין
לא ראתה אלהים זולתך יעשה
למחכה לו ׃ 3. פגעת את שש
ועשה צדק בדרכיך יזכרוך׃ הן
אתה קצפת׃ ונחטא בהם עולם
ונושע ׃ 4. ונהי כטמא כלנו וכבגד
עדים כל צדקתינו׃ ונבל כעלה
כלנו׃ ועוננו כרוח ישאנו ׃ 5. ואין
קורא בשמך מתעורר להחזיק בך׃
כי הסתרת פניך ממנו ותמוגנו ביד
עונינו ׃ 6. ועתה יהוה אבינו אתה׃
אנחנו החמר ואתה יצרנו ומעשה
ידך כלנו ׃ 7. לא תקצף יהוה עד
מאד ואל לעד תזכר עון׃ הן הבט
נא עמך כלנו ׃ 8. ערי קדשך
היו מדבר׃ ציון מדבר היתה׃ ירושלם
שממה ׃ 9. בית קדשנו ותפארתנו
אשר הללוך אבתינו היה לשרפת
אש׃ וכל מחמדינו היה לחרבה ׃
10. העל אלה תתאפק יהוה׃ תחשה
ותעננו עד מאד ׃

1. *Cùm tu miracula hæc, quæ non
expectabamus, faciebas, & deſcende-
bas, montes, te præſente, colliqueſ-
cebant.* 2. *Nec homines unquam ac-
ceperant, aut audierant; vel oculus
viderat ullum, præter te, Deum,
qui hæc faceret iis, qui in ſe ſpem
habent.* 3. *Sed tu idem, qui ades ul-
trò ei, qui operatur juſtitiam, & me-
mor eſt viarum tuarum, nunc iratus
es; nos enim in eis jam olim erravi-
mus, & averſi ſumus.* 4. *Omnes nos
immundo ſimiles ſumus; panno, qui
longè removetur, noſtræ omnes reli-
giones; omnes nos, quaſi folium de-
cidimus, iniquitateſque noſtræ nos,
quaſi ventus, abſtulerunt.* 5. *Nemo
eſt enim, qui invocet nomen tuum;
nemo, qui audeat tibi adhærere;
abſcondiſti enim faciem tuam à nobis,
noſtriſque nos iniquitatibus dimiſiſti.*
6. *Tu tamen, Domine, pater noſter
es; nos lutum ſumus, tu fictor noſter:
opus manuum tuarum nos omnes ſu-
mus.* 7. *Noli, Domine, iraſci vehementer, neque iniquitatum noſtrarum
perpetuam habere memoriam. Conſidera, quæſo, ut omnes nos populus tuus
ſumus.* 8. *Urbes ſanctæ tuæ ſolitudines factæ ſunt; Sion eſt, ut ſolitudo; Je-
ruſalem deſolata eſt.* 9. *Domus hæc Sanctuarii noſtri, quæ gloria noſtra
erat, in quâ noſtri te patres laudabant, igne combuſta eſt; devaſtata ſunt
omnia, quæcunque deſiderabilia noſtra erant.* 10. *An tu, Domine, hæc fe-
res diutiùs? An ſilebis, noſque ultimis malis affliges?*

---

1. בעשותך, *cùm tu faceres.* Hujus capitis initium facimus in verſu 2. Nam quæ verſu 1. continentur, hæc continuant, quæ incœpta ſunt ultimo verſu capitis ſuperioris. Propterea Vulgatus, quem Polyglotta imitantur, hoc caput inchoavit his verbis, לוא קרעת. Nos verò non ſe-

quimur Vulgatum, quia non duximus necesse esse, mutare לוא, *non*, in לו, *utinam*, ut fecit Vulgatus, cùm nobis videretur istud לוא, vel ולא, continuatè efferri cum duobus לא, quæ antecesserunt, & rectè decurrere orationem : vide Versionem.

2. יעשה למחכה לו, *qui hæc faceret ei, qui expectat eum.* Tacetur, de metrico more, relativum אשר, ante verbum יעשה, quod eo relativo utitur, ut nominativo suo. Sed in verbo יעשה sic habendum ה ut pronomen *hæc*, neutrum plurale in Latino sermone, in Hebraico autem singulare femininum ; nam casus huic verbo requiritur ; qui casus aberit, si ה habebitur, ut ultima verbi littera ...למחכה לו. Apostolus Paulus interpretatur, *diligentibus se*, ex scripturâ Hebraicâ למחבה ; nam חבב Hebraicè, vel חבה, significat *diligere.* Dico, ex scripturâ Hebraicâ ; neque enim sequebatur Paulus Interpretes Græcos, in quibus legitur, *τοῖς ὑπομένουσιν*, *iis, qui expectant.*

3. פגעת את שש ועשה צדק : Nos, *ades ultrò ei, qui operatur justitiam.* Non enim dubitamus, quin olim legeretur, פגשת את עשה צדק. Mutatum est פגשת את, vel פגשות, in ...פגעת את שש ו, ob similitudinem. In hodiernâ scripturâ vocabulum שש casus est verbi פגעת, quasi esset, *occurris lætanti.* Sed nihil habet sententiæ *lætanti*, ubi non additur, quâ re is homo, cui Deus occurrit, *lætetur.* Itaque etiam Græci Intt. omittunt שש, verbum nihili, & convertunt, *Συναντήσεται γὰρ τοῖς ποιοῦσι τὸ δίκαιον*, *occurret enim iis, qui faciunt justitiam*, personâ tantùm mutatâ, & omisso ו, ante עשה. Chaldæus autem vocabulum שש cùm persequitur, divertit ad longam Paraphrasin ; qui ejus mos est, cùm Contextum Hebraicum, qualem habet, non potest expedire. ...ונושע, *& aversi sumus*, ex שעה, *divertere, aberrare.* Vulgatus, *& salvabimur*, ex ישע, parùm commodè, quia non continuatè. Nam hoc ultimo in membro agitur ira Dei, ejusque iræ causa, nempe peccata populi, ejusque à Lege Dei aberrationes.

4. כל צדקתינו : Rectè Grotius : » Loquitur *κατὰ μίμησιν*, & justitias vocat id, quod homines » improbi eo nomine appellant, sacrificia scilicet & ritus similes. Similis locutio est suprà » LVII. 12. Malè facerent, qui hæc referrent ad vitam compositam ad legem Mosis ; multò » pejus, qui hæc verba referunt ad martyrium, & alia opera Evangelio congruentia : *πᾶ πᾶ* » *φρένας ἐκπεπόλασθε* ; *quò vobis avolitat mens ?* « In his ultimis verbis deplorat Grotius hominum suæ religionis amentiam, qui *justitiam* Christianorum nihil volunt esse, nisi *pannum menstruatæ*, nec aliam justitiam credunt esse, præter justitiæ *imputationem.* Nos, *religiones*, quomodò Tullius ; i. e. cultûs divini apparatum & ritus Sacros. ...כרוח, *quasi ventus*, seu *tempestas*, quæ abripit folia ex arboribus decidentia.

5. ותמוגנו, *& dissolvisti nos (in manu iniquitatis nostræ.)* Nunquam reperitur *dissolvere in manu ; sæpe tradere in manum.* Itaque legendum ותמגננו, *& tradidisti nos*, quomodò legunt Veteres. Nam Græci Intt. *παρέδωκας* ; Chaldæus, מסרתנא ; Syrus, אשלמתן, *tradidisti nos.* Solus Vulgatus, *allisisti nos*, non commodiùs, quàm *dissolvisti nos*, & sententiam nonnullam exhibens, non ipsum verbum מוג.

9. וכל מחמדינו היה, *& omnia desiderabilia nostra sunt (vastata.)* Lege היו ; ut sit numeri concordia cum מחמדינו, numeri pluralis.

CAPUT LXV.

Inventus sum ab iis, qui me non quærebant, expandi manus meas ad populum rebellem... creabo cœlos novos & terram novam, & Jerusalem in gaudio versabitur... lupus & agnus pascent simul.

1. Requirunt me illi, qui me non
consulebant ; reperiunt me, qui me
non quærebant ; quippe sic constitui :
ego adero præsens nationi, quæ no-
men meum non invocabat. 2. Ego
expando totam diem manus meas ad
populum rebellem ; ad eos qui vias
pravas sequuntur, quò eos ducunt ip-
sorum opiniones ; 3. Ad populum ho-
minum qui me irritant ; qui non de-

1. נדרשתי ללוא שאלו · נמצאתי
ללא בקשני · אמרתי הנני הנני אל
גוי לא קרא בשמי : 2. פרשתי
ידי כל היום אל עם סורר · ההלכים
הדרך לא טוב אחר מחשבתיהם :
3. העם המכעסים אתי על פני
תמיד · זבחים בגנות ומקטרים על
הלבנים : 4. הישבים בקברים
ובנצורים ילינו · האכלים בשר החזיר
ופרק פגלים כליהם : 5. האמרים

sinunt coram me sacra facere in hor-
tis, quique super lateres thura incen-
dunt; 4. Qui assidui sunt apud se-
pulchra, & in cavernis noctem du-
cunt; qui edunt carnem porcinam,
habentque in vasis suis carnium jus
immundarum. 5. Qui dicunt: procul
esto à me, noli me tangere, sanctus
enim sum; propter hæc igitur furor
meus accenditur, cujus ignis ardebit
totam diem. 6. Hæc ante oculos meos
scripta manent, nec silebo, donec
rependerim. 7. Ego rejiciam in si-
num ipsorum & suas iniquitates, &
iniquitates parentum, dicit Domi-
nus, qui thura in montibus adoleve-
runt, meque in collibus irritârunt;
remetiar enim in sinu eorum opera
ipsorum priora. 8. Hæc dicit Domi-
nus: quemadmodùm, si reperitur in
botro immaturo maturum granum,
dici solet, noli eum perdere, est enim
in eo pars quædam benedictionis; sic
ego facturus sum propter servos meos,
nec omnia disperdam. 9. Ego enim
faciam ut de Jacob semen oriatur;
ut de Juda, qui possideat montem
meum; possidebunt eum electi mei,
ibi servi mei habitabunt. 10. Fiet Sa-
ron pascua ovium; vallis Achor, pa-
bulum bobus, in gratiam populi mei,
qui me requirit. 11. Vos verò qui
Dominum relinquitis, qui oblivis-
cimini montem sanctum meum, qui
mensam Gadi struitis, qui Deo Me-
ni libamina plena funditis; 12. Ego
vos habebo ad gladium numeratos;
vos omnes substernemini ad macta-
tionem, quia vocavi, nec respondis-
tis; locutus sum, nec audistis, sed
malum in oculis meis fecistis, & quæ-
cunque mihi displicebant, antetulistis.
13. Propterea hæc dicit Dominator
Dominus: futurum est, ut servi mei

קרב אליך אל תגש בי · כי קדשתיך ·
אלה עשן באפי · אש יקדת כל
היום : 6. הנה כתובה לפני · לא
אחשה כי אם שלמתי · ושלמתי על
חיקם : 7. עונתיכם ועונת אבותיכם
יחדו אמר יהוה · אשר קטרו על
ההרים ועל הגבעות חרפוני · ומדתי
פעלתם ראשנה על חיקם : 8.
כה אמר יהוה · כאשר ימצא התירוש
באשכול ואמר אל תשחיתהו · כי
ברכה בו · כן אעשה למען עבדי
לבלתי השחית הכל : 9. והוצאתי
מיעקב זרע ומיהודה יורש הרי ·
וירשוה בחירי ועבדי ישכנו שמה :
10. והיה השרון לנוה צאן ועמק
עכור לרבץ בקר · לעמי אשר
דרשוני : 11. ואתם עזבי יהוה
השכחים את הר קדשי · הערכים
לגד שלחן והממלאים למני ממסך :
12. ומניתי אתכם לחרב וכלכם
לטבח תכרעו · יען קראתי ולא
עניתם · דברתי ולא שמעתם ·
ותעשו הרע בעיני ובאשר לא
חפצתי בחרתם : 13. לכן כה
אמר אדני יהוה · הנה עבדי יאכלו
ואתם תרעבו · הנה עבדי ישתו
ואתם תצמאו · הנה עבדי ישמחו
ואתם תבשו : 14. הנה עבדי ירנו
מטוב לב · ואתם תצעקו מכאב לב
ומשבר רוח תילילו : 15. והנחתם
שמכם לשבועה לבחירי · והמיתך
אדני יהוה · ולעבדיו יקרא שם
אחר : 16. אשר המתברך בארץ
יתברך באלהי אמן · והנשבע בארץ
ישבע באלהי אמן · כי נשכחו הצרות
הראשנות וכי נסתרו מעיני : 17.
כי הנני בורא שמים חדשים וארץ
חדשה · ולא תזכרנה הראשנות ולא
תעלינה על לב : 18. כי אם שישו
וגילו עדי עד אשר אני בורא · כי
הנני בורא את ירושלם גילה ועמה
משוש : 19. וגלתי בירושלם
וששתי בעמי · ולא ישמע בה עוד
קול בכי וקול זעקה : 20. לא יהיה

cibum habeant, voſque intereà fame
laboretis; en ſervi mei potum habe-
bunt, vos autem ſitietis; ſervi mei
erunt in hilaritate, vos autem in op-
probrio. 14. *En ſervi mei canent,*
quia læto animo erunt; vos verò vo-
ciferabimini, quia in cordis dolore
verſabimini, & præ animi cruciatu
ejulabimini. 15. *Relinquetiſque elec-*
tis meis nomen veſtrum ad exſecratio-
nem. Dominator Dominus vos in-
terficiet, ſervos autem ſuos alio no-
mine appellabit. 16. *Quicunque in*
terrâ benedicetur, per Deum benedi-
cetur, qui fidelis eſt; quemcunque
deteſtabuntur in terrâ, per eum Deum,
qui fidelis eſt, deteſtabuntur; irrita-
tiones enim priores in oblivione erunt; illæ longè erunt ab oculis meis. 17. *Ecce*
enim ego creaturus ſum cœlos novos & terram novam, nec ea, quæ præceſſe-
runt, in memoriâ verſabuntur, neque in mentem venient. 18. *Etenim, quos*
ego creaturus ſum, illi in perpetuum lætabuntur & exſultabunt; ecce enim
creabo Jeruſalem exſultantem, populumque ejus lætantem. 19. *Ego etiam de*
Jeruſalem gaudebo, & de populo meo lætabor; neque enim adhuc in eâ audie-
tur planctuum ſtrepitus, nec ſonus vociferationis. 20. *Non orietur inde am-*
pliùs infans ad paucos dies; non ſenex, qui non veniat ad plenos vitæ dies;
etenim puer morietur centum annorum; qui erit delicatus, anno centeſimo ſe-
pelietur. 21. *Domos ædificabunt, quas & habitabunt; plantabunt vineas, fruc-*
tuſque earum comedent. 22. *Non jam hæc ædificabunt, quæ alii habitent;*
non plantabunt, quæ alii comedant; nam populi mei dies tot erunt, quot an-
noſæ arboris; quodcunque opus manus electorum meorum fecerint, id atterent
vetuſtate. 23. *Non fruſtrà laborabunt, non parient inutiliter; nam ſemen erunt,*
cui benedixit Dominus, nec erunt ſine poſteris ſuis. 24. *Vix clamabunt, cùm*
ego exaudiam eos; eiſque adhuc loquentibus, ego jam annuero. 25. *Lupus &*
agnus unà paſcent; ut bos, leo comedet paleas; angues pro cibo pulverem
habebunt, nihilque lethale ferent in toto monte ſancto meo, dicit Dominus.

משם עוד עול ימים וזקן אשר לא
ימלא את ימיו · כי הנער בן מאה
שנה ימות · והחוטא בן מאה שנה
יקלל : 21. ובנו בתים וישבו ·
ונטעו כרמים ואכלו פרים : 22.
לא יבנו ואחר ישב · לא יטעו ואחר
יאכל · כי כימי העץ ימי עמי ·
ומעשה ידיהם יבלו בחירי : 23.
לא יגעו לריק ולא ילדו לבהלה · כי
זרע ברוכי יהוה המה וצאצאיהם
אתם : 24. והיה טרם יקראו ואני
אענה · עוד הם מדברים ואני אשמע :
25. זאב וטלה ירעו כאחד · ואריה
כבקר יאכל תבן · ונחש עפר לחמו ·
לא ירעו ולא ישחיתו בכל הר
קדשי · אמר יהוה :

---

1. נדרשתי ללוא שאלו, *requirunt me illi, qui me non conſulebant.* Hæc de vocatione Gentium Paulus Apoſt. dicta interpretatur; nec alia huic vaticinationi ſubjecta eſſe materia poteſt. Nequicquam Grotius *gentem, quæ me non interrogabat*, vult eſſe ipſos Judæos, de quibus ſuprà cap. 4. v. 5. dicitur, *nemo eſt, qui invocet nomen meum.* Eſt enim, his duobus primis verſibus, oppoſitio gentis cum gente; gentis, quæ *requirit* Deum, quod anteà non fecerat, cum gente *rebelli;* quæ oppoſitio non jam erit, ſi agitur utrobique de populo Judæo. Propterea unus populus vocatur גוי, alter עם, ut gentes diverſæ alio atque alio nomine notentur.

2. אחר מחשבתיהם, *poſt opiniones ſuas.* Aguntur enim *opiniones* de falſis Diis *Gadi* & *Meni*, de quibus infrà dicitur.

4. ובנצורים, *& in cavernis;* ex ſcriptione ובנוקרים, ex נקר, *fodere.* Ita legunt Græci Intt. qui, καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις, *& in ſpeluncis.* נצורים, non alibi extat, neque id explicant hodierna Lexica,

Lexica. Parallela vocabula ſunt *ſpeluncæ* & *ſepulcra*, quæ antecedunt. ...ופרק: Rectè Maſora, ומרק, *& jus*. Etſi enim פרק, ſi ad radicem attendis, poteſt eſſe *fruſtum*, ut Lud. Cappello videbatur, id tamen inuſitatum, & veteribus ignotum: vide Polyglotta.

5. קרב אליך: Arias, *accede ad te*, hodierno ex mendo. Quippe omnes Veteres legunt קרב הלאה, *accede*, vel, *ſuccede ultrà*, quomodò *Gen. cap. 19. v. 9.* גש הלאה, *recede ultrà*. Inauditum apud Hebræos, *accede ad te*, ut ſignificetur, *noli accedere ad me*. Significatus, *recede*, ducitur ex Linguis Syriacâ & Arabicâ, in quibus קרב habet, non modò *accedere*, ſed *removere*, *abducere*. ...קדשתיך אלה: Neque ſic legunt Veteres, qui omnes ſententiam, *ſanctus ſum*, efferunt, non autem, *ſanctificavi te*, quaſi diceretur, *ego te reputo ut ſacrum*, vel *profanum*. Præterea nemo non videt deſiderari aliquem nexum orationis ante אלה, neque non etiam hæc nihil dicere, *ſunt hæc fumus in naribus meis*. Hebraica enim conſuetudo eſt hæc, *aſcendit fumus in nares meas*, ex quâ docemur, omiſſum fuiſſe ועל ante אלה, & עלה poſt idem אלה, & ſic legendum, ועל אלה עלה, *& propter hæc aſcendit (fumus...)* niſi ומאלה עלה, eâdem ſententiâ, & nexu ferè ſimili.

6. & 7. עונתיכם : חיקם: Malè hæc ſejunguntur per punctum majus. Eſt enim עונתיכם caſus verbi ושלמתי, quod antecedit. Itaque hæc conjuncta exhibent Syrus & Græci Intt. quomodò & nos fecimus; fortè etiam Vulgatus, in quo malè poſita fuerit interpunctio major ante *iniquitates*. Porrò legendum, עונתיהם, *iniquitates eorum*, cum affixo tertiæ perſonæ, & ſimiliter אבותיהם, *patrum eorum;* ut etiam legunt Syrus & Græci Intt. Tertiæ perſonæ affixum flagitat חיקם, *ſinum eorum*. Porrò Maſora inconſtanter, ſuper ultimis verbis versûs 7. vult, pro על חיקם, legi אל חיקם, cùm eîdem non diſpliceat, legi על חיקם, in fine versûs 6.

8. התירוש באשכול: Nos, *in botro immaturo maturum granum*. Addimus, *immaturo* & *maturum*, non minùs ex ſententiâ, quàm ex ipſis verbis. 1°. ex ſententiâ. Nam *botrus* exhibet populum, qui pravus eſt; *granum*, paucos quoſdam, propter quos reliquo populo parcitur; ut neceſſe ſit *botrum* eſſe viridem, immaturum, dignumque qui repudietur & exſcindatur; *granum* verò eſſe maturum, ac tale, ex quo muſtum generoſum exprimi ſolet. 2°. Ex ipſis verbis. Nam שכל Hebraicè eſt *abortire* ſive prolem edere nondum ad partum maturam: Arabicè autem שכל dicitur de uvâ, quæ *matureſcere incipit*, ſeu *ſemi-matura eſt*. Sed תירוש, ut Hebraicè *muſtum* habet, ita neceſſe eſt habere *granum maturum*, ac tale, ex quo muſtum exprimatur, non verò acetum. Hi duo ſignificatus vocabulorum אשכול & תירוש oriuntur ex ipsâ medullâ hujus loci; ut mirum ſit, eos fuiſſe in Lexicis hodiernis prætermiſſos.

13. עבדי אכלו, *ſervi mei cibum habebunt*. Nihil tam obvium eſt, quàm ut hæc intelligantur de ultimâ clade Judæorum, cùm undecies centena millia hominum, urbe Jeruſalem clauſâ, fame perierunt, Chriſtianis Judæis, qui Pellam ſe receperant, nihil tale patientibus. Nam verſu 15. notatur tempus, in quo nomen Judæorum exſecrationi & opprobrio eſſe cœpit, & quo ſervi Dei nomine alio, appellati ſunt. Propè eſt, ut riſum moveat Grotius, cùm velit *nomen aliud* fuiſſe nomen *Eſſenorum*, factum ex חסידים, *pii*, extritâ ד litterâ. Perinde quaſi, cùm *Eſſenii* primùm orti ſunt, non alii eſſent *ſervi Dei*, quàm iſti *Eſſenii*. Notatur id tempus, cùm *ſervi Dei* in genere, ſive *omnes*, alio nomine erunt appellandi; quod tempus non aliud eſſe poteſt, quàm in quo *ſervi Dei* nominati ſunt, non jam *Judæi*, ſed *Chriſtiani*.

16. באלהי אמן, *in Deo qui fidelis eſt*, ut promiſſa impleat, quia fœdus novum non pendebat ex conditione hâc, ſi Chriſtiani fideles eſſent, ſed erat abſolutum, Deo præſtante fœdus ſuum, ut Chriſtiani fideles eſſent, nec Eccleſia unquam deficeret, ut defecit Reſpublica & Religio Judæorum. ...הצרות, *irritationes*, ex צור, *adverſarium eſſe* ac *infenſum*. Propterea Deus erit *fidelis*, quia peccatis Chriſtianorum non ita irritabitur, ut deleat matrem ipſorum Eccleſiam; contrà quàm accidit in Synagogâ. Minùs convenire nobis videtur ſignificatus, *anguſtiæ*, quanquam eum plerique ſequuntur, quia minùs accommodatus eſt ad ea, quæ antecedunt.

19. וגלתי בירושלם, *ego etiam de Jeruſalem gaudebo*. Quicunque hæc, quæ ſequuntur uſque ad finem capitis, attentè legent, facilè videbunt, ultima Chriſtianæ Religionis tempora notari, quomodò anteà notata ſunt Eccleſiæ naſcentis prima incunabula. Mos eſt Prophetarum nectere earumdem rerum prima tempora cum temporibus extremis; ut non mirum ſit, multos Eccleſiæ Patres crediliſſe hæc, ſeneſcente Mundo, habitura eventum ſuum. Quòd ſi quis hæc allegoricè dicta exiſtimat de ſtatu ac moribus Chriſtianorum, erit ei explicandum, quales mores, & qualem ſtatum Chriſtianæ fidei notet annus ille centeſimus, quem nati erunt Chriſtiani, cùm morientur; quid ſint vineæ, quas plantabunt, cujuſque uvas non comedent alieni, quid lupus & agnus, qui paſcent ſimul. Certè picturas tales Allegoria parùm feliciter explanat: vide dicta ad caput 11.

20. והחוטא בן מאה שנה יקלל, *& peccator filius centum annorum maledicetur*. Si hæc retinentur, ſententiam nullam, nec ſeriem, habebis. Nam deſcribitur felicitas temporum illorum, de quibus agitur, & in quibus erunt *cœli novi* & *nova terra*. Num igitur felicitas hæc erit, quòd *peccatores*, non modò non citò deleantur, ſed annum ad uſque centeſimum vivant? Præterea nihil habet *peccator*, nec ſimile, nec contrarium, cum נער, *puero*, qui annos etiam centum victurus eſt. Idem dixeris de יקלל, *maledicetur*, quod parallelum debuerat eſſe cum ימות, *morietur*. Seriem revocabis, habebiſque ſententiam convenientem, ſi, pro יקלל, legis יקבר, *ſepelietur*, cui verbo reſpondeat alterum verbum, *morietur*, & ſi vocabulum החוטא ex Veteribus Linguis interpretêre. Nempe חטא, Chaldaicum, ſignificat, *delicatus*, *tener*, *mollis*, & ſimiliter חטי apud Samaritanos. Liquet longè abeſſe debere perſonam *peccatoris* eâ in picturâ, in quâ ſub oculos ponitur ex innocentiâ nata felicitas.

CAPUT LXVI.

Quæ eſt iſta domus, quam mihi ædificatis? Ego reſpicio corde contritum... Vox de Templo Dei ſe ulciſcentis. Quæ prægnans eſt, uno die peperit gentem... Reliquiæ Jeruſalem mittentur ad gentes, quæ Deum non nôrant. Impiorum cadavera conſumet vermis, qui non morietur, & ignis, qui non extinguetur.

1. *Hæc dicit Dominus: cœlum*
thronus eſt meus, & terra ſcabellum
pedum meorum. Qualis eſt hæc do-
mus, quam vos mihi ædificatis, aut
qualis eſt iſte locus quietis meæ?
2. *Etenim omnia hæc manus meæ fe-*
cerunt, hæc omnia mea ſunt, dicit
Dominus. Sed quem ego reſpiciam?
Ego, humilem & corde contritum,
ſermoneſque meos formidantem.
3. *Qui mactat bovem, idem interficit*
hominem; qui ſacrificat ovem, idem
canem occidit; qui munus offert,
idem etiam ſuillum edit ſanguinem;
qui thus adolet, Idolo benedicit;
quippe his etiam rebus indulgent, &
contaminationibus iſtis ſuis delectan-
tur. 4. *Ego igitur delectabor plagis*
ipſorum, & id, quod timebunt, in
eos adducam; quia vocavi, & nemo
reſpondit; locutus ſum, nec audie-
runt, ſed malum in oculis meis fece-
runt, &, quod mihi diſplicet, id ip-
ſum antetulerunt. 5. *Audite verò ver-*
bum Domini, vos qui ad verbum
ejus pavetis. Fratres veſtri, qui vos
oderunt, ſtatuunt vos perſequi prop-
ter nomen meum. Sed Dominus in
gloriâ erit, & manifeſtabit ſe, ut vos
lætemini, & ut illi erubeſcant. 6. *Vox*
tumultûs de civitate auditur, vox de
Templo, vox Domini adverſariis
ſuis debita retribuentis. 7. *Quæ præ-*

1. כה אמר יהוה · השמים
כסאי והארץ הדם רגלי · אי זה בית
אשר תבנו לי · ואי זה מקום
מנוחתי : 2. ואת כל אלה ידי
עשתה · ויהיו כל אלה נאם יהוה ·
ואל זה אביט · אל עני ונכה רוח
וחרד על דברי : 3. שוחט השור
מכה איש · זובח השה ערף כלב ·
מעלה מנחה דם חזיר · מזכיר לבנה
מברך און · גם המה בחרו בדרכיהם ·
ובשקוציהם נפשם חפצה : 4. גם
אני אבחר בתעלוליהם · ומגורתם
אביא להם · יען קראתי ואין עונה ·
דברתי ולא שמעו · ויעשו הרע
בעיני ובאשר לא חפצתי בחרו :
5. שמעו דבר יהוה החרדים אל
דברו · אמרו אחיכם שנאיכם מנדיכם
למען שמי · יכבד יהוה ונראה
בשמחתכם והם יבשו : 6. קול
שאון מעיר קול מהיכל · קול יהוה
משלם גמול לאיביו : 7. בטרם
תחיל ילדה · בטרם יבוא חבל לה
והמליטה זכר : 8. מי שמע כזאת ·
מי ראה כאלה · היוחל ארץ ביום
אחד · אם יולד גוי פעם אחת · כי
חלה גם ילדה ציון את בניה : 9.
האני אשביר ולא אוליד יאמר יהוה ·
אם אני המוליד ועצרתי אמר
אלהיך :
10. שמחו את ירושלם וגילו
בה כל אהביה · שישו אתה משוש
כל המתאבלים עליה : 11. למען
תינקו ושבעתם משד תנחמיה ·

gnans erat, nondum ad partum la-
borabat, nondum eam invaserant do-
lores, cùm peperit marem. 8. Quis
tale quidquam audivit? Quis simi-
lia his vidit? An parturit uno eo-
demque die tellus? Num partu ex
uno gens procreatur, quòd Sion simul
enixa est, peperitque filios suos?
9. Sed ego, qui aperio vulvam, di-
cit Dominus, an non etiam pariam?
An ego, per quem paritur proles, à
partu cohibebor, dicit Deus tuus?
10. Lætamini cum Jerusalem, ex-
sultate in eâ, quicunque ipsam dili-
gitis; gaudio gaudete eodem, vos om-
nes, qui sortem ejus deploratis; 11. Eò
ut sugatis, & repleamini de ubere con-
solationis ejus; eò ut id exhauriatis,
gloriæque ejus in splendore lætemini.
12. Hæc enim dicit Dominus: ego
derivabo in eam, quasi flumen, pacem,
&, ut torrentem exundantem, mul-
titudinem gentium; vos de mamillâ
sugetis; vos ad ubera gestabimini, vos
super genua in deliciis eritis. 13. Ac
veluti, si quem mater consolatur, sic
ego vos consolabor, suscipietisque in
Jerusalem consolationem. 14. Hæc
videbitis, & gaudebit cor vestrum;
ossa vestra velut herba, revirescent;
cognosceturque manum Dei esse cum
servis suis; cum ejus adversariis,
ejus furorem. 15. Ecce enim Domi-
nus medio in igne venturus est, qua-
drigis, velut turbine vectus, ut in ca-
lore torrente rependat iras; ut, in
flammâ ignis, indignationem suam.
16. Etenim omnis caro in igne Do-
mini judicabitur, & in gladio ejus,
& quàm plurimi erunt, quos inter-
fecturus est Dominus. 17. Quippe
omnes, qui sanctitatem accersunt,
dum super pollubra, post ostia, se se
lustrant, illi omnes, qui carnem suil-

למען תמצו והתענגתם מזיז כבודה :
12. כי כה אמר יהוה · הנני נוטה
אליה כנהר שלום וכנחל שוטף
כבוד גוים וינקתם · על צד תנשאו
ועל ברכים תשעשעו : 13. כאיש
אשר אמו תנחמנו · כן אנכי אנחמכם
ובירושלם תנחמו : 14. וראיתם
ושש לבכם · ועצמותיכם כדשא
תפרחנה · ונודעה יד יהוה את עבדיו
וזעם את איביו : 15. כי הנה
יהוה באש יבוא וכסופה מרכבתיו ·
להשיב בחמה אפו וגערתו בלהבי
אש : 16. כי באש יהוה נשפט
ובחרבו את כל בשר · ורבו חללי
יהוה : 17. המתקדשים והמטהרים
אל הגנות אחר אחד בתוך · אכלי
בשר החזיר והשקץ והעכבר · יחדו
יספו נאם יהוה : 18. ואנכי
מעשיהם ומחשבתיהם באה · לקבץ
את כל הגוים והלשנות · ובאו וראו
את כבודי : 19. ושמתי בהם
אות · ושלחתי מהם פליטים אל
הגוים תרשיש פול ולוד משכי
קשת תובל ויון · האיים הרחקים
אשר לא שמעו את שמעי ולא
ראו את כבודי · והגידו את כבודי
בגוים : 20. והביאו את כל אחיכם
מכל הגוים מנחה ליהוה בסוסים
וברכב ובצבים ובפרדים ובכרכרות
על הר קדשי ירושלם אמר יהוה ·
כאשר יביאו בני ישראל את המנחה
בכלי טהור בית יהוה : 21. וגם מהם
אקח לכהנים ללוים אמר יהוה :
22. כי כאשר השמים החדשים
והארץ החדשה אשר אני עשה
עמדים לפני נאם יהוה · כן יעמד
זרעכם ושמכם : 23. והיה מדי
חדש בחדשו ומדי שבת בשבתו
יבוא כל בשר להשתחות לפני אמר
יהוה : 24. ויצאו וראו בפגרי
האנשים הפשעים בי · כי תולעתם
לא תמות ואשם לא תכבה · והיו
דראון לכל בשר :

lam edunt, aut reptile immundum, aut agreſtem murem, ſimul peribunt;
dicit Dominus. 18. *Ego enim novi & opera ipſorum & cogitationes; ego*
idem omnes omnium Linguarum gentes congregabo; illæ venient & gloriam
Domini videbunt. 19. *Apponam verò in eis ſignum, & ſi qui ſuperſtites*
erunt, ego eos mittam ad maritimas gentes, ad Phul, ad Lydium, qui ten-
dit arcum, ad Thubal, ad Javan, ad inſulas remotas, quæ famam meam
non audierant, nec viderant gloriam meam, ut gloriam meam prædicent apud
gentes. 20. *Illæ autem adducent omnes fratres veſtros omnibus ex gentibus*
donum Domino, cum equis, cum curribus, cùm lecticis, mulis & curribus
ad montem ſanctum meum Jeruſalem, dicit Dominus, quemadmodùm filii
Iſrael munera ſua domum Domini afferebant in vaſis mundis. 21. *Aſſumam*
verò etiam ex illis, qui ſint Sacerdotes & Levitæ, dicit Dominus. 22. *Quo-*
modò enim cœli novi & terra nova, quæ ego ſum creaturus, coram me per-
manebunt, dicit Dominus, ita etiam manebit ſemen veſtrum ac nomen.
23. *Eritque, ut de menſe in menſem, de Sabbato in Sabbatum, veniat omnis*
caro, ut me adoret, dicit Dominus. 24. *Illi autem egreſſi videbunt omnia ca-*
davera eorum qui à me defecerant, quorum vermis non morietur, nec ignis
exſtinguetur, quæque apud omnes exſecrationi erunt.

---

1. אי זה בית, *qualis eſt hæc domus* (*quam ædificatis.*) Hæc ſpectant Templi inſtaurationes; quæ diverſis temporibus factæ ſunt ab Iſaiæ ætate, uſque ad ultimam ejus everſionem, puta ſub Joſiâ, ſub Machabæis, nec non Herode regnante; nam בנה ſignificat & *inſtaurare*, aut *reparare*, & *erigere à fundamentis.* Claudit Iſaias ſuas vaticinationes, complectiturque hoc capite Judæorum præcipuos errores, præſertim eorum ſtudium pro Templo & ſacrificiis, reliquiſque cæremoniis cum hypocriſi conjunctum, negligentiâque officiorum quibus pietas alitur, & quibus homines cùm defunguntur, Deo placet ipſorum religio. Hæc autem tangit ita, ut ſervet ordinem temporum, exhibeatque, quo in ſtatu futura ſit vera Religio ad ultimas uſque Mundi ætates.

2. ויהיו, *& ſunt.* Græci Intt. καὶ ἔστιν ἐμὰ, *& mea ſunt*, quia legunt, ויהיו לי, ut & legendum. Aliter eſſet idem per idem, *manus mea hæc fecit, & ſunt.* » Vel eſt, (inquit Forerius) » pleonaſmus Hebræis familiaris, *fecit*, & *facta ſunt*, id eſt, nemo avertit, nemo impedivit. « Eſt Hebraiſmus, *dixit, & facta ſunt*, non autem *fecit & facta ſunt;* neque eſſe, hoc loco, Hebraiſmum talem, oſtenditur ex eo, quòd iteratur כל אלה, *omnia hæc.* Nemo enim Hebraicè peritus credet, Iſaiam feciſſe hanc iterationem otioſam, *manus mea fecit hæc omnia, & ſunt hæc omnia.*

3. מכה איש: Nos, *idem interficit hominem*, ut exprobret Iſaias ſacrificia conjuncta cum homicidiis. Nam ſententiam talem aperit Iſaias, ubi ſubdit, גם המה בחרו, *iis etiam rebus indulgent;* quam ſententiam deſerunt, qui convertunt, cum Vulgato, *qui immolat bovem, quaſi qui interficiat virum.* Forerius, ut tueatur iſtud *quaſi*, ſic obſervat: » Hebræum גם... habet... correctio- » nis vim hoc loco, ut ſæpe alibi; q. d. quid immolationem bovis cum hominis jugulatione » confero, &c. quaſi verò illa omnia, quibus eorum ſacrificia comparo, illi non perpetrent. « Sed Forerius, non modò exempla non affert, in quibus גם vim habeat correctionis, ſed etiam inducit genus ſcribendi novum, ut Iſaias dicat eos, qui immolant bovem, ſimiles eſſe hominum interfectoribus, tranſeatque ſtatim ex ſimilitudine rei ad rem ipſam, addens eſſe eoſdem interfectores hominum. Sententia decurrit planè ac expeditè ſine illo *quaſi.* ...ערף כלב, *canem occidit*, ut eum immolet in ſacrificiis expiatoriis, quod faciebant multi homines in Aſiâ & in Græciâ. ...דם חזיר, *idem etiam ſuillum ſanguinem edit.* Hoc loco ſupplent Veteres illud *quaſi*, de quo mox. Supplendum potiùs aliquod verbum; quia ſuum verbum habent cætera membra orationis. Nos ſupplemus verbum אכל, *edit*, quod unum poſtulat *ſuillus ſanguis.* Si haberet locum illud *quaſi*, quod plerique ſupplent, legeretur מעלה, repetitum, vel ejuſdem ſententiæ ſimile verbum, ne hoc unum inciſum ſuo verbo deficeret. Hæc objurgatio pertinet ad eos, qui cùm menſis divitum Græcorum aſſiderent, non multùm curabant, utrùm quæ apponebantur, munda eſſent, aut immunda; quales erant plerique Judæi tempore Machabæorum.

4. גם אני אבחר בתעלוליהם, *ego etiam delectabor plagis ipſorum.* Significatum vocabuli תעלוליהם deducimus, cum Lud. Cappello, ex על Arab. *morbo affecit* eum Deus, ut ſignificentur *plagæ* ab Deo immiſſæ, quales ſunt bellum, fames, peſtis... ומגורתם, *& quod timebunt*

(*in*

(*in eos adducam.*) Timebant Judæi, ne à Romanis, aut ab Græcis ſub jugum mitterentur; utriuſque Imperii jugum ſubierunt.

5. החרדים אל דברו, *qui ad verbum ejus pavetis.* Hæc ad Judæos, qui, Eccleſiâ naſcente, Chriſto Domino credidêre, & quos *ſui fratres* (אחיכם) perſequebantur. Nam Judæi increduli fuerunt Chriſtianorum primi vexatores, ut liquet ex Actibus Apoſtolorum. ...מנדיכם: Lege לנדדכם, *ut vos exagitarent.* Veteres, quia id mendum ſecuti ſunt, ſententiam non extulerunt, & alii aliò diverterunt: vide Polyglotta.

6. קול שאון מעיר, *vox tumultûs de civitate.* Hæc vox eſt ejus, qui ſeptem annos in Jeruſalem clamavit, *væ Jeruſalem*, priuſquàm Jeruſalem à Romanis obſideretur. ...קול מהיכל, *vox de Templo.* Hæc vox eſt, quæ clamabat in Templo, *exeamus inde*: vide Joſephum.

8. אם יולד גוי פעם אחת, *num partu ex uno gens procreatur?* Hæc ſpectant Eccleſiam naſcentem in Jeruſalem, die Pentecoſtes, & poſteà in reliquâ Judæâ, ſimulque docet Propheta filios Dei naſcituros eſſe *ex fide*, non ex carne.

10. שמחו את ירושלם, *lætamini cum Jeruſalem*; cum eâ Jeruſalem, quæ modò peperit gentem uno ex partu. Iidem qui gaudent de partu Jeruſalem, deplorant interitum ejus mox futurum, quia reſpuit ſalutem à Meſſiâ rege oblatam.

11. מזיז כבודה, *ex ſplendore gloriæ ejus.* Legimus מזיו, *ex ſplendore.* Nam זיז ſignificat *beſtias*, aut *aves*, non *ſplendorem*, qui ſignificatus viget in Chald. Linguâ. Sic apud Turcas זיו eſt *ſplendor auroræ* naſcentis.

12. כבוד גוים, *multitudinem gentium.* Sæpe כבד indicat *multitudinem*, quam poſtulat, hoc loco, ſimilitudo quæ ducitur ex torrente, qui exundat ripas. ...וינקתם, *& ſugetis*; addimus *de mamillâ*, non minùs ex ſententiâ, quàm ex ipſis verbis על שד, quæ credimus excidiſſe prope על צד, vocabula ſimilia; nam periiſſe aliquid, oſtendit illud ipſum על צד, quod nexu caret, quo jungatur cum antecedentibus rebus. In diverſa abiêre Veteres, quia ſentiebant mutilum eſſe Contextum: vide Polyglotta.

14. ונודעה יד יהוה את עבדיו, *& cognoſcetur manum Domini eſſe cum ſervis ejus.* Id apparebit ex moribus ipſis Chriſtianorum, quos Idololatræ ipſi admirabuntur, nec non ex miraculis, quæ crebra erant apud Chriſtianos. ...וזעם את איביו, *& furor cum inimicis ejus*, Judæis, quorum res afflictæ erunt, & brevi delebuntur, Jeroſolymâ captâ & everſâ.

15. בחמה, *in calore torrente.* Id enim reſpondet paribus verbis, בלהבי אש, *in flammâ ignis.* Vocabulum אפו indicat Dei iram; בחמה autem, iræ inſtrumentum, quomodò & בלהבי אש.

17. והמטהרים אל הגנות אחר אחד בתוך: Arias ſic, *& purificantes ſe in hortis poſt unum in medio*; qua verba Latina, quid ſignificent, ne ipſe quidem Arias divinet. Nos verò ſic legimus: והמטהרים אל אגנות אחר הדלתות, *& qui purgant ſe ſuper pollubra poſt oſtia.* 1°. אגנות, *pollubra*, non הגנות, *hortos.* Nam, præterquàm quòd neſcitur, quid ſit *purgatio*, ſeu *luſtratio*, quæ ageretur *in hortis*, planum fit ex præpoſitione אל, non ſcripſiſſe Iſaiam הגנות, *hortos*, nomen loci; poſuiſſet enim בגנות, ut ſuprà cap. 65. v. 3. legitur זבחים בגנות, *ſacrificantes in hortis.* 2°. אחר הדלתות, *poſt oſtia*, cujus ſcriptionis veſtigia reperimus in Græcis Intt. qui, καὶ ἐν τοῖς προθύροις, *& in liminibus*; nec non in Arabe, qui, וקדם אלאבואב, *& ante januas.* Maſora, pro אחד, inducit אחת, generis feminini. Sed neſcitur, ad quod nomen pertineat iſtud adjectivum femininum. Syrus, חד בתר חד, *unus poſt alterum*: Legit bis אחר, neque explicat, quid ſibi velit בתוך, *in medio*, ubi non additur, in *cujus* loci *medio.* Hæc apertè demonſtrant Phariſæorum indolem, qui adhibebant luſtrationes crebras, ut homines ſuæ ætatis luderent ſpecie quâdam religionis, *paropſidem mundantes*, ſed polluentes ſe ſe & ſceleribus, & carnium eſu vetitarum; quod non accidere non poterat, ubi à Præſidibus Romanis, aut militum ducibus ad prandium invitabantur.

18. באה: Id Participium femininum caret nomine feminino, cujus ſit. Nec dubium, quin olim legeretur, ראה ואקבץ, (*ego cogitationes eorum*) *video*, *& congregabo...* Subveniunt, ut quidem poſſunt, ſcriptioni hodiernæ Vulgatus & Græci Intt. ſed ita, ut eos interpretari vix poſſis. Recentiores ſupplent, *novi*; quaſi dixerit Iſaias, *ego autem... cogitationes eorum*, mutilans ſententiam ſuam verbo, *novi*, ſine quo intelligi vix poterat. Verbum, *novi*, ubi ad ſententiam pertinet, nunquam reticent Sacri Scriptores, neque ipſe Iſaias. Ergò Recentiores clamant, vel inviti, legendum eſſe ראה, non באה; cùm præſertim non expediant iſtud באה femininum.

19. ושמתי בהם אות, *apponam verò in eis ſignum.* Hoc dicitur ad exemplar ejus ſigni, quod poſuerat Deus ſuper *Cain*, tum ne eum homines interficerent, tum etiam ut ab ejus ſocietate removerentur. Judæi agnoſcuntur id, quod ſunt, ubicunque in orbe degunt, & *gloriam Dei*, quanquam non ſponte ſuâ, *prædicant apud gentes.*

20. והביאו את כל אחיכם, *illæ autem* (*gentes*) *adducent fratres veſtros*, Judæos; nam Iſaias ſermonem habet ad ſuam gentem, idemque vaticinatur fore aliquando, ut gentes, quæ Chriſto Meſſiæ crediderint, Judæos in Eccleſiam introducant, neque non in ipſam terram ſanctam, quam rursùs habitaturi ſint; quippe hoc vult id, quod dicitur de *equis*, *curribus*, *lecticis ac mulis*, quod quidem nihil ſignificaret, ſi nihil aliud prædiceretur, quàm Judæos in Eccleſiam Chriſtianam intraturos, cùm introitus talis fiat per fidem, non per itinera, vel itinerum commoditates.

21. ללוים: Lege וללוים, *& in Levitas.* Non omittunt conjunctionem Veteres; non ipſe Chaldæus, qui ſæpe illam, cùm non legit, omittit, non tamen omittendam.

24. תולעתם לא תמות, *vermis eorum* (פגרים, *cadaverum*) *non morietur.* Hæc verba Chriſtus Dominus ad reproborum pœnas accommodavit, quia *in vermibus qui non moriuntur*, ſignificatur pœnas reproborum nullam finem habituras.

ירמיה

JEREMIAS.

CAPUT I.

Deus prophetam constituit Jeremiam, eique id oneris deprecanti pollicetur, se cum eo fore. Videt Jeremias virgam amygdalinam, deinde ollam ardentem, ad aquilonem conversam. Denuntiat Deus, se mala ex aquilone adducturum.

1. *Verba Jeremiæ, filii Helciæ,*
de Sacerdotibus, qui erant in Ana-
thoth, in terrâ Benjamin; 2. *Ad*
quem fuit sermo Domini in diebus
Josiæ, filii Amon, regis Juda, anno
regni ejus decimo tertio. 3. *Fuit*
etiam ad eum sermo Domini in die-
bus Joachim, filii Josiæ, regis Ju-
da, usque ad peractum annum Sede-
ciæ, filii Josiæ, regis Judæ, unde-
cimum, donec mense quinto Jerusa-
lem transmigratio facta est.

4. *Fuit ad me sermo Domini, hæc*
dicentis: 5. *Ego, antequàm te for-*
marem, in utero novi te; ego te des-
tinavi, priùs quàm è vulvâ prodires;
ego te dedi ad gentes prophetam.
6. *Tum dixi; ah, Domine, ego ex-*
pers orationis; ego enim puer. 7. *Do-*
minus autem mihi; noli, inquit, di-

1. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן
הכהנים אשר בענתות בארץ בנימן :
2. אשר היה דבר יהוה אליו בימי
יאשיהו בן אמון מלך יהודה · בשלש
עשרה שנה למלכו : 3. ויהי בימי
יהויקים בן יאשיהו מלך יהודה עד
תם עשתי עשרה שנה לצדקיהו בן
יאשיהו מלך יהודה · עד גלות ירושלם
בחדש החמישי : 4. ויהי דבר יהוה
אלי לאמר : 5. בטרם אצורך בבטן
ידעתיך · ובטרם תצא מרחם
הקדשתיך · נביא לגוים נתתיך : 6.
ואמר · אהה אדני יהוה · הנה לא ידעתי
דבר כי נער אנכי : 7. ויאמר יהוה
אלי · אל תאמר נער אנכי · כי על
כל אשר אשלחך תלך ואת כל אשר
אצוך תדבר : 8. אל תירא
מפניהם · כי אתך אני להצלך · נאם
יהוה : 9. וישלח יהוה את ידו
ויגע על פי · ויאמר יהוה אלי · הנה
נתתי דברי בפיך : 10. ראה

cere, ego puer; tu enim ibis, quo-
cunque ego te ſum miſſurus; tu om-
nia, quæ ego tibi ſum mandaturus,
eloqueris. 8. *Noli eos timere; ego*
enim tecum ero, ut liberem te, dicit
Dominus. 9. *Tum miſit Dominus*
manum ſuam, tetigitque os meum;
ſimul mihi dixit: en pono ego in ore
tuo verba mea. 10. *En ego te hodie*
allego ad gentes & ad regna, ut deſ-
truas & evertas, ut ædifices & plan-
tes. 11. *Fuit etiam ad me ſermo Do-*
mini, hæc dicentis: quid vides, Je-
remia? Tum ego; virgam video
amygdalinam. 12. *Dixitque Domi-*
nus mihi; rectè vides. Ego enim ma-
turabo exſequi verbum meum. 13. *Fuit*
autem iterum ſermo Domini, hæc
mihi dicentis: quid tu vides? Ego
reſpondi; ahenum video ebullientem;
cujus os converſum eſt ad aquilonem.
14. *Tum Deus mihi dixit; ex aqui-*
lone mala ingruent in omnes terræ
habitatores. 15. *Quippe ego cunctas*
familias regnorum aquilonis advoca-
turus ſum, dicit Dominus. Illæ ve-
nient, collocabuntque ſuum quæque
tribunal in portis urbis Jeruſalem,
& circùm muros ejus; etiam circùm
omnes civitates Juda. 16. *Ego judi-*
cia illis mea declarabo contra omnes eorum pravitates; quia me reliquerunt,
Diiſque alienis thura incendunt, & abjiciunt ſe ſe ante opera manuum ſua-
rum. 17. *Tu igitur cinge renes tuos, & eſto paratus eloqui ad eos omnia hæc,*
quæ ego tibi ſum mandaturus. Noli eos timere; nec dabo ego te ante eos ter-
reri. 18. *Ego enim te hodie ſic reddo, ut civitatem munitam, ut columnam*
ferream, ut murum æreum in cunctâ regione, regibus Juda, principibus ejus
& ſacerdotibus, & populo terræ. 19. *Illi adversùm te pugnabunt, nec tibi*
erunt ſuperiores, quia ego tecum ſum, dicit Dominus, ut liberem te.

הפקדתיך היום הזה על הגוים ועל
הממלכות • לנתוש ולנתוץ ולהאביד
ולהרוס לבנות ולנטוע : 11. ויהי
דבר יהוה אלי לאמר • מה אתה
ראה ירמיהו • ואמר • מקל שקד אני
ראה : 12. ויאמר יהוה אלי • היטבת
לראות • כי שקד אני על דברי
לעשתו : 13. ויהי דבר יהוה אלי
שנית לאמר • מה אתה ראה • ואמר •
סיר נפוח אני ראה ופניו מפני
צפונה : 14. ויאמר יהוה אלי •
מצפון תפתח הרעה על כל ישבי
הארץ : 15. כי הנני קרא לכל
משפחות ממלכות צפונה • נאם
יהוה • ובאו ונתנו איש כסאו פתח
שערי ירושלם ועל כל חומתיה
סביב ועל כל ערי יהודה : 16.
ודברתי משפטי אותם על כל
רעתם • אשר עזבוני ויקטרו לאלהים
אחרים • וישתחוו למעשי ידיהם :
17. ואתה תאזור מתניך • וקמת
ודברת אליהם את כל אשר אנכי
אצוך • אל תחת מפניהם פן אחתך
לפניהם : 18. ואני הנה נתתיך
היום לעיר מבצר ולעמוד ברזל
ולחמות נחשת על כל הארץ • למלכי
יהודה לשריה לכהניה ולעם הארץ :
19. ונלחמו אליך ולא יוכלו לך •
כי אתך אני • נאם יהוה להצילך :

---

1. 2. 3. ...דברי ירמיהו, *verba Jeremiæ...* Rectè Caſtalio verſus hos primos tres titulum fecit eſſe. Sed idem non rectè, cùm interpretatur verſu 3. ויהי, *fuit autem*, de Jeremiâ dictum, tanquam, *vixit Jeremias;* non modò quia verbum היה non ſignificat *vivere*, ſine aliquo addito, ſed etiam quia vixit Jeremias ultra annum Sedeciæ regnantis undecimum, qui annus notatur verſu 3. Vulgatus, verſu 2. convertit hæc verba, ...אשר היה דבר יהוה, iſto modo, *quod factum eſt verbum Domini*, ſerie parùm continuatâ. Pertinet relativum אשר ad ipſum Jeremiam,

&

& socium habet vocabulum אליו; verbum pro verbo, *ad quem fuit sermo Domini ad eum.* Deinde Vulgatus, versu 3. *& factum est in diebus Joachim...* & versu 4. *& factum est verbum Domini ad me, dicens...* quæ quidem seriem haberent, si posterius, *& factum est*, redintegratio esset prioris. Sed liquet, non sic esse; nam in posteriori, *& factum est*, notantur Jeremiæ prima exordia, cùm adhuc *puer* esset; cùm contrà in priori notetur ad quem finem Jeremias fuerit propheta in Jerusalem. Itaque in Vulgato series orationis manca est; nec fieri aliter poterat, quia eadem manca est in Codice Hebr. versu 3. Nempe iteranda hæc sunt, versu 3. ויהי דבר יהוה אליו, *& fuit*, vel, *fuit etiam verbum Domini ad eum*, ut sequatur, *in diebus Joachim;* quæ verba, cur omitterentur, causa duplex esse potuit. Nam, si hæc olim legebantur initio versûs 3. occasionem erroris habuerit Descriptor in iisdem verbis, quæ suprà extant, versu 2. Quòd si hæc verba posita erant in fine versûs 3. eadem fuit errandi proclivitas, quia initio versûs 4. sequebantur similia verba, ויהי דבר יהוה אלי, *& fuit verbum Domini ad me.* Græci Intt. in Codice Rom. ponunt versu 4. *πρὸς αὐτὸν*, *ad eum:* legebant אליו, in quo verbo desinunt hæc, quæ supplemus; ut facilè credas, istud verbum אליו, laciniam esse, quæ superesset, in eorum Codice, horum verborum, ויהי דבר יהוה אליו, quæ revocamus, quæque Græcorum Codex Hebraicus habuisset olim in fine versûs 3. Neque enim Græci posuissent *πρὸς αὐτὸν*, nisi legissent אליו, cùm præsertim istud, *ad eum*, non habeat seriem in Græcâ eorum versione, in quâ Jeremias deinde loquitur, & Deo respondet, quanquam non anteà scripsit (*factum fuit verbum Domini*) *ad me.* Neque credere licet, Græcos Intt. posuisse *πρὸς με*, quod legitur in Codice Alex. & deinde Græcos Scribas posuisse mendosè, *πρὸς αὐτὸν*, quia inter duo verba, *μὲ* & *αὐτὸν*, nulla erat similitudo, quæ dare posset errandi materiam. Ergò relinquitur, Græcos Intt. legisse in fine versûs 3. illud אליו, quod verbum restabat ex veteri scriptione, היה דבר יהוה אליו.

5. אצורך, *formarem te.* Observant Masoretæ, superfluere litteram ו: rectè; nam forma solita est, אצרך, Affixo subsequente. Indicat, *formarem*, formam corporis in utero inchoatam, nondum absolutam. Id enim verbum parallelum est sequentibus verbis, *è vulvâ prodires.* Itaque in verbo ידעתיך, *novi te*, notatur destinatio Jeremiæ concepti, nondum nati, ad munus Prophetæ, non autem ejusdem ad idem munus *Prædestinatio* facta, priùs quàm conciperetur.

8. להצלך, *ut liberem te.* Meliùs להצילך, plenè, ut infrà, v. 19. sic etiam hoc versu 8. Codices Orat. 42. & 53.

10. ולהאביד ולהרוס, *& ad perdendum & ad destruendum.* Hæc duo verba in versione omittimus, quæ glossema sunt duorum antecedentium, לנתוש ולנתוץ, quæ ejusdem sunt sententiæ. Id liquet ex eo, quòd in contrariâ sententiâ duo tantùm sunt verba, לבנות ולנטוע, *ad ædificandum & ad plantandum.* Neque enim posuisset Jeremias quatuor verba, quæ idem significant, ubi eis opponeret duo tantùm verba contraria. Omittuntur in Codice Alex duo ultima verba, *ad ædificandum & ad plantandum*, quæ tamen necessaria sunt. In Codice autem Rom. unum abest ex prioribus quatuor. Hæc satis demonstrant, extitisse in antiquis Codicibus nonnullam perturbationem, ex quâ fortè acciderit, ut duo verba ultima omiserit Codex Alex. cùm debuissent omitti quatuor priorum duo posteriora.

11. מקל שקד: Nos, cum Græcis Intt. *virgam amygdalinam.* Minùs benè Vulgatus, *virgam vigilantem*, quia *vigilare* vix convenit in *virgam.* Deinde שקד אני, *maturabo*, non *vigilabo.* Alluditur enim ex ambiguo ad amygdalam, quæ maturè floret, dicente Deo, non diu tardaturam scelerum ultionem.

13. נפוח: Rectè Vulgatus, *ebullientem*, ex Arab. significatu, de ipsâ *ollâ*, dictum.

14. תפתח הרעה, *aperietur malum*, sive *exorietur.* Sed Græci Intt. *ἐκκαυθήσεται*, *ardescet*, quo eodem verbo usi sunt superiore versu, in verbo נפוח, ut videatur, eos legisse תפוח, non תפתח; quod תפוח anteferendum, ut priori נפוח parallelum. ...מצפון, *ab aquilone.* Ita denominantur Assyrii ac Medi, quia ingruère in Judæam solebant ab aquilone per Syriam, quà erant aditus Judææ faciliores.

15. כסאו, *tribunal suum*, non *thronum...* Nam *tribunal* respondet *judiciis*, quæ sequuntur, in terram Judæorum & in Jerusalem exercendis.

CAPUT II.

Quid iniquitatis in me repererunt patres vestri, ut irent ad Deos alienos. Transite in Cethim, & videte utrùm gentes mutent Deos suos... An oblivíscitur puella suum ornatum ; tu tamen mei oblitus es....

1. *Fuit autem ad me verbum Domi-*
ni, hæc dicentis : 2. *Vade, & clama,*
audiente Jerusalem, his verbis ; hæc
dicit Dominus : ego recordor, quam
tibi præstiterim in adolescentiâ tuâ
benevolentiam, & quantùm te ama-
verim in sponsalibus tuis, cùm tu post
me in deserto, per incultam terram,
iter faceres 3. *Erat sacer Domino*
Israel, primitiæque proventûs ejus.
Omnes qui eum extinguere volebant,
peribant ; adveniebant in eos mala,
dicit Dominus. 4. *Audite verbum*
Domini, Domus Jacob, vosque om-
nes familiæ domûs Israel. 5. *Hæc*
dicit Dominus : quid iniquitatis in
me patres vestri repererunt, quòd à
me recesserunt, & sectantes vanita-
tem vani facti sunt ; 6. *Nec dixerunt ;*
ubi est Dominus, qui nos eduxit de ter-
râ Ægypti, qui traduxit nos per so-
litudinem in vastâ & aridâ terrâ, in
terrâ sitienti, ubi mors imminebat ;
in terrâ homini nondum peragratâ,
quam nullus homo habitârat. 7. *Ego*
duxi vos ad fertilem terram, ut fruc-
tus ejus optimos ederetis. Vos verò
in terram meam ut venistis, ut eam
polluistis, hæreditatemque meam fe-
cistis abominatam. 8. *Sacerdotes non*
dixerunt ; ubi est Dominus. Illi, qui
Legem attrectant, me non nôrunt ;
deficiunt à me Pastores ; Prophetæ
per Baal vaticinantur, & sequuntur
hæc, quæ ipsis non prosunt. 9. *Ergò*

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. הלוך וקראת באזני ירושלם
לאמר · כה אמר יהוה · זכרתי לך
חסד נעוריך אהבת כלולתיך · לכתך
אחרי במדבר בארץ לא זרועה :
3. קדש ישראל ליהוה ראשית
תבואתה · כל אכליו יאשמו · רעה
תבא אליהם · נאם יהוה : 4. שמעו
דבר יהוה בית יעקב וכל משפחות
בית ישראל : 5. כה אמר יהוה ·
מה מצאו אבותיכם בי עול · כי
רחקו מעלי וילכו אחרי ההבל
ויהבלו : 6. ולא אמרו · איה יהוה
המעלה אתנו מארץ מצרים · המוליך
אתנו במדבר בארץ ערבה ושוחה
בארץ ציה וצלמות · בארץ לא עבר
בה איש ולא ישב אדם שם : 7.
ואביא אתכם אל ארץ הכרמל
לאכל פריה וטובה · ותבאו ותטמאו
את ארצי ונחלתי שמתם לתועבה :
8. הכהנים לא אמרו · איה יהוה ·
ותפשי התורה לא ידעוני · והרעים
פשעו בי · והנביאים נבאו בבעל
ואחרי לא יועלו הלכו : 9. לכן
עד אריב אתכם · נאם יהוה · ואת
בני בניכם אריב : 10. כי עברו איי
כתיים וראו · וקדר שלחו והתבוננו
מאד · וראו הן היתה כזאת : 11.
ההימיר גוי אלהים · והמה לא אלהים ·
ועמי המיר כבודו בלוא יועיל :
12. שמו שמים על זאת · ושערו
חרבו מאד · נאם יהוה : 13. כי
שתים רעות עשה עמי · אתי עזבו
מקור מים חיים · לחצב להם בארות
בארת נשברים אשר לא יכלו

adhuc ego diſceptabo vobiſcum, dicit
Dominus; & coram filiis veſtris ju-
dicio contendam. 10. *Enim verò tran-*
ſite ad inſulas Cethim, & videte; aut mit-
tite in Cedar, atque illud etiam atque
etiam conſiderate, & videte num quid-
quam tale acciderit. 11. *An mutant*
gentes Deos ſuos, qui tamen Dii
non ſunt. Populus autem meus glo-
riam ſuam mutavit illis, quæ ipsî
non proſunt. 12. *Obſtupeſcunt ſuper*
eâ re cœli; attoniti ſunt & contremiſ-
cunt, dicit Dominus. 13. *Quip-*
pe duo mala fecit adversùm me popu-
lus meus; reliquerunt fontem aqua-
rum perennium, & foderunt ſibi ciſ-
ternas plurimas, quæ rimas agunt,
nec poſſunt aquas continere. 14. *An*
Iſrael ſervus eſt? An mancipium
domi natum? Quare igitur prædæ
obnoxius eſt? 15. *Fremunt in eum*
leones, & edunt rugitus, terramque
faciunt ſolitudinem; civitates ejus
corruunt, quia non ſunt habitatores.
16. *Filii quoque Mempheos & Taph-*
nes tuum verticem denudant. 17. *Non-*
ne hæc tibi propterea evenerunt, quia
reliquiſti Dominum Deum tuum
tum, cùm eum habebas viæ ducem.
18. *Nunc ergò quid tibi prodeſt ire*
in Ægyptum, ut bibas aquam Sehor;
aut ire ad Aſſyrios, ut aquam bibas
Euphratis. 19. *Arguet te improbitas*
ipſa tua; corripiet te alienatio tua,
& videbis, & ſcies, quàm ſit malum
tibi & amarum, quòd reliqueris Do-
minum Deum tuum, meique timo-
rem abjeceris, dicit Dominator Do-
minus exercituum. 20. *Ego quidem*
jugum tuum jam olim fregiſſem, tua-
que vincula rupiſſem. Sed dixiſti; ego
non ſerviam; ego in omni colle excelſo,
& ſub omni arbore frondosâ ſubſternar,
& ſtuprabor. 21. *Ego tamen te plan-*

המים ׃ 14. העבד ישראל · אם
יליד בירת הוא · מדוע היה לבז ׃
15. עליו ישאגו כפרים נתנו קולם ·
וישיתו ארצו לשמה · עריו נצתה
מבלי ישב ׃ 16. גם בני נף
ותחפנס ירעוך קדקד ׃ 17. הלוא
זארת תעשה לך · עזבך את יהוה
אלהיך בערת מולכך בדרך ׃ 18.
ועתה מה לך לדרך מצרים לשתות
מי שחור · ומה לך לדרך אשור
לשתורת מי נהר ׃ 19. תיסרך
רעתך · ומשבותיך תוכחך · ודעי
וראי כי רע ומר עזבך ארת יהוה
אלהיך ולא פחדתי אליך · נאם
אדני יהוה צבאות ׃ 20. כי מעולם
שברתי עלך · נתקתי מוסרותיך ·
ותאמרי לא אעבוד · כי על כל
גבעה גבהה ותחת כל עץ רענן את
צעה זנה ׃ 21. ואנכי נטעתיך
שורק כלה זרע אמת · ואיך נהפכת
לי סורי הגפן נכריה ׃ 22. כי אם
תכבסי בנתר ותרבי לך ברית · נכתם
עונך לפני · נאם אדני יהוה ׃ 23.
איך תאמרי · לא נטמאתי · אחרי
הבעלים לא הלכתי · ראי דרכך
בגיא · דעי מה עשית · בכרה קלה
משרכת דרכיה ׃ 24. פרה למד
מדבר · באורת נפשו שאפה רוח
תאנתה · מי ישיבנה · כל מבקשיה
לא ייעפו · בחדשה ימצאונה ׃ 25.
מנעי רגלך מיחף וגורנך מצמאה ·
ותאמרי · נואש לוא · כי אהבתי זרים
ואחריהם אלך ׃ 26. כבשת גנב
כי ימצא כן הבישו בית ישראל ·
המה מלכיהם שריהם וכהניהם
ונביאיהם ׃ 27. אמרים לעץ אבי
אתה · ולאבן ארת ילדתני · כי פנו
אלי ערף ולא פנים · ובעת רעתם
יאמרו · קומה והושיענו ׃ 28. ואיה
אלהיך אשר עשית לך · יקומו אם
יושיעוך בערת רעתך · כי מספר
עריך היו אלהיך יהודה ׃
29. למה תריבו אלי · כלכם
פשעתם בי · נאם יהוה ׃ 30. לשוא

taveram lectos palmites ; ego te totam,
verum ſemen. Quomodò igitur degene-
raſti, vinea infelix ! 22. Nam, quam-
vis tu te nitro lavares, quamvis ſmegma
multum adhiberes, non tu propterea
maculam tuæ iniquitatis elueres, di-
cit Dominator Dominus. 23. Quo-
modò tu dicis, ego non fui polluta,
nec ſecuta ſum procos ? Vide veſti-
gia tua in valle, & cognoſce quid
feceris. 24. Dromedaria levis glo-
meravit huc & illuc greſſus ſuos ;
aſſuefecit ſe vitula deſerto, libidi-
nem ſequens, & auram traxit nari-
bus. Quis avertet libidines ejus ? Eam
quicunque ambiunt, non defatigan-
tur ; habent eam, vel ſuis in menſi-
bus, docilem. 25. Parce nudare ſuras
tuas ; cohibe à tuo gutture ſitim. Tu
verò ad hæc reſpondes ; actum eſt,
non auſcultabo. Ego amabo alienos,
ego extraneos ſequar. 26. Quemad-
modùm fur erubeſcit, cùm deprehenditur ; ita erubuêre domus Iſrael, ipſi &
reges eorum, & principes & Sacerdotes & Prophetæ ; 27. Qui ligno dice-
bant, tu pater meus es ; quique lapidi, tu me genuiſti ; quoniam terga, non
faciem, ad me converterunt. Iidem, malo premente, dicunt, ſurge & libera
nos. 28. Ubi ergò ſunt Dii tui, quos tu tibi fabricatus es ? Illi ſurgant, &
te, malo premente, liberent. Nam civitatum tuarum quantus eſt numerus, tan-
tus eſt tuorum Deorum, Juda. 29. Quare mihi convitium facitis, vos omnes,
qui adversùm me rebellaſtis, dicit Dominus. 30. Ego fruſtrà verberavi filios
veſtros ; neque enim accipiunt diſciplinam. Gladius veſter prophetas veſtros
abſumpſit, quomodò leo devaſtat habitationem. 31. Cognoſcite verbum Do-
mini. An ſolitudo ego fui Iſraeli, vel terra tenebrarum ? Quare igitur dicit
populus meus ; nos abibimus, nec ad te ampliùs veniemus. 32. Num puella
obliviſcitur ornatus ſuos ? An ſuos nova nupta lemniſcos ; quòd populus me
meus, infinitum tempus, oblitus eſt. 33. Quare ſternis tibi viam, ut conqui-
ras amatores, itineraque ipſa tua doces ſodales tuas ? 34. Quare etiam repe-
peritur in finibus tuis ſanguis hominum pauperum & innocentium, nec modò
in foſſis reperitur, ſed ubique inundat ? 35. Tu tamen intereà dicis, ego in-
nocens ſum ; utique avertetur à me furor ejus. Ego igitur in judicium tecum
veniam, quoniam dicis, non peccavi. 36. Cur enim penitùs averteris, ut tua
veſtigia relegas ? Tu enim in Ægypto ſic erubeſces, ut anteà erubuiſti in
Aſſyriis. 37. Quippe inde etiam redibis, manibus ſupra caput tuum poſitis ;
repudiat enim Dominus eos ipſos, in quibus ſpem habes, neque tibi ex illis
proſpera evenient. 2.

הכיתי את בניכם · מוסר לא לקחו ·
אכלה חרבכם נביאיכם כאריה
משחית : 31. הדור אתם ראו
דבר יהוה · המדבר הייתי לישראל ·
אם ארץ מאפליה · מדוע אמרו עמי ·
רדנו לוא נבוא עוד אליך : 32.
התשכח בתולה עדיה כלה קשריה ·
ועמי שכחוני ימים אין מספר : 33.
מה תיטבי דרכך לבקש אהבה · לכן
גם את הרעות למדתי את דרכיך :
34. גם בכנפיך נמצאו דם נפשות
אביונים נקיים · לא במחתרת
מצאתים · כי על כל אלה : 35.
ותאמרי כי נקיתי · אך שב אפו
ממני · הנני נשפט אותך על אמרך
לא חטאתי : 36. מה תזלי מאד
לשנות את דרכך · גם ממצרים
תבשי כאשר בשת מאשור : 37.
גם מאת זה תצאי וידיך על ראשך ·
כי מאס יהוה במבטחיך ולא תצליחי
להם :

2. אהבת כלולתיך : Verbum pro verbo, *dilectionis ſponſalium tuorum.* Amoris ſigna hìc notantur, non ipſe amor; Deo dicente, ſe populo Iſrael benevolentiam præſtitiſſe tantam, quantam præſtare ſolet novæ nuptæ maritus, religioniſque ejus primitias ita deſideraſſe, ut homo, qui agrum emit, aut plantavit, avet edere fructus ejus primos. Si ſententia his terminis includitur, non jam erit laborandum, ut explicetur, quomodò dicat Deus ſe populum Iſrael in deſerto agentem *dilexiſſe*, cujus tamen improbitatis ac pectoris duri ſæpe declaravit ſe fuiſſe pertæſum.

3. תבואתה, *proventus ejus.* Lege תבואתו, cum Affixo maſc. nam *proventus* pertinet ad *Iſrael.* Hoc mendum caſtigat Maſora in duobus Codicibus Regiis 3. & 29. in quorum margine legitur, קרי...תו, lege תו...

6. ושוחה, *& vaſta*, ex Chaldaicâ radice שוח, *vaſtari*, quam ſequi videtur Hieronymus, qui, *& inviam.* Convenit etiam radix שחח Arabica, unde שחאח, terra, *quæ non excipit gremio pluviam*, & in quâ fluunt imbres. Vide Golium & Caſtellum.

9. ואת בני בניכם, *& cum filiis filiorum veſtrorum.* Vidit Hieronymus, non convenire *filios filiorum*, ubi *filii* non anteceſſerunt. Itaque rectè convertit, *& cum filiis veſtris.* Non dubium, quin olim ſcriptum fuerit, ואת פני, *& coram;* ex quâ genuinâ ſcripturâ nata fuerit ואת בני, mendoſa.

12. ושערו חרבו : Legendum ושערו וחרדו, *attoniti ſunt, & contremiſcunt.* Legit Syrus, וחרדו; nam convertit, ודחלו, *& timete.* Non convenit in *cælos* חרבו, *vaſtamini*, vel *deſolamini.* Græci Intt. ἐπὶ πλεῖον σφοδρὰ, *& multùm valdè;* legunt הרבה מאד, ſcripturâ etiam bonâ. Hieronymus, שערו, *portæ ejus*, quod non licuit per שמים, *cælos;* nam legeretur שעריהם, *& portæ eorum.* Grotius autem ſic exponit: » *Et portæ ejus deſolamini.* Janitores ejus, lugete. Duplex » hìc eſt figura: nam & *portæ* dicuntur pro *janitoribus*, & *deſolari*, pro *lugere.* « Atqui ſine exemplo eſt Metonymia hæc *portarum*, pro *janitoribus;* & convertere *portas* ſi licuerat, licebat etiam, *janitores;* cùm nomen שער utrumque ſignificet.

13. בארות בארת, *foſſas plurimas.* Sic *Gen. cap. 14. v. 10.* Codex Orat. 42. בורות בורות. Orat. autem 53. בארות בארות : utrobique plenè ſcriptum, quod & retinendum.

15. עריו נצתה : Rectè Maſora, נצתו..., *civitates ejus deſtructæ ſunt*, ex נצה, *vaſtari.* Minùs aptè Hieronymus, *exuſtæ ſunt;* quippe ſequitur, *eò quòd non ſit habitator.* Urbes *corruunt*, quia non eſt habitator, qui ſarciat ruinas: non autem inflammantur, quia careant habitatore. Porrò id כפרים, quod ſuprà, meliùs ſit כפירים, plenè, *leones.* Ita ſcriptum habent Codices Orat. 42. & Reg. 29. manu quidem priori.

16. ירעוך קדקד : Arias, *confringunt tibi verticem;* parùm aptè *confringunt.* Nec feliciùs Hieronymus, *conſtupraverunt te uſque ad verticem.* Nondum enim exhibetur Iſrael, ut corrupta meretrix, & aguntur hactenus mala, quibus Iſraelitæ premuntur, non eorum, hoc quidem verſu, perditi mores. Græci Intt. καὶ κατέπαιζόν σου, *& illudebant tibi.* Eſt ut legerint ינעוך קדקד, *movent tibi caput.* Nihil tam obvium, quàm ut, pro ירעוך, legatur יערוך, *nudant tibi...* quod fieri ſolebat in captivis bello factis. Cæterùm rectè Maſora ותחפנחס, non ותפנס; nam ſic alibi ſcribitur, & ita hìc Syrus & Chaldæus.

17. עזבך : Lege בעזבך, *eò quòd reliqueris*, ut legitur *I. Reg. cap. 18. v. 18.* ubi vide. Omiſſum fuit ב ex ſimilitudine litteræ כ antecedentis, cùm olim ſcriptum eſſet לכ בעזבך. Ita etiam hìc legunt omnes Veteres, & Græci ipſi Intt. apud quos habetur, τὸ καταλιπεῖν, quos non dubium eſt, ſcripſiſſe τῷ, ut Gerundium notaretur.

18. מי שחור, *aquas Sehor.* Idem amnis eſt, de quo *Joſ. cap. 13. v. 3.* dicitur, מן שיחור אשר על פני מצרים, *à Sehor, quod eſt contra Ægyptum*, & nulla cauſa eſt cur *Nilus* intelligatur; quanquam ita plerique Interpretes.

19. לא פחדתי עליך, *& non timorem mei apud te.* Haud ſcio an deſideretur verbum היות, *eſſe;* neque enim Hebr. moris eſt, id verbum reticere in modo Infinito, niſi aliquo in membro anteceſſerit.

20. לא אעבוד, *non ſerviam.* Lege אעבד, ſine ו. Perperàm Maſoretæ, אעבור, ex Chaldæo, *tranſgrediar*, ubi non ſequitur verbi caſus; qui caſus non abeſt in Chaldæo; ſed Chaldæus παραφράζει, & ſententiam effert prorſus alienam: vide eum. את צעה זנה... : Hæc tria verba nihili ſunt. Græci Intt. διαχυθήσομαι, *diffundar*, perſonâ primâ. Optimè legas, אתיצע ואזנה, *ſternam me, & fornicabor.* Hieronymus, *proſternebaris;* legebat, התיצעת. Commodior eſt ſcriptura ea, quam revocamus; ita ut meretrix loquatur, continuetque ſermonem in his verbis, *non ſerviam*, inchoatum.

21. נהפכת לי סורי : Arias nihil dicit, convertens ſic: *converſa es mihi declinantes ramos.* Tolerabilis eſſet ſcriptio, ſi legeretur לסורי, *in averſiones.* Sed per iſtas *averſiones* deſeretur ſimilitudo ex vineâ ducta. Nam quî poſſunt in vineam convenire *averſiones.* Meliùs Græci Intt. εἰς πικρίαν, *in amaritudinem*, ex ſcripturâ למררי, vel מרי. Nos extulimus in verſione ſcripturam, לסרק, vel שרוק. Arabicè סרך, mutato ק in ך, ſignificat *debile factum ex robuſto*, qui ſignificatus mirè congruit cum vineâ degeneri, & habet prætereà luſum elegantem τοῦ סרוק, cum τῷ שורק, quod habet membrum prius. נכריה..., *infelix*, ex ſignificatu item Arabico verbi נכר, qui commodior videtur, quàm *aliena*, poſtquàm dictum eſt vineam eſſe Dei, & à Deo ipſo plantatam.

22. נכתם : Optimè ad ſententiam Hieronymus, *maculata es*, ut & Græci Intt. κεκηλίδωσαι,

ex κηλὶς, *macula.* Significat כתם Syriacè, Chaldaicè & Samariticè, *maculam*, *maculoſum.*

23. מה עשית, *quid feceris.* Poſt hæc verba claudimus ſententiam puncto majori, ut clauditur in Codice Orat. 42. in quo, poſt עשית, incipit alterum alineâ. Omnia efferuntur perſonâ tertiâ, poſt עשית; anteà autem, ſecundâ; itaque perſonæ ipſæ orationis ſententiam diſtinguunt, ut eam diſtinguimus.

24. נפשו: Rectè Maſora, נפשה; quæ debuerat etiam emendare למד, ut eſſet למדה, de *vitulâ* dictum. Similiter emendandum תאנתה, ut ſit תאותה, *deſiderium ejus*, quam ſcripturam exhibet Hieronymus in Latino verbo *amoris*, quod reſpondet ſimili vocabulo תאות, quod anteceſſit. ...ימצאונה, *habebunt eam docilem.* Habet enim מצא, *facilem eſſe ;* non convenit, *reperient eam* cum *menſibus ejus.* Deſcribitur proclivitas ad Idololatriam, per ſimilitudinem meretricis, quæ non repellit viros, ne tum quidem, cùm patitur ſuos menſes.

25. רגלך: Nos, *fures tuas*, non autem id, quod nominare vetat pudor, quanquam ita Grotius; id enim poſteà honeſtè ſignificatur in vocabulo גרון, *gutture :* vide dicta ad *Gen. cap. 49. v. 10.* ...נואש לוא כי אהבתי, *deſperatum eſt*, *nequaquam ; quippe adamavi.* Ita Arias. Liquet, actum agere *nequaquam*, poſtquàm anteceſſit *deſperatum eſt.* Omiſſum fuit verbum אבתי, poſt לוא, ex ſimilitudine ejus cum ſequente verbo אהבתי; *non acquieſcam, nam amo...* Ita legebat Syrus, qui ſic convertit, לא צביא אנא · מטל דרחמת, *non acquieſcam ego, quia amavi...*

27. ילדתני, *genuiſti me ;* rectè *me*, quia mox anteceſſit אבי, *pater meus ;* malè Maſora ילדתנו, *genuiſti nos*, ex Chaldaicâ Paraphraſi, in quâ non malè, *nos*, poſtquàm in eâdem lectum eſt, *pater noſter.* Sed Maſoretæ non viderunt, Chaldæum παραφράζειν, nec legiſſe אבינו, ut neque ילדתנו.

30. & 31. משחית: הדור אתם ראו, *devaſtans. O generatio vos...* Vera ſcriptio & interpunctio talis eſt; משחית הדור: ואתם דעו, (*ut leo*) *devaſtans habitationem. Vos verò cognoſcite.* ...דעו, non ראו; nam inſuetum, *videte verbum Domini ;* conſuetum, *audite*, *cognoſcite.* ...המדבר הייתי, *num deſertum ego* (*Iſraeli ?*) Hæc alludunt ad murmurationes Iſrael in deſerto agentis, quæ in Exodo memorantur.

33. לכן גם: Mendum natum eſt ex לך וגם, quod olim legeretur. Pertinet לך ad לבקש, *ut conquiras tibi...* & alterum membrum incipit in וגם, *imò etiam*, למדת, *docuiſti*, ut Maſora emendat, non למדתי ...רעות, *ſodales :* meliùs רעותך, *ſodales tuas*, non omiſſo Affixo, quod non omittitur in דרכיך, *vias tuas.*

34. דם: Lege דמי, *ſanguines ;* ſic vult נמצאו, numeri plur. ...כי על כל אלה: Nos, *ſed ubique inundat ;* legimus enim עלו, pro אלה; verbum pro verbo, *nam ſuper omnia aſcenderunt* (*ſanguines.*) Vulgatus, *in omnibus, quæ ſuprà memoravi.* Tamen nullus locus memoratus eſt ſuprà, niſi *foſſæ* ipſæ, quæ in oratione proximè antecedunt. Non licuit convertere, *ſub omni quercu ;* obſtat enim præpoſitio על, & vellet oratio præpoſitionem תחת, ut verſu 20. quem vide.

CAPUT III.

Non revertitur vir ad uxorem, quam dimiſit; tu tamen revertere ad me, dicit Dominus. Pejor facta eſt prævaricatrix Juda prævaricatrice Iſrael. Redite ad me... dabo vobis paſtores juxta cor meum, nec ampliùs recordabimini Arcam fœderis.

1. *Vulgò dicitur, ſi dimiſerit vir*
uxorem ſuam, & ſi hæc ab eo diſcedens,
duxerit alterum virum, num ille ad
eam poſthac revertetur? Non-ne hæc
mulier polluta cenſebitur & contami-
nata? Tu ſcortata es cum multis ama-
toribus ; tamen revertere ad me, dicit
Dominus. 2. *Tolle oculos tuos ad*
editos locos, & vide ubi non mœcha-
ta ſis. Tu in ipſis viis ſic conſediſti,

1. לאמר · הן ישלח איש את
אשתו והלכה מאתו והיתה לאיש
אחר · הישוב אליה עוד · הלוא חנוף
תחנף הארץ ההיא · ואת זנית רעים
רבים · ושוב אלי נאם יהוה : 2.
שאי עיניך על שפים · וראי איפה
לא שגלת · על דרכים ישבת להם
כערבי במדבר · ותחניפי ארץ בזנותיך
וברעתך : 3. וימנעו רבבים ומלקוש
לוא היה · ומצח אשה זונה היה לך ·

ut in solitudine Arabes, & scortatio-
ne tuâ libidinosâ terram polluisti.
3. Amatores tui multi te illaqueave-
runt, unde facta est tibi frons mere-
tricis, & noluisti erubescere; 4. Nec
tu me deinde vocasti patrem tuum,
nec adolescentiæ tuæ ductorem. 5. Hæc-
ne igitur in perpetuum dissimulabun-
tur, & obruentur æterno silentio, post-
quàm tu hæc multoties fecisti, & in
tuâ nequitiâ te confirmasti? 6. Do-
minus autem in diebus Josiæ regis sic
mecum locutus est: Tu hæc vidisti,
quæ fecit rebellis Israel; ut digressa
est ad omnes colles excelsos, & ad
omnem arborem frondosam, ut sub eâ
scortaretur; 7. Et ut ego, postquàm
hæc omnia patrârat, quanquam ei
dixi, redi ad me, non tamen redie-
rit. 8. Hæc verò etiam conspexit re-
bellis Juda, soror ejus; &, quan-
quam non nescit, me rebellem Israel,
propter tot adulteria, quæ fecit, di-
misisse, eique dedisse librum repudii,
nihil timuit tamen hæc rebellis Juda,
soror ejus, sed abiit illa etiam & scor-
tata est, 9. Et prona in venerem ter-
ram polluit, cum lapide mæchans &
cum ligno. 10. Neque verò etiam,
post omnia hæc, rebellis Juda, soror
ejus, toto corde ad me, sed fallaci-
ter, reversa est; dicit Dominus.
11. Ergò hæc mihi dixit Dominus:
excusationem habet rebellis Israel,
præ perfidiosâ Juda. 12. Vade, &
hæc verba profer ad aquilonem; dic:
revertere, rebellis Israel, dicit Do-
minus; neque enim ego à te aversu-
rus sum faciem meam; misericors
enim sum, dicit Dominus, neque
ego altâ mente hæc reponam. 13. Ve-
runtamen cognosce iniquitatem tuam,
si quidem à Domino Deo tuo defecis-
ti, & ad alienos divulgasti sub omni

מאנת הכלם : 4. הלוא מעתה
קראתי לי אבי אלוף נערי אתה :
5. הינטור לעולם · אם ישמר לנצח ·
הנה דברתי ותעשי הרעות ותוכל :
6. ויאמר יהוה אלי בימי יאשיהו
המלך · הראית אשר עשתה משבה
ישראל · הלכה היא על כל הר גבה
ואל תחת כל עץ רענן · ותזני שם :
7. ואמר אחרי עשתה את כל
אלה · אלי תשוב ולא שבה · ותראה
בגודה אחותה יהודה : 8. וארא
כי על כל אדות אשר נאפה משבה
ישראל שלחתיה ואתן את ספר
כריתתיה אליה · ולא יראה בגדה
יהודה אחותה ותלך · ותזן גם היא :
9. והיה מקל זנותה ותחנף את
הארץ · ותנאף את האבן ואת העץ :
10. וגם בכל זאת לא שבה אלי
בגודה אחותה יהודה בכל לבה ·
כי אם בשקר נאם יהוה : 11.
ויאמר יהוה אלי · צדקה נפשה משבה
ישראל מבגדה יהודה : 12. הלך
וקראת את הדברים האלה צפונה
ואמרת · שובה משבה ישראל נאם
יהוה · לוא אפיל פני בכם · כי חסיד
אני נאם יהוה · לא אטור לעולם :
13. אך דעי עונך · כי ביהוה אלהיך
פשעת · ותפזרי את דרכיך לזרים
תחת כל עץ רענן · ובקולי לא
שמעתם נאם יהוה : 14. שובו
בנים שובבים נאם יהוה · כי אנכי
בעלתי בכם · ולקחתי אתכם אחד
מעיר ושנים ממשפחה · והבאתי
אתכם ציון : 15. ונתתי לכם רעים
כלבי · ורעו אתכם דעה והשכיל :
16. והיה כי תרבו ופריתם בארץ
בימים ההמה נאם יהוה · לא יאמרו
עוד · ארון ברית יהוה · ולא יעלה
על לב · ולא יזכרו בו · ולא יפקדו
ולא יעשה עוד : 17. בעת ההיא
יקראו לירושלם כסא יהוה · ונקוו
אליה כל הגוים לשם יהוה לירושלם ·
ולא ילכו עוד אחרי שררות לבם
הרע : 18. בימים ההמה ילכו בית

arbore frondoſâ vias tuas, nec vocem
meam audiſtis, dicit Dominus.
14. *Revertimini filii rebelles, dicit*
Dominus. Ego enim vos in matri-
monio habui; ego vos reſumam,
unum de urbe, duos de familiâ, voſ-
que ad Sion ducam. 15. *Ego idem*
vobis daturus ſum paſtores juxta cor
meum, qui ſcientiâ & intelligentiâ
vos paſcent. 16. *Et futurum eſt in*
die illâ, ut multùm creſcatis in terrâ
& ſoboleſcatis, dicit Dominus; neque
ampliùs in ore habebunt Arcam fœ-
deris Domini, neque ejus in men-
tem veniet; hæc in memoriâ non in-
ſidebit; non eam requirent ampliùs,
nec ad eam reſpicient. 17. *Eo tem-*
pore vocabitur Jeruſalem ſolium Do-
mini, & confluent ad eam omnes gen-
tes, propter nomen Domini, quod
erit in Jeruſalem; nec jam ſequentur
cordis ſui pravi obſtinationem. 18. *Eo*
tempore veniet ad domum Iſrael do-
mus Juda; ſimul venient ex terrâ aqui-
lonis ad terram, quam dedi patribus veſtris hæreditatem. 19. *Ego verò cogi-*
tans, quomodò te habiturus ſim in loco filiorum, tradituruſque tibi terram
deſiderabilem, hæreditatem amœnam, deſiderium gentium, ſtatui fore ut tu
me poſthàc nomines patrem tuum, neque à me ampliùs recedas. 20. *Sed enim,*
ut mulier nequam prævaricatur, ita prævaricata eſt in me domus Iſrael, di-
cit Dominus. 21. *Vox auditur in editis locis, fletus & lamentum filiorum*
Iſrael; nam perverterunt vias ſuas, Dominumque Deum ſuum obliti ſunt.
22. *Revertimini, filii rebelles; ego ſanabo veſtras alienationes; dicite, ad-*
ſumus, & te ſequimur, quoniam tu es Dominus Deus noſter. 23. *Certè nihil*
eſt, niſi mendacium, in collibus; nihil in montibus, niſi vanitas; certè in
Domino Deo noſtro ſita eſt ſalus Iſrael. 24. *Itaque etiam abſumpſit inopia*
laborem patrum noſtrorum, jam inde ex quo adolevimus; hæc etiam, oves
eorum & boves, filios eorum atque filias. 25. *Nos in noſtrâ inopiâ delituimus,*
& ignominiâ cooperti fuimus, quia peccavimus in Dominum Deum noſ-
trum, nos & patres noſtri, jam inde ex quo adolevimus, uſque ad hanc diem,
nec Domini Dei noſtri vocem audivimus.

יהודה על בית ישראל · ויבאו יחדו
מארץ צפון על הארץ אשר הנחלתי
את אבותיכם ׃ 19. ואנכי אמרתי ·
איך אשיתך בבנים ואתן לך ארץ
חמדה נחלת צבי צבאות גוים ואמרי·
אבי תקראו לי ומאחרי לא תשובו ׃
20. אכן בגדה אשה מרעה · כן
בגדתם בי בית ישראל נאם יהוה ׃
21. קול על שפיים נשמע · בכי
תחנוני בני ישראל · כי העוו את
דרכם · שכחו את יהוה אלהיהם ׃
22. שובו בנים שובבים · ארפה
משובתיכם · הננו אתנו לך · כי אתה
יהוה אלהינו ׃ 23. אכן לשקר
מגבעות המון הרים · אכן ביהוה
אלהינו תשועת ישראל ׃ 24.
והבשת אכלה את יגיע אבותינו
מנעורינו · את צאנם ואת בקרם
את בניהם ואת בנותיהם ׃ 25.
נשכבה בבשתנו ותכסנו כלמתנו · כי
ליהוה אלהינו חטאנו אנחנו ואבותינו
מנעורינו ועד היום הזה · ולא שמענו
בקול יהוה אלהינו ׃

1. לאמר : Vulgatus, *vulgò dicitur*, de quâ interpretatione Maſius : » Sic & alibi uſus ejus » dictionis reperitur, nî fallor. « Rectè Maſius, *ni fallor*, quaſi dubitans. Nam res eſt inaudita, & verbum לאמר unum, ſignificare *vulgò dicitur*, & Gerundium in oratione eſſe, nullo alio verbo id regente. Atque hæc cauſa fuerit, cur id לאמר omitterent Syrus & Græci Intt. Nec

Nec tamen omittendum, *vulgò dicitur*; hæc enim brevis præfatio eſt proverbii ejus, quod ſequitur. Itaque legendum, cum Vulgato; הן יאמר לאמר, *en dicendo dicitur*, ſive *dici ſolet*. Omiſſum fuit הן יאמר, caligine factâ ex לאמר הן, verbis ſequentibus, & ſatis ſimilibus. ...הארץ ההיא, *terra illa*. Lege האשה ההיא, *mulier illa*, ut Græci Intt. ἡ γυνὴ ἐκείνη, & ut Arabs ac Vulgatus. Non placebat Maſio ſcriptura האשה, *mulier*. » Exiſtimo (inquit) ſciolum pro *terra*, » ſubſtituiſſe *mulier*. « Tamen pronomen ההיא, cum ה demonſtrativo, notat rem, de quâ ſermo fuit in ante-dictis, ſive mulierem; & *terram* recuſat ipſa ſeries. ...זנית רעים, *fornicata es cum amatoribus*. Lege ברעים, non ſine ב, ut Syrus, ברעותא; nam verbum זנה in *Kal*, neutrum eſt, nec legitur uſquam ſine præpoſitione, vel אחרי, *poſt*, vel את, aut ב, *cum*.

2. ישבת להם, *ſediſti in illis* (*viis*.) Legendum, vel עליהם, vel בהם, quod ultimum præſtat, quia reſpondet parallelo vocabulo במדבר, *in deſerto*. Hieronymus, cùm videret ſeriem claudicare, addidit, *expectans*, quaſi להם pertineret ad רעים, *amatores*. Sed obſtat ſententiæ tali ducta ſimilitudo ex *Arabibus*, de quibus nihil pertinet ad *amatores*. Ait Jeremias meretricem (Judam) tàm aſſiduè proſtare in viis, quàm aſſiduè degunt in ſolitudine Arabes.

3. וימנעו רבבים ומלקוש לוא היה, *& prohibitæ ſunt pluviæ, & ſerotinus imber non fuit*. Habes in eo Contextu mendum triplex. Nos revocant Græci Intt. ad ſcripturam & ad interpunctionem talem.. ורעים רבים היו למוקש לך · והיה, *& amatores multi fuerunt in laqueum tibi; & accidit*... Nempe Græci, pro רבבים, *pluviæ*, legunt רעים, quod vertunt ποιμένας, *paſtores*; meliùs convertiſſent, *amatores*; pro מלקוש, *ſerotinus imber*, legunt למוקש, quod vertunt, εἰς πρόσκομμα, *in offenſionem*. Denique pro לוא, *non*, legunt לך, quod vertunt σεαυτῇ, *tibi ipſi*. Poſt ſententiam talem commodè venit, *& frons meretricis facta eſt tibi*, non item poſt hæc, quæ hodie leguntur. Scriptiones duas מלקוש & רבבים non carere mendo, perſuadet non modò ipſa ſeries orationis, in quâ *pluviæ* ac *ſerotinus imber*, malè miſcentur cum picturâ morum meretricium; ſed illud etiam, quòd vocabulum מלקוש jungi ſolet cum parallelo verbo יורה, *pluviâ*, non cum רבבים, vel רביבים.

4. הלוא... קראתי: Rectè Maſora קראת, *vocaſti*. Sed legendum ולוא, vel ולא, *nec*; non autem הלוא, *non-ne*. Eſſet enim in interrogatione tali affirmatio, ubi tamen eſſe debet negatio; Deo dicente; ex quo Juda frontem induit meretricis, non ſe ampliùs ab eâ vocatum fuiſſe *patrem*. Torquebat Veteres iſta interrogatio הלוא: vide eos in Polyglottis.

5. דברתי: Rectè Maſora expungit י. Sed ne legatur דברת, *locuta es*, id obſtat, quòd, cùm Hebraicè dicitur, *dixiſti & feciſti*, vel *ut dixiſti, ita feciſti*, tum uſurpari ſolet verbum אמר, non verbum דבר. Propterea nos anteferimus רבבת ותעשי, *multiplicaſti & feciſti*, hoc eſt, *multoties feciſti*.

8. וארא, *& vidi*. Perſona iſta prima non habet in oratione ullam conſequentiam; ut non mirum ſit, omiſſum fuiſſe hoc verbum & à Vulgato & à Syro. Græci Intt. καὶ εἶδον, quod licet convertere per tertiam perſonam, *viderunt*. Eſt ut ſcripſerint, καὶ εἶδεν, *& vidit*, ex ſcriptione ויראה, quam revocamus: vide Verſionem.

12. צפנה: Codex Reg. 29. צפונה, plenè, *ad aquilonem*. Imperat Deus Jeremiæ, ut convertat ſe ad aquilonem, cùm verba faciet ad decem Tribus Iſrael, quia ibi captivæ erant illæ Tribus in regno Aſſyriorum ac Medorum. ...לוא אפיל פני בכם, *non faciam cadere faciem meam in vos*. Fiet ſermo Hebraicus, ſi legis. ...ולא אפן פני מכם, *& non avertam faciem meam à vobis*; ita legebat Vulgatus.

16. & 17. ונקוו אליה כל הגוים, *& confluent ad eam* (*Jeruſalem*) *omnes gentes*. Anteà dictum eſt de Judæis, nunc de *cunctis gentibus*. Nempe à verſu 14. ad verſum 20. prænuntiatur & Judæorum & gentium converſio ad fidem futura, quo tempore Judæi Arcam fœderis non jam curabunt, ולא ישעוהו עוד, *nec ad eam ampliùs reſpicient*; nam ſic legendum, (niſi ישעו עליו) non autem, ולא יעשה עוד, *& non fiet ampliùs*, quod de Arcâ fœderis dictum, quid ſignificet, non facilè divines.

19. עשיתך בכנים: Eſt בכנים mendum Typographicum in Athianâ Editione, pro quo imprimi curavimus בבנים, ut habent aliæ Editiones; ſed legendum כבנים, (*faciam tibi*) *ut filiis*, & עשיתיך, non עשיתך, in primâ perſonâ, quam exhibent omnes Interpretes. ...צבאות: Nos, *deſiderium* (*gentium*) ex צבא, vel צבה, Chaldaicè, *velle*, *optare*. Commodius id videtur, quàm *exercituum*....תשובו...תקראו: Maſora, תשובי...תקראי, numero ſing. forſan quia hic numerus viget in membro priore; ſed tam benè numerus plur. in poſteriore; quæ ſolita eſt permutatio numerorum.

20. ...אכן בגדה: Omnes Veteres legunt, אך כבגדה, certè, *ſicut perfida* (*mulier*.) Liquet ex eo כן, *ſic*, quod ſequitur, antecedere debere in oratione כ, *ſicut*.

21. בכי תחנוני, *fletus precum*. Vulgatus, *ploratus & ululatus*, ex ſaniori ſcripturâ, בבית ונהי, *fletus & lamentum*. Sic ferè cap. 9. v. 9. בכי ונהי, in eâdem loquendi formâ.

22. ארפה, *ſanabo*. Codices Reg. 29. & Orat. 53. ארפא, ex conſueto more. ...הננו אתנו, *ecce nos venimus*. Syrus addit, ואמרו, *& dicite*, ante *ecce nos*... quod verbum pertinet ad medullam orationis. Ipſe etiam Chaldæus ſupplet in ſuâ Paraphraſi אתון אמרין, *vos dicitis*. Omiſſum fuerit אמרו, ex verbis הננו אתנו ſimiliter deſinentibus.

23. המון הרים, *multitudo montium*. Quid hoc ſibi velit, non explanant Interpretes. Dicitur המון, vel de rebus mobilibus, quæ coacervantur, ut ſunt divitiæ, vel de hominibus, qui unum in locum confluxêre, non autem de montibus, qui *multi* ſint. *Colles* reſpondent *montibus*, & deſideratur in oratione id vocabulum, quod reſpondeat vocabulo לשקר, *ad mendacium*. Hoc vocabulum habebis, ſi, pro המון, leges לאון, *ad vanitatem*, quomodò *Amos cap. 5. v. 5.* ובית אל יהיה לאון, *& Bethel fuit ad vanitatem*.

24. והבשת : Nos, & *inopia*, ex ſignificatu Syriaco verbi ביש ut & באם, vel בים Arabico, *inops, pauper, inopia :* vide Golium & Caſtellum. Non licuit dicere, *ignominia abſumpſit... oves eorum & boves.* Itaque ſignificatus *inopia* videtur in Lexicon Hebraicum admittendus, quoniam ſine eo interpretari hunc locum vix poſſis. Aut erit legendum יבשת, *ariditas*, ex radice יבש.

CAPUT IV.

Nolite ſemen mittere inter ſpinas... Circuncidite præputium cordis veſtri... Ego adducam ab aquilone calamitatem magnam. Jeruſalem obſidione cingetur; nam populus meus ſtolidus eſt, nec prudens, niſi ad malum.

1. *Si tu revertêris, Iſrael, dicit*
Dominus, apud me habitabis; cùm
removeris à me Idola tua, non dimo-
veberis. 2. *Et jusjurandum, vivit*
Dominus, jurabis in veritate, in ju-
dicio & æquitate; gentes in Domino
ſibi invicem benedicent, & in eo glo-
riabuntur. 3. *Hæc enim dicit Domi-*
nus hominibus Juda & Jeruſalem;
novate vobis novale, & nolite ſemen
mittere in ſpinas. 4. *Circuncidimini*
Domino, & auferte præputia cordis
veſtri, homines Juda & Jeruſalem
habitatores, ne fortè ira mea, ut ig-
nis, erumpat; ne, propter opera veſtra
mala, ſic accendatur, ut nemo eum ex-
ſtinguat. 5. *Nuntium perferte in Ju-*
da & in Jeruſalem, & promulgate;
loquimini & tubâ clangite in terrâ;
clamate fortiter; dicite, congregami-
ni, & urbes munitas ingrediamur.
6. *Tollite ſignum ad Sion; viriliter agi-*
te, nec ceſſate. Ego enim ab aquilone
invecturus ſum mala & magnam cala-
mitatem. 7. *En erumpit leo ex ſylvâ*
ſuâ; en vaſtator gentium proficiſci-
tur, & migrat è ſedibus ſuis, ut de-
vaſtet terram tuam, tuaſque urbes de-
populetur; illæ autem corruent, quia
non erit habitator. 8. *Ergo induite*
ſaccos, edite planctus & ululate; ne-

1. אם תשוב ישראל · נאם יהוה ·
אלי תשוב · ואם תסיר שקוציך מפני
ולא תנוד : 2. ונשבעת חי יהוה
באמת במשפט ובצדקה · והתברכו
בו גוים ובו יתהללו :
3. כי כה אמר יהוה לאיש יהודה
ולירושלם · נירו לכם ניר · ואל תזרעו
אל קצים : 4. המלו ליהוה והסרו
ערלות לבבכם איש יהודה וישבי
ירושלם · פן תצא כאש חמתי ·
ובערה ואין מכבה מפני רע
מעלליכם : 5. הגידו ביהודה
ובירושלם · השמיעו ואמרו ותקעו
שופר בארץ · קראו מלאו ואמרו ·
האספו ונבואה אל ערי המבצר :
6. שאו נס ציונה · העיזו אל
תעמדו · כי רעה אנכי מביא מצפון
ושבר גדול : 7. עלה אריה
מסבכו · ומשחית גוים נסע יצא
ממקמו · לשום ארצך לשמה · עריך
תצינה מאין יושב : 8. על זאת
חגרו שקים · ספדו והילילו · כי לא
שב חרון אף יהוה ממנו : 9. והיה
ביום ההוא · נאם יהוה · יאבד לב
המלך ולב השרים · ונשמו הכהנים
והנביאים יתמהו : 10. ואמר ·
אהה אדני יהוה · אכן השא השאת
לעם הזה ולירושלם לאמר · שלום
יהיה לכם · ונגעה חרב עד הנפש :
11. בעת ההיא יאמר לעם הזה
ולירושלם · רוח צח שפים במדבר

que enim erit, ut furor Domini à no-
bis avertatur. 9. *In die autem illâ,*
dicit Dominus, mentis inopes erunt
Rex & Principes; attoniti erunt Sa-
cerdotes, & Prophetæ obstupescent.
10. *Ego autem dixi: heu, Domina-*
tor Domine, tu populum istum & Je-
rusalem certè decipiebas, cùm eis di-
cebatur: pax erit vobis, cùm tamen
gladius esset usque ad internecionem
venturus. 11. *Eo tempore populo isti*
& Jerusalem sic nuntiabitur: En ven-
tus imminet in deserti colles; ecce il-
le in viam filiæ populi mei, neque
autem ventilandi causâ, aut purgandi.
12. *Quippe inde in eum ingruet ven-*
tus vehemens, & tum demum judicia
ego de illis mea declarabo. 13. *En,*
quasi nubes, imminebit; quadrigæ
illius erunt veluti tempestas; equi
ejus aquilis velociores. Væ nobis,
quia devastamur. 14. *Ablue, Jeru-*
salem, cordis tui pravitatem, ut ne
pereas. Quousque inhærebunt tibi pra-
va tua instituta? 15. *Ecce autem de*
Dan sonitus adest devastationis; en
tumultus auditur de montibus E-
phraim. 16. *Gentibus hoc nuntiatur:*
En auditur adversùm Jerusalem, de
terrâ longinquâ venire Antecursores;
en edunt contra urbes Juda clamores;
17. *Illamque, ut agrorum custodes,*
circumambiunt, quia rebelles in me
fuerunt, dicit Dominus. 18. *Hæc*
tibi tuæ viæ ac opera importabunt;
hæc tua tibi improbitas; quippe ama-
ra hæc erunt, & ad cor tuum usque
pertingent. 19. *Viscera mea & præ-*
cordia mea torquentur; conturbatum
est in me cor meum, nec possum ta-
cere; ego enim ipse audio tubæ soni-
tum, belli clangores. 20. *Succedit*
calamitati calamitas, quia omnis
terra devastatur; tentoria mea ex

דרך בת עמי לוא לזרות ולוא
להבר ׃ 12. רוח מלא מאלה יבוא
לי ׀ עתה גם אני אדבר משפטים
אותם ׃ 13. הנה כעננים יעלה
וכסופה מרכבותיו ׀ קלו מנשרים
סוסיו ׀ אוי לנו כי שדדנו ׃ 14.
כבסי מרעה לבך ירושלם למען
תושעי ׀ עד מתי תלין בקרבך
מחשבות אונך ׃ 15. כי קול מגיד
מדן ׀ ומשמיע און מהר אפרים ׃
16. הזכירו לגוים ׀ הנה השמיעו
על ירושלם נצרים באים מארץ
המרחק ׀ ויתנו על ערי יהודה
קולם ׃ 17. כשמרי שדי היו עליה
מסביב ׀ כי אתי מרתה ׀ נאם יהוה ׃
18. דרכך ומעלליך עשו אלה לך ׀
זאת רעתך כי מר כי נגע עד לבך ׃
19. מעי מעי ׀ אוחולה קירות
לבי ׀ הומה לי לבי ׀ לא אחרש ׀ כי
קול שופר שמעתי נפשי תרועת
מלחמה ׃ 20. שבר על שבר
נקרא ׀ כי שדדה כל הארץ ׀ פתאום
שדדו אהלי רגע יריעתי ׃ 21. עד
מתי אראה נס ׀ אשמעה קול
שופר ׃ 22. כי אויל עמי ׀ אותי
לא ידעו ׀ בנים סכלים המה ולא
נבונים ׀ המה חכמים המה להרע
ולהיטיב לא ידעו ׃ 23. ראיתי
את הארץ והנה תהו ובהו ׀ ואל
השמים ואין אורם ׃ 24. ראיתי
ההרים והנה רעשים ׀ וכל הגבעות
התקלקלו ׃ 25. ראיתי והנה אין
האדם ׀ וכל עוף השמים נדדו ׃
26. ראיתי והנה הכרמל המדבר ׀
וכל עריו נתצו מפני יהוה מפני
חרון אפו ׃ 27. כי כה אמר יהוה ׀
שממה תהיה כל הארץ ׀ וכלה לא
אעשה ׃ 28. על זאת תאבל הארץ
וקדרו השמים ממעל ׀ על כי דברתי
זמתי ׀ ולא נחמתי ולא אשוב
ממנה ׃ 29. מקול פרש ורמה
קשת ברחת כל העיר ׀ באו בעבים
ובכפים עלו ׀ כל העיר עזובה ואין
יושב בהן איש ׃ 30. ואתי שדוד

improviſo, vela mea repente diſſipata
ſunt. 21. *Ad quem finem vexillum*
videbo, vel exaudiam tubæ ſonitus?
22. *Nimirùm ſtolidus eſt populus*
meus, neque illi me nôrunt; filii
ſunt inſipientes, nihilque mente præ-
cipiunt; prudentes ſunt ad facinora
perpetranda; benè agere neſciunt.
23. *Ego terram conſpexi; ecce illam vaſtam & nudam; ego cœlos, nec ſu-*
pereſt in eis lumen. 24. *Aſpexi montes; ecce autem contremiſcunt, colleſ-*
que omnes ſuccutiuntur. 25. *Circumſpexi, & nullus homo adeſt, & omnes*
volucres cœli diffugerunt. 26. *Vidi, & fertilis ager factus eſt ſolitudo; om-*
nes ejus urbes corruunt, propter Dominum & iram ejus vehementem.
27. *Hæc enim dicit Dominus: univerſa terra devaſtabitur; ſed non omnia*
hæc ſunt, quæ ſum facturus. 28. *Propterea lugebit terra, & cœli deſuper*
obſcurabuntur. Ego enim, quid cogitem, declaravi; non mutabo ſenten-
tiam, nec ab eâ recedam. 29. *Diffugêre urbes ad ſonitum equitis & ſagitta-*
rii; venêre ad denſa nemora, rupes aſcendunt; cunctæ civitates relinquun-
tur, nec ſunt in eis habitatores. 30. *Tu autem, cùm vaſtaberis, quid profi-*
cies, purpuram induens, veſtiens te ornatibus aureis, vel ſtibio dilatans ocu-
los tuos? Operam ludes, te pulchram faciens; nam tui te amatores contem-
nunt, & vitam tuam ipſam petunt. 31. *Ecce enim vocem audio, quaſi par-*
turientis, ut ejus quæ cruciatur primogenitum pariens; ego vocem filiæ Sion
anhelantis, & manus ſuas expandentis. Hei mihi! anima mea collabitur,
propter interfectos.

מה תעשי כי תלבשי שני · כי תעדי
עדי זהב · כי תקרעי בפוך עיניך ·
לשוא תתיפי · מאסו בך עגבים ·
נפשך יבקשו : 31. כי קול כחולה
שמעתי צרה כמבכירה · קול בת
ציון תתיפח תפרש כפיה · אוי נא
לי · כי עיפה נפשי להרגים :

---

1. ...אם תשוב : Satis miramur, pleroſque Interpretes convertiſſe, *ſi reverteris, ad me revertere*, nec vidiſſe tali interpretatione otioſam fieri ſententiam, ut neque alteri ſententiæ, *non dimoveberis*, parallelam. Dico 1°. otioſam fieri ſententiam. Neque enim Iſrael reverti poteſt, niſi ad Dominum Deum ſuum, atque adeò inutiliter adderet Jeremias, *ad me revertere*; 2°. Non parallelam ſententiæ, *non dimoveberis*, quia tangitur in utrâque alia & alia res; nempe in unâ tangitur converſio morum, in alterâ ſtabilitas Reipublicæ Judæorum. Credidimus primùm, ſcriptum fuiſſe תשוב, pro תבוש, *non erubeſces.* Sed quia id non ſatis reſpondet verbo תשוב, anteferimus תשב, *habitabis*, עלי, *apud me*; non אלי.

2. ...והתברכו בו גוים, *& in Domino benedicent ſibi gentes.* Neceſſe nobis fuit ponere in oratione Latinâ, *in Domino*, pro *in eo*, ne pertineret *eo* ad *jusjurandum*, quod anteceſſit. Sententia eſt, optabunt ſibi gentes eadem bona, quæ præſtiterit populo ſuo Deus Iſrael, nec eum non laudare poterunt, qui tantam pacem proſperitatemque faciat eis, qui ſe colunt.

3. נירו לכם ניר, *novate vobis novale*; hoc eſt, ut rectè Grotius, repurgate agrum cordis. In eandem ſententiam mox dicitur, *auferte præputia cordis veſtri.* Conveniunt ſibi invicem, non modò ſententiæ, ſed ipſa verba. Etenim ערל, *præputium*, dicitur, ut de carne, ita etiam de arboribus & agris, & notat id omne, quod retardat, vel relaxat conſuetas naturæ vires.

5. ותקעו, *& ſonate* (*buccinâ.*) Perperàm תקעי, Maſora, numero ſing. fem. cùm antecedant tria verba pluralia, totidem ſubſequantur, quæ Maſora, ut ſunt, reliquit.

6. העיזו, *viriliter agite.* Meliùs העוזו, vel העזו, ſine ו medio. Itaque etiam circulo animadvertunt Codices, & habet Codex Reg. 29. העזו, ſcriptione uſitatiore.

10. אכן שאת השאת לעם הזה, *certè decipiebas populum iſtum.* Talis fuit mos ſcribendi Sacrorum Scriptorum. Cenſebatur Deus facere quæcunque non avertebat, tàm mala naturalia, quàm eorum cauſam ex improbitate natam; quia jam olim mala utriuſque generis Deus, vel averterat, vel ultus fuerat, ope miraculorum, cùm populum ſuum Iſrael vellet præſtare, vel ſanctum, vel immunem calamitatis.

11. רוח צח שפים : Hæc aliter atque aliter legunt Veteres. In mendo eſt hod. ſcriptura, eoque

eoque duplici. 1°. in vocabulo צח, quod Vulgatus *urens*, ſed ſolus. Non licet per ea, quæ ſequuntur, ventum notari *qualem*. Nam poſt dicitur qualis non ſit futurus in his verbis, *non ventilandi cauſâ...* Deinde qualis futurus in illis, *ventus vehemens*, v. 12. 2°. in vocabulo שפים, *colles*, ſine præpoſitione poſito. Græci Intt. *πνεῦμα πλανήσεως*, *ſpiritus erroris*, quia legunt רוח השגגים, ſed ſententiâ prorſus alienâ. Chaldæus, pro צח, habet טיהרין, *meridianus;* deinde, pro שפים, vel שפיים, ponit, על רישי נגדין דמיין, *ſuper capita fluentorum aquarum*, quæ verba, ut nihil dicunt, ita demonſtrant, eum jungere voluiſſe duplicem ſcripturam, alteram צח pravam, alteram על germanam. Nos illud על revocamus, ut præpoſitionem, quæ regit שפים, *editos locos*. Syrus, בשבילא, *in viis*, quomodò & Vulgatus, uterque non omittens præpoſitionem. Licet etiam convertere שפים, *planitiem*, ex poteſtate Syriacâ.

12. מאלה, *ex illis*, nempe שפים, *collibus*, per quos venturus erat exercitus Aſſyriorum. ...יבוא לי, *veniet mihi*. Malè, *mihi;* neque enim Deus hîc loquitur, ſed homines inducuntur loquentes, ut liquet ex יאמר, *dicetur*. Itaque legendum לו, *in eum* (*populum*) quomodò Chaldæus ponit עליהון, *contra eos*. Deinde ועתה, non ſine nexu, *nunc autem*, quomodò Græci Intt. *νῦν δὲ*.

15. ...קול מגיד מדן ומשמיע און, *vox annuntiantis ex Dan, & audire facientis dolorem*. Si nomen און commune eſt duobus verbis משמיע & מגיד, delendum eſt ו ante משמיע, ut ſit *ἀσύνδετον*, quod uſurpari ſolet, cùm prius membrum abſolvitur in poſteriore. Sed ne credatur eſſe *ἀσύνδετον*, obſtant duo verba *Dan* & *Ephraim*, diſtributè poſita, & diverſi ſignificatûs, quæ poſtulant ſuum cuique adjunctum nomen. Itaque credibile eſt, olim ſcriptum fuiſſe קול מגיד שד מדן, *vox annuntiantis vaſtationem ex Dan*, & omiſſum fuiſſe שד ante מד litteras ſimiles, & poſt מגיד, verbum ſimiliter deſinens. Deinde membrum poſterius ſic habuiſſe, ומשמיע שאון מהר, *& audire facientis tumultum ex monte* (*Ephraim;*) & omiſſam fuiſſe litteram ש vocabuli שאון, propter ejus ſimilitudinem cum litterâ ע, quæ proximè antecedit. Græci Intt. conſtituunt duo membra, ſeparatis ſententiis, hoc modo: *vox annuntiantis è Dan veniet, & audietur dolor de monte Ephraim*. Relinquunt ſine caſu verbum activum מגיד. Cæteri Interpretes titubant, ut fieri ſolet in lubricâ ſcripturâ: vide eos, ſi juvat, in Polyglottis.

16. נצרים, ad verbum ipſum, *cuſtodes*. Sed ii cuſtodes aguntur, qui exercitum antecedunt, & quos Cæſar in ſuis Commentariis nominat *anteceſſores*, vel *antecurſores*.

19. אוחולה, *crucior*. Maſora, אוחילה. Codex Reg. 29. אוחלה; ſic etiam Reg. 3. & Orat. 53. ...קירות: Lege וקירות, *& ſepta*, vel *interiora* (*cordis mei*,) ut notavimus ad *Num. cap. 35. v. 4*. Non omittunt nexum ו Syrus & Græci Intt. quem neceſſe eſt non omitti, ut קירות nectatur cum iis quæ antecedunt, & ut alterum membrum incipiat in verbo הומה: vide & attende. ...שמעתי: Rectè Maſora שמעת, *audivit*, נפשי, *anima mea*, ſive *ego ipſe*.

28. על כי, *propterea quòd*. Omittimus על, quod videtur ex ממעל malè iteratum; nec unquam venit particula על כי, niſi ubi mendi ſuſpicio eſt; fortè legendum, על כן.

30. ואתי שדוד, *tu autem vaſtata*. Rectè Maſora אתה; ſed poſt legendum שדודה, genere fem. quod poſtulat תעשי, *facies*, ejuſdem generis.

CAPUT V.

Non parcam Jeruſalem... Falsò jurant, vivit Dominus. Ut equi benè paſti, ad uxorem proximi ſui hinniunt; ſpernunt Prophetas. Ego adducam contra eos de terrâ longinquâ gentem, cujus Linguam non intelligent, quæque eos abſumet....

1. *Circuite vias Jeruſalem & conſiderate; nunc videte etiam atque etiam, & inquirite per ejus plateas, an ſit homo, qui colat æquitatem, vel requirat veritatem, ut ego ei parcam.* 2. *Certè enim, cùm dicunt, vivit Dominus, jurant inane jusjurandum.* 3. *Omninò, Domine, oculi tui fidem reſpiciunt. Tu eos verbe-*

1. שוטטו בחוצות ירושלם
וראו נא ודעו · ובקשו ברחובותיה ·
אם תמצאו איש אם יש עשה
משפט מבקש אמונה · ואסלח לה :
2. ואם חי יהוה יאמרו · לכן לשקר
ישבעו : 3. יהוה עיניך הלוא
לאמונה · הכיתה אתם ולא חלו ·
כליתם מאנו קחת מוסר · חזקו
פניהם מסלע · מאנו לשוב : 4.

rasti, nec doluerunt; attrivisti eos,
& noluerunt suscipere disciplinam;
frontem suam fecerunt saxo durio-
rem; negant se reversuros. 4. *Ego*
verò sic reputabam: stolidi quidem
sunt homines infimæ plebis, prop-
tereà quòd non nôrunt viam Domini,
nec Dei sui judicium. 5. *Itaque ibo*
ad Optimates, & cum eis loquar;
illi enim viam Domini non igno-
rant, nec Dei sui judicium. Tamen
illi unà jugum fregerunt, & vincula
ruperunt. 6. *Idcircò illos percutiet*
leo de sylvâ; illos vastabit lupus so-
litudinis; vigilabit pardus prope ur-
bes ipsorum, & quicunque ex illis
egredietur, lacerabitur; nimis enim
multæ sunt eorum iniquitates, alie-
nationesque ipsorum nimis obstinatæ.
7. *Quomodò ego tibi super his rebus*
indulgeam? Filii tui me reliquerunt,
& per Deos, qui non sunt, jurant.
Ego saturavi eos, illi autem adulte-
rati sunt, & convenêre domum mere-
tricis. 8. *Equi sunt saginati, qui ma-*
ne vigilant, hinniuntque ad socii cu-
jusque sui uxorem. 9. *Non-ne ego in*
hæc animadvertam, dicit Dominus;
non gentem, quæ talis est, anima mea
ulciscetur? 10. *Scandite illius mu-*
ros; subruite, nec tamen penitùs de-
lete: relinquite fundamenta ejus;
nam Domini hæc sunt. 11. *Etenim,*
domus Israel & domus Juda penitùs
in me perfidiosæ sunt, dicit Domi-
nus. 12. *Illi contra Dominum men-*
tiuntur, dicuntque, non ille est; ma-
la in nos non advenient; non videbi-
mus gladium, nec famem. 13. *Pro-*
phetæ in ventum verba jactant; nihil
est in eis, inquiunt, vel quæ loquun-
tur, hæc ipsis evenient. 14. *Hæc igi-*
tur dicit Dominus Deus exercituum:
quoniam vos talia verba protulistis,

ואני אמרתי · אך דלים הם · נואלו ·
כי לא ידעו דרך יהוה משפט
אלהיהם : 5. אלכה לי אל הגדלים
ואדברה אותם · כי המה ידעו דרך
יהוה משפט אלהיהם · אך המה
יחדו שברו עול · נתקו מוסרות :
6. על כן הכם אריה מיער · זאב
ערבות ישדדם · נמר שקד על
עריהם · כל היוצא מהנה יטרף · כי
רבו פשעיהם עצמו משבותיהם :
7. אי לזאת אסלוח לך · בניך
עזבוני וישבעו בלא אלהים · ואשבע
אותם וינאפו ובית זונה יתגודדו :
8. סוסים מוזנים משכים היו · איש
אל אשת רעהו יצהלו : 9. העל
אלה לוא אפקד נאם יהוה · ואם
בגוי אשר כזה לא תתנקם נפשי :
10. עלו בשרותיה ושחתו וכלה אל
תעשו · הסירו נטישותיה · כי לוא
ליהוה המה : 11. כי בגוד בגדו
בי בית ישראל ובית יהודה · נאם
יהוה : 12. כחשו ביהוה ויאמרו ·
לוא הוא · ולא תבוא עלינו רעה ·
וחרב ורעב לוא נראה : 13.
והנביאים יהיו לרוח · והדבר אין
בהם · כה יעשה להם : 14. לכן
כה אמר יהוה אלהי צבאות ·
יען דברכם את הדבר הזה · הנני
נתן דברי בפיך לאש והעם הזה
עצים ואכלתם : 15. הנני מביא
עליכם גוי ממרחק בית ישראל נאם
יהוה · גוי איתן הוא · גוי מעולם
הוא · גוי לא תדע לשונו · ולא
תשמע מה ידבר : 16. אשפתו
כקבר פתוח · כלם גבורים : 17.
ואכל קצירך ולחמך · יאכלו בניך
ובנותיך · יאכל צאנך ובקרך · יאכל
גפנך ותאנתך · ירשש ערי מבצריך
אשר אתה בטח בהנה בחרב :
18. וגם בימים ההמה · נאם יהוה ·
לא אעשה אתכם כלה : 19. והיה
כי תאמרו · תחת מה עשה יהוה
אלהינו לנו את כל אלה · ואמרת
אליהם · כאשר עזבתם אותי ותעבדו

ego verba mea in ore tuo dabo esse, ut ignem, populum verò istum, ut ligna; ut eos consumat. 15. *En ego in vos adducturus sum gentem remotam, domus Israel, dicit Dominus, gentem robustam eamque antiquam, cujus tu Linguam non nosces, nec, quæ loquetur, intelliges;* 16. *Cujus pharetra est ut sepulcrum patens; qui omnes sunt viri fortes.* 17. *Illi absument messes tuas & tuos cibos; illi filios tuos & filias exstinguent; illi oves tuas bovesque devorabunt; illi etiam vites & ficus; illi denique urbes tuas munitas, quibus confidis, ferro exscindent.* 18. *Sed in diebus illis, dicit Dominus, nondum omnia hæc erunt, quæ sum facturus.* 19. *Et cùm dicent; quid causæ fuit, cur Dominus Deus noster omnia hæc nobis faceret, tu eis respondebis: quemadmodùm vos me repulistis, & Diis alienis in terrâ vestrâ serviistis, sic vos in terrâ eâ, quæ vestra non erit, alienis servietis.* 20. *Hæc perferte ad domum Jacob; hæc in Juda promulgate, talibus verbis:* 21. *Audiat hæc hodie populus stolidus, qui cor non habet; qui habet oculos, nec videt; qui aures, nec audit.* 22. *Ergò-ne vos me non timebitis, dicit Dominus, nec ad vultum meum pavebitis, qui perpetuâ lege constitui arenas mari terminum futuras, quem non transiliet; ut quantumvis licet infremat, nihil proficiat, nec eum superent fluctus ejus, quantumlibet concitati;* 23. *Est populo huic cor inobsequens ac rebelle;* 24. *Aversi sunt & abierunt; nec dicunt apud semetipsos, timeamus Dominum Deum nostrum, qui misit nobis imbres opportunos, tam vernos, quàm autumnales, nec tempora messis septena interrupit?* 25. *Hæc disturbaverunt vestræ iniquitates; peccata vestra vos fecerunt expertes bonorum.* 26. *Quippe apud populum meum homines nequam reperiuntur, homines qui aucupantur, ut cùm retia ponunt; qui perniciem struunt, & homines venantur.* 27. *Ut enim cavea plena est avibus, sic ædes eorum sunt plenæ furto ablatis; itaque etiam magni effecti sunt & prædivites.* 28. *Pingues & obesi facti sunt; ideò prorumpunt ad verba iniquitatis, nec dant pupillo judi-*

אלהי נכר בארצכם · כן תעבדו זרים
בארץ לא לכם :
20. הגידו זאת בבית יעקב
והשמיעוה ביהודה לאמר : 21.
שמעו נא זאת עם סכל ואין לב ·
עינים להם ולא יראו · אזנים להם
ולא ישמעו : 22. האותי לא
תיראו · נאם יהוה · אם מפני לא
תחילו · אשר שמתי חול גבול לים
חק עולם ולא יעברנהו · ויתגעשו
ולא יוכלו והמו גליו ולא יעברנהו :
23. ולעם הזה היה לב סורר ומורה ·
סרו וילכו : 24. ולוא אמרו
בלבבם · נירא נא את יהוה אלהינו
הנתן גשם ויורה ומלקוש בעתו ·
שבעת חקות קציר ישמר לנו :
25. עונותיכם הטו אלה · וחטאותיכם
מנעו הטוב מכם : 26. כי נמצאו
בעמי רשעים · ישור כשך יקושים ·
הציבו משחית אנשים ילכדו : 27.
ככלוב מלא עוף כן בתיהם מלאים
מרמה · על כן גדלו ויעשירו : 28.
שמנו עשתו גם עברו דברי רע · דין
לא דנו דין יתום ויצליחו · ומשפט
אביונים לא שפטו : 29. העל אלה
לא אפקד · נאם יהוה · אם בגוי אשר
כזה לא תתנקם נפשי : 30. שמה
ושערורה נהיתה בארץ : 31.
הנבאים נבאו בשקר · והכהנים ירדו
על ידיהם · ועמי אהבו כן · ומה
תעשו לאחריתה :

cium : nam eis omnia succedunt ; nec pauperum causam dijudicant. 29. *An*
ego in hæc non animadvertam , dicit Dominus. An gentem , quæ talis
est , anima mea non ulciscetur ? 30. *En patrantur in terrâ operum por-*
tenta , quæ tu perhorrescas. 31. *Prophetæ per mendacium vaticinantur ,*
dantque eis dexteras Sacerdotes , neque verò etiam hæc populo non placent.
Namquid igitur in posterum facturi estis ?

---

1. ואסלח לה : Nos , *ut ego ei (civitati) parcam ;* sive ut causa aliqua subesse possit , cur parcam civitati , propter justos homines paucos , quos tu in eâ repereris. Non negat Deus , esse in urbe Jerusalem aliquem justum ac religiosum. Erant enim Prophetæ illi , de quibus infrà , quorum verba Judæi contemnebant , & quos æquum est credere , fuisse Jeremiæ similes. Propterea non jubetur Jeremias , inquirere in singulas domos , sed tantùm in *vias* & in *plateas* , in quibus, propter multitudinem impiorum, non apparebat species ulla religionis ac pietatis. Itaque non promittit Deus , se urbi parciturum , si justi quidam in eâ reperientur ; negat tantùm , subesse causam cur parcat , quia obtinet ubique impietas.

2. לשקר ישבעו , *jurant inane jusjurandum* , sive proferunt verbum sine re , cùm dicunt , *vivit Dominus* , quia sic vivunt , quasi qui non credant *vivere* Dominum. Sic sæpè לשקר , significat *vanè ac inutiliter.*

3. הכיתה , *verberasti.* Circulo superno castigatur ה in Codicibus , & meliùs הכית , formâ solitâ. Sæpe illud ה in oratione luxuriatur , scribendi vitio , non Linguæ indole.

4. דלים הם • נואלו : Tolle interpunctionem minorem post הם , post נואלו meliùs collocandam. Series enim sic continuatur , *pauperes , illi stolidi sunt...*

7. אסלוח , *parcam.* Rectè Masora , אסלח , ut suprà v. 1. Nulla ratio Grammatica postulat istud ו in Futuro Epentheticum.

8. מוזנים , *pasti* , vel *benè pasti.* Vult Masora מיזנים ; malè , ut observat Lud. Cappellus. Radix est , vel זון , vel יזן ...משכים : Potiùs משכימים , *mane surgentes* , ut rectè Grotius. Hieronymus hæc habet in hunc locum : » Omnes consonâ voce ἕλκοντες , id est , *trahentes* , trans- » tulerunt , ut ostendatur magnitudo genitalium , juxta illud Ezechielis , *quasi asinorum carnes ,* » *eorum carnes.* « Hieronymum sequitur Lud. de Dieu : » Equi (inquit) benè pasti , & pro- » ducentes , supple membrum genitale , quod honoris causâ subticetur , quia ex materiâ sub- » jectâ satis intelligitur. « Nos huic sententiæ non accedimus , tum quia nullum simile exemplum affertur , tum quiaHebræorum non est hæc consuetudo , ut vocabula quædam in oratione, *honoris causâ* , reticeant. Ista interpretatio nata videtur , ex mendo משכים , nec ad eam tamen confugit Chaldæus , qui posuit , אחרין , *moram facientes.*

10. הסירו נטישותיה • כי לוא ליהוה המה , *auferte pinnas murorum ejus , quia non sunt Domini.* Nos... השאירו השתותיה • כי ליהוה המה , *relinquite fundamenta ejus , quia Domini sunt.* Ita cum Græcis Syrus & Arabs , quos vide in Polyglottis. Significatum *pinnas* vocabuli נטישות , quem probat Junior Buxtorfius in Lexico suo , non hîc convenire liquet ex eo , quòd mox dictum est , *ascendite muros & diruite.* Nec verò alibi reperitur talis significatus. Imò Buxtorfius Pater posuit in suis Concordantiis *propagines* , non *pinnas.* Sed neque in orationem induci licet *propagines* , ubi agitur civitas , & civitatis propugnaculum. Notum est ex Sacrâ Historiâ , reliquisse Chaldæos Jerusalem murorum fundamenta ; itaque id futurum Jeremias vaticinatur.

13. והדבר אין בהם , *& verbum non est in eis.* Intellige verbum prophetiæ , seu verbum Domini. ...כה יעשה להם , *sic fiat illis ;* hæc idem sunt , atque id proverbium , *hæc faciat Dominus , & hæc addat* , optantibus impiis , ut adveniant in ipsos Prophetas mala hæc , quæ Prophetæ denuntiant.

17. יאכלו בניך , *vorabunt* , vel *exstinguent filios tuos.* Lege יאכל , numero sing. ut legit Syrus ; quippe idem numerus habetur in antecedente membro , & in cæteris consequentibus.

22. ויתגעשו : Legendum ויתגעש , *& fremet (mare ;)* quod vel ipsum declarat affixum singulare , quod habet גליו , *fluctus ejus.* Iteratum fuit ו per imprudentiam , ante ולא , quod subsequitur. ...יעברנהו : Lege יעברוהו , *transilient eum (terminum)* גליו , *fluctus ejus.* Non admittit litteram נ *Epentheticam* verbum עבר , *transire.*

31. לאחריתה , *in posterum.* Etiam hîc luxuriatur ה in fine , quod posuerit Scriba , malè geminans litteram primam verbi העו , quod sequitur , antequàm notarentur in Codicibus interpunctiones , & cùm utrumque ה legeretur unum alterî proximum.

CAPUT VI.

Urbs Sion aggere vallabitur... Quem conteſtabor, ut audiat?... Sacerdotes & Prophetæ dicunt, pax, pax, & non erit pax. Quare affertis ad me thus & aromata? Holocauſta veſtra mihi non placent. Omnes facti ſunt, ut æs ac ferrum, quod igne purgare nequicquam velis.

1. *Congregamini extra Jeruſa-*
lem, filii Benjamin; clangite tubâ
in Thecue, & erigite in Bethaca-
rem vexillum; apparet enim ex aqui-
lone malum, & ruina ingens. 2. *Ego*
paſcuo amœno ſimilem feci filiam
Sion. 3. *Quippe in eam venerunt*
paſtores & greges eorum; tentoria
prope illam ſua fixerunt, & circum
eam paſcunt ſuo quiſque in loco.
4. *Parate contra eam certamen; agi-*
te, proficiſcamur ad meridiem. Heu!
malè actum eſt nobiſcum, quòd incli-
net dies, & quòd veſpertinæ umbræ
creſcant. 5. *Agite verò; nocte ipsâ*
proficiſcamur, & arces ejus everta-
mus. 6. *Hæc enim dicit Dominus*
exercituum: cædite ligna, & contra
Jeruſalem fundite aggeres. Hæc illa
eſt plectenda civitas, in quâ oppreſ-
ſiones ad ſummum creverunt. 7. *Quo-*
modò enim ex puteo aquæ ſcaturiunt,
ita ebulliunt ex eâ pravitates; au-
diuntur in eâ iniquitates & rapinæ,
nec deſinunt eſſe coram me vulnera &
plagæ. 8. *Emendare, Jeruſalem, ne*
alienetur à te anima mea; ne ego te
reddam ſolitudinem, ne terram ſine
habitatore. 9. *Hæc dicit Dominus*
exercituum; quomodò leguntur in
vineâ racemi, qui ſuperfuerunt, ita
fiet reliquiis Iſrael. Reduc manum
tuam, ut vindemiator, ad propagi-
nes. 10. *Quem ego alloquar, aut*

1. העזו בני בנימן מקרב
ירושלם ובתקוע תקעו שופר ועל
בית הכרם שאו משאת · כי רעה
נשקפה מצפון ושבר גדול : 2.
הנוה והמענגה דמיתי בת ציון :
3. אליה יבאו רעים ועדריהם תקעו
עליה אהלים סביב · רעו איש את
ידו : 4. קדשו עליה מלחמה ·
קומו ונעלה בצהרים · אוי לנו כי
פנה היום כי ינטו צללי ערב : 5.
קומו ונעלה בלילה · ונשחיתה
ארמנותיה :
6. כי כה אמר יהוה צבאות
כרתו עצה ושפכו על ירושלם
סללה · היא העיר הפקד כלה עשק
בקרבה : 7. כהקיר בור מימיה
כן הקרה רעתה · חמס ושד ישמע
בה · על פני תמיד חלי ומכה : 8.
הוסרי ירושלם פן תקע נפשי ממך ·
פן אשימך שממה ארץ לוא
נושבה :
9. כה אמר יהוה צבאות · עולל
יעוללו כגפן שארית ישראל · השב
ידך כבוצר על סלסלות : 10. על
מי אדברה ואעידה וישמעו · הנה
ערלה אזנם ולא יוכלו להקשיב ·
הנה דבר יהוה היה להם לחרפה ·
לא יחפצו בו : 11. ואת חמת
יהוה מלאתי · נלאיתי הכיל · שפך
על עולל בחוץ ועל סוד בחורים
יחדו · כי גם איש עם אשה ילכדו ·
זקן עם מלא ימים : 12. ונסבו
בתיהם לאחרים שדות ונשים יחדו ·
כי אטה את ידי על ישבי הארץ ·

quem conteſtabor , ut audiat ? En
aures eorum ſunt incircunciſæ , nec
audire poſſunt : en verbum Domini
pro contumeliâ ducunt , nec in eo ac-
quieſcunt. 11. *Ergò iram meam ex-*
plebo ; defeſſus ſum, hæc ferens. Ego
iram meam effundam , & in parvulos
foris , & in cœtus juvenum ſecretos ;
ut maritus , ita & uxor capietur ; ut
vir maturæ ætatis , ita & ſenex gran-
dævus. 12. *Cedent alienis ædes ipſo-*
rum , ſimul agri & mulieres , cùm
extendam manum meam in terræ ha-
bitatores , dicit Dominus. 13. *Uni-*
verſi enim , ab humilibus ad magna-
tes , avaritiæ penitus dediti ſunt , à
prophetâ uſque ad ſacerdotem , frau-
des moliuntur. 14. *Illi verò vulneri-*
bus filiæ populi mei levem adhibent
medicinam , cùm dicunt iterum atque
iterum , pax erit ; neque enim pax
futura eſt. 15. *Erunt ignominiâ coo-*
perti , quia ſcelera fecerunt ; neque
erit ut erubeſcant ; nam pudorem
non nôrunt. Ergò concident , cùm
eorum adducam ruinam ; penitùs ca-
dent , cùm viſitabo eos , dicit Do-
minus. 16. *Hæc dicit Dominus :*
conſiſtite in viis , & videte ; ſciſcita-
mini de ſemitis antiquis , quænam ſit
via bona , ut eam ſequamini , & aſſe-
quamini animæ veſtræ quietem. Illi
reſpondent : nos eam non ſequemur.
17. *Ego igitur excitabo contra vos*
exploratores. Audite ſonitum tubæ.
Illi contrà , non audiemus. 18. *Ergo*
hæc audite , gentes , & cognoſcite
hoc meum contra eos teſtimonium.
19. *Audi terra. En ego in populum*
iſtum adducturus ſum mala , in qui-
bus fructus erit cogitationum ipſo-
rum , quia verba mea non audie-
runt , legemque meam poſthabuerunt.
20. *Quorſum hæc ad me afferuntur ,*

נאם יהוה : 13. כי מקטנם ועד
גדולם כלו בוצע בצע · ומנביא ועד
כהן כלו עשה שקר : 14. וירפאו
את שבר בת עמי על נקלה לאמר ·
שלום שלום · ואין שלום : 15.
הובישו כי תועבה עשו · גם בוש
לא יבושו · גם הכלים לא ידעו · לכן
יפלו בנפלים · בעת פקדתים יכשלו ·
אמר יהוה : 16. כה אמר יהוה ·
עמדו על דרכים וראו · ושאלו
לנתבות עולם אי זה דרך הטוב
ולכו בה · ומצאו מרגוע לנפשכם ·
ויאמרו · לא נלך : 17. והקימתי
עליכם צפים · הקשיבו לקול שופר ·
ויאמרו · לא נקשיב : 18. לכן
שמעו הגוים · ודעי עדה את אשר
בם : 19. שמעי הארץ · הנה
אנכי מביא רעה אל העם הזה פרי
מחשבתם · כי על דברי לא הקשיבו
ותורתי וימאסו בה : 20. למה
זה לי לבונה משבא תבוא וקנה
הטוב מארץ מרחק · עלותיכם לא
לרצון · וזבחיכם לא ערבו לי :
21. לכן כה אמר יהוה · הנני נתן
אל העם הזה מכשלים · וכשלו בם
אבות ובנים יחדו · שכן ורעו
יאבדו :

22. כה אמר יהוה · הנה עם
בא מארץ צפון וגוי גדול יעור
מירכתי ארץ : 23. קשת וכידון
יחזיקו · אכזרי הוא ולא ירחמו ·
קולם כים יהמה ועל סוסים ירכבו ·
ערוך כאיש למלחמה עליך בת
ציון : 24. שמענו את שמעו ·
רפו ידינו · צרה החזקתנו חיל
כיולדה : 25. אל תצאי השדה
ובדרך אל תלכי · כי חרב לאיב
מגור מסביב : 26. בת עמי חגרי
שק והתפלשי באפר · אבל יחיד ·
עשי לך מספד תמרורים · כי פתאם
יבא השדד עלינו : 27. בחון
נתתיך בעמי מבצר · ותדע ובחנת
את דרכם : 28. כלם סרי סוררים
הלכי רכיל · נחשת וברזל כלם ·

משחיתם המה ׃ .29 נחר מפח
מאשתם עפרת · לשוא צרף צרוף
ורעים לא נתקו ׃ .30 כסף נמאס
קראו להם · כי מאס יהוה בהם ׃

thus de Saba, & de terrâ longinquâ
ſuavium calamus odorum? Holo-
cauſta veſtra non placent, nec ſacrifi-
cia veſtra me juvant. 21. *Hæc igitur*
dicit Dominus: Ego apud populum
iſtum ponam offenſiones, in quibus corruent & patres & filii ſimul, in quibus
ſocius vicinuſque ejus peribunt. 22. *Hæc dicit Dominus: En populus ex*
terrâ aquilonis adventurus eſt; en populus ingens imminebit de terræ finibus.
23. *Illi arcum tenent & lanceam; illi crudeles ſunt, nec miſericordiâ moven-*
tur; voces eorum, ut mare, fremunt; equis vehuntur; illi, ut vir bellator,
veniunt parati ad pugnandum tecum, filia Sion. 24. *Nos eorum famam au-*
divimus; manus noſtræ deficiunt; nos premunt anguſtiæ; nos, dolores, ut
parientis. 25. *Noli exire in agros; noli ingredi per viam; hoſtis enim gladii*
terribiles circùm ambiunt. 26. *Indue ſaccum, filia populi mei; volutare in*
pulvere; detrude te in luctum; ede planctum acerbitatis, ut in filio primo-
genito; nam repente venit in nos devaſtator. 27. *Ego te dedi ſpeculatorem*
populi mei & exploratorem. Tu eos cognoſces; tu eorum vias habebis perſ-
pectas. 28. *Omnes ſunt pertinaciter rebelles, omnes obtrectatores; nihil ſunt*
ampliùs, niſi æs ac ferrum; quippe omnes degenerârunt. 29. *Inardeſcit follis*
ignibus, & abſumptum eſt plumbum. Fruſtra ignes ſubjicit conflator; non
purgantur nequitiæ fæces. 30. *Nomen ſortiuntur argenti reprobati; nam eos*
abjecit Dominus.

---

1. העזו... מקרב ירושלם: Chaldæus, *migrate de medio Jeruſalem.* Non legit העזו; neque enim id verbum ſignificat *migrare*, nec *fugere*, quanquam Arias, *fugite.* Scriptum fortè habuerit, הנעו, ex נוע, *commoveri*, *diſſipari.* Nos anteferimus, העדו, ut נועדו, *congregamini*, מקרב, *de medio*, ſive *extra* (*Jeruſalem.*) Vulgatus, *in medio*, quia legebat בקרב, quam ſcripturam accommodare ad ſequentia verba vix poſſis. Hortatur enim Propheta Benjamitas, ut belli ſigna erigant in *Thecue* & in *Bethacarem*, urbibus Jeruſalem vicinis; non igitur ut intra Jeruſalem conſiſtant. Cur autem Jeremias Benjamitas potiùs, quàm Judæenſes, hortetur, non liquet. Veriſimile eſt, eum alloqui milites Benjamitas, qui tum in urbis præſidio eſſent, & per mœnia fuſi.

2. הנוה והמענגה: Legendum לנוה המענגה, *paſcuo amœno*, דמיתי, *ſimilem feci* (*filiam Sion.*) Verbum דמה, vult præpoſitionem, vel ל, vel אל, ante eam rem, cui res alia ſimilis eſſe dicitur. Pertinet *amœnum* ad *paſcuum.* Non agitur mulier *delicata*, ut liquet ex ſequentibus verbis, *paſcent* (אליה) *apud illud... greges;* nam אליה de eâdem re dicitur, de quâ המענגה. Itaque non rectè Vulgatus, *ſpecioſæ ac delicatæ.*

4. אוי לנו, *væ nobis.* Conqueruntur hoſtes appropinquantes, quòd per noctem advenientem ab itinere retardentur. Iidem, verſu inferiore, ſtatuunt vel per noctem proficiſci. Quâ ſermonis figurâ deſcribitur celeritas exercitûs Chaldæorum, atque eorum alacritas ad pugnandum contra Judæos.

6. כרתו עצה, *ſuccidite ligna.* Meliùs עצים, *ligna*, quàm עצה, *ligna ejus.* Nominaretur enim *Jeruſalem* ante, non poſt hæc verba, ſi affixum ה pertineret ad *Jeruſalem.* Quidam convertunt, *inite conſilium.* Sed caret altero exemplo verbum כרת cum עצה, *conſilio*, ſociatum.

7. בור, *puteus.* Malè Maſora ביר. Sed poſuerint Scribæ in margine ביר, cùm legerent באר, quia litteræ י & א ſimiles erant in pronuntiando.

9. השב ידך... על סלסלות, *reduc manum tuam... ad caniſtra.* 1°. non alibi סלסלות. 2°. non conveniunt *caniſtra* in ſimilitudinem, quæ hîc adhibetur. Nam vindemiator, ſi vult racemos colligere, quos in vineâ reliquerat, *reducit* manum ſuam ad vineam, non ad *caniſtra.* Itaque amplectenda ſcriptio זלזלות, quam ſequitur Syrus, qui convertit בוערא, *racemationes.* Idem videtur זלזלות, atque זלזלים, *palmites:* vide *Iſ. cap. 18. v. 5.*

11. ואת חמת יהוה מלאתי, *& furore Domini plenus ſum.* Græci Intt. *καὶ τὸν θυμόν μου ἔπλησα*, ex ſcripturâ, ואת חמתי המלאתי, *& furorem meum implevi*, vel *implebo*, ex quâ deinde nata fuerit prava hæc... ואת חמת יה מלאתי; poſteà in hod. Codicibus ex יה ortum fuerit יהוה. Hæc verba eſſe

Dei loquentis, sequentia hæc demonstrant, *defessus sum hæc ferens*, quæ Deo, non Prophetis, tribuere solent Sacri Scriptores. Et verò, si hæc essent Jeremiæ, nihil significaret שפך, *effunde*, in quo verbo Interpretes nihil mendi suspicantur, & debuisset Jeremias dicere, *effundere* (*ira mea.*) Sed legendum, cum Græcis Intt. אשפך, *effundam*, Deo continuante sermonem. Nempe Græci, ἐκχεῶ, *effundam*, quos Arabs rectè imitatur suprà & infrà, hoc modo: *plenus sum irâ meâ... & effundam.* ...זקן: Nos, *vir integræ ætatis*; quasi dicas, cui barba succrevit. Sic aliquandò Græci Intt. זקן, ἀνὴρ, *vir.* Opponuntur hoc loco diversæ hominum ætates, ut anteà in *homine* ac *muliere* sexus diversus. Propterea non licuit interpretari, *senex cum pleno dierum*, ne oppositio tolleretur.

15. יפלו בנפלים, *cadent inter cadentes.* Ita Arias; minùs commodè, non secus ac Vulgatus, *inter ruentes.* Nam, *cadent*, dicitur universim, atque adeò actum agit, *inter ruentes.* Græci Intt. habent ם pro affixo, *eorum*, ἐν τῇ πτώσει αὐτῶν, *in ruinâ eorum.* Nos antetulimus בהפלים, *in cadere faciendo me eos*, ut id esset parallelum alteri verbo, פקדתים, (*tempore*) *visitare me eos*, seu, quo eos visitabo.

16. לנתבות: Lege, לנתיבות, *de viis.* Non alibi legitur sine י; & habent plenum verbum Codices Reg. 29. & Orat. 42.

18. ודעי עדה את אשר בם, *& cognosce cœtus, quæ contra eos.* Symmachus habet, καὶ γνῶθι τὸ μαρτύριον τὸ ἐν αὐτοῖς, *& cognosce testimonium, quod in eis est.* Multò meliùs עדה, *testimonium*, quàm *cœtus.* Etenim *gentes* (הגוים) ad testimonium vocantur, non tantùm *cœtus* (Israel.) Cur plerique converterent, *cœtus*, causa fuit דעי, quod fuerat scribendum דעו, *cognoscite* (*gentes.*) Græci Intt. καὶ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια, *& qui pascunt greges*, ex pravâ scriptione, ורעי עדרי.

21. יאבדו, *peribunt.* Perperàm Masora ואבדו, *& peribunt.* Oratio rectè procedit sine nexu ו, quem non exhibent Veteres, ne ipse quidem Chaldæus, cui sæpe Masoretæ obsequuntur.

25. אל תצאי... אל תלכי, *ne exi... ne incede.* Masora תצאו... תלכו, numero plur. & ita omnes Veteres. Tamen rectè numero sing. fem. *in filiâ Sion*, de quâ mox v. 23. & de quâ eadem, v. 25. בת עמי, *filia populi mei.*

27. בחון: Potiùs בוחן, *speculantem*, ex בחן. Nam בחון, habet *speculam.* Scribæ posuerunt בחון, *speculam*, quia sequitur מבצר, quod solent interpretari, *urbem munitam*, qui tamen significatus huic loco est alienus. Nos, מבצר, *exploratorem*, ex Arab. significatu verbi בצר, *videre, eminus & ex alto prospicere*, ad seriem mirè accommodato.

28. משחיתם: Lege משחיתים, *corrupti*; sic vult pronomen המה, numeri pluralis.

29. מאשתם, conjunctè. Rectè Masora מאש תם, separatè. Pertinet מאש, ad suprà-dicta; *follis igne*, מפח, *inardescit*, ex פוח, *sufflare, incendere*; in *Hophal* autem, *sufflari, incendi.* Ita Symmachus & Græci Intt. *Prov. cap. 29. v. 8.* ...תם עפרת, *consumitur plumbum*: meliùs תמה, genere fem. ut *Zach. cap. 5. v. 7.* Plumbum intelligitur, quo metalla purgabantur, antequàm in usu esset hydrargyrum.

CAPUT VII.

Nolite dicere, Templum Domini, Templum Domini. Non est domus mea spelunca latronum... Noli orare pro populo isto. Non petivi ex eis holocausta tum, cùm eos Ægypto educerem; sed dixi eis, auscultate voci meæ...

1. *Hoc fuit ad Jeremiam verbum*
Domini, qui hæc ei locutus est.
2. *Consiste in foribus domûs Domini,*
& ibi verba hæc magnâ voce loquere.
Dices igitur: audite verbum Domi-
ni, omnis Juda, qui has ad portas
venitis, ut Dominum adoretis. 3. *Hæc*
dicit Dominus exercituum, Deus
Israel. Bonas facite vias vestras &
opera vestra, & per me habebitis in

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה לאמר : 2. עמד בשער
בית יהוה וקראת שם את הדבר
הזה · ואמרת שמעו דבר יהוה כל
יהודה הבאים בשערים האלה
להשתחות ליהוה : 3. כה אמר
יהוה צבאות אלהי ישראל · היטיבו
דרכיכם ומעלליכם ואשכנה אתכם
במקום הזה : 4. אל תבטחו לכם
אל דברי השקר לאמר · היכל יהוה
היכל

loco isto stabilem sedem. 4. *Nolite con-*
fidere in verbis istis inanibus, quæ dice-
re atque iterare soletis, Templum Do-
mini, Templum Domini hæc sunt.
5. *Sed si vos opera vestra & vias vestras*
bonas facietis, si jura æqua hominem in-
ter & socium ejus dividetis, 6. *Neque*
advenam, pupillum-ve, aut viduam
opprimetis, neque innoxium sangui-
nem in loco isto fundetis, nec deni-
que in perniciem vestram ad Deos
alienos ibitis; 7. *Ego stabilem se-*
dem dabo vobis in loco isto, hâc ipsâ
in terrâ, quam jam inde à multis
sæculis dedi patribus vestris. 8. *Sed*
vos spem collocatis in verbis inani-
bus, quæ nihil juvabunt, 9. *Nec fu-*
rem, nec homicidam, nec adulte-
rum, nec falsò jurantem, nec Baal
thus adolentem, nec ad Deos alie-
nos, quos non nostis, abeuntem.
10. *Nam, quòd vos hùc venitis, sta-*
tisque coram me in domo istâ, quæ
nomine meo censetur, & quòd libe-
rari optatis, ut liberum sit vobis ne-
fanda hæc patrare; 11. *An vobis vi-*
detur domus hæc, quæ nomine meo
censetur, spelunca esse latronum?
Hæc verò me non latent, dicit Do-
minus. 12. *Ite nunc ad Silo, locum*
meum antiquum, ubi collocâram no-
minis mei sedem; videte quid de eo
fecerim, propter populi mei Israel
improbitatem. 13. *Nunc igitur, quo-*
niam vos eadem opera fecistis, dicit
Dominus, neque me ad vos sine in-
termissione loquentem audistis, nec
mihi ad vos clamanti respondistis:
14. *Ego huic ædi, quæ nomine meo*
censetur, & cui confiditis; ego huic
loco, quem dedi vobis patribusque ves-
tris, sic sum facturus, ut feci Silo.
15. *Ego de meo conspectu vos eri-*
piam, ut eripui omnes fratres ves-

היכל יהוה היכל יהוה המה : 5.
כי אם היטיב תיטיבו את דרכיכם
ואת מעלליכם · אם עשו תעשו
משפט בין איש ובין רעהו : 6.
גר יתום ואלמנה לא תעשקו ודם
נקי אל תשפכו במקום הזה · ואחרי
אלהים אחרים לא תלכו לרע לכם :
7. ושכנתי אתכם במקום הזה
בארץ אשר נתתי לאבותיכם · למן
עולם ועד עולם : 8. הנה אתם
בטחים לכם על דברי השקר לבלתי
הועיל : 9. הגנב רצח ונאף והשבע
לשקר וקטר לבעל · והלך אחרי
אלהים אחרים אשר לא ידעתם : 10.
ובאתם ועמדתם לפני בבית הזה אשר
נקרא שמי עליו · ואמרתם נצלנו · למען
עשות את כל התועבות האלה :
11. המערת פרצים היה הבית
הזה אשר נקרא שמי עליו בעיניכם ·
גם אנכי הנה ראיתי · נאם יהוה :
12. כי לכו נא אל מקומי אשר
בשילו אשר שכנתי שמי שם
בראשונה · וראו את אשר עשיתי
לו מפני רעת עמי ישראל : 13.
ועתה יען עשותכם את כל
המעשים האלה נאם יהוה · ואדבר
אליכם השכם ודבר ולא שמעתם ·
ואקרא אתכם ולא עניתם : 14.
ועשיתי לבית אשר נקרא שמי עליו
אשר אתם בטחים בו ולמקום אשר
נתתי לכם ולאבתיכם · כאשר
עשיתי לשלו : 15. והשלכתי
אתכם מעל פני · כאשר השלכתי את
כל אחיכם את כל זרע אפרים :
16. ואתה אל תתפלל בעד
העם הזה ואל תשא בעדם רנה
ותפלה · ואל תפגע בי · כי אינני
שמע אתך : 17. האינך ראה מה
המה עשים בערי יהודה ובחוצות
ירושלם : 18. הבנים מלקטים
עצים והאבות מבערים את האש
והנשים לשות בצק · לעשות כונים
למלכת השמים והסך נסכים
לאלהים אחרים למען הכעסני :

tros, universum semen Ephraim. 16. Tu verò noli orare pro populo isto; noli pro eo tollere nec clamores, nec preces, vel præbere te apud me deprecatorem: neque enim erit, ut te audiam. 17. Non tu vides, quid isti homines & in urbibus Juda faciant, & in Jerusalem vicis? 18. Filii ligna colligunt, patres eorum ignem accendunt, mulieres massam subigunt, ut Reginæ cœli faciant placentas, & ut Diis alienis libamina fundant, mihique molestiam afferant. 19. An putant, dicit Dominus, mihi, non autem sibi ipsis inde esse dolendum, unde ipsorum vultus erubescent? 20. Ergò hæc dicit Dominator Dominus: en furor meus, quantus est, super istum locum effundetur, & in homines, & in jumenta, & in agri arbores, & in terræ fruges, & usque eò accendetur, ut non exstinguatur. 21. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel; holocausta vestra promiscuè habete cum victimis vestris pacificis, atque eorum edite carnes. 22. Neque enim ego patribus vestris, cùm eos Ægypto eduxi, hæc locutus sum, neque eis quidquam mandavi de holocausto, vel de victimâ pacificâ. 23. Sed eis tantùm præcepi, ut vocem meam audirent, propterea ut ego essem Deus vester, vos autem populus meus; & ut, cùm omnes vias, de quibus vobis præcepi, sequeremini, feliciter ageretis. 24. Illi autem non audierunt, nec aurem docilem præbuerunt, sed sua ipsorum instituta secuti sunt, & perditas cordis sui libidines, & terga mihi, non faciem, verterunt. 25. Ego autem, jam inde ex quo patres vestri Ægypto egressi sunt, misi ad eos omnes servos meos prophetas, misi eos citò,

19. האתי הם מכעיסים נאם יהוה·
הלוא אתם·למען בשת פניהם :
20. לכן כה אמר אדני יהוה·הנה
אפי וחמתי נתכת אל המקום הזה
על האדם ועל הבהמה ועל עץ
השדה ועל פרי האדמה·ובערה
ולא תכבה : 21. כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל·עלותיכם ספו
על זבחיכם·ואכלו בשר : 22. כי
לא דברתי את אבותיכם·ולא
צויתים·ביום הוציא אותם מארץ
מצרים·על דברי עולה וזבח :
23. כי אם את הדבר הזה צויתי
אותם לאמר·שמעו בקולי והייתי
לכם לאלהים·ואתם תהיו לי לעם·
והלכתם בכל הדרך אשר אצוה
אתכם·למען ייטב לכם : 24. ולא
שמעו ולא הטו את אזנם·וילכו
במעצות בשררות לבם הרע·ויהיו
לאחור ולא לפנים : 25. למן
היום אשר יצאו אבותיכם מארץ
מצרים עד היום הזה·ואשלח
אליכם את כל עבדי הנביאים יום
השכם ושלח : 26. ולוא שמעו
אלי·ולא הטו את אזנם·ויקשו את
ערפם·הרעו מאבותם : 27.
ודברת אליהם את כל הדברים
האלה·ולא ישמעו אליך·וקראת
אליהם·ולא יענוכה : 28. ואמרת
אליהם·זה הגוי אשר לוא שמעו
בקול יהוה אלהיו ולא לקחו מוסר·
אבדה האמונה ונכרתה מפיהם :
29. גזי נזרך והשליכי·ושאי על
שפים קינה·כי מאס יהוה ויטש
את דור עברתו : 30. כי עשו
בני יהודה הרע בעיני נאם יהוה·
שמו שקוציהם בבית אשר נקרא
שמי עליו לטמאו : 31. ובנו במות
התפת אשר בגיא בן הנם לשרף
את בניהם ואת בנתיהם באש·
אשר לא צויתי ולא עלתה על לבי :
32. לכן הנה ימים באים·נאם
יהוה·ולא יאמר עוד·התפת וגיא
בן הנם·כי אם גיא ההרגה·וקברו

בתפת מאין מקום ׃ .33 והיתה
נבלת העם הזה למאכל לעוף
השמים ולבהמת הארץ · ואין
מחריד ׃ .34 והשבתי מערי יהודה
ומחצות ירושלם קול ששון וקול
שמחה קול חתן וקול כלה · כי
לחרבה תהיה הארץ ׃

nec intermiſi. 26. Illi autem me non
audierunt, nec aurem docilem dede-
runt; cervicem ſuam rigidam fece-
runt; facti ſunt patribus ipſorum pe-
jores. 27. Tu eis hæc omnia verba lo-
cutus es, nec te audierunt: Tu eos
magnâ voce inclamaſti, nec reſpon-
derunt. 28. Ergò hæc eis dices: Hæc
natio, quæ non audit vocem Domini Dei ſui, nec ſuſcipit diſciplinam, periit
apud eos veritas, & ex ore eorum ſublata eſt. 29. Tonde capillos tuos, &
projice eos; tolle in editis locis voces flebiles; abjecit enim Dominus, & re-
liquit generationem ſibi inviſam. 30. Quippe filii Juda coram me ſcelera fe-
cerunt, dicit Dominus; idola ſua poſuerunt hâc ipſâ in æde, quæ nomine
meo cenſetur, ut eam inceſtarent. 31. Topheth altaria ſtruxerunt, quæ ex-
tant in valle filii Hennom, ut ibi filios ſuos & filias igne comburant, quæ
ego non mandavi, nec tale quicquam venit in mentem meam. 32. En igitur
dies veniunt, dicit Dominus, cùm Tophet non ampliùs nominabitur, nec To-
phet, nec vallis filii Ennom, ſed vallis internecionis; & Topheth pro ſepulturâ
erit, quia deerit locus. 33. Cadavera populi iſtius pabula erunt cœli volucri-
bus & terræ beſtiis, quas nemo erit, qui exterreat. 34. Ego ab urbibus Juda
& à vicis Jeruſalem tollam voces hilares lætoſque clamores, & vocem ſponſi
& vocem novæ nuptæ, quoniam erit in terrâ vaſtitas.

---

3. ...ואשכנה אתכם: Nos, *& per me habebitis... ſtabilem ſedem:* Verbum de verbo, *habitare faciam vos.* Verbum שכן ſæpe ſic ſignificat *habitare*, ut perpetuum domicilium habere, in quo ſignificatu habet גור, *commorari*, ut oppoſitum, quia גור de commoratione advenæ dicitur, non de Indigenæ habitatione. Grotius monet in Hebræo haberi, *& faciam vos habitare in loco iſto*, ſive faciam ne migretis; quam nos ſententiam in Verſione exhibemus; ſed tamen per Hebræum ipſum licet interpretari, *habitabo vobiſcum*, ut fecit Vulgatus.

4. היכל יהוה המה, *Templum Domini hæc ſunt.* Pertinet המה ad ipſas Templi fores, in quibus Jeremias conſiſtere juſſus eſt, & ad earum ædificationem & ornamenta. Sic in Evangelio Chriſtus Dominus, *videtis hæc omnia*, Templum digito monſtrans, in quo non relinquendus erat *lapis ſuper lapidem.* Porrò Græci Intt. bis tantùm exhibent *Templum Domini*, atque eos ſequuntur Syrus & Arabs. Sed Chaldæus & Vulgatus idem ter legebant. Nos idem bis enuntiamus in ipſis verbis, tertium verò per verbum, *iterare*: vide Verſionem.

5. אם עשו תעשו, *ſi faciendo feceritis.* Legitima ſcriptio eſt, ...אם עשות, *ſi faciendo...* Omiſſum fuit ת ex altero ת ſubſequenti. Non ſemel hoc ipſo in capite legitur עשות, in modo Infinito; ut credere non liceat, ſcripſiſſe עשו Jeremiam. Mendum tale ortum videtur ex Syris Deſcriptoribus; habet enim Syriaca Lingua verba quædam, quæ in ו deſinunt in modo Infinito.

8. & 9. להועיל ׃ גנב: Tolle punctum majus, quod malè disjungit Infinitum modum à ſuo nominativo: verbum pro verbo, *ad non proficere furem*, i. e. *ut non inde proficiat fur...*

13. השכם ודבר, *manè ſurgendo & loquendo.* Iteratio hæc auget ſententiam, notatque verbum, quod iteratur, vel auribus inculcatur. Propterea nos, *ſine intermiſſione.* Vide etiam verſum 25.

16. ואתה אל תתפלל בעד העם הזה, *tu autem noli orare pro populo iſto;* non quòd nolit Deus, Jeremiam charitate patriæ moveri, ſed ut eum moneat, ſi orabit, inutiliter oraturum, quia ſtatutum ſibi eſt, animadvertere in ſcelera Judæorum.

18. למען הכעיסני, *ut mihi moleſtiam afferant.* Nam ſæpe verbum כעס ſignificatum vult talem; præcipuè hoc loco, ut liquet ex ſequenti verſu; ubi, ſi converteres, *num illi me irritant* (מכעיסים) *non verò ſe ipſos*, nihil haberet medullæ, *irritant*, cum *ſe ipſos* ſociatum.

20. אפי וחמתי, *ira mea & furor meus*, disjunctè dicitur, ut ſæpe, pro irâ versâ in furorem. Adhibentur ſignificantiæ majoris causâ iterationes tales. Propterea nos, aliis verbis, *furor meus, quantus eſt.*

22. בהוציא אתם: Rectè Maſora, בהוציאי, *cùm educerem eos.* Ita etiam ſcriptum fuit manu

priori in Codicibus Reg. 3. & 29. ...על דברי עולה וזבח, (*non præcepi*) *de holocausto & de victimâ.* Optimè in hunc locum Grotius : » Nota *in die*, id est, in tempore, cùm primùm vos ex » Ægypto eduxi. Si tanta vobis bona feci, priusquàm legem tulissem de holocaustis illis, » vel victimis, vel ex hoc solo intelligere poteratis, non ista à me curari. Mos quidem erat » vetustus, ut talia fierent, sed ab humano ingenio profectus, ut ostendimus sensisse Veteres, » in Annotatis ad Librum IV. pro Religione Christianâ. Multò post Lex lata est, cùm cultus » vituli ostendit illos talibus frænis egere. Paschatis alia est ratio : id enim convivium magis » erat, quàm sacrificium.

25. ואשלח אליכם, *& misi ad vos.* Lege אליהם, *ad eos*, ut Syrus, לותהון. Quippe notatur tempus, quod effluxit ab Ægypti profectione, usque ad tempus, quo hæc Deus loquitur. Atqui ad tempora hæc præterita non potest aptari, *ad vos.*

29. גזי, *tonde.* Non sine causâ circulo animadvertunt Codices. Quippe legendum גזו, vel גז, genere masculino; similiter posteà השליכו, *projice eos*, cum affixo, non השליכי; denique שא, *tolle*, non שאי ...דור עברתו, *generationem iræ ejus*; qui Hebraismus idem sonat, ac generationem, cui semper sit irascendum.

CAPUT VIII.

Ossa regum... sepulcris effodientur... Dicunt, ego sapiens sum, & Lex Dei mecum est, sed legem spernunt. Expectabitur pax, nec erit pax; hostes advenient & omnia vastabunt. Non superest resina, non medicus; vulnus filiæ Sion insanabile.

1. *Eo tempore, dicit Dominus,*
eripientur è sepulcris suis & ossa re-
gum Juda, & ossa principum ejus,
& ossa sacerdotum, & ossa propheta-
rum, & ossa Jerusalem habitatorum.
2. Hæc pandentur ad solem & ad lu-
nam & ad omnem exercitum cœlo-
rum, quos Deos amaverunt, quibus
servierunt, quos secuti sunt, quos
consuluerunt, & quos adorârunt; nec
verò colligentur, aut sepelientur,
sed, velut sterquilinium, humi strata
erunt. 3. Et mortem præ vitâ opta-
bunt reliquiæ omnes, quæ de hâc im-
probâ gente restabunt, in omnibus lo-
cis, quò ego istas reliquias expulsu-
rus sum, dicit Dominus exerci-
tuum. 4. Tu autem dices eis, hæc di-
cit Dominus : an qui cadunt, non
posteà eriguntur? Num qui alienan-
tur, nunquam revertuntur? 5. Quare
igitur populus iste alienatus est; cur
Jerusalem pertinaciter rebellat? Cur

1. בערת ההיא · נאם יהוה ·
ויציאו את עצמות מלכי יהודה
ואת עצמות שריו ואת עצמות
הכהנים ואת עצמות הנביאים ואת
עצמות יושבי ירושלם מקבריהם : 2.
ושטחום לשמש ולירח ולכל צבא
השמים אשר אהבום ואשר עבדום
ואשר הלכו אחריהם ואשר דרשום
ואשר השתחוו להם · לא יאספו ולא
יקברו · לדמן על פני האדמה יהיו :
3. ונבחר מות מחיים לכל השארית
הנשארים מן המשפחה הרעה
הזאת · בכל המקמות הנשארים
אשר הדחתים שם · נאם יהוה
צבאות : 4. ואמרת אליהם · כה
אמר יהוה · היפלו ולא יקומו · אם
ישוב ולא ישוב : 5. מדוע שובבה
העם הזה · ירושלם משבה נצחת ·
החזיקו בתרמית · מאנו לשוב : 6.
הקשבתי ואשמע · לוא כן ידברו · אין
איש נחם על רעתו לאמר · מה
עשיתי · כלה שב במרצותם כסוס
שוטף במלחמה : 7. גם חסידה
בשמים

*fraudibus inhærent, negantque se re-
versuros? 6. Ego attendi & aures
præbui; nemo est, qui rectè loqua-
tur; nemo, quem pœniteat suæ im-
probitatis; nemo, qui dicat, quid
feci? Penitùs alienati sunt, & ruunt
præcipites, ut equus ruit in certamen.
7. Novit tempora sua ciconia in cœ-
lis; turtur & hirundo & grus tempora
observant, quo adventuræ sint: po-
pulus autem meus non novit solitas
Domini vias. 8. Quomodò dicitis,
nos sapientes sumus, & lex Domini
est apud nos? Non-ne nequicquam
stylus occupatur, & Scribæ sunt men-
daces? 9. Erubescent sapientes, at-
toniti erunt & capientur; nam posteà
quàm verbum Domini spreverunt,
quid proderit eis sapientia? 10. Sta-
tutum mihi est, ut uxores eorum tra-
dam alienis; ut possessoribus, agros
ipsorum. Quippe omnes, ab infimâ
plebe ad magnates, avaritiæ penitùs
deditì sunt; omnes à prophetâ usque
ad sacerdotem, mendacia exercent.
11. Illi verò vulneri filiæ populi mei
levem adhibent medicinam, cùm di-
cunt iterum atque iterum, pax erit;
neque enim pax futura est. 12. Erunt
ignominiâ cooperti, quia scelera fe-
cerunt; neque erit tamen ut erubes-
cant; nam pudorem non norunt: Ergo
concident, cùm eorum adducam rui-
nam; penitùs cadent, cùm visitabo eos,
dicit Dominus. 13. Ego eorum collec-
turus eram proventum, dicit Domi-
nus; sed non sunt in vineâ racemi;
non ficus in ficu, & folia ipsa deci-
derunt; quæ eis dederam, dissipave-
runt. 14. Quare desidemus? Conve-
nite, & intremus in urbes munitas,
& ibi expectemus. Dominus enim
Deus noster ruinam nostram medita-
tur, potumque dat nobis aquam felle*

בשמים ידעה מועדיה · ותור וסוס
ועגור שמרו את עת באנה · ועמי
לא ידעו את משפט יהוה : 8.
איכה תאמרו חכמים אנחנו ותורת
יהוה אתנו · אכן הנה לשקר עשה
עט שקר ספרים : 9. הבשו
חכמים חתו וילכדו · הנה בדבר יהוה
מאסו · וחכמת מה להם : 10. לכן
אתן את נשיהם לאחרים שדותיהם
ליורשים · כי מקטן ועד גדול כלה
בצע בצע · מנביא ועד כהן כלה
עשה שקר : 11. וירפו את שבר
בת עמי על נקלה לאמר · שלום
שלום · ואין שלום : 12. הבשו
כי תועבה עשו · גם בוש לא יבושו
והכלם לא ידעו · לכן יפלו בנפלים
בעת פקדתם יכשלו · אמר יהוה :
13. אסף אסיפם · נאם יהוה ·
אין ענבים בגפן ואין תאנים
בתאנה · והעלה נבל · ואתן להם
יעברום : 14. על מה אנחנו
ישבים · האספו ונבוא אל ערי
המבצר ונדמה שם · כי יהוה אלהינו
הדמנו וישקנו מי ראש · כי חטאנו
ליהוה : 15. קוה לשלום ואין
טוב · לעת מרפה והנה בעתה :
16. מדן נשמע נחרת סוסיו · מקול
מצהלות אביריו רעשה כל הארץ ·
ויבואו ויאכלו ארץ ומלואה עיר
וישבי בה : 17. כי הנני משלח
בכם נחשים צפענים אשר אין להם
לחש · ונשכו אתכם · נאם יהוה :
18. מבליגיתי עלי · יגון עלי ·
לבי דוי : 19. הנה קול שועת בת
עמי מארץ מרחקים · היהוה אין
בציון · אם מלכה אין בה · מדוע
הכעסוני בפסליהם בהבלי נכר :
20. עבר קציר כלה קיץ · ואנחנו
לא נושענו : 21. על שבר בת
עמי השברתי · קדרתי · שמה
החזקתני : 22. הצרי אין בגלעד ·
אם רפא אין שם · כי מדוע לא
עלתה ארכת בת עמי :

temperatam, quoniam in eum peccavimus. 15. *Spes erat pacis, nec adeſt ſpe-*
ratum bonum; ſpes ſanitatis, & adeſt terror. 16. *Audivimus ex Dan fremi-*
tus equorum ejus; terra omnis bellatorum ejus clamantium ſonitu quaſſatur.
En adveniunt, terramque abſumunt, & quidquid in eâ eſt; urbem & ejus
habitatores. 17. *Nempe ego in vos immiſſurus ſum ſerpentes, aſpideſque in-*
cantari neſcios, qui vos mordebunt, dicit Dominus. 18. *Diffugiunt à me*
riſus; imminet in me dolor; ægrum eſt cor meum. 19. *En clamor filiæ populi*
mei de remotis locis auditur: An Dominus non eſt in Sion? An rex in eâ
non eſt ſuper? Sed quare me iratum fecerunt per cultus ſuos vanos & alie-
nos? 20. *Præteriit meſſis, peracta eſt æſtas, neque tamen adeſt nobis ſalus.*
21. *Vulneratus ſum vulnere filiæ populi mei; in luctum detruſus ſum, ſtupor*
me invadit. 22. *An non ſupereſt in Galaad reſina, nec ibi eſt ampliùs medi-*
cus? Quid cauſæ eſt, cur filia populi mei non ſanetur?

---

1. ויוציאו, *& ejicient.* Maſora tollit nexum ו, quem non poſuit manus prior in Codice Reg. 3. Rectè ſine nexu, poſt בעת ההיא, quæ temporis notatio non indiget, ut oratio per conjunctionem redintegretur.

2. אשר אהבום: Nos, *quos Deos amaverunt;* addito *Deos* ex ſententiâ, quia nihil amabilitatis habent aſtra cœlorum, niſi quatenùs creditur in eis eſſe divinitas quædam, eaque benefica in mortales.

4. אם ישוב ולא ישוב, *num qui alienantur, nunquam revertuntur.* Quippe legendum, cum Syro & cum Chaldæo, אם ישבו ולא ישבו, numero plurali. Deſcendit quidem interdum oratio à numero plurali, quem habet membrum prius, ad ſingularem in poſteriori, ubi anteceſſit nomen collectivum, quod patitur utrumque numerum. Sed abeſt ab hoc loco nomen tale, & יפלו in priori membro de hominibus dicitur generatim, ut neceſſe ſit notari etiam altero in membro, per nomen plurale, univerſitatem. Similitudo ducitur ex homine, qui cadit humi per imprudentiam, & ex eo, qui ab aliquo diſcedit, irâ præcipiti abreptus; qui cecidit, poſteà ſe ſe erigit; qui fuit alicui iratus, facilè redit in gratiam; quod contrà eſt in populo Dei, qui cadit per Idololatriam, nec reſurgit; qui à Deo ſuo avertitur, nec ad eum redit: vide verſum ſequentem.

6. במרצותם, *in curſu ipſorum.* Maſora במרוצתם, retro-acto ו; quanquam utrumque habet ſua exempla. Nec malé eſſet במרצתם, ſine ו, quam litteram ſolent tollere affixa ſubſequentia.

7. לא ידעו את משפט יהוה, *non norunt ſolitas Domini vias.* Sic *Prov. cap. 2. v. 8.* ארחות משפט, ſignificat *vias Providentiæ* divinæ, ſeu curſum rerum, quo Deus Mundum gubernat. Agitur hoc loco Providentia hæc, quâ populus Iſrael regebatur, Deo ipſos remunerante, cùm fideles eſſent; puniente, cùm infideles. Exprobrat populo Jeremias, quòd Providentiam talem populus Dei obliviſcatur, & ad Deos falſos deficiat, quaſi nunquam à Deo ſuo plectendus. Liquet, *judicium* non notare *æquitatem*, poſtquàm dictum eſt de avibus cœli, ad quas nihil pertinet de *æquitate.* Sed pertinet Dei Providentia ad ſolitos Naturæ motus, quos aves ſequuntur, cùm redeunt vere ad regiones eaſdem, quas autumno reliquerant.

8. ותורת יהוה אתנו, *& Lex Domini nobiſcum.* Hæc nobis videntur tempus ſpectare, quo Lex Domini, Joſiâ regnante, in Templo reperta eſt, & propterea mox ſequi, *nequicquam ſtylus occupatur, & Scribæ ſunt mendaces*, Jeremiâ monente, nihil id populo profuturum, quòd Scribæ repertam Legem tranſcribant, quam ſe habere glorientur, & cui tamen moribus contradicant. Exiſtimat Grotius, objurgari Doctores, qui decreta ſcribebant contra Legem, & de quibus Iſaias, cap. 10. v. 1. *væ latoribus legum...* Sed accommodatius videtur eſſe ad ſententiam, ut *ſtylus* qui *occupatur*, occupari cenſeatur in deſcribendâ ipsâ Dei Lege, de quâ mox dictum eſt.

11. & 12. וירפו: Lege וירפאו, *& ſanant*, ut ſuprà cap. 6. v. 14. His duobus verſibus hæc iterantur, quæ legimus eodem capite, w. 14. & 15. ubi legitur פקדתים, non, ut hoc loco, פקדתם. Reſpondent ſibi invicem פקדתים & בנפלים.

13. אסף אסיפם: Vulgatus, *congregans congregabo eos.* Non ſunt hujus loci promiſſa, ſed minæ. Propterea Grotius antetulit, *omninò perdam eos*, quomodò hìc Chaldæus. Sed videndum eſt, quomodò hæc interpretatio cohæreat cum ſimilitudine ſequenti, ſumptâ ex vite, quæ non habet racemos, ubi præſertim Deus non denuntiat, ſe vitem, quæ ſterilis eſt, exciſurum. Opinatur Edm. Calmet, per vitem ſterilem ficumque, prænuntiari famem in Jeruſalem futuram. Tamen in Prophetis fames denuntiari ſolet, per panis & aquæ, non per racemorum vineæ ficuumque penuriam. Nos videre videmur hoc verſu ſimilitudinem, non vaticinationem. Tractamus verbum אסף, tanquam אאסף, Futurum, pro Imperfecto, *eram collecturus*, אסיפם, *proventum eorum;* nam אסיף habet, *meſſem*, ſeu *proventum*, aut fruges, fructus-

ve arborum, qui leguntur, & in horrea conduntur. Deinde conqueritur Deus, nihil esse nec in vite, nec in ficubus; quia populus suus cuncta sua dona dissipavit. Hoc modo cohæret versûs hujus pars posterior cum priore.

15. לעת מרפה, *tempus sanitatis*. Notat Masora, ה במקום א, id est ה in loco א, quasi verbum רפא mutet interdum suum א in ה. Sed Codices Reg. 29. & Orat. 42. habent מרפא, ut fuerat scribendum.

18. מבליגיתי עלי: Quanquam vertit Hieronymus, *dolor meus super dolorem*, tamen fatetur in Commentario, esse Hebraicè מבליגה, ex בלג, non tam dolorem, quàm μειδίαμα, quod nos (inquit) interpretari possumus, *rictum* oris dolore contracti, & habentem *risus* similitudinem. Idemque arbitratur hæc verba Dei esse plangentis aversionem Jerusalem. Videat Lector, an conveniat huic loco *Sardonicus* iste *risus*. Grotius sic in Commentario suo: » *in consolatione meâ* » *super dolorem, cor meum in me languet*. Id est, dum memet spe inani consolor, nec quicquam » succedit, linquor animo. « Sed quid sit, vel Hebraicè, vel Latinè, *in consolatione meâ super dolorem*, ne ipse quidem Grotius intelligebat. Verus est significatus *consolatio*; etiam, *recreatio* & *risus*. Sed sententiam non expedies nisi legis, מבליגיתי מעלי, *consolatio mea longè à me*. Itaque etiam omnes Veteres ab hod. scriptione discedunt, & sententiam ex mendo non animadverso, quam quidem possunt, eliciunt. Omissum fuerit מ prope ע satis simile.

CAPUT IX.

Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum! Omnes sunt adulteri & deceptores... Cibabo eos absinthio, & in gentes dissipabo eos. Ne glorietur homo in sapientiâ suâ... sed in eo, ut me cognoscat, dicit Dominus... Israel incircuncisus est corde, ut cæteræ gentes.

1. *Quis dabit capiti meo aquas,*
oculisque meis fontem lacrymarum,
ut plorem die ac nocte filiæ populi
mei interfectos. 2. *Quis mihi dabit*
in solitudine diversorium viatorum,
ut relinquam populum meum, & ab
eo discedam; illi enim omnes adulte-
rantur, & cœtus sunt prævaricatorum.
3. *Vibrant, velut arcum, linguam*
suam; ad mendacium, non ad veri-
tatem, in terrâ dominantur; exeunt
ex malo ad malum, nec me norunt,
dicit Dominus. 4. *Cavete à proximo*
quisque vestro, neminique fratri con-
fidite; omnis enim frater supplantat;
omnis socius molitur fraudem. 5. *De-*
cipit homo proximum suum, nec lo-
quitur veritatem; instruunt ad verba
mendacii linguam suam; in suâ ip-
sorum iniquitate lassantur. 6. *Addunt*
fœnus fœnori & fraudi fraudem; nosse
me recusant, dicit Dominus. 7. *Prop-*

1. מי יתן ראשי מים ועיני מקור
דמעה · ואבכה יומם ולילה את
חללי בת עמי : 2. מי יתנני במדבר
מלון ארחים · ואעזבה את עמי
ואלכה מאתם · כי כלם מנאפים
עצרת בגדים : 3. וידרכו את
לשונם קשתם · שקר ולא לאמונה
גברו בארץ · כי מרעה אל רעה
יצאו ואתי לא ידעו · נאם יהוה :
4. איש מרעהו השמרו ועל כל
אח אל תבטחו · כי כל אח עקוב
יעקב וכל רע רכיל יהלך : 5.
ואיש ברעהו יהתלו ואמת לא
ידברו · למדו לשונם דבר שקר ·
העוה נלאו : 6. שבתך בתוך
מרמה במרמה · מאנו דעת אותי ·
נאם יהוה : 7. לכן כה אמר יהוה
צבאות · הנני צורפם ובחנתים · כי
איך אעשה מפני בת עמי : 8. חץ
שוחט לשונם מרמה דבר · בפיו
שלום את רעהו ידבר · ובקרבו ישים
ארבו : 9. העל אלה לא אפקד

*terea hæc dicit Dominus exercituum :
ego eos conflabo & explorabo ; sic sum
facturus, propter filiæ populi mei per-
versitatem. 8. Sagitta acuta lingua
eorum, ut subdolè loquantur ; pacem
cum proximo suo unusquisque ore lo-
quitur, in pectore autem ponit insi-
dias. 9. Non-ne ego in eos propter
hæc animadvertam, dicit Dominus ;
non gentem, quæ talis est, anima
mea ulciscetur ? 10. Vos verò in
montibus edite planctus & lamentum ;
in Deserti habitationibus ploratus ;
illæ enim pereunt, quia non est via-
tor, nec in eis audiuntur gregum vo-
ces, & aves cœli & jumenta diffuge-
runt, & abierunt. 11. Ego enim Je-
rusalem faciam ruinarum moles, ha-
bitationem draconum ; ego urbes Ju-
da ad vastitatem adducam, quia non
erit habitator. 12. Quis erit sapiens,
qui hæc intelligat ? Quis attendet ad
verbum oris Domini, ut declaret,
propter quam causam terra desoletur,
& fiat vasta solitudo, in quâ non sit
viator. 13. Hæc autem declarat Do-
minus : quia Legem meam relique-
runt, quam posui ante oculos eorum,
nec vocem meam audierunt, ut eam
sequerentur ; 14. Sed secuti sunt cor-
dis sui pravitates, Deosque istos
Baal, quos à patribus suis didice-
runt. 15. Hæc igitur dicit Dominus
exercituum, Deus Israel ; Ego popu-
lum istum cibabo absinthio ; ego eis
potum dabo aquas fellis. 16. Et dissi-
pabo eos in gentes, quas neque illi,
neque ipsorum patres noverant, mit-
tamque in tergum eorum gladium,
donec eos penitùs deleam. 17. Hæc
dicit Dominus exercituum ; provi-
dete, & vocate lamentatrices, ut ve-
niant ; mittite ad earum peritissimas,
ut accedant. 18. Et ut citò edant in*

בם · נאם יהוה · אם בגוי אשר כזה
לא תתנקם נפשי ׃
10. על ההרים אשא בכי ונהי ·
ועל נאות מדבר קינה · כי נצתו
מבלי איש עובר · ולא שמעו קול
מקנה · מעוף השמים ועד בהמה
נדדו הלכו ׃ 11. ונתתי את ירושלם
לגלים מעון תנים · ואת ערי יהודה
אתן שממה מבלי יושב ׃ 12. מי
האיש החכם ויבן את זאת ואשר
דבר פי יהוה אליו ויגדה · על מה
אבדה הארץ · נצתה כמדבר מבלי
עבר ׃ 13. ויאמר יהוה · על עזבם
את תורתי אשר נתתי לפניהם · ולא
שמעו בקולי ולא הלכו בה ׃ 14.
וילכו אחרי שררות לבם ואחרי
הבעלים אשר למדום אבותם ׃ 15.
לכן כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · הנני מאכילם את העם
הזה לענה · והשקיתים מי ראש ׃
16. והפיצותים בגוים אשר לא
ידעו המה ואבותם · ושלחתי אחריהם
את החרב עד כלותי אותם ׃ 17.
כה אמר יהוה צבאות · התבוננו
וקראו למקוננות ותבואינה · ואל
החכמות שלחו ותבואנה ׃ 18.
ותמהרנה ותשנה עלינו נהי · ותרדנה
עינינו דמעה · ועפעפינו יזלו מים ׃
19. כי קול נהי נשמע מציון · איך
שדדנו בשנו מאד · כי עזבנו ארץ
כי השליכו משכנותינו ׃ 20. כי
שמענה נשים דבר יהוה ותקח
אזנכם דבר פיו · ולמדנה בנתיכם
נהי ואשה רעותה קינה ׃ 21. כי
עלה מות בחלונינו בא בארמנותינו ·
להכרית עולל מחוץ בחורים
מרחבות ׃ 22. דבר כה · נאם
יהוה · ונפלה נבלת האדם כדמן על
פני השדה · וכעמיר מאחרי הקוצר
ואין מאסף ׃
23. כה אמר יהוה · אל יתהלל
חכם בחכמתו · ואל יתהלל הגבור
בגבורתו · אל יתהלל עשיר בעשרו ׃
24. כי אם בזאת יתהלל המתהלל ·
השכל

השכל וידע אותי · כי אני יהוה עשה
חסד משפט וצדקה בארץ · כי
באלה חפצתי · נאם יהוה : .25
הנה ימים באים · נאם יהוה · ופקדתי
על כל מול בערלה : .26 על
מצרים ועל יהודה ועל אדום ועל
בני עמון ועל מואב ועל כל קצוצי
פאה הישבים במדבר · כי כל הגוים
ערלים וכל בית ישראל ערלי לב :

*nobis cantus lugubres , ut lacrymas
effundant oculi nostri ; & palpebris
nostris aquæ defluant.* 19. *Etenim la-
mentabilem vocem de Sion hanc au-
divimus : quomodò vastati sumus , &
ignominiam tantam subimus ? Nam
terram relinquimus , quia tentoria
nostra subverterunt.* 20. *Ergò audite
mulieres verbum Domini , & verba
mea percipite auribus vestris ; insti-
tuite ad lamentum filias vestras ; suam quæque sodalem , ad cantus lugubres.*
21. *Etenim mors ascendit per fenestras nostras , penetravitque in nostras
arces , ut deleat foris infantes , juvenes in plateis.* 22. *Futurum est enim, dicit
Dominus , ut cadavera hominum jaceant in nudâ humo , velut sterquilinium ;
velut manipulus , post tergum metentis , quem nemo est , qui colligat.*
23. *Hæc dicit Dominus : ne glorietur sapientiâ suâ sapiens , ne fortitudine
suâ vir extollatur , nec dives divitiis suis ;* 24. *Sed qui gloriatur , de eâ re
glorietur , quòd intelligentiam habeat , meque cognoscat , quoniam ego sum
Dominus , qui misericordiam præsto & judicium & æquitatem in terrâ ; hæc
enim mihi placent , dicit Dominus.* 25. *Ecce dies veniunt , dicit Dominus ,
cùm visitabo universos circuncisos & præputium habentes ;* 26. *Nempe Ægyp-
tum, & Judam , & Edom , & filios Ammon & Moab , & eos homines attonsâ
comâ , qui desertum habitant ; quippe & omnes gentes præputium habent , &
omnis domus Israel cor habet incircuncisum.*

---

3. קשתם שקר... : Vulgatus , *arcum mendacii , & non veritatis* , omittens Affixum , non tamen omittendum ; nec benè jungens *arcum* cum *veritate ;* quippe arcus , in similitudine , venit in malam partem , non in bonam. Non rectè etiam plerique novi Intt. annectunt שקר ad קשתם , quos duxit in errorem interpunctio levis , quam Masoretæ apposuerunt ante ולא , forsan quia ita Chaldæus. Melius Græci Intt. nectunt שקר , cum sequentibus , hoc modo : *ψεῦδος καὶ ὀ πίςις ἐνίσχυσεν ἐπὶ τῆς γῆς , mendacium , & non fides , invaluit in terrâ ;* qui pro לאמונה , legere videntur האמונה. Sed Syrus legebat לשקר , quod præstat , quia id parallelum est τῷ לאמונה , in eam sententiam , quam in Versione posuimus.

5. העוה נלאו : Arias , *pravè agendo laboraverunt.* Rectè habuit העוה , ut Gerundium ; nam si esset nomen , legeretur בעוה ; sed multò aptius ad sententiam , *lassati sunt* , quàm *laboraverunt.*

6. שבתך בתוך : Frustrà laborant novi Intt. ut hæc verba interpretentur ; nisi placet id , quod Arias , *sedere tuum in medio doli* , (*in dolo renuerunt scire me.*) Ad mendum deprehendendum quasi manu ducebant Græci Intt. qui sic habent , *τόκος ἐπὶ τόκῳ , usura super usuram* , quæ verba respondent paribus verbis , מרמה במרמה , *fraus cum fraude.* Itaque de verbo שבתך , assumendum תך , vel תוך , addendumque ad בתוך , ut sit , *usura super usuram.* Id autem שב , quod relinquitur , possis quidem interpretari , *redit* , (*usura post usuram.*) Sed accommodatior ad seriem numerus pluralis , quia sequitur מאנו , *recusârunt ;* ita ut legas , vel שמו , *posuerunt* , vel ושיבו , *& redire fecerunt* , quam ultimam scripturam amplectimur , ut hodiernæ similiorem. Grotius in hunc locum docet , Græcos Intt. pro מרמה במרמה , legisse מרבה במרבה , quia (inquit) convertunt *τόκος ἐπὶ τόκῳ , usurâ ad usuram ;* erravit de verbis ; nam post hæc verba Græca sequitur , *καὶ δόλος ἐπὶ δόλῳ* , quæ respondent verbis Hebraicis , מרמה במרמה.

7. מפני בת עמי , *à facie filiæ populi mei.* Vidit Gabriel Sionita , nihil Hebraicum sonare , *à facie filiæ...* hoc quidem loco ; itaque , ut Syri Int. sententiam expediret , posuit in suâ Versione , *spectatâ nequitiâ filiæ ;* addens *nequitiâ* , quia videbat sic interpretari Græcos , *ἀπὸ προσώπε πονηρίας , à facie iniquitatis* , quos non dubium est legisse , מפני רעת ; quod verbum רעת , in statu constructo positum , posteriores Scribæ omiserint , quia sequebatur בת , similiter desinens. Non addidisse suo marte verbum , *πονηρίας* , Græcos Intt. satis liquet ex eâ formâ scribendi , *à facie iniquitatis* , quæ tota Hebraica est. Si enim Contextum Hebr. ad libidinem supplevissent ,

Græcè, non ferè Hebraicè in Græco ſermone, ſcripſiſſent. Porrò interpretamur איך, *ſic*, non *quomodò*, quia id adverbium non tantùm interrogat, ſed etiam aliquandò affirmat, ut alibi obſervavimus.

8. חץ שוחט, *ſagitta acuens.* Rectè Maſora, חץ שחוט, *ſagitta acuta.* Sic unus Codex Orat. שחט, poſito ſubter ח puncto *Kibbuts*, quo puncto affectum ח idem eſt, ac חו.

10. אשא בכי, *tollam fletus.* Hæc verba, ut nunc jacent, non poſſunt eſſe niſi, vel Jeremiæ, vel *filiæ Sion.* Tamen ſequitur, v. 11. ונתתי, *& dabo*, quæ verba Dei ſunt loquentis, quæque per nexum ו continuant orationem: ergò abjicienda perſona prima, eligenda ſecunda plur. שאו, *tollite*, quam legebant Græci Intt. qui λάβετε κοπετὸν, *aſſumite planctum.* Similiter Syrus, שקולו, *tollite;* Arabs, חדוא, *ſumite.*

15. הנני מאכילם את העם הזה, *en ego cibabo eos populum iſtum.* Nemo eſt, qui non videat ſuperfluere *eos*, ubi ſequitur, *populum iſtum.* Itaque omittit *eos* Vulgatus; omittunt *populum iſtum*, Græci Intt. nempe videbant, non poſſe utrumque conſiſtere. Hic enim Syriaſmus eſt, non Hebraiſmus, qui fortè hùc allatus eſt à Syris Scribis; niſi ם natum fuit ex ה, cùm quidam Codices haberent מאכילה, cum ה Paragogico.

18. ותשנה עלינו נהי, *& tollant ſuper nos lamentum.* Monet Maſora deficere א, & legendum ותשאנה, *& tollant.* Sed Codex Orat. 42. ותשאנה, ut fuerat ſcribendum. Codex autem Orat. 56. ותשינה, ſcripto י, pro א ſimilis ſoni, cujuſmodi allucinationes ſatis multæ reperiuntur hod. in Codicibus.

22. דבר כה נאם יהוה · ונפלה..., *loquere ſic, dicit Dominus, & cadet...* Non licet retineri ſcriptionem, דבר כה, non modò, quia peregrina eſt, ſed etiam quia verbum ונפלה, cum nexu ו, declarat continuari aliquid, quod fuerit anteà ſcriptum, & cum נפלה, jungendum. Omittit כה Vulgatus; Græci Intt. omittunt, *dicit Dominus.* Syrus omittit דבר. Nos ex Græcis Intt. qui ponunt, καὶ ἔσονται, *& erunt*, aſſumimus ferè ſimilem ſcripturam, והיתה, *& erit*, ut ſequatur, *dicit Dominus*, per parentheſim, & deinde ונפלה, adjunctum ad והיתה, ſignificet, *& erit, ut cadat...*

25. על כל מול בערלה, *omnem circunciſum & præputium habentem:* verbum pro verbo, *circunciſum in præputio;* hoc eſt, carne circunciſum, ſed corde præputium retinentem. Hæc ſententia explicatur in verbis iſtis ſequentibus, *domus Iſrael præputiati ſunt corde.* Circunciſione utebantur gentes, quæ hìc nominantur; tamen vocantur ערלים, *præputiatæ*, ut ejuſdem conditionis, ac domus Iſrael; hoc eſt, ut *corde* præputium habentes.

CAPUT X.

Nolite timere à ſignis cœli... Deo imperante, nubes glomerantur, & venti exeunt ex ejus theſauris. Væ mihi! Tentorium meum avulſum eſt... caſtiga nos, Domine, non tamen in furore tuo. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nôrunt.

1. *Audite, quodnam ſit Domini ad vos mandatum, domus Iſrael.* 2. *Hæc dicit Dominus; ne ſuſcipite gentium doctrinam, & ne timete à ſignis cœlorum; hæc enim gentes timent.* 3. *Sed vanæ ſunt populorum iſtæ religiones. Quippe arborem de ſylvâ cædunt, quam deinde manus artificis dolabrâ formant.* 4. *Eandem ornant auro & argento, claviſque ac malleis firmant, ne dimoveatur.* 5. *Hæc autem palmæ trunco ſimilia ſunt; non loquuntur, & portanda*

1. שמעו את הדבר אשר דבר
יהוה עליכם בית ישראל : 2. כה
אמר יהוה · אל דרך הגוים אל
תלמדו ומאתות השמים אל תחתו ·
כי יחתו הגוים מהמה : 3. כי
חקות העמים הבל הוא · כי עץ
מיער כרתו מעשה ידי חרש
במעצד : 4. בכסף ובזהב ייפהו ·
במסמרות ובמקבות יחזקום ולוא
יפיק : 5. כתמר מקשה המה
ולא ידברו · נשוא ינשוא · כי לא
יצעדו · אל תיראו מהם · כי לא ירעו
וגם היטיב אין אותם : 6. מאין

sunt ; neque enim ambulant. Nolite
hæc timere ; quippe hæc non nocent,
neque etiam benefaciendi habent po-
testatem. 6. *Non est similis tui, Do-*
mine ; tu magnus es, & inclytum
est ex fortitudine nomen tuum.
7. *Quis non timeat te, ô rex gen-*
tium? Nam te decet imperium, quo-
niam in cunctis nationum sapienti-
bus, & in omnibus regnis, non est
tui similis. 8. *Unà omnes stolidi facti*
sunt, & disciplinam susceperunt eo-
rum, quæ nihil sunt, præter lignum.
9. *Argenti lamina ex Tharsis advè-*
hitur, vel aurum de Ophaz. Hæc
manus fingunt aurificis, aut conflato-
ris, hyacintho & purpurâ vestiuntur :
hæc omnia opus sunt artificum peri-
torum. 10. *Dominus autem Deus*
verus est ; ille Deus est vivens & rex
sæculorum, quo irascente, terra quas-
satur, cujusque iram non sustinent
gentes. 11. *Vos ergò eis sic loquemi-*
ni : Dii tales, qui nec cœlum nec
terram fecerunt, in terrâ & sub cœlis
abolebuntur. 12. *Deus, potentiâ suâ,*
fecit terram, stabilivit orbem suâ sa-
pientiâ, & suâ intelligentiâ extendit
cœlos. 13. *Eo dante vocem suam,*
glomerantur aquæ in cœlis, & ab ul-
timis terris nubes ascendunt. Ille ful-
gura in imbres resolvit, promitque
thesauris suis ventos. 14. *Sublata est*
è cunctis hominibus scientia ; ex Idolo
erubescit omnis aurifex ; hæc enim,
quæ conflat, inania sunt, nec est in
eis spiritus. 15. *Hæc nihili sunt, hæc*
instabile opus ; hæc, cùm visitabun-
tur, peribunt. 16. *Non sic est qui ha-*
bet partem Jacob ; ille enim omnia
creavit ; non sic, qui Israel sceptri
sui hæreditatem, cujus nomen est
Dominus exercituum. 17. *Comporta*
ex agris id, quod vendibile habes,

כמוך יהוה · גדול אתה וגדול שמך
בגבורה : 7. מי לא יראך מלך
הגוים · כי לך יאתה · כי בכל חכמי
הגוים ובכל מלכותם מאין כמוך :
8. ובאחת יבערו · ויכסלו מוסר
הבלים עץ הוא : 9. כסף מרקע
מתרשיש יובא וזהב מאופז · מעשה
חרש וידי צורף · תכלת וארגמן
לבושם מעשה חכמים כלם : 10.
ויהוה אלהים אמת הוא אלהים חיים
ומלך עולם · מקצפו תרעש הארץ ·
ולא יכלו גוים זעמו : 11. כדנה
תאמרון להום · אלהיא די שמיא
וארקא לא עבדו יאבדו מארעא ומן
תחות שמיא אלה : 12. עשה
ארץ בכחו · מכין תבל בחכמתו ·
ובתבונתו נטה שמים : 13. לקול
תתו המון מים בשמים ויעלה נשאים
מקצה ארץ · ברקים למטר עשה ·
ויוצא רוח מאצרותיו : 14. נבער
כל אדם מדעת · הביש כל צורף
מפסל · כי שקר נסכו ולא רוח בם :
15. הבל המה מעשה תעתעים ·
בעת פקדתם יאבדו : 16. לא
כאלה חלק יעקב · כי יוצר הכל
הוא וישראל שבט נחלתו · יהוה
צבאות שמו : 17. אספי מארץ
כנעתך יושבתי במצור : 18. כי
כה אמר יהוה · הנני קולע את יושבי
הארץ בפעם הזאת · והצרתי להם
למען ימצאו : 19. אוי לי על
שברי · נחלה מכתי · ואני אמרתי ·
אך זה חלי ואשאנו : 20. אהלי
שדד וכל מיתרי נתקו · בני יצאני
ואינם · אין נטה עוד אהלי ומקים
יריעותי : 21. כי נבערו הרעים ·
ואת יהוה לא דרשו · על כן לא
השכילו וכל מרעיתם נפוצה : 22.
קול שמועה הנה באה ורעש גדול
מארץ צפון · לשום את ערי יהודה
שממה מעון תנים : 23. ידעתי
יהוה כי לא לאדם דרכו · לא לאיש
הלך והכין את צעדו : 24. יסרני
יהוה · אך במשפט אל באפך · פן

tu , quæ habitas locum munitum.
18. *Hæc enim dicit Dominus : ego ,*
hâc vice , irretiam terræ habitatores ,
cingamque eos obſidione , ut me ſen-
tiant ultorem. 19. *Hei mihi , prop-*
ter vulnus meum ! Plaga mea non
ſanatur ; & mihi cogitandum eſt , quomodò feram hanc meam plagam , quanta
eſt. 20. *Tentorium meum devaſtatum eſt , omnes funes mei rupti ſunt ; filii*
mei à me , ut & mei greges , abducti ſunt ; nemo eſt ſuper , qui tentorium
meum extendat , erigatque pelles meas ; 21. *Stolidi enim facti ſunt paſtores ,*
nec Dominum quæſierunt , prudentiam non habuerunt , & diſſipati ſunt eorum
greges. 22. *En fama auditur , venitque ingens tumultus de terrâ Aquilonis ,*
ut urbes Juda vaſtentur ; ut fiant habitatio draconum. 23. *Scio , Domine ,*
non eſſe penès hominem viam ſuam ; non eſſe hominis , cùm gradiatur , fir-
mare greſſus ſuos. 24. *Caſtiga me , Domine ; ſed tamen in juſtitiâ , non au-*
tem in irâ tuâ , ne me redigas ad paucitatem. 25. *Effunde iram tuam in po-*
pulos qui te non nôrunt , & in gentes quæ nomine tuo non cenſentur ; illæ enim
Jacob abſumunt & penitùs delent , habitationemque ejus devaſtant.

תמעטני ׃ 25. שפך חמתך על
הגוים אשר לא ידעוך ועל משפחות
אשר בשמך לא קראו ׃ כי אכלו
את יעקב ואכלהו ויכלהו ׃ ואת
נוהו השמו ׃

5. ינשוא : Lege ינשאו , *portantur* , numero plur. Plerique Codices circulo ſuperno animadvertunt. Porrò iteratio hæc , נשוא ינשאו , auget ſententiam , ex more Hebraico , & indicat neceſſitatem Deorum iſtorum portandorum. ...אותם : Lege אתם , *cum eis* , ſive *in eorum poteſtate.*

6. מאין כמוך יהוה : Non mirum , Ariam dixiſſe , *à non , ſicut tu , Domine ;* quippe מאין ſignificat *à non* , vel *abſque* , aut *unde ;* non autem id *nemo* , quod ſententia poſtulat. Poſuit Scriba מאין , malè iterans litteram מ , quæ proximè antecedit in verbo אתם ; atque eundem errorem erravit , verſu inferiore , ſimiliter iterans מ in מאין , poſt aliud מ , quod antecedebat in verbo מלכותם. Sic ſæpe hod. in Codicibus geminatæ ſunt litteræ quædam , poſt alias quæ ſimiles erant , priuſquàm uſurparentur litteræ finales , & cùm verba Hebr. nullo intervallo diſtinguebantur.

7. כי לך יאתה , *nam te decet.* Non additur , quid deceat Deum , ad quem fit ſermo. Addit Chaldæus מלכותא , *regnum* , quia legebat מלכות , quod alii Scribæ omisêre , oculo deerrante ex lineâ ſuperiore in inferiorem , ubi legitur מלכות. Addit Syrus , תשבוחתא , *laus ;* Arabs אלמלך , *regnum* , imitans , ut quidem videtur , Græcos Intt. quos ſequi ſolet , & in quorum Græcâ Verſione deficit hodie verſus 7. nec non etiam 8.

8. באחת : Nos , *unà* , addito *omnes* , ut oratio Latina fiat planior. Sic ferè Vulgatus , *pariter* , & Syrus אכחדא , *ſimul.* ...ויסכלו ׃ מוסר הבלים עץ הוא : Arias , *& ſtultè agent. Eruditio vanitatum lignum ipſum ;* nec planiùs convertet , quiſquis non tollet mendum ויסכלו. Eſt verbum neutrum סכל ; itaque non regit מוסר in accuſandi caſu ; atque ob eam cauſam poſuerint Judæi , poſt ויסכלו , interpunctionem minorem. Quòd ſi nomen מוסר jungitur cum ſequentibus verbis , quæritur quem caſum ſit habiturum ; nihil enim habet , quod regat , aut à quo regatur. Vulgatus , *doctrina vanitatis eorum lignum eſt.* Non modò addit *eorum* , ſed omittit הוא , quod pronomen *demonſtrativum* vicem gerit *Relativi ;* quippe *lignum illud* , idem valet , ac *quod eſt lignum.* Legitur *Prov. cap. 19. v. 20.* קבל מוסר , *ſuſcipe diſciplinam.* Similiter hîc legendum. ...ויקבלו מוסר , *& ſuſceperunt diſciplinam vanitatum , quæ lignum ſunt* , ſive Deorum vanorum & ligneorum. מוסר , hoc loco , idem eſt , atque חקות , v. 2. & notat *religiones* , ſive cæremonias Idololatriæ.

11. כדנה תאמרון , *ſic loquemini.* Cur hic verſus ſit Chaldaicus , non Hebraicus , hæc quidem cauſa non nihil probabilis afferri poteſt ; nimirum Judæis præſcribere Jeremiam , quid reſponſuri ſint , cùm degent apud Idololatras , & Chaldaicâ uti linguâ , ut hoc ipſo vaticinetur fore , ut captivi fiant Chaldæorum. Ita ſentiebat Caſtalio , cui tamen nulla cauſa erat , cur hunc verſum Italicè , non Latinè , interpretaretur. Ego autem adduci vix poſſum , ut credam , Jeremiam hæc Chaldaicè , non Hebraicè , ſcripſiſſe , & faciliùs credet cordatus Lector , Librarium quemdam , qui Jeremiæ librum tranſcriberet verſibus alternis Hebraicis & Chaldaicis exaratum , ut ſunt hodie quædam Pentateuchi Membranæ , de verſu erraſſe , & Chaldaicum verſum deſcripſiſſe , cùm debuiſſet Hebraicum.

13. לקול תתו , *cùm vocem dat.* Legitimus ordo eſt , לתת קולו , ne ל à ſuo verbo disjungatur.

Fortè

forte olim quidam Codices habebant לקול חתו, *ad vocem terroris ejus*, atque inde nata fuerit ordinis perturbatio. ...המון : lege הָמוֹן, *tumultuantur*, vel *conglomerantur*. Si המון nomen est, non verbum, nescietur quo in casu sit המון, & peribit series. ...מקצה ארץ, *à finibus terræ*. Masora מקצה הארץ; ita etiam Codex Reg. 3. manu priori; nec malè legeretur, מקץ הארץ, non addito ה.

15. מעשה תעתעים : Nos, *instabile opus*, ex Arab. Linguâ, seu ex תע, *titubare*, *commovere*; seu ex תעי, *perire*. Hoc verbum non alibi reperitur. Illi, qui convertunt, *opus errorum*, vel *irrisionum*, significatum inducunt parum accommodatum ad verbum יאבדו, *peribunt*.

17. יושבתי : Rectè Masora, יושבת, *quæ habitas*. Illæ Litteræ ׳ sæpe in fine verborum superfluunt, quanquam eas non tollunt Masoretæ, & allatæ sunt partim ex pronuntiatione, partim ex ignoratione Grammaticæ; cùm Scribæ promiscuè haberent cum Imperativo Participium.

18. & 19. הנני קולע את יושבי הארץ, *en ego irretiam terræ habitatores*. Hunc significatum mutuamur ex Chaldaico verbo קלע, *intricare*, *implicare*; atque eundem sequitur Syrus, in Syriaco verbo מערקלא, *irretiens*. Non convenit *fundâ jaciens*, vel *projiciens*. Neque enim minatur Deus, se populum suum finibus suis pulsurum, sed retibus intercepturum, & obsidione cincturum, (והצרתי להם.) Propterea, superiori versu, mandatum fecit, ut merces ex agris in oppida munita comportentur, ne annona deficiat in urbibus munitis. ...למען ימצאו, *ut inveniant*, quid? Syrus, דנבעונני ונשכחונני, *ut me quærant & inveniant*, ex quo mutuamur tantùm Affixum ני, ut sit ימצאוני, *me repertant*; vel *sentiant me adesse ultorem*. Pronum fuit, cùm olim legeretur, ימצאוני אוי, saltum faceret Scriba ex fine vocabuli prioris ad initium posterioris.

20. יצאני : Lege וצאני, cum Græcis Intt. qui, *καὶ τὰ πρόβατά μου*, *& pecora mea*; nam pastores loquuntur: qui, si dicunt, *filii mei*, *qui ex me exierunt*, seu *nati sunt*, non modò ad nihil pertinebit, *nati sunt*, sed etiam discordia erit numerorum in בני & יצא, uno numeri plur. altero singularis, & similis discordia erit, si convertes, *à me recesserunt*; nec verò etiam alterum exemplum habebis illius יצאני, cum Affixo conjuncto, pro יצאו מאתי, cum separato. Jam verbum ואינם, *& non sunt*, quod sequitur cùm præfixo nexu, à quo nexu separatur ab antecedentibus verbis, בני יצאני, monet desiderari verbum, quo hæc nitantur. Nos id verbum supplemus, addito הנתקו, post נתקו, alterum simile verbum, ex cujus similitudine exciderit posterius הנתקו; (*funes mei rupti sunt*) *abducti sunt filii mei & pecora mea*, *& non sunt*. Sic *Jud. cap. 20. v. 31.* legitur, הנתקו מן העיר, *abstracti sunt ab urbe*.

25. ואכלהו ויכלהו : Legendum plenè, ואכלוהו ויכלֻהו, *& devorant eum*, *& delent eum*. Sic monet punctum *Kibbuts*, & sic sæpe alibi hodiernis ipsis in Codicibus.

CAPUT XI.

Maledictus, qui frangit Dei fœdus... clamabunt ad Deos suos, qui non eos liberabunt. Tu noli orare pro illis. Oleam te pulcram Deus plantaverat; idem te igne succendet. Ego quasi agnus, qui ad mactationem ducitur. Disperdet Deus viros Anatoth, qui me perdere volebant.

1. *Hoc fuit ad Jeremiam verbum*
Domini, qui ei sic locutus est. 2. *Au-*
di verba fœderis hujus, & hæc lo-
quere apud homines Juda, & apud
Jerusalem habitatores; 3. *Dicesque*
eis; hæc dicit Dominus Deus Israel:
maledictus homo, qui non audiet ver-
ba fœderis illius, 4. *Quod mandavi*
patribus vestris tum, cùm eos eduxi
ex terrâ Ægyptiorum, de fornace
ferreâ, dicens: audite vocem meam,
& facite omnia, quæ vobis præcepi;

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה לאמר : 2. שמעו את
דברי הברית הזאת · ודברתם אל
איש יהודה ועל ישבי ירושלם : 3.
ואמרת אליהם · כה אמר יהוה אלהי
ישראל · ארור האיש אשר לא
ישמע את דברי הברית הזאת : 4.
אשר צויתי את אבותיכם ביום
הוציאי אותם מארץ מצרים מכור
הברזל לאמר · שמעו בקולי ועשיתם
אותם ככל אשר אצוה אתכם ·
והייתם לי לעם ואנכי אהיה לכם

*& eritis populus meus, ego autem ero
Deus vester; 5. Ut ego ratum fa-
ciam jusjurandum, quod juravi pa-
tribus vestris, daturum me illis ter-
ram, qualem nunc habetis, lacte ac
melle abundantem. Ego autem res-
pondi, amen, Domine. 6. Dixitque
mihi Dominus: promulga hæc om-
nia verba in urbibus Juda & in Jeru-
salem vicis, dicens; audite verba fœ-
deris hujus, & hæc observate. 7. Nam
patres vestros ego, cùm eos Ægypto
educebam, & usque hodie, sine in-
termissione obtestatus sum, dicens:
audite vocem meam. 8. Illi autem
non audierunt, nec aurem docilem
præbuerunt, sed secuti sunt cordis sui
pravi obstinationem. Ergò in eos ad-
ducam cuncta verba fœderis hujus,
quod præceperam ut servarent, nec
servaverunt. 9. Et dixit mihi Domi-
nus: conjuratio deprehensa est homi-
num Juda & Jerusalem habitatorum.
10. Reversi sunt ad iniquitates pa-
trum suorum priores, qui verba mea
ne audirent, recusârunt; illi alienos
Deos sequuntur, ut eis serviant. Do-
mus Israel & domus Juda fœdus ru-
perunt, quod cum patribus ipsorum
feceram. 11. Propterea hæc dicit Do-
minus: ego adducam in eos mala,
unde expedire se se non poterunt;
clamabunt ad me, nec exaudiam eos.
12. Et cùm ibunt civitates Juda &
Jerusalem habitatores, ut implorent
Deos suos, quibus thura incendunt;
illi eos, tempore adverso, nequaquam
liberabunt. 13. Urbium enim tuarum,
Juda, quantus est numerus, tantus
est tuorum Deorum; quot sunt Jeru-
salem vici, tot posuisti aras nefan-
das, aras ad thura Baal. 14. Tu au-
tem noli orare pro populo isto; noli
pro eo tollere clamores, aut preces;*

לאלהים : 5. למען הקים את
השבועה אשר נשבעתי לאבותיכם
לתת להם ארץ זבת חלב ודבש
כיום הזה · ואען ואמר · אמן יהוה :
6. ויאמר יהוה אלי · קרא את כל
הדברים האלה בערי יהודה ובחצות
ירושלם לאמר · שמעו את דברי
הברית הזאת ועשיתם אותם : 7.
כי העד העדתי באבותיכם ביום
העלותי אותם מארץ מצרים עד
היום הזה השכם והעד לאמר·
שמעו בקולי : 8. ולא שמעו ולא
הטו את אזנם · וילכו איש בשרירות
לבם הרע · ואביא עליהם את כל
דברי הברית הזאת אשר צויתי
לעשות ולא עשו : 9. ויאמר יהוה
אלי · נמצא קשר באיש יהודה
ובישבי ירושלם : 10. שבו על
עונת אבותם הראשנים אשר מאנו
לשמוע את דברי · והמה הלכו אחרי
אלהים אחרים לעבדם · הפרו בית
ישראל ובית יהודה את בריתי אשר
כרתי את אבותם : 11. לכן כה
אמר יהוה · הנני מביא אליהם רעה
אשר לא יוכלו לצאת ממנה · וזעקו
אלי ולא אשמע אליהם : 12.
והלכו ערי יהודה וישבי ירושלם ·
וזעקו אל האלהים אשר הם מקטרים
להם · והושע לא יושיעו להם בעת
רעתם : 13. כי מספר עריך היו
אלהיך יהודה · ומספר חצות ירושלם
שמתם מזבחות לבשת מזבחות
לקטר לבעל : 14. ואתה אל
תתפלל בעד העם הזה · ואל תשא
בעדם רנה ותפלה · כי אינני שמע
בעת קראם אלי בעד רעתם :
15. מה לידידי בביתי עשותה
המזמתה · הרבים ובשר קדש יעברו
מעליך · כי רעתכי אז תעלזי : 16.
זית רענן יפה פרי תאר קרא יהוה
שמך · לקול המולה גדלה הצית
אש עליה ורעו דליותיו : 17.
ויהוה צבאות הנוטע אותך דבר
עליך רעה · בגלל רעת בית ישראל

ובית יהודה אשר עשו להם להכעסני
לקטר לבעל :
18. ויהוה הודיעני ואדעה · אז
הראיתני מעלליהם : 19. ואני
ככבש אלוף יובל לטבוח · ולא ידעתי
כי עלי חשבו מחשבות · נשחיתה
עץ בלחמו ונכרתנו מארץ חיים ·
ושמו לא יזכר עוד : 20. ויהוה
צבאות שפט צדק בחן כליות ולב ·
אראה נקמתך מהם · כי אליך גליתי
את ריבי : 21. לכן כה אמר יהוה
על אנשי ענתות המבקשים את
נפשך לאמר · לא תנבא בשם
יהוה · ולא תמות בידנו : 22. לכן
כה אמר יהוה צבאות · הנני פקד
עליהם · הבחורים ימותו בחרב ·
בניהם ובנתיהם ימתו ברעב : 23.
ושארית לא תהיה להם · כי אביא
רעה אל אנשי ענתות שנת
פקדתם :

neque enim ego te audiam, tempore
eorum adverso, me implorantem.
15. *Quid causæ fuit, cur filia hæc*
mea, domi nata, scelus suum patra-
ret? An verò qui afferunt tibi pluri-
mam carnem sanctam, auferent à te
improbitates tuas, quòd tu de eâ glo-
riaris. 16. *Oleam virentem, fructu*
decoram & formâ speciosam vocave-
rat Dominus nomen tuum; intonuit
magnus fragor, eam incendit ignis, &
fracti sunt rami ejus. 17. *Etenim Do-*
minus exercituum, qui te plantaverat,
perdere te decrevit, propter scelus do-
mûs Israel & domûs Juda, quoniam
sic egerunt, ut me, per thura Baal,
iratum facerent. 18. *Dominus autem*
erudivit me, & intellexi; tu eorum
me consilia non celasti. 19. *Etenim*
ego eram velut agnus mansuetus, qui
ad mactationem ducitur; neque ad-
huc sciebam, eos machinari adversùm me pestem talem: inficiamus ligno
venenato cibum ejus, tollamusque eum de terrâ viventium, neque memoretur
ampliùs nomen ejus. 20. *Domine exercituum, qui justè judicas & probas*
renes & cor, videam te, quæso, eorum ultorem; ego enim detuli ad te
causam meam. 21. *Ergò hæc dicit Dominus adversùm eos homines Ana-*
thoth, qui vitæ tuæ insidiantur, quique dicunt: noli ampliùs in nomine
Domini vaticinari, ne tu manu nostrâ intereas. 22. *Hæc igitur dicit Domi-*
nus exercituum; ego in eos animadvertam; juvenes eorum gladio peribunt;
filii eorum & filiæ fame morientur.

---

2. שמעו, *audite.* Jeremiam Deus alloquitur, cui mandat ut sermonem habeat ad homines Juda, ואמרת אליהם, (v. 3.) *& dices eis;* ergò malè שמעו, numero plurali; legendum שמע, *audi*, ut legit Syrus. Deinde ודברתם, interpretandum, non *loquemini*, sed *hæc loquêris*, ut Græci Intt. λαλήσεις, in numero pariter singulari, qui etiam recurrit v. 3. in verbo ואמרת, *& dices.* Mendum שמעו natum videtur ex שמוע, quomodò sæpe legitur in hod. Codicibus.

9. נמצא קשר באיש יהודה, *deprehensa est conjuratio in hominibus Juda.* In *conjuratione* intelligitur consensus & conspiratio ad Dei cultum relinquendum, Diisque alienis serviendum. Etenim, ut observat Hieronymus in hunc locum. » Propriè... hoc verbo Scriptura abutitur, quandò » non subito fortuitoque peccato, sed paratis insidiis & conjuratione tenditur ad delictum, » & pari mente unoque studio id agunt, ut Dei mandata contemnant. « Erat etiam pars hujus conjurationis consilium Jerosolymitanorum civium de Jeremiâ per venenum tollendo; quod consilium docet Jeremias, v. 18. sibi fuisse à Deo patefactum.

13. לבשת, *ad erubescendum*, sive, unde erubesces; nos alio verbo, *nefandas.* Tamen suspicamur, verbum לבשת parallelum esse verbo לבעל, & notari aliquem Deum Idololatrarum.

14. אל התפלל בעד העם הזה, *ne ores pro populo isto.* Vide suprà ad cap. 7. v. 16.

15. מה לידידי בביתי: Abjicienda hæc scriptura non unam quidem ob causam. 1°. Si relinqueretur significatus *dilectus*, ex ידד, *amare*, esset tamen legendum לידידת, quomodò Græci Intt. legebant, qui convertunt, ἠγαπημένη, *dilectæ*, genere feminino; nam cætera oratio id genus persequitur in verbis עשתה & מזמתה & in רעתכי. 2°. Quæritur, quàm aptè *dilectæ*, dictum de

urbe Jeruſalem, Idololatriæ deditâ, quæ Deum habet iratum. 3°. *Dilectus in domo*, ut ſignificetur is, quem pater, vel herus habet præcipuum, loquendi forma eſt, quæ non alibi reperitur. Sed ſæpe Sacri Codices dicunt de ſervis *domi natis*, ſeu *vernis*, qui vocantur ילדי בית, vel ...ילידי; ut non dubium ſit, quin olim ſcriptum fuerit, מה לילידת ביתי, *quid fuit natæ in domo meâ*, עשותה מזמתה, *cur ſcelus ſuum patraret.* Sermo fit ad homines Juda & Jeruſalem, qui, quoniam in ſuâ Tribu Templum habebant, & de eâ re gloriabantur, Deus eoſdem ſimiles facit mulieri, quæ nata eſt in domo Sacerdotis, quæque adeò jus habet edere carnem ſanctam, ſuperbitque de iſtâ ſuâ naſcendi prærogativâ, ut deinde quærat ex eâdem, num caro ſancta, cujus eſu gloriatur, maculas ejus ſit abſterſura, & commeritas pœnas averſura. In tali ſententiâ הרבים ſignificat, *an qui multiplicant*, בשר, ſine ו, *carnem* (*ſanctam.*) Deinde רעתכי, caſus eſt verbi יעברו, *auferent improbitatem tuam*, מעליך, *à te.* Hæc ſeries plana eſt, & per eam docemur, malè prius כי ſeparare verbum à ſuo caſu, atque id poſt רעתכי rejiciendum; & legendum ſic, רעתכי· כי אז תעלזי, *improbitatem tuam, quòd tum gloriaris*, ſive quòd carnes ſanctæ plurimæ tuæ menſæ apponuntur.

16. זית רענן יפה פרי תאר: Arias, *olivam frondoſam, pulcram, fructu formæ;* nec potuit melius, quia duo verba, פרי תאר, ſocietatem inter ſe habere nullam poſſunt. Omiſſum fuit alterum יפה, quod habebat Syrus in ſuo Codice; nempe ita convertit, שפיר פארא ושפיר חזוא, *pulcram fructu, & pulcram aſpectu.* Itaque legendum, יפה פרי ויפה תאר. Hieronymus תאר vertit *ſpecioſam*, ſententiam exhibens, quia non poterat ipſum verbum תאר, ſuo adjuncto mutilatum. ...המולה גדלה: Potiùs המלה, *loquela*, ex מלה, vel מלל. Intelliguntur tonitrua, quæ Sacri Codices habent, ut Dei vocem. Ictæ de cœlo arbores inflammantur & franguntur; quæ duo notat ſimilitudo hujus loci.

19. ככבש אלוף: Optimè Vulgatus, *quaſi agnus manſuetus.* Sic ferè ἄκακον, Græci Int. *innocens.* Arabicum אלף ſignificat, *manſuefactus fuit.* Buxtorfius in Lexico ſuo tribuit huic vocabulo אלוף ſignificatum *bos*, contra omnes Veteres. Nam Chaldæus בחיר, *electus;* Syrus, ברירא, *ſimplex.* Sed non alium ſuppeditabant Magiſtri Judæi, quibus unis Buxtorfius obſequebatur, ſcripturis interpretandis. ...נשחיתה עץ בלחמו: Arias, ex ipſis verbis, *corrumpamus lignum in pane ejus.* Plerique ſtatuunt eſſe hoc loco *hypallagem*, nempe עץ בלחמו, pro בעץ לחמו, (*corrumpamus*) *ligno panem ejus.* Sed figuram ſermonis talem ſi Veteres hîc vidiſſent, nihil tàm obvium erat, quàm ut verterent, *corrumpamus ligno panem ejus*, quod tamen nemo ex illis fecit, ſed alius aliò divertit. Potiùs credimus trajectam fuiſſe litteram ב, & ſic legendum, נשחיתה בעץ לחמו, *corrumpamus ligno panem ejus*, vel *cibum*, ut eum veneno tollamus. Vocabulum עץ habet non modò *lignum*, & *arborem*, ſed etiam *olus* & *herbam*, & quidquid de terrâ naſcitur. Nos, *inficiamus ligno venenato.* Continetur *venenato* in verbo נשחיתה, *corrumpamus;* neque enim cibum Jeremiæ corrumpere aliam ob cauſam inimici ejus volunt, quàm ut ei mortem afferant. Itaque non rectè urget Lud. Capellus (notis Criticis ad Jeremiam) nunquam עץ ſignificatione occurrere toxici, ſeu veneni. Idem negat ullibi quidquam legi de tali conſilio, Jeremiam per venenum tollendi. Sed ſatis eſt, hoc conſilium in Jeremiæ ipſis verbis apertè demonſtrari. Imò id planum fit ex verſu 21. ubi *viri Anathoth* notantur, qui *quærunt*, inquit Deus, *animam tuam*, quos denuntiat fame ac ferro interituros. Advocat Lud. Cappellus ſignificatum Arab. לחם, *carnem*, quia credit prænuntiari Chriſti crucis ſupplicium. Sed, quandoquidem res antecedentes & conſequentes in ipſum Jeremiam conveniunt, non ſatis colligitur ex ipſis verbis, Chriſti prænuntiari ſupplicium. Sic quidem docet Hieronymus in hunc locum: » Omnium Eccleſiarum eſt iſte conſenſus, ut ſub perſonâ Jeremiæ, à Chriſto hæc dici intelligant, quòd ei Pater monſtraverit, quomodò eum oporteat loqui, & oſtenderit illi ſtudia » Judæorum, & ipſe quaſi agnus ductus ad victimam, non aperuerit os ſuum, & non co- » gnoverit, ſubauditur *peccatum*... & dixerit, *mittamus lignum in panem ejus*, crucem videli- » cet in corpus ſalvatoris. Ipſe eſt enim, qui ait, *ego ſum panis qui de cælo deſcendi*, & eradi- » cemus, ſive conteramus eum de terrâ viventium. « Sed idem Hieronymus infrà, ubi ſermo eſt de hominibus Anathoth, qui animam Jeremiæ quærunt, hæc ſubjicit: » Videtur hoc ſupe- » riori ſententiæ contraire, quâ volumus approbare ex perſonâ Chriſti dicta eſſe, quæ dicta » ſunt, & non ex Jeremiæ, qui propriè habitabat in viculo Anathoth... Ut autem nos omni » interpretationis moleſtiâ liberemur, illam ſequamur regulam: Quòd omnes Prophetæ in » typum Domini Salvatoris pleraque geſſerint, & quidquid juxta præſens tempus completum » ſit in Jeremiâ, hoc in futurum de Domino prophetari. « In quibus verbis ſignificat Hieronymus, ſe diffidere ſententiæ ſuæ priori, & hoc contentus videtur, ut *pleraque*, quæ de Jeremiâ dicta ſunt, pertineant ad Chriſti Domini perſonam. Neque etiam nimiùm urget *omnium Eccleſiarum conſenſum*, ut neque ipſa verba Sacri Contextûs. Si enim omnia verba de ipſo Jeremiâ planè intelliguntur, non jam neceſſe eſt in medium Contextum afferre Chriſti perſonam. Eam verò introducit Hieronymus invitam invito verbo לחם, quod interpretatur dictum de corpore Salvatoris, quia Salvator dixit, *ego ſum panis vivus.* Etenim, *panem ejus*, ſignificat panem, quem quis edit, vel eum, quo alitur, cibum. Atqui non utebatur Salvator corpore ſuo, tanquam cibo. Certè ad ſenſum litteralem perſona Chriſti accommodari vix poſſit, niſi advocatur ſignificatus לחם, *caro*, quem ſequitur Lud Capellus. Sed ſignificatum Arabicum accerſere non licet, ubi Hebraicum bonum habeas, cùm præſertim ea, quæ de hominibus Anathoth ſubjiciuntur, non aliam indicent, quàm Jeremiæ ipſius perſonam.

CAPUT

CAPUT XII.

Quare, Domine, prospera est via impiorum?... Tu eos in diem iræ reservas. Hæreditas mea facta est erga me quasi leo; projiciam eam, & dabo avibus devorandam. Populi vicini Judæ abducentur, ut Juda, iidemque revertentur.

1. *Justus es, Domine; propterea ego apud te disceptabo; sed nihil, nisi quod justum est, tecum loquar. Quare prospera est via impiorum; tranquilli sunt, quicunque scelera & flagitia faciunt?* 2. *Plantasti eos, & agunt radices; proficiunt, & fructus ferunt. Tu os eorum prope es, sed longè à renibus eorum.* 3. *Tu me, Domine, penitùs novisti, tu cor meum perspectum habes. Tu eos segregabis, velut oves, ad mactationem; tu eos reservas ad diem interfectionis.* 4. *Quousque lugebit terra, & arescent herbæ omnium agrorum, propter nequitiam habitatorum? Quousque peribunt & jumenta & aves, propterea quòd homines dixerunt; ille non intuebitur vias nostras.* 5. *Tu verò, postquàm cucurristi cum peditibus, qui te lassârunt, quî tandem cum equitibus certabis? Tu securus es, quandò terra tranquilla est: sed quid facies, cùm supereffluet Jordanis?* 6. *Enimverò tui fratres, patris tui domus, illi ipsi tecum perfidè agent; illi te plenâ voce insectabuntur. Cave eis credas, cùm bona verba tecum loquentur.* 7. *Ego reliqui domum meam; ego hæreditatem meam dimisi; ego eam, quæ mihi charissima fuit, tradidi ejus inimicis.* 8. *Sic mihi est, tanquam leo in syl-*

1. צדיק אתה יהוה כי אריב אליך · אך משפטים אדבר אותך · מדוע דרך רשעים צלחה · שלו כל בגדי בגד : 2. נטעתם גם שרשו · ילכו גם עשו פרי · קרוב אתה בפיהם ורחוק מכליותיהם : 3. ואתה יהוה ידעתני תראני ובחנת לבי אתך · התקם כצאן לטבחה והקדשם ליום הרגה : 4. עד מתי תאבל הארץ ועשב כל השדה ייבש מרעת ישבי בה · ספתה בהמות ועוף · כי אמרו · לא יראה את אחריתנו : 5. כי את רגלים רצתה וילאוך · ואיך תתחרה את הסוסים · ובארץ שלום אתה בוטח · ואיך תעשה בגאון הירדן : 6. כי גם אחיך ובית אביך גם המה בגדו בך · גם המה קראו אחריך מלא · אל תאמן בם כי ידברו אליך טובות : 7. עזבתי את ביתי · נטשתי את נחלתי · נתתי את ידדות נפשי בכף איביה : 8. היתה לי נחלתי כאריה ביער · נתנה עלי בקולה · על כן שנאתיה : 9. העיט צבוע נחלתי לי · העיט סביב עליה · לכו אספו כל חית השדה · התיו לאכלה : 10. רעים רבים שחתו כרמי · בססו את חלקתי · נתנו את חלקת חמדתי למדבר שממה : 11. שמה לשממה · אבלה עלי שממה · נשמה כל הארץ · כי אין איש שם על לב : 12. על כל שפים במדבר באו שדדים · כי חרב ליהוה אכלה

vâ, mea hæreditas, quæ edidit ad-
versùm me rugitus. Ideò mihi odiosa
est. 9. *Sic mihi est hæreditas mea,*
ut avis discolor, in quam coeunt cæ-
teræ aves. Agite, convenite omnes
bestiæ agri, erumpite, ut eam devo-
retis. 10. *Plurimi pastores vineam*
meam devastant; sortem meam pro-
culcant; partem meam, quam dili-
gebam, solitudinem fecerunt. 11. *Re-*
degerunt eam in vastitatem. En lu-
get, eò quòd devastatur. Omnis re-
gio desolata est, quia nemo est, qui
mente recogitet. 12. *Adveniunt depo-*
pulatores in omnes Deserti editos lo-
cos; nam stragem edit gladius Do-
mini ab uno extremo terræ ad alte-
rum extremum; nihil pacis est super
universæ carni. 13. *Triticum seminârant, demetunt spinas; prædium habent,*
unde nihil ad ipsos rediit; erubescunt de proventibus suis, quoniam Domi-
nus iratus est. 14. *Hæc dicit Dominus de pastoribus illis, meis vicinis, qui*
proximè tangunt hæreditatem, quam dedi populo meo Israel. En ego eos eri-
piam ex terrâ ipsorum, simul de medio eorum eripiam domum Juda. 15. *Sed*
eos postquàm ejecero, revertar; etenim eorum miserebor; & reducam eos ad
suam cujusque hæreditatem, & ad suam cujusque terram. 16. *Qui, si populi*
mei vias studiosè discent, ut jurent per nomen meum, vivit Dominus, quo-
modò illi populum meum docuerunt jurare per Baal, sic apud populum meum
sedem habebunt. 17. *Sin autem indociles erunt, ego eam gentem radicitùs*
evellam, & peribit, dicit Dominus.

מקצה ארץ ועד קצה הארץ • אין
שלום לכל בשר : 13. זרעו חטים
וקצים קצרו • נחלו לא יועלו • ובשו
מתבואתיכם מחרון אף יהוה :
14. כה אמר יהוה על כל
שכני הרעים הנגעים בנחלה אשר
הנחלתי את עמי את ישראל • הנני
נתשם מעל אדמתם • ואת בית
יהודה אתוש מתוכם : 15. והיה
אחרי נתשי אותם אשוב ורחמתים •
והשיבתים איש לנחלתו ואיש
לארצו : 16. והיה אם למד ילמדו
את דרכי עמי להשבע בשמי • חי
יהוה כאשר למדו את עמי להשבע
בבעל • ונבנו בתוך עמי : 17. ואם
לא ישמעו • ונתשתי את הגוי ההוא
נתוש ואבד • נאם יהוה :

---

1. & 2. מדוע דרך רשעים צלחה, *quare prospera est via impiorum?* Hæc Jeremias de iisdem impiis, qui se veneno tollere meditabantur; de quibus admirari quidem videtur, quòd eis omnia prosperè succedant. Sed ideò admiratur per interrogationem, ut deinde vaticinetur, non diuturnam fore eorum felicitatem.... (v. 2.) מכליתיהם : Plerique Codices plenè, מכליותיהם, *à renibus eorum*, ut fuerat scribendum.

3. ידעתני תראני, *nosti me, vides me.* Hæc iterantur ut augeatur sententia; propterea nos, *me penitus novisti:* quasi dicat Jeremias; ego nihil commerui, cur isti homines vitæ meæ insidientur; sed tu eos delebis, priùs quàm scelus, quod in me meditantur, perpetrârint.

4. לא יראה את אחריתנו, *non videbit novissima nostra.* Græci Intt. pro אחריתנו, legebant, ארחותנו, *vias nostras;* nam convertunt, ὁδοὺς ἡμῶν; quam eorum scriptionem antetulimus. Etenim, si in verbo אחרית *finis* intelligitur, non poterant impii nescire, cognitum Deo esse finem suum; neque verò etiam finem suum, qualis esset futurus, multùm curabant, contenti præsentibus fortunis, & licentiâ scelerum, quæ hactenus dabatur. Quòd si אחרית interpreteris *novissima*, tanquam novissimam, vel debitam mercedem, obstabit series. Nam verbum ראה cum accusandi casu, præfixo את, nihil significat, præter *videre;* tantùm aliquandò *providere*, ubi accedit Dativus casus, ut יראה לו, *providebit sibi.*

5. ...את רגלים רצתה, *cum peditibus cucurristi.* Grotius hunc locum sic exponit: » Deus Jeremiam alloquens significat exigua esse de quibus querebatur, nempe contumelias & minas Anathothanorum, præ illis malis, quæ ipsi illaturi essent Jerosolymitani. « In quâ interpretatione non explicat Grotius, cur homines Anathoth *pedites* nuncupentur, Jerosolymitani *equites;*

quod tamen fuerat explicandum. Neque enim ſine causâ opponit Jeremias equites peditibus. Nos exiſtimamus, hæc verba eſſe, non Dei ad Jeremiam, ſed Jeremiæ ad cives ſuos & ad Regem & exercitûs duces, quos alloquitur Propheta, verſu etiam ſequenti. Ita ſentiebat Hieronymus. » Comparat pedites equitibus, quia reverâ & juxta hiſtoriam, omnis Perſis & univerſa » Chaldæa & regionum illarum exercitus gaudet equitatu. Iſtæ autem gentes, quas ſuprà memoravi, propter difficultatem locorum, non tam pugnæ aptæ ſunt, quàm latrocinio. Ser» vatque metaphoram, & dicit: ſi cum peditibus currens, laſſitudine defeciſti, quid facies, ſi » equis curſum tuum volueris coæquare? « Gentes, quas ſuprà memoravit Hieronymus, ſunt illæ *vicinæ*; de quibus poſteà, nempe Moabitæ, Ammonitæ, Philiſtæi & Idumæi, qui montana incolebant, quæ parùm commoda erant ad explicandum equitatum.

6. אחיך ובית אביך, *fratres tui & domus patris tui.* Hæc etiam rectè Hieronymus de Idumæis, Ammonitis & Moabitis, qui junxerunt ſe ſe cum Chaldæis, & ruinæ Judæorum inſultârunt; qui tamen, antequàm venirent in Syriam Chaldæi, Judæis *bona verba* loquebantur, atque ad eos legatos mittebant, hortantes Sedeciam, ut iniret ſecum belli ſocietatem contra Chaldæos: vide infrà cap. 27. v. 3.

8. נתנה עלי בקולה, *dedit contra me vocem ſuam.* Hoc alterum exemplum eſt accuſandi caſûs poſt verbum נתן cum ב præfixo, & meliùs tollitur ב, quàm relinquitur: vide nos ad Pſalmum 46.

9. העיט צבוע, *avis diſcolor.* Hæc ſine interrogatione convertimus; nam idem tenor eſt, qui verſu ſuperiore, ubi Vulgatus convertit per affirmationem, non autem, ut hoc verſu 9. per interrogationem. ...התיו, *adducite*; ita legit Syrus: meliùs Græci Intt. ἐλθέτωσαν, *veniant*, ex ſcriptione אתיו, *venite*, vel *veniant.* Nemo eſt in Contextu, qui *adducat* feras. Deus mandatum dat feris ipſis, ut veniant, & devorent. Ideò quidam Codices circulum notant ſuper התיו, ut mendoſum.

11. שמה לשממה: Plerique in Polyglottis. ...שמוה, *poſuerunt eam in devaſtationem.* Deinde, אבלה עלי שממה, *luxit ſuper devaſtatione*, ut alterum membrum incipiat in נשמה, quod ſequitur; rectè enim punctum *Athnac* poſt שממה.

14. על כל שכני הרעים, *de omnibus vicinis meis paſtoribus.* Tractamus הרעים ut *paſtores* cum Syro, qui רעותא. Sic anteà v. 10. *multi paſtores*, pro *multi reges.* Id apprimè rectè convenit regibus Judæorum vicinis, nempe Ammonitis, Moabitis & Idumæis, quorum illi qui regibus Judæ ſub tributo ſerviebant, tributum gregibus ſolvebant, quia ipſorum regio ſterilis & montoſa opportuna erat pecoribus nutriendis. Non convenienter illi reges *peſſimi* vocarentur, antequàm promittatur eis in patriam ſuam reditus, nec non cum populo Iſrael ſocietas, ſi Deo Iſrael ſervient.

15. אחרי נתשי אתם, *poſtquàm eos eripuero.* Pertinet *eos* ad populos Judææ vicinos, qui (v. 16.) *docuerant* Judæos *jurare per Baal.* Ad eos enim *vicinos* ſermo eſt, promittiturque eis futurum, ut poſtquàm captivi Chaldæorum fuerint, ſimul cum Judæis, in regionem ſuam revertantur; quod eos feciſſe colligitur ex pluribus Hiſtoriæ Sacræ & Prophetarum locis. Nimirùm gentes vicinæ Judæorum uſæ ſunt datâ per Cyrum licentiâ; propterea quòd quicunque ſe Deum Iſrael colere profitebantur, populo Dei annumerabantur, quem populum Cyri edictum ſpectabat.

CAPUT XIII.

Jeremias, Deo jubente, abſcondit zonam ſuam in rupis foramine; eandem, poſt multos dies extractam, reperit mucidam. Sic erit Iſrael, quem tanquam zonam Deus aſſumpſerat, & ignominia Jeruſalem palàm fiet.

1. *Hæc mihi dixit Dominus:*
vade & eme tibi cingulum lineum,
quod lumbis tuis impones, neque in
aquam mittes. 2. *Ego igitur emi cin-*
gulum lineum, ut Dominus juſſe-
rat, impoſuique id lumbis meis.

1. כה אמר יהוה אלי · הלוך
וקנית לך אזור פשתים ושמתו על
מתניך · ובמים לא תבאהו : 2.
ואקנה את האזור כדבר יהוה · ואשם
על מתני : 3. ויהי דבר יהוה אלי
שנית לאמר : 4. קח את האזור

3. Fuit autem iterùm ad me sermo
Domini, hæc mandantis. 4. Tolle
cingulum, quod emisti, quodque est
super lumbos tuos. Surge, vade ad
Phereth, ibique in foramine rupis
absconde illud. 5. Ego ivi & illud
abscondi apud Phereth, ut mihi jus-
serat Dominus. 6. Transactis autem
diebus multis, Dominus mihi dixit:
surge, vade ad Phereth, atque inde
extrahe cingulum, quod tibi manda-
vi, ut ibi absconderes. 7. Ivi ad Phe-
reth, & cùm fodissem, cingulum ex-
traxi ex eo loco, in quo id condide-
ram. Ecce verò contabuerat cingu-
lum, neque ejus esse poterat ullus
usus. 8. Fuit autem ad me sermo Do-
mini, hæc dicentis: 9. Hæc dicit
Dominus: ita ego gloriam Juda &
Jerusalem magnum decus ad nihilum
deducam. 10. Populus iste, homines
nequam, qui negant se verbis meis
obtemperaturos, qui eunt ad cordis
sui libidines, qui Deos alienos se-
quuntur, ut eis serviant, & eos ado-
rent, sic evadent, ut istud cingulum,
quod habere usum nullum potest.
11. Enimverò ego, ut adhæret cingu-
lum ad hominis renes, ita succinxe-
ram me domo Israel & domo Juda,
dicit Dominus, ut essent populus
meus, ut gloria mea & laus & orna-
mentum; sed indociles fuerunt. 12. Tu
igitur hoc eis verbum denuntiabis:
hæc dicit Dominus Deus Israel;
omnes utres vino implebuntur. Et,
cùm tibi dicent: an nos ignoramus
omnem utrem vino impleri. 13. Tu
eis hæc loquêris: hæc dicit Dominus;
ego omnes terræ hujus habitatores,
ego & reges, qui sedent in solio Da-
vid, & sacerdotes & prophetas, de-
nique omnes habitatores Jerusalem
inebriabo. 14. Ego allidam hominem

אשר קנית אשר על מתניך · וקום
לך פרתה · וטמנהו שם בנקיק
הסלע : 5. ואלך ואטמנהו בפרת ·
כאשר צוה יהוה אותי : 6. ויהי
מקץ ימים רבים ויאמר יהוה אלי ·
קום לך פרתה · וקח משם את
האזור אשר צויתיך לטמנו שם :
7. ואלך פרתה · ואחפר ואקח את
האזור מן המקום אשר טמנתיו
שמה · והנה נשחת האזור · לא יצלח
לכל : 8. ויהי דבר יהוה אלי
לאמר : 9. כה אמר יהוה · ככה
אשחית את גאון יהודה ואת גאון
ירושלם הרב : 10. העם הזה
הרע המאנים לשמע את דברי
ההלכים בשררות לבם וילכו אחרי
אלהים אחרים לעבדם ולהשתחות
להם · ויהי כאזור הזה אשר לא
יצלח לכל : 11. כי כאשר ידבק
האזור אל מתני איש · כן הדבקתי
אלי את כל בית ישראל ואת כל
בית יהודה · נאם יהוה · להיות לי
לעם ולשם ולתהלה ולתפארת · ולא
שמעו : 12. ואמרת אליהם את
הדבר הזה · כה אמר יהוה אלהי
ישראל · כל נבל ימלא יין · ואמרו
אליך · הידוע לא נדע כי כל נבל
ימלא יין : 13. ואמרת אליהם ·
כה אמר יהוה · הנני ממלא את כל
ישבי הארץ הזאת · ואת המלכים
הישבים לדוד על כסאו ואת
הכהנים ואת הנביאים ואת כל ישבי
ירושלם שכרון : 14. ונפצתים
איש אל אחיו והאבות והבנים יחדו
נאם יהוה · לא אחמול ולא אחוס
ולא ארחם מהשחיתם : 15. שמעו
והאזינו אל תגבהו · כי יהוה דבר :
16. תנו ליהוה אלהיכם כבוד
בטרם יחשך ובטרם יתנגפו רגליכם
על הרי נשף · וקויתם לאור ושמה
לצלמות ישית לערפל : 17. ואם
לא תשמעוה במסתרים תבכה
נפשי מפני גוה · ודמע תדמע ותרד
עיני דמעה · כי נשבה עדר יהוה :
18.

18. אמר למלך ולגבירה · השפילו
שבו · כי ירד מראשתיכם עטרת
תפארתכם : 19. ערי הנגב סגרו
ואין פתח · הגלת יהודה כלה הגלת
שלומים : 20. שאי עיניכם וראי
הבאים מצפון · איה העדר נתן לך
צאן תפארתך : 21. מה תאמרי
כי יפקד עליך · ואת למדתי אתם
עליך אלפים לראש · הלוא חבלים
יאחזוך כמו אשת לדה : 22. וכי
תאמרי בלבבך · מדוע קראני אלה ·
ברב עונך · נגלו שוליך · נחמסו
עקביך : 23. היהפך כושי עורו
ונמר חברברתיו · גם אתם תוכלו
להיטיב למדי הרע : 24. ואפיצם
כקש עובר לרוח מדבר : 25. זה
גורלך מנת מדיך מאתי · נאם יהוה ·
אשר שכחת אותי ותבטחי בשקר :
26. וגם אני חשפתי שוליך על
פניך · ונראה קלונך : 27. נאפיך
ומצהלותיך זמת זנותך · על גבעות
בשדה ראיתי שקוציך · אוי לך
ירושלם · לא תטהרי אחרי מתי עד :

ad fratrem suum, simul patres ad
filios, dicit Dominus; non indulge-
bo, nec parcam, nec misericordiâ
movebor, ne eos disperdam. 15. *Au-*
dite & attendite, neque este arrogan-
tes, quoniam Dominus locutus est.
16. *Date gloriam Domino Deo ves-*
tro, priusquàm tenebræ adveniant, &
priusquàm pedes vestri offendant ad
montes tenebrarum; lux enim, quam
sperabitis, versa erit in caliginem &
in umbram mortis. 17. *Quòd si hæc*
non audietis, lugebit secretò anima
mea transmigrationem, & flebit ju-
giter; lacrymas profundet oculus
meus, quia grex Domini captivus
erit. 18. *Dic regi ac reginæ, este*
humiles & revertimini; nam defluet
è pulvinari vestro corona hæc, unde
gloriamini. 19. *Clausæ sunt urbes*
australes; nemo est, qui aperiat;
transmigrat omnis Juda; nemo est,
qui non transmigret. 20. *Tolle oculos*
tuos, & vide istos, qui ab aquilone
veniunt. Ubi est grex ille, qui tibi fuerat mandatus; ubi oves de quibus glo-
riabaris? 21. *Quid es dicturus, quandò isti tibi imminebunt, postquàm tu*
eos adversùm te habiles feceris, & in caput tuum invexeris? Non-ne te do-
lores sic invadent, ut mulierem parturientem? 22. *Quòd autem tu apud te-*
metipsam sic quæres; quare in me hæc advenerunt? Hæc in te, propter mul-
tam tuam improbitatem; tua obscœna detegentur, & tui calces per vim ex-
cutientur. 23. *An mutabit Æthiops pellem suam, pardus-ve maculas suas?*
An vos benefacere potestis, qui didicistis improbitatem? 24. *Ego eos sic dis-*
sipabo, ut, australi turbine, instabilem festucam. 25. *Hæc tua pars erit;*
hæc tibi à me certa mensura, dicit Dominus; quia tu me oblita es, & spem
tuam in mendacio posuisti. 26. *Ego verò etiam discingam usque ad vultum*
tuum fimbrias tuas, ut ignominia tua conspiciatur; ut tua adulteria, tui-
que hinnitus flagitiosæque tuæ scortationes. 27. *Ego in omnibus collibus*
agrorum idola tua conspexi. Væ tibi Jerusalem; nunquam erit, ut abluas
maculas tuas.

---

1. ובמים לא תבאהו, *neque in aquam mittas illud (cingulum)* quanquam fiat sordidum, neque ejus ablue sordes lavatione. Declaratur infrà, esse populum Israel cingulum. Itaque id Deus vetat aquis lavari, ut significetur, populum Israel, per Idololatriam suam contraxisse maculas, quæ non abluentur.

4. לך פרתה, *vade ad Euphratem.* Sic interpretantur omnes Veteres & Recentiores, præter

unum Sam. Bochartum, qui mavult *Ephratam*, per litteræ א *Aphæresin*, quamvis ubicunque Ephrata nominatur, non sine א scriptum legatur אפרת, vel אפרתה. Poterat Bochartus de quodam viculo hæc accipere, qui *Phereth* nominaretur, nec minùs valerent argumenta, quibus probat non fuisse interpretandum *ad Euphratem*. Vide eum, si juvat, *in Phaleg*, *Differt. de transportatione J. C. in montem*, pag. 954. & 955. Grotius *Euphratem* notari credit, quia *eò ducendus erat populus Judaicus*. Sed Judæi ad Euphratem non tam ducendi erant, quàm traducendi. Argumentis, quæ protulit Bochartus, illud accedit, quòd non tangitur *Euphrates* in sequentibus, ubi Deus exponit Jeremiæ, quid significet id cingulum quo cinxerat renes, quodque deinde contabuerat in fissurâ petræ absconditum. Illo enim de *Euphrate* silentio satis apertè demonstratur, non pertinere ad ænigma, nec *Euphratem*, nec Jeremiæ ad id flumen itiones duas, totidemque regressiones. Et verò etiam inutile videbatur, iter tam longum quater facere Jeremiam, ut hoc tantùm significaretur, de populo Judaico sic fuisse jam factum, ut de zonâ quæ computruit, nec habere usum ullum potest. Hæ difficultates, & aliæ, quæ ex Bocharto promi possunt, tolluntur, si credas *Phereth* sic nominari, ut aliquem locum vicinum, ubi Jeremias posset commodè abscondere zonam suam, eandemque inde retrahere, cùm Deus vellet.

9. את גאון יהודה: Nos, *gloriam Judæ*, non autem *fastum*, aut *superbiam*. Quippe idem est גאון hoc versu, atque תפארת & תהלה, versu 11. ubi dicitur Juda, fuisse Deo *ad laudem & ad ornamentum*, Deo dicente, se ad nihilum deducturum gloriam illam, quam dederat Judæ, cùm eum haberet ut populum suum.

10. ויהי, *& erit*. Lege, ויהיו, *& erunt*. Sic Græci Intt. ἔσονται; Chaldæus, ויהון, Syrus נהוון, *erunt*. Nam cætera, quæ antecesserunt, numeri sunt pluralis, ut non liceat redire ad numerum singularem.

16. על הרי נשף, *ad montes tenebrarum*. Frustrà quærunt Interpretes, ubi locorum sint illi *montes tenebrarum*; pertinent enim ad similitudinem, non ad rem similitudine adumbratam. Indicat autem נשף, *tenebras* matutinas potiùs, quàm vespertinas; nam sequitur, *lucem expectabitis*. Significantur in genere illi montes, ad quos ascendebatur, ut tempus notaretur, quo sol oriebatur. ..ושמה לצלמות ישית לערפל, *& versa fuerit in umbram mortis*, *posuerit in tenebras*. Hæc nihil sonant, ut Latinè, ita nec Hebraicè. Nec vitio medentur Masoretæ, qui ponunt ושית; esset enim legendum ושתה, *& posita fuerit*, quomodò antecessit, ושמה, *& versa fuerit*. Alterum vitium est, quòd vocabulum צלמות ponatur ante ערפל; nam ubique צלמות, posteriori loco ponitur, & claudit sententiam. Verus hic ordo est, ושמה לערפל ולצלמות, *& posita fuerit*, vel *conversa*, *in tenebras & in umbram mortis*. Ordinem talem exhibet Syrus, idemque omittit ישית, quod fortè ad marginem positum fuerit; ut explicaretur ושמה, quod erat ambiguum.

17. מפני גוה: Ut accipiatur גוה, pro גאה, *superbia*, non tamen orietur sententia posteriori membro accommodata, in quo deplorat Jeremias, non *superbiam*, sed superbiæ inflictam pœnam, nempe *captivitatem*. Syrus vertit רעתא, *afflictionem*; legebat רעה. Nos anteferimus גלה, *transmigrationem*, unde mendum גוה natum videtur, ut id sit parallelum verbo נשבה, *captus est*.

18. מראשתיכם: Nos, *è pulvinari vestro*, in quo posita erant regum insignia, quomodò in pulvinaribus ipsis Deorum. Hunc significatum elegimus, quia nullibi legitur vocabulum ראש, *caput*, in plurali feminino. Sapientius videtur, nihil mutare, ubi significatum bonum habeas, quàm vel legere ראשיכם, *capita vestra*, vel interpretari, *capita vestra*, contra Grammaticæ legem.

20. שאי עיניכם, *tolle oculos vestros*. Quia stare non poterat hæc discordia numerorum, Masora ponit שאו, *tollite*, & similiter ראו, *videte*, pro ראי, *vide*. Sed sequuntur לך & תפארתך, cum affixo ך singulari, quod Masoretæ non castigârunt. Itaque inconstanter faciunt Judæi isti Emendatores; qui meliùs fecissent si, pro עיניכם, *oculos vestros*, statuissent legendum עיניך, *oculos tuos*. Prudentis Criticæ lex est, corrigere quàm minimùm possis. Ergò unum mendum עיניכם potiùs corrigendum, quàm quatuor verba, quæ non jam sunt mendosa, cùm legas עיניך. Ortum videtur mendum עיניכם, ex eo, quòd anteà scriptum legebatur עיניכוראי, quia τὸ מ quod perperam fuit additum, satis simile erat τῷ כ prope ו descripto, in iis quidem Codicibus, in quibus nullo intervallo verba distinguebantur.

21. כי יפקד: Legendum, כי יפקדו, ut legunt Græci Intt. qui, ὅταν ἐπισκέπτωνταί σε, *cùm visitabunt te*; nam sequitur למדת אתם, *docuisti eos*; *eos*, inquam, plurale; & postea אלפים, *docens eos*. Recte י in אלפי, *Benoni* feminino; malè in למדתי. Itaque emendat Masora, ut sit למדת. Cæterùm, pro לראש, legendum לראשך, *in caput tuum*, quomodò Vulgatus. Affixum ך non omittitur suprà, nec infrà; neque id abesse patitur series.

22. קראני: Lege, קראוני, *advenerunt in me*. Sic Chaldæus, ערעוני. Sed haud scio an אלה geminandum, ut prius sit interrrogationis; alterum, responsionis. Vide & attende. ...נחמסו עקביך, *vim patientur plantæ tuæ*. Nam similitudo ducta est ex muliere, quæ ab adultero per vim supplantatur, excussis talis.

26. & 27. קלונך: נאפיך, *ignominia tua*, *adulteria tua*. Malè hæc separantur per interpunctionem majorem; hæc enim dicuntur continuatè. Itaque rectè hæc conjungunt Græci Intt.

CAPUT XIV.

Verba Jeremiæ de ſiccitate. Collabuntur omnia, defectu pluviæ. Parce, Domine, propter nomen tuum... Tu noli orare pro populo iſto. Prophetæ, qui falsò vaticinantur, gladio & fame peribunt.

1. Hoc eſt verbum Domini, quod
fuit ad Jeremiam de ſiccitate. 2. Lu-
get Juda; hordea ejus collabuntur,
& humi nigreſcunt; tolluntur in al-
tum Jeruſalem clamores. 3. Optima-
tes eorum miſerunt pueros ſuos ad
aquas; qui ad ciſternas iverunt, nec
aquas repererunt; vaſa ſua vacua re-
ferunt; erubeſcunt & afflictantur;
operiunt caput ſuum. 4. Terræ pro-
ventus aduſti ſunt, quia non ſunt in
terrâ imbres; erubeſcunt agricolæ,
operiunt caput ſuum. 5. Cervæ etiam
fœtus in agro derelictus eſt, quia gra-
mina non ſunt. 6. Stant onagri editis
in locis, captant auram, quaſi dra-
cones; oculi eorum languent, quia
gramina non ſunt. 7. Si noſtræ ini-
quitates adversùm nos clamant, fac
tu Domine, propter nomen tuum,
quandoquidem multæ ſunt noſtræ
averſiones, quibus te offendimus.
8. Tu es expectatio Iſrael, qui eum
liberas in temporibus adverſis. Quare
tu advenæ ſimilis eſſes, aut viatori,
qui noctem, non pluſquàm unam,
diverſatur? 9. Quare ſic eſſes ut ho-
mo inops conſilii, ut bellator qui ferre
opem non jam poteſt? Tu, Domine,
apud nos habitas; nos autem tuo no-
mine cenſemur; ne nos derelinquas.
10. Hæc dicit Dominus de populo
iſto. Omnino amant pedibus oberra-
re; ſtare loco neſciunt. Sed Domi-

1. אשר היה דבר יהוה אל
ירמיהו על דברי הבצרות : 2.
אבלה יהודה ושעריה אמללו · קדרו
לארץ וצוחת ירושלם עלתה : 3.
ואדיריהם שלחו צעוריהם למים ·
באו על גבים לא מצאו מים · שבו
כליהם ריקם · בשו והכלמו וחפו
ראשם : 4. בעבור האדמה חתה ·
כי לא היה גשם בארץ · בשו
אכרים חפו ראשם : 5. כי גם
אילת בשדה ילדה ועזוב · כי לא
היה דשא : 6. ופראים עמדו על
שפים · שאפו רוח כתנים · כלו
עיניהם כי אין עשב : 7. אם
עונינו ענו בנו יהוה · עשה למען
שמך · כי רבו משובתינו · לך
חטאנו : 8. מקוה ישראל מושיעו
בעת צרה · למה תהיה כגר בארץ
וכארח נטה ללון : 9. למה תהיה
כאיש נדהם · כגבור לא יוכל
להושיע · ואתה בקרבנו יהוה ·
ושמך עלינו נקרא · אל תנחנו : 10.
כה אמר יהוה לעם הזה · כן אהבו
לנוע · רגליהם לא חשכו · ויהוה לא
רצם · עתה יזכר עונם ויפקד
חטאתם : 11. ויאמר יהוה אלי ·
אל תתפלל בעד העם הזה לטובה :
12. כי יצמו אינני שמע אל רנתם ·
וכי יעלו עלה ומנחה אינני רצם ·
כי בחרב וברעב ובדבר אנכי מכלה
אותם : 13. ואמר · אהה אדני
יהוה · הנה הנביאים אמרים להם ·
לא תראו חרב · ורעב לא יהיה לכם ·
כי שלום אמת אתן לכם במקום

nus non habet eos acceptos. Viget
memoria iniquitatis ipsorum; pecca-
tum eorum pœna sequetur. 11. *Di-*
xit etiam mihi Dominus: Tu noli
orare pro populo isto, ut benè sit eis.
12. *Ego enim, cùm jejunabunt, non*
exaudiam preces eorum; cùm holo-
causta & munus offerent, hæc mihi
non placebunt: ego enim illos & gla-
dio & fame & pestilentiâ delebo.
13. *Ego autem dixi: ah! Domina-*
tor Domine; en prophetæ eis sic lo-
quuntur; vos gladium non videbitis,
neque erit apud vos fames: dabo enim
vobis in loco isto certam pacem.
14. *Tum Dominus mihi dixit: Pro-*
phetæ falsè nomine meo vaticinantur.
Ego non misi eos, nec eis quidquam
mandavi, aut locutus sum. Illi vati-
cinantur vobis & visiones falsas, &
divinationes, & vanitates, & cordis
sui errores. 15. *Propterea hæc dicit*
Dominus de prophetis illis, qui no-
mine meo vaticinantur, quanquam
non misi eos, quique dicunt, non erit
hâc in terrâ gladius, nec fames; illi
prophetæ gladio & fame peribunt.
16. *Populus autem, ad quem vatici-*
nantur, gladio & fame grassante,
jacebunt in vicis Jerusalem; nec erit,
qui eos sepeliat, nec eorum uxores,
nec filios, nec filias; & rejiciam in
eos ipsorum improbitatem. 17. *Tu*
autem hæc apud eos verba eloquêris:
profundant lacrymas oculi mei die ac
nocte, nec intermittant; etenim virgo filia populi mei excepit magnum vulnus,
acerbissimam plagam. 18. *Si egredior in campum, ecce ibi jacent gladio in-*
terempti; si ad urbem venio, ante oculos sunt qui fame enecantur; ipsi quo-
que prophetæ & sacerdotes palpitant humo affixi, nec quemquam nôrunt.
19. *An tu Judam penitùs aversaris? An reprobavit Sion anima tua? Quid*
causæ est, cur nos vulneres ita, ut nemo medeatur? Quare pacem speramus,
& longè absunt meliora; tempus tranquillum, & adsunt terrores. 20. *Agnos-*
cimus, Domine, impietatem nostram, & scelus patrum nostrorum, quia in
te peccavimus. 21. *Ne abjicias nos, propter nomen tuum; noli dedecorare*

הזה ׃ 14. ויאמר יהוה אלי · שקר
הנביאים נבאים בשמי · לא שלחתים
ולא צויתים ולא דברתי אליהם · חזון
שקר וקסם ואלול ותרמות לבם
המה מתנבאים לכם ׃ 15.
לכן כה אמר יהוה על הנביאים
הנבאים בשמי ואני לא שלחתים ·
והמה אמרים · חרב ורעב לא יהיה
בארץ הזאת · בחרב וברעב יתמו
הנביאים ההמה ׃ 16. והעם אשר
המה נבאים להם יהיו משלכים
בחוצות ירושלם מפני הרעב והחרב
ואין מקבר להמה המה נשיהם
ובניהם ובנתיהם · ושפכתי עליהם
את רעתם ׃ 17. ואמרת אליהם
את הדבר הזה · תרדנה עיני דמעה
לילה ויומם ואל תדמינה · כי שבר
גדול נשברה בתולת בת עמי מכה
נחלה מאד ׃ 18. אם יצאתי השדה
והנה חללי חרב · ואם באתי העיר
והנה תחלואי רעב · כי גם נביא גם
כהן סחרו אל ארץ ולא ידעו ׃ 19.
המאס מאסת את יהודה · אם בציון
געלה נפשך · מדוע הכיתנו ואין לנו
מרפא · קוה לשלום ואין טוב · ולעת
מרפא והנה בעתה ׃ 20. ידענו
יהוה רשענו עון אבותינו · כי חטאנו
לך ׃ 21. אל תנאץ למען שמך ·
אל תנבל כסא כבודך · זכר אל
תפר בריתך אתנו ׃ 22. היש בהבלי
הגוים מגשמים ואם השמים
יתנו רביבים · הלא אתה הוא יהוה
אלהינו ונקוה לך · כי אתה עשית
את כל אלה ׃

gloriæ

gloriæ tuæ thronum; memento fœderis nobiſcum tui, neque id abrumpas.
22. *Num enim demittent imbres Dii vani gentium? An cœli dabunt plu-
vias? Non-ne hoc tuum eſt, Domine Deus noſter? Nos verò te expecta-
mus, quia tu es, qui hæc omnia feciſti.*

---

1. על דברי הבצרות, *de ariditate*, quæ futura erat, quæque incidit in regni Sedeciæ initium, antequàm Chaldæi Jeruſalem obſiderent. Ita Judæi opinantur, & poſt eos plerique Interpretes, ipſeque Edm. Calmet; qui tamen, neſcio quam ob cauſam, mutat, hoc loco, ſententiam, reditque ad aliam, quam habuerat, ut hæc fames adveniſſet, Joſiâ regnante. Quippe adjungit Propheta fami *gladium*, & *gladio interfectos*. Atqui non convenit *gladius* in Joſiæ regnum; convenit, in Sedeciæ.

2. ושעריה אמללו. Omnes convertunt, *& portæ ejus languent*, quam interpretationem nos noſtram facere non potuimus, quia *languere* non convenit *portis*. Verbum אמלל paſſim uſurpatur de tellure, vel telluris frugibus, nuſquam de portis urbium. Neque id mirum; cùm ſit propria hujus verbi poteſtas, *debilitari*, vel amittere inſitas vires, nec pertinere ad alias res poſſit, quàm ad eas quæ, vel ſentiunt, vel vegetant, ut eſt cor hominis; ut ſunt terræ olera & fruges. Ergò anteferendum *hordea ejus*, deplorante Jeremiâ ſiccitatem, in quâ materiâ hoc caput occupatur, ac dicente, collabi & fatiſcere *hordea*, & *humi nigreſcere*, (קדרו לארץ.) Quippe nihil ad *portas* de ſiccitate. Veteres, qui alliſêre ad iſtas portas, deſerere coacti ſunt proprium verbi אמלל ſignificatum; & alii quidem aliter. Nam Græci Intt. *obtenebratæ ſunt*, Chaldæus, *deſertæ ſunt*; Syrus, *devaſtabuntur*; Arabs, *evacuabuntur*.

4. בעביר האדמה חתה: Vulgatus, *propter terræ vaſtitatem*, quanquam חתה non ſignificet, nec *vaſtitatem*, nec *vaſtari*. Sed mendum, ut poterat, interpretabatur. Scriptura vera eſt העבור, *proventus*. ...חתה, *aduſtus eſt*, ſiccitate. Græci Intt. ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν, *opera terræ defecerunt*; legunt, ut quidem videtur, העבדות האדמה חתו, & verbum חתו habuerunt, tanquam *ablata ſunt*, ex חתה, *auferre*. Chaldæus & Syrus deſeruêre Contextum ſuum, ut ſolebant, cùm menda offendebant.

5. ועזוב: Lege עזב, ſine ו. Verbum pro verbò ſic diceres, *cerva etiam, relictus eſt in agro fœtus ejus*. Participium עזב, *relictus*, pertinet ad ילד, *fœtum*. Itaque non rectè Vulgatus, *peperit & reliquit*, jungens femininum ילדה, *peperit*, cum עזב, *reliquit*, maſculino. Alias ſcriptiones ſequuntur Syrus & Græci Intt. quos vide in Polyglottis.

8. וכארח נטה ללון, *& ut viator divertens ad pernoctandum*, ut poſtero mane proficiſcatur, & parùm curans quid in regione agatur. Oppoſitio eſt Dei in medio Juda domicilium habentis, per Templum, cum viatore tranſeunte.

9. כאיש נדהם: Vulgatus, *ſicut vir vagus*. Legere videtur נדחה. Græci Intt. ὑπνῶν, *dormiens*; legunt נרדם. Neutrum convenit membro poſteriori; convenit ipſum נדהם, *attonitus, turbatus*, vel *inops conſilii*; ex radice דהם, Arabicâ, *ſupervenire de improviſo*, vel *opprimere imparatum*. Conveniret etiam alter ſignificatus Arab. *malè ceſſit*, quaſi dicas, cui res malè ceſſerunt.

10. אהבו לנוע רגליהם, *amant errare pedes eorum*. Non liquet, quid potiſſimùm Jeremias hìc indicaverit. Sed ſpectare hæc poſſunt, vel itiones ad Ægyptum, ad conquirenda auxilia, vel diſcurſitationes, quæ plurimæ eſſe ſolent cùm paratur bellum, ut tum contra Chaldæos parabatur; vel etiam magnam trepidationem, quæ tum Jeroſolymæ erat, inediâ imminente.

14. ואלול: Rectè Maſora ואליל, *& vanum*, ſeu *vana*; ut cùm Latini dicunt, *ſomnia* loqui. ...ותרמית לבם, *& ſeductiones cordis ſui*. Nam Prophetæ non tantùm plebem in errorem trahebant, ſed & ipſi errabant, cùm ſibi perſuaderent, Jeremiam ſuo ingenio uti, nec fieri poſſe, ut acciderent, quæ minabatur. Nondum enim ſignificârat Nabuchodonoſor, ſe Judæos aggreſſurum, ſed ipſo in itinere deliberavit, *commiſcens ſagittas*, ut narratur, *Ezech. cap. 21. v. 21.*

18. גם נביא גם כהן סחרו אל ארץ ולא ידעו, *etiam propheta & ſacerdos abierunt in terram, quam ignorabant*. Ita Vulgatus. Verùm non tangitur hoc loco demigratio ad Chaldæos, & particulâ גם ſignificatur, continuari ſententiam membri prioris de ſtrage editâ per bellum & per famem. Idem ſignificant hæc verba, *ſi ad urbem venio*. Nempe Jeremias hæc deſcribit, quæ videt, cùm in urbem intrat, homines *fame confectos*, ipſos etiam prophetas & ſacerdotes, qui *palpitant humi* (סחרו אל ארץ) *exanimatos*, & neminem agnoſcentes, ſeu nihil jam circùm ſe recognoſcentes (ולא ידעו) quia languentes oculi nihil intueri poſſunt. Significat סחר, vel סחרחר, *exanimari, deliquium pati, palpitare*. Vide *Pſ. 38. v. 11.*

19. קוה לשלום, *expectare pacem*. Nihil eſt in oratione, quod introducat iſtum קוה, Modum Infinitum. Omnes Veteres legebant קוינו, *expectavimus*, ut & legendum. ...מרפא: Nos, (tempus) *tranquillum*, ex Arab. ſignificatu verbi רפא, *ſedare, quietare, quies, tranquillitas*, ut id ſit oppoſitum parallelo verbo בעתה, *terrores*. Non ſatis eſt oppoſita *terrori ſanitas*.

CAPUT XV.

Si Moyses & Samuel apud me intercederent, ne sic quidem curarem populum istum, in quem plectam peccata Manasse regis... Tu, Domine, me ulcisceris, nam propter te tuli opprobrium... Tu os meum eris... Dedi te esse, ut murum aheneum.

1. *Dominus autem mihi dixit: si*
Moyses & Samuel apud me interce-
derent, ne sic quidem populus iste
mihi curæ esset; tu eos ejice à conf-
pectu meo, & abeant. 2. *Quòd si tibi*
dicent, quonam ibimus; tu eis ref-
pondebis; hæc dicit Dominus: qui
ad mortem, ad mortem; qui ad gla-
dium, ad gladium; qui ad famem,
ad famem; qui ad captivitatem, ad
captivitatem. 3. *Eos enim ego ultu-*
rus sum quatuor generibus, dicit Do-
minus; gladio ad mactandum, ca-
nibus ad lacerandum, avibus cœli
& bestiis terræ ad vorandum & ad
perdendum. 4. *Ego providebo, ut*
per omnia regna terræ jactentur, prop-
ter hæc, quæ in Jerusalem fecit Ma-
nasses, Ezechiæ filius, rex Juda.
5. *Ecquis enim tibi parcet, Jerusa-*
lem? Quis te consolabitur, vel di-
vertet, quæsiturus, quàm rectè agas?
6. *Tu me reliquisti, dicit Dominus,*
& retrò abiisti; ego igitur extendam
contra te manum meam, teque disper-
dam: nam defessus sum miserando.
7. *Ego ventilabo eos ventilabro in*
terræ ultimis finibus; ego orbabo &
perdam populum meum, qui non re-
versus est à viis suis. 8. *Erunt mihi*
viduæ eorum plures, quàm arena ma-
ris; ego & in matres & in juvenes
adducam eum, qui devastat regionem

1. ויאמר יהוה אלי · אם יעמד
משה ושמואל לפני אין נפשי אל
העם הזה · שלח מעל פני ויצאו :
2. והיה כי יאמרו אליך · אנה
נצא · ואמרת אליהם · כה אמר יהוה ·
אשר למות למות ואשר לחרב
לחרב ואשר לרעב לרעב ואשר
לשבי לשבי : 3. ופקדתי עליהם
ארבע משפחות · נאם יהוה · את
החרב להרג ואת הכלבים לסחב
ואת עוף השמים ואת בהמת הארץ
לאכל ולהשחית : 4. ונתתים
לזועה לכל ממלכות הארץ בגלל
מנשה בן יחזקיהו מלך יהודה · על
אשר עשה בירושלם : 5. כי מי
יחמל עליך ירושלם ומי ינוד לך ·
ומי יסור לשאל לשלם לך : 6.
את נטשת אתי · נאם יהוה · אחור
תלכי · ואט את ידי עליך ואשחיתך ·
נלאיתי הנחם : 7. ואזרם במזרה
בשערי הארץ · שכלתי אבדתי את
עמי מדרכיהם לוא שבו : 8. עצמו
לי אלמנותו מחול ימים · הבאתי
להם על אם בחור שדד בצהרים ·
הפלתי עליה פתאם עיר ובהלות :
9. אמללה ילדת השבעה · נפחה
נפשה · באה שמשה בעד יומם ·
בושה וחפרה · ושאריתם לחרב אתן
לפני איביהם · נאם יהוה : 10. אוי
לי אמי כי ילדתני איש ריב ואיש
מדון לכל הארץ · לא נשיתי ולא
נשו בי · כלה מקללוני : 11. אמר
יהוה · אם לא שרותך לטוב · אם לוא

australem ; opprimam eos calamitate
ac terroribus repentinis. 9. *En suc-*
cumbit, quæ peperit septies, & ex-
halat animam suam. En sol ejus oc-
cidit, cùm superest dies ; en erubes-
cit, & ignominiâ cooperta est. Reli-
quias verò ipsorum gladio tradam,
coram inimicis eorum, dicit Domi-
nus. 10. *Hei mihi ! mater mea, quòd*
tu me genuisti, hominem contentio-
nibus jactatum ; hominem cui omnis
regio adversatur. Nec ego fœneratus
sum, nec mihi quisquam fœneratus
est ; tamen omnes mihi maledicunt.
11. *Dominus autem dixit : statutum*
mihi est, ut ego te ducam ad melio-
ra ; ut inimicum tuum faciam tibi
esse supplicem, cùm tempus aderit
angustiarum & calamitatis. 12. *Ego*
excitabo ab aquilone ferrum ; ferrum
& æs. 13. *Ego opes tuas & thesauros,*
in omnibus finibus tuis, prædam fa-
ciam, cujus pretium non solvetur,
propter omnia scelera tua. 14. *Et fa-*
ciam ut servias inimicis tuis, in ter-
râ, quam non noveras ; ignis enim
furoris mei accensus est, idemque vos
inflammabit. 15. *Tu hæc nosti, Do-*
mine ; memento mei & adesto præ-
sens ; ulciscere me de iis, qui me insectantur ; noli me sic tutari, ut cùm tar-
dus es ad irascendum ; scito me, propter te, subire opprobrium. 16. *Puri &*
liquidi sunt sermones tui, ego combibi eos ; verba tua meæ sunt deliciæ, &
cor meum inde hilaratur, quòd nominetur in me nomen tuum, Domine Deus
exercituum. 17. *Ego in cœtibus ludentium non sedi, nec in eis exsultavi ;*
solus sedeo, timens manum tuam, quoniam implevisti me terroribus. 18. *Quare*
dolor meus non intermittitur, & plaga mea, quæ vehemens est, non admittit
sanationem ? Cur vita mea sic mihi est, ut aquæ, cùm deficiunt, nec consis-
tunt ? 19. *Omninò hæc dicit Dominus : cùm tu sedebis, faciam ut habeas*
certam sedem ; tu mihi astabis ; & cùm tu ex tuâ istâ ignobilitate pretiosa
verba proferes, quasi os meum eris. Illi ad te revertentur, tu ad eos non re-
vertêris. 20. *Dedi enim te populo huic, quasi murum munitionis aheneum ;*
bellabunt adversùm te, nec superiores erunt ; ego enim tecum sum, ut opem
tibi feram, teque liberem, dicit Dominus. 21. *Liberabo te de manu impro-*
borum ; eripiam te de dexterâ tyrannorum.

הפגעתי בך בעת רעה ובעת צרה
את האיב : 12. הירע ברזל ברזל
מצפון ונחשת : 13. חילך ואוצרתיך
לבז אתן לא במחיר · ובכל חטאותיך
ובכל גבוליך : 14. והעברתי את
איביך בארץ לא ידעת · כי אש
קדחה באפי · עליכם תוקד : 15.
אתה ידעת יהוה · זכרני ופקדני
והנקם לי מרדפי · אל לארך אפך
תקחני · דע שאתי עליך חרפה :
16. נמצאו דבריך ואכלם · ויהי
דבריך לי לששון ולשמחת לבבי ·
כי נקרא שמך עלי יהוה אלהי
צבאות : 17. לא ישבתי בסוד
משחקים ואעלז · מפני ידך בדד
ישבתי · כי זעם מלאתני : 18.
למה היה כאבי נצח ומכתי אנושה
מאנה הרפא · היו תהיה לי כמו
אכזב מים לא נאמנו : 19. לכן
כה אמר יהוה · אם תשוב ואשיבך ·
לפני תעמד · ואם תוציא יקר מזולל
כפי תהיה · ישבו המה אליך ואתה
לא תשוב אליהם : 20. ונתתיך
לעם הזה לחומת נחשת בצורה ·
ונלחמו אליך ולא יוכלו לך · כי אתך
אני להושיעך ולהצילך · נאם יהוה :
21. והצלתיך מיד רעים · ופדתיך
מכף עריצים :

1. אם יעמד...לפני, *si apud me (Moyses & Samuel) intercederent.* Utimur significatu *intercedere*, qui medius est inter Hebraicum, *stare*, & Chaldaicum, *stare ad orandum*; unde עמידה, *oratio*; nam *steterint*, hoc loco, idem valet, atque *steterint ad orandum.* ...שלח מעל פני: Legendum. ...שלחם מעל, *dimitte eos à facie meâ.* Affixum ם fuit omissum, ex occasione alterius מ sequentis in verbo מעל. Veteres, alii legunt Affixum, alii hoc supplent, ex necessitate sententiæ: vide Græcos Intt.

4. לזועה: Masora, לזעוה, *in commotionem*; sic legitur aliis in locis, sicque, hoc ipso loco Codices Reg. 29. & 3. sed posterior, manu priori.

7. בשערי הארץ: Verbum pro verbo, *in portis terræ.* Similitudo ducitur ex homine, qui frumentum vanno expurgans, stat in portâ areæ, ut ejiciat è frumento paleas, ope venti paleas dissipantis: Deo denuntiante, se populum Judaicum extra ejus terræ limites ejecturum.

8. אלמנותו: Rectè Masora, אלמנותיו, *viduæ ejus.* Sed verba hæc, להם על אם בחור, quæ Masora non correxit, manum desiderabant Emendatoris. Nam quid medullæ hæc habere possunt, (*adducam*) *illis super matrem juvenis* (*vastatorem.*) Familiare est Hebræis, scribere *matrem cum pueris*, ut significetur *omninò omnes*, vel omnes nullo discrimine ætatis ac sexûs; nunquam scribunt, *matrem juvenis.* Præhereà malè permiscentur præpositiones ל & על in eodem membro orationis & cum eodem significatu. Hæc menda non habuit Syrus in suo Codice; qui, cùm sic convertat, איתית עליהון על אמא ועל עלימא, *adducam in eos, in matrem & in juvenem*, ostendit se legere, עליהם על האם ועל בחור, quæ scriptura planam exhibet seriem. Sed quia sine עליהם, sententia bona est, nos id relinquimus, ut convertamus, *adducam in matrem & in juvenem*, & ut scripturam bonam exhibeamus hodierno mendo similiorem. In fine autem versûs, pro עיר, legendum פיד, *ruinam*, vel *conturbationem.* Ita Syrus, דלוחיא, *perturbationem*, & Græci Intt. τρόμον, *tremorem*, qui legunt vel פיד, vel רעד. Liquet, scripturam עיר, *civitatem*, societatem habere non posse cum הפלתי עליה, *adducam in eam.*

9. באה שמשה, *occidit sol ejus.* Masora בא, genere masculino. Sed tam femininum est שמש, quàm masculinum: vide, si juvat, Concordantias Buxtorf.

10. כלה מקללוני: Omninò כלם, *illi omnes mihi maledicunt.* Alibi passim legitur כלם ad numerum pluralem adjunctum; nusquam כלה, quod est femininum singulare.

11. אם לא שרותך לטוב. Vulgatus שרותך, *reliquiæ tuæ*, cùm legeret שאריתך; in quâ scriptione vestigium erat antiquioris אשרתיך, ejusdemque germanæ; *si non ducam te ad bonum*; hoc est, *omninò ducam te ad meliora.* Continet אם לא affirmationem, & rem decretam; propterea nos, *statutum mihi est ut...* Possis etiam legere ישרתיך, ex ישר, *recto itinere ire*, aut *ducere*; quam radicem sequuntur Græci Intt. apud quos legitur, κατευθυνόντων, *dirigentibus*; nam sic sæpe convertunt verbum ישר. Sed tamen nihil sonat apud eos hoc Participium Græcum. Iidem legebant אמן, pro אמר; nam convertunt, γένοιτο, *fiat.*

12. הירע ברזל ברזל: Vulgatus, *num fœderabitur ferrum cum ferro*, quasi legeret ברזל בברזל; sed parùm aptè sequitur *& æs*, in tali sententiâ. Præterea, cum alterum ברזל dicatur esse *ferrum aquilonare*, oporteret prius ברזל habere adjunctum, quod in oppositione esset cum aquilonari. Cæteri interpretes in Polyglottis divinant potiùs, quàm interpretantur. Græci Intt. εἰ γνωσθήσεται, *si cognoscetur*; legebant, הידע, non meliorem scripturam. Nos אעיר, *suscitabo*, quod verbum respondet pari verbo אתן, *dabo*, v. 13.

13. ובכל חטאותיך ובכל גבוליך, *& propter peccata tua, & in omnibus finibus tuis.* Utrobique nexus ו delendus. Etenim sic decurrit oratio, *prædam faciam thesauros tuos propter peccata tua, in omnibus finibus tuis.* Non est sermonis Hebraici redintegratio conjunctionis ו, Euphoniæ causâ; & quanquam ita esset, talis redintegratio non habet hic locum, quia non est idem utriusque ב præpositionis significatus: alterum ב notat causam; alterum, locum.

14. והעברתי את איביך...: Vulgatus, *& adducam inimicos tuos*, (*de terrâ, quam nescis*;) quasi legeret מארץ, *de terrâ*, non בארץ, *in terrâ.* Sed, postquàm dictum est, venturos esse inimicos de aquilone, & omnes pecunias Judæ prædam suam facturos, præpostera hæc sententia est, *adducam eos de terrâ, quam nescis.* Ergò meliùs relinquitur בארץ, *in terrâ*; ut pro העברתי, legatur העבדתיך, *servire te faciam* (*inimicis tuis*,) quomodò legebat Syrus, qui ואשעבדך, *& subjiciam te*; ut, post direptos thesauros, sequatur ultimum malum, ipsa servitus.

15. אתה ידעת, *tu nosti*, me ultima mala denuntiare, non meo ex ingenio, sed ex tuis mandatis, meque adeò propter te subire opprobrium; itaque injuriam meam ulciscêris.

16. נמצאו דבריך: Hebraica Lexica hoc loco deserunt Interpretem. Nam si convertas, *inventi sunt sermones tui*, erit id mancum & inchoatum, ubi non additur à quo inventi. Ergò utimur Syriaco verbi מצא significatu, *defæcare*, quasi ex מצה, *exprimere*, liquorem, vel scoriam; propterea dicimus, *puri & liquidi sunt sermones tui*, ut deindè appositè subjungatur, *& comedi eos.* ...דבריך: Rectè Masora, דברך, numero sing.

18. היו תהיה לי: Arias, *eris mihi* (*quasi mendax.*) Non potuit aliter, in scriptione mendosâ; & nemo non videt, quàm sit absurdum, conqueri Jeremiam, quòd Deus ipsum deserat, velut aquæ, quæ effluunt, nec consistunt. Vulgatus hæc de Jeremiæ plagâ intelligit. Tamen difficile est intelligere, quonam pacto plaga, quæ vehemens est, nec sanatur, similis dicatur, aquis, quæ dilabuntur. Omninò hæc verba pertinent ad vitam ipsam Jeremiæ, quam propè est amissurus, & legendum, חיי תהיה לי, *vita mea est mihi*, ut aqua, quæ dilabitur... Adi ad Veteres; eos videbis tergiversari, quia legebant היו, quod ab חיי deviârat.

19. אם תשוב : Maluimus תשב, *sedebis*, quàm תשוב, *convertêris*, tum quia id commodè nectitur cum ואשיבך, *sedere te faciam*, sive *tibi dabo certam sedem*, neque eris ex numero eorum, qui captivi abducentur. Nihil antecessit, quamobrem Deus hortaretur Jeremiam, ut converteretur. ואם תוציא יקר מזולל..., *& si eduxeris pretiosum à vili.* Figura eadem sermonis reperitur, *Jud. cap. 14. v. 14.*, ומעז יצא מתוק, *& de forti*, vel *aspero*, *exiit dulce.* Erat Jeremias despectui ac ludibrio viris principibus Jerusalem; itaque de eo intelligendum זולל, *despectus*; יקר, autem de ejus vaticinationibus. Sic *visio* dicitur יקר, *rara*, vel *pretiosa*, in diebus Samuelis. Quippe erat in Jerusalem turba prophetarum mendacium, pauci admodùm Dei prophetæ, nisi erat tùm solus Jeremias: vide versionem.

CAPUT XVI.

Peribunt homines Jerusalem gladio & fame; mittam in eos piscatores & venatores, qui omnia perscrutabuntur. Venient gentes ad Deum, deserentque Deos suos.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc dicentis: 2. Noli ducere
uxorem, aut habere in loco isto filios,
aut filias. 3. Hæc enim dicit Domi-
nus de filiis & de filiabus, quæ in loco
isto nascuntur; de matribus, quæ illos
pariunt & de patribus, qui eos hâc
in terrâ generant. 4. Morborum vi
exstinguentur, non plangentur, non
sepelientur; jacebunt in nudâ humo,
tanquam sterquilinium; gladio & fa-
me peribunt, & cadavera eorum esca
erunt avium cœli & terræ bestiarum.
5. Hæc igitur dicit Dominus: noli
intrare in domum parentalium, vel
ire ad planctum, aut eos consolari;
ego enim abstuli à populo isto, dicit
Dominus, & pacem meam, & bene-
volentiam, & miserationem. 6. Mo-
rientur hâc in terrâ magnates, ut in-
fima plebs, neque sepelientur; non
erunt, qui plangant propter eos, aut
se se incîdant, vel calvitium indu-
cant. 7. Non frangent panem super
eo, qui luget, ut eum de mortuo con-
solentur; nemo eis porriget calicem
consolatorium in funere patris, aut
matris. 8. Noli igitur intrare in ædem

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. לא תקח לך אשה · ולא יהיו
לך בנים ובנות במקום הזה : 3.
כי כה אמר יהוה על הבנים ועל
הבנות הילדים במקום הזה ועל
אמתם הילדות אותם ועל אבותם
המולדים אותם בארץ הזאת : 4.
ממותי תחלאים ימתו · לא יספדו
ולא יקברו · לדמן על פני האדמה
יהיו · ובחרב וברעב יכלו · והיתה
נבלתם למאכל לעוף השמים
ולבהמת הארץ : 5. כי כה אמר
יהוה · אל תבוא בית מרזח · ואל
תלך לספוד · ואל תנד להם · כי
אספתי את שלומי מאת העם הזה ·
נאם יהוה · את החסד ואת הרחמים :
6. ומתו גדלים וקטנים בארץ
הזאת · לא יקברו ולא יספדו להם ·
ולא יתגדד ולא יקרח להם : 7.
ולא יפרסו להם על אבל לנחמו על
מת · ולא ישקו אותם כוס תנחומים
על אביו ועל אמו : 8. ובית
משתה לא תבוא לשבת אותם
לאכל ולשתות : 9. כי כה אמר
יהוה צבאות אלהי ישראל · הנני
משבית מן המקום הזה לעיניכם
ובימיכם קול ששון וקול שמחה
קול חתן וקול כלה : 10. והיה כי

convivii, ut unà cum eis ſedeas, vel
ad cibum ſumendum, vel ad potum.
9. *Hæc enim dicit Dominus exerci-*
tuum, Deus Iſrael: Ego, vobis ip-
ſis teſtibus, & hâc veſtrâ ætate, abla-
turus ſum de loco iſto vocem gaudii
& vocem hilaritatis; vocem ſponſi &
vocem ſponſæ. 10. *Et quoniam, cùm*
tu populo huic omnia hæc denuntia-
bis, illi dicturi ſunt: quid cauſæ eſt,
cur Dominus nobis ultima hæc mala
denuntiet, vel qualis eſt noſtra ini-
quitas, & quale peccatum, quod in
Dominum Deum noſtrum admiſi-
mus; 11. *Tu eis hæc reſpondebis:*
quia patres veſtri me reliquerunt, di-
cit Dominus, & ſecuti ſunt alienos
Deos, & eis ſervierunt, ut eos ado-
rarent; quia defecerunt à me, nec
Legem meam ſervaverunt; 12. *Et*
vos patribus veſtris pejora facitis, &
nunc unuſquiſque veſtrûm ſequitur
cordis ſui pravi obſtinationem, ne
mihi obſequatur. 13. *Ergò ejiciam*
vos ex terrâ iſtâ in terram vobis pa-
tribuſque veſtris ignotam, ibique Diis
alienis diu noctuque ſervietis; neque
enim dabo illic vobis ullam gratiam.
14. *Propterea ecce dies veniunt, di-*
cit Dominus, in quibus non ampliùs
dicetur, vivit Dominus, qui filios
Iſrael eduxit è terrâ Ægyptiorum;
15. *Sed, vivit Dominus, qui eduxit*
filios Iſrael de terrâ aquilonis, & de
omnibus terris, in quas ejecerat eos,
deditque eis requiem in terrâ ſuâ,
quam dederat patribus ipſorum.
16. *Ego miſſurus ſum mandata ad*
multos piſcatores, dicit Dominus,
qui eos piſcabuntur; poſteà mittam
ad multos venatores, qui eos per ve-
nationem tollent, ex omni monte, ex
omni colle, ex omnibus foraminibus petrarum. 17. *Vigilant oculi mei ſuper*
omnibus viis ipſorum, quæ me non latent, nec eorum improbitas fallit oculos

תגיד לעם הזה את כל הדברים
האלה ואמרו אליך · על מה דבר
יהוה עלינו את כל הרעה הגדולה
הזאת · ומה עוננו ומה חטאתנו אשר
חטאנו ליהוה אלהינו : 11. ואמרת
אליהם · על אשר עזבו אבותיכם
אותי · נאם יהוה · וילכו אחרי אלהים
אחרים ויעבדום וישתחוו להם · ואתי
עזבו ואת תורתי לא שמרו : 12.
ואתם הרעתם לעשות מאבתיכם ·
והנכם הלכים איש אחרי שררות
לבו הרע לבלתי שמע אלי : 13.
והטלתי אתכם מעל הארץ הזאת
על הארץ אשר לא ידעתם אתם
ואבתיכם · ועבדתם שם את אלהים
אחרים יומם ולילה אשר לא אתן
לכם חנינה : 14. לכן הנה ימים
באים · נאם יהוה · ולא יאמר עוד חי
יהוה אשר העלה את בני ישראל
מארץ מצרים : 15. כי אם חי
יהוה אשר העלה את בני ישראל
מארץ צפון ומכל הארצות אשר
הדיחם שמה והשבותים על אדמתם
אשר נתתי לאבותם : 16. הנני
שלח לדוגים רבים · נאם יהוה ·
ודיגום ואחרי כן אשלח לרבים צידים
וצדום מעל כל הר ומעל כל גבעה
ומנקיקי הסלעים : 17. כי עיני על
כל דרכיהם · לא נסתרו מלפני · ולא
נצפן עונם מנגד עיני : 18. ושלמתי
ראשונה משנה עונם וחטאתם על
חללם את ארצי בנבלת שקוציהם
ותועבותיהם מלאו את נחלתי :
19. יהוה עזי ומעזי ומנוסי ביום
צרה · אליך גוים יבאו מאפסי ארץ
ויאמרו · אך שקר נחלו אבותינו הבל
ואין בם מועיל : 20. היעשה לו
אדם אלהים · והמה לא אלהים :
21. לכן הנני מודיעם · בפעם
הזאת אודיעם את ידי ואת גבורתי ·
וידעו כי שמי יהוה :

meos. 18. *Ego autem ſic exordiar, ut eis duplum rependam pro nequitiâ ipſorum, & pro ipſorum ſceleribus; quia terram meam contaminavêre fœtoribus Deorum ſuorum, hæreditatemque meam idolis ſuis replevêre.* 19. *Domine, tu robur meum, fortitudo mea & præſidium meum in die calamitatis. Venient ad te gentes de terræ finibus extremis, dicentque; patres noſtri nihil niſi mendacium proprium habuêre; nihil, præter cultus vanos, qui nihil ipſis profuerunt.* 20. *Ita-ne homo fingit ſibi Deos, qui Dii non ſunt?* 21. *Ego igitur, hâc vice, dabo eis ſcientiam; ego eis notam faciam manum meam & fortitudinem meam, & cognoſcent, Dominum eſſe nomen meum.*

---

6. ומתו גדלים וקטנים, *& morientur magnates, ut infima plebs.* Aguntur præcipuè *Magnates*, in quorum morte celebrabantur exequiæ ſumptuoſæ illæ, quæ poſt deſcribuntur, quæque non erant infimæ plebis, ob paupertatem; itaque convertendum fuit, *ut infima plebs;* dicente Prophetâ, non ampliùs fore ut exequiæ magnatum planctibus & pompâ cohoneſtentur, quaſi de infimâ plebe fuiſſent. Cæterùm legendum יספד, numero ſing. *plangetur*, cujus numeri ſunt duo verba ſequentia יתגדד & יקרח; niſi hæc tria verba numeri ſunt pluralis, quem numerum videntur habuiſſe omnes Interpretes: vide Polyglotta.

7. ולא יפרסו להם, *& non frangent eis.* Lege לחם, *panem*, ut Græci Intt. qui, *ἄρτος*, *panis.* Sic *Iſ. cap. 58. v. 7.* פרס לרעב לחמך, *frangere eſurienti panem tuum.* Vulgatus, *frangent inter eos... panem*, jungens ſimul utramque ſcripturam, לחם & להם. Sed להם ſi retinebatur, erat interpretandum, (*non frangent*) *inter ſe;* ut id pronomen pertineret ad eos ipſos, qui frangunt panem. Neque enim pertinet להם ad eos, pro quibus frangitur panis; illi enim notantur per numerum ſingularem in verbo אבל, *lugentem*, & in Affixo ſing. ו, in verbo לנחמו, *ad conſolandum eum;* nec fas eſt numeros eodem in membro permiſceri. Natum fuit mendum להם ex eo altero להם, quod habet linea ſuperior, quomodò in eadem lineâ ſuperiori ſcriptum fuerit יספדו, pro יספד, quia oculus Scribæ deerrabat ad lineam inferiorem, ubi legitur יפרסו.

13. לא אתן לכם חנינה, *non dabo vobis gratiam*, ſive non permittam vos cum eis inire ullam gratiam. *Dii alieni* ponuntur pro populo, qui Diis ſervit alienis, in oppoſitione cum Deò vero, cui Judæi ſervire noluerunt. Non paſſi ſunt Chaldæi, nec Medi, Judæos Deum ſuum publicè colere, ut liquet ex ſtatuâ Nabuchodonoſor, & ex Hiſtoriâ Danielis, quem Medi accuſârunt apud regem; hæc erat ſervitus in religione, nec deerat etiam in civili ſtatu, antequàm licentia daretur Judæis, vivendi ſuis legibus, quam licentiam habebant tum, cùm Suſanna morte damnata eſt.

15. הדיחם שמה, *ejecerat eos*, non autem, *ejeci eos*, quanquam ita Vulgatus, qui quidem ex perſonâ tertiâ in primam forſan deviârit, quia poſt legebat, והשבותים, *& reducam eos.* Sed liquet ex ſerie orationis, hæc verba non eſſe Dei loquentis, ſed eorum, quorum inducitur juramentum, *vivit Dominus.* Propterea legendum, non והשבותים, ſed והשביתם, *& quietem dedit eis*, ex שבת, *quieſcere*, ut retineatur eadem perſona tertia, quam habet הדיחם. Deinde נתנה, *dedit eam*, non נתתי, quia loquuntur, qui dicunt, *vivit Dominus*, non ipſe Deus. Non una exempla ſunt in Codicibus Hebr. Scripturæ נתתי, pro נתנה, poſitæ, Scribâ ceſpitante. Sed hoc loco Scriba poſuerit נתתי, perſonâ primâ, quia legebat anteà והשבותים, ejuſdem perſonæ. Hæc vaticinatio non ſpectat directè ad reditum Judæorum; continet enim minas potiùs, quàm promiſſa; ſed ſignificat non deinceps dictum iri, *vivit Dominus*, niſi poſtquàm Judæi alienas in terras amandati fuerint, unde eos redituros alii Prophetæ jam prædixerant.

16. הנני שלח לדוגים, *ecce ego mitto ad piſcatores;* ſeu *mandata mittam ad...* Nam ſic ſæpe verbum שלח habet *mittere mandata*, vel *legatos*, vel *litteras;* nec לדוגים caſus eſt notans eum, qui mittitur, ut liquet ex præpoſitione ל, quæ dandi caſum notat, non accuſandi. Advocati primùm fuerunt *piſcatores*, qui Jeruſalem tanquam ſagenâ concluſerunt, Joachinque regem cum regiâ familiâ Babylonem duxerunt. *Poſteà* (ואחרי כן) venerunt *venatores*, qui non modò Jeruſalem obſederunt & ceperunt, ſed etiam regionem totam ſcrutati ſunt, ipſa etiam *foramina petrarum*, & plurimos captivos abduxerunt, pauperibus tantùm relictis. Vult Grotius, *venatores* eſſe » Perſas, qui ex omnibus locis Judæos recolligent. Sed, Grotio ipſo fatente, » *piſcatores* ſunt Chaldæi, qui Judæos undique velut ἀμφιβλήστρῳ cepêre. « Atqui generis ejuſdem ſunt & *piſcatores*, & *venatores*, de Judæis pœnas ſumpturi, ut liquet ex eo, quod ſequitur, *neque enim me latet iniquitas eorum.* Nec verò etiam dici poteſt, fuiſſe Judæos à Perſis undique recollectos, niſi deſeritur ducta ex venatore ſimilitudo; nec legitur, Perſas conquiſiſſe, ubinam Judæi eſſent, ut eos omnibus ex locis ſuæ ditionis congregarent, & in Judæam reducerent: hoc tantùm narrant Sacri Codices, datam fuiſſe Judæis, qui redire in patriam vellent, abeundi licentiam; quæ duæ res ſunt longè diſſimiles. Quòd ſi qui putant, *piſcatores* eſſe Apoſtolos; illi commentarium inducunt cum Sacrâ Paginâ pugnantem, ut planum eſt ex ſuprà-dictis. Neque ad eos *piſcatores* collimabat Chriſtus Dominus Petrum vocans *hominum piſcatorem*, ſed ad ipſum Petri piſcatum.

21. בפעם הזאת אודיעם את ידי , *hac vice notam eis faciam manum meam.* Opportunè *hac vice ;* hoc eſt, poſtquàm Judæi indigni facti ſunt, qui populus Dei vocentur. Nam tum demùm gentes ad fidem vocandæ erant, cùm populus Judæus reprobandus. Subit hoc loco mirari Grotium qui *gentes* interpretetur, *magni greges Judæorum*, cùm tamen גוים nunquam uſurpetur in Sacris Codicibus de unâ tantùm gente.

CAPUT XVII.

Peccatum Juda ſtylo ferreo inſculptum in corde eorum... Maledictus homo, qui confidit in homine... Sana me, Domine, & ſanus ero... Erubeſcant qui me perſequuntur... Nolite portare onera, die Sabbati.

1. *Peccatum Juda ſculptum eſt*
ſtylo ferreo ; exaratum cuſpide ada-
mantinâ in tabulâ cordis ipſorum.
2. *Dii autem eorum, in cornibus al-*
tarium ipſorum, in arbore frondoſâ
& in collibus excelſis ; 3. *Eò ut filii*
eorum recordentur altaria & lucos,
quæ ſunt in montibus & in agris.
Sunt tua excelſa loca in omnibus fini-
bus tuis. Ego igitur, propter hæc
peccata tua, operam dabo, ut opes
tuæ & theſauri diripiantur. 4. *Relin-*
quam te ſolum, ſine iſtâ hæreditate,
quam tibi dederam ; & ſervum te fa-
ciam inimicorum tuorum in terrâ,
quam non noveras ; ignis enim furo-
ris mei, quem accendiſtis, perpetuò
ardebit. 5. *Hæc dicit Dominus : ma-*
ledictus homo, qui confidit in homine,
qui carnem conſtituit robur ſuum, &
alienat à Domino cor ſuum. 6. *Erit*
enim tanquam myrica in deſerto, ad
quam nihil pertinet de ubertate ve-
niente, quæ ſedet in montibus deſer-
tis, in terrâ ſalis, quæ non habitatur.
7. *Benedictus homo, qui confidit in*
Domino, cujus ſpes in Domino ſita
eſt. 8. *Erit enim velut arbor plantata*
ſecùs aquas, quæ ad rivum agit radi-
ces ; quæ non timet, æſtu imminente ;
cujus folia vireſcunt ; quæ videt ſe-

1. חטארת יהודה כתובה בעט
ברזל בצפרן שמיר · חרושה על לוח
לבם ולקרנות מזבחותיכם : 2.
כזכר בניהם מזבחותם ואשריהם
על עץ רענן · על גבעות הגבהות :
3. הררי בשדה · חילך כל אוצרותיך
לבז אתן · במתיך בחטארת בכל
גבוליך : 4. ושמטתה ובך מנחלתך
אשר נתתי לך · והעבדתיך את איביך
בארץ אשר לא ידעת · כי אש
קדחתם באפי · עד עולם תוקד :
5. כה אמר יהוה · ארור הגבר
אשר יבטח באדם ושם בשר זרעו ·
ומן יהוה יסור לבו : 6. והיה
כערער בערבה · ולא יראה כי יבוא
טוב · ושכן חררים במדבר ארץ
מלחה · ולא תשב : 7. ברוך הגבר
אשר יבטח ביהוה והיה יהוה
מבטחו : 8. והיה כעץ שתול על
מים ועל יובל ישלח שרשיו · ולא
ירא כי יבא חם · והיה עלהו רענן ·
ובשנת בצרת לא ידאג · ולא ימיש
מעשות פרי : 9. עקב הלב מכל
ואנש הוא · מי ידענו : 10. אני
יהוה חקר לב בחן כליות · ולתת
לאיש כדרכו כפרי מעלליו : 11.
קרא דגר ולא ילד עשה עשר ולא
במשפט · בחצי ימו יעזבנו ובאחריתו
יהיה נבל : 12. כסא כבוד מרום
מראשון מקום מקדשנו : 13.
מקוה ישראל יהוה כל עזביך יבשו ·

יסורי

curè annum sterilitatis advenientem,
nec desinit parere fructus. 9. *Omninò*
nihil est tam tortuosum, quàm cor ho-
minis; quis poterit illud habere persp-
ectum? 10. *Ego Dominus scrutans*
cor & explorans renes, ut homini repen-
dam prout est via ejus, & prout fruc-
tus studiorum ejus. 11. *Gallina syl-*
vestris fovet ova quæ non peperit; sic
est, qui divitias habet malè partas,
quæ ipsum mediâ in vitâ relinquent;
ipse verò ad extremum stultus esse de-
prehendetur. 12. *Solium antiquum*
gloriæ ex sanctuarii nostri loco subla-
tum est. 13. *Expectatio Israel, Do-*
mine, omnes qui te relinquunt, eru-
bescent; rebelles de terrâ extirpabun-
tur, quia fontem aquarum viventium,
Dominum, reliquerunt. 14. *Sana*
me, Domine, & habebo sanitatem;
salvum me fac, & salvus ero; etenim
laus mea tu es. 15. *Ecce illi mecum*
sic loquuntur: ubi est verbum Domi-
ni? Jam nunc compleatur. 16. *Ego*
verò non festino, te ponè sequens; nec
votis præcipio diem malum: Tu hæc
nosti; coram te sunt, quæ labia mea
protulerunt. 17. *Noli tu, quæso,*
mihi formidini esse; tu meum es, in
die malâ, præsidium. 18. *Erubescant*
qui me insectantur, ego non erubes-
cam; propositæ sint eis formidines,
non mihi. Fac ut incidat illis dies
calamitatis, & duplici clade contere
eos. 19. *Hæc autem dixit mihi Do-*
minus: vade, & subsiste in portâ filio-
rum populi, per quam reges Juda
ingrediuntur & egrediuntur, & in
cæteris Jerusalem portis. 20. *Hæc*
autem eis dices: audite verbum Do-
mini, reges Juda, & universus Juda,
& omnes Jerusalem habitatores, qui
per has portas intratis. 21. *Hæc dicit*
Dominus: cavete vobis-metipsis, ne-

יסורי בארץ יכתבו · כי עזבו מקור
מים חיים את יהוה :
14. רפאני יהוה וארפא · הושיעני
ואושעה · כי תהלתי אתה : 15.
הנה המה אמרים אלי · איה דבר
יהוה · יבוא נא : 16. ואני לא
אצתי מרעה אחריך · ויום אנוש לא
התאויתי · אתה ידעת · מוצא שפתי
נכח פניך היה : 17. אל תהיה
לי למחתה · מחסי אתה ביום רעה :
18. יבשו רדפי ואל אבשה אני ·
יחתו המה ואל אחתה אני · הביא
עליהם יום רעה ומשנה שברון
שברם :
19. כה אמר יהוה אלי · הלוך
ועמדת בשער בני עם אשר יבאו
בו מלכי יהודה ואשר יצאו בו ·
ובכל שערי ירושלם : 20. ואמרת
אליהם · שמעו דבר יהוה מלכי
יהודה וכל יהודה וכל ישבי ירושלם
הבאים בשערים האלה : 21. כה
אמר יהוה · השמרו בנפשותיכם ·
ואל תשאו משא ביום השבת
והבאתם בשערי ירושלם : 22.
ולא תוציאו משא מבתיכם ביום
השבת · וכל מלאכה לא תעשו ·
וקדשתם את יום השבת כאשר
צויתי את אבותיכם : 23. ולא
שמעו ולא הטו את אזנם · ויקשו
את ערפם לבלתי שומע ולבלתי
קחת מוסר : 24. והיה אם שמע
תשמעון אלי · נאם יהוה · לבלתי
הביא משא בשערי העיר הזאת
ביום השבת · ולקדש את יום השבת
לבלתי עשות בה כל מלאכה :
25. ובאו בשערי העיר הזאת
מלכים ושרים ישבים על כסא דוד
רכבים ברכב ובסוסים המה ושריהם
איש יהודה וישבי ירושלם · וישבה
העיר הזאת לעולם : 26. ובאו
מערי יהודה ומסביבות ירושלם
ומארץ בנימן ומן השפלה ומן ההר
ומן הנגב מבאים עלה וזבח ומנחה
ולבונה · ומבאי תודה בית יהוה :

27. ואם לא תשמעו אלי לקדש את יום השבת ולבלתי שאת משא ובא בשערי ירושלם ביום השבת · והצתי אש בשעריה · ואכלה ארמנות ירושלם ולא תכבה :

que onera portate, die Sabbati, vel inferte in portas Jerusalem. 22. Neque verò etiam exportate onera, die Sabbati, ex ædibus vestris, nec ullas operas exercete; Sanctum habete Sabbati diem, quomodò ego mandavi patribus vestris. 23. Sed illi indociles fuerunt, nec aurem præbuerunt; cervicem suam rigidam fecerunt, ne auscultarent, & ne susciperent disciplinam. 24. Vos autem, si mihi fideliter obedietis, dicit Dominus, ut per portas hujus civitatis non afferatis onera die Sabbati, & ut diem Sabbati Sanctum habeatis, nec ullas operas in eo exerceatis; 25. Intrabunt per portas hujus civitatis reges & principes, qui sedebunt in throno David, vecti curribus & equis, ipsi & principes eorum, & homines Juda & Jerusalem habitatores, & hæc civitas in perpetuum habitabitur; 26. Venientque ex urbibus Juda, ex Jerusalem vicinis locis, ex terrâ Benjamin, de planitie, de monte ac de austro, qui afferant holocausta, & dona, & thus, quique victimas laudis domum Domini adducant. 27. Quòd si mihi non obsequemini, ut diem Sabbati Sanctum habeatis, nec portetis onera die Sabbati, neque hæc per portas Jerusalem Sabbato afferatis; ego in hisce portis ignem accendam, qui palatia Jerusalem absumet, nec extinguetur.

---

1. ...חטאת יהודה, *peccatum Juda.* Tres versus hujus capitis priores omisêre Græci Intt. quâ de re hæc habet Hieronymus: » Quod cur à LXX. prætermissum sit, nescio: nisi forsitan pepercerunt populo suo, sicut & in Hesaiâ eos fecisse manifestum. « Idem infrà ad versum 2. » Et hæc in LXX. non habentur; eâdem, ut reor, causâ, quam suprà diximus; ne scilicet » æterna in eos sententia permaneret. « Sed quia Græci Intt. in suâ Versione multa non similiter omiserunt, in quibus erat *æterna in eos sententia*, multò credibilius est, Græcos Intt. non aliam ob causam hos tres versus omisisse, quàm quia videbantur inextricabiles; nam sic eos fecisse constat aliis quibusdam locis Prophetarum. Hos eosdem versus tres restituit Origenes in suis Hexaplis, additis asteriscis, ex II. sæculi versionibus; quæ versiones, ut hodierna menda exhibent, ita obscuræ sunt & parùm fideles. Similiter Chaldæus & Syrus discedunt & ab se se invicem, & ab hod. Contextu. Imò Syrus omittit versûs 2. partem priorem. Idem de Vulgato dixeris, quod de Chaldæo, & de cæteris. Extat versu 1. vitium duplex, alterum compositionis, alterum sententiæ. Vitium compositionis est, quòd, post על לוח, *in tabulâ*, sequatur, ולקרנות, *& cornibus*, cùm sequi deberet ועל קרנות, præpositione על iteratâ. Vitium est sententiæ, quòd *tabula cordis* nectatur cum *cornibus altarium;* nam *tabula* est vocabulum translatè adhibitum, *cornua* verò propriè; & prætereà alio modo peccatum scriptum est in tabulâ cordis, alio in cornibus altaris; veriùs dixerim, parùm intelligi, quid sit *peccatum scriptum in cornu altaris.* Syrus, post *in cornibus altarium eorum*, addit, ודחלותהון, *& numinibus eorum*, quod seriem non habet; atque inde colligi debet, eum legisse אלהיהם, *numinibus eorum;* non poneret enim id, quod nihil habet sententiæ, nisi scriptionis necessitate cogente. Nos idem verbum אלהיהם restituimus, sed ordine alio, ut sic legatur, על לוח לבם · אלהיהם על קרנות מזבחותיהם, (*peccatum eorum scriptum est*) *in tabulâ cordis eorum; Dii eorum, in cornibus altarium eorum*, מזבחותיהם, non מזבחותיכם: vult series Affixum personæ tertiæ, & lego מזבחותיהם in Codicibus tribus, uno Reg. 29. altero Orat. 42. tertio Reg. 3. manu priori. Satis erat similitudinis in verbis לוח לבם & אלהיהם, ut unum post alterum omitteretur.

2. כזכר בניהם מזבחותם ואשריהם, *quomodò recordantur filii eorum altarium suorum & lucorum suorum.* Hæc omnia omittit Syrus, non omittenda, sed alibi collocanda. Nam post על קרנות מזבחותיהם, sequi debet eodem in tenore, על עץ רענן, (*numina eorum scripta sunt in cornibus altarium*) *in arbore frondosâ*, ut sequatur, *in colle excelso*, quem ordinem exsequitur Syrus, eumque planum & benè cohærentem. Deinde sequi debet ...לזכר בניהם, *eò ut recordentur filii sui altaria sua & lucos suos*, quia nimirùm scripta sunt nomina Deorum in altaribus & in arbore frondosâ; ut effectus in oratione sequatur causam: recordatio altarium & lucorum, inscriptionem Deorum factam in altaribus & in arbore frondosâ. Is ordo tam planus est, ut ferè constet, non alium ordinem extitisse in Autographo. Huc adde, per eum ordinem, in quo prior pars

verſûs 2. ſit pars poſterior, commodè conjungi ultimum ejus vocabulum ואשריהם, cum בהר ובשדה, in quibus verbis initium habet verſus 3. (*ut recordentur... altaria & lucos*) *quæ ſunt in montibus & in agris*. Legendum בהר ובשדה, cum Syro, qui, בטורא ובדברא, *in monte & in agro*. Nam הררי, quod nunc legitur, eſt mendum manifeſtum. Vulgatus pro הררי, ponit *ſacrificantes*; incertum, an legeret זבחי, an divinaret, quia videret vocabulum הררי nihil habere in oratione, à quo regatur, & neſciri, cujus ſit caſûs.

3. במתיך בחטאת בכל גבוליך, *excelſa tua in peccato in univerſis finibus tuis*. Sic Arias, nullâ ſententiâ, quia nullo ordine. Collocat Syrus בחטאת in fine verſûs, legitque בחטאתך, *propter peccatum tuum*, non omiſſo Affixo, quod quidem olim ſcriptum fuiſſe, declarat ſtatus conſtructus בחטאת. Hæc autem verba במתיך בכל גבוליך, quæ omittit Syrus, collocanda ſunt poſt בשדה, in quo verbo ſententia prior abſolvitur, ut ſequatur hæc poſterior, *excelſa loca tua ſunt in omnibus finibus*, & ut poſt veniat חילך, & quæ ſequuntur, uſque ad אתן, rejecto בחטאתך ad finem verſûs: Sic igitur Contextum digerimus.

Textus Hodiernus.	*Emendatus.*
1. חטאת יהודה כתובה בעט ברזל בצפרן שמיר · חרושה על לוח לבם ולקרנות מזבחותיכם : 2. כזכר בניהם מזבחותם ואשריהם על עץ רענן · על גבעות הגבהות : 3. הררי בשדה · חילך כל אוצרותיך לבז אתן · במתיך בחטאת בכל גבוליך : 4. ושמטתה ובך מנחלתך &c.	1. חטאת יהודה כתובה בעט ברזל בצפרן שמיר · חרושה על לוח לבם : 2. אלהיהם על קרנות מזבחותיהם על עץ רענן ועל גבעות הגבהות : 3. לזכר בניהם מנחותם ואשריהם בהר ובשדה · במתיך בכל גבוליך · חילך כל אוצרותיך לבז אתן בחטאתך : 4. ושמטתיך לבד מנחלתך &c.

4. ושמטתה ובך מנחלתך, *& remiſſionem faciam & in te ab hæreditate tuâ*. Sic Arias, nec meliùs poterit interpretari, cui non diſplicebit mendum ובך. Vulgatus, *ſolam*, vel ex בדד, vel ex לבד, quod ultimum amplectimur, quia לבד ſequi ſolet præpoſitio מ, quam præ ſe fert מנחלתך, & legimus ושמטתיך, *& relinquam te*, quomodò poſteà העבדתיך. Ita Syrus & Arabs.

8. ולא ירא, *& non timebit*. Maſora ולא יראה, *& non videbit*; ſed melius ירא, vel יירא, *timebit*, quia reſpondet *timebit* pari verbo ידאג, *ſollicitus erit*.

9. עקב הלב מכל ואנש הוא · מי ידענו. Hæc omnia ſcripta ſunt ordine ſus deque verſo. Verus ordo eſt, עקב לב האנש מכל · ומי הוא ידענו, *tortuoſum eſt cor hominis præ omnibus rebus, & quis ille eſt, qui id cognoſcet?* Vulgatus אנש, *inſcrutabile*, ſignificatum promens, non ex ipſo verbo אנש, ſed ex ſententiâ, quoniam ſequitur, *quis cognoſcet...* cùm non videret, ordinem fuiſſe perturbatum.

10. ולתת: Tolle ו, ut ſit לתת, *ad dandum*. Ita Codex Reg. 29. Ita etiam Codices Orat. 42. & 53. ...כדרכו: Maſora, כדרכיו, *ſecundùm vias ejus*, non malè, quia ſequitur מעלליו. Sed rectè כדרכו, quia פרי, quod parallelum eſt, numeri eſt ſingularis, non minùs, quàm pluralis.

11. בחצי ימו: Lege בחצי ימיו, *in dimidio dierum ejus*, ut Maſora emendat. Ita etiam Codex Reg. 29. & Codex 3. manu priori, & Orat. 42.

12. מקום... מרום, *altitudo... locus*. Hæc nihil habent continuatum; itaque etiam ſuſpenſa manet ſententia in Vulgato, qui ſic accepit מרום, ut nomen, *altitudinem*, cùm debeat eſſe verbum. Syrus convertit, מן אתרא... אתתרים, *ſublatus eſt... è loco*; legebat ממקום... הורם, quam ſcriptionem exſequimur, ut germanam. Hæc dicit Jeremias de Templo everſo, exhibens rem futuram, ut jam factam, ex more prophetarum. Habemus מראשון, ut *antiquum*, de כסא, *throno*, dictum, & cum כסא proximè jungendum. Vocabulum מראשון non alibi occurrit. Syrus, מן לוקדם, *jam olim*, quaſi hæc diceret Jeremias, Templo jam pridem everſo. Sed ſequentia declarant, nondùm captam fuiſſe Jeruſalem, cùm hæc Jeremias loqueretur.

13. יסורי בארץ יכתבו. Maſora ſanat aliquatenùs hunc locum, dum ponit וסורי, *& qui rebelles ſunt*, quanquam meliùs וסורים, in ſtatu abſoluto. Sæpe ם finale fuit omiſſum ante ב, quod ſequebatur. Sed quæritur, בארץ יכתבו, quam ſententiam habere poſſit. Nam *ſcribi* idem eſt, ac *cenſeri*, vel *recenſeri* in terrâ, ſeu annumerari viventibus, quod de impiis ut nuſquam dicitur, ita ſæpe de iiſdem legitur, *de terrâ eripientur*, מארץ יכרתו, quæ procul dubio germana eſt ſcriptura, ex quâ deviavit hodierna בארץ יכתבו. Non latuit Chaldæum, pugnantia loqui iſtud, *in terrâ ſcribentur*, de *rebellibus* dictum; propterea contrariam hanc extulit ſententiam, *parati ſunt, ut in gehennam cadant*. Ad hanc ſententiam, *de terrâ extirpabuntur*, tanquam manu ducebat comparatio, quæ anteceſſit, juſtorum hominum cum arbore ſecus aquas plantatâ, & impiorum cum myricâ quæ naſcitur aridis in locis. Nempe hîc Jeremias concludit, rebelles propterea extirpatum iri, *quia reliquerunt fontem aquarum*, ſeu quia fecerunt ſe myricæ ſimiles, quæ facilè extirpatur, ut arido in loco nata, in quo non egit altas radices.

16. מרעה אחריך, *paſcens poſt te*. Nihil eſt in oratione, quod introducat ſimilitudinem ovis, quæ paſtorem ſequitur; & ſolus Vulgatus legit מרעה. Græci Intt. κατακολουθῶν ὀπίσω σου, *ſequens poſt te*; legunt מצעה, *gradiens* (*poſt te*,) quam ſcripturam antetulimus, quia mirè congruit cum his, quæ ſequuntur, *non deſidero*, vel *non præcipio votis diem ultionis*, Jeremiâ ſic loquente: rident me impii, quia nondùm advenêre, quæ ego, te præſcribente, denuntiavi. Ego verò non propterea deſidero, citò evenire populi mei calamitates, ſed poſt te gradior, conſilia tua ponè ſequens, non antevertens. ...ויום אנוש: Nos, *& diem ultionis*, ex ſignificatu vocabuli אנש, *mortiferum, durum, malum*, qui ferè idem eſt, ac vocabuli ענש, *mulctare*. Nam *dies ho-*

minis, ut liquet ex Apoſtoli verbis, *aut ab humano die*, ſignificat potiùs hominum de aliquâ re judicium, quàm Dei de hominibus; quod Dei judicium Scriptura Sacra nominare ſolet *diem Domini*. Propterea rectè Chaldæus, *diem malam, quam tu adduces ſuper eos, non deſideravi*.

18. & 19. אבשה: Lege, אבושה, *erubeſcam*. Ita Codices Regii & Oratorienſes, ſuprà memorati: ſic etiam iidem, ſequenti verſu, בני העם, *filii populi*, non בני עם, ubi ſuperſtitioſi Editores omiſerunt ה, quanquam ei locum vacuum Codices quidam relinquebant, & quanquam Maſora monebat, fuiſſe ה omiſſum.

23. שומע: Rectè Maſora שמע, ut habent nonnulli Codices; niſi שמע, ſine ו, ut alii.

24. בה, *in eo* (*Sabbato*.) Eſt שבת, *Sabbatum*, nomen communis generis. Sed Maſora, non malè בו, ut id pronomen pertineat ad יום, *diem*, qui *dies* Hebraicè generis eſt maſculini. Habet בו Codex Reg. 3. manu quidem priori.

CAPUT XVIII.

Jubetur Jeremias ire ad figulum, qui, fracto vaſe, aliud vas de eâdem argillâ conficit. Cor hominis in manu Dei, tanquam vas in manu figuli. Cogitant Judæi de perdendo Jeremiâ, qui orat, ut peccatum eorum non deleatur.

1. *Verbum quod fuit à Domino*
ad Jeremiam, cui ſic locutus eſt:
2. *Surge, deſcende ad domum figuli;*
ibi ego tibi declarabo mandata mea.
3. *Ego deſcendi ad figuli domum;*
ille opus fabricabatur ad rotas. 4. *Vas*
autem, quod erat argillâ factum,
cùm fractum fuiſſet in manibus figuli,
figulus in eâ iterum laborans, aliud
vas confecit, quale facere ipſi viſum
fuerat. 5. *Tum fuit ad me verbum*
Domini, hæc dicentis: 6. *An non*
potero ego, ut iſte figulus, ſic facere
vobis, domus Iſrael, dicit Domi-
nus. Nimirùm ſicut argilla in manu
figuli, ſic vos in manu meâ, domus
Iſrael. 7. *Si quando ego aliquam gen-*
tem, aut regnum, ſtatuero evellere,
ac penitùs delere; 8. *Hæc autem gens*
retraxerit ſe ſe ab improbitate ſuâ,
propter quam ego hæc ſtatueram, ego
quoque mutabo ſententiam, nec ei
mala inferam, quæ in eam medita-
bar. 9. *Rurſùm, ſi quando ego ſta-*
tuerim, aliquam gentem, aut regnum,
condere ac ſtabilire; 10. *Illa autem*

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה לאמר ׃ 2. קום וירדת
בית היוצר · ושמה אשמיעך את
דברי ׃ 3. וארד בית היוצר · והנהו
עשה מלאכה על האבנים ׃ 4.
ונשחת הכלי אשר הוא עשה בחמר
ביד היוצר · ושב ויעשהו כלי אחר
כאשר ישר בעיני היוצר לעשות ׃
5. ויהי דבר יהוה אלי לאמור ׃
6. הכיוצר הזה לא אוכל לעשות
לכם בית ישראל · נאם יהוה · הנה
כחמר ביד היוצר כן אתם בידי בית
ישראל ׃ 7. רגע אדבר על גוי
ועל ממלכה לנתוש ולנתוץ
ולהאביד ׃ 8. ושב הגוי ההוא
מרעתו אשר דברתי עליו · ונחמתי
על הרעה אשר חשבתי לעשות
לו ׃ 9. ורגע אדבר על גוי ועל
ממלכה לבנות ולנטוע ׃ 10. ועשה
הרעה בעיני לבלתי שמע בקולי ·
ונחמתי על הטובה אשר אמרתי
להיטיב אותו ׃ 11. ועתה אמר
נא אל איש יהודה ועל יושבי
ירושלם לאמר · כה אמר יהוה · הנה
אנכי יוצר עליכם רעה וחשב עליכם
מחשבה · שובו נא איש מדרכו

הרעה ·

gens iniquè aget in oculis meis, nec
meæ voci obsequetur, ego similiter
sententiam mutabo, nec ei bona præs-
tabo, quæ statueram, me ei præstitu-
rum. 11. *Tu igitur, loquere actutùm*
verba hæc hominibus Juda & Jerusa-
lem habitatoribus: hæc dicit Domi-
nus; en ego in vos malum meditor,
èn facio contra vos molitiones; nunc
revertimini unusquisque à viâ suâ;
rectas facite vias vestras & consilia
vestra. 12. *Illi responderunt; actum*
est: nos consilia nostra sequemur, &
malum, quod cuique libebit, facie-
mus. 13. *Ergò hæc dicit Dominus:*
sciscitamini hodie apud gentes, num
quidquam tale auditum fuerit. Rem
sanè horribilem fecit virgo Israel.
14. *An deserit calx petram, vel nix*
Libanum? An relinquunt aquæ sca-
turientes rivulos, qui ex se decur-
runt; 15. *Quòd populus me meus*
oblitus est, quòd thura frustrà incen-
dunt, tædetque eos in viis ipsorum,
quæ jam olim tritæ sunt, ut tramites
sequantur, vias non complanatas;
16. *Ut terram suam vastitati propo-*
nant & sibilo sempiterno, ut obstupes-
cant quicunque per eam transibunt,
& moveant caput. 17. *Ego eos dissi-*
pabo, ut eurus vehemens, ante ipso-
rum inimicos; ego eis tergum, non
vultum, ostendam, ruinâ ipsorum
adveniente. 18. *Illi hæc loquuntur:*
agite, excogitemus in Jeremiam ma-
chinationes; neque enim futurum est,
ut pereat Lex in Sacerdote, neque ut
consilium in sapiente, nec oraculum
in prophetâ. Agite, percutiamus eum linguâ, nec ad omnia verba ejus atten-
damus. 19. *Attende tu ad me, Domine, & audi vocem inimicorum meo-*
rum. 20. *An redditur, pro bono, malum, quòd illi foveam animæ meæ fo-*
derunt. Memento me adstitisse tibi, ut pro eis bona optarem, averteremque
ab eis iram tuam. 21. *Ergo eorum filios trade, ut fame pereant; interfice eos*
gladiis, sint orbæ ac viduæ eorum uxores; mariti earum mortalitate pereant;

הרעה׃ והיטיבו דרכיכם ומעלליכם׃
12. ואמרו נואש׃ כי אחרי מחשבותינו
נלך׃ ואיש שררות לבו הרע נעשה׃
13. לכן כה אמר יהוה׃ שאלו נא
בגוים מי שמע כאלה׃ שעררת
עשתה מאד בתולת ישראל׃ 14.
היעזב מצור שדי שלג לבנון׃ אם
ינתשו מים זרים קרים נוזלים׃ 15.
כי שכחני עמי לשוא יקטרו׃
ויכשלום בדרכיהם שבולי עולם
ללכת נתיבות דרך לא סלולה׃
16. לשום ארצם לשמה שרוקת
עולם׃ כל עובר עליה ישם ויניד
בראשו׃ 17. כרוח קדים אפיצם
לפני אויב׃ ערף ולא פנים אראם
ביום אידם׃ 18. ויאמרו׃ לכו
ונחשבה על ירמיהו מחשבות׃ כי
לא תאבד תורה מכהן ועצה מחכם
ודבר מנביא׃ לכו ונכהו בלשון׃ ואל
נקשיבה אל כל דבריו׃ 19.
הקשיבה יהוה אלי׃ ושמע לקול
יריבי׃ 20. הישלם תחת טובה
רעה׃ כי כרו שוחה לנפשי׃ זכר
עמדי לפניך לדבר עליהם טובה׃
להשיב את חמתך מהם׃ 21. לכן
תן את בניהם לרעב׃ והגרם על
ידי חרב׃ ותהינה נשיהם שכלות
ואלמנות ואנשיהם יהיו הרגי מות׃
בחוריהם מכי חרב במלחמה׃ 22.
תשמע זעקה מבתיהם׃ כי תביא
עליהם גדוד פתאם׃ כי כרו שיחה
ללכדני׃ ופחים טמנו לרגלי׃ 23.
ואתה יהוה ידעת את כל עצתם
עלי למות׃ אל תכפר על עונם
וחטאתם מלפניך אל תמחי׃ והיו
מכשלים לפניך בעת אפך עשה
בהם׃

juvenes eorum ferro in pugnâ trucidentur. 22. *Audiatur clamor ex ædibus eorum, cùm tu in eos adduces de improviso prædones, quoniam foderunt foveam, ut me caperent, & pedibus meis retia tetenderunt.* 23. *Tu, Domine, cognoscis omnia eorum de meâ morte consilia; noli eorum sceleri placari; peccatum eorum coram te nunquam deleatur, & ante te corruant, cùm tuus furor in eos accendetur.*

---

3. והנהו עשה מלאכה, *& ecce ille faciens opus.* Nihil mendi est, etsi volunt Masoretæ, ut legatur, והנה הוא עשה, fortè quia lineâ inferiori legitur הוא עשה, cùm non attenderent, verbum עשה, post הנהו esse activum; lineâ verò inferiori הוא עשה, passivum, ut mox dicemus. ...אל האבנים: Vulgatus, *super rotam;* similiter Chaldæus & Syrus על סדנא, *ad rotam;* nam סדנא Chaldaicè & Syriacè est *rota figuli;* quos non negandum legisse על האפנים; neque enim unquam litteræ ב & פ in Hebr. Linguâ commutantur. Græci Intt. non tractârunt האבנים, quasi esset idem ac האפנים; vertunt enim, ἐπὶ τῶν λίθων, *super lapides.* Scriptio האבנים non vituperanda, quia figuli argillam subigunt lapidibus planis impositam, priusquàm vasa fingunt. Sed quoniam agitur hoc loco confectio ipsa vasorum ex argillâ jam subactâ & defæcatâ, ut liquet ex eo, quòd Jeremias videt vas, quod conficitur, & propè confectum frangitur, melior est scriptura האפנים, quâ significatur, vas confici, tangendo rotam currentem.

4. אשר הוא עשה בחמר: Verbum pro verbo, *quod ipsum confectum luto* Est enim עשה Participium *Paoul*, seu Passivum. Nec licet convertere, אשר הוא עשה, *quod ille (figulus) faciebat luto,* quia mox sequitur, ביד היוצר, *in manu figuli*, quæ verba pertinent ad נשחת, *fractum est.* Cæterùm posuimus in columnâ nostrâ Hebraicâ בחמר, non כחמר, quod habet Editio Athiana; quia hoc mendum Athianæ est, non autem omnium. Codices meliores habent בחמר, & ita legebant Aquila & Théodotio, qui convertêre, ἐν τῷ πηλῷ, *in luto.*

8. אשר דברתי עליו (הרעה): Hæc tria verba omittunt Græci Intt. Syrus & Arabs; non fortè omisissent, si legissent עליה, dictum de מרעתו ejusdem generis; nam plana erat hæc sententia, (מרעתו, *ab improbitate*) *quam locutus sum contra eam*, pro *contra quam* (*improbitatem...*) Chaldæus, *si conversus fuerit à malo suo, quod decrevi contra eum*, errans de sententiâ. Etenim *malum*, hoc priori membro, est *improbitas*, quam Deus non decrevit. Eodem vitio laborat Vulgatus, quia mendum עליו sequebatur, ubi fuerat legendum עליה.

10. ועשה הרעה, *& fecerit malum.* Masora הרע; non malè; id enim usitatius, verbo עשה suppositum.

14. היעזב מצור שדי שלג לבנון: Hoc loco similitudo adhibetur rerum duarum, quæ ab se se nunquam divelluntur: posteà miratur Deus, quamobrem populus suus à se divellatur. Nunc quæstio est, quomodò hæc sententia nascatur ex hod. scriptione. Plerique sic convertunt, *an deseret petram agri nix Libani?* Si vocabulum מצור, sic habent ut unum verbum, *petram*, eis respondetur, esse צור, *petram*, non מצור. Quòd si מצור sic accipiunt, ut nomen צור, præfixâ מ præpositione, jure negabitur, verbum עזב pati præpositionem מ ante suum casum. Pari vitio laborat Vulgatus, qui, *nunquid deficiet de petrâ agri nix Libani:* & responderi potest, nivem Libani, postquàm defluxit in petras agri, solvi calore, atque adeò *deficere;* neque enim est ut dicas, *petram agri* esse ipsum Libanum. Cùm enim in Sacrâ Paginâ *nix* intercedat *petram* inter & *Libanum*, liquet non attribui Libano petram. Quid dicam Græcos Intt. qui, ἀπὸ πέτρας μαστοὶ, *de petrâ ubera;* vel Syrum, qui *à monte uberum & de Libano.* Mitto Arabem, qui sequitur Græcos, ut & Chaldæum, qui Paraphrasi utitur, & omittit מצור, *de petrâ.* Illi omnes non meliùs, quàm Arias, qui sic: *nunquid relinquet de petrâ agri nivem Lebanon.* Sed omnes Lectorem docent, dum nihil dicunt, medicam manum hìc requiri. Nos, pro מצור שדי, legimus הצור שיד, (*an deserit calx petram*) ut sequatur, *nix Libanum.* Istæ enim res sunt dissociabiles, nunquam sine nive Libanus, nunquam petra sine calce, in ædificio. In tali sententiâ commodè venit admiratio hæc, quæ sequitur, *quare populus meus me obliviscitur.* Nec minùs commodè altera hæc similitudo, *an deserunt aquæ scaturientes rivulos suos...* Nam similitudines sunt ejusdem generis, ducunturque ex rebus, quæ à se se nunquam divelluntur. Sed altera similitudo habet etiam mendum duplex & unum vocabulum trajectum. Cùm enim sic se habeat hodierna scriptio, אם ינתשו מים זרים קרים נוזלים, *num deserentur aquæ alienæ frigidæ defluentes*, legendum est, &c. אם ינטשו מים קרים זרמי נוזלים, *an deserent aquæ scaturientes defluxus currentium aquarum?* 1°. ינטשו, *deserent*, nam נתש, *evellere*, *extirpare*, non convenit *aquis.* 2°. קרים, positum proximè post מים, *aquæ scaturientes;* nihil enim ad similitudinem *frigidæ.* Legebat Syrus קרים, proximè positum post מים; quippe interpretatur, מיא קרירא נכריא, *aquæ frigidæ peregrinæ.* 3°. זרמי, *defluxus;* non זרים, *peregrinæ*, de quâ peregrinitate nihil pertinet ad sententiam. Meliùs Vulgatus, *erumpentes*, ex radice זרם, *inundare*, *decurrere*, ut quidem videtur; neque enim ex radicibus זור & זרה nasci poterat *erumpentes.* Græci Intt. βιαίως ἀνέμῳ, *violenter vento;* pro זרים קרים, legunt זדים קדים, sed nullâ sententiâ.

15. שבולי עולם: Rectè Masora שבילי, *semitis*, & ita Codices duo Reg. & unus Orat. Sunt *semitæ antiquæ* in oppositione cum נתיבות, *tramitibus*, viisque *non complanatis*, ut liquet ex

verbo ללכת, *ad eundum*, seu *ad deviandum*. *Semitæ* notant antiquam Dei religionem; *tramites*, novam Deorum, ad quos ibant Judæi. Porrò verbum ויכשלום, legendum sine affixo ם, quod omnes Veteres non legunt, præter unum Chaldæum, & quod si legeretur, esset ויכשלום verbum *Hiphil* sine nominativo. Jam יכשלו, non significat, *cadunt*, vel *corruunt*; nam, *cadunt in viis suis... ad eundum*, seriem exhibet non rectam & claudicantem. Itaque meliùs Græci Intt. ἀσθενήσουσι, *infirmabuntur*. Sæpe Græci Intt. verbo כשל attribuunt, *infirmari*, *laborare*, *imbecillem esse*, quem significatum retinet verbum Arab. كسل, *torpere*, *segnescere*, *pigere*, *agere oscitanter*, *frigidè*, *languidè*. Nos, *tædet eos in viis ipsorum*, ex eodem significatu, qui quidem videtur in Hebr. Lexica revocandus.

18. ונכהו בלשון, *& percutiamus eum linguâ*. Ita nos, cum turbâ Interpretum. Tamen addubitamus, num meliùs בשלוה, vel בשלוי, *occultè*; ita ut נכהו significet *percutiamus*, ita ut *interficiamus*. Nam deliberant inimici Jeremiæ de eo occidendo, non tantùm de calumniando. Præterea legeretur בלשננו, non sine affixo, si diceretur, *percutiamus eum linguâ nostrâ*. Nec tueri possunt scriptionem בלשון, *linguâ*, qui hæc ad Christum accommodant, qui linguâ Judæorum percussus est, nisi hæc etiam ad personam Jeremiæ accommodentur. Cùm enim Jeremias nominetur, necesse est, convenire in Jeremiam sensum litteralem. Syrus, בלשונה, *linguâ ejus*, sive legit בלשונו, sive affixum supplet, ut expediat sententiam.

21. לכן תן בניהם, *propterea trade filios eorum*. Non dicit propheta, *trade eos*, Sed *filios eorum*. Dixisset *eos*, si ageretur Babylonica captivitas. Nam Judæi traditi sunt & fami, & gladio Babyloniorum, vivente Jeremiâ, & eodem ferè tempore, quo hæc Jeremias loquebatur. Præterea non ideò Judæi traditi sunt Babyloniis, quòd Jeremiæ mortem afferre voluissent, sed quòd Idololatriæ pertinaciter adhærerent. Itaque justa causa est, cur credamus, *filios* esse nepotes, quos Deus interfecit fame, & gladio Romanorum, quia Christum Messiam suum gladio Romanorum interfecerant, & istas Prophetæ maledictiones esse prædictiones.

23. והיו: Masora, ויהיו. Utrumque habent alii & alii Codices, & tam benè unum, quàm alterum... בעת אפך עשה בהם: Vulgatus, *in tempore furoris tui abutere eis*. Similiter interpretatur, *Gen. cap. 19. v. 8.* עשו להן, *abutimini eis*, & videtur, eum legisse להם, non בהם; sic enim passim legitur casus personæ post עשה, in dandi casu. Sed quia hæc series, *cadant coram te*, *in tempore iræ tuæ fac eis*, claudicat sine conjunctione, quæ annectat membrum prius ad posterius, nos unum tantùm membrum facimus, legimusque, בעת אפך עשן בהם (vel עלת), *in tempore accendi furorem tuum in eos*, (vel *ascendere*.) Sic alibi non semel legitur עשן אף, vel עלה אף, præpositione ב subsequente: alterutrius scriptionis vestigium superest in בהם, quod verbum עשה recusat habere, ut dandi casum.

CAPUT XIX.

Jeremias, Deo jubente, adducit testes ad vallem Topheth, ibique populo denuntiat, eam vallem deinceps nominatum iri vallem interfectionis, &, fracto vase testaceo, declarat sic fractum iri vires Juda.

1. *Hæc dicit Dominus: vade, & eme figuli lagenam, & educ populi aliquos senes, & senes Sacerdotum.* 2. *Egrediêris autem ad vallem filii Ennom, quæ est ad introitum portæ fictilium, ibique verba eloquêris, quæ ego tibi sum dicturus;* 3. *Dicesque: audite verbum Domini, reges Juda & Jerusalem habitatores; hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel; en ego adducturu sum in locum istum calamitatem, quam qui-*

1. כה אמר יהוה · הלוך וקנית בקבק יוצר חרש · ומזקני העם ומזקני הכהנים׃ 2. ויצאת אל גיא בן הנם אשר פתח שער החרסות · וקראת שם את הדברים אשר אדבר אליך׃ 3. ואמרת · שמעו דבר יהוה מלכי יהודה וישבי ירושלם · כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל · הנני מביא רעה על המקום הזה אשר כל שמעה תצלנה אזניו׃ 4. יען אשר עזבני וינכרו את המקום הזה · ויקטרו בו לאלהים

cunque audiet, aures ejus tinnient;
4. *Eò quòd me reliquerunt, converte-*
runtque iſtum locum in uſus non ſuos,
ut in eo Diis alienis ſacra facerent,
quos non nôrant ipſi, nec patres eo-
rum, utque eundem reges Juda ſan-
guine innoxio complerent. 5. *Nam*
ſtruxerunt aras Baal, ut filios ſuos,
holocauſta Baal, igne urerent; quæ
ego non eis mandavi, nec locutus
ſum, nec unquam mihi in mentem
venerunt. 6. *Propterea ecce dies ve-*
niunt, dicit Dominus, cùm locum
iſtum non jam nominabunt, nec To-
pheth, nec vallem filii Ennom, ſed
vallem interfectionis. 7. *Ego diſſipabo*
in loco iſto conſilium Juda & Jeruſa-
lem; faciam ut cadant gladio coram
inimicis ſuis, & in manus eorum,
qui perdere ipſos cupiunt; dabo ca-
davera ipſorum eſcam avibus cœli &
terræ beſtiis. 8. *Ego hanc urbem pro-*
ponam ſtupori & ſibilo; quiſquis
præter eam tranſibit, obſtupeſcet, &
in omnibus ejus plagis ſibilabit. 9. *Ego*
eos paſcam carne filiorum ſuorum &
carne filiarum; edet homo carnem
proximi ſui, dum eos inimici ſui,
qui perdere ipſos cupiunt, obſidebunt
& ad extremas anguſtias deducent.
10. *Tu igitur franges lagenam in*
oculis eorum, qui tecum venerint,
11. *Eiſque dices; hæc dicit Domi-*
nus exercitum: ego hunc populum
& hanc urbem ita frangam, ut fran-
gitur vas fictile, quod reſarciri non
poteſt, & in Topheth ſepelientur,
quia locus deerit ad ſepulturam.
12. *Ego hunc locum, dicit Domi-*
nus, & ejus habitatores eò dedu-
cam, ut hæc civitas fiat ſimilis To-
pheth. 13. *Erunt ædes Jeruſalem*
ædeſque regum Juda ita contaminatæ,
ut locus Topheth, propter eas ædes,

אחרים אשר לא ידעום המה
ואבותיהם ומלכי יהודה · ומלאו את
המקום הזה דם נקים : 5. ובנו
את במות הבעל לשרף את בניהם
באש עלות לבעל · אשר לא צויתי
ולא דברתי ולא עלתה על לבי :
6. לכן הנה ימים באים · נאם
יהוה · ולא יקרא למקום הזה עוד
התפת וגיא בן הנם · כי אם גיא
ההרגה : 7. ובקתי את עצת יהודה
וירושלם במקום הזה·והפלתים בחרב
לפני איביהם וביד מבקשי נפשם ·
ונתתי את נבלתם למאכל לעוף
השמים ולבהמת הארץ : 8.
ושמתי את העיר הזאת לשמה
ולשרקה · כל עבר עליה ישם וישרק
על כל מכתה : 9. והאכלתים את
בשר בניהם ואת בשר בנתיהם ·
ואיש בשר רעהו יאכלו · במצור
ובמצוק אשר יציקו להם איביהם
ומבקשי נפשם : 10. ושברת
הבקבק לעיני האנשים ההלכים
אותך : 11. ואמרת אליהם · כה
אמר יהוה צבאות · ככה אשבר את
העם הזה ואת העיר הזאת כאשר
ישבר את כלי היוצר אשר לא יוכל
להרפה עוד · ובתפת יקברו מאין
מקום לקבור : 12. כן אעשה
למקום הזה נאם יהוה וליושביו ·
ולתת את העיר הזאת כתפת : 13.
והיו בתי ירושלם ובתי מלכי יהודה
כמקום התפת הטמאים · לכל הבתים
אשר קטרו על גגתיהם לכל צבא
השמים · והסך נסכים לאלהים
אחרים :
14. ויבא ירמיהו מהתפת אשר
שלחו יהוה שם להנבא · ויעמד
בחצר בית יהוה · ויאמר אל כל
העם : 15. כה אמר יהוה צבאות
אלהי ישראל · הנני מבי אל העיר
הזאת ועל כל עריה את כל הרעה
אשר דברתי עליה · כי הקשו את
ערפם לבלתי שמוע את דברי :

in quarum tectis thura incendebant univerſæ militiæ cœlorum, Diiſque alie-
nis libamina fundebant. 14. *Venit autem Jeremias ex Topheth, quò eum mi-*
ſerat Dominus, ut prophetaret, ſtetitque in atrio domûs Domini, & omni
populo ſic locutus eſt: 15. *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael:*
Ego in hanc urbem, & in omnes ejus civitates advecturus ſum mala, quæ de-
nuntiavi; quia cervicem ſuam rigidam fecerunt, ne verbis meis auſcultarent.

---

1. ...וקנית בקבק... ומזקני, *& emes lagenam... & de ſenibus.* Empturus erat *lagenam* propheta, non *quoſdam de ſenibus*; itaque verbum deſideratur, quod conveniat in *ſenes*; & quod non fuerat omiſſum in pleriſque antiquis Codicibus. Nempe Chaldæus habet, ותדבר עמך, *& duces tecum*; ſimiliter Syrus, ודבר עמך, *& duc tecum.* Græci Intt. *καὶ ἄξεις*, *& duces.* Miratur Lud. Cappellus, in notis ſuis Criticis, unde illud *ἄξεις*; illud inde eſt, quod Græci Intt. legebant, ויוצאת, *& exire facies*, quod in aliis Codicibus Scribæ omiſerunt, de lineâ errantes, quia lineâ inferiore legebatur ויצאת. Sic in Geneſi de *Thare* dicitur, ויוצא אתם, *& eduxit eos.* Itaque revocamus ſcripturam ויוצאת; negligimus עמך, *tecum*, quia non neceſſarium. Vulgatus, *accipe lagunculam... à ſenioribus populi*, quia legit מִזקני, ſine ו, quod quidem tollendum. Sed non bona hæc Vulgati ſententia. Neque enim perſonam figuli gerebant ſeniores populi & Sacerdotum, ut Jeremiæ lagenam venderent; atque id cùm ſentiret de ſe Vulgatus, poſuit *accipe*, cùm tamen legatur וקנית, *& emes.* Ab eo *accepit* lagenam propheta, ad quem miſſus fuerat, nimirùm à figulo.

2. שער החרסות, *portæ fictilium*, ex ſcripturâ החרשות, quam ſequitur Vulgatus. Erant prope eam portam furni figulorum. Maſora vult החרסית, quod plerique ſic accipiunt, ut *ſoli expoſitum*, quia *ſol* eſt Hebraicè חרם. Sed porta hæc erat orientalis, adverſa valli Topheth. Atqui porta meridionalis erat expoſita ſoli, ut & orientalis; ergò nihili eſt iſte ſignificatus; nec licet retineri החרסית, niſi tanquam nomen proprium; nam ה præfixum magis convenit nomini appellativo.

4. עזבני: Potiùs עזבוני, *reliquerunt me*, ut lego in Codicibus quatuor. ...וינכרו המקום הזה: Verbum de verbo, *& alienum fecerunt iſtum locum*, ſive ad uſus non ſuos deſtinârunt. Nam Topheth, qui locus agitur, erat ſentina urbis, quò ſordes egerebantur, & cadavera, quæ non ſepeliebantur, cremabantur, atque ibi tamen reges Juda ſtruxerant aras, & ſanctitudinem ſuis religionibus propriam fecerant. ...ומלאו: Melius ימלאו, poſitâ interpunctione minori ante ומלכי יהודה, quod fecêre Græci Intt. ita ut verbum ימלאו habeat pro nominativo reges Juda, quibus propriè competebat, *fundere innoxium ſanguinem*; ita obſervat Lud. Cappellus in notis ſuis Criticis in hunc locum.

7. והפלתים בחרב, *& faciam cadere eos gladio.* His verbis notatur futura interfectio Judæorum; his autem ſequentibus, ...וביד מבקשי, *& in manum eorum qui quærunt*, &c. notatur captivitas.

11. להרפה, *ſanari*, vel *reſarciri.* Lege להרפא; neque enim hoc in verbo promiſcuè uſurpatur א pro ה; ut aliis in pauciſſimis verbis. Habent להרפא duo Codices, & Maſora notat, ה במקום א, id eſt, ה pro א, quod non notaſſet, ſi utrumque eſſet uſitatum.

12. ולתת: Idem mendum, quod ſuprà cap. 17. v. 10. ubi Græci Intt. legunt לתת, ſine ו, ut & hoc loco ponunt, *τοῦ δοθῆναι*, *ut detur.*

13. והסך: Lege, והסכו, *& fundebant*; numero plur. Ita omnes Veteres. Suprà v. 11. additum fuit ו in ולתת, litterâ ו, quæ ſequebatur, malè duplicatâ; hîc autem omiſſum fuit ו, quia ſequebatur littera נ, litteræ ו ferè ſimilis.

15. מבי: Superſtitiosè Editores omiſerunt א, quamvis monebat Maſora legendum eſſe מביא, *adducens.* Sed obſequebantur ſuperſtitioni Scribarum, qui א omiſerunt in Codicibus, ſpatium verò ejus vacuum reliquerunt: quo ipſo monebantur Grammatici novi, ne ſancirent, verbum בוא ſuo א interdum privari.

CAPUT XX.

Phaſſur Jeremiam conjicit in carcerem, cui Jeremias denuntiat, eum captivum fore Babylone cum ſuis, ibique moriturum. Conqueritur ſe derideri; maledicit diei, in quo natus eſt: confidit denique in Deo, & hortatur ad eum laudandum.

1. *Audivit autem Phaſſur, filius*
Emmer, Sacerdos, qui præfectus do-
mûs Domini fuerat conſtitutus, Jere-
miam in hæc verba vaticinantem.
2. *Ille Phaſſur comprehendit Jere-*
miam prophetam, miſitque eum in
carcerem, qui jacet ad portam Ben-
jamin ſuperiorem, quæ domui Do-
mini proxima eſt. 3. *Poſtridie autem*
Phaſſur carcere eduxit Jeremiam,
dixitque ei Jeremias: nomen tuum
non jam vocat Dominus Phaſſur,
ſed Megour-meſabib, (undique ter-
rorem). 4. *Hæc enim dicit Domi-*
nus: ego injiciam terrorem in te &
in omnes amicos tuos, qui cadent gla-
dio inimicorum ſuorum; oculique
tui hæc videbunt. Ego univerſum
Juda tradam regi Babylonis, qui
eos Babylonem abducet, gladioque
interficiet; 5. *Tradamque omnes opes*
hujus civitatis, omnem ejus anno-
nam, omnia pretioſa & omnes regum
Juda theſauros, hæc tradam ipſo-
rum inimicis, qui hæc diripient, &
direpta Babylonem deportabunt.
6. *Tu autem Phaſſur, & tuas ædes*
quicunque habitant, captivi abduce-
mini. Tu ibis Babylonem, tu ibi mo-
rieris & ſepelieris, tu & omnes ami-
ci tui, quibus falſa prædicebas.
(14.) *Maledictus dies, in quo natus*
ſum, dies in quo peperit me mater

1. וישמע פשחור בן אמר הכהן·
והוא פקיד נגיד בבית יהוה · את
ירמיהו נבא את הדברים האלה ׃
2. ויכה פשחור את ירמיהו הנביא·
ויתן אתו על המהפכת אשר בשער
בנימן העליון אשר בבית יהוה ׃ 3.
ויהי ממחרת ויצא פשחור את ירמיהו
מן המהפכת · ויאמר אליו ירמיהו ·
לא פשחור קרא יהוה שמך כי אם
מגור מסביב ׃ 4. כי כה אמר
יהוה · הנני נתנך למגור לך ולכל
אהביך · ונפלו בחרב איביהם ועיניך
ראות · ואת כל יהודה אתן ביד מלך
בבל · והגלם בבלה והכם בחרב ׃
5. ונתתי את כל חסן העיר הזאת
ואת כל יגיעה ואת כל יקרה ואת
כל אוצרות מלכי יהודה אתן ביד
איביהם · ובזזום ולקחום והביאום
בבלה ׃ 6. ואתה פשחור וכל
ישבי ביתך תלכו בשבי · ובבל
תבוא ושם תמות ושם תקבר אתה
וכל אהביך אשר נבאת להם
בשקר ׃
7. פתיתני יהוה ואפת · חזקתני
ותוכל · הייתי לשחוק כל היום · כלה
לעג לי ׃ 8. כי מדי אדבר אזעק
חמס ושד אקרא · כי היה דבר יהוה
לי לחרפה ולקלס כל היום ׃ 9.
ואמרתי · לא אזכרנו ולא אדבר עוד
בשמו · והיה בלבי כאש בערת עצר
בעצמתי · ונלאיתי כלכל ולא אוכל ׃
10. כי שמעתי דבת רבים מגור
מסביב · הגידו ונגידנו כל אנוש

mea, nec benedicatur. 15. *Maledictus homo, qui patri meo attulit hoc nuntium; nata est tibi mascula proles, talique gaudio eum affecit.* 16. *Fiat ei homini, sicut urbibus, quas subvertit Dominus, nec suscipiat consolationem; audiat mane clamorem, meridie vociferationes;* 17. *Eò quòd me non exstinxit in vulvâ delitescentem, ut mater mea fieret sepulcrum meum, alvumque haberet usquequaque gravidam.* 18. *Cur è vulvâ egressus sum, ut obnoxius essem laboribus & ærumnis, diesque mei in opprobrio consumerentur.* (7.) *Decepisti me, Domine, & deceptus sum; apprehendisti me, & fuisti fortior; ego totam diem propositus sum irrisioni; omnes me ludibrio habent.* 8. *Ex quo enim loquor & clamo contra iniquitatem, vastitatemque denuntio, fuit mihi verbum Domini opprobrio & contumeliæ totam diem.* 9. *Equidem sic apud me statueram: non memorabo eum ampliùs, nec in nomine ejus loquar. Sed exortus est in corde meo velut ignis urens, clausus in ossibus meis; defessus sum, hæc ferens, nec potui sustinere.* 10. *Et, postquàm audivi multorum contumelias formidinesque imminentes; homines quibuscum mihi pax fuerat, lateri meo insidiari, dicentes; curate ut nobis nuntietis, quonam pacto ille decipiatur, ut eum dolo capiamus, & eum ulciscamur.* 11. *Dominus adstitit mihi, tanquam vir bellator. Ideò cadent qui me insectantur, nec superiores erunt; valdè erubescent, qui non reputârunt infamiam suam talem fore, ut nunquam deleatur.* 12. *Domine exercituum, qui probas justum, qui corda & renes habes perspectos; videam, quæso, tuam de illis ultionem; ego enim detuli ad te causam meam.* 15. *Cantate Domino, celebrate Dominum, quia liberavit animam pauperis de manu improborum.*

שלמי שמרי צלעי · אולי יפתה
ונוכלה לו ונקחה נקמתנו ממנו :
11. ויהוה אותי כגבור עריץ · על
כן רדפי יכשלו ולא יכלו · בשו
מאד · כי לא השכילו כלמת עולם
לא תשכח : 12. ויהוה צבאות
בחן צדיק ראה כליות ולב · אראה
נקמתך מהם · כי אליך גליתי את
ריבי : 13. שירו ליהוה הללו את
יהוה · כי הציל את נפש אביון מיד
מרעים : 14. ארור היום אשר
ילדתי בו · יום אשר ילדתני אמי
אל יהי ברוך : 15. ארור האיש
אשר בשר את אבי לאמר · ילד לך
בן זכר · שמח שמחהו : 16. והיה
האיש ההוא כערים אשר הפך
יהוה ולא נחם · ושמע זעקה בבקר
ותרועה בעת צהרים : 17. אשר
לא מותתני מרחם · ותהי לי אמי
קברי · ורחמה הרת עולם : 18.
למה זה מרחם יצאתי לראות עמל
ויגון · ויכלו בבשת ימי :

---

2. ויכה פשחור את ירמיהו. Nos, *comprehendit Phassur Jeremiam*, seu verbum נכה habet *constringere*, quasi ex כהה, seu potiùs legendum ויקח, quod meliùs convenit cum *conjecit eum in carcerem.* Conqueritur infrà Jeremias, quòd ludibrio habeatur, non quòd verberetur. Ob eandem causam convertimus על המהפכת, non *in nervum*, ut Vulgatus, sed *in carcerem*, ut aliquandò Græci Intt. *Carcer* locus erat, in quo tormentis quæstio habebatur; propterea vocatur aliquando המהפכת, *locus tormentorum*, etsi non aguntur ipsa tormenta. ...אשר בבית יהוה, *quæ domui Domini proxima est;* nam præpositio ב habet interdùm *prope, versùs.* Hæc porta erat in templi appendicibus, non in ipsis Templi ædificiis.

4. איביהם, *inimicorum suorum*, ipsorum Chaldæorum, qui præcipuè oderant Sacerdotes & prophetas, qui regi Sedeciæ falsa vaticinabantur, atque eum hortabantur, ne deditionem faceret; ex quo numero erant iste Phassur & ejus asseclæ.

5. אתן, *dabo.* Hoc verbum Græci Intt. omittunt, forsan quia inutile videbatur, postquàm anteceffit, ונתתי, *& dabo*, neque anteceffit *cui* traditurus effet Deus Jerufalem opes. Sed rectè iteratur אתן, modò id fiat per redintegrationem, legaturque ואתנם. Omiffum fuerit ם ante ב, ut alibi non femel; fimiliter ו, poft ה, ut etiam fæpe accidit.

7. פתיתני יהוה ואפת, *decepifti me, Domine, & deceptus fum.* Dixerat Deus Jeremiæ, *bellabunt contra te, nec fuperiores erunt*, quæ Jeremias ita interpretatus fuerat, quafi nunquam futurum effet, ut manus in eum injiceretur, vel ut ludibrio haberetur. Propterea dicit, *decepifti me*, five, tu in me fic egifti, quafi me decipere voluiffes, Hebraico loquendi more: vide *I. Reg. cap.* 22. *w.* 22. *&* 23.

9. ואמרתי לא אזכרנו, *& dixi, non memorabo eum.* Defcribit Jeremias, vel cogitationem, quæ animum ejus inceffferit, vel fortè tentationem. Erat enim quifque propheta *homo fimilis nobis*, & tales culpas, vel tentationes, cadere in prophetas potuiffe, docet Jonas, qui fugit, Dei mandata filentio premens.

10. הגידו ונגידנו: Vugatus, *perfequemini, & perfequamur eum*, fortè ex radice גדד, obfequens Græcis Intt. Sed ordinem verborum fuiffe turbatum liquet ex ipfo Vulgato, in quo hæc ipfa verba feriem intercipiunt; imò liquet ex iftis verbis, *cuftodientes latus meum, fi quo modo decipiatur;* nam feries vellet, *fi quo modo decipiar.* Ordinem meliorem fuggerit Syrus, in eo, quòd rejicit hæc duo verba, poft כל אנוש שלמי שמרי צלעי, hoc modo: הגידו (צלעי) הגידונו אולי יפתה ,... *oftendite, oftendite nobis quomodò decipiatur.* Supplet Syrus ante hæc verba, ואמרין, *& dicebant*, ut nos addimus *dicentes;* non quòd fit legendum אמרים; nam fæpe oratio metrica id omittit, fed ut feries fiat Latino in fermone planior. Alia quædam & alio ordine legunt Veteres: vide eos in Polyglottis.

14. ארור היום, *maledictus dies...* Videat Lector, an fuperiorem verfum fequi debeant quæ hîc habentur ufque ad capitis finem. Nobis quidem videtur prorsùs incredibile, Jeremiam, poftquàm confidit, Deum fibi affuturum, & eos, qui fe audiunt, hortatus eft ad canendas Dei laudes, fubitò erupiffe ad iftas maledictiones; & eò potiùs inclinamus, ut credamus, non fuo loco hæc pofuiffe Defcriptorem, qui ex uno *alineâ*, in aliud erraret: fi enim hæc collocabuntur ante illud *alineâ*, quod initium habet in פתיתני, *feduxifti me*, erunt unaquæque bono in ordine collocata. Poftquàm v. 6. Jeremias denuntiavit inimico fuo *Phaffur*, fore ut Babylonem deportetur, ibique, cum fuis, moriatur, convertitur ad feipfum, & deplorat de fuis laboribus ac periculis, w. 14. 15. 16. 17. & 18. Tum conqueritur (v. 7.) apud Deum, quod fe multorum calumniis & ludibriis propofuerit, nihil tale fperantem, quoniam (v. 8.) prophetæ munere, Deo mandante, fungebatur. Non negat (v. 9.) cogitationem fibi incidiffe, meliùs actum fecum fore, fi Dei verba filentio premeret, additque (v. 10.) cùm hæc meditaretur, fubitò ignem exarfiffe in offibus fuis, quem ferre non potuiffet; itaque (w. 10. & 11.) recaluiffe medias inter minas & pericula zelum fuum, & fenfiffe Deum fibi non defuturum; propterea (v. 12.) devolvit in Deum fpes fuas & (v. 13.) hortatur ad Dei laudes celebrandas. Hæc funt inter fe connexa & apta, nec jam defultoria, ut Jeremias ex fpe ac confidentiâ tranfeat fubitò ad conqueftiones, quæ quidem defperationis plenæ effe videntur, ubi nihil fequitur, in quo Jeremias erigat fe fe ab defperatione ad fpem & ad fidem. Cæterùm in diris iftis, quæ fimiles funt iis, quæ in Job leguntur, non magis exhibet propheta, quid ipfe de fe fentiat, quam quid de homine fentiendum fit, qui nafcitur ad labores & ad ærumnas.

CAPUT

CAPUT XXI.

Sedecias mittit consultum Jeremiam, urbe obsessâ; qui respondet, fore in urbe famem & pestilentiam; regem traditum iri Babyloniis; perituros quicunque in urbe manebunt; salvos fore, qui transfugient ad Chaldæos.

1. *Verbum Domini, quod fuit ad Jeremiam, cùm misit ad eum rex Sedecias Phassur, filium Melchiæ, & Sophoniam, filium Maasiæ, Sacerdotem, qui hæc ei dicerent:* 2. *Consule, quæso, Dominum pro nobis, dum bellat nobiscum Nabuchodonosor, rex Babylonis, an Dominus apud nos miracula sua sit editurus, eò ut ille à nobis recedat.* 3. *Respondit Jeremias: hæc dicetis Sedeciæ:* 4. *Hæc dicit Dominus, Deus Israel; en ego avertam bellica hæc arma, quæ in manibus habetis, quibus contra regem Babylonis pugnatis, & contra Chaldæos, qui vos extra mœnia obsident; hæc ego mediâ in hâc urbe colligam;* 5. *Et pugnabo adversùm vos, manu extentâ & brachio valido, per iram, per furorem, per gravem excandescentiam.* 6. *Nimirum percutiam civitatis hujus habitatores, tam homines, quàm jumenta, & pestilentiâ magnâ morientur.* 7. *Posteà autem, dicit Dominus, ego Sedeciam, regem Juda & servos ejus & populum & omnes, qui hâc in urbe restabunt ex pestilentiâ, ex gladio & ex fame, tradam Nabuchodonosor, regi Babylonis, & inimicis eorum, qui perdere ipsos cupiunt; & percutiet eos gladio; non parcet eis, non indulgebit, nec misericordiâ mo-*

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה · בשלח אליו המלך
צדקיהו את פשחור בן מלכיה ואת
צפניה בן מעשיה הכהן לאמר : 2.
דרש נא בעדנו את יהוה · כי
נבוכדראצר מלך בבל נלחם עלינו ·
אולי יעשה יהוה אותנו ככל
נפלאתיו · ויעלה מעלינו : 3. ויאמר
ירמיהו אליהם · כה תאמרן אל
צדקיהו : 4. כה אמר יהוה אלהי
ישראל · הנני מסב את כלי המלחמה
אשר בידכם אשר אתם נלחמים
בם את מלך בבל ואת הכשדים
הצרים עליכם מחוץ לחומה · ואספתי
אותם אל תוך העיר הזאת : 5.
ונלחמתי אני אתכם ביד נטויה
ובזרוע חזקה · ובאף ובחמה ובקצף
גדול : 6. והכיתי את יושבי העיר
הזאת ואת האדם ואת הבהמה ·
בדבר גדול ימתו : 7. ואחרי כן ·
נאם יהוה · אתן את צדקיהו מלך
יהודה ואת עבדיו ואת העם ואת
הנשארים בעיר הזאת מן הדבר מן
החרב ומן הרעב ביד נבוכדראצר
מלך בבל וביד איביהם וביד מבקשי
נפשם · והכם לפי חרב · לא יחוס
עליהם ולא יחמל ולא ירחם : 8.
ואל העם הזה תאמר · כה אמר
יהוה · הנני נתן לפניכם את דרך
החיים ואת דרך המות : 9. הישב
בעיר הזאת ימות בחרב וברעב
ובדבר · והיוצא ונפל על הכשדים
הצרים עליכם יחיה והיתה לו נפשו

לשלל ׃ 10. כי שמתי פני בעיר
הזאת לרעה ולא לטובה ׃ נאם יהוה ׃
ביד מלך בבל תנתן ושרפה באש ׃
11. ולבית מלך יהודה שמעו דבר
יהוה ׃ 12. בית דוד ׃ כה אמר
יהוה ׃ דינו לבקר משפט והצילו
גזול מיד עושק ׃ פן תצא כאש
חמתי ׃ ובערה ואין מכבה מפני רע
מעלליהם ׃ 13. הנני אליך ישבת
העמק צור המישר ׃ נאם יהוה ׃
האמרים מי יחת עלינו ׃ ומי יבוא
במעונותינו ׃ 14. ופקדתי עליכם
כפרי מעלליכם ׃ נאם יהוה ׃ והצתי
אש ביערה ואכלה כל סביביה ׃

vebitur. 8. Sed tu populo huic ſic loquêris : hæc dicit Dominus ; en propono ante oculos veſtros viam vitæ & viam mortis. 9. Quicunque in hâc urbe manebunt, gladio & fame ac peſtilentiâ peribunt ; quicunque egredientur, & conferent ſe ad Chaldæos, qui vos obſident, vivent, animæque ſuæ lucrum facient. 10. Ego enim vultum meum converto ad iſtam civitatem, ad perniciem, non ad ſalutem, dicit Dominus ; hæc tradetur regi Babylonis, igneque inflammabitur. 11. Sed de domo regis Juda audite, quid dicat Dominus. 12. Domus David, hæc dicit Dominus : exercete mane judicia, & eum, qui vim patitur, liberate ab oppreſſore ; ne ira mea erumpat, velut ignis ; ne ſic ardeat, ut nemo ſit, qui exſtinguat, propter ſtudiorum veſtrorum iniquitatem. 13. En ego ad te, quæ ſedes in valle Segor, mediâ in planitie, dicit Dominus ; en ego ad vos, qui hæc dicitis ; quis audebit deſcendere ad nos, & tecta noſtra invadere ? 14. Ego ſic agam vobiſcum, ut fuerunt fructus ſtudiorum veſtrorum, dicit Dominus ; ego in ſaltibus ejus ignem accendam, qui omnia, quæ circùm eam ſunt, comburet.

---

1. פשחור בן מלכיה, *Phaſſur, filium Melchiæ.* Ille *Phaſſur*, de quo ſuprà, cap. 20. v. 1. dicitur, *filius Emmer*, nòn *Melchiæ*, ut hoc loco ; unde rectè colligit Hieronymus, hunc *Phaſſur* alterum eſſe ab illo, qui ſuprà. Idem colligi poteſt ex eo, quòd Sedecias mittit legatos, qui òrent Jeremiam, ut conſulat Deum de belli eventu. Neque enim aptus videbatur ad legationem talem is Sacerdos, qui Jeremiam in carcerem miſerat. Grotius ſic habet *filium Melchiæ*, ut ex ἐφημερίας Melchiæ, & ſimiliter capite ſuperiori *filium Emmer*, ut *ex vice Emmer ;* ut notentur utriuſque *Phàſſur* non uterque pater, ſed utraque familia. Cui ne aſſentiamur, obſtat id, quòd *I. Paral. cap. 9. v. 12.* inter Sacerdotes, qui Babylone primi redierunt, nominatur *Adaias, filius Jeroham, filii Phaſſur, filii Melchiæ.* Quippe eo loco notantur, non familiæ, ſed filii propriè dicti. Erat *Adaias* filius filii *Phaſſur*, ſive nepos illius *Phaſſur*, qui dicitur hoc verſu 1. *filius Melchiæ.* Sed diverſas eſſe utriuſque *Phaſſur* familias, Grotius rectè argumentatur ex Lib. I. Paral. Nam ejus Libri cap. 24. v. 9. deſcribitur *Melchias*, in familiâ quintâ ; *Emmer*, v. 14. in familiâ decimâ ſextâ. Diſputat adversùs Grotium Edm. Calmet, ſtatuitque eundem Phaſſur eſſe hoc capite, qui fuit capite ſuperiore, & nominari hoc capite *Melchiam*, ut patrem *Phaſſur*, capite autem ſuperiore *Emmer*, ut familiæ principem ejus, in quâ natus erat *Phaſſur*, atque id vincere ſe putat poſſe, ex eo, quod *I. Par. cap. 9. v. 12.* notatur diſertè, *Phaſſur filius Melchiæ*, de nepotibus Emmer. Nos tale quidquam notari, non concedimus. Nimirùm ſic habet ille verſus 12. *Adaias, filius Jeroham, filii Phaſſur, filii Melchiæ ; & Maaſai, filius Adiel, filii Jezra, filii Moſollam, filii Moſollamith, filii Emmer.* Planum eſt, iſtum *Emmer* notari, ut atavum Maaſai, non autem ut atavum Phaſſur. Sed *Emmer* & *Melchias* tametſi ejuſdem familiæ eſſent, tamen nòn probaret Edm. Calmet, eſſe eundem Phaſſur, hoc capite & ſuperiore, quia eſſe potuêre eâdem in familiâ duo *Phaſſur*, alter filius Melchiæ, alter filius Emmer. Huc adde, inſuetum videri, ut, cùm *filius Melchiæ*, ſignificet filium propriè dictum, *filius Emmer*, nihil ſignificet præter, ex familiâ Emmer progenitum.

3. כה תאמרן, *ſic dicetis.* Lege כֹּה תאמרון, ut ſcriptum lego in Codicibus tribus. Nam תאמרן eſſet femininum, idem ac תאמרנה.

4. הנני מסב את כלי המלחמה, *ecce ego avertam arma belli*, nempe à mœnibus, in quibus pugnatis, in medias urbis plateas, quò eas conjicietis, quia ædes, in quibus aſſervabantur, erunt peſtilentes. Minùs placet Grotii hæc explanatio : » efficiam ut urbe irruptâ arma veſtra

» omnia vobis erepta adferantur in locum aliquem urbis veſtræ, quem ad id elegerint victo-
» res Chaldæi. « Nam peſtilentia deſierat, antequàm Chaldæi Jeruſalem intrarent; cùm contrà Deus hîc prænuntiet, arma in mediâ urbis plateâ tum collectum iri, cùm populum Jeruſalem perdet peſtilentia & fames.

9. יחיה, *vivet.* Non rectè Maſora וחיה, cùm anteceſſerit ימות, ſine nexu ו eodem in tenore.

12. מעלליהם, rectè Maſora מעלליכם, *ſtudia veſtra*, nam ſic vult דינו, *judicate*, quod perſonæ eſt ſecundæ.

13. ישבת העמק צור המישור: Græci Intt. Sic habent צור, ut σὸρ, *Sor*, nomen proprium, cùm probè intelligerent, urbem Jeruſalem vocari alio nomine per ſimilitudinem; nec dubium videbitur, olim ſcriptum fuiſſe צער, *Segor*, ſi conſiderabis, hoc loco ſitum deſcribi urbis *Segor*, quæ in valle erat, prope Jordanem, & in planitie, & propterea ſubjungi, מי יחת עלינו, *quis deſcendet contra nos*, ex radice נחת, *deſcendere*, non autem ex חתת, *frangere*, *percutere*, ut liquet ex præpoſitione על, quæ docet, verbum יחת eſſe neutrum *deſcendere*, non activum *frangere*; propterea etiam ſequi, *accendam ignem in ſaltu ejus*, *qui omnia circùm eam abſumet.* Hæc enim omnia urbem demonſtrant & ſitu amœnam, & igne cœli abolendam, ut erat Segor; quaſi dicat Deus, ego huic alteri Segor non parcam, quomodò peperci olim urbi Segor. Exiſtimat Edm. Calmet, notari verbo צור, *petrâ*, ſitum urbis Jeruſalem, quæ erat in loco edito & munito; cui ſententiæ locum non relinquebant hæc verba ישבת העמק, *quæ habitas in valle*: verbum pro verbo, *quæ habitas vallem Segor planitiei.* Durè ac contortè *petra planitiei*, dictum de urbe Jeruſalem, quæ quidem ſita erat inter colles, non in planitie.

CAPUT XXII.

Nolite flere ſuper mortuo, ſed ſuper eo, qui abibit, nunquam rediturus. Væ qui exſtruit domum, & operarios fraudat mercede. Nemo de ſtirpe Jechoniæ ſedebit in throno David.

1. *Hæc dicit Dominus: deſcende in domum regis Juda, & ibi loquere verba hæc.* 2. *Dices igitur: audi verbum Domini, rex Juda, qui ſedes in throno David; audi tu & ſervi tui & populus tuus, qui per has portas venitis.* 3. *Hæc dicit Dominus; jus reddite cum æquitate; eripite eum, qui vim patitur, de manu oppreſſoris; advenam, pupillum viduamque ne vexate, nec vi opprimite; ne fundite in hoc loco innoxium ſanguinem.* 4. *Hæc enim ſi fideliter obſervabitis, hujus ædis portas ſubibunt reges de ſtirpe David, in throno ejus ſedentes, vecti curribus & equis, unà cum ſervis ſuis & populo ſuo.* 5. *Quòd ſi hæc mandata non ſervabitis, ego per memetipſum juravi, dicit Dominus, domus hæc fiet ſolitudo.* 6. *Hæc enim dicit Dominus de domo regis Juda:*

1. כה אמר יהוה · רד בית מלך
יהודה · ודברת שם את הדבר הזה :
2. ואמרת · שמע דבר יהוה מלך
יהודה הישב על כסא דוד · אתה
ועבדיך ועמך הבאים בשערים האלה :
3. כה אמר יהוה · עשו משפט
וצדקה והצילו גזול מיד עשוק · וגר
יתום ואלמנה אל תנו אל תחמסו ·
ודם נקי אל תשפכו במקום הזה :
4. כי אם עשו תעשו את הדבר
הזה · ובאו בשערי הבית הזה מלכים
ישבים לדוד על כסאו רכבים ברכב
ובסוסים הוא ועבדו ועמו : 5.
ואם לא תשמעו את הדברים
האלה · בי נשבעתי נאם יהוה · כי
לחרבה יהיה הבית הזה : 6. כי
כה אמר יהוה על בית מלך יהודה ·
גלעד אתה לי ראש הלבנון · אם לא
אשיתך מדבר ערים לא נושבה :
7. וקדשתי עליך משחתים איש
וכליו · וכרתו מבחר ארזיך והפילו

tu mihi tanquam Galaad ; tu mihi
quaſi vertex Libani : tamen faciam
te ut ſolitudinem ; ut urbes, quæ ſunt
ſine habitatore. 7. Ego habebo adver-
sùm te paratos everſores cum ſuis cu-
juſque inſtrumentis, qui cedros tuas
ſelectas excident, & in ignem mittent.
8. Et cùm multæ gentes præter hanc
urbem tranſibunt, unuſque ad alte-
rum hæc dicet ; propter quam cauſam
Dominus huic magnæ urbi ſic fecit?
9. Ita eis reſpondebitur : quia fœdus
Domini Dei ſui deſeruerunt, Deoſ-
que alienos adoraverunt, & eis ſer-
vierunt. 10. Nolite in mortuo plan-
gere, vel eum deflere ; plangite, de-
flete illum, qui demigrat, nec rever-
ſurus eſt ; nec terram, in quâ natus
eſt, ampliùs viſurus. 11. Hæc enim
dicit Dominus de Sellum, filio Jo-
ſiæ, regis Juda, qui pro patre ſuo
Joſiâ regnavit, quique hoc ex loco di-
greſſus eſt : ille hùc non ampliùs re-
vertetur. 12. Nam quem in locum
eum exportaverunt, ibi morietur, ne-
que hanc terram ampliùs videbit.
13. Væ ei, qui ædificat domum ſuam
ſine æquitate, ſine juſtitiâ cœnacula
ſua ; qui premit gratuitâ ſervitute
proximum ſuum, nec ei tribuit ope-
ris mercedem : 14. Qui dicit ; ego
ædificabo mihi amplas ædes ; ego
mihi cœnacula ſpatioſa ; qui aperit
ſibi feneſtras, qui facit laquearia ce-
drina, & rubricâ illinit. 15. An tu
propterea regnabis, quia deambulas
per medias cedros? Pater tuus come-
dit ac bibit ; coluit juſtitiam & æqui-
tatem, & tum demum proſperitate
uſus eſt. 16. Judica cauſam pauperis
& egeni, tunc benè erit tibi ; omninò
enim hoc eſt noſſe me, dicit Domi-
nus. 17. Sed oculi tui & cor tuum ni-
hil reſpiciunt, præter utilitates tuas ;

על האש : 8. ועברו גוים רבים
על העיר הזאת · ואמרו איש אל
רעהו · על מה עשה יהוה ככה לעיר
הגדולה הזאת : 9. ואמרו · על
אשר עזבו את ברית יהוה אלהיהם ·
וישתחוו לאלהים אחרים ויעבדום :
10. אל תבכו למת ואל תנדו
לו · בכו בכו להלך · כי לא ישוב
עוד וראה את ארץ מולדתו : 11.
כי כה אמר יהוה אל שלם בן
יאשיהו מלך יהודה המלך תחת
יאשיהו אביו אשר יצא מן המקום
הזה · לא ישוב שם עוד : 12. כי
במקום אשר הגלו אתו שם ימות ·
ואת הארץ הזאת לא יראה עוד :
13. הוי בנה ביתו בלא צדק
ועליותיו בלא משפט · ברעהו יעבד
חנם ופעלו לא יתן לו : 14.
האמר · אבנה לי בית מדות ועליות
מרוחים · וקרע לו חלוני וספון בארז
ומשוח בששר : 15. התמלך · כי
אתה מתחרה בארז · אביך הלוא
אכל ושתה ועשה משפט וצדקה ·
אז טוב לו : 16. דן דין עני ואביון ·
אז טוב · הלא היא הדעת אתי · נאם
יהוה : 17. כי אין עיניך ולבך כי
אם על בצעך ועל דם הנקי לשפוך
ועל העשק ועל המרוצה לעשות :
18. לכן כה אמר יהוה אל יהויקים
בן יאשיהו מלך יהודה · לא יספדו
לו הוי אחי והוי אחות · לא יספדו
לו הוי אדון והוי הדה : 19. קבורת
חמור יקבר · סחוב והשלך מהלאה
לשערי ירושלם :
20. עלי הלבנון וצעקי · ובבשן
תני קולך · וצעקי מעברים · כי
נשברו כל מאהביך : 21. דברתי
אליך בשלותיך · אמרת לא אשמע ·
זה דרכך מנעוריך · כי לא שמעת
בקולי : 22. כל רעיך תרעה רוח
ומאהביך בשבי ילכו · כי אז תבשי
ונכלמת מכל רעתך : 23. ישבתי
בלבנון מקננתי בארזים מה נחנתי
בבא לך חבלים חיל כילדה : 24.

nihil præter innoxium ſanguinem, ut
eum fundas, & ut violentiam exer-
ceas. 18. *Propterea hæc dicit Domi-*
nus de Joachim, filio Joſiæ, regis
Juda: nolite in eo edere planctus ta-
les; hei frater mî! hei mea ſoror!
Nolite verò etiam tales; hei Domi-
nator! hei Dominatrix! 19. *Quip-*
pe aſini ſepulturâ ſepelietur, extra
portas Jeruſalem raptabitur & proji-
cietur. 20. *Aſcende tu Libanum, &*
clama, & in Baſan tolle vocem tuam;
inclama tranſeuntes; quippe attriti
jacent omnes, quos habuiſti amato-
res. 21. *Ego tecum locutus ſum, dum*
tranquilla eras. Tu dixiſti: ego non
auſcultabo; nam ſic ſoles jam inde
ab tuâ juventute, nec tu meæ voci un-
quam obſecuta es. 22. *Tui omnes*
paſtores vento paſcebantur; qui te
amabant, captivi demigrârunt; eò
ut nunc demum erubeſcas, debitamque omnibus ſceleribus tuis ignominiam
ſubeas. 23. *Tu, quæ in Libano ſedes, quæ in cedris habes nidum tuum, qua-*
les tui gemitus erunt, cùm te corripient dolores, cùm tormina quaſi partu-
rientis. 24. *Vivo ego, dicit Dominus; etiamſi Jechonias, filius Joachim,*
regis Juda, annulus eſſet in dexterâ meâ, tamen ego inde eum revellam.
25. *Ego enim traditurus ſum te iis, qui perdere te cupiunt, illis ipſis, quos*
tu reformidas, Nabuchodonoſor regi Babylonis & Chaldæis. 26. *Ego pro-*
jecturus ſum te ac matrem tuam, quæ te peperit, ad terram alienam, in quâ
non nati eſtis, ibique moriemini; 27. *Neque ad terram, in quam redire de-*
ſiderabunt, revertentur. 28. *An eſt opus inutile & quaſſatum homo ille Je-*
chonias; an vas, quod negligitur; quòd eum, ſemenque ejus in terram,
quam non noverant, projecerunt. 29. *Terra, terra, terra, audi verbum Do-*
mini. 30. *Hæc dicit Dominus: ſcribite hominem eum, ut hominem ſteri-*
lem, cui, quandiu vivet, nihil proſperè cedet; cujus de ſemine obtinebit ne-
mo, ut in throno David ſedeat, imperetque in Judam.

חי אני נאם יהוה · כי אם יהיה
כניהו בן יהויקים מלך יהודה חותם
על יד ימיני · כי משם אתקנך : 25.
ונתתיך ביד מבקשי נפשך וביד
אשר אתה יגור מפניהם · וביד
נבוכדראצר מלך בבל וביד
הכשדים : 26. והטלתי אתך ואת
אמך אשר ילדתך על הארץ אחרת
אשר לא ילדתם שם · ושם תמותו :
27. ועל הארץ אשר הם מנשאים
את נפשם לשוב שם · שמה לא
ישובו : 28. העצב נבזה נפוץ
האיש הזה כניהו · אם כלי אין חפץ
בו · מדוע הוטלו הוא וזרעו · והשלכו
על הארץ אשר לא ידעו : 29.
ארץ ארץ ארץ שמעי דבר יהוה :
30. כה אמר יהוה · כתבו את
האיש הזה ערירי · גבר לא יצלח
בימיו · כי לא יצלח מזרעו איש ישב
על כסא דוד ומושל עוד ביהודה :

---

2. מלך יהודה, *rex Juda.* Ille rex erat Joachim, qui regnavit ante Sedeciam, de quo Sedeciâ dictum eſt capite ſuperiore. Itaque ordo temporum non fuit ſervatus; non propter eam cauſam quam affert Hieronymus, *aliud eſt hiſtoriam, aliud prophetiam ſcribere;* neque enim facile eſt credere, Jeremiam, cùm dictaret Prophetæ Baruch vaticinationes ſuas, tempora ſus deque vertiſſe; ſed quia Scribæ turbato ordine folia conſuerunt, quæ anteà erant ſeparata.

3. אל תגו אל תחמסו: Legendum, אל תונו ואל תחמסו, *ne opprimite & ne vexate;* nempe תונו plenè, ex ינה, ne omittatur ו intermedium, quod ſupplet vicem Litteræ י radicalis; ſic lego in duobus Codicibus; nec non priori manu ואל, in aliis duobus.

4. עשו תעשו, *faciendo feceritis;* lege עשות תעשו; excidit prius ת, ex vicinitate alterius ת

ſubſequentis. Alii quidam tales Infinitivi reperiuntur hod. in Codicibus, invecti per Syros Scribas, quia in Syr. Linguâ verba quædam ſic deſinunt in ו, ſine ת ſequente; quod quidem alibi jam monuimus. ...הוא ועבדו: Rectè Maſora ועבדיו, *& ſervi ejus;* הוא, autem num. ſing. distributè uſurpatur de *rege;* quia מלכים, *reges*, quod antecedit, de regibus ita effertur, ut de uno poſt alium regnante.

6. גלעד אתה לי, *Galaad tu mihi.* Liquet ex לי, *mihi*, notari hoc loco ſimilitudinem, non ſitum locorum; neque adeò in his verbis, ראש הלבנון, *caput Libani*, ſignificari, montem Galaad eſſe principium Libani, ſed utrumque accipi diſtributè, ut arboribus conſitum pretioſis; & prænuntiari fore, ut Jeruſalem ſic exſcindatur, ut in capitibus montium arbores exciduntur. Itaque inutiliter quidam Intt. laborant ut explicent, quomodò mons Galaad ſit *caput Libani.*

10. בכו בכו להלך, *lugete, lugete in eo, qui abit.* Græci Intt. κλαύσατε κλαυθμῷ, *plorate ploratione*, ex ſcripturâ בכו בכי, quæ quidem melior videtur, quam בכו בכו, quia talis iteratio non anteceſſit in membro priore, in quo legitur ſemel תבכו, & ſemel תנדו; ſed potiùs legendum בכו נדו, ut eadem verba in utroque membro iterentur. Jubet enim Propheta fieri planctus ſimiles pro iis civibus, qui captivi abducentur, cum illis qui habiti ſunt pro interfectis.

11. שלם, *Sellum.* Codex Reg. 29. שלום; ita etiam Syrus & Chaldæus. Is *Sellum* idem, ac *Joachaz*, quem Nechao abduxit in Ægyptum. Hieronymo videbatur, eum *Sellum* eſſe ipſum Sedeciam, quo regnante finitum eſt regnum Judæ, quia שלום ſignificat *finitum.* Sed tali Annominationi non relinquitur locus, ubi dicitur, eum Sellum regnaſſe *pro Joſiâ patre ſuo.* Hæc enim loquendi forma ubique notat proximum in regno ſucceſſorem; non proximè ſucceſſit Joſiæ Sedecias.

14. ספון... ומשוח: Legendum ספן... ומשח, ut ſit Benoni, ſive ſine ו, ספן... ומשח, *laquearia faciens... & illinens.* Nam ספון, ſi erit nomen, nihil habebit, à quo regatur: quippe verbum קרע, *aperiens*, non convenit in ספון, *tectum*, ſeu *tecta*, ut convertit Arias.

15. אביך הלוא אכל ושתה, *pater tuus non-ne edit ac bibit.* Id eſt, non vidit famem in Jeruſalem graſſantem, qualem minatur Deus in filios ejus degeneres.

16. אז טוב, *tunc benè.* Adde לך, *tibi;* quod parallelum eſt ei, טוב לו, quod anteceſſit. Iſtud לך exhibet Codex Alex. ſed poſt היא, non ſuo loco: vide & attende.

17. לשפוך, *ad fundendum (ſanguinem.)* Codices quatuor לשפך, formâ conſuetâ; neque interſerunt iſtud ו, in Modo Infinito, melioris notæ Codices, ut anteà non ſemel obſervavimus contra Grammaticos recentiores.

18. הדה: Codex Orat. 42. habet in margine הודו, *decor ejus;* quod quidem tolerabilius, quàm הדה, verbum ſine re, quod Græci omittunt, & quod Syrus cùm non poſſet interpretari, poſuit הי מרא, *hei Domine*, pro הדה iterans אדון, quod anteceſſit. Anteà dictum eſt, *hei frater, hei ſoror*, additâ femininâ perſonâ poſt maſculinam. Idem tenor hìc ſervandus, ut poſt אדון veniat אדנה, vel אדונה, *Domina.* Sic enim lamentabantur præficæ illæ, quarum cantus Jeremias commemorat ex ipſis earum verbis. Sic ferè anteà vidimus cap. 13. poſt videbimus cap. 29. גבירה, *Domina.* Sæpe Scribæ ceſpitârunt, verbis ἅπαξ λεγομένοις deſcribendis.

20. מעברים: Omninò לעברים, ut legit Hieronymus: (*clama*) *ad tranſeuntes.* Legunt etiam ל Græci Intt. ſed pravâ in ſcripturâ לעבר ים, εἰς τὸ πέρας τῆς θαλάσσης, *ultra mare*, & abſurdâ ſententiâ, in quâ filia Sion ex monte Galaad inducitur clamans ad eos, qui trans maria verſantur, quaſi virgo hæc induceretur clamans, *quantùm Mars Homericus.*

23. ישבתי... מקננתי: Maſora tollit utrumque י, ut malè paragogicum, *tu, quæ habitas... tu, quæ nidum habes.* ...מה נחנתי: Etiam י tollendum cum Maſoretis, quibus tamen excidit mendum נחנת; nam fuerat ſcribendum נהנת, ex נהה, *gemere, lamentari;* ita Græci Intt. καταστενάξεις, *ingemiſces*, meliùs in Futuro, quàm Vulgatus in Præterito, *congemuiſti;* denique ita Syrus, מנא מתתנחא אנתי, *quantùm gemes.* Arias, ex hod. mendo, *quàm gratioſa eris*, ironiam exhibens alieniſſimo in loco, ubi ſequuntur *dolores parturientis.*

24. כניהו, *Chonias.* Nos, ut Vulgatus, *Jechonias*, nomine noto. Nec negandum tamen fuiſſe ejus regis nomen verum *Chonias.* Quippe in nomine *Jechonias*, quo eum rex Ægypti nominârat, reliquiæ forſan quædam ſunt nominis *Eliacim*, in quo *El*, *Deum* ſonat, quomodò יה, *Dominum*, præfixum nomini כניהו... אתקנך, *evellam te.* Nos, *revellam eum*, quia non capit Latina Lingua perſonarum altero in membro mutationem.

28. העצב: Nos, *an opus*, ex עצב, *elaborare.* Etiam licet convertere, *an Idolum.* Sed נבזה נפוץ conjunctionem ו intermediam vult habere; nam recuſant eſſe ἀσύνδετα Participia duo poſita continenter.

CAPUT XXIII.

Væ paſtoribus, qui diſperdunt gregem... Suſcitabo Davidi germen juſtum, cujus nomen erit, Deus juſtitia noſtra. Sacerdotes & prophetæ falſa prædicunt, dicunt : onus Domini. Illi Domino oneri ſunt, & ab eo projicientur.

1. *Væ paſtoribus, qui perdunt & diſſipant paſcui mei gregem, dicit Dominus.* 2. *Propterea hæc dicit Dominus, Deus Iſrael, paſtoribus illis, qui paſcunt populum meum; vos gregem meum diſpergitis ac repellitis, neque ejus curam geritis : ego animadvertam in prava ſtudia veſtra, dicit Dominus.* 3. *Idem ego congregabo reliquias ovium mearum ex omnibus terris, quò eas ejecturus ſum, & ad paſcua ſua reducam eas, ut creſcant & multiplicentur.* 4. *Et conſtituam ſuper eas paſtores, qui eas ita paſcent, ut nihil ſit ampliùs quod timeant, aut reformident, nec numerus earum minuatur, dicit Dominus.* 5. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, cùm ſuſcitabo Davidi germen Juſtum, regem feliciter regnaturum, & in terrâ judicium & æquitatem facturum.* 6. *In diebus ejus ſalvus erit Juda, Iſrael in tuto habitabit; nomen autem, quo nominabitur, erit Dominus juſtitia noſtra.* 7. *Ergò advenient dies, dicit Dominus, cùm non adhuc dicetur : vivit Dominus, qui filios Iſrael Ægypto eduxit;* 8. *Sed, vivit Dominus, qui eduxit ſemen domûs Iſrael de terrâ aquilonis, & de omnibus terris, quò eos diſſipaverat, reduxitque eos in terram ſuam, ut ibi habitarent.*

1. הוי רעים מאבדים ומפצים
את צאן מרעיתי · נאם יהוה : 2.
לכן כה אמר יהוה אלהי ישראל
על הרעים הרעים את עמי · אתם
הפצתם את צאני · ותדחום ולא
פקדתם אתם · הנני פקד עליכם
את רע מעלליכם · נאם יהוה : 3.
ואני אקבץ את שארית צאני מכל
הארצות אשר הדחתי אתם שם :
והשיבתי אתהן על נויהן · ופרו
ורבו : 4. והקמתי עליהם רעים
ורעום · ולא ייראו עוד ולא יחתו
ולא יפקדו · נאם יהוה :
5. הנה ימים באים · נאם יהוה ·
והקמתי לדוד צמח צדיק ומלך
מלך · והשכיל ועשה משפט וצדקה
בארץ : 6. בימיו תושע יהודה
וישראל ישכן לבטח · וזה שמו
אשר יקראו · יהוה צדקנו : 7. לכן
הנה ימים באים · נאם יהוה · ולא
יאמרו עוד · חי יהוה אשר העלה
את בני ישראל מארץ מצרים : 8.
כי אם חי יהוה אשר העלה ואשר
הביא את זרע בית ישראל מארץ
צפנה ומכל הארצות אשר הדחתים
שם · וישבו על אדמתם :
9. לנבאים נשבר לבי בקרבי ·
רחפו כל עצמתי · הייתי כאיש
שכור וכגבר עברו יין מפני יהוה
ומפני דברי קדשו : 10. כי מנאפים
מלאה הארץ · כי מפני אלה אבלה
הארץ יבשו נאות מדבר · ותהי
מרוצתם רעה וגבורתם לא כן :

9. *Conteritur in me cor meum propter*
prophetas ; ossa mea concutiuntur ;
sic evado , tanquam homo ebrius ,
sicut vir valens vino oppressus ; præ
timore Domini , & præ sanctitate
verborum ejus. 10. *Quippe terra ple-*
na est adulterorum , quorum cursus
est ad malum , quorum robur ad ini-
quitatem ; propterea enim terra lu-
get , & pascua Deserti aruerunt.
11. *Ipsi quoque prophetæ & Sacer-*
dotes impuri sunt , & meâ ipsâ in æde
deprehendi scelera eorum , dicit Do-
minus. 12. *Ideò iter ipsorum in lu-*
brico erit ; per mediam caliginem
lapsabunt , & per eam cadent , cùm
ego in eos adducam calamitatem ;
cùm ego , annum ultionis , dicit Do-
minus. 13. *Ego in Prophetis Sama-*
riæ vidi stultitiam ; per Baal vatici-
nabantur , populumque meum Israel
decipiebant. 14. *In prophetis autem*
Jerusalem vidi portenta ; adulteran-
tur , mendacium sequuntur , corrobo-
rant manus improborum , ne resipis-
cant ex suâ quisque improbitate , uni-
versi mihi sic sunt , tanquam Sodoma ;
ut Gomorrha , incolæ ejus. 15. *Prop-*
tereà hæc dicit de prophetis Domi-
nus exercituum : Ego dabo eis , pro
cibo amaritudinem , pro potu aquas
felle venenatas , quoniam ex prophe-
tis Jerusalem in omnem terram sce-
lera emanaverunt. 16. *Hæc dicit Do-*
minus exercituum : nolite audire ver-
ba istorum prophetarum , qui ad vos
vaticinantur ; illi vos per inania de-
ludunt ; illi vobis cordis sui visiones
eloquuntur , non autem responsa Do-
mini. 17. *Dicunt iterantque iis , qui*
verbum Domini contemnunt , pax
erit vobis , & quicunque sequitur cor-
dis sui temeritatem, dicit, nihil vobis
adveniet mali. 18. *Quis verò inter-*

11. כי גם נביא גם כהן חנפו ·
גם בביתי מצאתי רעתם · נאם
יהוה : 12. לכן יהיה דרכם להם
כחלקלקות · באפלה ידחו ונפלו בה ·
כי אביא עליהם רעה שנת פקדתם ·
נאם יהוה : 13. ובנביאי שמרון
ראיתי תפלה · הנבאו בבעל ויתעו
את עמי את ישראל : 14. ובנבאי
ירושלם ראיתי שערורה · נאוף והלך
בשקר · וחזקו ידי מרעים לבלתי
שבו איש מרעתו · היו לי כלם
כסדם וישביה כעמרה : 15. לכן
כה אמר יהוה צבאות על הנבאים ·
הנני מאכיל אותם לענה והשקתים
מי ראש · כי מאת נביאי ירושלם
יצאה חנפה לכל הארץ :
16. כה אמר יהוה צבאות · אל
תשמעו על דברי הנבאים הנבאים
לכם · מהבלים המה אתכם · חזון
לבם ידברו לא מפי יהוה : 17.
אמרים אמור למנאצי דבר יהוה ·
שלום יהיה לכם · וכל הלך בשררות
לבו אמרו · לא תבוא עליכם רעה :
18. כי מי עמד בסוד יהוה וירא
וישמע את דברו · מי הקשיב דברי
וישמע : 19. הנה סערת יהוה
חמה יצאה וסער מתחולל · על ראש
רשעים יחול : 20. לא ישוב אף
יהוה עד עשתו ועד הקימו מזמות
לבו · באחרית הימים תתבוננו בה
בינה : 21. לא שלחתי את הנביאים
והם רצו · לא דברתי אליהם והם
נבאו : 22. ואם עמדו בסודי
וישמיעו דברי את עמי וישבום
מדרכם הרע ומרע מעלליהם : 23.
האלהי מקרב אני · נאם יהוה · ולא
אלהי מרחק : 24. אם יסתר איש
במסתרים ואני לא אראנו · נאם
יהוה · הלא את השמים ואת הארץ
אני מלא · נאם יהוה : 25. שמעתי
את אשר אמרו הנבאים הנבאים
בשמי שקר לאמר · חלמתי חלמתי :
26. עד מתי היש בלב הנבאים
נבאי השקר · ונביאי תרמת לבם :

27.

27. החשבים להשכיח את עמי
שמי בחלומתם אשר יספרו איש
לרעהו · כאשר שכחו אבותם את
שמי בבעל : 28. הנביא אשר
אתו חלום יספר חלום · ואשר דברי
אתו ידבר דברי אמת · מה לתבן
את הבר · נאם יהוה : 29. הלוא
כה דברי כאש · נאם יהוה · וכפטיש
יפצץ סלע : 30. לכן הנני על
הנביאים · נאם יהוה · מגנבי דברי
איש מאת רעהו : 31. הנני על
הנביאים · נאם יהוה · הלקחים לשונם
וינאמו נאם : 32. הנני על נבאי
חלמות שקר · נאם יהוה · ויספרום
ויתעו את עמי בשקריהם ובפחזותם ·
ואנכי לא שלחתים ולא צויתים ·
והועיל לא יועילו לעם הזה · נאם
יהוה : 33. וכי ישאלך העם הזה
או הנביא או כהן לאמר · מה משא
יהוה · ואמרת אליהם · את מה
משא · ונטשתי אתכם · נאם יהוה :
34. והנביא והכהן והעם אשר
יאמר משא יהוה · ופקדתי על
האיש ההוא ועל ביתו : 35. כה
תאמרו איש על רעהו ואיש אל
אחיו · מה ענה יהוה ומה דבר יהוה :
36. ומשא יהוה לא תזכרו עוד ·
כי המשא יהיה לאיש דברו והפכתם
את דברי אלהים חיים יהוה צבאות
אלהינו : 37. כה תאמר אל
הנביא · מה ענך יהוה ומה דבר
יהוה : 38. ואם משא יהוה
תאמרו · לכן כה אמר יהוה · יען
אמרכם את הדבר הזה · משא
יהוה · ואשלח אליכם לאמר · לא
תאמרו משא יהוה : 39. לכן הנני
ונשיתי אתכם נשא · ונטשתי אתכם
ואת העיר אשר נתתי לכם
ולאבתיכם מעל פני : 40. ונתתי
עליכם חרפת עולם וכלמות עולם
אשר לא תשכח :

fuit consilio Domini? Quis novit
audivitque ejus sermonem? Quis au-
res præbuit ad verbum ejus, eò ut
audiret? 19. *En eruptura est tem-*
pestas à Domino irato; en procella
glomerabitur, imminebitque in caput
impiorum. 20. *Non residebit ira Do-*
mini, donec egerit perfeceritque cor-
dis sui cogitata: vos verò, posteris
diebus, hæc tandem reputabitis & in-
telligetis. 21. *Non misi ego eos pro-*
phetas, illi autem currunt; ego cum
eis non locutus sum; illi autem vati-
cinantur: 22. *Qui si consiliis meis*
interfuissent, utique verba mea po-
pulo meo declararent, atque eos à viâ
ipsorum pravâ pravisque studiis redu-
cerent. 23. *An ego Deus sum, cùm pro-*
pè, dicit Dominus; non etiam Deus,
cùm longè? 24. *An homo tenebris ita*
se se abscondet, ut non ego eum videam,
dicit Dominus. Non-ne ego impleo
cœlum & terram, dicit Dominus.
25. *Audio verò hæc, quæ loquuntur*
prophetæ, qui meo nomine falsa va-
ticinantur, cùm dicunt: ego somnia-
vi somnium meum. 26. *Quousque*
erunt in populo meo prophetæ, qui
falsa prædicunt, & cordis sui ludifi-
cationes proferunt? 27. *Qui per som-*
nia hæc, quæ unus alterî narrant,
nominis mei memoriam meditantur
apud populum meum delere, quomo-
dò ipsorum patres nomen meum, pro
Baal, obliti sunt. 28. *Si quis pro-*
pheta somnium habuit, nihil narrat,
præter somnium. Sed verba mea quis-
quis in se habet, loquitur verba veri-
tatis. Quid paleæ cum tritico, dicit
Dominus? 29. *Non-ne verbum*
meum est, velut ignis, dicit Domi-
nus, & quasi malleus, qui frangit
petram. 30. *Propterea en ego ad istos prophetas, dicit Dominus, qui verbum*
meum unus ab altero abscondunt. 31. *En ego ad eos prophetas, dicit Dominus,*

qui linguam ſuam mollem faciunt, & ſpecioſa verba eloquuntur. 32. *En ego*
ad prophetas, qui mendacia ſomniant, dicit Dominus, quæ cùm narrant,
populum meum ſeducunt mendaciis ſuis & inanibus verbis; ego enim non miſi
eos, nec eis quidquam mandavi; neque adeò populo iſtî prodeſſe ullâ re poſ-
ſunt, dicit Dominus. 33. *Ergò, cùm te populus iſte, vel cùm propheta, aut*
ſacerdos, ſic interrogabit: quodnam eſt onus Domini? Tu eis reſpondebis:
onus ipſi vos; itaque ego projiciam vos, dicit Dominus. 34. *Quòd ſi quis*
propheta, aut Sacerdos, aut civis dicet, onus Domini; ego viſitabo iſtum
hominem ejuſque domum. 35. *Neque erit ampliùs, ut unus alteri, aut frater*
fratri dicat, quid reſpondit Dominus, vel, quale eſt ejus verbum; 36. *Neque*
ut onus Domini in ore habeatis; quoniam onus futurum eſt ſuum cuique ver-
bum; nec denique ut Dei viventis, Domini exercituum, Dei noſtri, verba
detorqueatis. 37. *Tu verò hæc dices prophetæ; quid tibi Dominus reſpondit,*
& quale eſt verbum Domini? 38. *Si autem, onus Domini, dixeritis; ideò*
hæc dicit Dominus; quia vos hoc verbum, onus Domini, dicitis, etſi ego
vobis mandatum feci, ne, onus Domini, diceretis; 39. *Ideò ego vos, oneris*
inſtar, exportabo, & meo de conſpectu eripiam & vos & hanc civitatem,
quam dederam vobis patribuſque veſtris. 40. *Ego afficiam vos ignominiâ æter-*
nâ, opprobrio ſempiterno, cujus memoria non delebitur.

---

3. & 4. מכל הארצות אשר הדחתי אתם שם, (*congregabo reliquias populi mei*) *ex omnibus terris, quò eas ejecturus ſum.* Hæc non ſpectare ad unum reditum Babylonicâ ex captivitate, ſequentia demonſtrabunt; atque illud imprimis, quòd eundem reditum promittit Deus v. 8. ut effectum futurum ex cauſâ eâ, de quâ verſus 5. & 6. nempe ex adventu Meſſiæ. Sed idem demonſtrant hæc verba, *reliquias populi mei*, & illa etiam, *de omnibus terris*, &c. Nam *reliquiæ* ſunt id, quod ſupereſt, ſeu totum, ſeu pars maxima. Atqui Judæorum pars, non maxima, ſed quàm minima, ſub regibus Perſarum reverſa eſt in patriam ſuam: non reverſa eſt autem, *ex omnibus terris*, &c. ut liquet ex Libro Eſther, cæteriſque eorum temporum monumentis, tam Sacris, quàm profanis, ſed ex provinciis Babyloni vicinis, ubi *omnes vicini* Judæorum reditum adjuvârunt: vide Eſdræ caput primum. ...ולא ייראו עוד ולא יחתו, *& non timebunt ampliùs, nec terrebuntur.* Neque hæc convenire in Judæos, qui primùm reverſi ſunt, docet Hanani, *Nehemiæ cap. 1.* qui narrat Nehemiæ in quantâ calamitate & in quanto opprobrio verſentur Judæi Babylone reduces; qui quidem, poſt ipſum Nehemiam, multa adhuc timuerunt ex populis vicinis, & per Syriæ reges multis cladibus affecti ſunt, & multa bella geſſerunt, nunc victores, nunc victi; ut in eorum Republicâ nihil ſimile eſſe poſſet gregi, quem Paſtores in tuta paſcua ducunt. Itaque in reditu ex Babylone erat tantùm pignus, & quaſi ſignum reditûs illius, quem Deus hîc pollicetur.

5. והקמתי לדוד צמח צדיק, *& ſuſcitabo Davidi germen juſtum.* Nuſquam quidquam tale in Sacris Codicibus legitur de homine mortali. Nempe hoc loco *germen Juſtum* idem eſt ac naturâ ſuâ & per ſe ſe juſtum, ſive eâ ipſâ re juſtum, quâ germen, & notatur hoc *germen*, quod infrà cap. 33. w. 15. & 16. & quod ab Iſaiâ cap. 4. nominatur *germen Domini glorioſum & honoratum*, ab Zachariâ, cap. 3. *ſervum meum germen*, & cap. 6. *homò, germen nomen ejus;* quo nomine is prænuntiatur, qui ſponte ſuâ naſciturus eſt, quomodò naſcuntur ex trunco virgulta, ſine ſemine, nec viribus humanis. Exiſtimat Grotius, *germen juſtum* eſſe Zorobabel. Supererat, ut explicaret, quonam pacto *in diebus ejus* (*Zorobabel*) *Iſrael habitaverit confidenter.* Nam ſecuritatem talem excludunt verba Hanani ſuprà memorata; excludunt hæc ipſa verba, *& regem, qui regnabit;* neque enim Sacri Codices nomine tali inſigniunt eum, qui non ſit *Rex* propriè dictus, quanquam ei, ut Regi, obediatur. Non negat Grotius, eſſe in Zorobabel *figuram Chriſti ſatis manifeſtam.* Tamen liquet, ſi omnia verba hujus vaticinationis conveniunt in Zorobabel ipſâ eorum proprietate, non jam fore in eo figuram Chriſti *manifeſtam.* Nimirùm figuræ Chriſti eò ſunt obſcuriores, quò apertiùs demonſtrantur veteris Teſtamenti perſonæ, quæ typum Chriſti gerebant; eò contrà manifeſtiores, quò planius & apertius eſt, non convenire verborum proprietatem in eaſdem perſonas, atque adeò typum eſſe in iis perſonis, non ipſam veritatem.

8. וישבו על אדמתם, *& habitabunt in terrâ ſuâ.* Eadem promittuntur, quæ ſuprà v. 3. Judæos terram ſuam, poſtquàm converſi fuerint, rurſus habitaturos. Non negat Hieronymus ita ſenſiſſe, ante ætatem ſuam, multos Eccleſiæ ſcriptores, nec non martyres. Niſi hoc ſumitur,

inexplicabiles fiunt vaticinationes ferè omnes de reditu Judæorum *ad terram suam*; quæ quidem non habuerunt eventum suum in primo reditu Judæorum ad patriam suam.

9. וכגבר עברו יין, *& ut vir valens, vino oppressus.* Circulum habent Codices supra verbum עברו: verior scriptio עכרו, *turbavit eum*, nisi שכר. Sæpe verbum שכר, ad *vinum* (יין) adjungitur; nusquam verbum עבר cum vino sociatur.

10. ותהי מרוצתם, *& fuit cursus eorum.* Affixum ם pertinet ad מנאפים, *adulteros*, à quibus tamen longo intervallo est, post sententiam, in quâ nihil de *adulteris*. Hæc prima causa est, cur credatur, ordinem fuisse turbatum. Altera causa petitur ex ordine pravo ipsarum rerum. Nam priori membro tanguntur scelera Judæorum, altero animadversio scelerum, tertio iterùm scelera tanguntur. Legitimus ordo is est, in quo primùm dicitur de sceleribus, deinde de scelerum animadversione. Itaque membrum secundum, quod inchoat in כי מפני, & desinit in מדבר, debuerat esse tertium; tertium verò, quod initium habet in ותהי מרוצתם, ordine secundo est collocandum. Eo modo restituitur series & sententiarum & verborum: vide Versionem. ...לא כן: (*cursus eorum*) *non rectus*; nos eâdem sententiâ, *ad iniquitatem.*

14. ובנבאי: Duo Codices, ובנביאי, *& in prophetis*, ut superiore versu. Series poscit nomen, *prophetas*, non verbum, *prophetantes*: similiter הנביאים, w. 15. & 16. Codices tres. ...שבו: Lege שוב, in modo Infinito. Adverbium לבלתי, *cum Infinitivo construitur*, inquit Buxtorfius. Non est affixum ו in שבו; nam sequitur ipsum nomen איש, à quo excluditur pronomen.

17. אמרים אמור: Lege אמרו... *dicentes dicunt*, seu dictitant, aut *dicunt iterantque.* Vocabulum אמור circulo notant Codices, ut insuetum, & mendosum.

18. דברי, *verbum meum.* Rectè Masora, דברו, *verbum ejus*; nam יהוה, *Domini*, personæ tertiæ est, non primæ.

19. הנה סערת יהוה חמה יצאה, *en turbo Domini ira egredietur.* Claudicat hæc series, quam Veteres, ut jacet, non exhibent. Aut legendum, וחמה, ut Græci Intt. καὶ ὀργὴ, *& ira*, aut potiùs בחמה, ut Chaldæus, ברגז, *in irâ.* Ita etiam Syrus ברוגזא. Eo modo restituitur similitudo membrorum, ut verbum יצאה unum tantùm habeat nominativum, non alterum, וחמה, quomodò in altero membro unum tantùm, verbum יחול.

20. תתבוננו בה בינה, *intelligetis in eâ intelligentiam*; ita Arias, ut est mendum, ita id concoquens. Nunquam in Sacris Paginis adjungitur nomen בינה, *intelligentia*, ad verbum התבונן, *intelligere.* Id cùm non nescirent Græci Intt. nomen בינה saltu expedierunt, & post eos Syrus. Non dubitamus quin, pro בה בינה, olim scriptum fuerit ותבינו, (*animadvertetis*) *& intelligetis*; unum enim ex altero nascitur, intelligentia ex consideratione.

23. האלהי מקרב אני, *an Deus sum cùm propè...* Vatablus sic exponit: » An sum Deus novus » & recens, & non potiùs Deus æternus: non sum similis Idolis nuper inventis. Grotius autem sic: « Putas-ne me tantùm cœlestia curare, & non terrestria; cui sententiæ hæc favent, *cœlum & terram impleo*; favet etiam mens & animus Judæorum illius temporis, qui cùm Dei prophetis non crederent, viderentque se patere undique assultibus regum vicinorum, facilè sibi persuadebant, Deum non jam curare Rempublicam suam, & cœlestia tantùm moderari.

26. עד מתי היש בלב הנבאים נבאי השקר: Arias, quasi de mendo admonens, ita convertit; *usque quò nunquid est in corde prophetarum prophetantium mendacium.* Primum vitium est in interrogatione היש, *an est*, quam excludit prior interrogatio עד מתי, *quousque.* Vulgatus, *istud est*; sed legitur היש, non ישה. Alterum vitium est in בלב, *in corde.* Sunt *in corde* visiones apud Sacros Codices; *in ore* prophetiæ, non *in corde.* Propterea Syrus posuit, בפמהון דנביא, *in ore prophetarum.* Utrique vitio medebere, cùm leges, עד מתי יש בעמי, *usquequò erunt in populo meo* (*prophetæ.*) Istud בעמי flagitat series, nec non illud, את עמי, quod legitur versu inferiore.

31. הלקחים לשונם: Vulgatus, *qui assumunt linguas suas*; formâ loquendi Hebr. Linguæ peregrinâ. Itaque omittit *linguas* Chaldæus. Nihil tam obvium, quàm ut legatur, החלקים, *qui mollem faciunt linguam suam*, qui sermo usitatissimus est apud Sacros Scriptores. Syrus, דמהפכין, *qui pervertunt*, non tam accommodatè ad id, quod sequitur, *pulcrum faciunt sermonem*, וינאמו, idem, hoc loco, atque ינעמו: Etenim נאם habet aliquando, esse facundum & eloquentem.

33. את מה משא: Græci Intt. ὑμεῖς ἐςὲ τὸ λῆμμα, & sic Vulgatus, *vos estis onus*, quia legebant, אתם המשא; nec aliter legendum; nam את מה interrogationem habet, ubi opus est responsione. Ludit Jeremias in vocabulo משא, quod significat & *vaticinationem*, & *onus* propriè dictum, quod onus Dominus à se projecturus est.

34. & 35. על ביתו : כה תאמרו: Vulgatus convertit verbum de verbo; lege ipsum, & videbis pugnare secum ejus seriem Latinam, ex mendo כה, ut erat, converso. Nam id, quod ponit v. 35. *hæc dicetis... quid respondit Dominus*, pugnat cum his verbis, *& onus Domini ultrà non memorabitur*, quæ sequuntur, v. 36. Nam, si quæret populus, quid Deus prophetis respondeat, ergo onus Domini memorabitur. Sed rectè v. 36. *non memorabitur*, quia initio versûs 35. legendum, non כה תאמרו, sed ולא תאמרו, *& non dicetis*: hoc est, postquàm ego in vos animadvertero, qui sæpe quæritis, ex meis prophetis, quodnam sit onus Domini, non erit adhuc ut dicatis, *quod est onus Domini*, neque id *onus* ampliùs in ore habebitis. Ut pro ולא Scribæ ponerent כה, causa fuit triplex, in triplici mendo. 1°. in nexu ו omisso, quia ו alterum antecedebat in ביתו, quod fuerat bis scribendum. 2°. in figurâ ipsâ litteræ ל, summo apice oblitteratâ, quæ litteram כ imitabatur; 3°. in ה, pro א, posito; quem errorem Scribæ sæpissime errârunt.

CAPUT XXIV.

Videt Jeremias ficus bonas in calatho uno, in altero malas; cui Deus declarat, bonas esse Jechoniam cæterosque abductos Babylonem, & inde reversuros; malas, Sedeciam, & eos qui remanserunt, fame, pestilentiâ & gladio perituros.

1. *Visionem fecit mihi Dominus:*
ecce enim calathi duo ficuum positi
fuerunt ante Templum Domini, post-
quàm Nabuchodonosor, rex Baby-
lonis, Jechoniam, filium Joachim,
regis Juda, & principes Juda & fa-
bros & artifices ex Jerusalem Baby-
lonem deportârat. 2. *In calatho uno*
erant ficus optimæ, quales sunt pri-
mæ anni ficus; in calatho altero ficus
pessimæ, ut comedi non possent, adeò
malæ erant. 3. *Dixit autem mihi*
Dominus; quid vides, Jeremia?
Ego autem; video ficus, ficus optimas,
& ficus etiam malas, & ita malas, ut
comedi non possint. 4. *Tum fuit ad me*
verbum Domini, hæc dicentis:
5. *Hæc dicit Dominus Deus Israel:*
ego, ut ficus istas bonas, sic meos fa-
ciam illos ex Judâ, qui transmigrâ-
runt, quos emisi ex hoc loco in ter-
ram Chaldæorum, ut benè sit eis.
6. *Ego in eis defigam oculos meos,*
ut benè sit eis. Ego eos in terram
hanc reducam; ædificabo eos, non
jam eversurus; plantabo eos, non
avulsurus. 7. *Ego eis tribuam cor,*
ut noscant, me esse Dominum; illi
populus meus erunt, ego verò illorum
Deus, postquàm toto corde ad me
redierint. 8. *Sed de ficubus pessimis,*
quæ edi non possunt, adeò malæ sunt,
hæc dicit Dominus: ego talem red-

1. הראני יהוה והנה שני דודאי
תאנים מועדים לפני היכל יהוה
אחרי הגלות נבוכדראצר מלך בבל
את יכניהו בן יהויקים מלך יהודה
ואת שרי יהודה ואת החרש ואת
המסגר מירושלם ויבאם בבל : 2.
הדוד אחד תאנים טבות מאד
כתאני הבכרות · והדוד אחד תאנים
רעות מאד אשר לא תאכלנה
מרע : 3. ויאמר יהוה אלי · מה
אתה ראה ירמיהו · ואמר תאנים ·
התאנים הטבות טבות מאד והרעות
רעות מאד אשר לא תאכלנה
מרע : 4. ויהי דבר יהוה אלי
לאמר : 5. כה אמר יהוה אלהי
ישראל · כתאנים הטבות האלה כן
אכיר את גלות יהודה אשר שלחתי
מן המקום הזה ארץ כשדים
לטובה : 6. ושמתי עיני עליהם
לטובה · והשבתים על הארץ הזאת ·
ובניתים ולא אהרס · ונטעתים ולא
אתוש : 7. ונתתי להם לב לדעת
אתי · כי אני יהוה · והיו לי לעם
ואנכי אהיה להם לאלהים · כי ישבו
אלי בכל לבם : 8. וכתאנים
הרעות אשר לא תאכלנה מרע כי
כה אמר יהוה · כן אתן את צדקיהו
מלך יהודה ואת שריו ואת שארית
ירושלם הנשארים בארץ הזאת
והישבים בארץ מצרים : 9. ונתתים
לזועה לרעה לכל ממלכות הארץ ·
לחרפה ולמשל לשנינה ולקללה
בכל המקמות אשר אדיחם שם :

10.

dam Sedeciam, regem Juda & principes ejus, Jerusalemque reliquias, tam eas, quæ in hâc terrâ remanserunt, quàm eas, quæ in Ægypto sedem habent. 9. *Ego tradam eos, ut in terræ omnibus regnis jactentur & malè mulctentur; ut sint & opprobrio, & exemplo, & irrisioni, & contumeliæ, omnibus in locis, quò eos sum expulsurus.* 10. *Ego in eos mittam gladium & famem & pestilentiam, donec de terrâ deleantur, quam eis dederam & patribus ipsorum.*

10. ושלחתי בם את החרב את
הרעב ואת הדבר עד תמם מעל
האדמה אשר נתתי להם ולאבותיהם :

5. אכיר, *meos faciam*; verbum de verbo, *agnoscam*, quomodo ille, qui habet in horto ficus, agnoscit primæ tempestatis ficus, ut suas, & sui penùs partem futuras, negligitque ficus autumnales, quæ nihil habent saporis, hominibus conculcandas, aut à bestiis edendas.

6. ובניתים ולא אהרם, *& ædificabo eos, & non destruam.* Hæc ad tempora spectant, quibus Judæi ex captivitate Babylonicâ redierunt. Id disertè declarant hæc verba, את גלות יהודה, quæ pertinent ad eos ipsos, qui, cùm hæc Deus loqueretur, jam demigrârant. Nam redière quicunque in teneris annis profecti erant, &, cùm senuissent, redire desiderârunt; nec obstat quominùs reditus Judæorum iste primus intelligatur, quòd additur, *non destruam*; hic enim Hebraismus est, in quo promittitur, statum Judæorum, post primam regressionem, fore firmum ac diuturnum, neque ampliùs ab regibus Chaldæorum convellendum.

7. כי ישבו עלי בכל לבם, *postquàm toto corde ad me redierint*, ut non jam alium, præter me, Deum sequantur. Nam eo tantùm modo Judæi Babylone reduces ad Deum *toto corde* redierunt, & eâ tantùm lege promiserat Deus, se Deum fore Judæorum, seu fore, ut ipsorum Rempublicam tueretur. Hæc fuerat conditio fœderis cum totâ gente, quod fœdus nunc agitur, non fœdus cum singulis hominibus, qui justi essent, Deumque toto corde ac totâ mente diligerent. Alterum fœdus erat spiritale ac privatum, alterum temporale atque commune, propriumque veteri Legi.

8. ...וכתאנים, *& sicut ficus*... כן אתן את צדקיהו, *sic reddam Sedeciam.* Hæc rectè procedunt. Sed hæc verba, כי כה אמר, *quia hæc dicit* (*Dominus*,) nonnihil impediunt seriem orationis, ex eo כי, quod superfluere videtur, & quod omittunt Græci Intt. Syrus & Vulgatus. Aliquandò abundat כי, sed sententiâ inchoante, non jam decurrente; ut facilè credas fuisse כי, ex כה, malè iteratum.

CAPUT XXV.

Dominus mittet contra vos Nabuchodonosor regem Babylonis, cui servietis annis septuaginta; deinde ipsa Babylon serviet regibus magnis. Calicem Domini epotandum dedi cunctis gentibus.

1. *Verbum, quod fuit ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno quarto Joachim, filii Josiæ, regis Juda, qui annus erat primus Nabuchodonosor, regis Babylonis;* 2. *Quod idem habuit Jeremias propheta ad omnem populum Juda, & ad omnes habitatores Jerusalem, hæc dicens;* 3. *Fuit ad me, jam inde ab anno de-*

1. הדבר אשר היה על ירמיהו
על כל עם יהודה בשנה הרביעית
ליהויקים בן יאשיהו מלך יהודה ·
היא השנה הראשנית לנבוכדראצר
מלך בבל : 2. אשר דבר ירמיהו
הנביא על כל עם יהודה ואל כל
ישבי ירושלם לאמר : 3. מן שלש
עשרה שנה ליאשיהו בן אמון מלך
יהודה ועד היום הזה זה שלש

*cimo tertio Josiæ, filii Ammon, re-
gis Juda, per hos annos viginti
tres, verbum Domini, vosque ego
iterum atque iterum & sine intermis-
sione allocutus sum, nec audiistis:*
4. *Misitque ad vos Dominus omnes
servos suos prophetas, mittere eos non
cessans, nec eos audiistis; nec aures
ad audiendum præbere voluistis,*
5. *Tum, cùm dicebant vobis; rever-
timini unusquisque à viâ suâ pravâ,
studiisque pravis, eò ut vos in hâc
terrâ, quam Dominus dedit vobis
patribusque vestris, firmam perpe-
tuamque sedem habeatis;* 6. *Neque
ite post Deos alienos, ut eis serviatis,
& eos adoretis, nec me ad iram pro-
vocate per opera manuum vestrarum;
ego autem nihil mali faciam vobis.*
7. *Vos verò me non audiistis, dicit
Dominus, eò ut me operibus ma-
nuum vestrarum iratum faceretis,
vosque inde malo afficeremini.* 8. *Er-
gò hæc dicit Dominus exercituum:
quoniam verbum meum non audivis-
tis;* 9. *En ego missurus sum mandata
& accersiturus omnes familias aqui-
lonis, dicit Dominus, & Nabucho-
donosor, regem Babylonis, servum
meum. Ego eos adducam contra ter-
ram hanc, contra incolas ejus, &
contra omnes gentes eas, quæ circùm
sunt; quippe eas tradam internecio-
ni, & addicam eas stupori & sibilo &
perpetuæ vastitati.* 10. *Auferam ex
illis vocem gaudii & vocem hilarita-
tis, & vocem sponsi & vocem sponsæ,
& vocem molentium, ut & lucernæ
lumen.* 11. *Erit cuncta hæc regio vas-
ta & desolata, servientque illæ gentes
regi Babylonis, annis septuaginta.*
12. *Postquàm autem anni septuagin-
ta expleti fuerint, ego rependam regi
Babylonis, & illi genti, iniquita-*

ועשרים שנה היה דבר יהוה אלי ·
ואדבר אליכם אשכים ודבר ולא
שמעתם : 4. ושלח יהוה אליכם
את כל עבדיו הנבאים השכם
ושלח ולא שמעתם · ולא הטיתם
את אזנכם לשמע : 5. לאמר
שבו נא איש מדרכו הרעה ומרע
מעלליכם · ושבו על האדמה אשר
נתן יהוה לכם ולאבתיכם למן עולם
ועד עולם : 6. ואל תלכו אחרי
אלהים אחרים לעבדם ולהשתחות
להם · ולא תכעיסו אותי במעשה
ידיכם · ולא ארע לכם : 7. ולא
שמעתם אלי · נאם יהוה · למען
הכעסוני במעשה ידיכם לרע לכם :
8. לכן כה אמר יהוה צבאות · יען
אשר לא שמעתם את דברי : 9.
הנני שלח ולקחתי את כל משפחות
צפון · נאם יהוה · ואל נבוכדראצר
מלך בבל עבדי · והבאתים על
הארץ הזאת ועל ישביה ועל כל
הגוים האלה סביב · והחרמתים
ושמתים לשמה ולשרקה ולחרבות
עולם : 10. והאבדתי מהם קול
ששון וקול שמחה קול חתן וקול
כלה קול רחים ואור נר : 11.
והיתה כל הארץ הזאת לחרבה
לשמה · ועבדו הגוים האלה את
מלך בבל שבעים שנה : 12. והיה
כמלאות שבעים שנה אפקד על
מלך בבל ועל הגוי ההוא · נאם
יהוה · את עונם ועל ארץ כשדים ·
ושמתי אתו לשממות עולם : 13.
והבאותי על הארץ ההיא את כל
דברי אשר דברתי עליה · את כל
הכתוב בספר הזה אשר נבא
ירמיהו על כל הגוים : 14. כי
עבדו בם גם המה גוים רבים
ומלכים גדולים · ושלמתי להם
כפעלם וכמעשה ידיהם : 15. כי
כה אמר יהוה אלהי ישראל אלי ·
קח את כוס היין החמה הזאת מידי ·
והשקיתה אותו את כל הגוים אשר
אנכי שלח אותך אליהם : 16.

*tem suam, dicit Dominus; ego etiam,
terræ Chaldæorum , quam redigam
ad perpetuam vastitatem. 13. Ego
adducam in terram istam omnia , quæ
de eâ locutus sum ; nempe omnia
hæc , quæ in hoc Libro scripta sunt ,
in quo vaticinatur Jeremias contra
omnes gentes. 14. Eas enim gentes
cogent etiam ad servitutem populi po-
tentes & reges magni ; sicque eis re-
pendam , ut egerunt , & ut fuerunt
opera manuum ipsarum. 15. Hæc
enim dixit mihi Dominus Deus Is-
rael : excipe de manu meâ calicem
hunc vini furoris , & propina illum
cunctis gentibus, ad quas ego te mitto :
16. Ut, cùm eum biberint, cohorreant;
ut incidant in insaniam , cùm gla-
dios videbunt , quos ego inter eos sum
immissurus. 17. Ego igitur de manu
Domini excepi calicem , ut eum
cunctis gentibus , ad quas Dominus
me misit , propinarem ; 18. Nimi-
rum Jerusalem & urbibus Juda , re-
gibus ejus ac principibus , ut fiant
obnoxii vastitati & stupori & sibilo &
contumeliæ , ut nunc sunt ; 19. Pha-
raoni , regi Ægyptiorum , servisque
ejus ac principibus , omnique populo
ejus ; 20. Cunctis Abasenis , cunctis
regibus terræ Hus , cunctis regibus
terræ Philistæorum , Ascaloni , Ga-
zæ , Accaroni , & eis , quæ sunt , ex
Azoth reliquiis. 21. Idumæis & Moa-
bitis , filiisque Ammon. 22. Cunctis
regibus Tyri , cunctis regibus Sido-
nis , regibusque insularum transmari-
nis. 23. Et Dedan , & Thema , &
Buz , & omnibus qui attondent co-
mam. 24. Et omnibus regibus Ara-
biæ , & omnibus regibus scenitarum ,
qui desertum habitant. 25. Et cunctis
regibus Zambri , & cunctis regibus
Elam , & cunctis regibus Medorum.*

ושתו והתגעשו והתהללו מפני
החרב אשר אנכי שלח בינתם :
17. ואקח את הכוס מיד יהוה ·
ואשקה את כל הגוים אשר שלחני
יהוה אליהם : 18. את ירושלם
ואת ערי יהודה ואת מלכיה את
שריה · לתת אתם לחרבה לשמה
לשרקה ולקללה כיום הזה : 19.
את פרעה מלך מצרים ואת עבדיו
ואת שריו ואת כל עמו : 20.
ואת כל הערב ואת כל מלכי ארץ
העוץ ואת כל מלכי ארץ פלשתים
ואת אשקלון ואת עזה ואת עקרון
ואת שארית אשדוד : 21. את
אדום ואת מואב ואת בני עמון :
22. ואת כל מלכי צר ואת כל
מלכי צידון ואת מלכי האי אשר
בעבר הים : 23. את דדן ואת
תימא ואת בוז ואת כל קצוצי פאה :
24. ואת כל מלכי ערב ואת כל
מלכי הערב השכנים במדבר :
25. ואת כל מלכי זמרי ואת כל
מלכי עילם ואת כל מלכי מדי :
26. ואת כל מלכי הצפון הקרבים
והרחקים איש אל אחיו ואת כל
הממלכות הארץ אשר על פני
האדמה · ומלך ששך ישתה
אחריהם : 27. ואמרת אליהם ·
כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל ·
שתו ושכרו וקיו ונפלו ולא תקומו
מפני החרב אשר אנכי שלח
ביניכם : 28. והיה כי ימאנו לקחת
הכוס מידך לשתות ואמרת אליהם ·
כה אמר יהוה צבאות · שתו תשתו :
29. כי הנה בעיר אשר נקרא
שמי עליה אנכי מחל להרע ואתם
הנקה תנקו · לא תנקו · כי חרב אני
קרא על כל ישבי הארץ · נאם
יהוה צבאות : 30. ואתה תנבא
אליהם את כל הדברים האלה ·
ואמרת אליהם · יהוה ממרום ישאג
וממעון קדשו יתן קולו · שאג ישאג
על נוהו · הידד כדרכים יענה אל
כל ישבי הארץ : 31. בא שאון

26. Cunctis quoque regibus Aquilonis, & sibi invicem propinquis, & à se se remotis, & omnibus regnis quæcunque in orbe sunt. Post eos autem, calicem bibet rex Sesac. 27. Tu igitur hæc ad eos loquêris : hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel; bibite & inebriamini; evomite & corruite, ut non ampliùs surgatis, propter gladium, quem ego in vos sum missurus. 28. Quòd si recusabunt, ne calicem de tuâ manu excipiant, ut bibant; tu eis sic loquêris : hæc dicit Dominus exercituum; omninò eum epotabitis. 29. Nam, cùm ego ab eâ civitate, quæ nomine meo censetur, mala exordiar, num vos impunè abibitis? Non impunè abibitis. Ego enim gladium advocaturus sum in omnes terræ habitatores, dicit Dominus exercituum. 30. Tu igitur, in omnia verba hæc, vaticinare contra eos, & dicito eis : de excelso rugiet Dominus; de habitatione sanctâ suâ dabit vocem; edet in pascua sua rugitus; canet, ut qui calcant uvas, contra omnes terræ habitatores. 31. Sonitus pervadet ad ultimos usque terræ fines; nam lis Domini agitur contra gentes; causa ejus disceptatur apud omnem carnem; traduntur gladio impii, dicit Dominus. 32. Hæc dicit Dominus exercituum : en malum erumpet ex gente in gentem; orietur ex finibus terræ vehemens tempestas. 33. Et in die illâ erunt, ab uno extremo terræ ad alterum extremum, quos interfecerit Dominus; qui non plangentur, nec colligentur, nec sepelientur, sed, ut sterquilinium, humi strati erunt. 34. Ululate, pastores; vociferamini, & volutamini, viri gregis principes; expleti enim sunt vobis dies ad mactationem; frangemini cadendo, ut vas pretiosum 35. Pastoribus fuga intercludetur; principibus gregis non erit profugium. 36. Vox auditur clamantium pastorum, ululatus principum gregis, quoniam Dominus pascuum eorum depopulatur. 37. Sedes ipsæ tranquillitatis evertuntur, propter iram Domini vehementem. 38. Relinquit, quasi leo, tectum suum, quia terra ipsorum devastatur, desæviente irâ vastatoris, quoniam accensus est furor ejus.

עד קצה הארץ · כי ריב ליהוה
בגוים · נשפט הוא לכל בשר ·
הרשעים נתנם לחרב · נאם יהוה :
32. כה אמר יהוה צבאות · הנה
רעה יצאת מגוי אל גוי · וסער גדול
יעור מירכתי ארץ : 33. והיו
חללי יהוה ביום ההוא מקצה הארץ
ועד קצה הארץ · לא יספדו ולא
יאספו ולא יקברו · לדמן על פני
האדמה יהיו : 34. הילילו הרעים
וזעקו והתפלשו אדירי הצאן · כי
מלאו ימיכם לטבוח · ותפוצותיכם
ונפלתם ככלי חמדה : 35. ואבד
מנוס מן הרעים ופליטה מאדירי
הצאן : 36. קול צעקת הרעים
ויללת אדירי הצאן · כי שדד יהוה
את מרעיתם : 37. ונדמו נאות
השלום מפני חרון אף יהוה : 38.
עזב ככפיר סכו · כי היתה ארצם
לשמה מפני חרון היונה ומפני חרון
אפו :

---

3. אשכים, *mane surgam.* Masora, "א' במקום ה"", id est, א, pro ה; pars Codicum ad marginem השכם, ut versu 4. rectè; *mane surgens.* Hoc enim verbum non est Futuri temporis, sed Participii, ut liquet ex ודבר, quod sequitur, item in Participio; si esset Futuri, legeretur deinde, ודברתי, *& locutus sum.*

4. & 5. הנבאים : Alii Codices, הנביאים, plenè, ut notatur ad marginem Athianæ Editionis; sic etiam lego in Codicibus tribus. ...לשמע : לאמר, *audire, cùm dicerent.* Sententia continuatur;

nuatur ; itaque malè interpunctio major inter utrumque verbum : minor tantùm collocanda post שבו נא...לאמר : Codex Orat. 42. שובו נא , quod meliùs , *revertimini nunc ;* ut distinguatur id שובו ab eo שבו , quod sequitur , & quod significat , *sedete.*

7. למען הכעסוני , *ad me iratum faciendum.* Rectè Masora , הכעיסני ; & sic habetur in Codice Orat. 42. Codex Regius 3. הכעיסוני , quod natum fuerit ex תכעיסני , in Futuro , quæ ultima scriptura etiam bona ; construitur enim למען , sive cum Infinitivo , sive cum Futuro.

9. ...ואל , (*Nabuchodonosor.*) Lege ואת , ut lego in Codice Orat. 42. Nam ואל manifestum mendum , ubi anteceſſit את , non אל.

11. לחרבה לשמה , *ad vastitatem , ad desolationem.* Nexus ו inter utrumque desideratur , & lego ולשמה in eodem Codice Orat. 42. Pravè imitatum fuit לשמה , sine ו , ex eo לשמה , quod extat versu 9.

13. והבאותי : Hæc forma barbara est , quanquam eam Grammatici , ut nativam , inducunt. Itaque rectè Masora והבאתי , *& adducam* , ut habet Codex Reg. 3. manu priori ; nisi והביאתי , ut Codices Reg. 29. & Orat. 42.

14. כי עבדו בם , *quia servierunt eis.* Ita Vulgatus ; tamen series postulat Futurum tempus , & עבדו , post כי , idem est , ac יעבדו , quod erit interpretandum , *servient* , si non legitur בם , quod omittit Codex Orat. 42. Sed potiùs retinendum בם , quamvis sequitur המה , ut verbum pro verbo sic dicas , *nam servire facient eos , etiam eos ipsos , populi potentes...* ut sit עבדו , vocis *Hiphil.* Neque id obstare debet , quòd המה non habet præpositionem ב præfixam , ut præfixa est τῷ בם. Nam formam talem & alibi videmus , & videbimus infrà , cap. 27. v. 7. ubi legitur , עד בא עת ארצו גם הוא , *donec veniat tempus terræ ejus , etiam ille* , pro *ejus* , quia rectus casus הוא attrahitur ad obliquum Affixi ו. Sic hoc loco dicendum de המה , quod casûs recti est , post בם , quod obliqui.

17. ואשקה את כל הגוים , *& propinare feci omnibus gentibus.* Sic Arias , & sic etiam Vulgatus , *propinavi omnibus gentibus.* Sed liquet ex versu 28. ubi dicitur , *quòd si recusabunt , ne calicem excipiant...* calicem nondùm fuisse à Jeremiâ porrectum. Propterea interpretamur , *at eum propinarem* , non autem *propinavi.*

20. ואת כל הערב : Nos , *cunctis Abasenis.* Iidem sunt Abaseni , atque Abyssini , qui ex Arabiâ in Africam migrârunt : vide Sam. Bochartum , *Geographiâ Sacrâ Lib. 2. cap. 23.* Noluimus uti verbo ipso *Arabibus* , quia mox veniunt *Arabes* propriè dicti.

24. ואת כל מלכי הערב , *& omnibus regibus Scenitarum.* Convenit Arabibus Scenitis השכנים במדבר , *qui in deserto habitant.* Illi *Scenitæ* iidem , qui Saraceni , qui quidem primùm sedes habuêre in finibus Arabiæ petrææ & Arabiæ felicis : vide iterum Bochartum , *Geographiâ Sacrâ Lib. 4. cap. 2.* Vulgatus , *& cunctis regibus Occidentis , qui habitant in deserto.* Tamen nihil erat ad plagam Judææ occidentalem , præter ipsum mare magnum , seu Mediterraneum. Illi *Arabes* nominantur v. 20. & hoc v. 24. communi nomine ערב , *Arabes.* Sed necesse fuit nobis eos alio & alio nomine notare , ut ambiguitas tolleretur ; quæ ambiguitas fortè nulla erat , cùm tria nomina הערב , quæ his versibus recurrunt , à Jeremiâ efferebantur , quia tollebat pronuntiandi modus ambiguitatem.

26. ומלך ששך ישתה אחריהם , *& rex Sesac bibet post eos.* Nominatur ipse Nabuchodonosor , *rex Sesac* , sub personâ regis , nomine *Sesac* , qui olim Babylone regnârat , quique apud Babylonios , seu Chaldæos , pro Deo habebatur. Vide Edm. Calmet in hunc locum.

28. שתו תשתו , *bibendo bibetis* , omissum fuit ת in שתו ex vicinitate alterius ת subsequentis. Notandum est , quotiescunque isti Infinitivi in ו desinentes recurrunt , toties videri ex ipsâ oratione , cur ת in fine fuerit prætermissum , totiesque adeò subesse mendi suspicionem.

34. ותפוצותיכם : Hoc vocabulum non alibi recurrit , nec non è Dictionario est tollendum , quia mendosum , nulliusque , hoc loco , significatûs ; nam requirit series verbum , non nomen. Chaldæus , ותתבדרון , *& dispergemini ;* Syrus similiter , ותתברון , *& frangemini* , significatu meliore , quàm *dispergemini* , sed ex scripturâ ותתפצותם , germanâ : *frangemini* cadendo , ut vas , quod frangitur , nec potest resarciri.

CAPUT XXVI.

Jeremias in Templi atrio comprehenditur à ſacerdotibus & prophetis, qui eum morte dignum judicant. Adveniunt in Templum viri principes, qui negant, reum mortis eſſe Jeremiam; Ahicam Jeremiam tuetur, ne populo tradatur interficiendus.

1. *In principio regni Joachim,*
filii Joſiæ, regis Juda, fuit verbum
Domini, hæc mandantis; 2. *Hæc*
dicit Dominus: conſiſte in atrio do-
mûs Domini, & loquere ad omnes
civitates Juda, quæ veniunt, ut in
domo Domini adorent, omnia verba,
quæ tibi mandavi ut ad eos loquaris;
cave omittas ullum verbum: 3. *Si*
fortè audiant, & à viis ſuis pravis
quiſque revertatur, ut ego mutem
ſententiam, nec in eos adducam ma-
la, quæ ob eorum ſtudia prava medi-
tabar. 4. *Tu igitur eis dices: hæc di-*
cit Dominus; ſi vos mihi non auſ-
cultabitis, ut ſectemini Legem meam,
quam poſui ſub oculos veſtros, 5. *Et*
audiatis verba ſervorum meorum pro-
phetarum, quos ego non intermiſi
mittere ad vos, & quos non audiiſtis;
6. *Ego huic ædi ſic faciam, ut Silo,*
civitatemque iſtam addicam contu-
meliis omnium terræ gentium. 7. *Au-*
dierunt ſacerdotes & prophetæ & om-
nis populus Jeremiam in domo Do-
mini hæc verba declarantem; 8. *Et*
cùm primùm Jeremias finem fecit
omnium verborum, quæ ei Dominus
mandaverat, ut ad populum haberet,
comprehenderunt eum ſacerdotes &
prophetæ & omnis populus, dixerunt-
que: omninò morieris. 9. *Cur enim*
tu in nomine Domini hæc vaticina-
ris: ſic erit domus iſta, ut Silo; erit

1. בראשית ממלכות יהויקים
בן יאשיהו מלך יהודה היה הדבר
הזה מאת יהוה לאמר : 2. כה אמר
יהוה · עמד בחצר בית יהוה ודברת
על כל ערי יהודה הבאים להשתחות
בית יהוה את כל הדברים אשר
צויתיך לדבר אליהם · אל תגרע
דבר : 3. אולי ישמעו וישבו איש
מדרכו הרעה · ונחמתי אל הרעה
אשר אנכי חשב לעשות להם מפני
רע מעלליהם : 4. ואמרת אליהם ·
כה אמר יהוה · אם לא תשמעו
אלי ללכת בתורתי אשר נתתי
לפניכם : 5. לשמע על דברי
עבדי הנבאים אשר אנכי שלח
אליכם והשכם ושלח ולא שמעתם :
6. ונתתי את הבית הזה כשלה ·
ואת העיר הזאתה אתן לקללה לכל
גויי הארץ : 7. וישמעו הכהנים
והנביאים וכל העם את ירמיהו
מדבר את הדברים האלה בבית
יהוה : 8. ויהי ככלות ירמיהו
לדבר את כל אשר צוה יהוה לדבר
אל כל העם · ויתפשו אתו הכהנים
והנביאים וכל העם לאמר · מות
תמות : 9. מדוע נבית בשם
יהוה לאמר · כשלו יהיה הבית הזה ·
והעיר הזאת תחרב מאין יושב ·
ויקהל כל העם אל ירמיהו בבית
יהוה : 10. וישמעו שרי יהודה
את הדברים האלה · ויעלו מבית
המלך בית יהוה · וישבו בפתח שער
יהוה החדש : 11. ויאמרו הכהנים
והנביאים אל השרים ואל כל העם

hæc civitas vasta & sine habitatore ;
simul omnis multitudo confluxit in
domum Domini ad Jeremiam. 10. *Sed*
principes Juda , his rebus auditis ,
ascenderunt in domum Domini ex
domo regis , & postquàm steterunt in
ostio domûs Domini ad portam novam,
11. *Sacerdotes & prophetæ principi-*
bus & omni populo dixerunt : homo
iste incurrit in judicium mortis , quia
vaticinatus est de hâc urbe , sicut vos
ipsi auribus vestris audistis. 12. *Je-*
remias autem cunctis principibus &
universo populo hæc locutus est : Do-
minus misit me , ut vaticinarer de
istâ domo & de istâ civitate in omnia
verba hæc , quæ audistis. 13. *Nunc*
ergò ad rectum ducite vias vestras &
studia vestra , & audite vocem Do-
mini Dei vestri , ut sententiam mu-
tet de illis malis , quæ adversùm vos
locutus est. 14. *En sum ego in mani-*
bus vestris , & mihi quidem sic facie-
tis, ut vobis videbitur. 15. *Tamen , si*
vos me morti dabitis , scitote vos in
vosmetipsos innoxium sanguinem con-
versuros , & in hanc urbem ejusque
habitatores , quia verè misit Domi-
nus me ad vos , omnia hæc in auribus
vestris declaraturum. 16. *Tum prin-*
cipes & universa multitudo sacerdoti-
bus & prophetis dixerunt : homo ille
non incurrit in judicium mortis ; hæc
enim ille ad nos in nomine Domini
Dei nostri locutus est. 17. *Tum sur-*
rexêre quidam de terræ senioribus ,
qui ad omnem populi cœtum hæc lo-
cuti sunt. 18. *Michæas Morasthites ,*
qui fuit propheta in diebus Ezechiæ ,
regis Juda , hæc locutus est omni po-
pulo Juda : hæc dicit Dominus exer-
cituum ; Sion , ut ager , arabitur ;
Jerusalem fiet acervus ruderum, mons
Templi , ut nemoris editus locus.

לאמר · משפט מות לאיש הזה · כי
נבא אל העיר הזאת כאשר שמעתם
באזניכם : 12. ויאמר ירמיהו אל
כל השרים ואל כל העם לאמר ·
יהוה שלחני להנבא אל הבית הזה
ואל העיר הזאת את כל הדברים
אשר שמעתם : 13. ועתה היטיבו
דרכיכם ומעלליכם ושמעו בקול
יהוה אלהיכם · וינחם יהוה אל הרעה
אשר דבר עליכם : 14. ואני הנני
בידכם · עשו לי כטוב וכישר
בעיניכם : 15. אך ידע תדעו כי
אם ממתים אתם אתי כי דם נקי
אתם נתנים עליכם ואל העיר
הזאת ואל ישביה · כי באמת שלחני
יהוה עליכם לדבר באזניכם את כל
הדברים האלה : 16. ויאמרו
השרים וכל העם אל הכהנים ואל
הנביאים · אין לאיש הזה משפט
מות · כי בשם יהוה אלהינו דבר
אלינו : 17. ויקמו אנשים מזקני
הארץ ויאמרו אל כל קהל העם
לאמר : 18. מיכיה המורשתי היה
נבא בימי חזקיהו מלך יהודה ·
ויאמר אל כל עם יהודה לאמר ·
כה אמר יהוה צבאות · ציון שדה
תחרש וירושלים עיים תהיה והר
הבית לבמות יער : 19. ההמת
המתהו חזקיהו מלך יהודה וכל
יהודה · הלא ירא את יהוה ויחל
את פני יהוה · וינחם יהוה אל הרעה
אשר דבר עליהם · ואנחנו עשים
רעה גדולה על נפשותינו : 20.
וגם איש היה מתנבא בשם יהוה
אוריהו בן שמעיהו מקרית היערים ·
ויִנבא על העיר הזאת ועל הארץ
הזאת ככל דברי ירמיהו : 21.
וישמע המלך יהויקים וכל גבוריו
וכל השרים את דבריו · ויבקש
המלך המיתו · וישמע אוריהו וירא
ויברח ויבא מצרים : 22. וישלח
המלך יהויקים אנשים מצרים את
אלנתן בן עכבור ואנשים אתו אל
מצרים : 23. ויוציאו את אוריהו

ממצרים ויביאהו אל המלך יהויקים ·
ויכהו בחרב · וישלך את נבלתו אל
קברי בני העם : .24 אך יד
אחיקם בן שפן היתה את ירמיהו
לבלתי תת אתו ביד העם להמיתו :

19. An eum morti dedit Ezechias
rex Juda & omnis Juda? Non-ne ti-
muit Dominum, & poſtquàm fudit
preces ante Dominum, mutavit Do-
minus ſententiam ſuper eis malis,
quæ contra eos fuerat locutus? Nos
verò grande ſcelus patraturi ſumus ad noſtram ipſorum perniciem. 20. Vati-
cinabatur etiam in nomine Domini Urias, filius Semeiæ, homo de Cariathia-
rim, & in hanc urbem terramque eadem, quæ Jeremias, denuntiabat. 21. Au-
dieruntque verba ejus rex Joachim ſatelliteſque ejus & viri principes. Ergò
rex quærebat, quo pacto illum interficeret; quo audito, Urias timuit fugit-
que, & in Ægyptum ſe recepit. 22. Itaque miſit rex Joachim in Ægyptum
homines quoſdam Ægyptios, nempe Elnathan, filium Achobor, & eos, qui
cum eo erant. 23. Illi Uriam Ægypto reduxerunt & ad regem Joachim du-
xerunt, qui eum gladio interfecit, cadaverque ejus projecit in publicum ſe-
pulcretum. 24. Sed Ahicam, filius Saphan, Jeremiæ præbuit manum, ne
populo traderetur, & ne per eum interficeretur.

---

1. בראשית ממלכות יהויקם, *in principio regni Joachim.* Non ſtrictè intelligitur *in principio* de primis diebus regni Joachim, nec de primo menſe. Quippe antequàm ea, quæ hoc capite narrantur, evenirent, vaticinatus fuerat Urias, fugeratque in Ægyptum, atque inde à rege Joachim accerſitus fuerat & interfectus; quæ res accidere non potuerant, niſi poſt aliquot menſes regni Joachim. Itaque *in principio* ſic intelligendum, tanquam anno primo, eoque nondum elapſo.

3. וישבו, *& revertantur.* Codices meliores, וישובו, plenè, & ſic apud eoſdem pleraque verba, in quibus ו pertinet ad radicem.

5. הנבאים, *prophetarum.* Iidem Codices, הנביאים, plenè. ...והשכם, *& manè ſurgendo.* Tollendum ו, quod ſuperfluit, & quod non legitur cap. 25. v. 4. ubi vide.

6. ואת העיר הזאתה, *& hanc urbem.* Non potuit latere Maſoretas barbariſmus הזאתה; itaque monent, litteram ה eſſe tollendam, quæ quidem Codicum non eſt, niſi deteriorum. ...שלה, *Silo.* Meliùs שלו, ut verſu 9. neque enim idem nomen proprium fuerit eodem in capite alio atque alio modo ſcriptum; neque inconſtantia hæc potuit eſſe Autographorum. Codex Orat. 42. emendat ad marginem כשלו; & Regius 3. monet ad marginem, habere alios Codices כשלה, alios, כשלו. Sæpe ſcripturæ deteriores in Impreſſis reperiuntur, quia primi Editores, quos cæteri ſecuti ſunt, Codicum delectum non habuerunt, ut potè Criticæ Sacræ rudes ac inexpertes.

9. מדוע נבית, *quare vaticinaris.* Adhuc נבית barbariſmus Codicum deteriorum. Lego נבאת in Codice Reg. 3. manu priori, hoc eſt accuratiori, ut ſæpe vidimus, & in Codice Orat 42. Ex hoc mendo נבית, pro נבאת, confirmatur id, quod non ſemel monuimus, erraſſe Deſcriptores in litteris י & א, quanquam longè diſſimilibus, quia erat utriuſque idem ſonus in pronuntiando.

11. כאשר שמעתם באזניכם, *ut audiſtis auribus veſtris.* Hæc dicunt principibus Sacerdotes. Principes ex aulâ regiâ in Templum venerant, Jeremiâ per Sacerdotes jam comprehenſo; qui quidem Sacerdotes prophetam non priùs comprehenderant, quàm finem feciſſet loquendi, ut narratur verſu 8. Tamen aiunt principibus Sacerdotes, *ſicut audiſtis.* Hæc facilè conciliantur. Nam principes advenientes non potuêre quin ex Jeremiâ quærerent propter quam cauſam fuiſſet à Sacerdotibus comprehenſus, neque adeò Jeremias non reſpondere, quia vaticinatus ſum hæc & hæc. Itaque jure Sacerdotes, *ſicut audiſtis.*

14. ואני הנני בידכם, *ecce ego ſum in manibus veſtris.* Agnoſcit, inquit Grotius, in Synedrio vitæ & necis poteſtatem. Cui non aſſentitur Edm. Calmet, non injuſtâ id quidem de cauſâ. Quippe hoc tantùm agnoſcit Jeremias, ſe in eorum poteſtate eſſe, ut pote in ſeditione comprehenſum, & per eos ſtare ut propheta Sacerdotibus regique infenſus de medio tollatur. Principes ſententiam ferunt Sacerdotum prophetarumque ſententiæ contrariam. Ergò afferunt juſtam dubitationem, an Sacerdotes, ſive iſtud Synedrium, ut illud nominat Grotius, haberent vitæ ac mortis poteſtatem. Imò *Prophetæ*, qui cum Sacerdotibus ſententiam ferunt, ſatis ſignificant, non fuiſſe hoc Synedrium; nam Synedrii partem fuiſſe prophetas, nullis conſtat ex monumentis;

numentis;

sumentis ; præſertim prophetas tales, quales illi erant, qui cum Jeremiâ inimicitias gerebant, quique nullo ſigno divino firmârant, ſe fuiſſe à Deo miſſos.

18. וירושלים, *& Jeruſalem* ; ita quædam Editiones. Codex Orat. 53. וירושלם, ſine י penultimo, ut ſemper ſcribitur, & malè in eo additum fuit י alio atramento & manu longè poſteriori, quia ſic legebatur aliis in Codicibus.

19. הכיתהו, *interfecit eum.* Lego המיתהו in duobus Regiis & in uno Oratorienſi, ut legendum, & ut verſu ultimo להמיתו, non ſine י.

20. וגם איש היה מתנבא, *etiam homo erat vaticinans.* Hæc, quæ ſequuntur de Uriâ prophetâ à rege Joachim interfecto, non ſunt Senatorum, qui mox loquebantur, ſed ipſius Jeremiæ rem geſtam narrantis. Nam, poſtquàm dictum eſt v. 23. *& projecit cadaver ejus in ſepulcra filiorum populi*, additur continenter, *ſed manus Ahicam fuit cum Jeremiâ*, quæ ultima verba liquet eſſe Jeremiæ, non Senatorum; ex quo ſequitur, cætera quæ antecedunt, quæque his ultimis verbis claudunt orationem, Jeremiæ eſſe, non Senatorum. Itaque operam multam perdidêre multi Interpretes, qui hoc non viderunt, & propterea laborârunt ut explicarent, quomodò Senatores, qui Jeremiæ favebant, exemplum Uriæ interfecti proferre potuerint, quod erat Jeremiæ contrarium. Rem acu tetigerat ſolus Grotius, qui ſic : » Abſoluto ſermone Senatorum additur hìc hiſtoria illorum temporum : unde intelligi poteſt, quanto in periculo Jeremias fuerit ſub rege improbo. « Errorem creabant Interpretibus hæc verba, *vaticinabatur contra hanc urbem & hanc terram*, quæ hominem ad homines loquentem redolere videbantur; ſed eadem æquè redolent Jeremiam narrantem.

24. לבלתי תת אתו ביד העם, *ne traderetur in manus populi*, qui erat concitatus, & cui rex, Jeremiæ infenſus, facilè omnia permiſiſſet. Nam, ut obſervat Grotius : » Reges ſæpe, cùm » perire volunt hominem claræ virtutis, malunt id per ſeditionem Vulgi (quam concitare » ipſis facile eſt) quàm ſuo juſſu fieri, ut ſine ſuo odio, alieno ſcelere fruantur.

CAPUT XXVII.

Jeremias jubetur mittere collum ſuum in jugum, & vaticinari ſic fore illis, qui non tradiderint ſe ſe regi Nabuchodonoſor ; addit, vaſa Templi, quæ remanſerunt, Babylonem deportatum iri, Jeruſalem, cùm Domino placebit, reducenda.

1. In principio regni Sedeciæ, filii Joſiæ, regis Juda, fuit verbum Domini ad Jeremiam, ut hæc loqueretur; 2. Hæc mihi dixit Dominus: fac tibi vincula & jugum, & collo hæc tuo impone. 3. Hæc mittes ad regem Edom, ad regem Moab, ad regem filiorum Ammon, ad regem Tyri, ad regem Sidonis, per eos legatos qui Jeruſalem venerunt ad Sedeciam, regem Juda. 4. Dabiſque eis ad ipſorum Dominos hæc mandata : hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael; hæc dicite Dominis veſtris. 5. Ego terram feci; ego, hominem & beſtias, quæ ſuper terram ſunt, meâ magnâ virtute & brachio extento; atque hæc dedi eis,

1. בראשית ממלכת יהויקם בן
יאושיהו מלך יהודה היה הדבר הזה
אל ירמיה מאת יהוה לאמר : 2.
כה אמר יהוה אלי · עשה לך מוסרות
ומטורת · ונתתם על צוארך : 3.
ושלחתם אל מלך אדום ואל מלך
מואב ואל מלך בני עמון ואל מלך
צר ואל מלך צידון ביד מלאכים
הבאים ירושלם אל צדקיהו מלך
יהודה : 4. וצוית אתם אל אדניהם
לאמר · כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · כה תאמרו אל אדניכם : 5.
אנכי עשיתי את הארץ את האדם ואת
הבהמה אשר על פני הארץ בכחי
הגדול ובזרועי הנטויה · ונתתיה
לאשר ישר בעיני : 6. ועתה אנכי
נתתי את כל הארצות האלה ביד
נבוכדנאצר מלך בבל עבדי · וגם

quibus mihi visum est. 6. Nunc igi-
tur ego cunctas regiones istas trado
Nabuchodonosor, regi Babylonis,
servo meo; trado etiam illî terræ bes-
tias, ut ei serviant. 7. Servient etiam
illî omnes nationes, & filio ejus filii-
que filio, donec veniat tempus terræ
ejus ipsius, cùm eum cogent ad ser-
vitutem gentes potentes & magni re-
ges. 8. Quòd si qua gens, aut si quod
regnum non servierit Nabuchodono-
sor, regi Babylonis, si noluerit col-
lum suum mittere in jugum regis Ba-
bylonis, ego in illam gentem gladio
& fame & pestilentiâ animadvertam,
dicit Dominus, donec eandem ego
per eundem evertam. 9. Quapropter
nolite audire vestros prophetas, nec
vestros divinos, nec somniatores, nec
augures, nec magos, qui hæc vobis
dictitant; vos regi Babylonis non
servietis. 10. Illi enim vobis falsè
vaticinantur, eò ut terrâ vos vestrâ
extorres faciant, utque ego vos ex-
pellam, & pereatis. 11. Sed quæcun-
que gens submiserit collum suum jugo
regis Babylonis, ut ei serviat, ego
eam gentem dabo in terrâ suâ esse
tranquillam, dicit Dominus, ut eam
colat & in eâ sedem habeat. 12. Ego
ad Sedeciam, regem Juda, in hæc
verba sum locutus, & dixi; induite
colla vestra in jugum regis Babylo-
nis, & servite ei ac populo ejus, ut
salvi sitis. 13. Cur enim moriemini,
tu & populus tuus, gladio & fame &
pestilentiâ, quæ Dominus gentibus
iis, quæ regi Babylonis non servient,
denuntiavit? 14. Nolite igitur au-
dire prophetas, qui vobis dicere so-
lent, non servietis regi Babylonis;
illi enim vobis falsa vaticinantur.
15. Neque enim misi eos, dicit Do-
minus; sed illi meo nomine falsè va-

את חית השדה נתתי לו לעבדו :
7. ועבדו אתו כל הגוים ואת בנו
ואת בן בנו • עד בא עת ארצו גם
הוא • ועבדו בו גוים רבים ומלכים
גדולים : 8. והיה הגוי והממלכה
אשר לא יעבדו אתו את נבוכדנאצר
מלך בבל ואת אשר לא יתן את
צוארו בעל מלך בבל • בחרב וברעב
ובדבר אפקד על הגוי ההוא • נאם
יהוה • עד תמי אתם בידו : 9.
ואתם אל תשמעו אל נביאיכם ואל
קסמיכם ואל חלמתיכם ואל ענניכם
ואל כשפיכם אשר הם אמרים
אליכם לאמר • לא תעבדו את מלך
בבל : 10. כי שקר הם נבאים
לכם • למען הרחיק אתכם מעל
אדמתכם והדחתי אתכם ואבדתם :
11. והגוי אשר יביא את צוארו
בעל מלך בבל ועבדו • והנחתיו על
אדמתו • נאם יהוה • ועבדה וישב
בה : 12. ואל צדקיה מלך יהודה
דברתי ככל הדברים האלה לאמר •
הביאו את צואריכם בעל מלך בבל •
ועבדו אתו ועמו וחיו : 13. למה
תמותו אתה ועמך בחרב ברעב
ובדבר • כאשר דבר יהוה אל הגוי
אשר לא יעבד את מלך בבל :
14. ואל תשמעו אל דברי הנבאים
האמרים אליכם לאמר • לא תעבדו
את מלך בבל • כי שקר הם נבאים
לכם : 15. כי לא שלחתים • נאם
יהוה • והם נבאים בשמי לשקר •
למען הדיחי אתכם ואבדתם אתם
והנביאים הנבאים לכם : 16. ואל
הכהנים ואל כל העם הזה דברתי
לאמר • כה אמר יהוה • אל תשמעו
אל דברי נביאיכם הנבאים לכם
לאמר • הנה כלי בית יהוה מושבים
מבבלה עתה מהרה • כי שקר המה
נבאים לכם : 17. אל תשמעו
אליהם • עבדו את מלך בבל וחיו •
למה תהיה העיר הזאת חרבה :
18. ואם נבאים הם ואם יש דבר
יהוה אתם • יפגעו נא ביהוה צבאות

לבלתי באו הכלים הנותרים בבית
יהוה ובית מלך יהודה ובירושלם
בבלה ׃ .19 כי כה אמר יהוה
צבאות אל העמדים ועל הים ועל
המכונות ועל יתר הכלים הנותרים
בעיר הזאת ׃ .20 אשר לא לקחם
נבוכדנאצר מלך בבל בגלותו את
יכוניה בן יהויקים מלך יהודה
מירושלם בבלה · ואת כל חרי יהודה
וירושלם ׃ .21 כי כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל על הכלים
הנותרים בית יהוה ובית מלך יהודה
וירושלם ׃ .22 בבלה יובאו ושמה
יהיו · עד יום פקדי אתם · נאם יהוה ·
והעליתים והשבתים אל המקום
הזה ׃

ticinantur, ut ego ejiciam vos, & ut
pereatis, tam vos, quàm prophetæ qui
ad vos vaticinantur. 16. *Ego etiam*
ad Sacerdotes & ad omnem iſtum po-
pulum locutus ſum, ſic mandans;
hæc dicit Dominus: ne audite verba
prophetarum, qui vobis ita vatici-
nantur; en vaſa domûs Domini mo-
dò & actutùm Babylone reportabun-
tur; nam vobis falſa vaticinantur.
17. *Nolite eos audire; ſervite regi*
Babylonis, ut ſalvi ſitis. Cur enim
hæc civitas fiet deſerta? 18. *Quòd*
ſi illi prophetæ ſunt, & ſi verbum
Domini eſt in eis, orent nunc Do-
minum exercituum, ne Babylonem
tranſducat vaſa ea, quæ in domo Do-
mini & in domo regis & in Jeruſalem manſerunt. 19. *Nimirùm hæc dicit*
Dominus de columnis & de mari & de baſibus, cæteriſque vaſis, quæ hâc in
urbe manſerunt, 20. *Quæ non abſtulit Nabuchodonoſor, rex Babylonis,*
cùm abduxit Jechoniam, filium Joachim, regis Juda, & omnes nobiles Juda
& Jeruſalem Babylonem. 21. *Hæc igitur dicit Dominus exercituum, Deus*
Iſrael, de vaſis, quæ in domo Domini & in domo regis Juda & in Jeruſalem
remanſerunt. 22. *Hæc Babylonem avehentur, & ibi erunt, donec veniat*
dies, dicit Dominus, cùm ego hæc ſum curaturus, & revecturus, & iſto in
loco collocaturus.

---

1. בראשית ממלכת יהויקים בן יאשיהו, *in principio regni Joachim, filii Joſiæ.* Mirum profectò, ſolum Munſterum, apud *Criticos Sacros*, vidiſſe errorem Scribarum, qui poſuerunt יהויקים, *Joakim*, cùm ſcribere debuiſſent צדקיה; *Sedeciæ;* nam nec Vatablus, nec Grotius animadvertêre mendum; quod mendum neſcio quo modo excuſare ſe putat Clarius, hæc narrans: » Videtur » autem huic Joachim hanc fuiſſe dictam prophetiam, quamvis ad tempus Sedeciæ pertineat, » ne omiſſo Deo humanis præſidiis fideret. « Si exiſtimabat Clarius, Jeremiam dixiſſe vaticinando, non narrando, de legatis Edom & Moab & cæterorum regum qui ad Sedeciam veniunt, hoc eſt, prædixiſſe Joachim regnante, eos legatos ad Sedeciam poſteà regnaturum venturos, contradicit ipſi Jeremiæ, qui dicit verſu 12. *& ad Sedeciam, regem Juda, locutus ſum*, quique adeò dubitare non ſinit, hæc ſe, regnante Sedeciâ, vaticinari. Ergò excuſari mendum non poteſt, & legendum צדקיה, ut & Syrus, דצדקיא, *Sedeciæ*, quem Arabs imitatur.

3. ושלחתם, *& mittes hæc*, (*vincula & jugum.*) Vidimus ſuprà, Jeremiam de manu Dei accepiſſe *calicem vini furoris*, ut eum gentibus propinaret, quâ figurâ ſermonis hoc tantùm ſignificabatur, juſſum fuiſſe Jeremiam, ut contra gentes vaticinaretur, atque adeò vaticinatum fuiſſe. Nam *calix vini furoris* ſignificatum alium non poteſt habere, quàm tranſlatum. Non idem ſentiendum de jugis ac vinculis, quæ nunc jubetur Jeremias collo ſuo imponere, atque hæc deinde afferre ad Legatos gentium, qui tunc Jeruſalem erant. Nam juga & vincula ſignificatum proprium habent, non jam tranſlatum; hæc enim ejuſmodi erant, ut his poſſet Jeremias induere collum ſuum, ut potè res ſolidæ, non autem rerum meræ imagines, qualis erat *calix vini furoris.* Itaque rectè eruditus Thomas Stackhouſe Anglus, *The hiſtory of the Bible, pag. 959.* non negat, Jeremiam feciſſe juga & vincula, colloque hæc ſuo impoſuiſſe, quoniam disertè declaratur (cap. 28.) hoc feciſſe Jeremiam. Quòd verò ei videtur, non miſiſſe reipſâ vincula & juga regum legatis, nos in eâ re non ei aſſentimur; hoc tantùm ei concedimus, parùm veriſimile eſſe, legatos de manu Jeremiæ excepiſſe vincula, aut ad ſuos reges hæc miſiſſe; ex quo non ſequitur, non ad eos hæc attuliſſe Jeremiam. Quippe ſatis erat, ſi

hæc afferet Jeremias , atque hoc ipſo vaticinabatur fore , ut ipſorum reges Chaldæorum jugum ſubirent. Ibi tantùm licet excludere ſenſum litteralem , ubi habere locum non poteſt.

7. ועבדו בו גוים רבים , (*donec veniat tempus ejus...*) *& eum cogant ad ſervitutem gentes potentes.* Ita interpretamur , ut & fecimus in ſimili ſermone , cap. 25. v. 14. Verbum ועבדו continuat ſeriem in verbis. ...עד בא inceptam , *donec veniat* (*tempus terræ ejus*) *& ſervire eum faciant.* Non rectè Vulgatus , *& ſervient ei gentes multæ* , poſtquàm ineunte verſu dictum eſt , *& ſervient ei omnes gentes* , non modò quia iterationem inducit prorsùs inutilem , ſed etiam quia minùs dicit , ubi plus expectabatur. Et verò etiam רבים non ſunt *multæ* (*gentes*) ſed *potentes* , atque id reſpondet pari vocabulo גדולים , *magni.*

9. חלמתיכם , *ſomnia veſtra.* Series poſtulat חלמיכם , *ſomniatores veſtros* , ut legit Vulgatus ; ita etiam Græci Intt. *τῶν ἐνυπνιαζομένων ὑμῖν* , *eorum* , *qui ſomniant vobis* ; ita denique Syrus , ולחלמיכון. Non prætereundum id , quod hîc obſervat Hieronymus : » Nos autem... exponamus , & Prophetas eſſe in gentibus , qui ſimulent ſe divino ſpiritu futura prædicere , & divinos , de quibus & vulgare proverbium eſt : *Aiunt divinare ſapientes :* & ſomniatores , qui imitantur Joſeph & Daniel ; & augures , qui volatu avium & oſcinum vocibus , faciendum quid , vel non faciendum denuntiant : & maleficos , quos , vel veneficos poſſumus appellare , vel dæmonum phantaſmatibus ſervientes , qui Hebraicè dicuntur CASSAPHE.

20. & 21. ואת : אשר : Malè hæc interpunctio major , ut aliæ multæ , quæ verſus diſcriminant , invitâ ſerie , quæ ultra interpunctionem continuatur. Interpunctio minor in locum majoris ſupponenda eſt , qualis reperitur in Editione Græcorum Intt. Romanâ.

CAPUT XXVIII.

Hananias rumpit jugum , quod induerat Jeremias , & affirmat , ruptum iri poſt duos annos jugum Babylonis ; cui Jeremias prædicit , eum ipſo in anno moriturum ; qui etiam moritur , menſe ſeptimo.

1. *Annus erat quartus Sedeciæ re-*
gnantis. Eo anno, menſe quinto, Ha-
nanias filius Azur , propheta , qui erat
de Gabaon , hæc mihi locutus eſt in
domo Domini , ſacerdotibus & omni
populo aſtantibus ; 2. *Hæc dicit Do-*
minus exercituum , Deus Iſrael ; ju-
gum fregi regis Babylonis: 3. *Ego ,*
poſtquàm biennium fuerit expletum ,
reducam iſtum in locum omnia vaſa
domûs Domini , quæ tulit Nabucho-
donoſor rex Babylonis , quæque abdu-
xit ex hoc loco Babylonem : 4. *Ego*
etiam Jechoniam , filium Joachim ,
regis Juda, & omnes, qui de Juda mi-
grârunt , & abierunt Babylonem , re-
ducam in locum iſtum , dicit Domi-
nus ; quippe frangam jugum regis
Babylonis. 5. *Jeremias propheta reſ-*
pondit prophetæ Hananiæ , aſtantibus
in domo Domini cuncto populo & ſa-

1. ויהי בשנה ההיא בראשית
ממלכת צדקיה מלך יהודה בשנת
הרביעית בחדש החמישי אמר אלי
חנניה בן עזור הנביא אשר מגבעון
בבית יהוה לעיני הכהנים וכל
העם לאמר : 2. כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל לאמר · שברתי
את על מלך בבל : 3. בעוד
שנתים ימים אני משיב אל המקום
הזה את כל כלי בית יהוה אשר
לקח נבוכדנאצר מלך בבל מן
המקום הזה ויביאם בבל : 4. ואת
יכניה בן יהויקים מלך יהודה ואת
כל גלות יהודה הבאים בבלה אני
משיב אל המקום הזה · נאם יהוה ·
כי אשבר את על מלך בבל : 5.
ויאמר ירמיה הנביא אל חנניה
הנביא לעיני הכהנים ולעיני כל
העם העמדים בבית יהוה : 6.
ויאמר ירמיה הנביא · אמן · כן יעשה
יהוה · יקם יהוה את דבריך אשר

נבאת

*cerdotibus ; 6. Reſpondit igitur pro-
pheta Jeremias , amen ; ſic faciat
Dominus ; perducat ad eventum res
eas , quas vaticinaris , ut Babylone
reducat in hunc locum vaſa domûs
Domini , & omnes eos , qui tranſmi-
grârunt. 7. Verumtamen audi, quæſo ,
id verbum , quod ego loquor in auribus
tuis , & in auribus univerſæ plebis.
8. Qui fuerunt jam olim , ante me
ac te , prophetæ , illi ad multas regio-
nes , & adversùs magna regna vatici-
nati ſunt ad bellum , ad famem , ad
peſtilentiam. 9. Si quis tamen pro-
pheta vaticinatur ad pacem , cùm ad-
veniet id , quod propheta locutus eſt ,
tum demum propheta, quem Dominus
verè miſerit , cognoſcetur. 10. Tum
Hananias propheta ex prophetæ Jere-
miæ collo detraxit jugum , atque id
fregit. 11. Simul hæc dixit Hana-
nias , univerſâ plebe aſtante ; hæc
dicit Dominus ; ſic ego , poſt annos
duos expletos, jugum regis Babylonis
ex omnium gentium collo detraham &
frangam ; deinde abiit Jeremias pro-
pheta in viam ſuam. 12. Fuit autem
verbum Domini ad Jeremiam , poſt-
quàm detraxerat Hananias propheta
jugum de collo Jeremiæ prophetæ, at-
que id fregerat, dixitque ei : 13. Va-
de, & hæc loquere ad Hananiam : hæc
dicit Dominus ; tu fregiſti juga , quæ
lignea erant , ut, pro illis , ferrea fa-
ceres. 14. Hæc enim dicit Dominus
exercituum , Deus Iſrael : ego im-
mittam jugum ferreum in colla om-
nium iſtarum gentium , ut ſerviant
Nabuchodonoſor , regi Babylonis , cui & ſervient ; ego etiam trado ei terræ
beſtias. 15. Poſteà Jeremias propheta prophetæ Hananiæ ſic locutus eſt. Au-
di , quæſo , hæc , Hanania : non miſit te Dominus ; tu tamen facis , ut populus
iſte mendacio confidat. 16. Propterea hæc dicit Dominus : ego te de terrâ eri-
piam ; tu hoc anno morieris ; quia contra Dominum nequiter locutus es.
17. Mortuus eſt autem Hananias propheta hoc eodem anno , menſe ſeptimo.*

נבאת להשיב כלי בית יהוה וכל
הגולה מבבל אל המקום הזה : 7.
אך שמע נא הדבר הזה אשר אנכי
דבר באזניך ובאזני כל העם : 8.
הנביאים אשר היו לפני ולפניך מן
העולם וינבאו אל ארצות רבות
ועל ממלכות גדלות למלחמה ולרעה
ולדבר : 9. הנביא אשר ינבא
לשלום · בבא דבר הנביא · יודע
הנביא אשר שלחו יהוה באמת :
10. ויקח חנניה הנביא את המוטה
מעל צואר ירמיה הנביא וישברהו :
11. ויאמר חנניה לעיני כל העם
לאמר · כה אמר יהוה · ככה אשבר
את על נבכדנאצר מלך בבל בעוד
שנתים ימים מעל צואר כל הגוים ·
וילך ירמיה הנביא לדרכו :
12. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
אחרי שבור חנניה הנביא את
המוטה מעל צואר ירמיה הנביא
לאמר : 13. הלוך ואמרת אל
חנניה לאמר · כה אמר יהוה · מוטת
עץ שברת · ועשית תחתיהן מטות
ברזל : 14. כי כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל · על ברזל
נתתי על צואר כל הגוים האלה
לעבד את נבכדנאצר מלך בבל
ועבדהו · וגם את חית השדה נתתי
לו : 15. ויאמר ירמיה הנביא אל
חנניה הנביא · שמע נא חנניה · לא
שלחך יהוה · ואתה הבטחת את
העם הזה על שקר : 16. לכן
כה אמר יהוה · הנני משלחך מעל
פני האדמה · השנה אתה מת · כי
סרה דברת אל יהוה : 17. וימת
חנניה הנביא בשנה ההיא בחדש
השביעי :

1. ויהי בשנה ההיא בראשית ממלכת צדקיה, *& fuit in anno illo, in principio regni Sedeciæ.* Difficultatem hujus loci non videre non poterant Interpretes. Nam, cùm ſequatur, בשנת הרביעית, *anno quarto*, difficile eſt intelligere, quî poſſit annus quartus regni Sedeciæ vocari *principium regni* ejus; cùm præſertim Sedecias non regnaverit plus, quàm annos undecim. Vatablus annum quartum vult eſſe, non regni Sedeciæ, ſed anni Sabbatici; ſed confutatur ab ipsâ Paginâ Sacrâ, quæ attribuit annum quartum regno Sedeciæ, anteà memorato. Grotius ſic exponit: » *In principio regni Sedeciæ.* Id eſt, cùm adhuc longè abeſſet malum illud, quod prædixi: » nam per undecim annos regnavit Sedecias... Nec obſtat id quod præceſſit *in principio*, ſic in» tellectum, ut diximus. « Verùm ſic intelligi, verba ipſa vetant, & cavillatur Grotius potiùs, quàm interpretatur. Suſpicatur Edm. Calmet, *annum quartum* gloſſema eſſe alicujus Deſcriptoris, & conjecturam ſuam firmare ſe putat, 1°. ex eo quòd caput hoc 28. continuat ea, quæ capite ſuperiori dicta ſunt de falſis prophetarum vaticinationibus, & de jugis, quæ Jeremias afferre juſſus eſt ad Legatos gentium vicinarum, qui ad Sedeciam venerant; quas res affirmat Edm. Calmet adveniſſe anno Sedeciæ primo: 2°. ex eo, quòd Hananias vaticinatur fore, ut *poſt annos duos* vaſa Sacra, quæ Babylonem abducta ſunt, Jeruſalem reducantur. Si enim, inquit, hæc Hananias vaticinaretur *anno 4°*. Sedeciæ regnantis, prædixiſſet vaſa eſſe reducenda, non *poſt annos duos*, ſed modò & eo ipſo anno; quippe eodem anno quarto reducta ſunt vaſa argentea per Saraiam, quem Sedecias miſit Babylonem anno regni ſui quarto, ut legitur, *Baruch cap. 1. v. 8.* Conceditur Edmundo Calmet hæc, quæ capite ſuperiori narrantur, eveniſſe anno Sedeciæ regnantis primo, atque hoc eodem anno Jeremiam collo ſuo juga impoſuiſſe. Sed non inde ſequitur, Hananiam Jeremiæ jugum hoc eodem anno Sedeciæ primo fregiſſe, quoniam potuit Jeremias jugum collo ſuo immittere, per annos duos vel tres tùm, cùm de futurâ captivitate publicè vaticinabatur. Quod verò addit Edm. Calmet, vaticinaturum fuiſſe Hananiam, vaſa Templi modò & actutum, non verò poſt annos duos, reductum iri, ſi hæc anno Sedeciæ quarto vaticinatus eſſet, id quidem rectè colligeretur, ſi Hananias hæc prædixerat, poſtquàm Sedecias Saraiam miſerat Babylonem, vaſa Templi à rege Babylonis poſtulaturum. Sed potuit Hananias hæc vaticinari, anno Sedeciæ quarto, antequàm Saraias hoc eodem anno à rege Sedeciâ Babylonem mitteretur. Imò credibile eſt, Sedeciam conſilium tale de poſtulandis à rege Nabuchodonoſor Templi vaſis propterea cepiſſe, quia fidem adhiberet falſis Hananiæ vaticinationibus. Itaque nihil certum affert Edm. Calmet, quamobrem credamus hæc eveniſſe anno Sedeciæ primo, non quarto; & alia via tenenda eſt emendandi Contextûs. Primò tollendum בראשית, *in principio*, quod omittunt Græci Intt. & poſt eos Arabs, quodque hujus capitis initio ſcriptum fuerit, ex pravâ imitatione capitis ſuperioris, quod ſimiliter inchoat in verbis בראשית ממלכת, *in principio regni*, vel aliâ quâlibet ex cauſâ. Secundò, poſt ויהי, *& fuit*, proximè collocandum בשנת הרביעית, *in anno quarto*, quem ordinem exhibent etiam Græci Intt. & Arabs. Liquet hæc verba, בשנה ההיא, *in anno illo*, non ſuo in loco eſſe, ubi nondum dictum eſt, *quo* anno; quam fortaſſe cauſam habuerint Græci Intt. cur omitterent hæc duo verba בשנה ההיא, quæ tamen non fuerant omittenda; quia poſt בשנת הרביעית, *anno quarto*, commodè venit, *eo anno*, vel *ejus anni* (*menſe quinto.*) Itaque ordo ſic conſtituendus: ויהי בשנת הרביעית ממלכת צדקיה בשנה ההיא בחדש החמישי, quem ordinem ſequimur in Verſione, quam vide.

6. ויאמר ירמיה... אמן, *& dixit Jeremias... amen.* Optat Jeremias hæc evenire, quæ Hananias prædixit; non negat eventura, quia partem quandam evenerunt; nempe reducta ſunt vaſa tantùm argentea, ut videre licet *Baruch, cap. 1. v. 8.* neque poſt annos duos, ſed poſt id tempus, quod inſumpſit Saraias à rege miſſus, ut iret Babylonem, atque inde regrederetur. Itaque ut oſtendat Jeremias, temerè vaticinari Hananiam, prædicit eum hoc eodem anno moriturum; quo mortuo, planum erit, Jeremiæ potiùs, quàm Hananiæ credendum fuiſſe.

8. למלחמה ולרעה ולדבר, *ad bellum, ad malum, ad peſtilentiam.* Aſſentimur Caſtalioni ſic obſervanti: » Conſidera, num pro רעה, ſit legendum רעב, hoc eſt, famem. « Quippe hæc tria, *bellum, famem, peſtilentiam*, ſimul memorat Jeremias cap. ſeq. v. 17. & aliis in locis; nec rectè *malum*, generatim dictum, interſeritur bellum inter & peſtilentiam, mala ſpeciatim dicta. Lego הרעב, in Codice Reg. 29. & ita ſcriptum fuerat manu priori in Codice Orat. 53.

13. מוטת עץ, *jugum ligneum.* Lege מטות, *juga.* Numerum plur. poſtulat תחתיהן, *pro illis.* Quippe in jugo eo uno, quod fregerat Hananias, cætera juga ſignificabantur, quæ erant ſubeunda regibus vicinis.

14. ועבדהו: Lege, ועבדוהו, *& ſervient ei.* Ita Codex Reg. 29.

CAPUT XXIX.

Jeremias per litteras hortatur captivos, ut Babylone tranquillè vivant, polliceturque eos poſt annos 70. reverſuros. Prædicit falſos prophetas Achab & Semaiam à rege Babylonis interfectum iri. Semaiam, qui Babylone ſcripſerat ad Sacerdotes, ne paterentur Jeremiam vaticinari, prænuntiat fore abſque liberis.

1. Hæc ſunt autem verba epiſtolæ,
quam miſit Jeremias propheta de Je-
ruſalem ad tranſmigrationis præci-
puos ſenes, ad ſacerdotes & ad prophe-
tas, omnemque populum, quem ab-
duxerat Nabuchodonoſor ex Jeruſa-
lem Babylonem; 2. Poſtquàm exie-
rant de Jeruſalem Jechonias rex &
regina, Eunuchi & principes Juda
& Jeruſalem, fabrique ac artifices;
3. Per manum Elaſa, filii Saphan,
& Gamariæ, filii Helciæ, quos Se-
decias, rex Juda, miſit ad Nabucho-
donoſor, regem Babylonis, Baby-
lonem; cujus epiſtolæ verba hæc erant:
4. Hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Iſrael, omnibus captivis, quos
de Jeruſalem deportavi Babylonem.
5. Ædificate domos, & habitate;
plantate hortos, atque eorum edite
fructus. 6. Ducite uxores, & pro-
create filios & filias; ſumite filiis veſ-
tris uxores; tradite viris filias veſ-
tras, ut filios filiaſque pariant, ut ibi
multiplicemini, nec numerus veſter
minuatur. 7. Quærite pacem civitatis
ejus, in quam vos abduxi, & orate
Dominum pro eâ; nam quandiù pa-
cata erit, pax erit vobis. 8. Hæc
enim dicit Dominus exercituum,
Deus Iſrael; ne illudant vobis pro-

1. ואלה דברי הספר אשר שלח
ירמיה הנביא מירושלם אל יתר זקני
הגולה ואל הכהנים ואל הנביאים
ואל כל העם אשר הגלה נבוכדנאצר
מירושלם בבלה : 2. אחרי צאת
יכניה המלך והגבירה והסריסים
שרי יהודה וירושלם והחרש והמסגר
מירושלם : 3. ביד אלעשה בן
שפן וגמריה בן חלקיה אשר שלח
צדקיה מלך יהודה אל נבוכדנאצר
מלך בבל בבלה לאמר : 4. כה
אמר יהוה צבאות אלהי ישראל לכל
הגולה אשר הגליתי מירושלם
בבלה : 5. בנו בתים ושבו ·
ונטעו גנות ואכלו את פרין : 6.
קחו נשים והולידו בנים ובנות ·
וקחו לבניכם נשים ואת בנותיכם
תנו לאנשים ותלדנה בנים ובנות ·
ורבו שם ואל תמעטו : 7. ודרשו
את שלום העיר אשר הגליתי אתכם
שמה · והתפללו בעדה אל יהוה ·
כי בשלומה יהיה לכם שלום : 8.
כי כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · אל ישיאו לכם נביאיכם
אשר בקרבכם וקסמיכם · ואל
תשמעו אל חלמתיכם אשר אתם
מחלמים : 9. כי בשקר הם נבאים
לכם בשמי · לא שלחתים · נאם
יהוה : 10. כי כה אמר יהוה · כי
לפי מלאת לבבל שבעים שנה
אפקד אתכם · והקמתי עליכם את

phetæ illi veſtri, qui apud vos ſunt;
ne-ve harioli veſtri: nolite credere
ſomniis iſtis, quæ apud vos ſomnian-
tur. 9. *Nomine enim meo vobis falsè*
vaticinantur, nec miſi eos, dicit Do-
minus. (16.) *Hæc enim dicit Domi-*
nus regi, qui ſedet in ſolio David,
& cuncto populo, qui hanc urbem ha-
bitant, fratribus veſtris, qui abducti
non ſunt vobiſcum captivi: 17. *Hæc*
igitur dicit Dominus exercituum;
ego in eos mox immiſſurus ſum &
gladium & famem & peſtilentiam;
ego etiam facturus, ut ſimiles fiant
ficis peſſimis, quæ, adeò malæ ſunt,
edi non poſſunt. 18. *Ego eos perſe-*
quar gladio & fame ac peſtilentiâ;
faciam ut per omnia regna terræ jac-
tentur; ut ſint exſecrationi & ſtupori
& ſibilo & opprobrio apud omnes
gentes, in quas ego eos ſum expul-
ſurus; 19. *Propterea quòd verba mea*
non audierunt, dicit Dominus, cùm
miſi ad eos ſervos meos prophetas,
quos mittere non intermiſi, nec eos
tamen audiiſtis, dicit Dominus.
(10.) *Sed enim hæc dicit Dominus:*
Poſtquàm Babyloni expleti fuerint
anni ſeptuaginta, ego adero vobis,
& promiſſionem vobis factam firma-
bo, ut ego in hunc vos locum redu-
cam. 11. *Neque enim oblitus ſum*
conſilia, quæ cepi de vobis, dicit
Dominus; conſilia pacis, non afflic-
tionis, ut ad noviſſimam ſpem ego
vos reducam. 12. *Vos me invoca-*
bitis, venietiſque ad me ſupplices,
& ego exaudiam vos. 13. *Quæretis*
me, & invenietis, quia me toto corde
veſtro quæſieritis. 14. *Et quia me*
invenietis, dicit Dominus, ego re-
ducam captivos veſtros, & colligam
vos de cunctis gentibus omnibuſque
locis, quò ego vos pepulerim, dicit

דברי הטוב להשיב אתכם אל
המקום הזה ׃ 11. כי אנכי ידעתי
את המחשבת אשר אנכי חשב
עליכם ׀ נאם יהוה ׀ מחשבות שלום
ולא לרעה ׀ לתת לכם אחרית
ותקוה ׃ 12. וקראתם אתי והלכתם
והתפללתם אלי ׀ ושמעתי אליכם ׃
13. ובקשתם אתי ומצאתם ׀ כי
תדרשני בכל לבבכם ׃ 14.
ונמצאתי לכם ׀ נאם יהוה ׀ ושבתי
את שביתכם ׀ וקבצתי אתכם מכל
הגוים ומכל המקומות אשר הדחתי
אתכם שם ׀ נאם יהוה ׀ והשבתי
אתכם אל המקום אשר הגליתי
אתכם משם ׃ 15. כי אמרתם ׀
הקים לנו יהוה נבאים בבלה ׃ 16.
כי כה אמר יהוה אל המלך היושב
אל כסא דוד ואל כל העם היושב
בעיר הזאת ׀ אחיכם אשר לא יצאו
אתכם בגולה ׃ 17. כה אמר
יהוה צבאות ׀ הנני משלח בם את
החרב את הרעב ואת הדבר ׀ ונתתי
אותם כתאנים השערים אשר לא
תאכלנה מרע ׃ 18. ורדפתי
אחריהם בחרב ברעב ובדבר ׀
ונתתים לזועה לכל ממלכות הארץ
לאלה ולשמה ולשרקה ולחרפה
בכל הגוים אשר הדחתים שם ׃
19. תחת אשר לא שמעו אל
דברי ׀ נאם יהוה ׀ אשר שלחתי
אליהם את עבדי הנביאים השכם
ושלח ׀ ולא שמעתם ׀ נאם יהוה ׃
20. ואתם שמעו דבר יהוה כל
הגולה אשר שלחתי מירושלם בבלה
21. כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל אל אחאב בן קוליה ואל
צדקיהו בן מעשיה הנבאים לכם
בשמי שקר ׀ הנני נתן אתם ביד
נבוכדראצר מלך בבל והכם
לעיניכם ׃ 22. ולקח מהם קללה
לכל גלות יהודה אשר בבבל לאמר ׀
ישמך יהוה כצדקיהו וכאחב אשר
קלם מלך בבל באש ׃ 23. יען
אשר עשו נבלה בישראל ׀ וינאפו
את

Dominus, voſque eundem in locum,
unde abduxeram vos, reducam.
(20.) Vos verò audite verbum Do-
mini, captivi omnes, quos emiſi de
Jeruſalem Babylonem. (15.) Quòd
enim ſic loquimini; ſuſcitavit nobis
Dominus in Babylone prophetas;
(21.) Hæc dicit Dominus exerci-
tuum, Deus Iſrael, ad Achab filium
Coliæ, & ad Sedeciam filium Maa-
ſiæ, qui vobis, meo nomine, falsè
vaticinantur: ego eos traditurus ſum
Nabuchodonoſor, regi Babylonis,
qui eos interficiet ante oculos veſtros.
22. Aſſumeturque de illis maledictio
apud omnes captivos Juda, qui
Babylone verſantur, cùm dicetur:
faciat te Dominus ſimilem Sedeciæ
& Achab, quos rex Babylonis igne
combuſſit; 23, Propterea quòd in
Iſrael ſcelus patrant, & cum uxoribus
proximorum ſuorum mœchantur, &
meo nomine falſa prædicunt, quod ego
eis non mandavi. Ego enim hæc novi
& teſtis ſum, dicit Dominus. 24. Ad
Semeiam autem Nehelamitam, hæc
dices: 25. Hæc dicit Dominus exer-
cituum, Deus Iſrael: quoniam tu,
tuo nomine, litteras miſiſti ad omnem
populum, qui eſt in Jeruſalem, & ad
Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdo-
tem, & ad omnes ſacerdotes, hæc di-
cens: 26. Dominus te, pro ſacerdote Joiadâ, conſtituit ſacerdotem, ut im-
perium habeas in domo Domini, adverſus omnem hominem, qui inſanit &
venditat ſe ut prophetam, ut tu eum in carcerem mittas & in compedes.
27. Quare igitur non coerces Jeremiam Anathothiten, qui venditat ſe apud
vos, ut prophetam? 28. Nempe ille ad nos miſit Babylonem, hæc dicens:
iſta diuturna erunt; ædificate domos & habitate; plantate hortos, & eorum
edite fructus. 29. Has autem litteras Sophonias ſacerdos legerat, audiente
Jeremiâ prophetâ. 30. Quapropter fuit ad Jeremiam verbum Domini, hæc
mandantis: 31. Scribe ad omnes captivos hiſce verbis: hæc dicit Dominus ad
Semeiam Nehelamitam; quia vobis vaticinatur Semeias, quanquam non
miſi eum, facitque ut mendacio confidatis; 32. Propterea hæc dicit Domi-
nus: Ego adero brevi Semeiæ Nehelamitæ ac ſemini ejus. Ille neminem ha-

את נשי רעיהם · וידברו דבר בשמי
שקר אשר לא צויתים · ואנכי הוידע
ועד · נאם יהוה : 24. ואל
שמעיהו הנחלמי תאמר לאמר :
25. כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל לאמר · יען אשר אתה
שלחת בשמכה ספרים אל כל העם
אשר בירושלם ואל צפניה בן
מעשיה הכהן ואל כל הכהנים
לאמר : 26. יהוה נתנך כהן תחת
יהוידע הכהן להיות פקדים בית
יהוה לכל איש משגע ומתנבא ·
ונתתה אתו אל המהפכת ואל
הצינק : 27. ועתה למה לא גערת
בירמיהו הענתתי המתנבא לכם :
28. כי על כן שלח אלינו בבל
לאמר · ארכה היא · בנו בתים ושבו ·
ונטעו גנות ואכלו את פריהן : 29.
ויקרא צפניה הכהן את הספר הזה
באזני ירמיהו הנביא : 30. ויהי
דבר יהוה אל ירמיהו לאמר : 31.
שלח על כל הגולה לאמר · כה
אמר יהוה אל שמעיה הנחלמי · יען
אשר נבא לכם שמעיה · ואני לא
שלחתיו · ויבטח אתכם על שקר :
32. לכן כה אמר יהוה · הנני
פקד על שמעיה הנחלמי ועל זרעו ·
לא יהיה לו איש ישב בתוך העם
הזה · ולא יראה בטוב אשר אני
עשה לעמי · נאם יהוה · כי סרה
דבר על יהוה :

bebit superstitem apud istum populum, nec verò etiam bona hæc videbit, quæ ego facturus sum populo meo, dicit Dominus, quia contra Dominum nequiter locutus est.

---

1. אל יתר זקני הגולה: Ferè omnes interpretantur אל יתר, *ad reliquos*, vel *ad reliquias* (*seniorum captivitatis.*) Tamen non dictum est anteà de aliis senibus, quorum isti *reliquiæ* essent. Itaque non bonus, hoc quidem loco, significatus *reliquiæ*. Nos sequimur, interpretando, significatum *excellens*, *præcipuus*, aptum ad sententiam.

2. והסריסים, *& Eunuchi*. Licet etiam convertere, *cubiculi custodes*, quales erant Eunuchi apud reges Orientales. Sed non malè Vulgatus, *Eunuchi*, de eo tempore dictum, cùm reges Juda ferè Asiatico more vivebant, pluresque sæpe habebant, seu uxores, seu concubinas.

7. ודרשו את שלום העיר, *& quærite pacem civitatis*, (*ad quam transmigrare vos feci.*) Hoc est, nolite, ut anteà, exercere odia in Babylonios victores; nam futurum est, ut diù apud ipsos maneatis, atque adeò vestrâ interest, ne eorum adversùm vos odia concitetis. Intererat etiam captivorum Judæorum, tranquillum esse regnum Babylonis; quia tunc pars erant Babylonicæ gentis, atque adeò salus Babylonici Imperii conjuncta erat cum salute Judæorum. His Jeremiæ mandatis obsecuti sunt captivi Judæi, & quia Babylonicum jugum non ampliùs detrectârunt, eos Chaldæi tractavêre humaniter, & ut colonos habuêre, non ut servos.

10. כי כה אמר יהוה, *hæc enim dicit Dominus*. Hoc versu 10. incipit perturbatio ordinis; ex quâ perturbatione fortasse accidit, ut Græci Intt. omitterent versus 16. 17. 18. 19. & 20. Ordinis, qui nunc habetur, hæc sunt vitia. Vaticinatur Jeremias versibus 10. 11. 12. 13. & 14. futurum, ut Judæi captivi Dominum toto corde requirant, ipsumque inveniant, & post annos 70. in patriam suam revertantur. Deinde versu 15. commemorat id, quod dicunt Judæi captivi, Dominum dedisse sibi etiam Babylone prophetas. Posteà versibus 16. 17. 18. & 19. nihil ad hoc respondens, prænuntiat fore, ut fame ac bello ac pestilentiâ pereant Judæi, qui relicti sunt in Jerusalem; denique versu 20. alloquitur Judæos, qui Babylonem demigrârunt. Quàm perturbata hæc sint, videt quisquis attentè legit. Nimirùm verus ordo est, ut post versus 8. & 9. in quibus hortatur Jeremias captivos Judæos, ne credant prophetis suis, qui Babylone vaticinantur ipsos brevi excussuros jugum Chaldæorum, subdat; non modò ipsos non brevi redituros, sed illos etiam qui Jerusalem manserunt, perituros, & opprobrio fore apud omnes gentes; utque adeò post versus 8. & 9. sequantur versus 16. 17. 18. & 19. Deinde ut post denuntiationem futuræ captivitatis, veniant promissiones de reditu in patriam, deque Deo quærendo & inveniendo; ut igitur post versum 19. sequantur versus 10. 11. 12. 13. & 14. Denique ut versu 20. Jeremias convertat sermonem ad captivos Judæos, quos alloquitur usque ad finem capitis, & ut memorans id, quod dicunt, (v. 15.) Dominum suscitasse in Babylone prophetas, prænuntiet eorumdem interitum prophetarum; utque adeò versum 14. excipiat versus 20. tum versus 15. denique versus 21. & eos qui sequuntur. Hanc ultimam partem ordinis ejus, quem revocamus, tenuêre Græci Intt. in quibus versus 21. proximè sequitur versum 15. Atque eos in eâ re jure laudat Lud. Cappellus in Notis Criticis ad hunc locum; nam manifesta est, inquit, connexio versûs 15. cum 21. Laus verò præcipua nostri hujus suprà-dicti ordinis hæc est, quòd in eo servando, nihil tollitur Sacrorum verborum. Vide, & confer nostram versionem cum ipso Contextu.

11. מחשבות שלום ולא לרעה, *consilia pacis, & non ad malum*. Lege רעה, *mali*, vel *afflictionis*, sublato ל, quod perperam iteratum fuit ex ולא, quod antecessit, ut id parallelum sit cum שלום, sine ל scripto. Ita Græci Intt. *καὶ οὐ κακὰ*, *& non mala*.

13. תדרשני, *quæres me*. Lege תדרשוני, *quæretis me*. Grammaticæ nulla lex est, quamobrem abesse debeat ו, nota numeri pluralis.

14. שביתכם, *captivitatem vestram*. Masora שבותכם, & ita Codex Reg. 29.

18. לזועה, *ad jactationem*. Masora, לזעוה, ut solet emendare, ex formâ consuetâ, in quâ ו, penultimo loco positum, vocem indicat Passivam.

22. וכאחב: Legitur superiori versu אחאב, *Achab*, cum duobus א, quorum ultimum fuerit hìc omissum, quia in pronunciando erat mutum; itaque circulo superno animadvertunt Codices.

23. הוידע: Rectè Masora הידע, *noscens*. Hoc verbum alio atque alio modo scriptum fuit in Codicibus; quâ ex varietate natum fuit mendum הוידע.

25. בשמכה, *nomine tuo*. Potiùs בשמך. Circulus castigat illud ה superfluum in Codicibus ferè toties, quoties fuit scriptum.

CAPUT XXX.

Jubet Deus, ut Jeremias ſcribat in Libro ea, quæ ipsì mandavit ut loqueretur; vaticinatur fore ut tum, cùm vultus exalbeſcent, adſit Iſraeli ſalus, ut jugum excutiat inimicorum, & ut oriatur ex Iſrael Dominator, qui ad Deum proximè accedet.

1. *Hoc fuit ad Jeremiam verbum*
Domini, qui hæc ei locutus eſt.
2. *Hæc dicit Dominus Deus Iſ-*
rael: cura ut ſcribas in libro uni-
verſâ verba hæc, quæ ego tecum lo-
cutus ſum. 3. *Ecce enim veniunt*
dies, dicit Dominus, cùm reducam
captivitatem populi mei Iſrael &
Juda, dicit Dominus; cùm redu-
cam eos in terram, quam patribus
ipſorum dedi, ut eam poſſiderent.
4. *Hæc ſunt enim verba, quæ loqui-*
tur Dominus ad Iſrael & ad Judam.
5. *Quippe hæc dicit Dominus: au-*
divimus vocem formidinis; adſunt
terrores, pax longè abeſt. 6. *Sciſci-*
tamini nunc, & conſiderate an pa-
riant mares. Quare igitur omnes
viros video manibus ad latera com-
preſſis, ſic tanquam parturientem;
quare omnes vultus in pallorem verſi
ſunt? 7. *Heu! qualis & quanta fu-*
tura eſt dies illa, cujus ſimilis non
fuit. Hoc tempus erit calamitoſum
Jacob; ſed ex eo liberabitur. 8. *Ego*
enim in die illâ, dicit Dominus exer-
cituum, jugum frangam de collo
ejus, & vincula ejus diſſolvam, ne-
que eum alieni ampliùs in ſervitute
detinebunt. 9. *Nimirùm ſervient Do-*
mino, Deo ſuo, Davidque ipſorum
regi, quem eis ſuſcitabo. 10. *Tu*
igitur noli timere, ſerve meus Jacob;

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה לאמר : 2. כה אמר
יהוה אלהי ישראל לאמר · כתב לך
את כל הדברים אשר דברתי אליך
אל ספר : 3. כי הנה ימים באים ·
נאם יהוה · ושבתי את שבות עמי
ישראל ויהודה · אמר יהוה · והשבתים
אל הארץ אשר נתתי לאבתם
וירשוה : 4. ואלה הדברים אשר
דבר יהוה אל ישראל ואל יהודה :
5. כי כה אמר יהוה · קול חרדה
שמענו · פחד ואין שלום : 6. שאלו
נא וראו אם ילד זכר · מדוע ראיתי
כל גבר ידיו על חלציו כיולדה ·
ונהפכו כל פנים לירקון : 7. הוי
כי גדול היום ההוא מאין כמהו ·
ועת צרה היא ליעקב וממנה יושע :
8. והיה ביום ההוא · נאם יהוה
צבאות · אשבר עלו מעל צוארך
ומוסרותיך אנתק · ולא יעבדו בו
עוד זרים : 9. ועבדו את יהוה
אלהיהם ואת דוד מלכם אשר אקים
להם : 10. ואתה אל תירא עבדי
יעקב · נאם יהוה · ואל תחת ישראל
כי הנני מושיעך מרחוק ואת זרעך
מארץ שבים · ושב יעקב ושקט
ושאנן · ואין מחריד : 11. כי אתך
אני · נאם יהוה · להושיעך · כי
אעשה כלה בכל הגוים אשר
הפיצותיך שם · אך אתך לא אעשה
כלה · ויסרתיך למשפט ונקה לא
אנקך : 12. כי כה אמר יהוה ·
אנוש לשברך · נחלה מכתך : 13.

dicit Dominus; noli, Iſrael, terreri:
nam liberaturus ſum te de terrâ lon-
ginquâ, ſemen tuum de regione cap-
tivorum; revertetur Jacob, tranquil-
lus erit ac ſecurus, nec erit, qui ei
faciat timorem. 11. *Ego enim tecum*
ſum, dicit Dominus, ut liberem te;
neque ego te, ut cæteras gentes in quas
te diſſipavi, penitus delebo, ſed caſ-
tigabo in judicio, nec ſcelus impuni-
tum dimittam 12. *Hæc enim dicit*
Dominus; lethalis plaga tua, vulnus
tuum plenum doloris. 13. *Nemo*
adeſt, qui ſuſcipiat cauſam tuam,
ut tibi auxilietur; nemo, qui tibi affe-
rat ſanitatem. 14. *Omnes, qui te*
diligebant, tui obliti ſunt, nec jam
te curant; nam te percuſſi hoſtiliter;
te caſtigavi duriter, quoniam tua
crevit iniquitas, & peccata tua multa
facta ſunt. 15. *Quorſum tu in tuo*
vulnere vociferaris? Lethalis eſt pla-
ga tua; ego hæc feci tibi, quoniam
tua crevit iniquitas, & peccata tua
multa facta ſunt. 16. *Sed enim qui-*
cunque te abſumunt, abſumentur;
omnes inimici tui captivi demigra-
bunt; qui te prædæ habuerint, prædæ
habebuntur; faciam enim ut, qui te
diripuerint, diripiantur. 17. *Quippe*
ego tibi allaturus ſum ſanitatem, dicit
Dominus, & vulnera tua ſanaturus;
quanquam te, Sion repulſam nominant, & eam, quam nemo curat. 18. *Hæc*
dicit Dominus: ego tentoria Jacob captiva ſum reducturus; ego tabernacula
ejus miſerturus; ædificabitur ſuo in tumulo civitas; arx, ut anteà ſolebat, habi-
tabitur. 19. *Exibuntque de illis laudes & voces lætantium; nam ego eos ſic auge-*
bo, ut non decreſcant; ſic amplificabo, ut non humiles evadant. 20. *Erunt filii*
ejus, ut olim fuerunt; cœtus eorum coram me non deficiet, & ulciſcar omnes,
qui eos opprimebant. 21. *Orietur ex eo princeps ejus; Dominator ejus de*
medio ipſius exibit. Ego eum propè adducam, ut ad me accedat; quis enim
habebit in corde ſuo confidentiam tantam, ut ad me accedat, dicit Dominus.
22. *Vos autem populus meus eritis, & ego Deus veſter.* 23. *En eruptura eſt*
tempeſtas à Domino irato; en procella glomerabitur, imminebitque in caput
impiorum. 24. *Non reſidebit ira Domini, donec egerit perfeceritque cordis*
ſui

אין דן דינך למזור · רפאות תעלה
אין לך : 14. כל מאהביך שכחוך ·
אותך לא ידרשו · כי מכת אויב
הכיתיך מוסר אכזרי · על רב עונך
עצמו חטאתיך : 15. מה תזעק
על שברך · אנוש מכאבך · על רב
עונך עצמו חטאתיך עשיתי אלה
לך : 16. לכן כל אכליך יאכלו ·
וכל צריך כלם בשבי ילכו · והיו
שאסיך למשסה · וכל בזזיך אתן
לבז : 17. כי אעלה ארכה לך
וממכותיך ארפאך · נאם יהוה · כי
נדחה קראו לך · ציון היא דרש אין
לה : 18. כה אמר יהוה · הנני שב
שבות אהלי יעקוב ומשכנותיו
ארחם · ונבנתה עיר על תלה · וארמון
על משפטו ישב : 19. ויצא מהם
תודה וקול משחקים · והרבתים ולא
ימעטו · והכבדתים ולא יצערו :
20. והיו בניו כקדם · ועדתו לפני
תכון · ופקדתי על כל לחציו : 21.
והיה אדירו ממנו · ומשלו מקרבו
יצא · והקרבתיו ונגש אלי · כי מי
הוא זה ערב את לבו לגשת אלי ·
נאם יהוה : 22. והייתם לי לעם ·
ואנכי אהיה לכם לאלהים : 23.
הנה סערת יהוה חמה יצאה · סער
מתגורר על ראש רשעים יחול :
24. לא ישוב חרון אף יהוה עד
עשתו ועד הקימו מזמות לבו ·
באחרית הימים תתבוננו בה :

ſui cogitata. Vos verò, poſteris diebus, hæc tandem reputabitis & intelligetis.

---

2. אשר דברתי אליך, *quæ ego tecum locutus ſum.* Jubetur Jeremias ſcribere in Libro hæc, quæ de reditu Judæorum prænuntiantur, & quæ eis adjunguntur de Dominatore venturo, ne, quoniam hæc ſpectabant tempora remotiora, memoria eorum oblivione deleretur, & ut Judæi promiſſa hæc apud ſe, tanquam pignora, ſervarent. Licebat per ipſa verba ſic interpretari; *ſcribe... quæcunque locutus fuerim*, vel *fuero*, non item per ſeriem orationis. Nam liquet ex ſequentibus rebus, juberi Jeremiam hæc ſcribere, quæ mox prædicuntur, non autem omnia, quæ Jeremiæ Deus hactenus prænuntiârat.

7. הוי כי גדול היום ההוא, *heu, quia magnus dies ille.* Grotius accipit יום de tempore toto exſilii Babylonici; ſed cùm ſequatur verſu 8. *in die illâ rumpam jugum*, ſole clarius eſt, tempus notari cladis Chaldæorum, quod idem tempus fuit liberationis Judæorum. Tangit etiam verſus 7. Chaldæos, quorum *vultus in pallorem verſi ſunt*, cùm audierunt, Medos & Perſas per alveum Euphratis irrupiſſe in urbem. Pertinere ad Judæos videbatur clades Chaldæorum, apud quos verſabantur; propterea dies Chaldæorum dicitur עת צרה ליעקב, *tempus tribulationis Jacob.* Sed continenter ſubditur, וממנה יושע, *& ex eo liberabitur*, ut notetur Judæorum anguſtias finem brevi habituras. Quanquam dubitamus an, pro צרה, *anguſtiæ*, legendum ſit רצה, vel רצון, *placabilitatis*, ut poſterius membrum totum pertineat ad liberationem Judæorum, quomodò prius pertinet ad cladem Chaldæorum. Certè inſolitum videtur, ut ad ſubſequentem ſententiam præparet ultima tantùm pars membri poſterioris, non totum membrum, nec minùs inſolitum eſt, ut in ultimo inciſo tranſeat oratio à ſententiâ ad ſententiam contrariam.

8. אשבר עלו מעל צוארך, *frangam jugum ejus de collo tuo.* Mendum aperit ſe ſe in diſcordiâ perſonarum. Nempe עלו, *jugum ejus*, dicitur de jugo *Jacob*, qui anteà nominatus eſt, non de Chaldæi, qui *Chaldæus* non comparet in ante-dictis; itaque legendum צוארו, *collo ejus*, quomodò Græci Intt. τραχήλου αὐτῶν, cum Affixo perſonæ tertiæ. Id etiam liquet ex Affixo בו, quod ſequitur, in eâdem tertiâ perſonâ, & eſſe legendum, non מוסרותיך, *vincula tua*, ſed מוסרותיו, *vincula ejus*, ut Græci Intt. δεσμοὺς αὐτῶν, *vincula eorum*, perſonâ item tertiâ.

9. ועבדו... את דוד מלכם, *& ſervient... Davidi, regi ſuo.* » Id eſt, (inquit Grotius,) Zoro» babeli, de quo & ſupra XXIII. 5. Is David vocatur & hîc & Ezech. XXXIV. 23. & » XXXVII. 24. Nimirùm ſicut à Ptolemæo orti *Ptolemæi*, à Cæſare *Cæſares.* « Diximus ſupra ad cap. 23. cur *germen* ſit, non de Zorobabele, ſed de Meſſiâ intelligendum; inquiremus ad Ezechielem, utrùm דוד, *David*, liceat interpretari de Zorobabele. Sed rectè obſervat Edm. Calmet nunquam regnaſſe apud Judæos Zorobabelem, nec verò, quanquam ſine nomine regis, exercuiſſe regiam poteſtatem. Hoc tantùm docent Monumenta Sacra, ducem fuiſſe Zorobabelem reditûs Judæorum, & compoſuiſſe res & Reipublicæ & Religionis, non unum, tanquam regem, ſed ſimul cum principibus familiarum, & cum Joſue Sacerdote: vide Eſdræ cap. 4. Quòd ſi Zorobabel ſic vocabatur *David*, ut à Cæſare *Cæſares*, ergò plures hîc notarentur *Davides*, non unus *David*; nam multis aliis principibus, poſt Zorobabelem, Judæi ſervierunt. Profectò mirum eſt, hoc non vidiſſe Grotium, tangique hîc regem unum perpetuò regnaturum, non plures, quomodò tangitur unus *Deus*, cui Judæi ſint ſervituri.

12. אנוש לשברך, *lethalis eſt plaga tua.* Nempe legendum השברך, in nominandi caſu; ita legunt omnes Veteres, & ita deinde מכתך, *vulnus tuum*, ejuſdem caſûs.

13. אין דן דינך למזור, *non eſt, qui judicet judicium tuum ad alligandum.* Ita Vulgatus, ſed ſolus; quippe non bona eſt ſocietas *judicii* cum *alligamento.* Syrus, דנעדרכי, *qui te adjuvet;* legit לעזרך, *ad ferendam tibi opem*, quam ſcripturam ſequimur. ...רפאות תעלה אין לך: Arias, *medicinæ curationis non tibi*, ſignificatu nominis תעלה incerto, ne dicam falſo. Nam רפאות habet ipſam *curationem*, vel *ſanationem.* Sed eum ſignificatum, divinando, ponunt Recentiores. Chaldæus, qui legit תעלה, vel מעלה, habuit id, ut verbum, non ut nomen; quippe interpretatur, סליקת, *exorta eſt.* Infrà v. 17. legitur כי אעלה ארכה לך, *nam afferam ſanitatem tibi*, & cap. 33. v. 6. הנני מעלה... מרפא, *ecce ego afferens... curationem.* Itaque convenit מעלה, *afferens*, רפאות, *ſanitatem;* ſic legere videtur Syrus, qui ונאסיכי, *tibique medeatur.* Non convenit *utilitas*, quod Vulgatus mutuatur ex Græcis, tanquam ex radice יעל; tum quia *utilitas* inutilis eſt, hoc quidem loco, tum quia non ritè ex יעל formatur תעלה.

16. שאסיך, *qui te prædæ habent.* Rectè Maſora שסיך, ex שסה; quidam Codices ad marginem habent litteram ל, quâ ſignificatur, verbum non alibi ſic reperiri.

18. יעקוב, *Jacob.* Maſora, מלא ו, *abundat* ו, quia id inſuetum videbatur, ut potè mendoſum. Codex Orat. 42. יעקב, ſine ו; nec non Regius 3. ſed manu priori.

21. מי... ערב את לבו, *quis... miſcebit cor ſuum;* idem, atque, *quis audebit*, quod nos Gallicè diceremus, *qui oſera, qui s'ingérera?* Quibus verbis apertè declaratur, neminem poſſe ad Deum accedere, ſine eo Mediatore, qui hoc loco deſignatur, in duobus nominibus אדיר, *princeps*, & משל, *dominator.*

23. חמה: Legendum בחמה, *in irâ*, ut monuimus ad cap. 23. v. 19. Ii duo ultimi verſus totidem verbis habentur, cap. 23. vv. 19. & 20.

CAPUT XXXI.

Invenit gratiam in Deſerto populus ex gladio ſuperſtes; Iſrael revertetur, implebitur pinguedine anima ſacerdotum. Vox Rachel plorantis filios ſuos. Faciam fœdus cum Iſrael & cum Juda; ſcribam legem meam in cordibus eorum; tandiu Iſrael erit gens, quandiu ſol & luna lucebunt.

1. *In illo tempore, dicit Domi-*
nus, ego ero Deus univerſis familiis
Iſrael, illæ autem erunt populus
meus. 2. *Hæc dicit Dominus: repe-*
rit gratiam in Deſerto populus, qui
de gladio relictus eſt; Iſrael viam in-
greditur ad requiem ſuam. 3. *Do-*
minus ei de longinquo apparuit. Ego
te charitate perpetuâ dilexi, prop-
tereà porrexi tibi benevolentiam.
4. *Ego te adhuc ædificabo, ut inſtau-*
reris, virgo Iſrael; adhuc ornabere
tympanis tuis, & egrediere in lu-
dentium choris. 5. *Adhuc plantabis*
in monte Samariæ vineas, & quas
plantationes fecerint, eas vindemia-
bunt. 6. *Erit enim dies, cùm cuſto-*
des in monte Ephraim clamabunt;
ſurgite, aſcendamus in Sion, ad
Dominum Deum noſtrum. 7. *Hæc*
enim dicit Dominus: canite in Ja-
cob, eſte hilares, & clamate in ſum-
mis montibus; auditas facite lauda-
tiones, & dicite: liberavit Dominus
populum ſuum, Iſrael reliquias.
8. *Ego eos reducturus ſum de terrâ*
aquilonis, terræque de finibus con-
gregaturus; atque huc cæci & claudi,
ſimul prægnantes & puerperæ magno
numero revertentur. 9. *In fletu vene-*
rant, in conſolatione reducam eos;
ducam illos, ſecus lapſus aquarum,

1. בעת ההיא · נאם יהוה · אהיה
לאלהים לכל משפחות ישראל ·
והמה יהיו לי לעם : 2. כה אמר
יהוה · מצא חן במדבר עם שרידי
חרב · הלוך להרגיעו ישראל : 3.
מרחוק יהוה נראה לי · ואהבת
עולם אהבתיך · על כן משכתיך
חסד : 4. עוד אבנך ונבנית
בתולת ישראל · עוד תעדי תפיך
ויצאת במחול משחקים : 5. עוד
תטעי כרמים בהרי שמרון · נטעו
נטעים וחללו : 6. כי יש יום
קראו נצרים בהר אפרים · קומו
ונעלה ציון אל יהוה אלהינו : 7.
כי כה אמר יהוה · רנו ליעקב שמחה
וצהלו בראש הגוים · השמיעו הללו
ואמרו · הושע יהוה את עמך את
שארית ישראל : 8. הנני מביא
אותם מארץ צפון · וקבצתים מירכתי
ארץ · בם עור ופסח הרה וילדת
יחדו · קהל גדול ישובו הנה : 9.
בבכי יבאו ובתחנונים אובילם ·
אוליכם אל נחלי מים בדרך ישר
לא יכשלו בה · כי הייתי לישראל
לאב ואפרים בכרי הוא : 10.
שמעו דבר יהוה גוים והגידו באיים
ממרחק ואמרו · מזרה ישראל
יקבצנו · ושמרו כרעה עדרו : 11.
כי פדה יהוה את יעקב · וגאלו
מיד חזק ממנו : 12. ובאו ורננו
במרום ציון · ונהרו אל טוב יהוה
על דגן ועל תירש ועל יצהר ועל

per viam, in quâ non corruent; ego
enim sum Israeli pater; Ephraim
meus est primogenitus. 10. *Audite,*
gentes, verbum Domini, atque id
nuntiate in insulis remotis; dicite:
qui dissipavit Israel, idem eum con-
gregabit, custodietque eum, velut
pastor gregem suum. 11. *Redimet*
enim Dominus Jacob, & si quis eo
fortior est, de manu ejus ipsum re-
dimet. 12. *Venient, & in editis Sion*
locis mittent voces; confluentque ad
bona Domini, ad frumentum, ad
mustum, ad oleum, ad fœturam gre-
gum & armentorum, eritque anima
ipsorum quasi hortus irriguus, neque
ullam posthac molestiam habebunt.
13. *Tum lætabitur virgo in choreis,*
simul juvenes & senes; nam luctum
eorum vertam in hilaritatem; ego
consolabor eos, & recreabo eos ex
mœroribus ipsorum. 14. *Et implebo*
animam sacerdotum pinguedine, po-
pulusque meus bonis saturabitur, di-
cit Dominus. 15. *Hæc dicit Domi-*
nus: vox in Rama audita est, planc-
tus & fletus amarus Rachel plorantis
filios suos, & nolentis consolari, quia
non sunt. 16. *Hæc dicit Dominus:*
cohibe à fletibus vocem tuam, à la-
crymis oculos tuos; non deerit enim
merces operi tuo, dicit Dominus,
illique de terrâ inimici revertentur.
17. *Spes non deseret posteros tuos,*
dicit Dominus, & regredientur filii
tui ad terminos suos. 18. *Famam au-*
divi Ephraim se se affligentis; tu
me, inquit, castigasti, & quasi in-
domitus juvencus, tandem suscepi
disciplinam; reduc me, Domine,
ut revertar; tu es enim Dominus
Deus meus. 19. *Nam postquàm ego*
aversus sum, resipisco; postquàm in-
telligo, percutio femur meum; eru-

בני צאן ובקר · והיתה נפשם כגן
רוה · ולא יוסיפו לדאבה עוד ׃ 13.
אז תשמח בתולה במחול ובחרים
וזקנים יחדו · והפכתי אבלם לששון ·
ונחמתים ושמחתים מיגונם ׃ 14.
ורויתי נפש הכהנים דשן · ועמי את
טובי ישבעו · נאם יהוה ׃
15. כה אמר יהוה · קול ברמה
נשמע נהי בכי תמרורים · רחל
מבכה על בניה · מאנה להנחם על
בניה כי איננו ׃ 16. כה אמר
יהוה · מנעי קולך מבכי ועיניך
מדמעה · כי יש שכר לפעלתך ·
נאם יהוה · ושבו מארץ אויב ׃ 17.
ויש תקוה לאחריתך · נאם יהוה ·
ושבו בנים לגבולם ׃ 18. שמוע
שמעתי אפרים מתנודד · יסרתני
ואוסר כעגל לא למד · השבני
ואשובה · כי אתה יהוה אלהי ׃ 19.
כי אחרי שובי נחמתי · ואחרי הודעי
ספקתי על ירך · בשתי וגם נכלמתי ·
כי נשאתי חרפת נעורי ׃ 20. הבן
יקיר לי אפרים · אם ילד שעשועים ·
כי מדי דברי בו זכר אזכרנו עוד ·
על כן המו מעי לו · רחם ארחמנו ·
נאם יהוה ׃ 21. הציבי לך צינים ·
שמי לך תמרורים · שתי לבך
למסלה דרך הלכתי · שובי בתולת
ישראל · שבי אל עריך אלה ׃ 22.
עד מתי תתחמקין הבת השובבה ·
כי ברא יהוה חדשה בארץ · נקבה
תסובב גבר ׃
23. כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · עוד יאמרו את הדבר הזה
בארץ יהודה ובעריו בשובי את
שבותם · יברכך יהוה נוה צדק הר
הקדש ׃ 24. וישבו בה יהודה
וכל עריו יחדו אכרים ונסעו בעדר ׃
25. כי הרויתי נפש עיפה · וכל
נפש דאבה מלאתי ׃ 26. על
זאת הקיצתי ואראה · ושנתי ערבה
לי ׃ 27. הנה ימים באים · נאם
יהוה · וזרעתי את בית ישראל ואת
בית יהודה זרע אדם וזרע בהמה ׃

*besco & sentio ignominiam, quoniam
adolescentiæ meæ tuli opprobrium.
20. An filius mihi præcipuus est
Ephraim, an mearum puer delicia-
rum, quòd ego, postquàm contra
eum locutus sum, eum adhuc recor-
dor? Certè commota sunt in eo visce-
ra mea; certè ejus miserebor, dicit
Dominus. 21. Cura ut statuas cip-
pos; erige doloris monumenta; defi-
ge cor tuum in viâ, per quam venisti;
redi, virgo Israel, redi; ascende ad
urbes tuas. 22. Quousque tergiversa-
bere, filia rebellis? Creavit enim
Dominus rem novam in terrâ; mu-
lier ambibit virum. 23. Hæc dicit
Dominus exercituum, Deus Israel:
eveniet adhuc in terrâ Juda & in ur-
bibus ejus, postquàm eorum reduxero
captivos, ut dicatur: benedicat tibi
Dominus, habitatio justitiæ, mons
sanctus; 24. Eandemque habitabit
Juda & cunctas ejus civitates; simul
erunt agricolæ, & qui cum gregibus
proficiscuntur. 25. Quippe ego ine-
briabo animam sitientem; ego ani-
mam fame laborantem exsaturabo.
26. Ego autem evigilavi hæc recogi-
tans, & somno meo delectatus sum.
27. Ecce dies veniunt, dicit Domi-
nus, cùm domum Israel & domum
Juda conseram & semine hominum,
& semine jumentorum. 28. Et quem-
admodùm vigilavi, ut evellerem, ut
destruerem, ut ruerem, perderemque
& affligerem, sic vigilabo, ipsorum
causâ, ut ædificem ac plantem, dicit
Dominus. 29. In diebus illis non ad-
huc dicetur, patres comederunt uvam
acerbam, & filiorum dentes obstu-
puêre. 30. Etenim homo in suâ ip-
sius iniquitate morietur; ejus obstu-
pescent dentes, qui ederit uvam acer-
bam. 31. Ecce dies veniunt, dicit*

28. והיה כאשר שקדתי עליהם
לנתוש ולנתוץ ולהרס ולהאביד
ולהרע · כן אשקד עליהם לבנות
ולנטוע · נאם יהוה : 29. בימים
ההם לא יאמרו עוד · אבות אכלו
בסר ושני בנים תקהינה : 30. כי
אם איש בעונו ימות · כל האדם
האכל הבסר תקהינה שניו : 31.
הנה ימים באים · נאם יהוה · וכרתי
את בית ישראל ואת בית יהודה
ברית חדשה : 32. לא כברית
אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי
בידם להוציאם מארץ מצרים · אשר
המה הפרו את בריתי ואנכי בעלתי
בם · נאם יהוה : 33. כי זאת
הברית אשר אכרת את בית ישראל
אחרי הימים ההם · נאם יהוה · נתתי
את תורתי בקרבם ועל לבם
אכתבנה · והייתי להם לאלהים ·
והמה יהיו לי לעם : 34. ולא
ילמדו עוד איש את רעהו ואיש
את אחיו לאמר · דעו את יהוה · כי
כולם ידעו אותי למקטנם ועד
גדולם · נאם יהוה · כי אסלח לעונם
ולחטאתם לא אזכר עוד : 35. כה
אמר יהוה נתן שמש לאור יומם
חקת ירח וכוכבים לאור לילה · רגע
הים ויהמו גליו · יהוה צבאות שמו :
36. אם ימשו החקים האלה מלפני ·
נאם יהוה · גם זרע ישראל ישבתו
מהיות גוי לפני כל הימים : 37.
כה אמר יהוה · אם ימדו שמים
מלמעלה ויחקרו מוסדי ארץ למטה ·
גם אני אמאס בכל זרע ישראל על
כל אשר עשו · נאם יהוה : 38.
הנה ימים · נאם יהוה · ונבנתה העיר
ליהוה ממגדל חננאל עד שער
הפנה : 39. ויצא עוד קוה המדה
נגדו על גבעת גרב · ונסב געתה :
40. וכל העמק הפגרים והדשן
וכל השרמות עד נחל קדרון עד
פנת שער הסוסים מזרחה קדש
ליהוה · לא ינתש ולא יהרס עוד
לעולם :

Dominus,

*Dominus, cùm ego cum domo Iſrael & cum domo Juda faciam fœdus, fœ-
dus autem novum;* 32. *Nec ſicut id fœdus, quod feci cum patribus ipſorum,
quando eorum manus apprehendi, ut eos Ægypto educerem, quod fœdus ru-
perunt, & ego quoque eos abjeci, dicit Dominus.* 33. *Nam tale erit fœdus,
quod ego poſt eos dies cum domo Iſrael ſum facturus, dicit Dominus. Ego
Legem meam in ipſis deſigam, ſcribamque eam in corde ipſorum, & illi me
habebunt ut Deum ſuum, ego verò eos, ut populum meum.* 34. *Non erit
ampliùs, ut ſuum quiſque proximum doceat, aut frater fratrem, dicens;
cognoſcite Dominum: quippe me omnes, & parvi & magni, cognitum ha-
bebunt, dicit Dominus tum, cùm ego eorum parcam iniquitati, nec peccata
ipſorum adhuc recordabor.* 35. *Hæc dicit is Dominus, qui poſuit ſolem, ut
per diem luceret, lunæque ac ſtellarum ſtatas vices, ut noctem illuminarent,
qui concutit mare, & fluctus ejus mugiunt; Dominus exercituum nomen ejus.*
36. *Si ſtatutæ illæ vices coram me mutari poſſunt, dicit Dominus, deſinet
etiam ſemen Iſrael gens eſſe coram me ſempiterna.* 37. *Hæc dicit Dominus:
ſi altitudinem cœli metiri homines poſſunt, aut terræ ima ſcrutari funda-
menta, tum ego univerſum ſemen Iſrael repudiabo, propter omnia hæc, quæ
patraverint, dicit Dominus.* 38. *Erunt dies, dicit Dominus, cùm civitas
Domino ædificabitur à turri Hananeel, uſque ad portam anguli.* 39. *Linea
autem menſuræ ejus ultrà egredietur, uſque ad collem Gareb, & Goatha
complectetur.* 40. *Eritque Domino ſacra cuncta vallis cadaverum & cine-
rum, & univerſi agri versùs torrentem Cedron, uſque ad angulum portæ equo-
rum orientalis, neque erit adhuc, ut diruatur & deſtruatur.*

---

1. אהיה לאלהים לכל משפחות ישראל, *ero in Deum univerſis familiis Iſrael.* Duo hîc maximè notanda ſunt. 1°. loqui Deum ad *familias Iſrael*, 2°. ad *omnes;* ſic ut dubium non ſit, promiſſiones, quæ ſequuntur, fieri Judæis univerſis, ſeu genti; non autem, nec paucis Judæis, nec univerſis gentibus. Ubi enim ſermo habetur ad omnes gentes, illæ vocantur à Prophetis, *omnes familiæ gentium*, non autem, *omnes familiæ Iſrael*, ut neque, *virgo Iſrael*, quæ denominatio habetur verſu 4. quæque propria eſt Judaicæ genti. Itaque vim verborum deſerit Clarius, ſic exponens: » Omnibus ſcilicet qui referent Iſraelem patrem, ſive Judæi fuerint, ſive gentès: « Idem ſentiendum de nominibus *Jacob & Ephraim*, quæ mox adhibebit Propheta, quæque nullibi notant *gentes.*

2. מצא חן במדבר, *reperit gratiam in Deſerto (populus de gladio relictus.)* Notantur hoc loco primordia ſalutis Judæorum, & agitur illud *Deſertum*, in quo primùm apparuêre Autor *gratiæ*, ejuſque Præcurſor. Erant tum Judæi *populus è gladio relictus*, nimirùm è gladio & Chaldæorum & Romanorum. Tum primùm Judæi viam fecêre ad *quietem ſuam*, poſteriſque eam ſuis munierunt, quibus exemplum fidei reliquerunt. Aliud eſt *populus è gladio relictus;* aliud, *univerſæ familiæ Iſrael.* Ut fuit initium ſalutis in paucis Judæis, ita omnimoda ſalus futura eſt in univerſâ gente. Tangit propheta initium ſalutis, ut præludium ſalutis cumulatioris, quæ futura eſt in reditu Judæorum. Hæc cùm ſic explicantur, non jam laboratur, ut *Deſertum* quid ſit intelligatur. Intelligit Edm. Calmet, regiones eas, ad quas reges Theglatphalaſar & Salmanaſar decem Tribus captivas amandavêre, quas ſumit fuiſſe *deſertas*, quanquam ſine teſte Hiſtoriâ, nec aliam, ut videtur, ob cauſam, quàm ut exponat, quid ſit, hoc loco, *Deſertum.* Sed idem rectè improbat Grotium, qui ſic exponit: » *Invenit gratiam in Deſerto populus.* Repetit Deus vetera be-» neficia, quò magis nova ſperentur. In deſerto proſpexi illis de omnibus neceſſariis... *Qui re-» manſerat à gladio;* qui evaſerat gladium Ægyptiorum. « Nimirùm ſtrinxit gladium Pharao contra populum Iſrael, ſed non eo uſus eſt, & abutitur Grotius verbo שרידי, *qui relicti ſunt*, quod notat eos, qui relicti ſunt, cæteris interfectis. Atqui gladium Pharaonis neminem interfecit de Iſraelitis.

3. מרחוק יהוה נראה לי, *de longinquo Dominus apparuit mihi.* Rectè Caſtalio: » In Hebræo, » pro לי, videtur legendum לו, ut & ſententia oſtendit, & Græcus Interpres legit, qui ὀφθησέται » αὐτῷ. Loquitur enim Deus, non populus. « Quidam ſumunt, loqui populum, & eſſe hoc loco dialogum Dei cum creaturâ, quanquâm dialogi veſtigia nulla hîc apparent. ...מרחוק, *de longinquo*, id eſt, dudum expectatus.

6. קראו נצרים בהר אפרים..., *clamabunt custodes in monte Ephraim*... (*ascendamus ad Sion.*) Hæc intelligit Edm. Calmet de Tribubus ad Samariam reversis, post Babylonis captivitatem. Tamen Tribus illæ, quæ Samariæ regionem habitârunt, non dixerunt, *eamus ad Sion;* imò, usque ad Christi tempora dixêre, *ne eamus ad Sion*, & odia cum Judæis Jerosolymitanis perpetua exercuêre; *non coütuntur Judæi Samaritanis.* Ergò hæc ad alia tempora Judæorum necesse est reservari, cùm fides tollet dissidium Judæorum, qui Samariæ habitationem habituri sunt, cum iis, qui Jerosolymæ.

7. בראש הגוים, *in capite gentium.* Vatablus, *in præcipuâ turbâ gentium;* Castalio, *editissimo loco;* Grotius, *in conspectu gentium omnium.* Omnes operam ludunt, dum apertum mendum volunt interpretari. Non legebat Chaldæus, הגוים; nam convertit, בריש גלי, *capite nudato*, fortasse ex scripturâ הגלה. Scriptio verior, בראש הרים, *in vertice montium*, ut *Ps. 72. v. 16.* & ut apud *Mich. cap. 4. v. 1.* הושע...: Vulgatus, *salva;* meliùs Græci Intt. ἔσωσε, *salvavit;* nam de re, quæ præterita est, gratiæ aguntur. Deinde, non עמך, sed עמו, *populum suum*, ut legunt Chaldæus & Græci Intt.

9. ובתחנונים אובילם, *& in precibus deducam eos.* Non sunt oppositæ *preces fletibus*, qui antecesserunt. Germana scriptio est, ובתנחומים, *& in consolatione.* Ita Græci Intt. ἐν παρακλήσει. Arias, post Vulgatum, *in misericordiâ*, eodem vitio, quo *precibus*, & prætereà sine exemplo; nam תחנונים sunt *preces*, non *misericordia.* אל נחלי מים..., *secus lapsus aquarum.* Hæc dicuntur translatè, & similitudine ductâ ex aquis, quæ de petrâ in Deserto eruperant, & gradientes Israelitas sequebantur. Similiter in iis verbis, בכרי אפרים, *Ephraim meus est primogenitus*, alluditur ad benedictionem Jacob, qui statuit, *Ephraim*, non *Manasse*, fore primogenitum. Sed hæc tum demum eventum suum habebunt, cùm Judæi per fidem participes erunt Promissionum, & cùm Deus custodiet eos, *ut pastor gregem suum.* Hæc enim Judæis, partem minimam, acciderunt, postquàm Babylone regressi essent; nec dum regressæ erant *universæ familiæ Israel*, nec de illis dici potuit, quod prædicitur versu 12. *nullam eos posthac molestiam* habituros.

13. ובחרים, *& juvenes.* Lege, ובחורים, plenè: ita Codices Orat. 42. & 53. nec non Regius 3. manu priori.

15. & 17. נהי בכי: Adde inter utrumque conjunctionem ו, *planctus & fletus.* Ita omnes Veteres. כי איננו...: Lege כי אינם, *quia non sunt:* sic vult בניה, quod antecedit. ושבו בנים... לגבולם, *& revertentur filii ad terminos suos.* Melius בניך, non sine affixo, ut legunt Græci Intt. quia sermo habetur ad Rachel. Non sunt reversi *ad terminos suos* filii Rachel, post Babylonicam captivitatem; neque enim tum facta est distinctio Tribuum. Neque intelligere licet reditum tantùm cordium ad fidem; nam iis in verbis, quæ præcesserunt, *revertentur de terrâ inimici*, intelligitur reditus pedum, non tantùm cordium. Itaque in filiis Rachel intelligenda tota gens Judæorum, quæ hoc capite nominatur modò *Ephraim*, modò *Israel*, distributè; nec negandum Judæos ad terram suam, cùm fidem amplectentur, reversuros; quæ fuit generalis opinio primorum sæculorum & apud Judæos & apud Sanctos Patres: vide apud Edm. Calmet, quam in sententiam hæc acceperit Evangelista Matthæus.

20. הבן יקיר לי אפרים, *an filius pretiosus mihi Ephraim?* Malè quidam Interpretes; *non-ne...* quasi affirmet Deus, filium dilectum sibi esse Ephraim, cùm contrà Deus miretur, sua viscera in eo commoveri, quasi benevolentiâ suâ dignus esset. Quâ sermonis figurâ populus Judæus admonetur, & benevolentiam Dei non ipsi defuturam, promissaque impletum iri, & Deum propter semetipsum eis benefacturum, non propter merita ipsorum. Quod documentum sæpe iterant Prophetæ, quia Judæi nihil non sibi debitum esse arbitrabantur, postquàm Deus in gratiam ipsorum, ut ipsis videbatur, tot miracula patrârat.

21. צינים: Meliùs plenè ציונים, *cippos*, ut lego in Codicibus duobus. אל עריך אלה..., *ad urbes tuas istas.* Sic quidem turba interpretatur, quasi legeretur האלה, ut versu 36. Sed de urbibus nihil fuit anteà memoratum. Græci Intt. πενθοῦσα, *lugens*, vel ex scripturâ יללה, vel ex significatu Chaldaico verbi אלה, quanquam ad sententiam parùm accommodato. Nos antetulimus עלה, *ascende*, puncto minori posito post alterum שובי, in quo est redintegratio prioris.

22. עד מתי תתחמקין, *quousque declinabis*, vel *tergiversabêre.* Eo in verbo describuntur Judæi, quales nunc sunt, dum falsis nominibus prætexunt culpam suam, ne ad fidem Evangelii se recipiant, quanquam confitentur, se errasse in Prophetis & Dei promissis interpretandis. נקבה... תסובב גבר, *femina ambibit virum;* ita Castalio verba ipsa exhibens, quem nos proptereà sequimur, quia lux non affulget. » Novum & insolitum est (inquit idem) ut marem ambiat in » matrimonium femina, cùm contrà fieri soleat. « Sed tali sententiæ non obsequimur; non modò quia sæpe, ut meretrices adulteros, ita innuptæ mulieres petunt maritos, sed etiam quia hæc verba, *creabit Deus rem novam*, solent indicare rem novam ac stupendam, & à Deo ipso profectam, & prodigii in loco habendam, quales non sunt ambitus & illaqueationes feminæ maritum quærentis. Nec assentimur iis, qui credunt hæc verba in virginem Dei-param convenire; 1°. quia sententia talis non est apta ex rebus antecedentibus & consequentibus. 2°. quia vocabulum נקבה significat feminam ita, ut conjugio aptam capacemque mariti admittendi, minimè verò feminam eatenus, ut virginem. Aliquod latere mendum docent ipsi Veteres, dum nihil dicunt, in quo acquiescere possis. Vide, Lector, an non sit legendum, נקבה תשוב לגברה, *uxor redibit ad virum suum*, nimirum Synagoga ad Deum; qui reditus in prodigii loco jure habebitur, postquàm Judæi tot sæculis ab Deo suo Messiâ alienati fuerint.

26. על זאת הקיצתי: Nos, *ego autem evigilavi*, addito *autem*, ut notetur non jam Deum loqui, sed Jeremiam, qui recreatur his auditis, quæ Deus ipsi locutus est., ut rectè observat Edm. Calmet.

31. ...את בית ישראל ואת בית יהודה, *cum domo Iſrael & cum domo Juda (fœdus novum.)* Hæc apertè deſignant Judaicam gentem unam, non autem omnes gentes, quæ novi fœderis in partem ſunt venturæ. Iidem Judæi notantur in *patribus ipſorum...* ut non dubium ſit, notari reditum Judaicæ gentis ad fidem. Propterea in ſequentibus diſertè prænuntiatur, Judaicam gentem tandiù duraturam, quandiù ſol & luna erunt, gentem autem non modò diuturnam, ſed cæteris ab gentibus diſtinctam; niſi enim ſic eſſet, cognoſci non poſſet, vaticinationes quæ de illis factæ ſunt, habere tandem eventum ſuum.

32. בעלתי, *dominatus ſum.* Lege געלתי, *abjeci, repudiavi*, quomodò legunt Græci Intt. qui ἠμέλησα, *neglexi;* nam ἐμέλησα, mendum eſt typographicum in Polyglottis.

38. הנה ימים, *ecce dies;* addit Maſora, באים, *veniunt*, quod verbum legendum, quanquam non ſcriptum.

39. על גבעת גרב ונסב געתה, *ad collem Gareb, & Goatha complectetur.* Deſcribuntur limites Jeruſalem novæ, quam Judæi ad terram ſuam reverſi habitabunt. Planum eſt, deſcribi ſitum locorum, non morum conditionem. Hæc autem non completa fuiſſe poſt reditum Babylonis, uſque ad Chriſtum natum, docet Sacra Hiſtoria, in quâ legitur montem *Goatha*, ſive *Golgotha*, fuiſſe extra Jeruſalem ſitum. Idem dixeris de *valle cadaverum;* nam de *Gareb* nihil compertum habemus.

40. השרמות: Rectè Maſora, השדמות, *agri*, & ſic Codex Reg. 29. Hieronymus, *regionem mortis*, quaſi legeret שדי מות, *agrum mortis*, nempe eum, in quo mortui cremabantur; ſed verior ſcriptura שדמות, uno verbo.

CAPUT XXXII.

Urbe ab Chaldæis obſeſſâ, jubetur Jeremias emere agrum, polliceturque Deus, redituros captivos ad ſedes ſuas, & agros vineaſque empturos, daturumque ſe illis cor unum & viam unam, ut ſe timeant, nec ſe ampliùs deſerant.

1. *Verbum quod fuit à Domino*
ad Jeremiam, anno decimo regni Se-
deciæ, regis Juda, (qui annus erat
Nabuchodonoſor annus decimus octa-
vus:) 2. *Tum, cùm Jeruſalem obſi-*
debat exercitus regis Babylonis, &
cùm Jeremias propheta detinebatur
in atrio cuſtodiæ, quæ erat in domo
regis Juda: 3. *Ubi eum concluſerat*
Sedecias, rex Juda, dicens: quare tu
in hæc verba vaticinaris; hæc dicit
Dominus; ego hanc urbem tradam
regi Babylonis & capiet eam; 4. *Ne-*
que effugiet Sedecias, rex Juda,
manum Chaldæorum; certè enim tra-
detur in manum regis Babylonis, &
eum os ad os alloquetur, oculique
ejus oculos illius videbunt. 5. *Et ab-*
ducet Babylonem Sedeciam, qui erit
ibi, donec ego ad eum veniam, dicit
Dominus; quoniam id bellum, quod

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה בשנת העשירית לצדקיהו
מלך יהודה · היא השנה שמנה
עשרה שנה לנבוכדראצר : 2. ואז
חיל מלך בבל צרים על ירושלם ·
וירמיהו הנביא היה כלוא בחצר
המטרה אשר בית מלך יהודה : 3.
אשר כלאו צדקיהו מלך יהודה
לאמר · מדוע אתה נבא לאמר · כה
אמר יהוה · הנני נתן את העיר
הזאת ביד מלך בבל ולכדה : 4.
וצדקיהו מלך יהודה לא ימלט מיד
הכשדים · כי הנתן ינתן ביד מלך
בבל · ודבר פיו עם פיו ועינו את
עיניו תראינה : 5. ובבל יוליך את
צדקיהו · ושם יהיה עד פקדי אתו ·
נאם יהוה · כי תלחמו את הכשדים
לא תצליחו : 6. ויאמר ירמיהו ·
היה דבר יהוה אלי לאמר : 7.
הנה חנמאל בן שלם דדך בא אליך
לאמר · קנה לך את שדי אשר

*cum Chaldæis geritis, non proſperè
vobis ſuccedet.* 6. *Dixit igitur Jere-
mias : fuit ad me verbum Domini
hæc dicentis :* 7. *En ad te venturus
eſt Hanameel, patrui tui Sellum
filius, & hæc tecum locuturus : eme
tibi agrum meum qui eſt in Anathoth;
nam tuum jus eſt emere, propter con-
ſanguinitatem.* 8. *Venit igitur ad
me, ut dixerat Dominus, Hana-
meel, patrui mei filius, in atrium
cuſtodiæ, atque hæc mecum locutus
eſt : eme nunc tibi agrum meum, qui
eſt in Anathoth de terrâ Benjamin;
nam tuum jus eſt hæreditatis, & tua
eſt conſanguinitas ; ergò eme tibi.
Tum intellexi, hoc Domini eſſe
mandatum.* 9. *Ergò emi de Hana-
meel, filio patrui mei, agrum qui eſt
in Anathoth, appendique ei argen-
tum, ſeptem ſiclos & decem argen-
teos;* 10. *Scripſique in libro, quem &
obſignavi, adhibuique teſtes, & in
lancibus appendi argentum.* 11. *Tum
cepi emptionis librum eum, in quo
ſtipulationes ritè obſignatæ erant, ut
& eum, qui erat apertus;* 12. *Tradi-
dique librum emptionis Baruch, filio
Neriæ, filii Maaſiæ, in oculis Ha-
nameel, filii patrui mei, in oculis
teſtium, qui ſcripſerant in libro emp-
tionis, in oculis denique omnium Ju-
dæorum, qui cuſtodiæ in atrio ſede-
bant;* 13. *Dedique Baruch, filio
Neriæ, tale mandatum :* 14. *Hæc
dicit Dominus exercituum, Deus
Iſrael : tolle hos libros; nempe hunc
emptionis, qui obſignatus eſt, atque
hunc, qui eſt apertus, & pone eos in
teſtaceo vaſe, ut dies multos durent.*
15. *Hæc enim dicit Dominus exer-
cituum, Deus Iſrael : adhuc ementur
hâc in terrâ ædes & agri & vineæ.*
16. *Et poſtquàm dediſſem Baruch,*

בענתות · כי לך משפט הגאלה
לקנות : 8. ויבא אלי חנמאל בן
דדי כדבר יהוה אל חצר המטרה ·
ויאמר אלי · קנה נא את שדי אשר
בענתות אשר בארץ בנימין · כי לך
משפט הירשה ולך הגאלה · קנה
לך · ואדע כי דבר יהוה הוא : 9.
ואקנה את השדה מאת חנמאל בן
דדי אשר בענתת · ואשקלה לו את
הכסף שבעה שקלים ועשרה הכסף :
10. ואכתב בספר ואחתם ואעד
עדים · ואשקל הכסף במאזנים :
11. ואקח את ספר המקנה · את
החתום המצוה והחקים ואת הגלוי :
12. ואתן את הספר המקנה אל
ברוך בן נריה בן מחסיה לעיני
חנמאל דדי ולעיני העדים הכתבים
בספר המקנה · לעיני כל היהודים
הישבים בחצר המטרה : 13.
ואצוה את ברוך לעיניהם לאמר :
14. כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · לקוח את הספרים האלה ·
את ספר המקנה הזה ואת החתום
ואת ספר הגלוי הזה ונתתם בכלי
חרש · למען יעמדו ימים רבים :
15. כי כה אמר יהוה צבאות
אלהי ישראל · עוד יקנו בתים ושדות
וכרמים בארץ הזאת : 16. ואתפלל
אל יהוה אחרי תתי את ספר המקנה
אל ברוך בן נריה לאמר : 17.
אהה אדני יהוה · הנה אתה עשית
את השמים ואת הארץ בכחך הגדול
ובזרעך הנטויה · לא יפלא ממך כל
דבר : 18. עשה חסד לאלפים
ומשלם עון אבות אל חיק בניהם
אחריהם · האל הגדול הגבור יהוה
צבאות שמו : 19. גדל העצה ורב
העליליה · אשר עיניך פקחות על
כל דרכי בני אדם לתת לאיש
כדרכיו וכפרי מעלליו : 20. אשר
שמת אתות ומפתים בארץ מצרים
עד היום הזה ובישראל ובאדם ·
ותעשה לך שם כיום הזה : 21.
ותצא את עמך את ישראל מארץ
מצרים

filio Neriæ, librum emptionis, oravi
Dominum, hæc dicens: 17. Heu,
heu, Domine Deus: en tu fecisti
cœlum & terram potentiâ tuâ magnâ
& brachio extento; nihil quidquam
tibi arduum est. 18. Tu misericor-
diam habes usque ad millesimam pro-
lem; idem tu iniquitatem patrum,
post ipsos, rejicis in sinum filiorum;
tu Deus magnus & potens, cujus no-
men est Dominus exercituum. 19. Tu
magnus consilio & operibus potens;
oculi tui aperti sunt super omnes vias
filiorum Adam, ut reddas unicuique
juxta vias suas, & juxta fructus stu-
diorum suorum. 20. Tu ille es, qui
edidisti signa & prodigia in terrâ
Ægypti, quique apud Israel & cæ-
teros homines usque ad hunc diem fe-
cisti tibi, * ut nunc est, magnum no-
men. 21. Tu eduxisti populum tuum
Israel de terrâ Ægypti per signa &
prodigia, per manum fortem & bra-
chium extentum, per mirabiles res
ac stupendas. 22. Et dedisti eis hanc
terram, quam patribus eorum jurasti,
te ipsis daturum, terram lacte ac mel-
le redundantem. 23. Illi autem, post-
quàm ingressi eam sunt & possede-
runt, non audierunt vocem tuam,
nec tuæ Legis vias tenuerunt; illi ni-
hil horum, quæ jusseras, fecerunt;
tuque in eos omnia hæc mala inve-
xisti. 24. En appropinquant urbi ag-
geres, ut expugnetur; en civitas
jam jam tradetur Chaldæis, qui eam
oppugnant, propter gladium & fa-
mem & pestilentiam; en eveniunt,
quæ tu dixisti, tuque hæc vides.
25. Tu mihi mandasti, Domine
Deus, ut agrum pecuniâ emerem,
adhiberemque testes; tamen civitas
propè jam traditur Chaldæis. 26. Tum
fuit ad Jeremiam verbum Domini,

מצרים באתות ובמופתים וביד
חזקה ובאזרוע נטויה ובמורא גדול :
ותתן להם את הארץ הזארת .22
אשר נשבעת לאבותם לתת להם ·
ארץ זבת חלב ודבש : .23 ויבאו
וירשו אתה · ולא שמעו בקולך
ובתרותך לא הלכו · את כל אשר
צויתה להם לעשות לא עשו · ותקרא
אתם את כל הרעה הזארת : .24
הנה הסללות באו העיר ללכדה ·
והעיר נתנה ביד הכשדים הנלחמים
עליה מפני החרב והרעב והדבר ·
ואשר דברת היה והנך ראה : .25
ואתה אמרת אלי אדני יהוה · קנה
לך השדה בכסף והעד עדים ·
והעיר נתנה ביד הכשדים : .26
ויהי דבר יהוה אל ירמיהו לאמר :
.27 הנה אני יהוה אלהי כל בשר ·
הממני יפלא כל דבר : .28 לכן
כה אמר יהוה · הנני נתן את העיר
הזאת ביד הכשדים וביד נבוכדראצר
מלך בבל ולכדה : .29 ובאו
הכשדים הנלחמים על העיר הזאת ·
והציתו ארת העיר הזארת באש
ושרפוה · ואת הבתים אשר קטרו
על גגותיהם לבעל והסכו נסכים
לאלהים אחרים למען הכעיסני :
כי היו בני ישראל ובני יהודה .30
אך עשים הרע בעיני מנערתיהם ·
כי בני ישראל אך מכעסים אתי
במעשה ידיהם · נאם יהוה : .31
כי על אפי ועל חמתי היתה לי
העיר הזארת למן היום אשר בנו
אותה ועד היום הזה · להסירה מעל
פני : .32 על כל רעת בני ישראל
ובני יהודה אשר עשו להכעיסני
המה מלכיהם שריהם כהניהם
ונביאיהם · ואיש יהודה וישבי
ירושלם : .33 ויפנו אלי ערף ולא
פנים · ולמד אתם השכם ולמד ·
ואינם שמעים לקחת מוסר : .34
וישימו שקוציהם בבית אשר נקרא
שמי עליו לטמאו : .35 ויבנו את
במות הבעל אשר בגיא בן הנם

hæc dicentis : 27. En ego Dominus
sum, Deus universæ carnis. An mihi
quidquam difficile erit ? 28. Ergò
hæc dicit Dominus : ego hanc urbem
traditurus sum Chaldæis & Nabucho-
donosor, regi Babylonis ; illeque eam
capiet. 29. Chaldæi, qui hanc urbem
oppugnant, in eam intrabunt ; accen-
dent in eâ ignes & eam comburent,
ædesque istas, in quarum tectis thura
Baal adolebant, Diisque alienis liba-
mina fundebant, ut me ad iram pro-
vocarent. 30. Nam filii Israel & filii
Juda, ex quo adoleverunt, nihil
præter malum, in oculis meis fecerunt;
hoc unum egerunt filii Israel, ut operi-
bus manuum suarum me iratum face-
rent, dicit Dominus. 31. Nimirùm
fuit mihi hæc civitas ad iram & ad
furorem, ex quo primùm condita est,
usque ad hunc diem, ut eam de conf-
pectu meo eriperem, 32. Propter
scelera omnia filiorum Israel & filio-
rum Juda, quæ admiserunt, ut me
iratum facerent ipsi & eorum reges, &
principes, & sacerdotes, & prophetæ,
homines Juda & Jerusalem habitato-
res. 33. Nam terga mihi, non vultum
verterunt ; ego eos docui, nec docere
intermisi, nec me audierunt, ut susci-
perent disciplinam. 34. Collocaverunt
idola sua in hâc ipsâ domo, quæ no-
mine meo censetur, ut eam contami-
narent. 35. Struxerunt Baal altaria
hæc, quæ in valle sunt filii Ennom, ut
traducerent Moloch filios suos & fi-
lias ; quæ ego non eis mandavi, nec in mentem mihi venerunt, ut nefaria hæc
scelera patrarent, eò ut Judam reum facerent. 36. Hæc tamen sunt, quæ dicit
Dominus, Deus Israel super hâc urbe, quam vos dicitis tradi regi Babylo-
nis per gladium, per famem & pestilentiam. 37. Ego eos congregaturus sum
de omnibus terris, quò eos pepulerim in irâ meâ magnâ & furore vehementi,
reducamque eos in istum locum, ibi securè habitaturos. 38. Illi erunt populus
meus, ego autem Deus eorum. 39. Dabo eis cor unum & viam unam, ut me
omnibus diebus timeant, ut benè illis sit filiisque eorum, post ipsos. 40. Fa-

להעביר את בניהם ואת בנותיהם
למלך · אשר לא צויתים ולא עלתה
על לבי לעשות התועבה הזאת ·
למען החטי את יהודה : 36. ועתה
לכן כה אמר יהוה אלהי ישראל
אל העיר הזאת אשר אתם אמרים ·
נתנה ביד מלך בבל בחרב וברעב
ובדבר : 37. הנני מקבצם מכל
הארצות אשר הדחתים שם באפי
ובחמתי ובקצף גדול · והשבתים אל
המקום הזה והשבתים לבטח : 38.
והיו לי לעם · ואני אהיה להם
לאלהים : 39. ונתתי להם לב
אחד ודרך אחד ליראה אותי כל
הימים · לטוב להם ולבניהם
אחריהם : 40. וכרתי להם ברית
עולם אשר לא אשוב מאחריהם
להיטיבי אותם · ואת יראתי אתן
בלבבם לבלתי סור מעלי : 41.
וששתי עליהם להטיב אותם ·
ונטעתים בארץ הזאת באמת בכל
לבי ובכל נפשי : 42. כי כה
אמר יהוה · כאשר הבאתי אל העם
הזה את כל הרעה הגדולה הזאת ·
כן אנכי מביא עליהם את כל
הטובה אשר אנכי דבר עליהם :
43. ונקנה השדה בארץ הזאת
אשר אתם אמרים · שממה היא
מאין אדם ובהמה · נתנה ביד
הכשדים : 44. שדות בכסף יקנו ·
וכתוב בספר וחתום והעד עדים
בארץ בנימן ובסביבי ירושלם ובערי
יהודה ובערי ההר ובערי השפלה
ובערי הנגב · כי אשיב את שבותם ·
נאם יהוה :

ciam cum eis fœdus, quod perpetuum erit, nec ab eis avertar, ut eis benefa-
ciam, & in cordibus eorum ponam timorem meum, ut ne à me recedant.
41. *Ego eis delectabor, ut eis benefaciam; ego eos in hâc terrâ plantabo fir-*
miter, toto corde meo & totâ animâ meâ. 42. *Hæc enim dicit Dominus:*
ſicut ego in hunc populum adduxi omnia hæc magna mala, ſic adducam eis
omnia bona hæc, quæ ego de illis loquor. 43. *Emetur ager hâc ipſâ in terrâ,*
quam dicitis eſſe deſolatam, carentemque hominibus ac jumentis, & tradi Chal-
dæis. 44. *Agros pretio ement, ſcribent in libro, ſigillum apponent, teſtes ad-*
hibebunt in terrâ Benjamin, & in locis Jeruſalem vicinis, & in urbibus Juda,
tam montanis, quàm campeſtribus, & in civitatibus, quæ ad auſtrum ſunt:
nam reducam eorum captivos, dicit Dominus.

---

4. ועינו, *& oculus ejus.* Rectè Maſora ועיניו, *& oculi ejus*, quia ſequitur alterum עיניו.

7. דדך, *patruelis tuus*; ita Vulgatus, poſt Græcos Intt. qui, ἀδελφοῦ πατρός σου, *fratris patris tui.* Ita etiam verſibus 8. & 9. ſed verſu 12. idem *Hanameel* vocatur à Vulgato *patruelis*, quanquam ibi legitur דדי, non בן דדי, quia ſequebatur Vulgatus Græcos Intt. qui legunt etiam בן, verſu 12. ut & legendum: vide infrà ad eum verſum.

9. בענתת, *in Anathoth.* Alii Codices בענתות, plenè, ut notatur ad marginem Athianæ Editionis. Lego etiam plenè in quatuor Codicibus. ....ואשקלה, *& appendi.* Circulo ſuperno caſtigatur ה in Codicibus, ut ſupervacaneum. Legendum, ut verſu 10. ואשקל.

11. את החתום המצוה והחקים, *obſignatum legis & ſtatutorum.* Habemus החקים, pro *ſtipulationibus* venditionis & emptionis, & verba hæc, *legis & ſtatutorum*, ſic tractamus, ut ἓν διὰ δυοῖν, ſeu intelliguntur *ſtipulationes ritè obſignatæ*, ſeu *ritè factæ.* Colligi poteſt ex hoc loco, ſtipulationes fuiſſe conſcriptas in eis tantùm tabellis, quæ erant obſignatæ, in iis autem, quæ non obſignatæ erant ſcriptam fuiſſe tantùm venditionem & emptionem, cum pretio rei venditæ ac emptæ.

12. חנמאל דדי, *Hanameel patruelis mei*; ita Vulgatus, ſeu ſequitur Græcos Intt. ut mox diximus, ſeu legit בן דדי, *filius patrui mei*, quomodò legunt Græci Intt. qui non omittunt υἱοῦ, *filii*, & quomodò Syrus, qui בר דדי, *filii patrui mei*, ut & legendum. Quamvis enim דד ſignificat aliquandò *patruelem*, ſeu patrui filium, tamen veriùs creditur, in eodem ſignificatu adhiberi דד, quo fuit uſurpatus vv. 7. 8. & 9. id eſt ſignificare hoc verſu *patruum*, ut ſuprà, non *patruelem.*

14. לקוח, *cape.* Caſtigatur ו, in Codicibus, ut erat caſtigandum, quia nulla cauſa erat cur iſtud ו in medium Imperativum לקח Scribæ infercirent.

18. הגדול הגבור, *magnus, potens.* Syrus, וגברא, *& potens*, additâ conjunctione, quam abeſſe non fas eſt inter duo nomina adjectiva, quæ ejuſdem ſunt ſubſtantivi.

19. ורב העליליה, *& operibus potens.* Eſt יה in fine hujus vocabuli omninò inuſitatum; itaque rectè in uno Codice circulo animadverſum: lege העלילה.

20. & 21. ומפתים, *& prodigia.* Lege ומופתים, ut legitur aliis in Codicibus, teſte Athiâ. Lego etiam plenè in Codicibus duobus. Non debet abeſſe ו, quod ſupplet vicem τοῦ י, quod habet radix יפת. Eâdem de cauſâ legendum v. 21. ותוצא, vel ותוציא, non תצא, ut ſuppleatur per litteram ו littera י radicis יצא.

23. ובתרותך, *& in lege tuâ.* Mirum, tale mendum reliquiſſe Editores, cùm Maſora moneret, legendum eſſe ובתורתך. Lego in Codicibus tribus, ut fuerat ſcribendum. ...צויתה: Lego in Codicibus duobus צוית, *juſſiſti*, ſine ה. Sæpe omittunt iſtud ה, poſt verba quædam, Codices notæ melioris; ut ſtatuere non debeant Grammatici, redundantiam talem eſſe paragogicam, & ex indole Hebr. Linguæ.

30. מכעסים, *irritantes.* Duo Codices Orat. מכעיסים, plenè. Sic ſuperiori verſu legitur הכעיסני, *irritare me.*

33. ולמד אתם, *& docere eos.* Omnes Veteres exhibent, ואלמד אתם, *& docui eos.* Deus loquitur de ſe primâ in perſonâ, ut liquet ex אלי, *ad me*, quod antecedit. Errorem attulerit Scribæ illud ולמד, quod ſequitur; niſi fortè pronunciatio litterarum א & ו, quæ ferè ſimilis erat, occaſionem dederit litteræ א omittendæ.

35. למען החטי את יהודה, *eò ut Judam reum facerent.* Codex Orat. 53. החטיא, ut fuerat ſcribendum. Alii Codices ſpatium vacuum relinquunt. Unum א omiſſum fuit prope alterum, errore ſat crebro.

36. ועתה לכן, *nunc autem certè.* Abundat לכן in affirmatione, ſic ferè ut *adeò* apud Latinos.

37. והשבתים....לבטח, *& faciam eos habitare ſecurè.* Hæc verba, & quæ ſequuntur uſque ad verſum 40. non poſſunt accommodari ad reditum Judæorum ex Babylonis captivitate. Itaque hæc prænuntiant ultimum reditum Judæorum, & ad fidem, & ad terram ſuam. Sed verſu

43. prænuntiatur reditus ex Babylone in his verbis, *emetur ager in hâc terrâ*, quomodò id prænuntiârat Jeremias in suâ personâ, cùm emeret agrum, jure redemptionis. Neque adduntur de eo ultimo reditu quæ anteà dicta sunt, fœdus Dei cum Judæis fore firmum, Deumque eos plantaturum *toto corde & totâ animâ suâ*, ut intelligatur tangi reditum alium atque alium, primumque Babylone reditum fore tantummodò pignus alterius, qui esset Judæis expectandus, postquàm vidissent non fuisse completas in primo reditu Dei promissiones.

43. נתנה, *traditur.* Omninò ונתנה, non sine nexu, quem exhibent omnes, præter Chaldæum. Nam verbum נתנה effertur de הארץ, non de בהמה, quod proximè antecedit.

44. וכתוב... וחתום והעד: Lege וכתבו... וחתמו והעדו, *& scribent... & obsignabunt, & adhibebunt* (*testes.*) Ita Chaldæus & Syrus, & sic vult יקנו, *ement.* Græci Intt. *& scribes, & adhibebis testes*, quasi hæc Jeremiam spectarent; cùm tamen planum sit, non jam tangi emptionem Jeremiæ, sed Judæos admoneri, se olim id facturos, quod, Deo jubente, Jeremias fecerat. Itaque rectè circulo superno animadvertunt Codices in duo verba וכתוב וחתום.

CAPUT XXXIII.

Promittit Deus, domos, quæ diruuntur, reædificatum iri; Israel mundum fore ab iniquitatibus suis, & oriturum Davidi germen justitiæ; non defuturum hominem, qui sedeat in throno David, nec sacerdotes Deo ministraturos, & fœdus Dei cum David perpetuum futurum.

1. *Fuit iterùm ad Jeremiam, cùm*
in atrio custodiæ adhuc detinebatur,
verbum Domini, hæc dicentis:
2. *Hæc dicit Dominus, qui fecit ter-*
ram; qui eam formavit, ut firma
esset: Dominus nomen ejus. 3. *Scisci-*
tare me, ego tibi respondebo, & decla-
rabo tibi magna & recondita, quæ tu
non nôras. 4. *Hæc enim dicit Domi-*
nus Deus Israel, de ædibus hujus ci-
vitatis & de his ædibus regum Juda,
quæ dirutæ fuerunt ad struendos agge-
res, 5. *Et ad spatium dandum iis, qui*
venturi sunt, ut pugnent cum Chal-
dæis, atque ut numerum compleant
cadaverum hominum istorum, quos
in irâ meâ & furore percussi, ex
quo averti ab hac civitate vultum
meum, propter omnia scelera ipsorum.
6. *Ego eis medebor, eosque ad sani-*
tatem reducam; ego eis manifestabo
abundantiam pacis & veritatis. 7. *Et*
reducam captivos Juda & captivos

1. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
שנית · והוא עודנו עצור בחצר
המטרה · לאמר : 2. כה אמר
יהוה עשה יהוה יוצר אותה להכינה ·
יהוה שמו : 3. קרא אלי ואענך ·
ואגידה לך גדלות ובצרות לא
ידעתם : 4. כי כה אמר יהוה
אלהי ישראל על בתי העיר הזאת
ועל בתי מלכי יהודה הנתצים אל
הסללות ואל החרב : 5. באים
להלחם את הכשדים ולמלאם את
פגרי האדם אשר הכיתי באפי
ובחמתי ואשר הסתרתי פני מהעיר
הזאת על כל רעתם : 6. הנני
מעלה לה ארכה ומרפא · ורפאתים
וגליתי להם עתרת שלום ואמת :
7. והשבתי את שבות יהודה ואת
שבות ישראל · ובנתים כבראשנה :
8. וטהרתים מכל עונם אשר חטאו
לי · וסלחתי לכול עונותיהם אשר
חטאו לי ואשר פשעו בי : 9.
והיתה לי לשם ששון לתהלה
ולתפארת לכל גויי הארץ אשר

ישמעו

Iſrael, atque eos, ut anteà erant,
inſtaurabo. 8. *Ego mundabo eos ab*
omnibus iniquitatibus ſuis, quibus in
me peccaverunt; ego parcam omni-
bus impietatibus ipſorum, quibus in
me peccaverunt, & adversùm me re-
belles fuerunt; 9. *Eritque id mihi ad*
gloriam, ad exſultationem, ad lau-
dem & ad decorem apud omnes terræ
gentes, quæcunque bona hæc cuncta
audient, quæ illis ſum facturus; illæ
ſtupebunt & attonitæ erunt ſuper omni-
bus bonis, & ſuper altâ pace, quam
eis ſum daturus. 10. *Hæc dicit Do-*
minus: erit adhuc in loco iſto, quem
dicitis eſſe deſolatum vacuatumque
hominibus ac jumentis; erit in urbi-
bus Juda & in plateis Jeruſalem, quæ
vaſtatæ ſunt & nudatæ hominibus,
habitatoribus ac jumentis, 11. *Ut*
audiatur vox gaudii & vox hilaritatis,
vox ſponſi & vox ſponſæ, vox homi-
num dicentium, laudate Dominum
exercituum, quia bonus Dominus,
quoniam in ſæculum miſericordia
ejus, & afferentium domum Domini
hoſtiam laudis; ego enim terræ capti-
vos, ut anteà erant, inſtaurabo, di-
cit Dominus. 12. *Hæc dicit Domi-*
nus exercituum: in loco iſto, qui de-
vaſtatus eſt, nudatuſque hominibus ac
jumentis, & in cunctis urbibus ejus,
adhuc erunt paſtores, habebuntque,
ubi recubent greges. 13. *Adhuc in*
urbibus, tam montanis, quàm cam-
peſtribus, in urbibus, quæ ad auſtrum
ſunt, in terrâ Benjamin, in locis
Jeruſalem vicinis & in urbibus Juda,
tranſibunt greges ad numerantis ma-
num, dicit Dominus. 14. *Ecce dies*
veniunt, dicit Dominus, cùm ratum
faciam id verbum bonum, quod habui
ad domum Iſrael & ad domum Juda.
15. *In diebus illis atque eo ipſo tem-*

ישמעו את כל הטובה אשר אנכי
עשה אותם · ופחדו ורגזו על כל
הטובה ועל כל השלום אשר אנכי
עשה לה : 10. כה אמר יהוה ·
עוד ישמע במקום הזה אשר אתם
אמרים חרב הוא מאין אדם ומאין
בהמה · בערי יהודה ובחצות ירושלם
הנשמות מאין אדם ומאין יושב
ומאין בהמה : 11. קול ששון
וקול שמחה קול חתן וקול כלה
קול אמרים הודו את יהוה צבאות ·
כי טוב יהוה · כי לעולם חסדו ·
מבאים תודה בית יהוה · כי אשיב
את שבות הארץ כבראשנה · אמר
יהוה : 12. כה אמר יהוה צבאות ·
עוד יהיה במקום הזה החרב מאין
אדם ועד בהמה ובכל עריו נוה
רעים מרבצים צאן : 13. בערי
ההר בערי השפלה ובערי הנגב
ובארץ בנימן ובסביבי ירושלם ובערי
יהודה עד תעברנה הצאן על ידי
מונה · אמר יהוה : 14. הנה ימים
באים · נאם יהוה · והקימתי את
הדבר הטוב אשר דברתי אל בית
ישראל ועל בית יהודה : 15.
בימים ההם ובעת ההיא אצמיח
לדוד צמח צדקה · ועשה משפט
וצדקה בארץ : 16. בימים ההם
תושע יהודה וירושלם תשכון לבטח ·
וזה אשר יקרא לה יהוה צדקנו :
17. כי כה אמר יהוה · לא יכרת
לדוד איש ישב על כסא בית
ישראל : 18. ולכהנים הלוים לא
יכרת איש מלפני · מעלה עולה
ומקטיר מנחה ועשה זבח כל
הימים :
19. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
לאמור : 20. כה אמר יהוה · אם
תפרו את בריתי היום ואת בריתי
הלילה · ולבלתי היות יומם ולילה
בעתם : 21. גם בריתי תפר את
דוד עבדי מהיות לו בן מלך על
כסאו ואת הלוים הכהנים משרתי :
22. אשר לא יספר צבא השמים

pore suscitabo Davidi germen justi-
tiæ, judicium in terrâ & æquitatem
facturum. 16. In diebus illis salvus
erit Juda, & Jerusalem securè habi-
tabitur, nominabuntque eam, Domi-
nus justitia nostra. 17. Hæc enim
dicit Dominus: non deficiet Davidi
homo, qui sedeat in solio domûs Israel.
18. Neque verò etiam deficiet, coram
me, Sacerdotibus Levitis homo, qui
offerat holocaustum, qui adoleat mu-
nus, & sacrificium faciat omnibus
diebus. 19. Fuit autem ad Jeremiam
verbum Domini, hæc dicentis:
20. Hæc dicit Dominus; si poterunt
intermitti constitutæ à me diei ac noctis vices, ut non, die ac nocte, tempori-
bus suis recurrant, 21. Etiam abrogabitur fœdus meum cum David, servo
meo, ut non jam filium habeat in solio suo regnantem, & cum sacerdotibus
Levitis, ne mihi ministrent. 22. Sicut numerari non possunt stellæ cœli, nec
arenæ maris metiri, sic ego servi mei David semen multiplicabo; sic ego Le-
vitarum, qui mihi ministrabunt. 23. Fuit autem ad Jeremiam verbum Do-
mini, hæc dicentis: 24. Non-ne vides, quid dicat hic populus, cùm sic lo-
quuntur: quas duas familias elegerat Dominus, eas abjecit, & cùm populum
meum contemptui habent, ne eis ampliùs gens esse videatur. 25. Hæc dicit
Dominus; si non constitui diem & noctem, nec cœli ac terræ posui leges,
26. Etiam abjiciam semen Jacob servique mei David, nec de semine ejus ad-
huc sumam, qui semini Abraham, Isaac & Jacob sint imperaturi. Quippe
reducam eorum captivos, & eorum miserebor.

ולא ימד חול הים · כן ארבה את זרע
דוד עבדי ואת הלוים משרתי אתי :
23. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
לאמר : 24. הלוא ראית מה העם
הזה דברו לאמר · שתי המשפחות
אשר בחר יהוה בהם וימאסם · ואת
עמי ינאצון מהיות עוד גוי לפניהם :
25. כה אמר יהוה · אם לא בריתי
יומם ולילה חקות שמים וארץ
לא שמתי : 26. גם זרע יעקוב
ודוד עבדי אמאס מקחת מזרעו
משלים אל זרע אברהם ישחק
ויעקב · כי אשוב את שבותם
ורחמתים :

---

2. יהוה עשה : Arias, *faciens eam*, & post eum multi sic accipiunt *eam*, ut neutrum *illud*, ex Hebraico more. Sed locum habere *illud* non potest, ubi nihil antecessit, de quo id pronomen possit efferri. Itaque hoc *illud* in Vulgato, quid sit, parùm intelligitur. Duplex est via emendandi Contextûs; prima, si legis עשך, deinde אתך, pro אתה, & להכינך, pro להכינה, quomodò legit Syrus, qui, דעבדך וגבלך ואתקנך, *qui fecit te, & formavit te, & firmavit te.* Sed nobis videtur in tali emendatione esse incommodum duplex. Nam 1°. si legitur עשך, *qui fecit te*, supervacaneum erit alterum יהוה, quod sequitur; neque enim post hæc verba, כה אמר יהוה, *hæc dicit Dominus*, redintegrari solet יהוה & fortè ob eam causam omisit Syrus hoc alterum יהוה: 2°. Si legitur להכינך, *ad firmandum te*, manebit suspensa oratio, ubi non additur, ad quod munus Jeremias sit confirmandus; sic enim usus est, in verbo הכין, de personâ usurpato, quomodò *Sam. 2. cap. 5. v. 12.* legitur הכינו למלך, *firmavit eum in regem*, vel *ad regnandum.* Et verò etiam nullibi legitur verbum הכין, cum affixo personæ, nisi aliud, aut nomen, aut verbum sequitur, quo sententia perficiatur: vide *I. Reg. cap. 2. v. 24.* His rebus adducimur, ut alteram viam sequamur; hoc est ut, cum Græcis Intt. pro עשה יהוה, legamus עשה האדמה; nempe Græci habent, ποιῶν γῆν, *faciens terram.* Huic scripturæ apprimè conveniunt duo verba יוצר & להכינה, quæ de terrâ à Deo conditâ, sæpissimè usurpantur; & in eâ resecatur hæc luxuries alterius יהוה, de quâ mox diximus. Cur יהוה, pro אדמה, scriberetur, causa esse potuit littera י, quam Judæi ferè ut א enuntiabant, & similitudo litterarum הוה cum litteris דמה.

3. קרא אלי, *clama ad me.* Nos, ex sententiâ, *sciscitare me*, quia liquet, ex iis quæ sequuntur, Jeremiam juberi Deum interrogare, non invocare. ...ובצרות, *& fortia.* Hoc adjectivum

nihili eſt, de Dei oraculis dictum. Scriptura genuina eſt ונצרות, *& recondita*, quam exhibet Chaldæus in verbo ונטירן, *& reſervata :* idem Chaldaicum נטר, ac Hebraicum נצר. Vocabulum בצר, *munitum*, de locis tantummodò uſurpatur.

4. אל הסללות ואל החרב : באים להלחם : Hæc obſcuriora ſunt, inquit Grotius. Verùm, ſi legitur, אל הסללות ואל הרחב לבאים להלחם, omnia plana fiunt. *Ad aggeres & ad ſpatium pro iis qui veniunt ad pugnandum.* Grotius convertit, *ex occaſione domorum, quæ dirutæ ſunt... & eorum, qui gladio armati eunt, ut pugnent.* Mirum profectò, quòd verbum החרב crediderit ſignificare, *eos qui gladio armati ſunt.* Rectè quidem Grotius, על בתי, *ex occaſione domorum*, ſed malè ואל (החרב), *& ex occaſione (gladio armatorum)* cùm in oratione aliud ſit אל, aliud על. Debuerat convertere ואל, *& ut inde*, quomodò ואל הסללות convertit, *ut inde vallum fieret.* Fuit proclive, ut ſcriberetur החרב, pro הרחב. Illud autem punctum majus, quod malè disjungit orationem ante באים, crediderim fuiſſe olim ל ex parte deletum ; omninò enim legendum לבאים, *pro iis qui veniunt.* Græci Intt. pro חרב, *gladio*, ponunt *προμαχῶνας*, *propugnacula*, cùm legerent חיל ; bonâ ſententiâ. Sed anteferimus ſcripturam הרחב, ut mendo החרב ſimiliorem.

6. ורפאתם : Hoc mendum eſt Athianæ Editionis ; nam pleræque habent ורפאתים, *& ſanabo eos ;* propterea nos id exhibemus in columnâ noſtrâ Hebraicâ. ...עתרת שלום, *abundantiam pacis.* In iis verbis præfatur Jeremias ad ea, quæ dicturus eſt de ultimo reditu Judæorum, in eadem quædam, ut ſolet, inſerturus, quæ ad primum reditum pertinebunt.

8. ...ולכול, *& omnibus (iniquitatibus eorum.)* Rectè Maſora ולכל. Malè intelligeretur *omnibus* de ſolâ Idololatriâ, quam Judæi, poſt ſuum Babylone reditum, reliquerunt. Tùm demum parcet Deus *omnibus iniquitatibus* Judæorum, cùm in Eccleſiam Chriſtianam ſe recipient, & tum demum *gentes exſtupeſcent...* Vide verſum ſequentem.

9. לשם ששון, *in nomen gaudii.* Hæc nihil ſonant. Lege, cum Syro & cum Vulgato, לשם לששון, *in gloriam, in gaudium.* Sæpe שם, *nomen*, habet *gloriam.* ...לה, in fine verſûs. Caret Antecedente id Pronomen. Legendum להם, *eis.* Ita omnes Veteres : vide Polyglotta.

11. מבאים : Codices tres plenè, מביאים. Codex Orat. 42. ומביאים, *& afferentium*, additâ conjunctione, quæ non fuerat omittenda, & quam legunt omnes Veteres, præter unum Chaldæum.

13. בערי ההר, *in urbibus montanis.* Tolle ante hæc verba interpunctionem majorem, quæ ſeriem malè abrumpit. ...עד : Codices circulo animadvertunt. Nempe legendum עוד, *adhuc.* Eſſet עד, ſine ו, *donec ;* ſeries poſtulat *adhuc.*

15. & 16. תושע יהודה, *ſalvus erit Juda.* De iis verſibus vide quæ diximus ad capita 23. 30. 31. & 32. Vaticinatur Jeremias non defuturum Judæis regem, nec Sacerdotes, nec futurum ut ſacrificia intermittantur. Atqui nemo Judæus, poſt Babylonicam captivitatem, regnavit in Judæos ; imperavêre Judæis & Syri & Ægyptii reges, qui dum regnabant, non diu fuêre Judæis tuta ſacrificia, priuſquàm Machabæi Templum purgarent. Ergò, vel fallitur Jeremias, vel prænuntiat regem Meſſiam Sacerdoteſque ab eo conſtituendos, & à quibus nunc *offertur in omni loco oblatio munda.* Hæc qui non vident, nunquam videbunt Legem novam in Veteri prænuntiatam. ...תשכון, habitabitur. Unus Codex Orat. תשכן. Similiter v. 19. unus Regius לאמר, non לאמור, ut hodierna Impreſſa.

22. אשר : Legunt כאשר, *ſicut*, omnes Veteres, atque id flagitat כן, *ſic*, altera nota ſimilitudinis.

25. אם לא בריתי יומם : Vulgatus, *ſi pactum meum inter diem & noctem.* Omittit לא, non omittendum, & habet בריתי, ut *pactum meum*, ex mendo Librariorum, qui cùm anteà ſæpe vidiſſent בריתי, poſuerunt hoc loco בריתי, pro בראתי, *creavi*, quod verbum reſpondet pari verbo שמתי, *poſui.* Superflueret לא, poſt אם, aut certè alterum לא, niſi verbum poſt legeretur, non nomen, ut eſt בראתי. Sed in יומם, tollendum alterum ם, ut ſit יום, *diem.* Ita legunt omnes Veteres, qui convertunt *diem.* Eſſet יומם, *interdiu*, non *dies.*

26. אשוב : Rectè Maſora, אשיב, *reducam*, & ita Codex Reg. 29.

CAPUT XXXIV.

Capietur à Babyloniis Sedecias, ſed placidâ morte morietur. Servi manumittuntur, jubente Sedeciâ, deinde ab ipſorum Dominis ad ſervitutem revocantur... Propterea dabitur adversùm eos libertas gladio & fami & peſtilentiæ.

1. *Hoc eſt verbum, quod fuit à*
Domino ad Jeremiam, quando Na-
buchodonoſor, rex Babylonis, om-
niſque exercitus ejus, & univerſa
regna terræ omneſque populi, qui in
ditione ejus erant, Jeruſalem & om-
nes ejus civitates oppugnabant, ut hæc
loqueretur : 2. *Hæc dicit Dominus,*
Deus Iſrael ; vade & loquere ad Se-
deciam, regem Juda, cui hæc dices :
hæc dicit Dominus ; en ego hanc ur-
bem traditurus ſum regi Babylonis,
qui eam igne ſuccendet. 3. *Neque tu*
effugies manum ejus ; omninò enim
capieris, tradêriſque in manum ejus ;
oculi tui erunt ante oculos regis Ba-
bylonis ; tu eum intueberis, & os ejus
ad os tuum loquetur, & ibis Baby-
lonem. 4. *Verumtamen audi verbum*
Domini, Sedecia, rex Juda : hæc
de te dicit Dominus ; tu non peribis
gladio. 5. *Tu placidâ morte morieris,*
& ſicut cremata ſunt corpora patrum
tuorum, regum ſuperiorum, qui ante
te fuerunt, ſic te cremabunt, & ede-
tur ſuper te planctus, hei Domina-
tor ! Ego enim ſum, qui hæc loquor,
dicit Dominus. 6. *Ergo Jeremias*
propheta omnia verba hæc retulit Se-
deciæ, regi Juda, in Jeruſalem ;
7. *Dum exercitus regis Babylonis*
oppugnabat Jeruſalem cæteraſque ur-
bes Juda, nimirùm Lachis & Aze-

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה · ונבוכדנאצר מלך בבל
וכל חילו וכל ממלכות ארץ ממשלת
ידו וכל העמים נלחמים על ירושלם
ועל כל עריה לאמר : 2. כה
אמר יהוה אלהי ישראל · הלך
ואמרת אל צדקיהו מלך יהודה
ואמרת אליו · כה אמר יהוה · הנני
נתן את העיר הזאת ביד מלך בבל ·
ושרפה באש : 3. ואתה לא
תמלט מידו · כי תפש תתפש ובידו
תנתן · ועיניך את עיני מלך בבל
תראינה · ופיהו את פיך ידבר · ובבל
תבוא : 4. אך שמע דבר יהוה
צדקיהו מלך יהודה · כה אמר יהוה
עליך · לא תמות בחרב : 5. בשלום
תמות ובמשרפות אבותיך המלכים
הראשנים אשר היו לפניך · כן
ישרפו לך · והוי אדון יספדו לך · כי
דבר אני דברתי · נאם יהוה : 6.
וידבר ירמיהו הנביא אל צדקיהו
מלך יהודה את כל הדברים האלה
בירושלם : 7. וחיל מלך בבל
נלחמים על ירושלם ועל כל ערי
יהודה הנותרות · אל לכיש ואל
עזקה · כי הנה נשארו בערי יהודה
ערי מבצר :
8. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה · אחרי כרת המלך
צדקיהו ברית את כל העם אשר
בירושלם לקרא להם דרור : 9.
לשלח איש את עבדו ואיש את
שפחתו העברי והעבריה חפשים ·
לבלתי

cha: nam illæ restabant ex urbibus
Juda munitæ urbes. 8. *Verbum,*
quod fuit à Domino ad Jeremiam,
postquàm convenerat Sedeciæ regi
cum universo populo, qui erat in Je-
rusalem, ut libertate apud eos pro-
mulgatâ, 9. *Dimitteret in liberta-*
tem suum quisque servum Hebræum,
& suam quisque servam Hebræam,
ne quis deinceps fratrem suum Ju-
dæum in servitute retineret. 10. *Ob-*
secuti autem fuerant omnes principes
& omnis populus, qui hæc in pacta
venerant, ut dimitteret suum quisque
servum & suam quisque servam in li-
bertatem, ne eos in servitute adhuc
retinerent; obsecuti igitur fuerant,
& manumiserant. 11. *Sed posteà re-*
vocavêre servos & servas, quoscunque
dimiserant in libertatem, coegerunt-
que & servos & servas, ut iterum ser-
virent. 12. *Fuit igitur ad Jeremiam*
verbum Domini, hæc dicentis:
13. *Hæc dicit Dominus, Deus If-*
rael; ego fœdus feci cum patribus
vestris, quando eos eduxi ex terrâ
Ægypti, de domo servitutis, sicque
eis mandavi: 14. *Anno septimo re-*
vertente, dimittetis suum quisque fra-
trem Hebræum, qui tibi venditus
fuerit, servieritque tibi sex annos,
& eum tu abs te liberum dimittes.
Sed patres me vestri non audierunt,
nec aurem præbuerunt. 15. *Vos verò*
hodie resipuistis, & quod rectum est in
oculis meis fecistis, ut ad libertatem
proximum quisque suum vocaret, &
fœdus coram me fecistis ipsâ in domo,
quæ nomine meo censetur. 16. *Sed*
aversi estis, nomenque meum violas-
tis. Revocastis suum quisque servum
& suam quisque servam, quoscunque
dimiseratis in libertatem, quò vellent,
ituros; coegistisque eos, ut essent vo-

לבלתי עבד בם ביהודי אחיהו איש :
10. וישמעו כל השרים וכל העם
אשר באו בברית לשלח איש את
עבדו ואיש את שפחתו חפשים ·
לבלתי עבד בם עוד · וישמעו
וישלחו : 11. וישובו אחרי כן
וישיבו את העבדים ואת השפחות
אשר שלחו חפשים · ויכבישום
לעבדים ולשפחות : 12. ויהי דבר
יהוה אל ירמיהו מאת יהוה לאמר :
13. כה אמר יהוה אלהי ישראל ·
אנכי כרתי ברית את אבותיכם
ביום הוצאי אותם מארץ מצרים
מבית עבדים לאמר : 14. מקץ
שבע שנים תשלחו איש את אחיו
העברי אשר ימכר לך · ועבדך שש
שנים · ושלחתו חפשי מעמך · ולא
שמעו אבותיכם אלי · ולא הטו את
אזנם : 15. ותשבו אתם היום ·
ותעשו את הישר בעיני לקרא דרור
איש לרעהו · ותכרתו ברית לפני
בבית אשר נקרא שמי עליו : 16.
ותשבו ותחללו את שמי · ותשבו
איש את עבדו ואיש את שפחתו
אשר שלחתם חפשים לנפשם ·
ותכבשו אתם להיות לכם לעבדים
ולשפחות : 17. לכן כה אמר
יהוה · אתם לא שמעתם אלי לקרא
דרור איש לאחיו ואיש לרעהו ·
הנני קרא לכם דרור · נאם יהוה ·
אל החרב אל הדבר ואל הרעב ·
ונתתי אתכם לזועה לכל ממלכות
הארץ : 18. ונתתי את האנשים
העברים את בריתי אשר לא הקימו
את דברי הברית אשר כרתו לפני
העגל אשר כרתו לשנים ויעברו
בין בתריו : 19. שרי יהודה ושרי
ירושלם הסרסים והכהנים וכל עם
הארץ העברים בין בתרי העגל :
20. ונתתי אותם ביד איביהם
וביד מבקשי נפשם · והיתה נבלתם
למאכל לעוף השמים ולבהמת
הארץ : 21. ואת צדקיהו מלך
יהודה ואת שריו אתן ביד איביהם

bis servi ac servæ. 17. Propterea hæc dicit Dominus : vos mihi non obedistis, ut suum quisque servum & suum quisque proximum ad libertatem vocaretis. Ego vocabo in vos ad libertatem, dicit Dominus, gladium & pestilentiam & famem, tradamque vos per omnia regna terræ jactandos. 18. Ego tradam homines, qui fœdus meum præterierunt, qui non steterunt in verbis fœderis ejus, quod præsente vitulo fecerant, quem in duas partes secaverant, perque eas medias transierant, 19. Principes Juda & principes Jerusalem, Eunuchos & Sacerdotes, omnemque populum, qui per medias vituli partes transierunt; 20. Ego eos tradam in manus suorum inimicorum, qui perdere ipsos cupiunt, eruntque cadavera ipsorum esca cœli avibus & terræ bestiis. 21. Ego Sedeciam, regem Juda, & principes ejus tradam in manus inimicorum suorum, in manus eorum, qui perdere ipsos cupiunt, & in manum exercitûs regis Babylonis, qui à vobis discesserunt. 22. Ego mandatum dabo, dicit Dominus, & eos ad hanc urbem reducam, qui eam oppugnabunt & expugnabunt, & igne succendent, & reddam urbes Juda desolatas, & sine habitatore.

וביד מבקשי נפשם וביד חיל מלך
בבל העלים מעליכם ׃ 22. הנני
מצוה · נאם יהוה · והשבתים אל
העיר הזאת · ונלחמו עליה ולכדוה
ושרפה באש · ואת ערי יהודה אתן
שממה מאין ישב ׃

---

5. ובמשרפות : Lege וכמשרפות, *& sicut combustio ;* sive, sicut cremati sunt tui patres in funeribus ipsorum. Ita vult particula כן, *sic ;* ita etiam lego in Codice Orat. 53. ...כי דבר אני דברתי, *quia verbum ego locutus sum.* Hoc addit Jeremias, quia incredibile videbatur, ut cui regi victor effoderat oculos, quemque in carcere, quandiu in vivis fuerat, detinuisset, eum sineret plangi à suis, & regio funere sepeliri. Nam regali funere fuisse cohonestatum Sedeciam, indicat hic planctus, *hei Dominator*, qnem Jeremias vaticinatur Sedeciæ regi mortuo non defuturum. Cæterùm ordinem temporum non fuisse hîc servatum, docemur ex initio capitis 32. ubi narratur Sedeciam detinuisse Jeremiam in atrio custodiæ regiæ, quia vaticinabatur, Sedeciam captum iri, & ad regem Babylonis adductum iri; nam hæc eadem sunt, quæ nunc denuntiat Sedeciæ Jeremias. Nos ordinem versuum antiquum aliquando restituimus; sed ordinem capitum non licebat, quia necesse fuit ut, quoniam Hebraicâ in columnâ nihil mutamus, capita Versionis ex latere essent Hebraicæ columnæ. Prætereà, si quædam sunt vaticinationes, quas facile sit in suo temporum ordine collocare, sunt multæ aliæ, quæ, quo tempore factæ sint, cognosci vix potest. Nos igitur eo labore toto, quod magnæ molis esse videbatur, supersedendum nobis esse duximus.

9. אחיהו, *fratrem suum.* Ita legitur tribus aliis in locis, ut videre licet apud Concordantias Buxtorfianas. Sed cùm passim legatur אחיו, sine ה interjecto, colligi potest, אחיהו, esse barbarismum, præsertim in Jeremiâ, cujus stilus nihil habet, quod redoleat Chaldaicam Linguam.

11. וישובו אחרי כן, *& reversi sunt posteà.* Sic tractamus verbum וישובו, ut Hebraismum, quo iteratio rei significatur; proptereà posuimus *iterum* in fine sententiæ. ...ויכבישום, *& subjecerunt.* Meliùs Masora, ויכבשום, sine י, notâ τῦ Hiphil, ut legitur versu 16. & ut habet, hoc ipso versu, Codex Reg. 29. Nam כבש, cùm sit Activum verbum, non indiget litterâ intermediâ, per quam mutetur Neutra potestas in Activam.

14. מקץ שבע שנים, *post annos septem*, si quidem verbum pro verbo convertitur, sed sententia flagitat, *post annos sex.* Itaque latè sumitur nota temporis מקץ, *à fine*, & indicat finem tam advenientem, quàm jam præteritum, ut aliis in locis.

17. הנני קרא לכם דרור... אל החרב, *ecce ego promulgabo vobis libertatem... ad gladium.* Ludit propheta in verbis קרא דרור; itaque eam figuram sermonis in Versione, quia id fieri poterat, retinuimus. ...לזועה, *ad jactationem.* Masora, לזעוה, ut solet emendare, atque id usitatius.

19. הסרסים, *Eunuchos ;* hoc tantùm loco sic legitur. Alibi passim סריסים, non omisso י, & ita hoc loco Codex Reg. 3. manu priori; hoc est, ut sæpe diximus, accuratiori.

22. ושרפה : Lege ושרפוה, *& succendent eam*, quomodò anteà, ולכדוה, *& capient eam.* Lego ושרפוה in Codicibus Regio 3. & Oratoriensibus 42. & 53.

CAPUT XXXV.

Jeremias, Deo jubente, vinum ponit ante Rechabitas, quod bibere nolunt, quia vino eis interdixit Jonadab, filius Rechab. Deinde arguit Jeremias populum ab exemplo Rechabitarum, promittitque Rechabitas fore perpetuos.

1. *Hoc fuit verbum Domini ad*
Jeremiam, in diebus Joachim, filii
Josiæ, regis Juda. 2. *Vade ad fa-*
miliam Rechabitarum; loquere ad
eos, & duc eos domum Domini in
unum cubiculorum, vinumque eis
appone. 3. *Ego igitur assumpsi Jezo-*
niam, filium Jeremiæ, filii Habsa-
niæ, fratresque ejus & omnes filios,
& omnem familiam Rechabitarum;
4. *Duxique eos domum Domini,*
in cubiculum filiorum Hanan, filii
Jedegeliæ, hominis Dei, quod erat
prope cubiculum Cantorum, supra
cubiculum Maasiæ, filii Sellum, li-
minis custodis. 5. *Tum posui ante*
filios familiæ Rechabitarum pocula
vino plena & calices, dixique eis;
bibite vinum. 6. *Illi dixerunt: vi-*
num non bibemus, quia Jonadab,
filius Rechab, pater noster, sic nobis
præcepit: vinum non bibetis, nec
vos, nec filii vestri, in perpetuum;
7. *Ut neque domos ædificabitis, nec*
sementem facietis, nec plantabitis
vineas, aut possidebitis; sed in tento-
riis, omnibus diebus, habitabitis, ut
multos dies vivatis in terrâ, in quâ
peregrini estis. 8. *Nos autem voci ob-*
sequimur patris nostri Jonadab, filii
Rechab, in omnibus, quæ nobis præ-
cepit, ne quandiu vivimus, vinum
bibamus, nos, nostræ uxores, filii

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה בימי יהויקים בן יאשיהו
מלך יהודה לאמר : 2. הלוך אל
בית הרכבים · ודברת אותם ·
והבאותם בית יהוה אל אחת
הלשכות · והשקית אותם יין : 3.
ואקח ארת יאזניה בן ירמיהו בן
חבצניה ואת אחיו ואת כל בניו ואת
כל בית הרכבים : 4. ואבא
אתם בית יהוה אל לשכת בני חנן
בן יגדליהו איש האלהים אשר אצל
לשכת השרים אשר ממעל ללשכת
מעשיהו בן שלם שמר הסף : 5.
ואתן לפני בני בית הרכבים גבעים
מלאים יין וכסורת · ואמר אליהם ·
שתו יין : 6. ויאמרו · לא נשתה
יין · כי יונדב בן רכב אבינו צוה
עלינו לאמר · לא תשתו יין אתם
ובניכם עד עולם : 7. ובית לא
תבנו · וזרע לא תזרעו · וכרם לא
תטעו ולא יהיה לכם · כי באהלים
תשבו כל ימיכם · למען תחיו ימים
רבים על פני האדמה אשר אתם
גרים שם : 8. ונשמע בקול
יהונדב בן רכב אבינו לכל אשר
צונו · לבלתי שתורת יין כל ימינו
אנחנו נשינו בנינו ובנתינו : 9.
ולבלתי בנות בתים לשבתנו · וכרם
ושדה וזרע לא יהיה לנו : 10.
ונשב באהלים · ונשמע ונעש ככל
אשר צונו יונדב אבינו : 11. ויהי
בעלות נבוכדראצר מלך בבל אל
הארץ ונאמר · באו ונבוא ירושלם

מפני חיל הכשדים ומפני חיל ארם ·
ונשב בירושלם ׃ .12 ויהי דבר
יהוה אל ירמיהו לאמר ׃ .13 כה
אמר יהוה צבאות אלהי ישראל ·
הלך ואמרת לאיש יהודה ולישבי
ירושלם · הלוא תקחו מוסר לשמע
אל דברי · נאם יהוה ׃ .14 הוקם
את דברי יהונדב בן רכב אשר צוה
את בניו לבלתי שתות יין · ולא
שתו עד היום הזה · כי שמעו את
מצות אביהם · ואנכי דברתי אליכם
השכם ודבר · ולא שמעתם אלי ׃
.15 ואשלח אליכם את כל עבדי
הנביאים השכם ושלח לאמר · שבו
נא איש מדרכו הרעה · והיטיבו
מעלליכם · ואל תלכו אחרי אלהים
אחרים לעבדם · ושבו אל האדמה
אשר נתתי לכם ולאבתיכם · ולא
הטיתם את אזנכם ולא שמעתם
אלי ׃ .16 כי הקימו בני יהונדב
בן רכב את מצות אביהם אשר
צום · והעם הזה לא שמעו אלי ׃
.17 לכן כה אמר יהוה אלהי
צבאות אלהי ישראל · הנני מביא
אל יהודה ואל כל יושבי ירושלם
את כל הרעה אשר דברתי עליהם ·
יען דברתי אליהם ולא שמעו ·
ואקרא להם ולא ענו ׃ .18 ולבית
הרכבים אמר ירמיהו · כה אמר
יהוה צבאות אלהי ישראל · יען אשר
שמעתם על מצות יהונדב אביכם
ותשמרו את כל מצותיו ותעשו
ככל אשר צוה אתכם ׃ .19 לכן
כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל ·
לא יכרת איש ליונדב בן רכב עמד
לפני כל הימים ׃

*nostri ac filiæ ; 9. Et ne ædificemus
domos , quas habitemus , nec sint no-
bis vineæ , nec agri , nec semina ;
10. Habitamusque in tentoriis , &
fideliter observamus omnia , quæ pa-
ter noster Jonadab nobis præcepit.
11. Sed cum venit in regionem Na-
buchodonosor , rex Babylonis , dixi-
mus ; venite , eamus in Jerusalem
propter Chaldæorum exercitum &
Syrorum ; propterea in Jerusalem
habitamus. 12. Tum fuit ad Jere-
miam verbum Domini , hæc dicen-
tis : 13. Hæc dicit Dominus exer-
cituum , Deus Israel ; vade , & hæc
loquere ad homines Juda & ad Jeru-
salem habitatores : non-ne suscipietis
disciplinam , ut verba mea audiatis ,
dicit Dominus. 14. Ratum fuit ver-
bum Jonadab , filii Rechab , qui filiis
suis præcepit , ne vinum biberent ;
nec vinum hactenus biberunt , quia
obsequuntur patris sui mandatis. Ego
autem locutus sum ad vos , nec loqui
intermisi , vos verò me non audistis.
15. Misi ad vos servos meos prophe-
tas , nec mittere intermisi , dicens :
nunc tandem revertimini à viâ suâ
quisque pravâ , & bonas facite actio-
nes vestras , & nolite ire post Deos
alienos , ut eis serviatis , & habitate
in terrâ , quam dedi vobis patribus-
que vestris ; vos autem aures non præ-
buistis , nec me audistis. 16. Ergo
filii Jonadab , filii Rechab , steterunt
in patris sui mandatis , quæ ipsis de-
dit , populus verò iste me non audie-
runt. 17. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israel; ego in
Judam & in Jerusalem habitatores mala omnia hæc adducam , quæ de eis lo-
cutus sum ; quia locutus sum ad eos , nec audierunt ; vocavi eos , nec respon-
derunt. 18. Dixit autem Jeremias familiæ Rechabitarum : hæc dicit Domi-
nus exercituum, Deus Israel ; quia audistis mandata Jonadab , patris vestri ,
ejusque omnia verba retinuistis, & quidquid vobis imperavit, fecistis, 19. Prop-
tereà hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : non deficiet Jonadab, filio
Rechab , homo , qui coram me maneat in perpetuum.*

2.

2. הלוך אל בית הרכבים : (meliùs הלך) *vade ad familiam Rechabitarum.* Minùs nobis placuit, *ad domum*, tum quia infrà בית, de *familiâ* uſurpatur, non de *domo ;* tum etiam quia non erat domus tantummodò una Rechabitarum. Nam qui pluribus in tentoriis habitabant, & multo jam numero erant, non eos poterat una domus continere. והשקית אתם יין..., *& facies eos bibere vinum.* Habes in verbo השקית præſentem notam ejuſmodi verborum, quæ ſignificant præparationem rei, non rem ipſam. Non jubetur Jeremias facere, ut Rechabitæ vinum bibant, ſed tantùm facere, quæ fieri ab hominibus ſolent, qui ad potanda vina invitant.

3. כל בית הרכבים, (*& aſſumpſi*) *omnem familiam Rechabitarum ;* id eſt, quoſdam de omnibus ; puta quoſdam juvenes, de juvenibus ; quoſdam ſenes, de ſenibus. Ita ſæpe reſtrictè uſurpatur Adjectivum כל ; non potuiſſet capere unum cubiculum omnes Rechabitas.

4. לשכת השרים : Nos, *cubiculum Cantorum*, deducto השרים, ex שור, *cantare.* Nihil erat magis obvium ; ut mirum videri debeat, quamobrem omnes interpretentur, *principum ;* qui deinde laborant, ut explicent, quinam eſſent illi *principes.* Grotius accepit *principes* de primis ſacerdotum ; quod non licebat, ubi non additur הכהנים, *ſacerdotum.* Sed de *cantoribus* commodè intelligitur id cubiculum, quod erat in ædificii loco editiore, & in eâdem parte ædium, in quâ erat liminis cuſtos.

6. צוה עלינו, *præcepit nobis.* Videtur Jonadab ſic locutus, ut ex Dei mandato loquitur Legiſlator. Nam præcepit, ut Moyſes, eaſdemque mercedes propoſuit, nempe *ut dies multos vivatis*, atque has mercedes ratas fore, Deo jubente, promittit Jeremias. Ut non dubium ſit, propoſuiſſe Deum Judæis Rechabitas, quorum ab exemplis Judæi intelligerent, ſe eandem perſonam gerere debuiſſe, quam Rechabitæ gerebant, cùm præ ſe ferrent, ſe eſſe in *terrâ peregrinos :* quam eandem perſonam ſuſtinuerant Abraham, Iſaac & Jacob, cùm in tentoriis habitarent. Intelligendum האדמה, de *terrâ* generatim acceptâ, non de Judæâ, in quâ extranei erant Rechabitæ, quia non additur הזאת, *hâc ;* & quia Patriarchæ iiſdem verbis, quibus hîc Rechabitæ, demonſtrabant ſuam vitæ hujus mortalis peregrinationem. Cæterùm rectè Grotius ex hoc loco argumentatur contra homines novos, qui Monachorum vota vituperabant : » Si hoc (inquit) præcipere progenitor poſteris ſuis potuit, & laudem à Deo habent qui » id obſervârunt, cur non Eccleſiæ Patres præcipere quædam poterunt, non per ſe neceſſaria, » ſed pro ratione temporum locorum-ve utilia, aut ad vitandas mali occaſiones, aut ad virtutum adminicula ?

14. הוקם את דברי : Lege דבר, ne diſcordia ſit numerorum. Ita Græci Intt. ῥῆμα, *verbum.* Eſt enim הוקם, *Hophal*, non *Hiphil.*

19. לא יכרת... ליונדב, *non deficiet... Jonadab.* Vidimus ſuprà cap. 33. w. 17. & 18. promiſſionem verbis omninò ſimilibus enuntiatam ; *non deficiet Davidi homo, qui ſedeat in ſolio domûs Iſrael : non deficiet ſacerdotibus Levitis homo.... qui ſacrificium faciat omnibus diebus ;* quæ de perpetuitate regni & ſacerdotii intelligenda erant. Idem dicendum de hâc promiſſione factâ Rechabitis. Redierunt de exſilio Babylonico Rechabitæ, ut docemur ex, *I. Par. cap. 2. v. 55.* Sed per eum reditum non ſatisfit iis verbis, *omnibus diebus*, niſi etiam ſucceſſores habuerunt Rechabitæ, non modò in veteri Lege, ſed etiam in novâ. Itaque etiam qui aſceticam vitam duxerunt, & apud Judæos, uſque ad Chriſtum natum, & apud Chriſtianos, jure ac meritò habiti ſunt, ut diſcipuli Rechabitarum. Nam per eos eventum ſuum habuit, habet & habitura eſt hæc Jeremiæ vaticinatio, ipſo genere vitæ, quanquam inſtitutis quibuſdam diverſis.

Hhhh

CAPUT XXXVI.

Jeremias jubetur ſcribere in Libro quæ vaticinatus eſt. Hæc legit Baruch in Templo, deinde in regis atrio coram Principibus. Principes rem deferunt ad Regem, qui auditis paginis Libri ferè quatuor, folium lacerat, librumque in ignem mittit. Jubetur Jeremias ſcribere alterum librum, & vaticinatur, non habiturum Joachim filios in ſolio ſedentes.

1. *Anno autem quarto Joachim, filii Joſiæ, regis Juda, fuit ad Jeremiam verbum Domini, hæc mandantis:* 2. *Sume tibi volumen libri, & in eo ſcribe omnia verba, quæ ego tibi locutus ſum contra Iſrael, contra Juda & contra omnes gentes, ex quo tecum locutus ſum in diebus Joſiæ, uſque ad hunc diem;* 3. *Si fortè domus Juda recogitet omnia mala, quæ ego illis facere meditor, ideò ut unuſquiſque à viâ ſuâ malâ revertatur, atque ego eorum parcam iniquitatibus & peccatis.* 4. *Tum Jeremias vocavit Baruch, filium Neriæ, ſcripſitque Baruch ex ore Jeremiæ in volumine libri univerſa verba, quæ Dominus ad eum fuerat locutus.* 5. *Jeremias autem dedit Baruch tale mandatum; quoniam ego, hîc detentus, non poſſum ire domum Domini,* 6. *Vade tu, & lege in volumine id, quod ex ore meo ſcripſiſti, omnia verba Domini, audiente populo, in domo Domini, cum jejunii dies aderit; hæc autem etiam leges, audiente univerſo Juda, quicunque venerint ex urbibus ſuis:* 7. *Si fortè in conſpectum Domini veniant ipſorum preces, & à viâ ſuâ quiſque pravâ revertatur. Etenim in populum iſtum imminet ira Domini magna & vehemens, de quâ eis locutus eſt.* 8. *Fecit*

1. ויהי בשנה הרביעת ליהויקים בן יאשיהו מלך יהודה היה הדבר הזה אל ירמיהו מאת יהוה לאמר ׃ 2. קח לך מגלת ספר · וכתבת אליה את כל הדברים אשר דברתי אליך על ישראל ועל יהודה ועל כל הגוים מיום דברתי אליך מימי יאשיהו ועד היום הזה ׃ 3. אולי ישמעו בית יהודה את כל הרעה אשר אנכי חשב לעשות להם · למען ישובו איש מדרכו הרעה · וסלחתי לעונם ולחטאתם ׃ 4. ויקרא ירמיהו את ברוך בן נריה · ויכתב ברוך מפי ירמיהו את כל דברי יהוה אשר דבר אליו על מגלת ספר ׃ 5. ויצוה ירמיהו את ברוך לאמר · אני עצור · לא אוכל לבוא בית יהוה ׃ 6. ובאת אתה וקראת במגלה אשר כתבת מפי את דברי יהוה באזני העם בית יהוה ביום צום · וגם באזני כל יהודה הבאים מעריהם תקראם ׃ 7. אולי תפל תחנתם לפני יהוה וישבו איש מדרכו הרעה · כי גדול האף והחמה אשר דבר יהוה אל העם הזה ׃ 8. ויעש ברוך בן נריה ככל אשר צוהו ירמיהו הנביא לקרא בספר דברי יהוה בית יהוה ׃ 9. ויהי בשנה החמשית ליהויקים בן יאשיהו מלך יהודה בחדש התשעי קראו צום לפני יהוה כל העם בירושלם · וכל העם הבאים מערי יהודה בירושלם ׃ 10. ויקרא

Baruch, filius Neriæ, juxta omnia
quæ præceperat sibi Jeremias prophe-
ta, ut in domo Domini verba Do-
mini ex libro legeret. 9. *Accidit au-*
tem, anno quinto Joachim, filii Jo-
siæ, regis Juda, mense nono, ut je-
junium coram Domino indicerent &
universi Jerusalem cives, & omnis
populus, qui Jerusalem venerat ex
urbibus Juda. 10. *Tum Baruch legit*
in libro verba Jeremiæ, in domo Do-
mini, in cubiculo Gamariæ, filii
Saphan Scribæ, in atrio superiori,
ad portam novam domûs Domini,
universo populo audiente. 11. *Mi-*
chæas autem, filius Gamariæ, filii
Saphan, ut audivit ex libro univer-
sos Domini sermones, 12. *Descendit*
domum Regis, in cubiculum scribæ;
ibi autem sedebant omnes principes,
Elisama scriba, & Dalaias, filius
Semeiæ, & Elnathan, filius Acho-
bor, & Gamarias, filius Saphan, &
Sedecias, filius Hananiæ; denique
universi principes; 13. *Quibus nun-*
tiavit Michæas omnia verba, quæ
audierat, cùm Baruch legeret in li-
bro, populo audiente. 14. *Omnes*
principes miserunt ad Baruch Judi,
filium Nathaniæ, filii Selemiæ, filii
Chusi, dicentes: quod tu volumen,
audiente populo, legisti, sume illud
in manum tuam, & veni. Baruch,
filius Neriæ, sumpsit in manus volu-
men, atque eos convenit; 15. *Qui ei*
dixerunt: nunc sede, & lege in auri-
bus nostris volumen; atque id legit
Baruch in auribus ipsorum. 16. *Illi*
omnia verba cùm audierunt, obstu-
puerunt unus ad alterum, & Baruch
dixerunt; nos verò universa verba
hæc regi nuntiabimus. 17. *Simul scis-*
citati sunt Baruch his verbis: indica
nobis, quæso, quomodò universa

ברוך בספר את דברי ירמיהו בית
יהוה בלשכת גמריהו בן שפן הספר
בחצר העליון פתח שער בית יהוה
החדש באזני כל העם : 11.
וישמע מכיהו בן גמריהו בן שפן
את כל דברי יהוה מעל הספר :
12. וירד בית המלך על לשכת
הספר · והנה שם כל השרים
יושבים · אלישמע הספר ודליהו בן
שמעיהו ואלנתן בן עכבור וגמריהו
בן שפן וצדקיהו בן חנניהו וכל
השרים : 13. ויגד להם מיכיהו
את כל הדברים אשר שמע בקרא
ברוך בספר באזני העם : 14.
וישלחו כל השרים אל ברוך את
יהודי בן נתניהו בן שלמיהו בן
כושי לאמר · המגלה אשר קראת
בה באזני העם קחנה בידך ולך ·
ויקח ברוך בן נריהו את המגלה
בידו · ויבא אליהם : 15. ויאמרו
אליו · שב נא וקראנה באזנינו ·
ויקרא ברוך באזניהם : 16. ויהי
כשמעם את כל הדברים פחדו
איש אל רעהו · ויאמרו אל ברוך ·
הגיד נגיד למלך את כל הדברים
האלה : 17. ואת ברוך שאלו
לאמר · הגד נא לנו איך כתבת את
כל הדברים האלה מפיו : 18.
ויאמר להם ברוך · מפיו יקרא אלי
את כל הדברים האלה · ואני כתב
על הספר בדיו : 19. ויאמרו
השרים אל ברוך · לך הסתר אתה
וירמיהו · ואיש אל ידע איפה אתם :
20. ויבאו אל המלך חצרה ואת
המגלה הפקדו בלשכת אלישמע
הספר · ויגידו באזני המלך את כל
הדברים : 21. וישלח המלך את
יהודי לקחת את המגלה · ויקחה
מלשכת אלישמע הספר · ויקראה
יהודי באזני המלך ובאזני כל
השרים העמדים מעל המלך : 22.
והמלך יושב בית החרף בחדש
התשיעי · ואת האח לפניו מבערת :
23. ויהי כקרא יהודי שלש דלתות

verba hæc tu ex ore ejus ſcripſeris.
18. *Tum Baruch: ille, inquit, ore*
ſuo mihi omnia hæc dictabat; ego
autem atramento in libro ſcribebam.
19. *Deinde principes dixerunt Ba-*
ruch; abi, & abſconde te, tu & Je-
remias, ut nemo ſciat, ubi ſitis.
20. *Poſteà venerunt ad regem in*
atrium, depoſitoque volumine in cu-
biculo Eliſamæ ſcribæ, omnia verba
ad aures Regis detulerunt. 21. *Tum*
rex miſit Judi, ut tolleret volumen,
qui attulit illud de cubiculo Eliſamæ
ſcribæ, legitque, audiente Rege, &
audientibus cunctis principibus, qui
Regi aſtabant.. 22. *Sedebat autem*
Rex in ædibus hybernis, menſe nono,
& ante focum, qui coram eo ardebat.
23. *Poſteà quàm Judi paginas tres*
& ferè quatuor legiſſet, laceravit
illud Rex ſcalpello ſcribæ, atque in
ignem conjecit; adeò ut volumen,
igne, quo ardebat focus, totum ab-
ſumeretur. 24. *Et non modò non ex-*
paverunt, nec ſuas veſtes diſciderunt
Rex & omnes ſervi ejus, qui omnia
verba hæc audierant; 25. *Sed, quan-*
do Elnathan & Dalaias & Gamarias
dehortati ſunt Regem, ne combureret
volumen, Rex eis non obtemperavit.
26. *Quin etiam Rex mandatum de-*
dit Jeremiel, filio Amelech & Sariæ,
filio Ezriel, & Selemiæ, filio Ab-
deel, ut comprehenderent Baruch
ſcribam & Jeremiam prophetam; Do-
minus autem eos abſcondit. 27. *Sed,*
poſtquàm combuſſiſſet Rex volumen
& omnia verba, quæ in eo ſcripſerat
Baruch ex ore Jeremiæ, fuit ad Je-
remiam verbum Domini, hæc man-
dantis: 28. *Redi; ſume tibi alterum*
volumen, & in eo ſcribe eadem om-
nia verba, quæ in priori volumine erant, quod Joachim, Rex Juda, igne
delevit. 29. *Hæc autem dices Joachim, Regi Juda: hæc dicit Dominus; tu*
illud

וארבעה יקרעה בתער הספר ·
והשלך אל האש אשר אל האח
עד תם כל המגלה על האש אשר
על האח ׃ 24. ולא פחדו ולא
קרעו את בגדיהם המלך וכל עבדיו
השמעים את כל הדברים האלה ׃
25. וגם אלנתן ודליהו וגמריהו
הפגעו במלך לבלתי שרף את
המגלה · ולא שמע אליהם ׃ 26.
ויצוה המלך את ירחמאל בן המלך
ואת שריהו בן עזריאל ואת שלמיהו
בן עבדאל לקחת את ברוך הספר
ואת ירמיהו הנביא · ויסתרם יהוה ׃
27. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
אחרי שרף המלך את המגלה ואת
הדברים אשר כתב ברוך מפי
ירמיהו לאמר ׃ 28. שוב · קח לך
מגלה אחרת · וכתב עליה את כל
הדברים הראשנים אשר היו על
המגלה הראשנה אשר שרף יהויקים
מלך יהודה ׃ 29. ועל יהויקים
מלך יהודה תאמר · כה אמר יהוה ·
אתה שרפת את המגלה הזאת
לאמר · מדוע כתבת עליה לאמר ·
בא יבוא מלך בבל והשחית · את
הארץ הזאת והשבית ממנה אדם
ובהמה ׃ 30. לכן כה אמר יהוה
על יהויקים מלך יהודה · לא יהיה לו
יושב על כסא דוד · ונבלתו תהיה
משלכת לחרב ביום ולקרח בלילה ׃
31. ופקדתי עליו ועל זרעו ועל
עבדיו את עונם · והבאתי עליהם
ועל ישבי ירושלם ואל איש יהודה
את כל הרעה אשר דברתי אליהם
ולא שמעו ׃ 32. וירמיהו לקח
מגלה אחרת · ויתנה אל ברוך בן
נריהו הספר · ויכתב עליה מפי
ירמיהו את כל דברי הספר אשר
שרף יהויקים מלך יהודה באש ·
ועוד נוסף עליהם דברים רבים
כהמה ׃

illud volumen igne delevisti, cùm sic diceres : quare tu in eo talia verba scrip-
sisti ; omninò adveniet Rex Babylonis, & hanc terram devastabit, vacuabit-
que eam & hominibus & jumentis. 30. *Propterea hæc dicit Dominus de Joa-*
chim, Rege Juda : non erit ex eo, qui sedeat in throno David; cadaver
ejus jacebit humi, per diem ad calorem, & ad gelu per noctem; 31. *Et ulcis-*
car in eo & in semine ejus servisque ejus iniquitates ipsorum, adducamque
in eum & in Jerusalem habitatores & in homines Juda omnia mala, quæ con-
tra eos locutus sum, quæque non audierunt. 32. *Posteà Jeremias tulit alte-*
rum volumen, deditque id Baruch scribæ, filio Neriæ, qui scripsit in eo, ex
ore Jeremiæ, omnia verba libri ejus, quem igne deleverat Joachim, Rex
Juda, addiditque insuper multa alia, ut hæc sunt.

---

1. הרביעת, *quarto.* Codices tres, הרבעית ; alii הרביעית, ut lego in Codice Orat. 42. quæ solita forma est.

5. אני עצור, *ego detentus ;* nempe in loco, ubi abdiderat se Jeremias, Joachim regem metuens ; non in carcere. Nam versu 26. jubet rex, ut Jeremias comprehendatur, additurque, *& abscondit eum Dominus ;* id est, fecit, ut qui absconditus erat, non reperiretur. Sic versu 28. dicit Deus Jeremiæ שוב, *revertere*, hoc est, redi in eum locum, ubi eras, antequàm te absconderes. Jeremias tum se abscondit, postquàm mandatum fecisset scribæ suo Baruch, ut librum, quem dictaverat, audiente populo, recitaret ; nam tum demum Regis ira erat metuenda.

6. ביום צום, *in die jejunii.* Noverat Jeremias, Deo revelante, fore ut jejunium, mense nono, indiceretur, quanquam nihil sanxerat Lex Mosis de jejunio per eum mensem celebrando. Quod jejunium cùm prænuntiat scribæ suo Jeremias, addit ei animos, ut, cùm jejunium, ut prædictum fuerat, evenerit, audeat in publicum prodire, Magistro suo adhuc latente. Jejunii indicendi causam probabilem affert Vatablus, » ob adventum Chaldæorum, quos fama erat » advenire contra Jerusalem : « vide eum in hunc locum.

7. אולי תפל תחנתם לפני יהוה, *si fortè cadat oratio eorum in conspectu Domini ;* hoc est, *adveniat, perveniat.* Nam verbum נפל sæpe adhibetur pro verbo בוא : vide cap. seq. w. 13. & 14. Eandem orationis formam habes infrà, cap. 37. v. 20. & cap. 42. v. 2. Edm. Calmet credidit, significari in verbo תפל, *preces*, sic tanquam personam supplicem, pauperem & abjectam, atque in eam rem allegat nos ad Homerum, qui orationem sic pingit ut filiam magni Jovis, curvatam, claudam, nec rectis oculis intueri audentem. Talibus commentariis ille supersedisset, si attendisset ad significatum verbi נפל suprà-dictum.

12. וגמריהו בן שפן, *& Gamarias filius Saphan.* Versu 10. dicitur Michæas, *filius Gamariæ, filii Saphan.* Utrumque *Gamariam* Edm. Calmet non putat eundem fuisse, quoniam unus v. 10. notatur ut *scriba* in domo Domini, alter hoc versu 12. ut *princeps Juda.* Tamen nihil obstat, quin unus & idem sit utrobique Gamarias : 1°. quia idem homo poterat esse & *scriba*, & *princeps Juda*, ut liquet ex *Elisamâ*, qui, hoc ipso versu, principibus annumeratur, & deinde vocatur *scriba.* 2°. quia idem *Gamarias* poterat esse scriba & in Templo, & in domo Regis. Denique Jeremias solet addere, quem patrem habuerint illi, quos nominat, ut distinguat prosapiâ ipsâ personas ; itaque eundem *Gamariæ* patrem utrobique nominans, eundem videtur notare *Gamariam*, cujus filius erat *Michæas.*

18. מפיו יקרא, *ore suo dictabat*, sive *pronuntiabat.* Addit Vulgatus, *quasi legens*, Commentarii loco, quanquam sententiam talem non exhibet Hebraicum verbum. Præterea dubitari potest, an Baruch Jeremiæ dictantis verba sequi stilo potuisset, si Jeremias locutus fuisset, *quasi legens*, seu continuo sermone verba pronuntians. Quippe nescitur, an essent apud Hebræos *ταχυγράφοι*, *Exceptores*, seu *Actuarii.*

23. שלש דלתות וארבעה : Nos, *paginas tres, & ferè quatuor.* Non tàm difficile est, quàm Edm. Calmet videbatur, explicare, quales essent illæ paginæ. Nempe tales erant, quales adhuc sunt in membranis, quæ appellantur *Volumina Synagogæ*, in quibus membranæ consutæ sunt, non una supra, altera infra alteram ; quod si esset, unam tantùm paginam volumen haberet, cujus initium esset in membranæ parte summâ, finis in infimâ, sed una membrana ex latere alterius ; quæ leguntur volumine replicando, vel à dexterâ ad sinistram, vel à sinistrâ ad dexteram, ita ut tot sint paginæ, quot sunt membranæ.

32. דברים רבים כהמה, *verba plurima, ut hæc sunt.* Retinemus in Versione verborum ambiguitatem. Nam כהמה significat, vel *ut hæc sunt*, quæ mox lecta sunt, & post legentur, vel *his similia*, sive similes minas & vaticinationes in Jerusalem & in ejus Reges. Vulgatus, *sermones multò plures, quàm anteà fuerant ;* legere videtur מהמה, *quàm illos.* Cæteri omnes legunt כהמה ; vide Polyglotta.

CAPUT XXXVII.

Chaldæi, audientes Pharaonem adversùm se cum exercitu esse profectum, urbem Jerusalem ab obsidione liberant; Jeremias denuntiat, redituros Chaldæos, & urbem inflammaturos. Conjicitur in carcerem; accersitur clam à Sedeciâ, cui declarat, Chaldæos eum in suâ potestate habituros.

1. *Regnavit autem pro Jechoniâ,*
filio Joachim, Sedecias, filius Josiæ;
eum enim Nabuchodonosor, rex Babylonis, regem fecerat in terrâ Juda.
2. *Sed neque ille, nec servi ejus, nec populus terræ verba Domini audierunt, quæ per Jeremiam prophetam*
fuerat locutus. 3. *Misit autem rex*
Sedecias Juchal, filium Selemiæ & Sophoniam, filium Maasiæ, Sacerdotem, ad Jeremiam prophetam, hæc dicens: ora, quæso, pro nobis
Dominum, Deum nostrum. 4. *Quippe ibat Jeremias, & in publicum prodibat, neque eum in custodiam miserant.* 5. *Intereà exercitus Pharaonis*
Ægypto egressus est, & Chaldæi, qui Jerusalem obsidebant, ut ejus famam audierunt, ab Jerusalem discesserunt. 6. *Tum fuit ad Jeremiam*
verbum Domini, hæc dicentis:
7. *Hæc dicit Dominus Deus Israel:*
hæc dicetis regi Juda, qui ad me vos misit, me sciscitaturos; En exercitus Pharaonis, qui egressus est, ut vobis auxilietur, in Ægyptum, terram suam, revertetur; 8. *Redibuntque*
Chaldæi, & pugnabunt contra istam civitatem, atque eam capient, & igne delebunt. 9. *Hæc dicit Dominus: nolite extollere animos vestros, cùm sic dicitis: certè Chaldæi à*

1. וימלך מלך צדקיהו בן יאשיהו
תחת כניהו בן יהויקים אשר המליך
נבוכדראצר מלך בבל בארץ יהודה ׃
2. ולא שמע הוא ועבדיו ועם
הארץ אל דברי יהוה אשר דבר ביד
ירמיהו הנביא ׃ 3. וישלח המלך
צדקיהו את יהוכל בן שלמיה ואת
צפניהו בן מעשיה הכהן אל ירמיהו
הנביא לאמר · התפלל נא בעדנו אל
יהוה אלהינו ׃ 4. וירמיהו בא
ויצא בתוך העם · ולא נתנו אתו
בית הכליא ׃ 5. וחיל פרעה יצא
ממצרים · וישמעו הכשדים הצרים
על ירושלם את שמעם · ויעלו מעל
ירושלם ׃
6. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו
הנביא לאמר ׃ 7. כה אמר יהוה
אלהי ישראל · כה תאמרו אל מלך
יהודה השלח אתכם אלי לדרשני ·
הנה חיל פרעה היצא לכם לעזרה
שב לארצו מצרים ׃ 8. ושבו
הכשדים · ונלחמו על העיר הזאת ·
ולכדה ושרפה באש ׃ 9. כה אמר
יהוה · אל תשאו נפשתיכם לאמר ·
הלך ילכו מעלינו הכשדים · כי לא
ילכו ׃ 10. כי אם הכיתם כל חיל
כשדים הנלחמים אתכם · ונשארו
בם אנשים מדקרים · איש באהלו
יקומו ושרפו את העיר הזאת באש ׃
11. והיה בהעלות חיל הכשדים
מעל ירושלם מפני חיל פרעה ׃
12. ויצא ירמיהו מירושלם ללכת

*nobis diſcedent ; neque enim diſceſſu-
ri ſunt.* 10. *Et, tametſi percuſſiſſetis
omnem exercitum Chaldæorum, qui
vobiſcum bellum gerunt, ſupereſſent-
que apud eos tantummodò aliqui vul-
nerati, illi tamen ex tentòrio quiſ-
que ſuo erumperent, atque hanc ur-
bem igne delerent.* 11. *Poſtquàm
exercitus Chaldæorum receſſerat ab
Jeruſalem, propter exercitum Pha-
raonis,* 12. *Jeremias Jeruſalem egre-
diebatur, ut iret in terram Benja-
min, atque inde haberet ſibi apud
populum poſſeſſionem.* 13. *Et cùm
eſſet in portâ Benjamin, ibi erat
etiam Jerias, filius Selemiæ, filii
Hananiæ, vicium præſes. Ille com-
prehendit Jeremiam prophetam, di-
cens ; tu transfugis ad Chaldæos.*
14. *Cui Jeremias ; iſtud, inquit,
falſum eſt. Ego non transfugio ad
Chaldæos ; ille autem ei non auſcul-
tavit. Ergò Jerias comprehendit Je-
remiam, adduxitque eum ad princi-
pes.* 15. *Principes irati verberave-
runt Jeremiam, miſeruntque eum in
cuſtodiam domûs Jonathan ſcribæ ;
nam eum cuſtodiæ præfectum fece-
rant.* 16. *Ductus eſt autem Jeremias
in carcerem profundum & recondi-
tum, ſeditque ibi dies multos.* 17. *Sed-
enim miſit rex Sedecias, qui eum ad
ſe ducerent, atque eum clam domi
ſciſcitatus eſt, num quod eſſet verbum Domini. Tum Jeremias : eſt, inquit,
addiditque ; tu tradêris in manum regis Babylonis.* 18. *Simul Jeremias hæc
apud Sedeciam regem locutus eſt : Quodnam fuit meum in te peccatum, vel
in ſervos tuos, aut in populum iſtum, quòd vos me in carcerem conjeciſtis ?*
19. *Ubi ſunt prophetæ veſtri, qui vòbis hæc vaticinabantur : non veniet con-
tra vos, nec contra terram hanc, rex Babylonis.* 20. *Nunc igitur audi,
quæſo, Domine mî rex, nec preces meæ coram te repudientur, nec me Jo-
nathan ſcribæ domum remittas, ne illic moriar.* 21. *Tum rex Sedecias man-
datum dedit, ut mitterent Jeremiam in cuſtodiæ atrium, attribuitque illi
demenſum panis diurnum de vico piſtorum, donec deficeret in ùrbe panis.
Ergo in cuſtodiæ atrio manſit Jeremias.*

ארץ בנימן · לחלק משם בתוך
העם ׃ 13. ויהי הוא בשער בנימן ·
ושם בעל פקדת · ושמו יראייה בן
שלמיה בן חנניה · ויתפש ארת
ירמיהו הנביא לאמר · אל הכשדים
אתה נפל ׃ 14. ויאמר ירמיהו ·
שקר · אינני נפל על הכשדים · ולא
שמע אליו · ויתפש יראייה בירמיהו
ויבאהו אל השרים ׃ 15. ויקצפו
השרים על ירמיהו והכו אתו · ונתנו
אותו בית האסור בית יהונתן הספר ·
כי אתו עשו לבית הכלא ׃ 16.
כי בא ירמיהו אל בית הבור ואל
החניות · וישב שם ירמיהו ימים
רבים ׃ 17. וישלח המלך צדקיהו ·
ויקחהו וישאלהו המלך בביתו בסתר
ויאמר · היש דבר מאת יהוה · ויאמר
ירמיהו · יש · ויאמר ביד מלך בבל
תנתן ׃ 18. ויאמר ירמיהו אל
המלך צדקיהו · מה חטאתי לך
ולעבדיך ולעם הזה כי נתתם אותי
אל בית הכלא ׃ 19. ואיו נביאיכם
אשר נבאו לכם לאמר · לא יבא
מלך בבל עליכם ועל הארץ הזאת ׃
20. ועתה שמע נא אדני המלך ·
תפל נא תחנתי לפניך · ואל תשבני
בית יהונתן הספר · ולא אמות שם ׃
21. ויצוה המלך צדקיהו · ויפקדו
את ירמיהו בחצר המטרה · ונתן לו
ככר לחם ליום מחוץ האפים עד
תם כל הלחם מן העיר · וישב ירמיהו
בחצר המטרה ׃

4. וירמיהו בא ויצא בתוך העם, *& Jeremias intrabat & exibat apud populum*; ſive, habebat licentiam eundi, quò vellet, poſtquàm fuerat in atrio carceris domûs regiæ detentus, ut narratur, cap. 32. v. 2. Emiſſus fuerat Jeremias ex eo atrio, antequàm Chaldæi ab urbe recederent, ut docemur ex cap. 33. v. 2. ubi Deus Jeremiæ dicit, *vade & loquere ad Sedeciam*, dum Chaldæi adhuc Jeruſalem oppugnabant, ut liquet ex ejuſdem capitis verſu 7. Itaque hæc omnia, quæ hoc capite narrantur, ſubſecuta ſunt ea, quæ memorantur cap. 32. ...הכליא: Rectè Maſora, הכלוא, niſi הכלא, ut v. 18.

9. הלך ילכו מעלינו הכשדים, *certè à nobis Chaldæi diſcedent*. Interpretamur, Futuro tempore, ילכו, *diſcedent*, quanquam Chaldæi jam diſceſſerant, ut Ægyptiis occurrerent; nam illud ילכו ejuſdem ſententiæ eſt, atque alterum ילכו, quod uſurpat Jeremias, dicens, כי לא ילכו, *non enim diſcedent*, quaſi dicat Propheta, non vos obſidione liberabunt; nam poſtquàm diſceſſêre, revertentur. Ita igitur Jeruſalem cives dicebant, *diſcedent Chaldæi*, ut ſignificarent, Chaldæos non ampliùs reverſuros, & conſilium mutaſſe Jeroſolymæ expugnandæ.

10. אם הכיתם כל חיל כשדים, *tametſi percuſſiſſetis omnem exercitum Chaldæorum*. Confutat, hoc loco, Jeremias vanam ſpem Sedeciæ ac Jeroſolymitanorum. Quippe narratur cap. 21. v. 2. Sedeciam miſiſſe ad Jeremiam, qui ex eo ſciſcitarentur, an non Deus aliquod miraculum facturus eſſet, quo ipſos à Chaldæis liberaret; quale miraculum Deus patrârat, Ezechiâ regnante. Propterea hæc ſubjicit Jeremias, quæ hoc verſu leguntur.

12. לחלק משם בתוך העם, *ut haberet inde poſſeſſionem in medio populi*. Hæc, cum Chaldæo, intelligimus de poſſeſſione Anathoth, quam, Deo jubente, jure conſanguinitatis emerat Jeremias. Nam qui Interpretes negant, Jeremiam illam poſſeſſionem emiſſe, antequàm Chaldæi ab urbe diſcederent, contradicunt ipſi Jeremiæ narranti cap. 32. ſe emptionem agri feciſſe, *dum exercitus Chaldæorum obſidebat Jeruſalem*: vide ejus capitis verſum 2. Sed quia Jeremias tum detinebatur in atrio cuſtodiæ regiæ, non potuerat ire Anathoth, quò nunc proficiſcitur. Malè quidam, ex quorum numero eſt Grotius, *ut ſubduceret ſe de conſpectu civium*; neque enim ſignificat חלק, *ſegregare ſe*, vel *ſubducere*... Allegat nos Grotius ad Thalmudicos, apud quos חלק, reperitur in ſignificatu *extrahere*; eſto, ſed *extrahere* fructus ex arbore, ex tellure radices, non autem de mediis civibus, civem. Præterea eſſet legendum מתוך, *ex medio* (*populi*) cùm tamen legatur בתוך, *in medio*. Nam fruſtrà Vatablus aliorum errorem fecit ſuum, ut crederet ב pro מן uſurpari. Itaque novi Interpretes nodum ſtringunt, nedum ſolvant, quanquam ita videbatur Edm. Calmet, nec niſi per fas & nefas diſceſſêre ab omnibus Veteribus novi Interpretes.

13. בעל פקדת: Nos, *vicium præſes*, ſeu præpoſitus eis, qui portam Benjamin alternis vicibus cuſtodiebant. Ita ſæpe פקדה de ſtatis vicibus uſurpatur.

16. כי בא ירמיהו, *nam venit Jeremias*. Non bonâ ſerie illud כי; itaque etiam illud exhibet ſolus Chaldæus. Græci Intt. καὶ ἦλθεν, *& venit*; Syrus, וארמיוהי, *& projecerunt eum*; illi ex ſcriptione ויבא, hic ex ויביאו: Nos, *ductus eſt*, ex ויובא, in *Hophal*, ut ſignificetur, Jeremiam, carcere jam clauſum, ductum fuiſſe בית הבור, *in domum laci*, ſive in ergaſtulum humidum & profundum.

19. ואיו נביאיכם, *& ubi ſunt prophetæ veſtri*. Rectè Maſora, ואיה; nam ואיו ſibi vellet, *ubi ille*, numero ſing. quem numerum excludunt *prophetæ*.

21. מחוץ האפים, *ex vico piſtorum*. Ità Græci Intt. ἔξωθεν ὃ πέσσουσιν, *deforis*, *ubi panem faciebant*; ſimiliter Syrus & Chaldæus. Vulgatus, *excepto pulmento*, quaſi legeret, חוץ מהאפים; nam præpoſitio חוץ, *præter*, vult habere מ ſubjunctum.

CAPUT XXXVIII.

Jeremias demittitur in lacum cœnosum, unde extrahitur ab Abdemelech Eunucho, annuente Rege. Consilium dat Regi, ut se tradat Chaldæis; nisi hoc faciat, denuntiat eum captum iri à Chaldæis. Celat Jeremias principes, jubente Rege, de colloquio cum rege habito.

1. Audivit autem Saphatias, fi-
lius Mathan, & Gedelias, filius
Phassur, & Juchal, filius Selemiæ,
& Phassur, filius Melchiæ, quos ad
populum sermones haberet Jeremias,
cùm hæc loqueretur; 2. Hæc dicit
Dominus: quicunque in hâc urbe
manserit, ferro, fame ac pestilentiâ
morietur; quisquis autem ad Chal-
dæos egredietur, vivet, animæque
suæ lucrum faciet. 3. Hæc enim di-
cit Dominus: omninò hæc civitas
tradetur exercitui regis Babylonis,
& capietur. 4. Itaque Regi principes
dixerunt; morte, quæso, afficiatur
iste homo; fieri enim non potest, quin
debilitet manus hominum bellatorum,
qui hâc in urbe superstites sunt, &
manus omnis populi, dum apud eos
habet sermones tales; etenim homo
ille non quærit pacem populi hujus,
sed interitum. 5. Dixit eis rex Sede-
cias: en ille est in manibus vestris,
nec Regem convenit vobis quidquam
denegare. 6. Illi igitur Jeremiam
comprehenderunt, miseruntque eum
in cisternam Melchiæ, filii Ame-
lech, quæ erat in atrio custodiæ;
eum autem funibus demiserunt. Non
erat aqua in cisternâ, sed tantùm cœ-
num; itaque in cœno defixus est Je-
remias. 7. Audivit Abdemelech Æ-
thiops, unus Eunuchorum, qui erat

1. וישמע שפטיה בן מתן
וגדליהו בן פשחור ויוכל בן שלמיהו
ופשחור בן מלכיה את הדברים
אשר ירמיהו מדבר אל כל העם
לאמר : 2. כה אמר יהוה · הישב
בעיר הזאת ימות בחרב ברעב
ובדבר · והיצא אל הכשדים יחיה ·
והיתה לו נפשו לשלל וחי : 3. כה
אמר יהוה · הנתן תנתן העיר הזאת
ביד חיל מלך בבל ולכדה : 4.
ויאמרו השרים אל המלך · יומת נא
את האיש הזה · כי על כן הוא
מרפא את ידי אנשי המלחמה
הנשארים בעיר הזאת ואת ידי כל
העם לדבר אליהם כדברים האלה ·
כי האיש הזה איננו דרש לשלום
לעם הזה · כי אם לרעה : 5. ויאמר
המלך צדקיהו · הנה הוא בידכם · כי
אין המלך יוכל אתכם דבר : 6.
ויקחו את ירמיהו · וישלכו אתו אל
הבור מלכיהו בן המלך אשר בחצר
המטרה · וישלחו את ירמיהו בחבלים ·
ובבור אין מים · כי אם טיט · ויטבע
ירמיהו בטיט : 7. וישמע עבד
מלך הכושי איש סריס · והוא בבית
המלך · כי נתנו את ירמיהו אל
הבור · והמלך יושב בשער בנימן :
8. ויצא עבד מלך מבית המלך ·
וידבר אל המלך לאמר : 9. אדני
המלך הרעו האנשים האלה את
כל אשר עשו לירמיהו הנביא את
אשר השליכו אל הבור · וימת תחתיו
מפני הרעב · כי אין הלחם עוד

regiæ domûs, missum fuisse in lacum
Jeremiam. Cùm igitur sederet rex in
portâ Benjamin, 8. *Abdemelech*
egressus est domo regis, atque hæc
regi locutus est. 9. *Domine, mî rex,*
nequiter egerunt illi homines in om-
nibus quæ fecerunt Jeremiæ prophe-
tæ, quem in lacum miserunt, cùm
præsertim fame, ubi erat, esset inte-
riturus, si quidem deficit in urbe pa-
nis. 10. *Tum rex Abdemelech Æ-*
thiopi dedit tale mandatum: sume
hinc tecum homines triginta, & educ
de lacu Jeremiam prophetam, ante-
quàm moriatur. 11. *Sumpsit igitur*
Abdemelech homines secum, venit-
que domum regis in vestiarium in-
ferius, tulitque inde pannos laceros
veteresque lacinias, misitque hæc per
funes in cisternam ad Jeremiam.
12. *Dixit autem Jeremiæ Abdeme-*
lech Æthiops: suppone axillis tuis
pannos laceros & lacinias subter fu-
nes; sic fecit Jeremias. 13. *Ergo*
funibus traxerunt Jeremiam, at-
que eum cisternâ extulerunt, rediit-
que Jeremias in custodiæ atrium.
14. *Deinde rex Sedecias accersivit*
Jeremiam prophetam, quem cùm ad
se adduxisset ad exitum domûs Do-
mini tertium, dixit ei; Ego ex te
rem unam scire volo; noli me quid-
quam celare. 15. *Tum Jeremias Se-*
deciæ dixit: certè tu me, ut rem tibi
indicavero, interfecturus es; quòd si
quid tibi consilii dedero, mihi non
auscultabis. 16. *Tum rex Sedecias*
Jeremiæ clam dedit hoc jusjurandum:
vivit Dominus, qui fecit ut nunc
paulùm respiremus, nec ego te inter-
ficiam, nec te hominibus illis tradam,
qui perdere te volunt. 17. *Dixit igi-*
tur Sedeciæ Jeremias: hæc dicit Do-
minus Deus exercituum, Deus Is-

בעיר ׃ .10 ויצוה המלך את עבד
מלך הכושי לאמר · קח בידך מזה
שלשים אנשים · והעלית את
ירמיהו הנביא מן הבור בטרם
ימות ׃ .11 ויקח עבד מלך את
האנשים בידו · ויבא בית המלך אל
תחת האוצר · ויקח משם בלוי
הסחבות ובלוי מלחים · וישלחם אל
ירמיהו אל הבור בחבלים ׃ .12
ויאמר עבד מלך הכושי אל ירמיהו ·
שים נא בלואי הסחבות והמלחים
תחת אצילות ידיך מתחת לחבלים ·
ויעש ירמיהו כן ׃ .13 וימשכו
את ירמיהו בחבלים · ויעלו אתו מן
הבור · וישב ירמיהו בחצר המטרה ׃
.14 וישלח המלך צדקיהו · ויקח
את ירמיהו הנביא אליו אל מבוא
השלישי אשר בבית יהוה · ויאמר
המלך אל ירמיהו · שאל אני אתך
דבר · אל תכחד ממני דבר ׃ .15
ויאמר ירמיהו אל צדקיהו · כי אגיד
לך הלוא המת תמיתני · וכי איעצך
לא תשמע אלי ׃ .16 וישבע
המלך צדקיהו אל ירמיהו בסתר
לאמר · חי יהוה את אשר עשה לנו
את הנפש הזאת · אם אמיתך ואם
אתנך ביד האנשים האלה אשר
מבקשים את נפשך ׃ .17 ויאמר
ירמיהו אל צדקיהו · כה אמר יהוה
אלהי צבאות אלהי ישראל · אם יצא
תצא אל שרי מלך בבל · וחיתה
נפשך והעיר הזאת לא תשרף
באש · וחיתה אתה וביתך ׃ .18
ואם לא תצא אל שרי מלך בבל ·
ונתנה העיר הזאת ביד הכשדים ·
ושרפוה באש · ואתה לא תמלט
מידם ׃ .19 ויאמר המלך צדקיה
אל ירמיהו · אני דאג את היהודים
אשר נפלו אל הכשדים · פן יתנו
אתי בידם והתעללו בי ׃ .20 ויאמר
ירמיהו · לא יתנו · שמע נא בקול
יהוה לאשר אני דבר אליך · וייטב
לך ותחי נפשך ׃ .21 ואם מאן
אתה לצאת · זה הדבר אשר הראני

יהוה ׃ .22 והנה כל הנשים אשר
נשארו בבית מלך יהודה מוצאות
אל שרי מלך בבל · והנה אמרת ·
הסיתוך ויכלו לך אנשי שלמך ·
הטבעו בבץ רגלך · נסגו אחור ׃
.23 ואת כל נשיך ואת בניך
מוצאים אל הכשדים · ואתה לא
תמלט מידם · כי ביד מלך בבל
תתפש · ואת העיר הזאת תשרף
באש ׃ .24 ויאמר צדקיהו אל
ירמיהו · איש אל ידע בדברים
האלה ולא תמות ׃ .25 וכי ישמעו
השרים כי דברתי אתך · ובאו אליך
ואמרו אליך · הגידה נא לנו מה
דברת אל המלך · אל תכחד ממנו ·
ולא נמיתך · ומה דבר אליך המלך ׃
.26 ואמרת אליהם · מפיל אני
תחנתי לפני המלך לבלתי השיבני
בית יהונתן למות שם ׃ .27 ויבאו
כל השרים אל ירמיהו · וישאלו
אתו · ויגד להם ככל הדברים האלה
אשר צוה המלך · ויחרשו ממנו · כי
לא נשמע הדבר ׃ .28 וישב
ירמיהו בחצר המטרה עד ום אשר
נלכדה ירושלם ׃

*rael ; si tu egredieris ad principes
regis Babylonis, vivet anima tua,
neque hæc civitas igne delebitur, sal-
vusque eris tu & domus tua.* 18. *Quòd
si non egredieris ad principes regis
Babylonis, tradetur hæc civitas Chal-
dæis, ut eam igne deleant, nec tu
effugies eorum manum.* 19. *Deinde
Jeremiæ dixit rex Sedecias ; Ego
sollicitus sum propter Judæos, qui
transfugêre ad Chaldæos ; nam forsan
me illis tradituri sunt, ut mihi illu-
dant.* 20. *Respondit Jeremias ; non
tradituri sunt. Audi, obsecro, vo-
cem Domini de illis, quæ ego tecum
loquor, ut benè sit tibi, & ut vivat
anima tua.* 21. *Quòd si tu exire re-
cusabis, hæc sunt, quæ mihi ostendit
Dominus :* 22. *En omnes mulieres,
quæ in domo regis Juda relictæ sunt,
exeunt ad principes regis Babylonis;
En de te dicunt : decipiunt eum &
deludunt, quos habet amicos ; pedes
ejus in luto defixerunt, & ab eo retrò-
cesserunt.* 23. *En omnes tuæ mulie-
res tuique filii ad Chaldæos egredien-
tur ; tu verò eorum manum non effugies ; nam per regem Babylonis capie-
ris, & hæc civitas igne abolebitur.* 24. *Tum Sedecias dixit Jeremiæ ;
nemo hæc rescis cat, ne tu moriaris.* 25. *Et, si fortè audient principes, me
tecum venisse in colloquium ; si ad te venient, aut ex te sic quærent : indica
nobis, quæso, id quod tu cum rege locutus es ; noli nos celare ; non te inter-
ficiemus ; age, quinam fuerunt tecum regis sermones ;* 26. *Tu eis sic res-
pondebis ; ego egi apud Regem precibus meis, ut ne me domum Jonathan re-
ducerent, ut ego illic morerer.* 27. *Convenêre Jeremiam Principes, sciscita-
tique eum sunt ; quibus Jeremias respondit juxta hæc, quæ præscripserat sibi
Sedecias ; illi igitur ab eo destiterunt, quia verbum non fuit evulgatum.*
28. *Posteà mansit Jeremias in atrio custodiæ usque ad eum diem, cùm Je-
rusalem fuit expugnata.*

---

2. יחיה, *vivet.* In eâ scriptione nihil reprehendendum, quanquam Masora emendat, ut sit וחיה. Cæterùm mendosè והיה ad marginem Athianæ *Vander Hooght ;* nam Codices habent וחיה in margine.

3. כה אמר, *hæc dicit (Dominus.)* Suspicabamur omissum fuisse כי, ante כה, ut sit, *nam sic.* Nexus enim כי necessarius videbatur. Deinde vidimus legitimam esse suspicionem, cùm ivimus ad Græcos Intt. & apud eos legimus, ὅτι οὕτως, *quoniam sic...*

4. מרפא, *debilitans*; meliùs מרפה; ideò ad marginem ponunt Masoretæ, non alibi sic reperiri.

5. הנה הוא בידכם, *ecce ipse in manibus vestris est*: » In manibus Synedrii, (inquit Grotius) » cujus est judicare de prophetâ vero, aut falso. « Argumentatur etiam in eam rem Grotius ex eo, quod addit Rex, *nec enim fas est...* Sed 1°. nihil est in Contextu, quo significetur, *principes* fuisse homines Synedrii, non autem aulæ Regiæ proceres. 2°. Cùm Principes dicunt, *morte, quæso, afficiatur*, hoc ipso declarant, non se habere jus vitæ ac mortis. Ex his colligitur, aut *principes* non fuisse Synedrii Senatores, aut Synedrio non licuisse, non annuente Rege, morti tradere falsos prophetas. Ex Sedeciæ verbis hoc tantùm colligere licet, Sedeciam fuisse regem imbecilli & ingenii & consilii, qui non auderet Jeremiam tueri contra ejus accusatores, quanquam non nesciret, Jeremiam esse Dei Prophetam.

9. וימת תחתיו מפני הרעב: Vulgatus, *ut moriatur ibi fame.* Si sic locutus fuisset Abdemelech, eum parum intellexisset Sedecias. Cùm enim panis in urbe deficeret, non propterea fame interiisset Jeremias, quia in lacum conjectus. Itaque interpretandum תחתיו, non *ibi*, quasi in lacu, sed *ibi*, *ubi erat*, antequàm in lacum mitteretur, וימת, non *moriatur*, sed *mortuus esset.* Itaque rectè Grotius: » non opus erat mortem ejus appetentibus eum transferre in locum tam » fœdum; nam etiamsi in vestibulo carceris eum reliquissent, ex fame mors eum manebat, » quippe cùm panes jam defecerint. « Nam eo ipso Abdemelech ostendit, quàm odiosum sit genus hominum istorum Jeremiæ inimicorum.

11. & 12. בלוי, *vetera*, ex בלה, *veterascere.* Inconstanter id verbum scripsere Librarii; alii enim Codices habent בלויי, alii בלוי; deinde versu 12. בלואי, formæ נכאים, ex נכה. Utrobique scribendum fuit בלואי, vel בלויי, non omisso altero י, quod notat numerum plur. constructum. ...אצילות ידיך, *axillis manuum tuarum.* Eadem loquendi forma reperitur apud Ezechielem, *cap. 13. v. 18.* Omittimus, interpretando, *manuum tuarum*, quia Latinè *axillæ manuum*, quid esset, non intelligeretur. Poteramus convertere ידיך, *brachiorum tuorum;* nam sæpe יד valet idem, ac זרוע; sed satis erat exhibere *axillas.*

16. ...יהוה תא אשר, *Dominus, qui...* Masoretæ hîc ad marginem ponunt, כתיב ולא קרי, *scriptum, nec legendum.* Videt Lector exercitatus, non fuisse את scribendum, ut nec legendum. Quippe istud את non solet abundare in oratione, nisi cùm, aliquibus verbis interjectis, oratio est resumenda. ...עשה לנו את הנפש הזאת, *fecit nobis animam hanc.* Ita omnes convertunt, quos non imitamur; 1°. quia *animam hanc* numero sing. notat animam unius hominis, non plurium, neque adeò potest cum לנו, *nobis*, consociari. 2°. quia illud ipsum לנו, *nobis*, cum verbo עשה conjunctum, demonstrat id, quod sit hominibus jam viventibus, qui certè non vivunt, antequàm ipsorum animas fecerit Deus; neque adeò talis forma scribendi usquam reperitur, *fecit nobis Deus animam*, pro, *creavit animam nostram.* 3°. quia sæpe significat נפש, *respirare*, unde ritè formatur נפש, *respiratio*, seu *refrigeratio*, vel tempus ad quietem datum. Vidimus capite superiori, discessisse ab Jerusalem Chaldæos, ut Ægypti regi obviam irent. Itaque Jerosolymitani aliquandò respirârunt, intermissâ obsidione, quanquam relicti fuerant *principes* Chaldæorum, qui urbi commeatus intercluderent. Hanc vocat *respirationem* Sedecias.

21. 22. & 23. זה הדבר אשר הראני יהוה, *hæc sunt, quæ ostendit mihi Dominus*, nempe hæc, quæ sequuntur. Versu 22. ostenderat Deus Jeremiæ per visum mulieres Jerusalem abeuntes ad Chaldæos, & secum loquentes de aulicis, qui regem per adulationes decipiebant. Propterea versum 22. interpretamur per Tempus præsens, Jeremiâ narrante id, quod mox vidit, Deo revelante; sed versu 23. utimur Futuro tempore, *mulieres... egredientur*, quia Jeremias declarat id futurum, quod vidit, postquàm visum, quale esset, exposuit. Cæterùm hoc versu 22. legendum אמרות, plenè, *dicentes*, ut lego in Codicibus tribus; posteà בבוץ, etiam plenè, *in luto*; ita duo Codices: denique רגליך, numero plurali, *pedes tuos*, Masorâ sic monente; atque ita Codex Reg. 29. Nos, אמרות, *dicentes de te*, addito *de te*, ut exhiberemus Affixum personæ secundæ, in quo sequentia insistunt, & ut eo Affixo semel exhibito, liceret, perspicuitatis causâ, transire in sequentibus, ad tertiam personam: vide Versionem.

CAPUT

CAPUT XXXIX.

Jerusalem expugnatur post menses obsidionis decem & octo. Sedecias capitur, oculi ejus eruuntur, interfectis coram eo filiis ejus, & catenis vincitur, ducendus Babylonem. Jeremias licentiam habet eundi, quò velit....

1. *Cùm autem Jerusalem fuisset expugnata: (quippe anno Sedeciæ in Judam regnantis nono, mense decimo, venit Nabuchodonosor, rex Babylonis, omnisque exercitus ejus, ut eam obsideret;* 2. *Anno autem Sedeciæ undecimo, mense quarto, die mensis nonâ, perrupta fuit civitas:)* 3. *Venêre omnes principes regis Babylonis, & in portâ, quæ media erat, consedêre Marganasar, Samgar, Nabusachar, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag, cæterique omnes principes regis Babylonis;* 4. *Quos cùm viderunt Sedecias, rex Juda, & omnes viri militares, fugâ se proripuerunt, noctuque urbe egressi sunt viâ hortorum regis, per portam mœnibus duobus intermediam, & per iter Deserti abierunt.* 5. *Eos insecutus est exercitus Chaldæorum, & Sedeciam in campestribus Jericho assecuti sunt, comprehenderuntque eum, duxeruntque Reblatha, in terram Emath, ad Nabuchodonosor, regem Babylonis, qui eum judicio condemnavit.* 6. *Trucidavit autem rex Babylonis Sedeciæ filios in Reblatha, in oculis ejus; omnes etiam Nobiles Juda trucidavit rex Babylonis.* 7. *Deinde eruit Sedeciæ oculos, vinxitque eum catenis, ut eum abduceret Babylonem.* 8. *Domum*

1. והיה כאשר נלכדה ירושלם ·
בשנה התשעית לצדקיהו מלך יהודה
בחדש העשרי בא נבוכדראצר
מלך בבל וכל חילו אל ירושלם ·
ויצרו עליה : 2. בעשתי עשרה
שנה לצדקיהו בחדש הרביעי
בתשעה לחדש הבקעה העיר : 3.
ויבאו כל שרי מלך בבל · וישבו
בשער התוך נרגל שראצר סמגר
נבו שרסכים רב סריס נרגל שראצר
רב מג וכל שארית שרי מלך
בבל : 4. ויהי כאשר ראם צדקיהו
מלך יהודה וכל אנשי המלחמה
ויברחו · ויצאו לילה מן העיר דרך
גן המלך בשער בין החמתים · ויצא
דרך הערבה : 5. וירדפו חיל
כשדים אחריהם · וישגו את צדקיהו
בערבות ירחו · ויקחו אתו ויעלהו
אל נבוכדנאצר מלך בבל רבלתה
בארץ חמת · וידבר אתו משפטים :
6. וישחט מלך בבל את בני
צדקיהו ברבלה לעיניו · ואת כל
חרי יהודה שחט מלך בבל : 7.
ואת עיני צדקיהו עור · ויאסרהו
בנחשתים לביא אתו בבלה : 8.
ואת בית המלך ואת בית העם
שרפו הכשדים באש · ואת חומות
ירושלם נתצו : 9. ואת יתר העם
הנשארים בעיר ואת הנפלים אשר
נפלו עליו ואת יתר העם הנשארים
הגלה נבוזראדן רב טבחים בבל :
10. ומן העם הדלים אשר אין
להם מאומה השאיר נבוזראדן רב

autem regis & populi domos Chaldæi flammis deleverunt, murosque Jerusalem diruerunt. 9. *Cæterum autem populum, qui in urbe superstes erat, & eos qui ad ipsum transfugerant, universamque plebem, quæ remanserat, transtulit Babylonem Nabuzardan satellitum princeps.* 10. *De infimâ autem plebe quicunque inopes erant, eos reliquos fecit in terrâ Juda Nabuzardan satellitum princeps, deditque eis, eodem tempore, vineas & agros.* 11. *Sed eidem Nabuzardan, satellitum principi, dederat Nabuchodonosor, rex Babylonis, de Jeremiâ tale mandatum:* 12. *Habe eum tibi, & in eo defige oculos tuos, nec ei quidquam mali feceris, sed prout tibi dicturus est, ita cum eo agas.* 13. *Misit igitur Nabuzardan, satellitum princeps, & Nabusezban, & Rabsares, & Neregel, & Serefer, & Rebmag, & omnes Optimates regis Babylonis;* 14. *Qui Jeremiam ex atrio custodiæ cùm accersivissent, eum detinuerunt, tradideruntque Godoliæ, filio Ahicam, filii Saphan, ut eum domum duceret, medio in populo habitaturum.* 15. *Fuerat autem ad Jeremiam tum, cùm in atrio custodiæ detinebatur, verbum Domini, hæc dicentis:* 16. *Vade, & hæc dicito Æthiopi Abdemelech; hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: ego in hanc urbem mox adducam mala, non autem bona, quæ de eâ sum locutus, tuque eorum hodie testis eris.* 17. *Sed ego te, eodem tempore, liberabo, dicit Dominus; tu non traderis in manus hominum eorum, quos reformidas.* 18. *Statutum enim mihi est, ut te liberem; tu gladio non peribis, animæque tuæ lucrum feceris, quoniam in me confidisti, dicit Dominus.*

טבחים בארץ יהודה · ויתן להם
כרמים ויגבים ביום ההוא : 11.
ויצו נבוכדראצר מלך בבל על
ירמיהו ביד נבוזראדן רב טבחים
לאמר : 12. קחנו ועיניך שים
עליו · ואל תעש לו מאומה רע · כי
אם כאשר ידבר אליך כן עשה
עמו : 13. וישלח נבוזראדן רב
טבחים ונבושזבן רב סריס ונרגל
שראצר רב מג וכל רבי מלך
בבל : 14. וישלחו ויקחו את
ירמיהו מחצר המטרה · ויתנו אתו
אל גדליהו בן אחיקם בן שפן
להוצאהו אל הבית · וישב בתוך
העם : 15. ואל ירמיהו היה דבר
יהוה בהיתו עצור בחצר המטרה
לאמר : 16. הלוך ואמרת לעבד
מלך הכושי לאמר · כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל · הנני מבי
את דברי אל העיר הזאת לרעה
ולא לטובה · והיו לפניך ביום ההוא :
17. והצלתיך ביום ההוא · נאם יהוה ·
ולא תנתן ביד האנשים אשר אתה
יגור מפניהם : 18. כי מלט אמלטך
ובחרב לא תפל · והיתה לך נפשך
לשלל · כי בטחת בי · נאם יהוה :

---

1. & 2. בשנה התשעית, *anno nono* (*Sedeciæ regnantis.*) Liquet ex annis mensibusque, qui duobus his primis versibus notantur, Jerosolymæ obsidionem non plus durâsse, quàm decem & octo menses. Quippe cœpta est obsidio anno Sedeciæ regnantis nono, mense decimo; capta urbs fuit, anno ejusdem Sedeciæ undecimo, mense quarto. Atqui ab anni noni mense decimo, usque ad undecimi quartum, non plures menses intercedunt, quàm decem & octo. Itaque miramur Edm. Calmet statuere, obsessam fuisse urbem Jerusalem annos duos cum dimidio. Etenim decebat Interpretem Sacrum, Paginâ ex ipsâ Sacrâ computare annos, non autem ex Usserio, qui aberravit in mensibus computandis. Nempe hæc habet Usserius ad annum Mundi 3414. » Anno enim regni Sedeciæ 9. mense 10. die 10. (*Januar. 30. feriâ 5.*) Ne-

» buchadnesar & omnes ejus copiæ castra juxta Hierosolymam posuerunt; exstruentes contra eam » propugnacula circumquaque. « Idem, ad annum Mundi 3416. hæc subjungit: » Anno Sedeciæ » undecimo desinente, mense 4. die 9. (*Julii 27. feriâ 4.*)... perrupta est civitas, & à Chaldæis » occupata. « Intercedunt quidem menses 30. ab mense Januario desinente anni Sedeciæ 9. usque ad mensem Julium anni Sedeciæ 11. desinentem; qui menses 30. efficiunt annum dimidium cum duobus annis. Sed quomodocunque interpreteris hunc Jeremiæ locum, non efficies, ut ab urbe obsessâ ad urbem captam plures menses, quàm 18. intercesserint. Ut manifestum sit, errasse Usserium de mensibus *Januario & Julio*, præsertim de Januario, quem crederet fuisse mensem decimum anni 9. Sedeciæ regnantis. Vellicat Usserius Josephum, qui narrat obsidionem Jerusalem fuisse mensium decem & octo. Sed apud Judæos obsidium Jerosolymitanum res tam nota erat, quàm apud Græcos Trojanum; ut prorsus incredibile videatur Josephum errasse in mensibus obsidionis computandis. Quòd autem Usserius duas ponit, Sedeciâ regnante, Jerosolymæ obsidiones; unam anno Sedeciæ nono, alteram decimo, tum nempe, cùm Pharaone in Ægyptum reverso, rediit Nabuchodonosor ad Jerusalem, ne sic quidem recedit ab hallucinatione suâ priore, cùm ab anno 9. Sedeciæ, ejusque anni mense 10. (ab quo anno & mense instituit numerum 30. mensium,) usque ad undecimi anni mensem quartum effici non possit, ut intercesserint anni duo cum dimidio. Vide, si juvat, Usserium *ad Ætatem Mundi V.* sub annos Mundi 3414. & 3416. & in *Chronologiâ Sacrâ*, Parte 2. Art. 2. Relinquitur una difficultas, quæ nascitur ex Jeremiæ duobus locis. Nam, cùm hìc dicatur captam fuisse urbem anno Sedeciæ 11. *mense quarto*, legitur tamen cap. 1. v. 3. fuisse verbum Domini ad Jeremiam, *donec absolveretur annus Sedeciæ undecimus*, עד תם עשתי עשרה שנה לצדקיהו, ex quibus verbis colligi posse videtur, Sedeciam absolvisse annum regni sui undecimum. Sed difficultas solvitur ex eodem loco, ubi sequitur, *donec transmigraret Jerusalem mense quinto.* Nempe ibi docet Jeremias transmigrationem accidisse *mense quinto*, atque adeò captam fuisse urbem anteà; scilicet *mense quarto;* itaque hæc verba, *donec absolveretur annus undecimus*, significare, *donec finem faceret regnandi*, *anno undecimo*, quem annum non totum regnavit Sedecias. Vulgatus versu 2. *quintâ mensis*, pro *nonâ*, errore Librariorum Latinorum; nam omnes Veteres cum Codice Hebr. consentiunt.

3. נרגל שראצר, *Neregel, Serefer.* Arbitratur Grotius, » cùm duo hìc nominentur nomine *Ne-* » *regel-Serefer*, eos officiis hìc distinctos esse. « Assentimur potiùs Edm. Calmet, cui videtur, irrepsisse errorem Scribarum Judæorum; itaque nomina ponimus tria, quæ leguntur apud Græcos Intt. qui nomina non iterant eadem: vide eos.

7. לביא אתו, *ut adduceret eum.* Lege להביא, ut alibi passim. Sunt tantùm in Codicibus hod. exempla duo talis Ellipsis, ex quâ paucitate jure colligitur, omissum fuisse ה oscitante Librario.

8. ואת בית העם, *& domum Vulgi.* Quidam credunt *domum Vulgi* fuisse ædem publicam, in quâ nuptiæ ac ludi celebrarentur; alii aliud comminiscuntur, quia mendum non vident. Syrus, ולבתא, *& domos*, cùm legeret ואת בתי, *& domos;* nec aliter legendum.

9. ...ואת יתר העם, *& reliquum populum...* Hæc bis leguntur ut hod. in Codicibus, ita in Veterum Versionibus. Alterum העם notat milites, vel pedites, qui hoc nomine non semel nominantur; alterum, plebem, quæ arma non ferebat, ut sunt fabri, pistores, &c.

16. לרעה ולא לטובה, *in malum, & non in bonum;* quasi dicat Deus; ego de Jerusalem locutus sum & bona & mala. Advenient primùm mala, atque eorum tu testis eris, sed nihil senties.

CAPUT XL.

Nabuzardan dat Jeremiæ licentiam eundi, quò velit. Jeremias confert se ad Godoliam, regionis præfectum, ad quem etiam se recipiunt cæteri duces exercitûs Judæorum. Johanan monet Godoliam, vitæ ejus insidiari Ismaelem; non ei credit Godolias.

1. [*Verbum, quod fuit à Domino ad Jeremiam, postquàm Nabuzardan, satellitum princeps, dimisit eum ex Rama, cùm eum adduxisset vinctum catenis, mediâ in multitudine eorum, qui Jerusalem & Juda migrabant, Babylonemque abducebantur.*] 2. *Princeps autem satellitum accersivit ad se Jeremiam, eique sic locutus est: prædixerat Dominus, Deus tuus, hæc mala contra istum locum.* 3. *Hæc igitur adduxit Dominus, fecitque, ut fuerat locutus. Etenim, quia in Dominum peccastis, nec vocem ejus audistis, hæc in vos advenêre.* 4. *Nunc autem ego te hodie solvo ex his catenis, quæ in manu tuâ sunt. Si tibi placet venire mecum Babylonem, veni; ego autem defigam in te oculos meos: si tibi non placet venire Babylonem, quietus esto. Ecce universa regio coram te est; quocunque ire tibi videbitur & placebit, ito.* 5. *Quòd si hoc etiam non placebit, abi ad Godoliam, filium Ahicam, filii Saphan, quem præfecit rex Babylonis urbibus Juda, & apud eum medio in populo maneto; vel denique, quocunque ire tibi videbitur, ito. Simul dedit ei princeps satellitum viaticum & munus, & eum ab se dimisit.* 6. *Ivit autem Jeremias ad Godoliam, filium*

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו
מאת יהוה אחר שלח אתו נבוזראדן
רב טבחים מן הרמה · בקחתו אתו
והוא אסור באזקים בתוך כל גלות
ירושלם ויהודה המגלים בבלה : 2.
ויקח רב טבחים לירמיהו · ויאמר
אליו · יהוה אלהיך דבר את הרעה
הזאת אל המקום הזה : 3. ויבא
ויעש יהוה כאשר דבר · כי חטאתם
ליהוה ולא שמעתם בקולו · והיה
לכם דבר הזה : 4. ועתה הנה
פתחתיך היום מן האזקים אשר
על ידך · אם טוב בעיניך לבוא אתי
בבל בא · ואשים את עיני עליך ·
ואם רע בעיניך לבוא אתי בבל
חדל · ראה כל הארץ לפניך · אל
טוב ואל הישר בעיניך ללכת שמה
לך : 5. ועודנו לא ישוב · ושבה
אל גדליה בן אחיקם בן שפן אשר
הפקיד מלך בבל בערי יהודה ·
ושב אתו בתוך העם · או אל כל
הישר בעיניך ללכת לך · ויתן לו
רב טבחים ארחה ומשאת וישלחהו :
6. ויבא ירמיהו אל גדליה בן
אחיקם המצפתה · וישב אתו בתוך
העם הנשארים בארץ :
7. וישמעו כל שרי החילים
אשר בשדה המה ואנשיהם כי
הפקיד מלך בבל את גדליהו בן
אחיקם בארץ וכי הפקיד אתו
אנשים ונשים וטף ומדלת הארץ
מאשר לא הגלו בבלה : 8. ויבאו
אל גדליה המצפתה · וישמעאל בן

נתניהו

Ahicam, in Masphath, mansitque
apud eum medio in populo, qui re-
lictus in terrâ fuerat. 7. *Porrò uni-*
versi principes turmarum, qui erant
in agris unà cum suis hominibus, ut
audierunt præfectum fuisse regioni à
rege Babylonis Godoliam, filium
Ahicam, curamque ei fuisse manda-
tam hominum & mulierum & puero-
rum, terræque pauperum, quicunque
non fuerant abducti Babylonem,
8. *Venerunt ad Godoliam in Mas-*
phath. Erant inter eos Ismahel, fi-
lius Nathaniæ, & Johanan & Jona-
than, filii Caree, & Sareas, filius
Thanehumeth, & filii Ophi, Netopha-
titæ, & Jezonias, filius Maachati, ipsi
& homines eorum. 9. *Godolias autem,*
filius Ahicam, filii Saphan, jusju-
randum dedit eis, eorumque homini-
bus, hæc dicens: ne metuite servire
Chaldæis; habitate in terrâ, & ser-
vite regi Babylonis, & benè erit vo-
bis. 10. *En ego in Masphath demo-*
ror, ut præsto sim Chaldæis, qui ad
nos venturi sunt. Colligite vina &
fructus & oleum, & condite in vasis
vestris, & quas urbes tenetis, in eis
habitate. 11. *Cæteri etiam Judæi,*
qui erant in Moab, & apud filios
Ammon, & in Edom, aliisque in re-
gionibus, ut audierunt, regem Ba-
bylonis aliquas fecisse Judæ reliquias,
atque eorum præsidem fecisse Godo-
liam, filium Ahicam, filii Saphan;
12. *Redierunt ex omnibus locis, quò*
profugerant, veneruntque in terram Juda ad Godoliam, in Masphath, col-
legeruntque vina & multos fructus. 13. *Johanan autem, filius Caree, cæteri-*
que turmarum duces, qui in campis fuerant, postquàm venissent in Mas-
phath ad Godoliam, 14. *Hæc ei locuti sunt: pro certo habe, missum fuisse*
ab Baalis, rege filiorum Ammon, Ismahelem, Nathaniæ filium, ut te in-
terficiat. Sed non credidit eis Godolias, filius Ahicam. 15. *Johanan autem,*
filius Caree, dixit secretò Godoliæ in Masphath; ego ibo nunc, & percutiam
Ismahelem, Nathaniæ filium; nullus homo id sciet. Cur enim tu per eum

נתניהו ויוחנן ויונתן בני קרח ושריה
בן תנחמרת ובני עופי הנטפתי
ויזניהו בן המעכתי המה ואנשיהם :
9. וישבע להם גדליהו בן אחיקם
בן שפן ולאנשיהם לאמר · אל
תיראו מעבוד הכשדים · שבו בארץ
ועבדו את מלך בבל · וייטב לכם : 10.
ואני הנני ישב במצפה לעמד לפני
הכשדים אשר יבאו אלינו · ואתם
אספו יין וקיץ ושמן ושמו בכליכם ·
ושבו בעריכם אשר תפשתם : 11.
וגם כל היהודים אשר במואב ובבני
עמון ובאדום ואשר בכל הארצות
שמעו כי נתן מלך בבל שארית
ליהודה וכי הפקיד עליהם את
גדליהו בן אחיקם בן שפן : 12.
וישבו כל היהודים מכל המקמות
אשר נדחו שם · ויבאו ארץ יהודה
אל גדליהו המצפתה · ויאספו יין
וקיץ הרבה מאד : 13. ויוחנן בן
קרח וכל שרי החילים אשר בשדה
באו אל גדליהו המצפתה : 14.
ויאמרו אליו · הידע תדע כי בעלים
מלך בני עמון שלח את ישמעאל בן
נתניה להכתך נפש · ולא האמין
להם גדליהו בן אחיקם : 15. ויוחנן
בן קרח אמר אל גדליהו בסתר
במצפה לאמר · אלכה נא ואכה את
ישמעאל בן נתניה ואיש לא ידע ·
למה יככה נפש ונפצו כל יהודה
הנקבצים אליך ואבדה שארית
יהודה : 16. ויאמר גדליהו בן
אחיקם אל יוחנן בן קרח · אל תעש
את הדבר הזה · כי שקר אתה דבר
אל ישמעאל :

perires, dissiparenturque deinde omnes Judæi, qui ad te confluxerunt, & reliquiæ Juda interirent? 16. Verùm Godolias, filius Ahicam, dixit Johanan, filio Caree: noli hoc facere; tu enim contra Ismahelem falsa loqueris.

---

1. ...הדבר אשר היה, *verbum, quod fuit...* Hæc, quæ continet hic versus 1. uncinis includimus, ut Lector admoneatur, hæc esse alieno in loco. Quippe annecti ad superiora non possunt, ut quibusdam visum est, quoniam apud Jeremiam tituli loco esse solent, vel præfantur ad ea, quæ subsequuntur. Neque verò hæc jungere licet cum sequentibus, quia nullum sequitur *verbum Domini*, quod memoretur habitum fuisse ad Jeremiam. Nisi fortè id, quod Jeremiæ Nabuzardan mox dicturus est, sic habeas, ut *verbum Domini*, quoniam Nabuzardan ex Dei mandato, Jeremiam fuerit allocutus. Sed enim, si ita esset, additum fuisset, ביד נבוזראדן, *per manum Nabuzardan*, aut aliud simile, quo significaretur, *verbum Domini*, esse illud ipsum, quod dixit Jeremiæ Nabuzardan. Itaque hærent in luto Interpretes, ex quo luto male se se expedit Grotius, sic exponens: » Hæc referenda sunt ad ea quæ sequentur cap. XLII. 9. Cætera præmittuntur, » ut tempus & occasio ejus Prophetiæ rectiùs intelligantur. « Adi, si juvat, Erud. Lector, ad cap. 42. v. 9. videbis, aliud esse ibi tempus & aliam occasionem, quàm tempus & occasio, quæ hìc memorantur. Nempe hìc tempus notatur, quo Nabuzardan solvit Jeremiæ catenas, eique dedit licentiam eundi, quò vellet, quia Nabuchodonosor tale mandatum dederat: ibi autem memoratur tempus, cùm, interfecto per Ismaelem Godoliâ, Jeremiam principes Juda sciscitantur, an in regione tutò habitaturi sint, an potiùs fugiendi sint Chaldæi, Godoliæ necem mox ulturi. Ex quo sequitur, Jeremiam, si notare id tempus voluisset, scripturum fuisse, *verbum Domini, postquàm, Godoliâ occiso*, &c. non autem, *postquàm eum dimisisset Nabuzardan.* Adde, cùm hæc præfatur Jeremias, *hoc fuit verbum Domini*, continenter sequi, versu 9. quid Jeremiæ Deus dixerit; itaque incredibile videri, hoc *verbum Domini*, quale fuerit, non priùs memorari, quàm duo capita tota intercesserint. Ergo verba dat Grotius, nec non Edm. Calmet, qui Grotium sequitur; & confitendum est, hanc præfationem, quæ tituli loco est, fuisse hùc aliunde allatam, quoniam hæc sæpe recurrerat in ante-dictis.

2. ויקח רב טבחים לירמיהו: Nos, *princeps satellitum accersivit ad se Jeremiam.* Ita Syrus; &, vel tollendum ל ante ירמיהו, qui Syriasmus videtur esse; vel legendum ויקח... אליו ירמיהו, *& tulit... ad se Jeremiam.* Hoc uno exemplo verbum לקח, habet dandi casum, pro accusandi. Nec licet convertere, *adductus est... ad Jeremiam;* nam legeretur אל ירמיהו. Prætereà conveniebat, adduci Jeremiam ad Nabuzardan, non autem Nabuzardan ad Jeremiam.

3. דבר, *verbum.* Rectè Masora הדבר, ut solet, pronomine הזה, subsequente. Spatium litteræ vacuum relinquunt Codices, ut locum habeat ad marginem nota Masoræ, quâ monemur, litteram ה deficere. Quo ex ipso, ut ex multis aliis similibus litteris, quæ ob eam causam omissæ fuerunt, planum fit, Codices hodiernos esse Masoræ parvæ notis recentiores.

5. ועודנו לא ישוב: Verbum pro verbo, *& adhuc ille non revertetur;* quæ verba nihil sententiæ habere possunt in ore Nabuzardan, qui hæc adhuc cum Jeremiâ loquitur. Judicabat L. Cappellus, hæc verba esse superflua, quæ tamen potiùs emendanda sunt, quàm tollenda. Si enim tolluntur, hærebit series; nec tolli hæc fas est, quæ, cur addita perperàm fuerint, causa probabilis non affertur. Nobis quidem videtur, pro לא ישוב, legendum לא ישר, *non placet*, & addendum לעיניך, *in oculis tuis*, quod lineâ superiore legitur, quâ ex occasione id omissum fuerit lineâ inferiore: vide Versionem; vide etiam Veteres, quos deprehendes nihil expedire, sed mendo, ut poterant, subvenire.

8. עופי, *Ophi.* Masora עיפי, nullam aliam ob causam, quàm quia ita Chaldæus. Nec certiores erant de scriptione istorum nominum Judæi Masoretæ, quàm Græci Intt. qui eos sæpe condemnant, ut hoc loco, ubi ponunt Ἰωφὲ, quia legunt עופי.

9. מעבוד: Lege מעבד, sine ו. Notatur in Codice Orat. 42. non alibi sic reperiri. Sed hæc barbaries videtur fuisse allata ex pronuntiatione in scriptionem.

16. אל תעש, *ne facias.* Rectè Masora תעשה, quanquam tali animadversione supersedet, *Gen. cap. 22. v. 12.* ubi legitur אל תעש. Solet omitti ה in Futuri personâ tertiâ, præfixo ו; ut ויעש, *& fecit;* non item in secundâ.

CAPUT XLI.

Iſmahel interficit Godoliam, poſteà homines 80. qui veniebant, ut munus domum Domini afferrent, & abducit multos Judæos. Hunc Johanan cum ſuis inſequitur, & fugat, recipitque Judæos; deinde Chaldæos timens, parat in Ægyptum profectionem.

1. *Septimo autem menſe, venit*
Iſmahel, filius Nathaniæ, filii Eli-
ſama, de ſemine regio cum Optima-
tibus regis & hominibus decem, ad
Godoliam, filium Ahicam, in Maſ-
phath, ibique unà cibum in Maſ-
phath ſumpſerunt: 2. *Surrexitque Iſ-*
mahel, filius Nathaniæ, decemque
homines qui cum eo erant, percuſſe-
runtque Godoliam, filium Ahicam,
filii Saphan, gladio, eumque ipſum
morti dederunt, quem terræ præſidem
fecerat rex Babylonis; 3. *Omnes*
verò etiam Judæos, qui cum Godoliâ
in Maſphath erant, Chaldæoſque,
quicumque ibi reperti ſunt, homineſ-
que bellatores Iſmahel interfecit.
4. *Acciditque ut proſtridiè, quàm,*
interfeciſſet Godoliam, nemo id reſ-
ciret. 5. *Tum venerunt homines de*
Sichem, de Silo & de Samariâ; ho-
mines octoginta, tonſâ barbâ veſtibuſ-
que diſciſſis, qui etiam ſe ſe incide-
rant, munera & thura in manibus
habentes, ut domum Domini hæc
afferrent. 6. *Egreſſuſque de Maſphath*
Iſmahel, filius Nathaniæ, in occur-
ſum eorum ibat, & eundo flebat; qui
cùm eos obvios habuit, dixit eis: ve-
nite ad Godoliam, filium Ahicam.
7. *Eos autem Iſmahel, filius Natha-*
niæ, cùm in urbem mediam proceſſiſ-
ſent, trucidavit ipſe & homines ejus

1. ויהי בחדש השביעי בא
ישמעאל בן נתגיה בן אלישמע
מזרע המלוכה ורבי המלך ועשרה
אנשים אתו אל גדליהו בן אחיקם
המצפתה · ויאכלו שם לחם יחדו
במצפה : 2. ויקם ישמעאל בן
נתניה ועשרת האנשים אשר היו
אתו · ויכו את גדליהו בן אחיקם בן
שפן בחרב · וימת אתו אשר הפקיד
מלך בבל בארץ : 3. ואת כל
היהודים אשר היו אתו את גדליהו
במצפה ואת הכשדים אשר נמצאו
שם · את אנשי המלחמה הכה
ישמעאל : 4. ויהי ביום השני להמית
את גדליהו ואיש לא ידע : 5. ויבאו
אנשים משכם משלו ומשמרון
שמנים איש מגלחי זקן וקרעי בגדים
ומתגדדים · ומנחה ולבונה בידם
להביא בית יהוה : 6. ויצא
ישמעאל בן נתגיה לקראתם מן
המצפה הלך ובכה · ויהי כפגש
אתם ויאמר אליהם · באו אל גדליהו
בן אחיקם : 7. ויהי כבאם אל תוך
העיר וישחטם ישמעאל בן נתניה
אל תוך הבור הוא והאנשים אשר
אתו : 8. ועשרה אנשים נמצאו
בם · ויאמרו אל ישמעאל · אל
תמתנו · כי יש לנו מטמנים בשדה
חטים ושערים ושמן ודבש · ויחדל
ולא המיתם בתוך אחיהם : 9.
והבור אשר השליך שם ישמעאל
את כל פגרי האנשים אשר הכה
ביד גדליהו הוא אשר עשה המלך

ad fossam mediam. 8. *Inventi sunt in*
eis homines decem , qui Ismaheli di-
xêre : ne nos interficias ; quippe habe-
mus in agro absconditum frumentum ,
& hordeum , & oleum , & mel. Ille
igitur inhibuit cædem , nec eos cum ip-
sorum fratribus interfecit. 9. *Fossa*
autem, in quam projecit Ismahel cada-
vera hominum , quos nomine Godoliæ
trucidaverat , eadem erat , quam fece-
rat Asa , cùm metueret à Baasa , re-
ge Israel. Eam implevit cadaveribus
Ismahel , filius Nathaniæ. 10. *Idem*
Ismahel abduxit cæteram multitudi-
nem , quæ in Masphath relicta fuerat ,
tam filias regis , quàm eos quicunque
in Masphath remanserant , quibus
Godoliam , filium Ahicam , præfece-
rat Nabuzardan , satellitum princeps.
Eos abduxit Ismahel , filius Natha-
niæ , suscepitque iter , ad filios Am-
mon transiturus. 11. *Sed Johanan ,*
filius Caree , omnesque , qui cum eo
erant , turmarum duces , ut audierunt
omnia hæc facinora , quæ patraverat
Ismahel, filius Nathaniæ, 12. *Sump-*
serunt omnes suos , profectique sunt ,
ut cum Ismahel , filio Nathaniæ , præ-
lium facerent, assecutique eum sunt ad
aquas multas , quæ sunt prope Gabaon.
13. *Tum verò cuncti homines , qui*
apud Ismahelem erant , cùm vidissent
Johanan , filium Caree , omnesque
turmarum duces , qui cum eo erant ,
recreati fuerunt. 14. *Itaque cuncta*
hæc multitudo, quam eduxerat Ismahel
de Masphath , converso itinere , abierunt , & ad Johanan , filium Caree , se con-
tulerunt. 15. *Intereà fugit Ismahel , filius Nathaniæ , ante Johanan, cum octo*
hominibus , recepitque se ad filios Ammon. 16. *Deinde Johanan , filius Caree ,*
universique turmarum duces, qui cum eo erant , tulerunt populi omnes reliquias,
quas Ismahel, filius Nathaniæ , Godoliâ, filio Ahicam, interfecto, de Masphath
eduxerat , homines , viros bellatores , mulieres, pueros , eunuchos , quos ex Ga-
baon reduxerant , 17. *Et , facto itinere , sederunt in hospitiis Chamaam , quæ*
erant prope Bethlehem, ut profectionem in Ægyptum pararent, 18. *Metu Chal-*
dæorum :

אסא מפני בעשא מלך ישראל ·
אתו מלא ישמעאל בן נתניהו
חללים ׃ 10. וישב ישמעאל את כל
שארית העם אשר במצפה את
בנות המלך ואת כל העם הנשארים
במצפה אשר הפקיד נבוזראדן רב
טבחים את גדליהו בן אחיקם ·
וישבם ישמעאל בן נתניה · וילך
לעבר אל בני עמון ׃ 11. וישמע
יוחנן בן קרח וכל שרי החילים
אשר אתו את כל הרעה אשר עשה
ישמעאל בן נתניה ׃ 12. ויקחו
את כל האנשים · וילכו להלחם עם
ישמעאל בן נתניה · וימצאו אתו אל
מים רבים אשר בגבעון ׃ 13. ויהי
כראות כל העם אשר את ישמעאל
את יוחנן בן קרח ואת כל שרי
החילים אשר אתו · וישמחו ׃ 14.
ויסבו כל העם אשר שבה ישמעאל
מן המצפה · וישבו וילכו אל יוחנן
בן קרח ׃ 15. וישמעאל בן נתניה
נמלט בשמנה אנשים מפני יוחנן ·
וילך אל בני עמון ׃ 16. ויקח
יוחנן בן קרח וכל שרי החילים אשר
אתו את כל שארית העם אשר
השיב מאת ישמעאל בן נתניה מן
המצפה אחר הכה את גדליה בן
אחיקם · גברים אנשי המלחמה
ונשים וטף וסרסים אשר השיב
מגבעון ׃ 17. וילכו וישבו בגרות
כמוהם אשר אצל בית לחם ללכת
לבוא מצרים ׃ 18. מפני הכשדים ·
כי יראו מפניהם · כי הכה ישמעאל
בן נתניה את גדליהו בן אחיקם
אשר הפקיד מלך בבל בארץ ׃

dæorum: nam timebant eos, propterea quòd Ismahel, filius Nathaniæ, percusserat Godoliam, filium Ahicam, quem terræ præsidem fecerat rex Babylonis.

2, וימת אתו אשר... : Arias, *& interfecit eum, quem...* Quamvis אתו אשר, *eum, quem...* nihil redolet Hebraicæ indolis. Omnes Veteres, præter Chaldæum legunt, וימתו את אשר, *& morti dederunt eum, quem...* Ita scribere solent Sacri Authores, & numerus pluralis, וימתו, respondet pari numero verbi ויכו, *& percusserunt.*

5. ומתגדדים : Licuit convertere, *& qui simul iter faciebant*, ex גדד, *turmatim convenire.* Sed nexus ו significabat jungendum esse id verbum superioribus, in quibus demonstratur luctus hominum eorum, qui ad Templum veniebant. Incidebant se se in magnis planctibus Judæi, ut liquet ex cap. 16. v. 6. sive id per Legem liceret, sive non. בית יהוה..., *domum Domini.* Hæc evenerunt mense septimo anni ejus, quo Jerusalem fuit expugnata. Sed Nabuzardan Templum inflammaverat, *mense* quinto, ut narratur, *Lib. II. Reg. cap. 25.* Ergò quæritur, quomodò stare id possit, quod hìc dicitur, homines eos 80. venisse, ut munera in Templum afferrent. Vatablus sic respondet : » Quandò... hi octoginta viri accinxerunt itineri, » poterant audisse famam urbis captæ ; at de Templo vastato nihil audierant : alioquin » non detulissent secum munera & thus ad oblationem. Intellexerunt autem in ipso itinere, » unde tantus illis obortus est luctus. « Vatablo reponitur, homines eos de Samariâ venisse, ubi audiri potuerat de Templo vastato, non modò post menses duos, sed post biduum ; ut prorsùs incredibile videatur, homines eos 80. de Templi incendio nihil audivisse, antequàm se ad iter accingerent. Itaque assentimur potiùs Grotio, *domum Domini*, sic accipienti, ut aream, ubi Templum fuerat. Magis placet Edmundo Calmet, ut *domus Domini* intelligatur esse ipsum *Masphath*, qui locus in Libro Machabæorum vocatur *locus orationis.* Verùm enimverò hìc legitur, non *locus orationis*, sed *domus Domini*, quam appellationem liquet non convenire in *Masphath.* Quærit idem Edm. Calmet, cur illi homines, si ad aream Templi venturi erant, usque ad Masphath iverint, quod *Masphath*, ultra Jerusalem situm erat. Facile est respondere, quia sic jusserat Ismahel, cùm eis obviam venerat, dixeratque, *venite ad Godoliam* ; imò etiam quia postulaturi erant ab Godoliâ, ut daret sibi licentiam eundi Jerusalem ad Templi aream, & munerum suorum ibi Deo afferendorum, ne Godoliam offenderent, si ejus injussu id facerent.

7. אל תוך הבור, *ad fossam mediam*, sive postquàm eundo pervenissent usque ad fossæ mediam longitudinem. Sic licet interpretari ; quanquam Grotio non negandum, esse posse Ellipsin, *interfecit*, pro *interfectos projecit.*

8. אל תמתנו, *ne nos interficias.* Codex Reg. 3. plenè תמיתנו, manu priori, & accuratiori.

9. ביד גדליהו : Vulgatus, *propter Godoliam.* Nos nullum exemplum vidimus talis significatûs. Itaque antetulimus, *nomine Godoliæ*, quem significatum sæpe reperimus in Sacris Codicibus. Homicidium prætexebat Ismahel autoritate Godoliæ, quem nondùm sciebant ab eo fuisse interfectum. Nisi enim id fecisset, non ausus fuisset trucidare homines octoginta, non habens secum homines plures, quàm decem.

10. וישב, *& reverti fecit.* Vulgatus, וישבה, *& captivos duxit*, ut legunt Veteres, præter Græcos, qui ἀπέστρεψεν, *abduxit*, qui deinde omiserunt וישבם, *& abduxit eos*, cùm crederent, in eo verbo posteriori resumi prius ; quibus potiùs assentimur. Neque enim Judæos captivos facere videbatur Ismahel, sed eos à Chaldæorum jugo liberare. Itaque etiam non vinxerat eos catenis, ut liquet ex eo, quòd mox narratur, eos, ad Johanan transfugisse.

16. אשר השיב מאת ישמעאל מן המצפה : Verbum pro verbo, *quas averterat ab Ismahele... de Masphath.* Sed averterat Johanan ab Ismahele reliquias istas *de Gabaon*, ut post legitur, non de *Masphath.* Itaque series turbatur, si relinquitur מאת, *ab (Ismahele ;)* & potiùs legendum. אשר השבו את..., *qui abducti erant cum (Ismahele de Masphath.)* Græci Intt. postquàm converterunt, ὡς ἀπέστρεψεν ἀπὸ Ἰσμαὴλ, *quos abstraxerat ab Ismahele*, omiserunt מן המצפה, *ex Masphath*, quia videbant, hæc in Johanan non convenire.

17. בגרות : Nos, *in hospitiis*, seu *casis*, quæ exstructæ fuerant, ut ibi viatores diversarentur, & noctem ducerent. Hæc hospitia in eo differebant ab diversoriis hodiernis, quòd nemo erat, qui suppeditaret cibos, quos secum quisque viator afferebat.

CAPUT XLII.

Orant Jeremiam Principes Judæorum, ut Deum consulat, promittuntque, se imperata facturos. Jeremias ex Dei verbis respondet, nihil eis timendum esse ab Chaldæis; si autem in Ægyptum ibunt, ibi fame, gladio & pestilentiâ interituros.

1. Accessêre autem omnes turma-
rum duces, & Johanan, filius Caree,
& Jezonias, filius Osaiæ, universa-
que multitudo, simul plebs infima &
Optimates; 2. Et Jeremiæ prophetæ
dixêre: ne recuses, quæso, id quod
te precamur; ora pro nobis Dominum
Deum tuum, proque istis reliquiis;
nam tute ipse vides, quàm pauci ex
tam multis superstites simus. 3. Do-
minus Deus tuus ostendet nobis, qua-
lem nos viam tenere, & quid agere
debeamus. 4. Dixit eis Jeremias
propheta: ego verò non recuso. Ego
Dominum Deum vestrum precabor,
ut locuti estis, atque id quod vobis
Dominus respondebit, declarabo,
nihil vos celaturus. 5. Illi autem Je-
remiæ dixerunt: erit Dominus testis
contra nos verus ac perpetuus, nisi nos
omnia hæc faciemus, quæ Dominus
Deus tuus tibi ad nos mandabit.
6. Nos voci Domini, Dei nostri,
ad quem te mittimus, sive bonum,
sive malum videbitur, obediemus; ut
benè sit nobis, cùm voci Domini Dei
nostri obedierimus. 7. Post decem
dies fuit ad Jeremiam verbum Do-
mini. 8. Ille igitur vocavit ad se
Johanan, filium Caree, & omnes,
qui cum eo erant, turmarum duces,
universamque multitudinem, simul
infimam plebem & Optimates. 9. Di-
xitque eis: hæc dicit Dominus,

1. ויגשו כל שרי החילים ויוחנן
בן קרח ויזניה בן הושעיה וכל העם
מקטן ועד גדול׃ 2. ויאמרו אל
ירמיהו הנביא· תפל נא תחנתנו
לפניך והתפלל בעדנו· אל יהוה
אלהיך בעד כל השארית הזאת·
כי נשארנו מעט מהרבה כאשר
עיניך ראות אתנו׃ 3. ויגד לנו
יהוה אלהיך את הדרך אשר נלך
בה· ואת הדבר אשר נעשה׃ 4.
ויאמר אליהם ירמיהו הנביא·
שמעתי· הנני מתפלל אל יהוה
אלהיכם כדבריכם· והיה כל הדבר
אשר יענה יהוה אתכם אגיד לכם·
לא אמנע מכם דבר׃ 5. והמה
אמרו אל ירמיהו· יהי יהוה בנו לעד
אמת ונאמן אם לא ככל הדבר
אשר ישלחך יהוה אלהיך אלינו כן
נעשה׃ 6. אם טוב ואם רע·
בקול יהוה אלהינו אשר אנו שלחים
אתך אליו נשמע· למען אשר ייטב
לנו· כי נשמע בקול יהוה אלהינו׃
7. ויהי מקץ עשרת ימים ויהי דבר
יהוה אל ירמיהו׃ 8. ויקרא אל
יוחנן בן קרח ואל כל שרי החילים
אשר אתו ולכל העם למקטן ועד
גדול׃ 9. ויאמר אליהם· כה אמר
יהוה אלהי ישראל אשר שלחתם
אתי אליו להפיל תחנתכם לפניו׃
10. אם שוב תשבו בארץ הזאת·
ובניתי אתכם ולא אהרס· ונטעתי
אתכם ולא אתוש· כי נחמתי אל
הרעה אשר עשיתי לכם׃ 11.
אל תיראו מפני מלך בבל אשר

Deus Iſrael, ad quem me miſiſtis, ut
preces veſtras ante eum offerrem :
10. *Si vos hâc in terrâ conſtanter*
manebitis, ego vos ædificabo, non
everſurus : ego vos plantabo, non
avulſurus ; nam placatus ſum per hæc
mala, quæ feci vobis. 11. *Nihil ti-*
mete ab rege Babylonis, quem re-
formidatis ; nolite eum metuere, dicit
Dominus ; ego enim vobiſcum ſum
ut vos ſalvos habeam, & ut vos libe-
rem de manu ejus. 12. *Ego enim vo-*
bis miſericordiam præſtabo ; ego vos
miſerabor, & dabo vobis in terrâ veſ-
trâ ſtabilem ſedem. 13. *Quòd ſi*
dixeritis : nos hâc in terrâ non ſede-
bimus, nec vocem Domini Dei veſ-
tri audietis ; 14. *Sic ſtatuentes ; non*
ita erit, ſed Ægyptum ibimus, ubi
non videbimus bellum, nec ſonitum
tubæ audiemus, nec panem in fame
deſiderabimus ; ergo ibi ſedem habebi-
mus. 15. *Propterea audite nunc ver-*
bum Domini, reliquiæ Juda ; hæc
dicit Dominus exercituum, Deus
Iſrael : ſi vos convertetis ad Ægyp-
tum vultus veſtros, ut illuc eatis, &
ibi commoremini ; 16. *Gladius quem*
timetis, vos in Ægypto aſſequetur ;
fames, propter quam ſolliciti eſtis,
aderit vobis à tergo apud Ægyptum,
ibique moriemini. 17. *Omnes homi-*
nes, qui convertent ad Ægyptum
vultus ſuos, ut illuc eant, ibique
demorentur, gladio & fame & peſti-
lentiâ peribunt ; neminem ſuperſtitem
habebunt ; nemo evitabit hæc mala,
quæ in eos adducturus ſum. 18. *Hæc*
enim dicit Dominus exercituum,
Deus Iſrael : quomodò evenit, ut ira
mea & furor meus effunderetur in Je-
ruſalem habitatores, ita in vos effun-
detur, cùm in Ægyptum ibitis ; eve-
nietque ut propoſiti ſitis exſecrationi,

אתם יראים מפניו · אל תיראו ממנו ·
נאם יהוה · כי אתכם אני להושיע
אתכם ולהציל אתכם מידו ׃ 12.
ואתן לכם רחמים ורחם אתכם ·
והשיב אתכם אל אדמתכם ׃ 13.
ואם אמרים אתם · לא נשב בארץ
הזאת · לבלתי שמע בקול יהוה
אלהיכם ׃ 14. לאמר לא · כי
ארץ מצרים נבוא אשר לא נראה
מלחמה וקול שופר לא נשמע ·
וללחם לא נרעב ושם נשב ׃ 15.
ועתה לכן שמעו דבר יהוה שארית
יהודה · כה אמר יהוה צבאות אלהי
ישראל · אם אתם שום תשמון
פניכם לבא מצרים ובאתם לגור
שם ׃ 16. והיתה החרב אשר
אתם יראים ממנה שם תשיג אתכם
בארץ מצרים · והרעב אשר אתם
דאגים ממנו שם ידבק אחריכם
מצרים · ושם תמתו ׃ 17. ויהיו כל
האנשים אשר שמו את פניהם
לבוא מצרים לגור שם ימותו בחרב
ברעב ובדבר · ולא יהיה להם שריד
ופליט מפני הרעה אשר אני מביא
עליהם ׃ 18. כי כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל · כאשר נתך
אפי וחמתי על ישבי ירושלם · כן
תתך חמתי עליכם בבאכם מצרים ·
והייתם לאלה ולשמה ולקללה
ולחרפה · ולא תראו עוד את המקום
הזה ׃ 19. דבר יהוה עליכם
שארית יהודה אל תבאו מצרים ·
ידע תדעו כי העידתי בכם היום ׃
20. כי התעתים בנפשותיכם כי
אתם שלחתם אתי אל יהוה אלהיכם
לאמר · התפלל בעדנו אל יהוה
אלהינו · וככל אשר יאמר יהוה
אלהינו כן הגד לנו ועשינו ׃ 21.
ואגד לכם היום · ולא שמעתם בקול
יהוה אלהיכם ולכל אשר שלחני
אליכם ׃ 22. ועתה ידע תדעו כי
בחרב ברעב ובדבר תמותו במקום
אשר חפצתם לבוא לגור שם ׃

& stupori, & maledictioni, & opprobrio, neque hunc locum amplius videbitis.
19. *En fuit ad vos verbum Domini, reliquiæ Juda; ne ite in Ægyptum;*
scitote & memoriâ tenete, me hodie contra vos testem fuisse; 20. *Vosque*
adeò errâsse contra vosmetipsos, qui me ad Dominum Deum vestrum miseri-
tis, dicentes: ora pro nobis Dominum Deum nostrum, atque id, quod respon-
debit Dominus Deus noster, indica nobis, nosque id faciemus. 21. *Ego igi-*
tur id vobis hodie cognitum feci, nec vocem Domini Dei vestri audistis, de
iis rebus, propter quas me ad vos misit. 22. *Ergò id notum sit vobis, vos gla-*
dio & fame & pestilentiâ interituros in loco, ad quem ire vobis libitum est,
ut ibi demoremini.

---

2. תפל נא תחנתנו לפניך, *cadat nunc oratio nostra coram te.* Idem est *cadat*, atque *veniat*: vide quæ diximus ad cap. 36. v. 7.

6. אם טוב ואם רע, *sive bonum, sive malum;* hoc est, sive hoc facile esse nobis videbitur, seu difficile. Sæpe *bonum, aut malum*, significat in oratione affirmante, *omnia quæcunque;* in negante, *nihil quidquam.* Sed hoc loco insistimus in verbis ipsis *bono* & *malo*, quia hæc est sententia populi, Jeremiæ pollicentis, se imperata facturos, quanquam id futurum sit arduum ac difficile. ...אנו, *nos.* De hoc mendo diximus in Proleg. ad Pent. pag. LIII. Nunc juvat nos exponere Lud. Cappelli in hunc locum animadversionem: *Crit. Sacr. pag. 92.* » Hîc pro אנו, » legi volunt (Masoretæ) אנחנו, sed sine necessitate: nam quomodò ex sing. אנכי fit plur. » אנחנו, quid nî ex sing. אני fieri possit plurale אנו, & quidem maximè analogicè sine ullâ » anomaliâ, quæ conspicua est in alterâ voce אנחנו, in quâ כ *Caph* mutatum est in ח *Cheth.* Et » sanè quomodò ex אני, deductum est affixum נו, solâ Aphæresi τῦ *Aleph;* & quomodò Chal- » dæi ex נחנו & אנחנו formârunt atque deduxerunt pronomina sua pluralia אנחנא & נחנא, & » Syri suum חנן, *nos*, sic etiam iidem Chaldæi ex אנו deduxerunt pronomen suum plurale אנן, » *nos.* Quare licet אנו hoc loco tantùm occurrat, alibi verò sæpenumerò scribatur נחנו & » אנחנו quod est à singulari אנכי, omninò tamen consentaneum videtur, ut אנו usitatum etiam » fuerit ex singulari אני efformatum: sine necessitate itaque Massorethæ tam prodigiosè punc- » tarunt hanc vocem אנו, punctis scilicet vocis אנחנו, quam nullâ autoritate substitui volunt » in illius locum: & sanè Orientales Judæi scribunt & legunt אנו. « Nos Lud. Cappello respondemus, eas tantùm scriptiones esse admittendas, quas introduxit *usus & norma loquendi;* non negari, formari potuisse אנו ex אני; sed non concedi, fuisse formatum, quia si fuisset formatum, fuisset igitur usurpatum; atqui nusquam nisi hoc loco legitur אנו, cùm tamen sæpe scriptum fuisset, si olim usurpatum, quomodò sæpe legitur אנחנו. Denique scripturam אנו condemnare non modò Codices Occidentales, ad quorum fidem sanxêre Masoretæ, legendum esse אנחנו, sed ipsos etiam Judæos Orientales, qui verbum אנו punctis iis affecerunt, quibus affici solebat אנחנו; nempe hoc ipso delarabant, sibi visum fuisse אנו mendosum. Cæterùm quòd narrat Lud. Cappellus sæpenumerò scriptum fuisse נחנו, memoriâ labitur; istud enim נחנו ter tantùm reperitur, atque id abest ab Codicibus Sam. in quibus legitur אנחנו, quorum potior est autoritas, ut potè antiquiorum.

10. אם שוב תשבו, *si sedendo sedebitis.* Malè שוב in Gerundio ex ישב, *sedere;* quanquam ita Grammatici, & post eos Edm. Castellus; vera forma est שבת: omissum fuit ת, quia sequebatur alterum ת; cujusmodi allucinationes Scribarum jam vidimus sat crebras. Fuit autem ו interjectum ex pravâ consuetudine litteræ hujus addendæ in modo infinito, ut sæpe observavimus. ...כי נחמתי: Malè Arias, *quia pœnitet me*, quasi Deus non jam vellet, urbem Jerusalem fuisse captam & inflammatam, postquàm sic futurum propter scelera Judæorum toties prænuntiârat; sed optimè Vulgatus, *placatus sum*, idem ferè ac *consolatus sum*, vel *satisfactum mihi est* iis pœnis, quas sumpsi de illis. Græci Intt. ἀναπέπαυμαι, *requievi*, eâdem ferè sententiâ, sed ex scriptione הנחתי, ex נוח, *quiescere;* nisi fortè verbum נחם credidêre idem sibi velle, ac נחה; nam sic non semel convertunt in Pentateucho, & sic quater legitur in Prophetis. Nec propter eà non certum est, eos legisse הנחתי, *Gen. cap. 5.* ubi nomen נח, *Noe*, formatur ex נחה, *quiescere*, ut docuimus in Proleg. pagg. LV. & LVI. non modò quia verbum נחה sæpissime convertunt, *quiescere*, sed etiam quia sic legi postulabat originatio nominis נח ex נחה deducta.

12. ורחם אתכם, *& miserabitur vos.* Ita hod. Codex, quasi hoc diceretur de rege Babylonis; atque ita etiam Chaldæus. Cæteri omnes legunt וארחם, *& miserebor*, deinde ואשיב, *& sedere faciam*, non autem והשיב, ut hodie legitur. Convenit persona prima, ארחם, cum ואתן, quod antecedit; non convenit, *miserabitur vos (rex Babylonis)* postquàm dictum est, *liberabo vos de manu ejus*, in quibus verbis rex Babylonis habetur ut inimicus Judæis, & ubi non additur, ex inimico factum fuisse, vel fore, amicum.

15. לבא, *ad eundum.* Potiùs לבוא, ut versu 17. Circulo superno animadvertunt quidam Codices.

16. תמתו, *moriemini.* Codices duo Orat. תמותו plenè, ut fuerat scribendum, quia ו medium pertinet ad Radicem; ita etiam Codex Reg. 3. manu priori.

17. ויהיו כל... ימותו, *& erunt omnes... morientur.* Talis est series hod. in Codicibus, si hæc est series. Fuerat scribendum ויהי וכל, *& erit ut omnes... moriantur.*

20. התעתים: Rectè Masora, התעיתם, *errastis*; ita etiam Codex Reg. 29.

CAPUT XLIII.

Johanan cæterique duces negant fuisse verbum Dei ad Jeremiam, & in Ægyptum abducunt Jeremiam & Baruch. Jeremias, Deo jubente, abscondit humo lapides, prænuntiatque, regem Nabuchodonosor habiturum super eos lapides solium suum, & Ægyptum flammâ & ferro vastaturum.

1. *Cùm autem Jeremias universo*
populo declarasset omnia verba Do-
mini Dei ipsorum, postquàm eum
miserat Dominus Deus eorum omnia
hæc eis nuntiaturum; 2. *Dixit Aza-*
rias, filius Osaiæ, & Johanan, fi-
lius Caree; simul omnes homines,
qui arrogantes erant, Jeremiæ dixe-
runt: Tu falsa loqueris; non misit te
Dominus Deus noster, ut nobis di-
ceres; ne ite in Ægyptum, ut ibi
demoremini; 3. *Sed Baruch, filius*
Neriæ, incitavit te adversùm nos,
ut tradat nos Chaldæis, ut nos morti
devoveat, vel ut nos Babylonem
deportemur. 4. *Non auscultavit igi-*
tur Johanan, filius Caree, voci Do-
mini, ut neque cæteri turmarum du-
ces, nec omnis populus, ut in terrâ
Juda sedem haberent. 5. *Tulitque*
Johanan, filius Caree, cæterique
turmarum duces, omnes Judæ reli-
quias, quæ redierant ex cunctis
gentibus, quò transfugerant, ut in
terrâ Judâ morarentur; 6. *Homi-*
nes, mulieres, pueros, filias regis,
omnes denique animas, quas com-

1. ויהי ככלות ירמיהו לדבר
אל כל העם את כל דברי יהוה
אלהיהם אשר שלחו יהוה אלהיהם
אליהם · את כל הדברים האלה :
2. ויאמר עזריה בן הושעיה ויוחנן
בן קרח וכל האנשים הזדים · אמרים
אל ירמיהו · שקר אתה מדבר · לא
שלחך יהוה אלהינו לאמר · לא
תבאו מצרים לגור שם : 3. כי
ברוך בן נריה מסית אתך בנו ·
למען תת אתנו ביד הכשדים
להמית אתנו · ולהגלות אתנו בבל :
4. ולא שמע יוחנן בן קרח וכל
שרי החילים וכל העם בקול יהוה
לשבת בארץ יהודה : 5. ויקח
יוחנן בן קרח וכל שרי החילים את
כל שארית יהודה אשר שבו מכל
הגוים אשר נדחו שם לגור בארץ
יהודה : 6. את הגברים ואת
הנשים ואת הטף ואת בנות המלך
ואת כל הנפש אשר הניח נבוזראדן
רב טבחים את גדליהו בן אחיקם
בן שפן ואת ירמיהו הנביא ואת
ברוך בן נריהו : 7. ויבאו ארץ
מצרים · כי לא שמעו בקול יהוה ·
ויבאו עד תחפנחס :
8. ויהי דבר יהוה אל ירמיהו

miserat Godoliæ , filio Ahicam , fi-
lii Saphan , Nabuzardan satellitum
princeps , ipsumque Jeremiam pro-
phetam , & Baruch , filium Neriæ ;
7. Et in Ægyptum venerunt , quo-
niam voci Domini non obsequeban-
tur ; deveneruntque ad Taphnes.
8. Fuit autem ad Jeremiam in Taph-
nes verbum Domini , hæc mandantis :
9. Sume in manu tuâ lapides gran-
des , & absconde eos cæmento in
laterariâ , quæ est in ostio domûs
Pharaonis in Taphnes , in oculis ho-
minum Judæorum ; 10. Quibus hæc
dices : hæc dicit Dominus exerci-
tuum , Deus Israel ; En ego accer-
sam & adducam Nabuchodonosor ser-
vum meum , regem Babylonis , & so-
lium ejus statuam super istos lapides,
quos absondi , & extendet super eos
tentorium suum. 11. Deinde progredietur, percutietque terram Ægypti. Qui
ad mortem destinati erunt , ibunt ad mortem ; qui ad captivitatem , ad capti-
vitatem ; qui ad gladium , ad gladium. 12. Ignem accendet in palatiis
Ægypti Magnatum quæ igne delebit , ipsosque abducet ; & induet se terrâ
Ægypti , ut pastor induit se se pallio suo , atque inde cum pace digredietur.
13. Franget autem statuas domûs solis , quæ sunt in terrâ Ægypti , & Deo-
rum Ægypti domos igne comburet.

בתחפנחס לאמר ׃ 9. קח בידך
אבנים גדלות · וטמנתם במלט
במלבן אשר בפתח בית פרעה
בתחפנחס לעיני אנשים יהודים ׃
10. ואמרת אליהם · כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל · הנני שלח
ולקחתי את נבוכדראצר מלך בבל
עבדי · ושמתי כסאו ממעל לאבנים
האלה אשר טמנתי · ונטה את
שפרורו עליהם ׃ 11. ובאה והכה
את ארץ מצרים · אשר למות למות
ואשר לשבי לשבי ואשר לחרב
לחרב ׃ 12. והצתי אש בבתי
אלהי מצרים · ושרפם ושבם · ועטה
את ארץ מצרים כאשר יעטה הרעה
את בגדו · ויצא משם בשלום ׃
13. ושבר את מצבות בית שמש
אשר בארץ מצרים · ואת בתי אלהי
מצרים ישרף באש ׃

---

3. להמית אתנו. Nos , *ut nos morti devoveat.* Hæc enim de Baruch dicuntur , ut Vulgato visum est. Itaque verbum להמית indicat præparationem rei , vel causam ejus , non autem rem ipsam. Principes , qui hæc loquuntur , habent Baruch , non ut interfectorem , sed ut causam suæ interfectionis per Chaldæos futuram.

9. וטמנתם במלט במלבן , *& absconde eos cæmento in laterariâ.* Hæc habet Edm. Calmet in hunc locum : » Ce Texte n'a rien de fort difficile , consideré séparement ; mais quand on le confronte » avec ce qui suit , on y trouve de la difficulté. Jeremie ne cache ses pierres sous terre , que » pour marquer d'une maniere sensible , que le Roi de Babylone doit venir dans l'Egypte , & » qu'après avoir pris Taphnis , il placera son thrône , ou son tribunal sur ces pierres , qui lui » serviront de fondement , & de base. Or quelle apparence qu'on aille placer ce tribunal du » Roi dans la place qu'occupe une muraille , posée sur une voûte ? Et quand cela arriveroit , en » démolissant la muraille , comment des pierres cachées sous cette voûte serviront-elles de fon- » dement au tribunal , ou au thrône , qui sera posé par-dessus la voûte ? « Sic sæpe nascuntur ex pravis interpretationibus magnæ difficultates. 1°. מלט non significat *cryptam.* 2°. Quòd Vulgatus interpretatur במלבן , *in muro laterario* , non sic intelligit *in muro* , tanquam *subter murum* , sed tanquam *ad murum* , cryptæ situm indicans ; minimè verò , murum fuisse super cryptæ fornicem ædificatum. 3°. Quòd idem Vulgatus convertit , v. 10. *statuet solium suum super eos* (*lapides*) non vult , fore solium lapidibus ipsis , ut fundamento , innixum ; hoc unum significat , in hoc ipso loco , ubi lapides absconditi sunt , positum iri solium. Itaque nodum in scirpo quærebat Edm. Calmet , Vulgatum interpretans. Quòd verò verbum במלט interpretatur idem , *dans le parvis* , sive *in atrio* , significatum inducit novum. Allegat nos ad Græcos Intt. in quibus legitur *ἐν προθύροις* , *in vestibulis.* Sed Græci Intt. ut observat *Trommius* , duo vocabula במלט & במלבן , uno verbo *προθύροις* exhibuerunt. Denique non rectè Edm. Calmet מלבן , convertit *pavi*

mentum; neque מלבנת, *Exod. cap. 24. v. 10.* habet *pavimentum*; ſed *lapides.* Nos, cum cæteris Intt. tractamus מלט, ut *cæmentum*, ſeu *mortarium*, quo lapides ſubter humum religandi erant, ut eo in fundamento firmitudinem haberet ſolium hîc collocandum. Grotius aliter; atque hoc modo: » *lapides illos magnos cæmento imponito*, *quod erit in officinâ laterariâ*; nempe quò rec- » tiùs ſerventur, quia illis uſurus erat Nabuchodonoſor ad ſternendum ſolum, cui ſedem re- » giam erat impoſiturus. « Verùm deſerit Grotius ſignificatum טמן, *abſcondere*; ſi enim lapides cæmento imponebantur, non eo abſcondebantur, quod tamen ſignificat nomen במלט, verbo טמנתם, adjunctum. Præterea non fuit neceſſe lapides cæmento imponi, *ut rectiùs ſervarentur*; nec verò etiam ſententiam talem Hebraica verba exhibent.

10. שפרורו, *tentorium ſuum regale.* Maſora שפרירו, ex uſu Chaldaico. Utrum verius, omninò incertum; eſt enim hoc vocabulum ἅπαξ λεγόμενον.

11. ובאה: Rectè Maſora ובא, *& veniet*, genere maſc. dictum de rege Babylonis.

12. והצתי אש, *& accendam ignem.* Omnes Veteres legunt, והצית, *& accendet...* ipſe etiam Chaldæus, qui ואדליק, quod tam ſignificat *accendet*, quàm *accendam*, quod poſuit Chaldæi Latinus Interpres. ...בבתי אלהי, *in ædibus Optimatum.* Interpretamur אלהי, *Optimatum*, non *Deorum*; quippe aſſentimur Edm. Calmet, arbitranti hoc prius אלהי ſignificare principes Ægypti; poſterius, v. 13. *Deos.* Hanc ejus opinionem confirmat verbum ושבם, *& captivos eos faciet*, vel *abducet*, quod de principibus commodiùs accipitur, quàm de *Diis.* Itaque etiam ſequenti verſu, in quo aguntur *Dii Ægypti*, non prænuntiat Propheta *Deos* illos abductum iri.

CAPUT XLIV.

Homines ſimul ac mulieres declarant, ſe Jeremiæ non obtemperaturos, ſed reginæ cœli ſacra facturos; quibus Jeremias denuntiat eos in Ægypto perituros, pauciſſimoſque eorum in Judam redituros, & Pharaonem Ephree traditum iri inimicis ſuis.

1. *Hoc fuit ad Jeremiam verbum*
Domini, ad omnes Judæos, qui
habitabant in terrâ Ægypti & ad eos
qui in Magdalo, & in Taphnes, &
in Noph, & in terrâ Phatures.
2. *Hæc dicit Dominus exercituum,*
Deus Iſrael: vos videtis omnia ma-
la, quæ in Jeruſalem adduxi, & in
cunctas Juda civitates; ecce enim
illæ hodie ſolitudo ſunt, nec eſt in
eis habitator, 3. *Propter ſcelera hæc,*
quæ fecerunt, ut me ad iram provoca-
rent, cùm ibant, ut thura incende-
rent, ſervirentque Diis alienis, quos
non noverant, neque illi, nec vos, nec
patres veſtri. 4. *Ego ad eos miſi om-*
nes ſervos meos prophetas, nec mit-
tere intermiſi, dicens: nolite nefan-
da hæc admittere, quæ ego deteſtor.
5. *Illi autem non audierunt, nec*
aurem præbuerunt, ut à pravitate ſuâ

1. הדבר אשר היה אל ירמיהו אל
כל היהודים הישבים בארץ מצרים ׳
הישבים במגדל ובתחפנחס ובנף
ובארץ פתרוס לאמר ׃ 2. כה
אמר יהוה צבאות אלהי ישראל ׳
אתם ראיתם את כל הרעה אשר
הבאתי על ירושלם ועל כל ערי
יהודה ׳ והנם חרבה היום הזה ואין
בהם יושב ׃ 3. מפני רעתם אשר
עשו להכעיסני ללכת לקטר לעבד
לאלהים אחרים אשר לא ידעום
המה אתם ואבתיכם ׃ 4. ואשלח
אליכם את כל עבדי הנביאים
השכים ושלח לאמר ׳ אל נא תעשו
את דבר התעבה הזאת אשר
שנאתי ׃ 5. ולא שמעו ולא הטו
את אזנם לשוב מרעתם ׳ לבלתי
קטר לאלהים אחרים ׃ 6. ותתך
חמתי ואפי ותבער בערי יהודה
ובחצות ירושלם ׳ ותהיינה לחרבה
לשממה כיום הזה ׃ 7. ועתה

recederent, nec Diis alienis thura
incenderent. 6. *Itaque effusa est in*
eos ira mea & furor meus, & exarsit
in urbes Juda & in plateas Jerusa-
lem, in quibus est hodie vastitas &
solitudo. 7. *Nunc igitur hæc dicit*
Dominus Deus exercituum, Deus
Israel; quare admittitis in vosmetip-
sos hoc scelus magnum, ut deleantur
ex vobis, de Juda & viri, & mu-
lieres, & pueri, & lactentes, nec
reliquiæ vobis supersint? 8. *Cùm*
vos me ad iram provocatis per opera
manuum vestrarum, adoletisque thu-
ra Diis alienis, in terrâ Ægypti,
in quam intrastis ibi habitaturi, ut
penitùs intereatis, atque ut propositi
sitis maledictioni & opprobrio apud
omnes terræ nationes? 9. *An obliti*
estis, qualia extiterint scelera patrum
vestrorum, qualia regum Juda &
principum ejus, qualia vestra &
uxorum vestrarum, quæ in terrâ Ju-
da & in plateis Jerusalem patrârunt?
10. *Neque verò etiam humiles facti*
sunt usque ad hanc diem, nec intelli-
gunt, nec viam sequuntur legum
mearum & statutorum, quæ palam
feci vobis patribusque vestris. 11. *Er-*
gò hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Israel: Ego ponam vultum
meum contra vos, ut disperdam, & ut
Judam penitùs exscindam. 12. *Ego*
arripiam reliquias istas Judæ, quæ
vultum suum convertêre ad Ægyp-
tum, ut eò proficiscerentur, & ibi
degerent; omnes in Ægypto peri-
bunt; cadent gladio, fame conficien-
tur; omnes ab humilibus ad summos
gladio & fame morientur, eruntque
exsecrationi, & stupori, & male-
dictioni & opprobrio. 13. *Animad-*
vertam in eos, quicunque in terrâ
Ægypti sedent, quomodò in Jeru-

כה אמר יהוה אלהי צבאות אלהי
ישראל · למה אתם עשים רעה
גדולה אל נפשתכם להכרית לכם
איש ואשה עולל ויונק מתוך יהודה ·
לבלתי הותיר לכם שארית : 8.
להכעיסני במעשי ידיכם לקטר
לאלהים אחרים בארץ מצרים אשר
אתם באים לגור שם · למען הכרית
לכם ולמען היותכם לקללה ולחרפה
בכל גויי הארץ : 9. השכחתם
את רעות אבותיכם ואת רעות
מלכי יהודה ואת רעות נשיו ואת
רעתיכם ואת רעת נשיכם אשר
עשו בארץ יהודה ובחצות ירושלם :
10. לא דכאו עד היום הזה · ולא
יראו ולא הלכו בתורתי ובחקתי
אשר נתתי לפניכם ולפני אבותיכם :
11. לכן כה אמר יהוה צבאות
אלהי ישראל · הנני שם פני בכם
לרעה ולהכרית את כל יהודה :
12. ולקחתי את שארית יהודה
אשר שמו פניהם לבוא ארץ מצרים
לגור שם · ותמו כל בארץ מצרים ·
יפלו בחרב · ברעב יתמו · מקטן ועד
גדול בחרב וברעב ימתו · והיו
לאלה לשמה ולקללה ולחרפה :
13. ופקדתי על היושבים בארץ
מצרים כאשר פקדתי על ירושלם ·
בחרב ברעב ובדבר : 14. ולא
יהיה פליט ושריד לשארית יהודה
הבאים לגור שם בארץ מצרים
ולשוב ארץ יהודה אשר המה
מנשאים את נפשם לשוב לשבת
שם · כי לא ישובו כי אם פלטים :
15. ויענו את ירמיהו כל האנשים
הידעים כי מקטרות נשיהם לאלהים
אחרים וכל הנשים העמדות קהל
גדול וכל העם הישבים בארץ
מצרים בפתרוס לאמר : 16. הדבר
אשר דברת אלינו בשם יהוה איננו
שמעים אליך : 17. כי עשה
נעשה את כל הדבר אשר יצא
מפינו לקטר למלכת השמים והסיך
לה נסכים · כאשר עשינו אנחנו

ואבתינו

ſalem animadverti per gladium, per
famem & per peſtilentiam. 14. *Non*
erit qui effugiat; nemo erit ſuperſtes
de reliquiis illis Juda, quæ in Ægyp-
tum venerunt; ut ibi degerent, qui
redeat in terram Juda, in quam ſpe-
rare audent ſe reverſuros, ibique ſe-
dem habituros; neque enim reverten-
tur, niſi pauci, qui evaſerint.
15. *Tum verò univerſi viri, qui*
non neſciebant uxores ſuas thura in-
cendere Diis alienis, ſimul univer-
ſæ uxores, quæ magno numero aſta-
bant, denique omnis multitudo, quæ
apud Phatures in Ægypto habitabat,
Jeremiæ hæc reſponderunt: 16. *Nos*
quidem ſuper eâ re, quam tu ad nos
in nomine Domini loqueris, non tibi
auſcultabimus. 17. *Nobis enim ſta-*
tutum eſt, ut quod ore noſtro exiit,
exſequamur, ut thura incendamus
reginæ cœli, ut ei libamina funda-
mus, quomodò fecimus nos & patres
noſtri, & reges noſtri & principes in
urbibus Juda & in Jeruſalem plateis,
ut pane ſaturemur & benè habeamus,
nec mala experiamur. 18. *Enim-*
verò ex quo reginæ cœli thura incen-
dere eique libamina fundere inter-
miſimus, omnium egentes fuimus, &
gladio & fame conſumpti fuimus.
19. *Quòd ſi nos reginæ cœli thura*
incendimus & libamina fundimus,
an ſine maritis noſtris liba ei confici-
mus, ut eam vittâ redimamus, & ut
ei fundamus libamen? 20. *Tum*
Jeremias omni populo, maritis ſi-
mul & uxoribus, univerſæque ple-
bi, quæ ei reſponderat, hæc locutus
eſt: 21. *Non-ne verò etiam meminit*
Dominus thura hæc, quæ vos patreſ-
que veſtri, & reges, & principes in
urbibus Juda & in Jeruſalem plateis
incendiſtis, atque hæc altâ mente re-

ואבתינו מלכינו ושרינו בערי יהודה
ובחצות ירושלם · ונשבע לחם ונהיה
טובים · ורעה לא ראינו : 18. ומן
אז חדלנו לקטר למלכת השמים
והסך לה נסכים חסרנו כל · ובחרב
וברעב תמנו : 19. וכי אנחנו
מקטרים למלכת השמים ולהסך לה
נסכים · המבלעדי אנשינו עשינו לה
כונים להעצבה והסך לה נסכים :
20. ויאמר ירמיהו אל כל העם
על הגברים ועל הנשים ועל כל
העם הענים אתו דבר לאמר : 21.
הלא את הקטר אשר קטרתם בערי
יהודה ובחצות ירושלם אתם
ואבותיכם מלכיכם ושריכם ועם
הארץ אתם זכר יהוה ותעלה על
לבו : 22. ולא יוכל יהוה עוד
לשאת מפני רע מעלליכם · מפני
התועבת אשר עשיתם · ותהי
ארצכם לחרבה ולשמה ולקללה
מאין יושב כהיום הזה : 23. מפני
אשר קטרתם ואשר חטאתם
ליהוה · ולא שמעתם בקול יהוה ·
ובתרתו ובחקתיו ובעדותיו לא
הלכתם · על כן קראת אתכם הרעה
הזאת כיום הזה : 24. ויאמר
ירמיהו אל כל העם ואל כל הנשים ·
שמעו דבר יהוה כל יהודה אשר
בארץ מצרים : 25. כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל לאמר · אתם
ונשיכם ותדברנה בפיכם ובידיכם
מלאתם לאמר · עשה נעשה את
נדרינו אשר נדרנו לקטר למלכת
השמים ולהסך לה נסכים · הקים
תקימנה את נדריכם ועשה תעשינה
את נדריכם : 26. לכן שמעו דבר
יהוה כל יהודה הישבים בארץ
מצרים · הנני נשבעתי בשמי הגדול ·
אמר יהוה · אם יהיה עוד שמי נקרא
בפי כל איש יהודה אמר חי אדני
יהוה בכל ארץ מצרים : 27. הנני
שקד עליהם לרעה ולא לטובה ·
ותמו כל איש יהודה אשר בארץ
מצרים בחרב וברעב עד כלותם :

28. ופליטי חרב ישבון מן ארץ
מצרים ארץ יהודה מתי מספר ׃
וידעו כל שארית יהודה הבאים
לארץ מצרים לגור שם דבר מי
יקום ממני ומהם ׃ 29. וזאת לכם
האות ׃ נאם יהוה ׃ כי פקד אני
עליכם במקום הזה ׃ למען תדעו כי
קום יקומו דברי עליכם לרעה ׃
30. כה אמר יהוה ׃ הנני נתן את
פרעה חפרע מלך מצרים ביד איביו
וביד מבקשי נפשו ׃ כאשר נתתי
את צדקיהו מלך יהודה ביד
נבוכדראצר מלך בבל איבו ומבקש
נפשו ׃

poſuit? 22. *Non-ne Dominus hæc ferre ampliùs non potuit, propter nefanda hæc, quæ admiſiſtis, fuitque demum terra veſtra propoſita & vaſtitati, & ſtupori, & maledictioni; fuitque, ut hodie eſt, habitatoribus viduata,* 23. *Propter illud ipſum, quòd thura incendebatis, & in Dominum peccabatis, nec vocem Domini audiebatis, nec ſequebamini viam legum ejus & ſtatutorum & teſtimoniorum? Non enim aliam ob cauſam mala hæc in vos, quæ nunc ſunt, advenerunt.* 24. *Dixit igitur Jeremias univerſo populo cunctiſque uxoribus: audite verbum Domini omnis Juda, quicunque in Ægypto eſtis.* 25. *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: uxores veſtræ de ore veſtro locutæ ſunt id, quod vos manibus earum complevîſtis, cùm dixerunt; nos vota noſtra perficiemus, quæcumque fecimus; ut reginæ cœli thura incenderent, eique libamina veſtra funderent; illæ vota veſtra irrita non fecerunt; illæ, quæ voveratis, perfecerunt.* 26. *Propterea audite verbum Domini, omnis Juda, qui Ægyptum habitatis. Ego jusjurandum feci per nomen meum magnum, dicit Dominus; non erit ampliùs apud homines Juda, qui nomen meum in ore habeat; non erit in totâ Ægypto, qui dicat, vivit Dominus Deus.* 27. *En ego apud vos adero præſens, non ad benefaciendum, ſed ad malè perdendum. Peribunt omnes homines Juda, qui ſunt in Ægypto, & gladio, & fame, donec penitus intereant.* 28. *Quòd ſi quidam ex gladio relinquentur, perpauci homines in terram Juda ex Ægypto redibunt; & tandem videbunt iſtæ omnes reliquiæ Juda, quæ in Ægyptum venerunt, ut ibi morarentur, cujus ſteterit verbum; an meum, an ipſorum.* 29. *Sed hoc erit vobis ſignum, dicit Dominus, me in vos iſto in loco animadverſurum, eò ut cognoſcatis, ſtetiſſe verba mea hæc, quæ, ut vos perderem, locutus ſum.* 30. *Hæc igitur dicit Dominus: ego tradam Pharaonem Ephree, Ægypti regem, inimicis ejus, & iis, qui perdere ipſum cupiunt, quemadmodùm tradidi Sedeciam, regem Juda, Nabuchodonoſor regi Babylonis inimico ejus, qui perdere ipſum cupiebat.*

---

4. ואשלח אליכם, *& miſi ad vos.* Syrus, לותהון, *ad eos*, legens, אליהם., ut & legendum; nam ſequitur verſu 5. *& non audierunt;* nec diceret Propheta, *miſi ad vos, & non audierunt.* ...התעבה, *abominationem.* Lege התועבה, plenè, ut habet Codex Orat. 53.

9. נשיו, *uxorum ejus.* Saltem legeres נשיהם, quomodò Syrus poſuit, דנשיהון, *uxorum eorum*, cùm ei videretur, Affixum ſingulare eſſe mendoſum. Sed legendum שריו, *principes ejus* (*Juda.*) Sic enim v. 17. legitur שרינו, *principes noſtri*, poſt מלכינו, *reges noſtri;* ſic v. 21. שריכם, *principes veſtri*, poſt מלכיכם, *reges veſtri.* Etiam hoc verſu 9. Græci Intt. *τῶν ἀρχόντων ὑμῶν*, *principum veſtrorum*, quibus tamen non obſequimur, ut Affixum mutemus, quia ו pertinet ad יהודה, quod quidem non ſatis attendêre Græci Intt. Adde, non ſolere commemorari peccata reginarum, ut cauſam divinæ publicæque ultionis, quia non gerebant reginæ neque in

regno, neque in religione, principem personam. Non veniunt in eam rem aliæ reginæ, quam Athalia & Jezabel; sed Athalia sine marito, qui mortuus erat, regnavit; Jezabel autem marito suo Achab, homini imbecillo, imperitabat, scelerumque ejus erat & consiliatrix, & adjutrix. Aliter sentiendum de feminis illis privatis, de quibus mox dicitur in vocabulo נשיכם, quæ Reginæ cœli cultui addictæ erant, quæque erant in familiis suis Idololatriæ causæ principes.

14. ולשוב, *& ad redeundum.* Judicabat Vatablus, redundare conjunctionem *&*; quia videbat, cursum orationis per eam impediri; sed eam non legebant Græci Intt. qui, τοῦ ἐπιστρέψαι, *ad redeundum;* nam verbum לשוב non est in societate cum altero Gerundio לגור, quod antecessit, sed cum שריד: (*non erit*) *superstes ad redeundum.* Non semel Scribæ in eam partem peccârunt, ut duo Gerundia, quæ unum post alterum veniebant, per nexum ו malè jungerent, cùm ad seriem orationis parùm attenderent. ...כי אם פלטים, *nisi pauci, qui evaserint.* Anteà dictum est, *non erit superstes;* quod vocabulum latiùs patet, quàm פלטים, quod est in fine versûs. Nimirum sic accipitur, ut intelligebant Judæi, qui sperabant se ex Ægypto plerosque reversuros; פלטים verò strictè de paucis superstitibus. Fortè, pro פלטים, legendum, פלטתים, (*nisi quos*) *fecero esse superstites.*

17. והסיך, *& ad fundendum.* Addunt Codices Orientales Litteram ל, rectè, post לקטר; sic etiam Syrus & Chaldæus; sed meliùs ולהסך, sine י medio, ut lego in Codice Orat. 53.

19. להעצבה: Hoc verbum saltu expediunt Græci Intt. Chaldæus, לטעותא, *idolo*, nullâ sententiâ. Syrus omittit; Vulgatus, *ad colendum eam.* Est quidem עצב, *idolum*, ex עצב, *molestia, ira;* quia Idola Deo odiosa erant, ejusque iram provocabant. Sed nullibi legitur עצב, *colere*, & sententiam potiùs exhibet Vulgatus, quàm ipsum verbum; neque enim crediderim, eum legisse לעבדה. Nos, *ut eam vittâ redimamus*, ex significatu Chaldaico verbi עצב, *fasciâ ligare*, & Arabico, *vittâ redimire* caput suum, eoque apud Arabas frequentissimo. Faciebant liba mulieres, adjuvantibus maritis, qui accendebant ignem, ut narratur suprà, cap. 7. v. 18. Sed cultum reginæ cœli solæ mulieres suscipiebant, quomodò Bonæ Deæ, apud Romanos; propterea mulieres hìc sejungunt liborum confectionem à libaminibus, quorum mariti expertes erant. Aiunt se adjuvari à maritis, ut liba conficiant, non autem, ut libamina fundant. Ob eandem causam mariti reginæ cœli vota faciebant, ore uxorum, non suo, ut videre licet, v. 25.

25. אתם ונשיכם ותדברנה בפיכם: Hæc quidem sic sonant, si verbum pro verbo reddas: *vos & uxores vestræ & locutæ estis in ore vestro:* Itaque etiam sic Arias; sed quis credat ita scripsisse Jeremiam? Non credidêre Græci Intt. qui ponunt ὑμεῖς γυναῖκες, *vos mulieres*, omittunt & Affixum quod habet נשיכם, & nexum ו, quod ותדברנה; quodque impedit sententiam; non credidit Syrus, ut neque Vulgatus, qui similiter omisit nexum ו. Præterea malè consociatur femininum תדברנה, cum אתם, *vos*, masculino, dicto de maritis Omnis perturbatio hæc allata est duplici errore Scribarum, cùm pronomen אתם loco non suo describerent, & cum ponerent בידיכם, cùm fuisset scribendum בידיהן; nam plana & liquida erit oratio, si sic legitur, נשיכם תדברנה בפיכם ואתם בידיהן מלאתם, *uxores vestræ locutæ sunt per os vestrum, vos autem per manus earum perfecistis;* hoc est, uxores vestræ reginæ cœli vota nuncupârunt, quia ut sic facerent, eis præscripsistis; itaque vota hæc vos per manus earum persolvistis, cùm votorum vestrorum fidem præstiterunt. Jeremiam loqui ad maritos, non ad uxores, liquet ex illis verbis, *uxores vestræ locutæ sunt per os vestrum.* Eosdem verò etiam alloquitur, ubi subjungit נסיכם, *libamina vestra*, & נדריכם, *vota vestra*, appellans vota maritorum, vota, quæ uxores, suasoribus maritis, nuncupârunt, quia mulierum erat vota reginæ cœli, ut solvere, ita & pronuntiare, quoniam talium mysteriorum viri erant expertes; atque hoc illud est, cur dicat Propheta, *per manum earum* (בידיהן) *vota perfecistis*, uxorum Idololatriam conferens in maritos, postquàm uxores declarârunt, se non hæc facere invitis maritis.

28. ישבון, *revertentur.* Potiùs ישובון, plenè, ut lego in Codice Orat. 42.

CAPUT XLV.

Mandat Deus, per Jeremiam, Baruch de ſorte ſuâ conquerenti, ut benè ſecum actum putet, quòd habeat vitam comitem, quocunque iturus ſit.

1. *Hoc fuit verbum Jeremiæ*
prophetæ ad Baruch, filium Neriæ,
cùm deſcriberet omnia verba hæc in
libro ex ore Jeremiæ, anno quarto
Joachim, filii Joſiæ, regis Juda.
2. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael,*
tibi ipſi, Baruch. 3. *Tu dicis; væ*
nunc mihi, quoniam Dominus ægri-
tudini meæ addit dolorem; laboro in
gemitu meo, nec reperio unde reſpi-
rem. 4. *Hæc igitur ei dices: hæc*
dicit Dominus; ego, quæ ædifica-
vi, deſtruam; quæ plantavi, eradi-
cabo; quippe omnis terra mea eſt.
5. *Tu autem grandia exoptas. Noli*
hæc optare; ego enim adducturus
ſum mala in omnem carnem, dicit
Dominus; ſed conceſſi tibi, ut lucri
facias animam tuam, omnibus in locis, quò iturus es.

1. הדבר אשר דבר ירמיהו
הנביא אל ברוך בן נריה בכתבו
את הדברים האלה על ספר מפי
ירמיהו בשנה הרבעית ליהויקים בן
יאשיהו מלך יהודה לאמר : 2. כה
אמר יהוה אלהי ישראל עליך
ברוך : 3. אמרת אוי נא לי · כי
יסף יהוה יגון על מכאבי · יגעתי
באנחתי ומנוחה לא מצאתי : 4.
כה תאמר אליו · כה אמר יהוה ·
הנה אשר בניתי אני הרס · ואת
אשר נטעתי אני נתש · ואת כל
הארץ היא : 5. ואתה תבקש לך
גדלות · אל תבקש · כי הנני מביא
רעה על כל בשר · נאם יהוה · ונתתי
לך את נפשך לשלל על כל המקמות
אשר תלך שם :

1. בשנה הרבעית ליהויקים, *anno quarto Joachim.* Quanquam ordo temporum hîc non ſervatur, tamen probabilem cauſam affert Grotius, cur ii, qui Jeremiæ prophetias primùm collegerunt, hæc verba Jeremiæ ad Baruch hîc poſuerint. » Abſolutis (inquit) & prophetiis & hiſtoriis ad » reges populumque Judæum pertinentibus, ſubjungit unam quæ ad unum hominem Baru- » chum ſcilicet, pertinet; ſicut Epiſtolis Pauli ad Eccleſias ſubjunguntur illæ quæ ad ſingulos » pertinent, etiamſi quædam harum ante illas ſcriptæ ſint. Poſt id ſubnectet Propheta prophe- » tias quæ ſpectant ad gentes alias, iſque erit totius libri finis. Nam ultimum caput quò perti- » neat, ubi eò ventum erit, dicemus.

4. ואת כל הארץ היא, *& omnem terram hanc.* Hæc omisêre Græci Intt. quæ quidem non pendent ex iis, quæ antecedunt; nam & ſententia, & complexio verborum abſoluta eſt in iis verbis, *& quæ plantavi, eradicabo.* Itaquè hæc ultima verba, *& omnem terram hanc*, intrare in ſeriem vix poſſunt, niſi legas cum Chaldæo לי היא, *mea eſt*, ut Deus afferat hanc cauſam, cur, cùm velit, ædificet & deſtruat, quòd omnis terra ejus ſit. Chaldæus legit לי, quamvis aliam exponit ſententiam, ſic convertens, וית כל ארעא דישראל דילי היא, *& omnem terram Iſrael, quæ mea eſt;* quæ quidem ſententia non commodè venit poſt ea, quæ antecedunt; neque את notat accuſandi caſum, ut Chaldæo viſum eſt, ſed nominandi, ante pronomen היא, quod vicem gerit verbi היה; neque ארץ de terrâ *Iſrael* dicitur, ſed de orbe terrarum, eâdem in ſententiâ, quæ habetur *Pſ. 50. v. 12.*

CAPUT XLVI.

Contra Ægyptum. Cadent fortes Ægypti, & tradentur Nabuchodonoſor, regi Babylonis. Sed ne timeat Jacob ; Deus eum ſalvum reducet de terrâ captivorum , nec eum funditus evertet.

1. *Hoc fuit verbum Domini ad*
Jeremiam prophetam , contra gentes.
2. *Ad Ægyptum , contra exercitum*
Pharaonis Nechao , Ægypti regis ,
qui erat in Charcamis ad Euphra-
tem , quem percuſſit Nabuchodonoſor,
rex Babylonis , anno quarto Joa-
chim , filii Joſiæ , regis Juda.
3. *Parate clypeum & haſtam , &*
appropinquate ad prœliandum. 4. *Jun-*
gite equos , & aſcendite equites ; ſta-
te galeati , lanceas polite , induite
loricas. 5. *Quare eos video metu*
exanimes , retrocedentes , & fortiſſi-
mos eorum cæſos & in fugam actos ,
nec reſpicientes , terrore undique
imminente , dicit Dominus. 6. *Ne*
fugam capiat , qui velox eſt ; ne ſe
ſe expediat , qui viribus valet ; ad
aquilonem ſecus Euphratem fuſi
ſunt , & ceciderunt. 7. *Quis ille eſt ,*
qui progreditur , velut amnis ; quaſi
flumen, cujus undæ æſtuant? 8. *Ægyp-*
tus , quaſi amnis , progreditur ; velut
flumen , cujus undæ æſtuant , dicit-
que : ego ibo , & operiam terram ;
ego civitatem delebo , & ejus habita-
tores. 9. *Ite equi , ruite quadrigæ ;*
erumpant viri fortes , Æthiopes &
Lybies, qui tractant clypeos, & Lydii,
qui arcum tendunt. 10. *Verumtamen*
dies illa dies eſt Domini Dei exer-
cituum ; dies ultionis , ut ulciſcatur
inimicos ſuos ; ut gladius devoret , ut

1. אשר היה דבר יהוה אל
ירמיהו הנביא על הגוים : 2.
למצרים על חיל פרעה נכו מלך
מצרים אשר היה על נהר פרת
בכרכמש · אשר הכה נבוכדראצר
מלך בבל בשנת הרביעית ליהויקים
בן יאשיהו מלך יהודה : 3. ערכו
מגן וצנה וגשו למלחמה : 4. אסרו
הסוסים ועלו הפרשים והתיצבו
בכובעים · מרקו הרמחים · לבשו
הסרינות : 5. מדוע ראיתי המה
חתים נסוגים אחור · וגבוריהם יכתו
ומנוס נסו ולא הפנו · מגור מסביב ·
נאם יהוה : 6. אל ינוס הקל ואל
ימלט הגבור · צפונה על יד נהר
פרת כשלו ונפלו : 7. מי זה כיאר
יעלה · כנהרות יתגעשו מימיו : 8.
מצרים כיאור יעלה · וכנהרות
יתגעשו מים · ויאמר · אעלה אכסה
ארץ · אבידה עיר וישבי בה : 9.
עלו הסוסים והתהללו הרכב ויצאו
הגבורים · כוש ופוט תפשי מגן
ולודים תפשי דרכי קשת : 10. והיום
ההוא לאדני יהוה צבאות יום נקמה ·
להנקם מצריו · ואכלה חרב ושבעה
ורותה מדמם · כי זבח לאדני יהוה
צבאות בארץ צפון אל נהר פרת :
11. עלי גלעד וקחי צרי בתולת בת
מצרים · לשוא הרביתי · רפאות
תעלה אין לך : 12. שמעו גוים
קלונך · וצוחתך מלאה הארץ · כי
גבור בגבור כשלו · יחדיו נפלו
שניהם :
13. הדבר אשר דבר יהוה אל

exsaturetur, & sanguine inebrietur.
Etenim sacrificium est Domino Deo
exercituum in regione aquilonis, ad
fluvium Euphratem. 11. *Ascende in*
Galaad, & tolle resinam, virgo filia
Ægypti; sed nequicquam tu eam
congeris; nihil afferet tibi sanitatem.
12. *Audiêre gentes ignominiam*
tuam; ejulatus tui terram impleve-
runt; nam fortis post fortem corruit;
ambo pariter ceciderunt. 13. *Verbum,*
quod fuit à Domino ad Jeremiam
prophetam, cùm venit Nabuchodo-
nosor, rex Babylonis, Ægyptum
percussurus. 14. *Nuntiate in Ægyp-*
to, proclamate in Magdalo, procla-
mate in Noph & in Taphnes; dicite:
consiste & esto paratus; etenim devas-
tat gladius fines tuos. 15. *Quare*
abreptus est tuus ille fortis? Non
potuit consistere, quoniam impulit
eum Dominus. 16. *Cadentium nu-*
merus augetur; en convenit quisque
proximum suum, dicuntque: agite,
redeamus ad populum nostrum, & ad
terram, in quâ nati sumus, propter
gladium vastatoris. 17. *Invocate no-*
men Pharaonis, Ægypti regis;
tumultuationibus finem afferet tempus
statutum. 18. *Vivo ego, dicit Regna-*
tor, cujus nomen est Dominus exer-
cituum. Hic imminebit talis, qualis
imminet in montibus Thabor, & qua-
lis Carmelus ad mare. 19. *Fac tibi*
vasa transmigrationis, virgo quæ in
Ægypto sedes; nam vastata est Noph,
& agit ruinas, quia non superest ha-
bitator. 20. *Vitula elegans & for-*
mosa Ægyptus; veniet in eam ab
aquilone stimulator. 21. *Nam merce-*
narii ejus, qui apud ipsam erant,
quasi vituli saginati, illi etiam se
averterunt, & fugam ceperunt. Con-
sistere non potuerunt; quippe advenit

ירמיהו הנביא לבוא נבוכדראצר מלך
בבל להכות ארת ארץ מצרים :
14. הגידו במצרים והשמיעו
במגדול והשמיעו בנף ובתחפנחס ·
אמרו · התיצב והכן לך · כי אכלה
חרב סביביך : 15. מדוע נסחף
אביריך לא עמד · כי יהוה הדפו :
16. הרבה כושל · גם נפל איש
אל רעהו ויאמרו · קומה ונשבה אל
עמנו ואל ארץ מולדתנו מפני חרב
היונה : 17. קראו שם פרעה
מלך מצרים · שאון העביר המועד :
18. חי אני נאם המלך · יהוה
צבאורת שמו · כי כתבור בהרים
וככרמל בים יבוא : 19. כלי גולה
עשי לך יושבת בת מצרים · כי נף
לשמה תהיה ונצתה מאין יושב :
20. עגלה יפה פיה מצרים · קרץ
מצפון בא בא : 21. גם שכריה
בקרבה כעגלי מרבק · כי גם המה
הפנו · נסו יחדיו לא עמדו · כי יום
אידם בא עליהם עת פקדתם :
22. קולה כנחש ילך · כי בחיל
ילכו · ובקרדמות באו לה כחטבי
עצים : 23. כרתו יערה · נאם
יהוה · כי לא יחקר כי רבו מארבה ·
ואין להם מספר : 24. הבישה
בת מצרים · נתנה ביד עם צפון : 25.
אמר יהוה צבאורת אלהי ישראל ·
הנני פוקד אל אמון מנא ועל
פרעה ועל מצרים ועל אלהיה ועל
מלכיה ועל פרעה ועל הבטחים
בו : 26. ונתתים ביד מבקשי
נפשם וביד נבוכדראצר מלך בבל
וביד עבדיו · ואחרי כן תשכן כימי
קדם · נאם יהוה : 27. ואתה אל
תירא עבדי יעקב ואל תחת ישראל ·
כי הנני מושעך מרחוק וארת זרעך
מארץ שבים · ושב יעקוב ושקט
ושאנן ואין מחריד : 28. אתה אל
תירא עבדי יעקב · נאם יהוה · כי אתך
אני · כי אעשה כלה בכל הגוים אשר
הדחתיך שמה · ואתך לא אעשה כלה ·
ויסרתיך למשפט · ונקה לא אנקך :

in eos dies interitûs eorum , tempus ultionis ipſorum. 22. *Vox ejus ſibilat ,*
ut ſerpentis ; ecce enim veniunt cum militum manu & cum ſecuribus , veluti
qui ligna cædunt. 23. *Cædite ſylvam ejus , nec numerate , dicit Dominus ;*
ſunt plures locuſtis , & innumerabiles. 24. *Erubuit filia Ægypti , tradita*
eſt in manum populi aquilonaris. 25. *Hæc dicit Dominus exercituum ,*
Deus Iſrael : ego ultor adero ad No-Ammon , ad Pharaonem , ad Ægyp-
tum & ad ejus Magnates ; ad reges ejus , ad Pharaonem & ad eos , quicun-
que in eo confidunt. 26. *Ego illos eis tradam , qui perdere ipſos cupiunt ; ego*
illos , Nabuchodonoſor , regi Babylonis , ſerviſque ejus ; poſteà autem , ut
olim , habitabitur , dicit Dominus. 27. *Tu autem noli timere , ſerve meus ,*
Jacob ; noli , Iſrael , terreri ; ego enim te liberabo de locis remotis ; ego
ſemen tuum , de terrâ captivorum. Etenim Jacob revertetur , tranquillè ac
ſecurè habitabit, nec erit qui exterreat. 24. *Noli timere , ſerve meus Jacob ,*
dicit Dominus ; ego enim tecum ſum. Neque ego te delebo , ut gentes , ad
quas te amandavi , penitus ſum deleturus ; ſed corripiam te judiciis , nec
eum , qui nocens eſt , impunitum relinquam.

---

8. אבידה עיר , *perdam civitatem.* Meliùs , אביד העיר , adjuncto ה ad עיר ; id enim ſuperfluit in verbo אבידה , non autem nomini עיר præfixum , ut ſignificetur urbs *Charcamis* , de quâ ſuprà , quam redegerat Nabuchodonoſor in ſuam ditionem , & quam delere minabatur Nechao , rex Ægypti.

9. והתהללו הרכב , *& ruite quadrigæ ;* verbum pro verbo , *inſanite* , hoc eſt ruite ex caſtris effuſi. Poſſis etiam convertere , *rutilate* , ſive *mittite fulgorem ;* nam currus erant falcati , & rotæ volvendo ad ſolem radiabant. ...תפשי דרכי קשת , *tractantes , tendentes arcum.* Verbum תפשי malè iteratum videtur ex eo תפשי , quod antecedit. Certè alterutrum verbum adhibere ſolent Sacri Scriptores , dicuntque, vel *tractantes arcum* , vel *tendentes*... non autem *tractantes & tendentes.* Suſpicionem afferebat defectus conjunctionis ו , quæ nectat utrumque verbum.

11. הרביתי , *multiplicas.* Maſora הרבית , tollens י ; quod י meliùs in ו mutetur , ut ſit הרביתו , *multiplicas eam* , צרי , *reſinam ;* & ut רפאות ſit caſus verbi מעלה , quod legendum , pro תעלה : vide dicta ad cap. 30. v. 13.

12. יחדיו , *ſimul.* Codices quatuor יחדו , formâ conſuetâ ; nec alibi recurrit יחדיו , niſi v. 21. & ſemel cap. 49.

15. אביריך , *fortes tui.* Legendum אבירך , *fortis tuus :* niſi mavis cum Ariâ interpretari , *proſtratus eſt fortes tui.* Numerum pluralem ſequuntur Syrus & Chaldæus , quia mendum evitant. Rectè *fortis tuus* , dictum de Pharaone Nechao , qui anteà ſubjecerat omnem regionem ab Ægypto uſque ad Euphratem.

16. גם נפל איש אל רעהו : Nos , *convenit quiſque proximum ſuum* , ut deliberent intèr ſe ſe de fugâ capiendâ ; quam ſententiam indicant verba hæc ſequentia , *& dicunt , ſurge , redeamus ad populum noſtrum.* Eandem ſententiam demonſtrat verbum נפל cum præpoſitione אל , in cujus ſocietate ſignificat , *conferre ſe ad aliquem* , & idem eſt , ac בוא , ut anteà monuimus. ...מפני חרב היונה , *propter gladium opprimentem ;* ita Syrus , דמדויא , *cruciantis* , & meliùs , quàm Vulgatus , *à facie gladii columbæ.* Habebant Aſſyrii , exemplo Semiramidis , pro bellico ſigno , columbam. Sed aguntur hîc , non Aſſyrii , ſed Babylonii , qui ſubjecerant Aſſyrios ; quos Babylonios parùm credibile eſt , habuiſſe etiam , pro bellico ſigno , columbam ; nam quis credat , inquit Grotius , victarum gentium ſigna ſumpta à victoribus ? Vide eum ad cap. 25. v. 38. Chaldæus ponit hoc loco , *à facie gladii inimici , qui eſt ſicut vinum inebrians* , quia jungit ſimul ſcriptiones duas היונה & הרויה , quas in ſuo Codice habebat.

17. קראו שם פרעה , *invocate nomen Pharaonis.* Hæc ſunt ad gentes , præcipuè ad Jeroſolymitanos , qui Pharaonis in auxilio confidebant , qui Pharao regem Chaldæorum minabatur , & multa movebat , ut eum debellaret. ...שאון העביר מועד , *tumultuationibus finem afferet* (vel *attulit*) *tempus ſtatutum ;* ſive id tempus , quo Deus ſtatuit Ægyptios debellatum iri à Chaldæis. Verbum העביר habet potiùs *tranſire fecit* , vel *finem attulit* , quàm *adduxit* , quod Vulgatus ; ſententia hæc eſt ; non jam tumultuabitur Pharao, poſtquàm cladem acceperit , victus à Chaldæis.

18. כתבור בהרים , *ſicut Thabor in montibus.* Quantùm ſupereminet Thabor cæteros montes , tam ſuperiores erunt Chaldæi Ægyptiis , וככרמל בים , *& ſicut Carmelus ad mare* , ad cujus montis radices fruſtrà inſaniunt maris fluctus ; ſic fruſtà æſtuabunt Ægypti fluctus : vide verſum 8.

20. בא בא , *veniens , veniens.* Otioſa iteratio per mendum invecta. Codex Orat. 42. בא בה ,

veniet in eam. Ita Græci Intt. ἐπ' αὐτὴν; ita Syrus עליה, *in eam.* Sic etiam Chaldæus & Vulgatus.

22. קולה כנחש ילך: Vulgatus, *vox ejus quaſi æris ſonantis;* tamen נחש ſignificat *ſerpentem*, non *æs ſonans*, quaſi eſſet idem, ac נחשת. Itaque meliùs cæteri, *quaſi ſerpentis.* Sed verbum ילך, *progreditur*, non ſatis notat vocem vulnerati ſerpentis, unde ducta eſt ſimilitudo. Propthereà ſequimur Græcos Intt. qui legunt ילל, *ejulantis*, vel συρίζοντος, *ſibilantis.*

25. ועל אלהיה, *& ad Magnates ejus:* Vide dicta ad caput 43. v. 12.

27. ואין מחריד, *& non erit qui exterreat.* Diximus ad caput 23. w. 2. & 3. cur hæc verba, quæ Judæis pollicentur tranquillitatem & ſecuritatem, intelligenda ſint, non modò de reditu ex Babylonicâ captivitate, ſed etiam de eorum ultimo reditu ad Chriſtum Meſſiam. Illud addimus, quotieſcunque Deus nominat populum ſuum, עבדי יעקב, *ſerve meus Jacob*, toties notari ſervos Dei, qui futuri ſunt hæredes promiſſionum. Itaque etiam adhuc habet eventum ſuum, promiſſio hæc, ואתך לא אעשה כלה, *nec te penitùs ſum deleturus;* Judæorum gente adhuc permanente, quanquam ſine regno & ſine ſacerdotio, quia tempus adhuc eſt, cùm Deus Judæos *caſtigat judiciis*, ויסרתיך למשפט.

CAPUT XLVII.

Contra Philiſtæos. Aquæ ab Aquilone intumeſcentes omnia inundabunt, Philiſtæique & Tyrus & Sidon delebuntur.

1. *Hoc fuit ad Jeremiam pro-*
phetam verbum Domini de Phi-
liſtæis, antequàm expugnaſſet Pha-
rao Gazam. 2. *Hæc dicit Domi-*
nus: ecce undæ ab aquilone aſcendunt,
evaduntque in tumidum torrentem, ut
terram inundent & quidquid in eâ eſt;
ut urbem, & ejus habitatores. Clama-
bunt homines; vociferabuntur qui-
cunque regionem habitant, 3. *Præ*
ſonitu ungularum equitatûs ejus,
præ concuſſu curruum ejus & rota-
rum fragore; nec jam reſpicient filios
parentes, quia manus eorum ſolven-
tur; 4. *Quoniam dies advenit,*
cùm Philiſtæi omnes devaſtabuntur,
cùm evertentur Tyrus & Sidon, cæ-
terique omnes, qui auxilio venerant;
devaſtat enim Dominus Philiſtæos,
inſulæ Cappadocum reliquias. 5. *Ve-*
nit calvitium in Gazam, deleta eſt
Aſcalon, reliquiæ gigantum. Quouſque voſmetipſos incidetis? 6. *Heu!*
gladius Domini, quem ad finem non quieſces? Conde te in vaginam tuam;
remitte ac ſile. 7. *Quomodò quieſcet? Dominus enim dedit ei mandatum ad*
Aſcalon & ad portum maris; ibi ei condixit.

1. אשר היה דבר יהוה אל
ירמיהו הנביא אל פלשתים בטרם
יכה פרעה את עזה : 2. כה אמר
יהוה · הנה מים עלים מצפון · והיו
לנחל שוטף · וישטפו ארץ ומלואה
עיר וישבי בה · וזעקו האדם והילל
כל יושב הארץ : 3. מקול שעטת
פרסות אביריו מרעש לרכבו המון
גלגליו · לא הפנו אבות אל בנים
מרפיון ידים : 4. על היום הבא
לשדוד את כל פלשתים · להכרית
לצר ולצידון כל שריד עזר · כי
שדד יהוה את פלשתים שארית
אי כפתור : 5. באה קרחה אל
עזה · נדמתה אשקלון שארית
עמקם · עד מתי תתגודדי : 6. הוי
חרב ליהוה עד אנה לא תשקטי ·
האספי אל תערך הרגעי ודמי : 7.
איך תשקטי · ויהוה צוה לה אל
אשקלון ואל חוף הים · שם יעדה :

1.

1. בטרם יכה פרעה את עזה, *antequàm percuteret Pharao Gazam.* Vaticinatur Propheta, expugnatum iri Gazam per populos, מצפון, *ab aquilone* venientes; hoc eſt, per Chaldæos, à Nabuchodonor eò miſſos. » Eſt autem hæc Prophetia, ut obſervat Grotius, eò inſignior, quòd » Philiſtinæ terræ vaſtationem prædixit eo tempore, cùm à ſolis Ægyptiis hoſtilia, à Chal» dæis verò amica omnia exſpectarentur. « Erat enim tum commune odium in Judæos Chaldæorum & Philiſtinorum. Sed poſtquàm capta fuit ab Ægyptiis Gaza, ſtuduit Gaza pártibus Ægyptiorum contra Chaldæos.

3. פרסות אביריו, *ungularum equitatûs ejus.* Vocabulum אביר, notat in genere *equitatum.* Sic infrà, cap. 50. v. 11. צהלו כאבירים, *hinnient ut equitatus*, dictum vel de equis, vel de equis ſimul & equitibus; itaque hoc verſu *ungulæ* de equis dicuntur.

4. אי כפתור, *inſulæ Cappadocum. Inſula* pro regione uſurpatur, ut alibi non ſemel. Sic apud Latinos *inſula* non modò ſignificat regionem medio in mari ſitam, ſed etiam partem urbis diſtinctam, quam urbis viæ circumambiunt, & à cæteris urbis partibus ſejungunt.

5. שארית עמקם, *reliquiæ vallis eorum.* Solus Vulgatus ſic interpretatur. Chaldæus habet, *reliquiæ roboris eorum*, legens עתקם; Syrus, *omne quod ſupereſt in habitationibus eorum*; Græci Intt. *reliquiæ Enacim*, ſeu *Gigantum*; cùm, pro עמקם, legerent ענקים, quæ ſcriptio Grotio placebat, quia ex *Num. cap. 13. v. 28.* apparet fuiſſe illis in locis *reliquias Enacim.* Nos verò eandem, interpretando, exhibemus, tum ut hiſtoriæ accommodatam, tum etiam ut conſentientem cum ſcriptione priori, *reliquiæ Cappadocum*, ubi *reliquiæ* ſignificat progeniem reliquam nepotum. Denique agitur hoc loco ipſa urbs *Aſcalon*, in quam urbem convenire vix poſſit *reliquiæ vallis eorum.*

7. איך תשקטי, *quomodò quieſces.* Lege תשקט, *quieſcet*; ſic vult לה, *illi*, tertiæ perſonæ, quod ſubſequitur. Legunt etiam perſonâ tertiâ omnes Veteres. Fuit τὸ י aſſumptum, per imprudentiam, ex eo תשקטי, quod anteceſſit.

CAPUT XLVIII.

Ad Moab. Interibit Moab cum planctu magno. Gloriatur in virtute ſuâ bellicâ; ſed plus audet, quàm poteſt; captivitatem tandem experietur. Tamen poſteris diebus reducet Dominus captivos Moab.

1. *Ad Moab. Hæc dicit Domi-*
nus exercituum, Deus Iſrael: væ
Nebo, quia devaſtatur; erubeſcit &
expugnatur Cariathaim; erubeſcit ac
ſtupet quæ ſe jactabat. 2. *Non erit,*
unde de Heſebon Moab ampliùs
glorietur; ruinam ejus homines mo-
liuntur. Venite, inquiunt; tollamus
eam de numero gentium. Te quoque
Medmen manet ruina; aderit tibi à
tergo gladius. 3. *Auditur de Oro-*
naim clamor, vaſtitas & magna
clades. 4. *Plagam accepit Moab;*
annunciate parvulis ipſius ejus cla-
mores. 5. *Etenim aſcenſum Luith*
flendo ſuperârunt; auditus eſt in clivo
Oronaim dolor & clamor deſperatio-

1. למואב · כה אמר יהוה צבאות
אלהי ישראל · הוי אל נבו כי
שדדה · הבישה נלכדה קריתים ·
הבישה המשגב וחתה : 2. אין
עוד תהלת מואב בחשבון · חשבו
עליה רעה · לכו ונכריתנה מגוי · גם
מדמן תדמי · אחריך תלך חרב :
3. קול צעקה מחרנים שד ושבר
גדול : 4. נשברה מואב · השמיעו
זעקה צעוריה : 5. כי מעלה
הלחות בבכי יעלה בכי · כי במורד
חרונים צרי צעקת שבר שמעו : 6.
נסו מלטו נפשכם · ותהינה כערוער
במדבר : 7. כי יען בטחך
במעשיך ובאוצרותיך גם את
תלכדי · ויצא כמיש בגולה · כהניו
ושריו יחד : 8. ויבא שדד אל

nis. 6. Fugite, servate animas ves-
tras; similes este myricæ in deserto.
7. Enimverò, quoniam tu in operi-
bus tuis & thesauris confidisti, ca-
pieris; Chamos captivus abducetur,
simul sacerdotes ejus & principes ejus.
8. Veniet ad omnes urbes depopu-
lator; nulla civitas erit immunis.
Erit in valle devastatio, in planitie
vastitas, quia Dominus locutus est.
9. Date alas Moab; nam celeriter
avolabit; urbes ejus desolatæ erunt,
quia non erit habitator. 10. Male-
dictus sit, qui faciet opus Dei negli-
genter, qui cohibebit à sanguine gla-
dium suum. 11. Moab, jam inde à
teneris annis suis tranquillè egit,
quievitque in fæcibus suis; non fuit
transfusus ex vase in vas, neque inter
captivos abductus; ideo mansit ei
suus odor, nec odor ejus fuit mutatus.
12. Propterea ecce dies veniunt, dicit
Dominus, cùm mittam in eum agi-
tatores, qui eum agitabunt, qui vasa
ejus exhaurient, ejusque utres dissi-
pabunt. 13. Erubescetque Moab de
Chamos, ut erubuêre de Bethel domus
Israel, quanquam ei confidebant.
14. Quomodò dicere potestis; nos
potentes sumus, nos ad præliandum
viri bellatores. 15. I, vastator, ad
Moab, ascende in ejus civitates;
simul descendant ad internecionem
delecti eorum juvenes, dicit Regna-
tor, cujus nomen est Dominus exer-
cituum. 16. Adveniet brevi ruina
Moab; aderit repentè ruina ejus.
17. Deplorate de eo universi vicini
ejus, & famam ejus quicunque au-
distis, dicite: quomodò fracta est
virga potens, sceptrum gloriosum!
18. Descende de gloriâ tuâ, & sede
in ignobilitate, quæ habitas Beth-
Dibon; ingruit enim tibi qui vastat

כל עיר · ועיר לא תמלט · ואבד
העמק ונשמד המישר · אשר אמר
יהוה : 9. תנו ציץ למואב · כי
נצא תצא · ועריה לשמה תהיינה
מאין יושב בהן : 10. ארור עשה
מלאכת יהוה רמיה · וארור מנע
חרבו מדם : 11. שאנן מואב
מנעוריו · ושקט הוא אל שמריו ·
ולא הורק מכלי אל כלי · ובגולה
לא הלך · על כן עמד טעמו בו ·
וריחו לא נמר :
12. לכן הנה ימים באים · נאם
יהוה · ושלחתי לו צעים וצעהו ·
וכליו יריקו ונבליהם ינפצו : 13.
ובש מואב מכמוש כאשר בשו בית
ישראל מבית אל מבטחם : 14.
איך תאמרו · גבורים אנחנו ואנשי
חיל למלחמה : 15. שדד מואב
ועריה עלה · ומבחר בחוריו ירדו
לטבח · נאם המלך יהוה צבאות
שמו · 16. קרוב איד מואב לבוא
ורעתו מהרה מאד : 17. נדו לו
כל סביביו · וכל ידעי שמו אמרו ·
איכה נשבר מטה עז מקל תפארה :
18. רדי מכבוד ישבי בצמא
ישבת בת דיבון · כי שודד מואב
עלה בך שחת מבצריך : 19. אל
דרך עמדי וצפי יושבת ערוער ·
שאלי נס ונמלטה · אמרי מה
נהיתה : 20. הביש מואב כי
חתה · הלילי וזעקי הגידו בארנון כי
שדד מואב : 21. ומשפט בא
אל ארץ המישר אל חלון ואל יהצה
ועל מופעת : 22. ועל דיבון ועל
נבו ועל בית דבלתים : 23. ועל
קריתים ועל בית גמול ועל בית
מעון : 24. ועל קריות ועל בצרה
ועל כל ערי ארץ מואב הרחקות
והקרבות : 25. נגדעה קרן מואב
וזרעו נשברה · נאם יהוה : 26.
השכירהו כי על יהוה הגדיל · וספק
מואב בקיאו · והיה לשחק גם הוא :
27. ואם לוא השחק היה לך
ישראל · אם בגנבים נמצאה · כי

Moab, propugnacula tua eversurus.
19. *Consiste in viâ, & speculare, quæ*
habitas Aroer; sciscitare eum, qui
fugit & elapsus est; dic ei: quid ac-
cidit? 20. *Erubescit Moab, quia*
victus est; vociferamini, clamate &
annuntiate ad Arnon, Moab devasta-
ri; 21. *Et judicium advenisse in*
regionem campestrem, in Helon, in
Jasa, in Mephaath, 22. *In Dibon,*
in Nebo, in Beth-Deblathaim,
23. *In Cariathaim, in Beth-Gamul,*
in Beth-Maon, 24. *In Carioth, in*
Bosra, in omnes civitates terræ Moab,
& proximas & remotas. 25. *Resec-*
tum est cornu Moab, fractum est
brachium ejus, dicit Dominus.
26. *Inebriate eum, quia contra Do-*
minum gloriatus est; allidat manus
in suo vomitu Moab, atque ipse
quoque ludibrio habeatur. 27. *Non-*
ne enim ludibrium fuit tibi Israel,
& cum iis qui de eo cantabant, de-
prehensus es? Ut eum memorabas,
ut movebas caput. 28. *Relinquite*
urbes, & habitate in petris incolæ
Moab; este nunc palumbi similes,
quæ in aditu petrarum nidum ponit.
29. *Audivimus superbiam Moab,*
arrogantiam ejus, mirificamque jac-
tantiam & spiritus superbos. 30. *Ego*
novi, dicit Dominus, alæ ejus qua-
les sint, sed non similes sunt artus
ejus, nec verò similia præstabunt.
31. *Propterea edam in Moab ulula-*
tus; ad interitum Moab vociferabor,
ad homines Charcheres clamabo.
32. *Ego edam super te planctum*
Jazer, vinea Sabama: propagines
tuæ mare transierant; usque ad mare
Jazer pervenerant; prædo irruit in
messes tuas & in vindemias. 33. *Su-*
blata est hilaritas & exsultatio ex

מדי דבריך בו תתנודד : 28. עזבו
ערים ושכנו בסלע ישבי מואב ·
והיו כיונה תקנן בעברי פי פחת :
29. שמענו גאון מואב גאה מאד ·
גבהו וגאונו וגאותו ורם לבו : 30.
אני ידעתי · נאם יהוה · עברתו ולא
כן בדיו · לא כן עשו : 31. על
כן על מואב איליל ולמואב כלה
אזעק · אל אנשי קיר חרש יהגה :
32. מבכי יעזר אבכה לך הגפן
שבמה · נטישתיך עברו ים · עד ים
יעזר נגעו · על קיצך ועל בצירך שדד
נפל : 33. ונאספה שמחה וגיל
מכרמל ומארץ מואב · ויין מיקבים
השבתי · לא ידרך הידד · הידד לא
הידד : 34. מזעקת חשבון עד
אלעלה עד יהץ נתנו קולם · מצער
עד חרנים עגלת שלישיה · כי גם
מי נמרים למשמות יהיו : 35.
והשבתי למואב · נאם יהוה · מעלה
במה ומקטיר לאלהיו : 36. על
כן לבי למואב כחללים יהמה · ולבי
אל אנשי קיר חרש כחללים יהמה ·
על כן יתרת עשה אבדו : 37. כי
כל ראש קרחה וכל זקן גרעה · על
כל ידים גדדת ועל מתנים שק :
38. על כל גגות מואב וברחבתיה
כלה מספד · כי שברתי את מואב
ככלי אין חפץ בו · נאם יהוה : 39.
איך חתה הילילו · איך הפנה ערף ·
מואב בוש והיה מואב לשחק
ולמחתה לכל סביביו : 40. כי כה
אמר יהוה · הנה כנשר ידאה ופרש
כנפיו אל מואב : 41. נלכדה
הקריות והמצדות נתפשה · והיה לב
גבורי מואב ביום ההוא כלב אשה
מצרה : 42. ונשמד מואב מעם ·
כי על יהוה הגדיל : 43. פחד
ופחת ופח עליך יושב מואב · נאם
יהוה : 44. הניס מפני הפחד יפל
אל הפחת · והעלה מן הפחת ילכד
בפח · כי אביא אליה אל מואב
שנת פקדתם · נאם יהוה : 45. בצל

collibus terræ Moab ; ego arcebo vi-
num à torcularibus ; non calcabit
uvas, qui celeusma canit ; nec celeus-
ma cantabitur. 34. *Clamor Hesebon*
usque ad Eleale , usque ad Jasa
mittunt clamores ; ab Segor usque ad
Oronaim mugit vitula triennis , eo
quòd aquæ ipsæ Nemrim conturbatæ
sunt. 35. *Ego enim faciam , dicit*
Dominus , ne sint in Moab , qui eant in excelsos locos , Diisque suis
thura incendant. 36. *Propterea in Moab gemunt , ut fistulæ , viscera mea ; in*
hominibus Charches gemunt , ut fistulæ , præcordia mea ; certè enim , quas reli-
quias fecerunt , peribunt. 37. *Cunctis in capitibus fit calvities ; barbæ omnes*
avelluntur ; omnes manus laniantur ; lumbi omnes saccum induunt. 38. *Su-*
pra omnia tecta Moab & in plateis nihil est nisi planctus ; quippe fregi Moab ,
quemadmodum vas nullius usûs frangitur , dicit Dominus. 39. *Edite hoc la-*
mentum : quomodò contritus fuit Moab ; quomodò terga vertit ! Erubescit
Moab & ludibrio est ac stupori apud omnes vicinos suos. 40. *Hæc dicit Do-*
minus : ecce involabit ille , qui aquilæ similis est , & in Moab expandet alas
suas. 41. *Expugnabitur Carioth , munitiones capientur ; etenim cor fortium*
Moab erit in die illâ , ut cor feminæ parientis. 42. *Delebitur Moab de nu-*
mero populorum , quia contra Dominum gloriatus est. 43. *Imminent tibi for-*
midines & foveæ & laquei , qui habitas Moab , dicit Dominus. 44. *Qui*
evitabit formidines , cadet in foveam ; qui foveâ exsiliet , laqueo capietur.
Ego enim hæc adducam in Moab ; ego in eos annum ultionis , dicit Domi-
nus. 45. *Consistite verò in umbrâ Hesebon , & in eâ confidite ; quippe ignis de*
Hesebon erumpet & flamma de medio Sehon , quæ amburet crines Moab ;
quæ , filiorum superbiæ cervices. 46. *Væ tibi Moab ! periit populus Chamos ;*
nam filii tui arripientur , ut captivi fiant ; filiæ tuæ , ut captivæ. 47. *Sed*
posteris diebus reducam captivitatem Moab , dicit Dominus. Hactenùs judi-
cium Moab.

חשבון עמדו מכחנסים · כי אש יצא
מחשבון ולהבה מבין סיחן · ותאכל
פאת מואב וקדקד בני שאון : 46.
אוי לך מואב · אבד עם כמוש · כי
לקחו בניך בשבי ובנתיך בשביה :
47. ושבתי שבות מואב באחרית
הימים · נאם יהוה · עד הנה משפט
מואב :

---

4. צעוריה : Rectè Masora , צעיריה , *parvulis ejus ;* sic etiam lego in Codicibus Reg. 29. & Orat. 42.

5. הלחות. Adhuc rectè Masora הלוחית , *Luith* , ut legitur loco parallelo , *Is. cap. 15. v. 5.* Nam quædam inde mutuatur Jeremias , accommodans ad cladem posteriorem Moab , per Chaldæos factam, ea quæ dixerat Isaias de priore, quæque acciderat, Ezechiâ regnante.... · יעלה בכי כי : Legitur Isaiæ loco suprà-dicto יעלה בו · כי, ut hîc legendum : verbum pro verbo, *ascensus Luith in fletu ascendetur in eo ; quia...* Hoc alterum בכי , supervacaneum est , & natum , per errorem , ex scriptione בו · כי , quam revocamus ex Isaiæ loco memorato. ...צרי צעקת : Vulgatus , *hostes ululatum (audierunt.)* Sed צרי , status constructus , non benè *hostes.* Esset potiùs צריו , *hostes ejus.* Syrus , אולצנא , *angustia ;* legere videtur צר. Nos anteferimus ציר , *tormen* , sive *dolor* , quia id meliùs quadrat in verbum *audita sunt* , quàm *angustia* , modò non omittatur ו inter utrumque , ut sit ציר וצעקת , *tormen & clamor.*

7. כמיש : Rectè Masora , כמוש , *Chamos* , Deus Moabitarum ; rectè etiam יחדו , addito ו , in fine versûs.

9. כי נצא תצא : Meliùs כי נצה תצה , *nam avolando avolabis.* Nullibi legitur א pro ה , in verbo נצה , nisi hoc loco.

12. וצעהו : Lege וצעדהו , *& agitabunt eum ;* sic vult יריקו , *exhaurient.*

15. שדד מואב ועריה עלה : Verbum de verbo, *vasta Moabum, & civitates ejus ascende.* Hæc sunt Dei verba ad vastatorem. Series est plana, si verbum שדד, pro Imperativo habetur, contrà inextricabilis, si pro Participio, *vastatus.* Arias, *vastatus est Moab, & civitates ejus conscendit;* nescitur, quis *conscendit.* Grotius, *ascenderunt*, vel *ascendent;* » est enim (inquit) constructio » verbi singularis cum nomine plurali, ut sæpe in collectivis. « Tamen non est מואב nomen plurale, ut liquet ex שדד singulari. Sed pejus Vatablus, qui ex commentariis Judæorum interpretatur עריה, *populus civitatum ejus*, & עלה, *ascendit*, i. e. evanuit in auras, torquens verba Hebraica, & similitudinem adducens populi cum fumo, qui tollitur in auras, & evanescit.

18. רדי מכבוד ישבי בצמא : Rectè Masora ושבי, *& sede.* Vulgatus, *descende de gloriâ & sede in siti.* Nihil habet *gloria* cum *siti* nec simile, nec contrarium. Syrus habet בצערא, *in ignominiâ;* legere videtur בצנע, *in ignobilitate*, nec aliter legendum. Græci Intt. ἐν ὑγρασίᾳ, *in humiditate*, (nam mendum typographicum est *humilitate* in Polyglottis) quia legebant בבצא, in sententiam scriptioni בצמא contrariam, quanquam non meliorem.

20. הלילי וזעקי, *ulula & clama.* Masora, הלילו וזעקו, rectè in numero plurali, quem numerum postulat הגידו, quod sequitur. Sed meliùs הילילו, non omisso י priore; nam Radicis est. Itaque lego istud י in tribus Codicibus Regiis & in uno Oratoriensi.

21. המישר, *planitiei.* Duo Codices המישור, plenè, ut alibi solet. ...מופעת, *Mephaat.* Masora, מיפעת, quia sic legit Chaldæus; sed Græci Intt. Μωφὰς; legunt per ו, quod solent per ω exhibere.

27. ...ואם לוא השחק : Hunc versum nemo adhuc potuit interpretari, nec verò etiam poterit, non emendatum. Vulgatus, *fuit enim tibi in derisum Israel, quasi inter fures reperisses eum.* Videat Lector, an rectè Israel cum fure comparetur; imò an rectè derisui habitus dicatur, quia inter fures deprehensus. Non enim fur, qui comprehenditur, deridetur, sed exsecrationi habetur & plectitur. Deinde Vulgatus מדי דבריך, *propter verba tua;* deserit significatum præpositionis מדי, quæ tempus notat, non causam. Iisdem ferè vitiis laborat Chaldæus. Græci Intt. omittunt verbum תתנודד, & pro דבריך, legunt קרבך, *bellum gerere te;* atque eos in utroque imitatur Syrus. Nos sic emendamus, ut pro ואם לוא, legamus ואתה הלוא, *tu verò non-ne (ludibrio tibi fuit Israel,)* Hebraico loquendi more, in quo Nominativus אתה attrahitur ad obliquum casum, per dativum לך. Id primum אם in mendo esse liquet ex eo, quòd cum posteriori אם necti vix potest, & quòd in oratione, ut nunc est, interrogante, posteriorem locum occupare debet, non priorem. Deinde, pro אם בגנבים נמצאה, legimus אם בנגינים נמצאת, *non-ne cum decantantibus deprehensus es;* ita ut negatio לוא, quæ antecedit, fit ἀπὸ κοινοῦ; נגינים, *cantantes*, idem atque, cantando ludificantes. Sic *Ps. 69. v. 13.* נגינות, *cantationes*, idem ac *irrisiones;* vide eum locum. Posteà pro דבריך, *verba tua*, legimus דברך, quod rite adjungitur ad מדי, *ex quo loqui te*, sive *ut primùm loqueris*, תתנודד, *commoveris*, sive *moves caput;* ut Ps. 64. v. 9. יתנודדו כל ראה בם, *commovebuntur omnes, qui videbunt eos;* hoc idem sonat, ac *movebunt caput*, seu deridebunt.

30. עברתו : Variant scripturæ. Nam Græci Intt. legunt עבדתו, *opera ejus*, atque eos sequitur Syrus. Chaldæus, *opera principum eorum*, partim ex scriptione עבדתו, partim ex sententiâ. Vulgatus *jactantiam ejus*, ex sententiâ, non ex ipso verbo עברתו, quod notat *iram*, non *jactantiam.* Præterea vult oratio eum significatum, qui sit parallelus τῷ בדיו, *membra ejus;* atqui nihil habet parallelum cum *membris*, nec *opus*, nec *jactantia.* Nos, אברתו, *alæ ejus.* Moab versibus 28. & 29. comparatus fuit avi, quæ gloriatur & confidit se arduo volatu cœlum ascensuram. Nunc sequitur in oppositione, non sic esse ejus vires, ut sunt alæ; esse enim alas spissas, sed sub alis latere membra debilia; quâ similitudine superbia Moab egregiè pingitur & confutatur.

31. יהגה, *clamabit:* Lege אהגה, *clamabo*, ut legit Vulgatus; eam personam postulat אזעק, quod antecedit. Veteres evitant discordiam personarum, nam Syrus & Græci Intt. *vociferamini, clamate*, personâ utrobique secundâ; Chaldæus, *ululabunt, clamabunt*, tertiâ.

33. מכרמל ומארץ מואב : Nos, *ex collibus & ex terrâ Moab;* quippe est hoc loco ἓν διὰ δυοῖν. Indicat כרמל, montem feracem & aptum vineis; sic ferè ut nos verbo Gallico, *coteaux*, significamus montes vineis consitos. Sic Græci Intt. *Is. cap. 16. v. 10.* convertunt הכרמל, ἀμπελώνων, *vinearum.*

34. עגלת שלישיה, *vitula triennis:* vide dicta ad Isaiam *cap. 15. v. 5.* Addimus *mugit*, ex antecedentibus verbis, נתנו קולם; עגלת, *vitula*, eundem populum notat, de quo mox dictum est, *dederunt vocem suam.*

36. על כן יתרת עשה אבדו : Verbum pro verbo, *certè abundantiam factam amittent:* vide ad locum parallelum, *Is. cap. 15. v. 7.*

37. גדדת, *incisio (manûs.)* Alia Exemplaria, גדדות, ut notatur ad marginem Athianæ Editionis, & sic lego in tribus Codicibus.

39. מואב בוש · : Potiùs מואב · בוש, minori interpunctione retro-actâ, ut retro-agitur apud Græcos Intt. Aliter esset legendum, ובוש, non sine nexu.

44. הניס, *qui fugiet.* Meliùs הנס, ut lego in Codice Reg. 29. ...אליה, *super eam;* non omninò malè, ut אל מואב, quod sequitur, sit in loco appositionis. Tamen præstare videtur האלה, *hæc;* ut legunt Græci Intt. qui ταῦτα; similiter Syrus הלין, *ista.*

45. מכחנסים : Hoc verbum omittit Syrus, omittit etiam Codex Arab. Oxoniensis; nempe hæc absunt à Græcis Intt. Vulgatus, *de laqueo fugientes*, quasi legeret separatè, מפח נסים; quanquam subsequi deberet מפח verbum נסים, non antecedere. Nos ex conjecturâ, מבטחים, *confidentes;* id enim commodè venit, postquàm dictum est, *state in umbrâ Hesebon.* ...אש יצא מחשבון,

ignis egredietur de Hesebon. Hæc mutuatur Jeremias ex *Num. cap. 21. v. 28.* ubi de clade Moab : vide eum locum.

CAPUT XLIX.

Ad filios Ammon. Vastabitur Rabbath. Ad Edom. Bibet Edom calicem Domini. Ad Damascum. Damascus destruetur. Ad Cedar & ad regnum Asor. Nabuchodonosor tentoria ejus dissipabit. Ad Ælam. Frangetur arcus Ælam...

Ad filios Ammon. Hæc dicit
Dominus : an filii non sunt Israeli ?
An non est ei hæres ? Quare igitur
Melchom possidet Gad, populusque
ejus habitat ipsius urbes ? 2. *Propterea*
ecce dies veniunt, dicit Dominus,
cùm ego in Rabbath filiorum Ammon
auditum faciam belli clangorem,
cùm fiet ruderum moles, filiæque ejus
flammis incendentur, possidebitque
Israel eos, quos habuerat possessores,
dicit Dominus. 3. *Vlula Hesebon,*
quia vastata est Hai ; clamate filiæ
Rabbath, induite saccos, plangite ac
discurrite per sepes ; quippe Melchom
ducitur captivus, simul sacerdotes
ejus & principes ejus. 4. *Quid causæ*
est, cur de vallibus glorieris ? Expi-
lata est vallis tua, filia rebellis, quæ
confidebas in thesauris tuis, dicens,
quis ad me veniet ? 5. *Ego adducam*
in te ex omnibus finitimis tuis for-
midines, dicit Dominator, Domi-
nus exercituum ; fugietis unusquisque
quà fuga dabitur, & nemo erit qui
colligat palantes. 6. *Posteà autem*
reducam captivitatem filiorum Am-
mon, dicit Dominus. 7. *Ad Edom.*
Hæc dicit Dominus exercituum :
nihil-ne in Theman sapientiæ su-
perest ? An periit apud intelligentes
consilium, & supervacua est sapientia

1. לבני עמון · כה אמר יהוה ·
הבנים אין לישראל · אם יורש אין
לו · מדוע ירש מלכם את גד ועמו
בעריו ישב : 2. לכן הנה ימים
באים · נאם יהוה · והשמעתי אל
רבת בני עמון תרועת מלחמה ·
והיתה לתל שממה · ובנתיה באש
תצתנה · וירש ישראל את ירשיו ·
אמר יהוה : 3. הילילי חשבון · כי
שדדה עי · צעקנה בנות רבה · חגרנה
שקים · ספדנה והתשוטטנה בגדרות ·
כי מלכם בגולה ילך כהניו ושריו
יחדיו : 4. מה תתהללי בעמקים ·
זב עמקך הבת השובבה · הבטחה
באצרתיה · מי יבא אלי : 5. הנני
מביא עליך פחד · נאם אדני יהוה
צבאות · מכל סביביך · ונדחתם איש
לפניו · ואין מקבץ לנדד : 6. ואחרי
כן אשיב את שבות בני עמון ·
נאם יהוה :
7. לאדום · כה אמר יהוה
צבאות · האין עוד חכמה בתימן ·
אבדה עצה מבנים · נסרחה חכמתם :
8. נסו הפנו · העמקו לשבת ישבי
דדן · כי איד עשו הבאתי עליו עת
פקדתיו : 9. אם בצרים באו לך
לא ישאירו עוללות · אם גנבים
בלילה השחיתו דים : 10. כי אני
חשפתי את עשו · גליתי את מסתריו
ונחבה לא יוכל · שדד זרעו ואחיו
ושכניו ואיננו : 11. עזבה יתמיך ·
אני אחיה · ואלמנותיך עלי תבטחו :

eorum ? 8. *Fugite , abite & penitus*
abſcondite vos , qui habitatis Dedan ;
ego enim in Eſaü adducturus ſum rui-
nam ; ego in eum , tempus ultionis.
9. *Cùm venient ad te vindemiatores ,*
non relinquent racemos ; cùm nocturni
fures , tantùm diripient , quantùm
ipſis videbitur : 10. *Ego enim exhau-*
riam Eſaü ; ego aperiam ejus theſau-
ros ; nihil poterit eſſe abſconditum ;
vaſtabitur ſemen ejus , & fratres ejus
ſimul cum vicinis ; & non erit.
11. *Derelinque pupillos tuos ; ego*
eos ſalvos præſtabo , & viduæ tuæ
per me ſecuræ erunt. 12. *Hæc enim*
dicit Dominus. En illi , quorum
judicium non fuit , ut calicem bibe-
rent , eum tamen bibunt. An tu igitur
immunis eris ? Non eris immunis ;
tu certè eum bibes. 13 *Ego enim per*
memetipſum juravi , dicit Domi-
nus ; obnoxia erit Boſra , & devaſta-
tioni , & opprobrio , & ſolitudini ,
& maledictioni ; omnes ejus civitates
ſubibunt ruinam ſempiternam. 14. *Fa-*
mam audivi à Domino profectam ?
nuntius ad gentes miſſus eſt : congre-
gamini , & contra eam venite , & ad
prælium conſurgite. 15. *Ego enim te*
reddam minimam gentium ; ego te ,
apud homines contemptam. 16. *Te*
tua magna potentia , te tua cordis ſu-
perbia decepit , dum foramina petræ
habitas, & collium excelſa tenes. Po-
ſuiſti in ſublimi , velut aquila , nidum
tuum ; ego inde te dejiciam , dicit
Dominus. 17. *Erit deſerta Idumæa ;*
quiſquis per eam tranſibit , obſtu-
peſcet , & ſuper omnibus cladibus
ejus ſibilabit. 18. *Talis erit ruina*
ejus , dicit Dominus , qualis fuit
Sodomæ ac Gomorrhæ , urbiumque
vicinarum ; non ibi habitabit homo ,
non ibi filius hominis diverſabitur.

12. כי כה אמר יהוה · הנה אשר
אין משפטם לשתות הכוס שתו
ישתו · ואתה הוא נקה תנקה · לא
תנקה · כי שתה תשתה ׃ 13. כי
בי נשבעתי · נאם יהוה · כי לשמה
לחרפה לחרב ולקללה תהיה בצרה ·
וכל עריה תהיינה לחרבות עולם ׃
14. שמועה שמעתי מאת יהוה ·
וציר בגוים שלוח · התקבצו ובאו
עליה וקומו למלחמה ׃ 15. כי
הנה קטן נתתיך בגוים · בזוי באדם ׃
16. תפלצתך השיא אתך · זדון
לבך שכני בחגוי הסלע תפשי מרום
גבעה · כי תגביה כנשר קנך משם
אורידך · נאם יהוה ׃ 17. והיתה
אדום לשמה · כל עבר עליה ישם
וישרק על כל מכותה ׃ 18.
כמהפכת סדם ועמרה ושכניה ·
אמר יהוה · לא ישב שם איש · ולא
יגור בה בן אדם ׃ 19. הנה כאריה
יעלה מגאון הירדן אל נוה איתן ·
כי ארגיעה אריצנו מעליה · ומי
בחור אליה אפקד · כי מי כמוני ומי
יעידני · ומי זה רעה אשר יעמד
לפני ׃ 20. לכן שמעו עצת יהוה
אשר יעץ אל אדום ומחשבותיו
אשר חשב אל ישבי תימן · אם
לוא יסחבום צעירי הצאן · אם לא
ישים עליהם נוהם ׃ 21. מקול
נפלם רעשה הארץ · צעקה בים
סוף נשמע קולה ׃ 22. הנה כנשר
יעלה וידאה ויפרש כנפיו על בצרה ·
והיה לב גבורי אדום ביום ההוא
כלב אשה מצרה ׃
23. לדמשק · בושה חמת וארפד ·
כי שמעה רעה שמעו · נמגו בים ·
דאגה השקט לא יוכל ׃ 24.
רפתה דמשק · הפנתה לנוס ורטט
החזיקה · צרה וחבלים אחזתה
כיולדה ׃ 25. איך לא עזבה עיר
תהלה קרית משושי ׃ 26. לכן
יפלו בחוריה ברחבתיה · וכל אנשי
המלחמה ידמו ביום ההוא · נאם
יהוה צבאות ׃ 27. והצתי אש

19. En quasi leo erumpet ex tumido
Jordane in pascua antiqua. Ego fa-
ciam citò, ut inde prosiliat. Quis
delectus miles hæc tuebitur? Nam
quis mei similis est, vel quis me agitare
audebit, vel ubi est ille pastor, qui
ante me consistat? 20. Audite igitur
id consilium, quod cepit Dominus
super Edom; audite quid meditetur
contra Theman habitatores. Nimirùm
teneri agni gregis raptabuntur; pas-
cua eorum, ipsis præsentibus, vasta-
buntur. 21. Terra quassabitur sonitu
ruinæ eorum; usque ad mare rubrum
audietur sonitus ejus. 22. En immi-
net, en volat is, qui aquilæ similis
est; en super Bosra expandit alas.
Erit autem in die illâ cor fortium
Edom sicut cor feminæ parientis.
23. Ad Damascum. Erubescunt
Emath & Arphad; famam audiunt
mali impendentis; ut mare, fluctuant,
irrequieti sunt; quies afferri non
potest. 24. Solvitur Damascus,
convertit se ad fugam; corripuit eam
tremor; invadunt eam angustiæ ac
dolores, quasi parturientem. 25. Quo-
modò urbem relinquam, quæ gloria
mea est; civitatem, quam habeo in
deliciis? 26. Propter id ipsum ca-
dent in ruinis ejus delecti ejus milites;
omnes viri ejus bellatores conticescent
in die illâ, dicit Dominus exerci-
tuum. 27. Ego ignem accendam in
Damasci mœnibus, qui arces Bena-
dad absumet. 28. Ad Cedar & ad
regnum Asor, quod evertit Nabu-
chodonosor, rex Babylonis. Hæc di-
cit Dominus: surgite, ite ad Cedar,
& vastate filios Orientis. 29. Capiant
tentoria eorum & greges; habeant sibi pelles eorum, & supellectilem, & ca-
melos, injiciantque eis undique terrorem. 30. Fugite, dissipamini, detrudite
vos in abdita loca, qui habitatis Asor, dicit Dominus; capit enim consilium
adversùm vos Nabuchodonosor, rex Babylonis; molitur contra vos molitio-
nes.

בחומרת דמשק · ואכלה ארמנות בן
הדד :
28. לקדר ולממלכות חצור אשר
הכה נבוכדראצור מלך בבל · כה
אמר יהוה · קומו עלו אל קדר ·
ושדדו את בני קדם : 29. אהליהם
וצאנם יקחו · יריעותיהם וכל כליהם
וגמליהם ישאו להם · וקראו עליהם
מגור מסביב : 30. נסו נדו מאד ·
העמיקו לשבת ישבי חצור · נאם
יהוה · כי יעץ עליכם נבוכדראצר
מלך בבל עצה · וחשב עליהם
מחשבה : 31. קומו עלו אל גוי
שליו יושב לבטח · נאם יהוה · לא
דלתים ולא בריח לו · בדד ישכנו :
32. והיו גמליהם לבז והמון מקניהם
לשלל · וזרתים לכל רוח קצוצי פאה ·
ומכל עבריו אביא את אידם · נאם
יהוה : 33. והיתה חצור למעון
תנים שממה עד עולם · לא ישב
שם איש ולא יגור בה בן אדם :
34. אשר היה דבר יהוה אל
ירמיהו הנביא אל עילם בראשית
מלכות צדקיהו מלך יהודה לאמר :
35. כה אמר יהוה צבאות · הנני
שבר את קשת עילם · ראשית
גבורתם : 36. והבאתי אל עילם
ארבע רוחות מארבע קצות השמים ·
וזרתים לכל הרחות האלה · ולא
יהיה הגוי אשר לא יבוא שם נדחי
עולם : 37. והחתתי את עילם
לפני איביהם ולפני מבקשי נפשם ·
והבאתי עליהם רעה את חרון אפי ·
נאם יהוה · ושלחתי אחריהם את
החרב עד כלתי אותם : 38. ושמתי
כסאי בעילם · והאבדתי משם מלך
ושרים · נאם יהוה : 39. והיה
באחרית הימים אשוב את שבית
עילם · נאם יהוה :

nes. 31. *Surgite, invadite in gentem, quæ tranquilla eſt, & ſecurè habitat,*
dicit Dominus; cui non ſunt, nec valvæ, nec vectes, quæ habitationem habet
ſolitariam. 32. *Sint autem cameli eorum prædæ, multitudo pecorum direp-*
tioni. Ego disjiciam ad omnes ventos homines iſtos, qui comam attondent;
ego ex omnibus, qui per ipſos tranſibunt, adducam ruinam ipſorum, dicit
Dominus. 33. *Erit Aſor, habitaculum draconum & æterna ſolitudo; non*
ibi habitabit homo; non ibi filius hominis diverſabitur. 34. *Hoc fuit ad Je-*
remiam prophetam verbum Domini de Ælam, initio regni Sedeciæ, regis
Juda. 35. *Hæc dicit Dominus exercituum: ego frangam arcum Ælam;*
ego, id caput roboris eorum. 36. *Ego in Ælam immittam quatuor ventos ex*
plagis quatuor cœlorum, disjiciamque eos ad eas quatuor plagas, neque
erit ulla natio, quò non veniant disjecti Ælamitæ. 37. *Ego conteram Ælam*
ante hoſtes ipſius; ante eos, qui perdere ipſos volent; ego in irâ meâ indu-
cam in eos mala, dicit Dominus. Ego poſt eos mittam gladium, donec eos
penitùs deleverim. 38. *Ego thronum meum in Ælam collocabo, atque inde*
eripiam & regem, & principes, dicit Dominus. 39. *Sed ego idem poſteris*
diebus reducam captivitatem Ælam, dicit Dominus.

---

3. יחדיו, *ſimul.* Sic legebatur cap. 46. v. 12. ubi quatuor Codices habebant יחדו, ſolitam formam. Ita etiam hîc duo Codices; vide ad cap. 46. v. 12.

4. זב עמקך, *defluxit vallis tua;* ita Vulgatus, ſed ſolus; nec talem ſignificatum admittit verbum זוב, quod uſurpatur tantùm de corporibus, quæ emittunt ex ſe nativum liquorem. Quod ne ita eſſet, malè ſtatuit Vatablus, ſubintelligendum eſſe, *ſanguine occiſorum*, quaſi hæc verba potuiſſet Propheta reticere. Optimè legas בז, *ſpoliata eſt* (*vallis tua;*) ſi quidem ſequitur, *quæ confidebas in theſauris tuis;* nam recondebantur in vallibus *theſauri*, & *theſauri* erant materia *prædæ* obnoxia.

5. ונדחתם איש לפניו: Verbum è verbo, *& fugietis quiſque coram ſe;* hoc eſt, in viam, quæ cuique patebit; propterea nos, *quà fuga dabitur.*

7. נסרחה חכמתם, *ſupervacua eſt ſapientia eorum.* Ita Tullius, *quod ſupervacuum ſit, aut nullum uſum habeat*, de Nat. Deor. Habet סרח, *redundare* ita, ut eſſe nullius uſûs.

9. אם בצרים באו לך: Vulgatus, *ſi vindemiatores veniſſent ſuper te;* deinde v. 10. *Ego verò diſcooperui Eſaü*, quaſi duobus his verſibus oppoſitio eſſet Dei cum vindemiatoribus & cum furibus; ut diceretur, Deum plus detrimenti allaturum Idumæis, quàm vindemiatores, aut quàm fures. Sed 1°. nihil eſt in oratione, quod oppoſitionem talem demonſtret. 2°. Non eſt locus oppoſitioni, poſtquàm dictum fuerit, non relinquere vindemiatores racemum, & fures omnia tollere, quæ velint. Denique hæc Vulgati ſententia, *non reliquiſſent racemum... rapuiſſent quod ſufficeret ſibi*, non convenit ſtrictè vindemiatoribus, qui ſæpe relinquunt racemos, ut neque furibus, qui ob feſtinationem ſæpe non tantùm diripiunt, quantùm vellent. Sententia igitur vera hæc eſt; *cùm venient... nihil relinquent*, ut poſt ſequatur, *ego enim exhauriam Eſaü*, nimirùm per hoſtes Idumæorum, qui ſimiles dicuntur fore vindemiatoribus & furibus, omnia rapturis: ita rem accèpêre Græci Intt. Ita etiam licebat convertere Syrum & Chaldæum, quanquam eorum Latini Interpretes abière in ſententiam, quam in Vulgato videbant.

11. עזבה יתמיך • אני אחיה..., *relinque pupillos tuos, ego vitam dabo...* Hæc nobis videntur potiùs vaticinatio eſſe, quàm Ironia, ut quidam credidêre; nihil eſt enim in oratione, quod præparet ad Ironiam. Non mirum, futurum fuiſſe ut victores parcerent pupillis & viduis, à quibus nihil timerent; ut neque, ut Idumæi derelinquerent & hos & illas, cùm darent ſe in fugam præcipitem.

12. שתו ישתו, *bibendo biberunt.* שתו, pro שתה, mendum ſat crebrum hod. in Codicibus; atque de eo admonebat illud, שתה תשתה, *bibendo bibes*, quod mox ſequitur.

19. אל נוה איתן, *ad paſcuum antiquum.* Ideò *antiquum*, quia in paſcuis ſuis Idumæi priùs habitaverant, quàm filii Jacob terram Chanaan poſſiderent. ...אפקד, *præficiam*, conſiſtere in oratione non poteſt. Legendum יפקד, *præficietur*, perſonâ tertiâ; ita Codex Alex. ἐπιςήσεται; Deo dicente neminem fore, qui audeat ſuſcipere defenſionem Idumæorum, contra leonem, quem in eos miſſurus eſt. Sententiam talem flagitant hæc, quæ ſequuntur, *quis ſimilis eſt mei* &c. ...יעידני, *teſtem me faciet*, verbum nihili, hoc quidem loco. Lege יעירני, *excitabit me*, quomodò in Leone Juda, *Gen. cap. 49. v. 9.* legitur יקימנו, *ſuſcitabit eum.* Sic legit Chaldæus, qui, דיערענני, *qui occurrat mihi.*

20. יסחבום צעירי הצאן : Vulgatus, *dejecerint eos parvuli gregis.* Quæri poteſt, ſi parvuli gregis dejiciunt Idumæos, 1°. quorſum hoſtes Idumæorum priùs dicti fuerint leoni ſimiles; nihil enim leoni vaſtandum relinquetur, ſi vaſtantur à parvulis gregis Idumæi. 2°. quomodò ſtare poſſit id, quod ſequitur, caulas gregis diſſipatum iri; non enim vaſtabunt greges ſuas ipſi caulas. In hæc abſurda compellimur, per unam litterulam ad verbum non ſuum malè adjunctam. Si enim, pro יסחבום צעירי, legitur יסחבו מצעירי, *raptabuntur parvuli* (*gregis*) nihil jam non planum, nec non benè accommodatum cum ſimilitudine ductâ ex leone caulas ovium devaſtante.

23. נמגו בים : Vulgatus, *turbati ſunt in mari.* Tamen Damaſcus non erat urbs maritima. Nihil tam obvium, quàm ut legatur, כים, *ut mare*, נמגו, *liquefacti ſunt*, vel *ſolvuntur*, aut *fluctuant;* hoc eſt, conſiſtere non jam poſſunt, facti, velut mare, inſtabiles. Omittunt בים Græci Intt. Syri autem Interpres Latinus ponit, *ex mari erit terror ipſius*, quaſi legiſſet apud Syrum מימא, cùm tamen hodiè legatur בימא, *in mari.* Sed nec placet מים. Nam *ſolvuntur*, vel *terrentur ex mari*, pro ſolvuntur terrore ex mari adveniente, loquendi forma eſt, ut non Latina, ita nec Hebraica.

25. איך לא עזבה עיר תהלה, *quomodò non derelicta eſt civitas laudis.* Ita Arias, nihil dicens; neque verò etiam quidquam dicunt Veteres, quod poſſit placere. Vulgatus, *quomodò dereliquerunt civitatem laudabilem*, quaſi legeret עזבו, perſonâ tertiâ, quæ tamen conſociari negat cum primæ perſonæ affixo, משושי, *gaudium meum.* Hoc unum rectè Vulgatus, quod omittit negationem לא, & legendum videtur, איך אעזבה, *quomodò deſeram?* loquentibus Damaſcenis. deinde תהלתי, *gloriæ meæ*, ut id reſpondeat τῷ משושי, *gaudii mei.* Damaſceni, hoc verſu, inducuntur dicentes, adduci ſe non poſſe, ut urbem ſuam relinquant; verſu autem ſequenti eis reſpondetur, delectos juvenes, qui urbem ſuam defendent, in ruinis ejus interituros. Fuit littera ל malè geminata ex litterâ כ antecedente, & ſatis ſimili, dorſo utriuſque recurvo; littera autem א fuit per imprudentiam ſejuncta ab verbo ſuo אעזבה.

30. ...והשב עליהם, *& meditatur adverſùm eos.* Anteà עליכם, *adverſùm vos.* Inconſtantiam talem non exhibent Veteres, quorum alii Affixum perſonæ tertiæ utrobique exhibent, alii utrobique ſecundæ. Codex Reg. 29. utrobique עליכם, in columnâ ipsâ, cæteri autem ad marginem. Ita etiam Græci Intt. in Codice Alex.

32. ומכל עבריו, *& ex omnibus qui per ipſos tranſibunt;* ſic enim accipi poteſt עבריו, ut עברי אליו. Poſſis etiam convertere, *ex omnibus locis, quà patet aditus ad ipſos;* ſic ferè ut quidam, *ex omnibus confiniis.*

36. & 39. עולם : Rectè Maſora עילם, *Ælam.* Verſu 39. אשוב; etiam rectè Maſora אשיב, *reducam.* Sed שבית, *captivitatem*, tam benè, quàm שבות, quod adducunt Maſoretæ; utrumque enim ſæpe uſurpatur. Vide apud Grotium, qualem eventum habuerint hæc, quæ de Ælam prædicuntur.

CAPUT L.

Ad Babylonem. Irrumpet in eam gens ex aquilone, quæ eam obſidebit capietque, & muros ejus deſtruet, quia contra Deum gloriata eſt. Iſrael liberabitur ab oppreſſoribus ſuis, & tranquillè aget in terrâ ſuâ.

1. *Hoc fuit verbum Domini, per*
Jeremiam prophetam, ad Babylo-
nem terramque Chaldæorum. 2. *An-*
nuntiate apud gentes, proclamate &
extollite ſignum; proclamate, nihil
celantes; dicite, capta eſt Babylon,
erubeſcit Bel, terrefactus eſt Mero-
dach; erubuêre idola ejus; Dii ejus
vani exterriti ſunt. 2. *Veniet enim*
contra eam gens ab aquilone, quæ
rediget terram ejus in ſolitudinem.

1. הדבר אשר דבר יהוה אל
בבל אל ארץ כשדים ביד ירמיהו
הנביא : 2. הגידו בגוים והשמיעו
ושאו נס · השמיעו אל תכחדו ·
אמרו נלכדה בבל · הביש בל · חרת
מרדך · הבישו עצביה · חתו גלוליה :
3. כי עלה עליה גוי מצפון · הוא
ישית את ארצה לשמה · ולא יהיה
יושב בה · מאדם ועד בהמה נדו
הלכו : 4. בימים ההמה ובעת
ההיא · נאם יהוה · יבאו בני ישראל

Non erit adhuc apud eam habitator:
homines pariter & jumenta fugerunt
& abierunt. 4. *Eo tempore, dicit Do-*
minus, & illis ipsis diebus venient
filii Israel, simul & filii Juda; ibunt
& eundo flebunt, & Dominum Deum
suum requirent. 5. *Quærent quod-*
nam sit iter ad Sion; en veniunt,
conversis ad eam vultibus, & adhæ-
rescunt ad Dominum fœdere sempi-
terno, quod ex memoriâ non delebitur.
6. *Oves perditæ erant populus meus;*
eas sui pastores seduxerant & averte-
rant in montes; de monte ad collem
ibant, immemores cubilium suorum.
7. *Eas quicunque reperiebant, de-*
vorabant. Etenim hostes earum sic
aiebant: nos innoxii erimus, prop-
tereà quòd in Dominum peccave-
runt, apud quem domicilium justitiæ
habebant, quique erat spes patrum
ipsorum. 8. *Fugite de medio Baby-*
lonis, & de terrâ Chaldæorum. Egre-
dimini; este velut hirci ante gregem.
9. *Ecce enim ego adversùs Babylo-*
nem excitabo & adducam de terrâ
aquilonis catervas gentium magna-
rum & instruent contra eam acies,
indeque expugnabitur. Sagittæ ea-
rum tales erunt, quales industrii
bellatoris; nec inanes redibunt.
10. *Chaldæa expilabitur; quicunque*
eam diripient, satiabuntur, dicit
Dominus; 11. *Propterea quòd*
lætata est & exsultavit, diripiens
hæreditatem meam; propterea quòd,
sicut vitula, per gramina effusa est,
hinniitque, velut equi bellatores.
12. *Ultimam ignominiam subibit*
mater tua; erubescet, quæ te genuit;
en ultima gentium reputatur, en
facta est desertum & arida solitudo.
13. *Habebit Dominum iratum, nec*
adhuc habitabitur; nihil erit in eâ,

המרה ובני יהודה יחדו · הלוך ובכו
ילכו · ואת יהוה אלהיהם יבקשו :
5. ציון ישאלו דרך הנה פניהם ·
באו ונלוו אל יהוה ברית עולם לא
תשכח : 6. צאן אבדות היה עמי ·
רעיהם התעום · הרים שובבים · מהר
אל גבעה הלכו · שכחו רבצם : 7.
כל מצאיהם אכלום וצריהם אמרו ·
לא נאשם · תחת אשר חטאו ליהוה
נוה צדק ומקוה אבותיהם יהוה :
8. נדו מתוך בבל ומארץ כשדים
יצאו · והיו כעתודים לפני צאן : 9.
כי הנה אנכי מעיר ומעלה על בבל
קהל גוים גדלים מארץ צפון וערכו
לה · משם תלכד · חציו כגבור
משכיל לא ישוב ריקם : 10.
והיתה כשדים לשלל · כל שלליה
ישבעו · נאם יהוה : 11. כי תשמחי
כי תעלזי שסי נחלתי · כי תפושי
כעגלה דשא ותצהלי כאברים :
12. בושה אמכם מאד · חפרה
יולדתכם · הנה אחרית גוים מדבר
ציה וערבה : 13. מקצף יהוה לא
תשב · והיתה שממה כלה · כל עבר
על בבל ישם וישרק על כל
מכותיה : 14. ערכו על בבל
סביב כל דרכי קשת · ידו אליה ·
אל תחמלו אל חץ · כי ליהוה
חטאה : 15. הריעו עליה סביב ·
נתנה ידה · נפלו אשויתיה · נהרסו
חומותיה · כי נקמת יהוה היא ·
הנקמו בה · כאשר עשתה עשו לה :
16. כרתו זורע מבבל ותפש מגל
בעת קציר · מפני חרב היונה איש
אל עמו יפנו · ואיש לארצו ינוסו :
17. שה פזורה ישראל · אריות
הדיחו · הראשון אכלו מלך אשור ·
וזה האחרון עצמו נבוכדראצר מלך
בבל : 18. לכן כה אמר יהוה
צבאות אלהי ישראל · הנני פקד
אל מלך בבל ואל ארצו · כאשר
פקדתי אל מלך אשור : 19.
ושבבתי את ישראל אל נוהו · ורעה
הכרמל והבשן · ובהר אפרים

*nisi vastitas. Quicunque ad Babylo-
nem transibit, obstupescet, & super
omnibus cladibus ejus sibilabit.
14. Instruite acies circum Babylo-
nem, quicunque arcum tenditis;
jaculamini contra eam; ne parcite
sagittis, quia in Dominum peccavit.
15. Vociferamini undique contra
eam; remisit manum, cadunt pro-
pugnacula ejus, muri ejus destruun-
tur. Hæc ultio Domini est; ergò
ulciscimini eam, & sicut fecit, facite
illi. 16. Eripite de Babylone & se-
mina mittentem, & tempore messis
falces tractantem; abeat unusquisque
ad populum suum, præ metu gladii
vastatoris; quisque fugiat ad terram
suam. 17. Fuit Israel grex dissipa-
tus, quem leones agitabant. Eum
prior voravit rex Assyriæ; posterior,
ossa ejus, Nabuchodonosor, rex
Babylonis. 18. Propterea hæc dicit
Dominus exercituum, Deus Israel;
En ego ulciscar regem Babylonis,
& terram ejus, quomodò ultus sum
regem Assyriorum; 19. Et reducam
ad pascua sua Israel, ut pascat in
Carmelo & in Basan, & in monte
Ephraim, & in Galaad, & ut sa-
turetur anima ejus. 20. Eo tempore,
dicit Dominus, atque illis ipsis die-
bus, quæretur iniquitas Israel, &
non erit; peccatum Juda, nec repe-
rietur; nam parcam eis, quos reli-
quero. 21. Proficiscere ad terram
Merethim & ad Phekod habitatores;
devasta & interfice post eos, dicit
Dominus, & fac omnia, quæ tibi
imperavi. 22. Sonitus belli auditur
in terrâ, & magnæ cladis. 23. Quo-
modò elisus & fractus est malleus
universæ terræ! Quomodò Babylon
stupori est apud gentes! 24. Ego te
irretivi, Babylon; ergò capta es,*

והגלעד תשבע נפשו ׃ 20. בימים
ההם ובעת ההיא · נאם יהוה · יבקש
את עון ישראל ואיננו · ואת חטאת
יהודה ולא תמצאינה · כי אסלח
לאשר אשאיר ׃ 21. על הארץ
מרתים עלה עליה ואל יושבי פקוד ·
חרב והחרם אחריהם · נאם יהוה ·
ועשה ככל אשר צויתיך ׃ 22.
קול מלחמה בארץ ושבר גדול ׃
23. איך נגדע וישבר פטיש כל
הארץ · איך היתה לשמה בבל
בגוים ׃ 24. יקשתי לך וגם נלכדת
בבל ואת לא ידעת · נמצאת וגם
נתפשת · כי ביהוה התגרית ׃ 25.
פתח יהוה את אוצרו · ויוצא את
כלי זעמו · כי מלאכה היא לאדני
יהוה צבאות בארץ כאשדים ׃ 26.
באו לה מקץ · פתחו מאבסיה · סלוה
כמו ערמים והחרימוה · אל תהי לה
שארית ׃ 27. חרבו · כל פריה
ירדו לטבח · הוי עליהם כי בא
יומם עת פקדתם ׃ 28. קול
נסים ופלטים מארץ בבל · להגיד
בציון את נקמת יהוה אלהינו נקמת
היכלו ׃ 29. השמיעו אל בבל
רבים כל דרכי קשת · חנו עליה
סביב אל יהי פליטה · שלמו לה
כפעלה · ככל אשר עשתה עשו
לה · כי אל יהוה זדה אל קדוש
ישראל ׃ 30. לכן יפלו בחוריה
ברחבתיה · וכל אנשי מלחמתה
ידמו ביום ההוא · נאם יהוה ׃ 31.
הנני אליך זדון · נאם אדני יהוה
צבאות · כי בא יומך עת פקדתיך ׃
32. וכשל זדון ונפל ואין לו מקים ·
והצתי אש בעריו ואכלה כל
סביבתיו ׃ 33. כה אמר יהוה
צבאות · עשוקים בני ישראל ובני
יהודה יחדו · וכל שביהם החזיקו
בם · מאנו שלחם ׃ 34. גאלם
חזק יהוה צבאות שמו · ריב יריב
את ריבם · למען הרגיע את הארץ
והרגיז לישבי בבל ׃ 35. חרב על
כשדים · נאם יהוה · ואל ישבי בבל

ואל

quanquam nihil tale prænoscebas. De
prehensa tandem & comprehensa es, eò
quòd contra Dominum pugnavisti.
25. *Aperuit Dominus thesaurum*
suum; vasa deprompsit sui furoris; nam
res est Dominatori, Domino exerci-
tuum, cum terrâ Chaldæorum. 26. *In-*
vadite eam ad latus; recludite horrea
ejus; proculcate eam, velut acervos;
funditùs delete, nec ei reliquiæ super-
sint. 27. *Mactate; veniant ad macta-*
tionem omnes juvenci ejus. Væ illis,
quoniam advenit eorum dies; tempus
ultionis eorum. 28. *Vox auditur*
fugientium, & eorum qui evaserunt
ex terrâ Babylonis, ut annuntient in
Sion ultionem Domini Dei nostri, ul-
tionem Templi ejus. 29. *Clamate ad*
Babylonem sagittarii, quicunque
arcum tenditis, castra ponite, &
circunscribite eam; ne sint ei, qui
effugiant; reddite illi juxta opus
suum; facite illi, ut fecit, quoniam
contra Dominum gloriata est, contra
Sanctum Israel. 30. *Propterea cadent*
in plateis ejus delecti ejus milites;
omnes viri bellatores conticescent in
die illâ, dicit Dominus. 31. *En ego*
adero tibi, qui superbis, dicit Do-
minator, Dominus exercituum; ad-
venit enim dies tuus; tempus, quo te
ulciscar. 32. *Cadet superbus; corruet,*
nec erit, qui eum erigat. Ego ignem
accendam in urbibus ejus, qui omnia
finitima consumet. 33. *Hæc dicit Dominus exercituum; vi opprimuntur filii*
Israel; simul & filii Juda. Eos quicunque captivos fecêre, detinent; ne eos di-
mittant, recusant. 34. *Sed liberator ipsorum potens, ille cujus nomen est Do-*
minus exercituum, jura eorum disceptabit, ut terræ eorum afferat tranquil-
litatem, & ut conturbet habitatores Babylonis. 35. *Gladius ad Chaldæos,*
dicit Dominus; ad Babylonis habitatores, ad principes ejus & ad sapien-
tes: 36. *Gladius ad Divinos ejus, ut insaniant; gladius ad viros fortes, ut*
exterreantur; 37. *Gladius ad equitatum ejus & ad quadrigas, & ad istam col-*
luviem, quæ in eâ est, ut sic evadant ut mulieres; gladius ad ejus thesauros,
ut expilentur; 38. *Gladius ad aquas ejus, ut arescant, quoniam regio hæc*

ואל שריה ואל חכמיה : 36. חרב
אל הבדים ונאלו · חרב אל גבוריה
וחתו : 37. חרב אל סוסיו ואל רכבו
ואל כל הערב אשר בתוכה והיו
לנשים · חרב אל אוצרתיה ובזזו :
38. חרב אל מימיה ויבשו · כי
ארץ פסילים היא ובאימים יתהללו :
39. לכן ישבו ציים את איים
וישבו בה בנות יענה · ולא תשב
עוד לנצח · ולא תשכון עד דור
ודר : 40. כמהפכת אלהים את
סדם ואת עמרה ואת שכניה · נאם
יהוה · לא ישב שם איש ולא יגור
בה בן אדם : 41. הנה עם בא
מצפון · וגוי גדול ומלכים רבים יערו
מירכתי ארץ : 42. קשת וכידן
יחזיקו · אכזרי המה ולא ירחמו ·
קולם כים יהמה · ועל סוסים ירכבו ·
ערוך כאיש למלחמה עליך בת
בבל : 43. שמע מלך בבל את
שמעם ורפו ידיו · צרה החזיקתהו
חיל כיולדה : 44. הנה כאריה
יעלה מגאון הירדן אל נוה איתן ·
כי ארגיעה · ארוצם מעליה · ומי
בחור אליה אפקד · כי מי כמוני ומי
יועדני · ומי זה רעה אשר יעמד
לפני : 45. לכן שמעו עצת יהוה
אשר יעץ אל בבל ומחשבותיו
אשר חשב אל ארץ כשדים · אם
לא יסחבום צעירי הצאן · אם לא
ישים עליהם נוה : 46. מקול
נתפשה בבל נרעשה הארץ · וזעקה
בגוים נשמע :

eſt Idolorum , Diiſque vanis gloriantur. 39. *Propterea ibi ſedebunt feles*
agreſtes & muſtelæ ; ibi pulli ſtruthionum ; nunquam erit , ut ibi habitetur ;
incolæ ibi non erunt , tandiù dum ſuccedent generationes. 40. *Talis erit ruina*
ejus, quales fuerunt , Deo ſubvertente, Sodoma & Gomorrha & vicinæ urbes ,
dicit Dominus. Non ibi habitabit homo ; non ibi filius hominis diverſabi-
tur. 41. *En venit populus ab aquilone ; en gens magna & reges potentes de*
terræ ultimis finibus excitantur. 42. *Arcum & lanceam manibus tenent ; cru-*
deles ſunt , nec miſericordiâ moventur ; ſic eſt vox eorum , ut mare mugiens ;
conſcendunt equos ; inſtruunt adversùm te acies , ut vir bellator , filia Babylo-
nis. 43. *Famam eorum audiet rex Babylonis ; manus ejus deficient ; eum*
prement anguſtiæ ; eum dolores , quaſi parturientem. 44. *En quaſi leo erum-*
pet ex tumido Jordane in paſcua antiqua ; ego enim faciam , ut citò inde
proſiliat. Quis delectus miles hæc tuebitur ? Nam quis mei ſimilis eſt , vel
quis me agitare audebit , vel ubi eſt ille paſtor , qui ante me conſiſtat ?
45. *Audite igitur id conſilium , quod cepit Dominus ſuper Babylone ; au-*
dite , quid meditetur contra terram Chaldæorum. Nimirùm teneri agni gregis
raptabuntur , paſcua eorum , præſentibus ipſis , vaſtabuntur. 46. *Terra con-*
cutietur ſonitu captæ Babylonis ; audietur apud gentes vociferatio ejus.

---

2. ושאו נס , *& extollite ſignum ;* nempe in montibus , ut ad illud confluant vicinæ urbes & pagi , & ut audiant , quid novi afferatur. ...חת מרדך , *terrefactus eſt Merodach ;* nimirum rex antiquus , qui fuerat in Deos relatus ; nam , quia is jungitur , parallelâ in ſententiâ , cum *Bel* , & cum *Idolis* , non dubium quin ſignificetur Deus aliquis Babyloniorum.

4. הלוך ובכו ילכו : Ordo fuit mutatus. *Pſalmo 126.* legitur , הלוך ילך ובכה , *eundo ibat & flebat.* Eodem hìc ordine legendum , הלוך ילכו ובכו , *eundo ibunt & flebunt.* Fletus attribuitur Judæis , non Babylone redeuntibus , ſed orantibus Deum tum , cùm , captâ Babylone , ſpes reditûs affulget. Itaque non pugnat hic locus cum Pſalmo ſuprà dicto , in quo attribuitur gaudium & exſultatio Judæis , non orantibus reditum , ſed jam revertentibus.

6. היה עמי , *erat populus meus.* Maſora vult היו , *erant* , de ovibus dictum , & ita unus Codex Orat. Sed nihil reprehendendum in ſcripturâ היה ...שובבים. Rectè Maſora שובבום , *averterant eas ;* quod verbum reſpondet pari verbo התעום , *errare fecerant eas.*

7. לא נאשם , *non erimus nocentes* , ſi hunc populum captivum faciemus. Jeremias inducit Chaldæos ſic loquentes , per veriſſimam Proſopopæiam. Fieri enim non potuit , quin Chaldæi hæc reſciviſſent , quæ de futurâ Judæorum captivitate Prophetæ prædixerant. Teſtis eſt ipſe Nabuchodonoſor , qui ducibus ſuis mandatum fecerat , ut Jeremiam ſervarent , darentque ei licentiam abeundi , quò vellet. ...נוה צדק , *domicilium juſtitiæ* , ſive *æquitatis* , quia notum erat nationibus vicinis , non plecti à Deo ſuo Judæos , niſi ob noxam meritos.

8. יצאו : Rectè Maſora צאו , *exite ;* eſt enim Imperandi modus , & perſona ſecunda viget toto in hoc verſu. Lego etiam צאו , in Codice uno Reg. & in uno Orat.

9. ישוב : Potiùs ישבו , *revertentur* , ne diſcordia ſit numerorum ; nam חציו , *ſagittæ ejus* , numeri eſt pluralis. Affixum ו ſingulare pertinet ad קהל , quod anteceſſit.

11. & 12: כאברים : Lege , כאבירים , *ut equi bellatores* , & vide cap. 8. v. 16. Lego etiam plenè in Codice uno Reg. & in duobus Orat. ...הנה , *ecce illa ;* quippe alterum ה pronomen eſt ; אחרית autem in loco eſt adjectivi ; quaſi dicas , *ecce illa ſequior pars (gentium.)*

15. אשויתיה , *propugnacula ejus ;* ita Græci Intt. ἐπάλξεις αὐτῆς. Maſora , אשיותיה ; quam formam lego in Codice uno Orat. eamque meliorem ; quia inducit terminationem ות , quæ feminini eſt pluralis.

17. עצמו : Vulgatus , *exoſſavit eum.* Sed , quam ovem prior leo devoravit , parùm intelligitur , quomodò eandem poſterior leo exoſſaverit. Itaque etiam ſolus Vulgatus ſignificatum talem adhibuit , qui quidem non habet ex ullo alio loco autoritatem. Syrus עשן מנה , *ſuperavit illum ;* Chaldæus , אספנון , *conſumpſit eos.* Meliùs Græci Intt. τὰ ὀςᾶ αὐτȣ̃ , *oſſa ejus ;* ſupple אכל , *voravit* , verbum ἀπὸ κοινȣ. Prior leo *eum voravit* , hoc eſt carnem ejus ; poſterior , oſſa ipſa.

21. מרתים , *Merethim* , nomen proprium , notans regionem Mardorum ad Tigrim , ut obſervat Grotius. Similiter פקוד , *Phekod* , nomen proprium , ut Chaldæo viſum eſt ; Grotius putat eſſe Bactrianam. Hæc ſunt Dei mandata ad Cyrum regem Perſarum , nondum natum.

26. באו לה מקץ , *invadite eam ad latus.* Sequimur Chaldæum , qui מסטרא , *ex latere* , cùm

legeret מצד. Nam quid ſignificet hoc loco מקץ, ſine addito, parùm intelligitur, niſi legitur מקצה, *ex unâ parte ejus*, ut legitur cap. 51. v. 31. Capta fuit Babylon ex latere eo, quod alluebat Euphrates.

29. אל יהי, *non ſit*, adde לה, *illi;* quod verbum ſuperſtitiosè omiſerunt Editores, quanquam non neſciebant, id non fuiſſe omiſſum in quibuſdam Codicibus. Et verò etiam id לה legitur in Codice Reg. 29.

31. זדון, *qui ſuperbis.* Quanquam Lexica exponunt *ſuperbiam*, nomen ſubſtantivum, tamen liquet ex ipſâ oratione, eſſe hìc nomen adjectivum *ſuperbus*, quomodò Chaldaicum זדון, quod ſignificat, & *ſuperbiam*, & *ſuperbum.*

34. למען הרגיע את הארץ, *ut afferat tranquillitatem terræ eorum;* legimus ארצם, addito affixo; id enim neceſſarium eſt, ut ſtare poſſit oppoſitio terræ Judæorum cum terrâ Chaldæorum. Non licuit convertere למען הרגיע, *ad ſcindendam*, vel *concidendam* (*terram*,) quia talem ſignificatum reſpuit vox *Hiphil.* Huc adde, ſi *terra* Chaldæorum ageretur, nimiam ſignificantiam habiturum id verbum ante הרגיז, *commovendam*, collocatum; quippe plus dicit *ſcindere*, *rumpere*, quàm *commovere*, atque adeò decreſceret oratio in fine versûs, nedum creſceret, ſolito de more.

36. ונאלו, *& inſaniant.* Unus Codex Orat. ונואלו, ut alibi ſcribitur, & ut ſcribendum eſt, ſeu Radix eſt יאל, ſeu אול; ne ſine cauſâ tollatur ו Radicis.

38. ובאימים יתהללו, *& Diis vanis gloriantur.* Significatus duci poteſt ex Arab. verbo אים, *juramentum*, ex ימן, *jurare*; quaſi dicas, *illi per quos homines jurant;* Buxtorfius ex Kimchi, *Idola* quaſi *terricula* dicas, quòd terrorem potiùs, quàm tranquillitatem, animis cultorum ſuorum afferant. Sed enim id longè petitum, nec verum.

39. תשכן, *habitabitur.* Pars Codicum תשכון, ut alibi paſſim; ſimiliter ודור, non omiſſo ו medio, quod non omittitur in דור antecedenti.

42. וכידן, *& lanceam.* Non alibi legitur ſine ו. Itaque unus Codex Orat. כידון.

44. & 45. ארוצם, *currere eas faciam.* Lege אריצם, ut cap. 49. v. 19. legitur אריצנו, *currere eum faciam.* De verbo אפקד, ut & de verbis יסחבום, צעירי, vide dicta ad cap. 49. w. 19. & 20. Babylon erat urbs antiquiſſima; propterea vocatur נוה איתן, *paſcuum antiquum.*

CAPUT LI.

Reddet Dominus Babyloni omnia mala, quæ intulit Templo ſuo. Siccabuntur vada ejus, portæ ejus inflammabuntur; erit in eâ perpetua vaſtitas. Jeremias mandat Saraiæ, ut hæc legat, cùm advenerit Babylonem, utque deinde librum, alligato ad eum lapide, in flumen Euphratem projiciat.

1\. *Hæc dicit Dominus : en ego*
excitaturus ſum in Babylonem & in
habitatores Leb-komi ventum peſti-
lentem. 2. *Idem ego mittam in*
Babylonem ventilatores, qui eam
ventilabunt, terramque ejus exhau-
rient; nam eam undique invadent in
die calamitatis. 3. *Ne remittat ma-*
num qui tendit arcum, ne exuat ſe
loricâ ſuâ; nolite verò parcere juveni-
bus ejus, omnem exercitum ejus in-
ternecione delete. 4. *Cadant vulnerati*
in terrâ Chaldæorum, & confoſſi in
plateis ejus. 5. *Non enim Iſrael*
propterea vidua erit, aut Juda ſine

1\. כה אמר יהוה · הנני מעיר
על בבל ואל ישבי לב קמי רוח
משחית : 2. ושלחתי לבבל זרים ·
וזרוה ויבקקו את ארצה · כי היו
עליה מסביב ביום רעה : 3. אל
ידרך ידרך הדרך קשתו · ואל יתעל
בסרינו · ואל תחמלו אל בחריה ·
החרימו כל צבאה : 4. ונפלו
חללים בארץ כשדים ומדקרים
בחוצותיה : 5. כי לא אלמן
ישראל ויהודה מאלהיו מיהוה
צבאות · כי ארצם מלאה אשם
מקדוש ישראל : 6. נסו מתוך
בבל ומלטו איש נפשו · אל תדמו
בעונה · כי עת נקמה היא ליהוה ·

Deo suo, Domino exercituum, quòd
terra eorum per Sanctum Israel vasta-
tione repleta est. 6. *Fugite de medio*
Babylonis, & salvet unusquisque ani-
mam suam; cavete ne pereatis in ini-
quitate ejus: hoc enim Domino erit
tempus ultionis; hæc ei retribuenda
merces. 7. *Fuit Babylon in manu Do-*
mini calix aureus, inebrians univer-
sam terram; ejus vinum gentes epotâ-
runt; ergò insanient gentes. 8. *Ba-*
bylon repentè corruit & fracta est;
lamentamini de eâ; sumite resinam
pro vulnere ejus, si fortè sanetur.
9. *Suscepimus ut sanaremus Babylo-*
nem, nec sanata est; derelinquamus
eam, & in suam quisque terram pro-
ficiscamur: nam tangit cœlum judi-
cium ejus; sublatum est usque ad
nubes. 10. *Palam fecit Dominus*
causæ nostræ æquitatem, venite &
narremus in Sion opus Domini, Dei
nostri. 11. *Polite sagittas, pharetras*
implete; suscitavit Dominus spiri-
tum regum Mediæ; nam consilium
ejus est contra Babylonem, ut eam
subvertat, quoniam hæc futura est ultio
Domini, ultio Templi ejus. 12. *Eri-*
gite vexillum ad muros Babylonis;
custodiam firmate, statuite custodes,
parate insidias; cogitavit enim Do-
minus & perficiet omnia, quæ locu-
tus est adversùm Babylonis habitato-
res. 13. *Tu quæ ad aquas multas se-*
dem habes, quæque affluis thesauris,
venit tandem finis tuus, certa est rui-
na tua. 14. *Juravit per semetipsum*
Dominus exercituum: erit, cùm te
hominibus replebo, tanquam bruchis,
cùmque illi adversùm te celeusma
canent. 15. *Hic ille est, qui terram*
fecit potentiâ suâ, qui sapientiâ suâ
firmavit orbem, suâque intelligentiâ
extendit cœlos. 16. *Eo dante vocem*

גמול הוא משלם לה : 7. כוס
זהב בבל ביד יהוה משכרת כל
הארץ · מיינה שתו גוים · על כן
יתהללו גוים : 8. פתאם נפלה
בבל ותשבר · הילילו עליה · קחו
צרי למכאובה אולי תרפא : 9.
רפאנו את בבל ולא נרפתה · עזבוה
ונלך איש לארצו · כי נגע אל
השמים משפטה ונשא עד שחקים :
10. הוציא יהוה את צדקתינו · באו
ונספרה בציון את מעשה יהוה
אלהינו : 11. הברו החצים · מלאו
השלטים · העיר יהוה את רוח מלכי
מדי · כי על בבל מזמתו להשחיתה ·
כי נקמת יהוה היא נקמת היכלו :
12. אל חומת בבל שאו נס ·
החזיקו המשמר · הקימו שמרים ·
הכינו הארבים · כי גם זמם יהוה
גם עשה את אשר דבר אל ישבי
בבל : 13. שכנתי על מים רבים
רבת אוצרת · בא קצך · אמת בצעך :
14. נשבע יהוה צבאות בנפשו ·
כי אם מלאתיך אדם כילק · וענו
עליך הידד : 15. עשה ארץ בכחו ·
מכין תבל בחכמתו · ובתבונתו
נטה שמים : 16. לקול תתו המון
מים בשמים · ויעל נשאים מקצה
ארץ · ברקים למטר עשה · ויוצא
רוח מאצרתיו : 17. נבער כל
אדם מדעת · הביש כל צרף מפסל ·
כי שקר נסכו ולא רוח בם : 18. הבל
המה מעשה תעתעים · בעת פקדתם
יאבדו : 19. לא כאלה חלק
יעקוב · כי יוצר הכל הוא ושבט
נחלתו · יהוה צבאות שמו : 20.
מפץ אתה לי כלי מלחמה · ונפצתי
בך גוים והשחתי בך ממלכות :
21. ונפצתי בך סוס ורכבו · ונפצתי
בך רכב ורכבו : 22. ונפצתי בך איש
ואשה · ונפצתי בך זקן ונער · ונפצתי
בך בחור ובתולה : 23. ונפצתי
בך רעה ועדרו · ונפצתי בך אכר
וצמדו · ונפצתי בך פחות וסגנים :
24. ושלמתי לבבל ולכל יושבי
כשדים

*ſuam, glomerantur aquæ in cœlis, &
ab ultimis terris nubes aſcendunt. Ille
fulgura in imbres reſolvit, promitque è
theſauris ſuis ventos.* 17. *Sublata
eſt è cunctis hominibus ſcientia; ex
Idolo erubeſcit omnis aurifex; hæc
enim, quæ conflat, inania ſunt, nec
eſt in eis ſpiritus.* 18. *Hæc nihili
ſunt, hæc inſtabile opus; hæc, cùm
viſitabuntur, peribunt.* 19. *Non ſic
ille eſt, qui habet partem Jacob; ille
enim omnia creavit; non ſic is, qui
ſceptrum hæreditatis ſuæ, cujus
nomen eſt Dominus exercituum.*
20. *Tu mihi vaſa belli contriviſti;
ego per te fregi populos, & regna
ſubverti.* 21. *Ego per te fregi equum,
ejuſque ſeſſorem, currumque & auri-
gam.* 22. *Ego per te fregi & viros &
mulieres, & ſenem & puerum, juvenes
ſimul & virgines.* 23. *Ego per te
fregi & paſtorem & gregem, & agri-
colam & par boum ejus, ſimul duces
& Magnates.* 24. *Ego idem reddam
Babyloni & omnibus habitatoribus
ejus Chaldæis, omnia mala, quæ Sion
fecerunt; atque hæc erunt in oculis
veſtris, dicit Dominus.* 25. *En ego
ad te, mons exitiabilis, dicit Domi-
nus; qui exitium afferebas univerſæ
terræ; ego extendam in te manum
meam; ego te de ſcopulis devolvam,
reddamque te ut montem flammâ de-
paſtum.* 26. *Non tolletur de te ad
angulum lapis, nec lapis ad funda-
mentum; nam perpetua eris ruderum
moles, dicit Dominus.* 27. *Erigite
in terrâ vexillum, tubâ clangite apud
gentes; comparate in eam populos,
evocate contra eam regna & Ararat,
& Menni, & Aſcenez; præficite adver-
sùs eam duces; agitate contra eam
equos, ut bruchum, gramina depaſcen-
tes.* 28. *Conſcribite contra eam popu-*

כשדים את כל רעתם אשר עשו
בציון לעיניכם · נאם יהוה ׃ 25.
הנני אליך הר המשחית · נאם
יהוה · המשחית את כל הארץ ·
ונטיתי את ידי עליך וגלגלתיך מן
הסלעים · ונתתיך להר שרפה ׃ 26.
ולא יקחו ממך אבן לפנה ואבן
למוסדות · כי שממות עולם תהיה ·
נאם יהוה ׃ 27. שאו נס בארץ ·
תקעו שופר בגוים · קדשו עליה
גוים · השמיעו עליה ממלכות אררט
מני ואשכנז · פקדו עליה טפסר ·
העלו סוס כילק סמר ׃ 28. קדשו
עליה גוים את מלכי מדי את
פחותיה ואת כל סגניה ואת כל
ארץ ממשלתו ׃ 29. ותרעש הארץ
ותחל · כי קמה על בבל מחשבות
יהוה לשום את ארץ בבל לשמה
מאין יושב ׃ 30. חדלו גבורי בבל
להלחם · ישבו במצדות · נשתה
גבורתם · היו לנשים · הציתו
משכנתיה · נשברו בריחיה ׃ 31.
רץ לקראת רץ ירוץ ומגיד לקראת
מגיד · להגיד למלך בבל כי נלכדה
עירו מקצה ׃ 32. והמעברות
נתפשו · ואת האגמים שרפו באש ·
ואנשי המלחמה נבהלו ׃ 33. כי
כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל ·
בת בבל כגרן · עת הדריכה · עוד
מעט ובאה עת הקציר לה ׃ 34.
אכלנו הממנו נבוכדראצר מלך
בבל · הציגנו כלי ריק · בלענו כתנין ·
מלא כרשו מעדני · הדיחנו ׃ 35.
חמסי ושארי על בבל תאמר ישבת
ציון · ודמי אל ישבי כשדים תאמר
ירושלם ׃ 36. לכן כה אמר יהוה ·
הנני רב את ריבך ונקמתי את
נקמתך · והחרבתי את ימה והובשתי
את מקורה ׃ 37. והיתה בבל
לגלים מעון תנים · שמה ושרקה
מאין יושב ׃ 38. יחדו ככפרים
ישאגו · נערו כגורי אריות ׃ 39.
בחמם אשית את משתיהם
והשכרתים · למען יעלזו וישנו שנת

los, reges Mediæ, præsides ejus cunc-
tosque ejus magnates, universam ter-
ram ditionis ejus. 29. *Concutiatur tel-*
lus & contremiscat; nam consilium
Domini stabit contra Babylonem, ut
terram Babylonis redigat ad vastita-
tem, neque in eâ supersit habitator.
30. *Cessant pugnare fortes Babylo-*
nis, continent se in munimentis;
periit robur eorum; similes sunt mu-
lieribus; habitationes ejus incendun-
tur, repagula ejus franguntur.
31. *Venit cursor obviam cursori,*
nuntius obviam nuntio, qui regi
Babylonis renuntiet, per unum latus
captam esse civitatem; 32. *Occupata*
esse vada, ignes accensos in paludi-
bus, territosque esse viros militares.
33. *Hæc enim dicit Dominus exer-*
cituum, Deus Israel: filia Babylo-
nis area, cujus calcandæ tempus est;
brevi aderit ei tempus messis. 34. *Ex-*
hausit me, contrivit me Nabuchodono-
sor, rex Babylonis; similem me fecit
inanibus vasis; devoravit me, ut
draco; opplevit fructibus optimis
meis ventrem suum, meque extermi-
navit. 35. *Recidit in Babylonem*
injuria mea & caro mea, dicet ha-
bitatrix Sion; sanguis meus in Chal-
dææ habitatores, dicet Jerusalem.
36. *Propterea hæc dicit Dominus:*
Ego acturus sum causam tuam, &
injuriam tuam ulturus; ego exsiccabo
mare ejus, venamque ejus exhauriam.
37. *Erit Babylon acervus ruderum,*
habitaculum draconum; erit stupori
& sibilo, quia carebit habitatore.
38. *Unà rugient, ut leones; frement,*
ut catuli leonum. 39. *Ego eis ap-*
ponam poculum suum, cùm jam
calebunt, & inebriabo eos, ut nau-
seent, & ut dormiant somno sempi-
terno, ex quo non evigilabunt, dicit

עולם ולא יקיצו · נאם יהוה : 40.
אורידם ככרים לטבוח · כאילים
עם עתודים : 41. איך נלכדה
ששך ותתפש תהלת כל הארץ ·
איך היתה לשמה בבל בגוים : 42.
עלה על בבל הים · בהמון גליו
נכסתה : 43. היו עריה לשמה ·
ארץ ציה וערבה · ארץ לא ישב בהן
כל איש · ולא יעבר בהן בן אדם :
44. ופקדתי על בל בבבל · והצאתי
את בלעו מפיו · ולא ינהרו אליו
עוד גוים · גם חומת בבל נפלה :
45. צאו מתוכה עמי ומלטו איש
את נפשו מחרון אף יהוה : 46.
ופן ירך לבבכם ותיראו בשמועה
הנשמעת בארץ · ובא בשנה
השמועה ואחריו בשנה השמועה ·
וחמס בארץ משל על משל : 47.
לכן הנה ימים באים ופקדתי על
פסילי בבל וכל ארצה תבוש · וכל
חלליה יפלו בתוכה : 48. ורננו
על בבל שמים וארץ וכל אשר
בהם · כי מצפון יבוא לה השודדים ·
נאם יהוה : 49. גם בבל לנפל
חללי ישראל · גם לבבל נפלו חללי
כל הארץ : 50. פלטים מחרב
הלכו אל תעמדו · זכרו מרחוק את
יהוה · וירושלם תעלה על לבבכם :
51. בשנו כי שמענו חרפה · כסתה
כלמה פנינו · כי באו זרים על
מקדשי בית יהוה : 52. לכן הנה
ימים באים · נאם יהוה · ופקדתי על
פסיליה · ובכל ארצה יאנק חלל :
53. כי תעלה בבל השמים וכי
תבצר מרום עזה · מאתי יבאו
שדדים לה · נאם יהוה : 54. קול
זעקה מבבל ושבר גדול מארץ
כשדים : 55. כי שדד יהוה את
בבל ואבד ממנה קול גדול · והמו
גליהם כמים רבים · נתן שאון קולם :
56. כי בא עליה על בבל שודד ·
ונלכדו גבוריה · חתתה קשתותם ·
כי אל גמלות יהוה שלם ישלם :
57. והשכרתי שריה וחכמיה

Dominus. 40. Ego eos deducam ad mactationem, quasi agnos; quasi arietes cum hircis. 41. Quomodò capta est Sesach, & comprehensa est gloria universæ terræ! Quomodò Babylon facta est stupori apud gentes! 42. Ascendit mare super Babylonem; cooperta est fluctuum ejus voraginibus. 43. Urbes ejus devastatæ sunt; terra arida facta est & solitudo; nemo est in eis habitaturus; non per eas transiturus filius hominis. 44. Ego verò adero etiam ad Bel in Babylone, ejiciamque ex ore ejus omne id, quod devorârat; non erit ampliùs, ut ad eum confluant gentes; mœnia Babylonis ipsa corruent. 45. Exite de eâ, popule meus; salvet unusquisque animam suam ab irâ Domini desæviente. 46. Ne cor vestrum debilitetur, neve trepidate, cùm fama in terrâ audietur. Erit annus, cùm fama veniet, deinde anno eodem altera fama. Tum veniet in terram vastator; dominator post dominatorem. 47. Ecce enim dies veniunt, cùm adero ad Idola Babylonis, cùm universa regio in dedecore erit, passim cadentibus in eâ vulneratis; 48. Et cùm de Babylone lætabitur & cœlum & terra, & omnia, quæ in eâ sunt, postquàm venerint in eam vastatores ab aquilone, dicit Dominus. 49. Causa fuit Babylon, cur vulnerati Israel caderent; ergò etiam cadent de Babylone vulnerati per universam terram. 50. Abite, qui ex gladio evasistis; nolite subsistere; recordamini Dominum de longinquo, nec Jerusalem pectore vestro labatur. 51. Erubescimus, quia famam audivimus ignominiæ nostræ; vultus nostri dedecore cooperti sunt, quoniam in sanctuarium domûs Domini alieni intrârunt. 52. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, cùm adero ad Idola ejus, & cùm vulnerati per omnem ejus regionem gemitus edent lamentabiles. 53. Nam quamvis Babylon usque ad cœlum ascendat, muniatque per excelsa robur suum, advenient ei ex me vastatores, dicit Dominus. 54. Clamor de Babylone auditur; de terrâ Chaldæorum magna clades. 55. Quippe devastat Dominus Babylonem, excitatque de illâ sonitum ingentem; ut multæ undæ, fluctuant & fremunt, tolluntque in tumultu vocem suam. 56. Etenim advenit in Babylonem vastator; viri ejus fortes capiuntur; arcus eorum

פחותיה וסגניה וגבריה • וישנו שנת
עולם ולא יקיצו • נאם המלך • יהוה
צבאות שמו : 58. כה אמר
יהוה צבאות • חמות בבל הרחבה
ערער תתערער • ושעריה הגבהים
באש יצתו • ויגעו עמים בדי ריק
ולאמים בדי אש ויעפו :
59. הדבר אשר צוה ירמיהו הנביא
את שריה בן נריה בן מחסיה
בלכתו את צדקיהו מלך יהודה
בבל בשנת הרבעית למלכו • ושריה
שר מנוחה : 60. ויכתב ירמיהו
את כל הרעה אשר תבוא אל בבל
אל ספר אחד • את כל הדברים האלה
הכתבים אל בבל : 61. ויאמר
ירמיהו אל שריה • כבאך בבל
וראית וקראת את כל הדברים
האלה : 62. ואמרת • יהוה אתה
דברת אל המקום הזה להכריתו
לבלתי היות בו יושב למאדם ועד
בהמה • כי שממות עולם תהיה :
63. והיה ככלתך לקרא את הספר
הזה תקשר עליו אבן • והשלכתו
אל תוך פרת : 64. ואמרת • ככה
תשקע בבל • ולא תקום מפני הרעה
אשר אנכי מביא עליה • ויעפו עד
הנה דברי ירמיהו :

franguntur, quoniam Deus ultionum rependit ei debitas vices. 57. *Inebriabo
enim & principes ejus, & ſapientes, & duces, & magnates, & viros fortes,
qui perpetuo in ſomno jacebunt, nec evigilabunt, dicit Rex, cujus nomen
eſt Dominus exercituum.* 58. *Hæc dicit Dominus exercituum; mœnia
lata Babylonis penitùs ſuffodientur; portæ ejus altæ igne incendentur;
eritque ut populi fruſtrà laborârint, ut exhauſerint pro flammis vires ſuas.*
59. *Hoc fuit mandatum, quod dedit Jeremias propheta Saraiæ, filio Ne-
riæ, filii Maaſiæ tum, cùm ivit in comitatu Sedeciæ, regis Juda,
Babylonem, anno quarto regni ejus. Erat autem Saraias princeps donorum.*
60. *Nam Jeremias, poſtquàm ſcripſiſſet in uno eodemque libro mala om-
nia, quæ in Babylonem ventura erant, nempe omnia verba hæc, quæ de
Babylone ſcripta erant;* 61. *Dixit Saraiæ: cùm veneris Babylonem,
curabis ut omnia verba hæc legas;* 62. *Diceſque: Tu, Domine, decre-
viſti hunc locum per te ſubverſum iri, ideò ut ab homine uſque ad jumentum,
non ſit in eo habitator, quoniam evadet in perpetuam ruderum molem.* 63. *Et
cùm tu libri hujus legendi finem feceris, alligabis in eo lapidem, quem
projicies medium in Euphratem;* 64. *Diceſque: ita Babylon demergetur,
neque unquam emerſura eſt de calamitate, quam ego in eam ſum adducturus.
Hîc deſinunt verba Jeremiæ.*

---

1. ישבי לב קמי: Nos, *habitatores Leb-komi*, nomine proprio interpretantes, ut fecit Symmachus. Nam indicat nomen loci Participium ישבי, *habitatores.* Sed quia id לב קמי, ſignificat *cor elatum*, videtur Propheta hoc nomen urbis uſurpaſſe per ſimilitudinem, ad notandam Chaldæorum ſuperbiam.

3. אל ידרך ידרך הדרך קשתו: Grotius putabat, ſe hunc locum poſſe convertere, hoc modo: » *Ei qui tendit tendendo tendens arcum ſuum, & qui aſcendit loricatus;* hæc ſcilicet dicit Deus quæ » ſequuntur, *ne parcite juventuti....* Ter repetit vocem tendendi, quia vult quàm maximè tendi » nervum. « Nec feliciùs Lud. Cappellus in notis ſuis criticis in hunc locum, hoc modo: » *Adversùs tendentem* (arcum ſcilicet) *tendat*, contra eum *qui arcum tendit*, *& adversùs eum,* » *qui extollit ſe in loricâ ſuâ;* hoc eſt, tendant Perſæ, jaculatores & ſagittarii celebres, arcus » ſuos adversùs Chaldæos pariter ſagittarios, & in armis ac loricis ſuis gloriantes. Maſſorethæ » per Keri nolunt legi poſterius ידרך, at legi poſſe liquet ex noſtrâ interpretatione, ubi אל ידרך, » eſt pro אל אשר ידרך, *adversùs eum, qui tendit*, ſicut אל יתעל eſt pro אל אשר יתעל, *adversùs* » *eum, qui extollit ſe.* « Non concedet Lector exercitatus nec Grotio, nec Lud. Cappello, eſſe אל ידרך, pro אל אשר ידרך. Vellem certè exempla quædam protuliſſent præpoſitionis אל Futuro præfixæ; nec videtur aliter poſſe אל tractari, quàm ut negatio, quomodò fecit Hieronymus, qui, *non tendat qui tendit arcum*, quaſi hæc dicerentur ad Chaldæos; deinde ad Perſas hæc, quæ ſequuntur, ואל תחמלו, *& ne parcite.* Nos hæc omnia credimus imperari Perſis quia nihil eſt in oratione, quod ſignificet compellari homines nunc hos, nunc illos, & ſententiam eſſe talem, qualem exhibet Syrus, qui convertit, לא נשלא דשרא בקשתא, *ne deſiſtat, qui jaculatur arcu*, quæ ſententia naſcitur ex ſcriptione tali, אל ירף מדרך הדרך קשתו, hodiernæ ferè ſimili, *ne remittat à tendendo, qui tendit arcum.* Sapientiùs mutatur ידרך ידרך in ירף מדרך, quàm unum ידרך tollitur, etſi hoc placuit Maſoretis. Sequitur ואל יתעל בסרינו, quod interpretamur, *ne exuat ſe loricâ ſuâ*, ex ſcriptione מסרינו, vel potiùs מסריונו. Eſt עלה, *tollere*, *auferre*, ex quo naſcitur *Hitphael* התעלה, *auferre à ſe ipſo*, vel *exuere ſe.* Ita id verbum accepit Syrus, qui, ולא נשלח, *& ne deponat*, meliùs quàm Recentiores, qui, *ne glorietur.* Cæterùm hoc *Hitphael* non alibi reperitur.

5. מלאה אשם, *plena eſt vaſtatione*, ex אשם, *vaſtare*, *deſolare.* Significatus talis huic loco neceſſarius eſt, quanquam eum Lexica omittunt. Vulgatus, *repleta eſt delicto* (*à Sancto Iſrael.*) Fortè accepit *delictum*, tanquam pœnam delicti.

9. ולא נרפתה עזבוה, *& non curata eſt; relinquamus eam.* Lege נרפאתה, plenè, ut ſcriptum habent duo Codices; deinde עזבנוה, ut legunt omnes, præter Chaldæum; nam primam perſonam poſtulat ונלך ſubſequens, ejuſdem primæ perſonæ, *& abeamus.*

11. מלאו השלטים, *implete pharetras*, ex Syriaco ſignificatu, quem, opinor, ſecuti ſunt Græci Intt. & Syrus, qui convertêre *pharetras;* nam ſic etiam convertunt apud Ezechielem.

Meliùs *pharetræ* ad *ſagittas* adjunguntur, quàm *clypei*; propterea non convertimus, ut alii quidam, *ungite*, vel *denſate clypeos*.

13. שכנתי, *quæ ſedem habes*. Rectè Maſora tollit י. Nam iſtud י Paragogicum Participia non ſolent admittere. ...בצעך, *finis tuus*, idem quod קצך; ſed ita *finis*, ut *ruina*.

16. לקול תתו, *eo dante vocem ſuam*. Verus ordo eſt, לתת קולו; vide dicta ad cap. 10. v. 13.

18. מעשה תעתעים, *inſtabile opus*. Adi ad locum parallelum, cap. 10. & vide quæ diximus ad verſum 15.

20. מפץ אתה, *conterens tu*; vel ex פצה, *frangere*, vel ex פוץ, *diſſipare*. Si prius, meliùs מפצה; ſi poſterius, meliùs מפיץ, plenè. ...והשחתי בך ממלכות, *& everti per te regna*. Hæc de dominatu Babyloniorum, non de Cyri, eorum domitoris. Non modò enim nihil anteà de Cyro, ſed Cyrus nondum regna everterat, cùm Babylonicum evertit imperium.

27. כילק סמר, *ut bruchum*, *gramina depaſcentes* (equos) vel *depaſcentem*, ſi ad *bruchum* refertur; ex ſignificatu Arab. סמר, (*herbas*) *depaſci*; id enim convenit & bruchis, qui advenientes, omnia corrodunt in agris, & equitatui hoſtium, qui mittitur pabulatum.

34. אכלנו, *devoravit nos*. Rectè Maſora, אכלני, *devoravit me*, & ſic in ſequentibus verbis; nam loquitur *habitatrix Sion*, de quâ verſus inferior. Ita etiam legebant omnes Veteres.

39. למען יעלזו, *ut nauſeent*; nam עלז idem ferè, ac עלץ, *nauſeare*, ſtomachi vitio, apud Arabas. Non poteſt conſociari, *exſultent*, cum *dormiant ſomno*... itaque inſcitè Arias, *exſultent*; & contrariam in ſententiam omnes Veteres, quos vide in Polyglottis.

40. כאילים עם עתודים, *ſicut arietes cum hircis*; hoc eſt, ut, cùm mactantur etiam hirci & arietes, in quibus erat ſpes fœturæ.

44. את בלעו, *quod devorârat*. Sic apud Danielem de Bel dicitur, quem vulgus credebat abſumere cibos ante ejus ſtatuam collocatos. ...גם חומת בבל, *etiam murus Babylonis* (*corruet.*) Videat Lector an non legendum ſit בל, potiùs, quàm בבל; ut intelligantur mœnia Templi Bel, de quo, in hoc verſu dicitur; nam parùm commodè ſequuntur *mœnia Babylonis*, poſt hæc quæ anteceſſerunt.

46. ואחריו: Lege ואחריה, *& poſt illam* (*famam.*) Nam pertinet Affixum ad שמועה, femininum.

49. גם בבל לנפל, *etiam Babylon cauſa fuit cur... caderent*. Hanc ſententiam perſequitur Vulgatus, nec aliam verba ipſa patiuntur, modò poſteà legatur cum eodem Vulgato, בכל הארץ, non כל, *in univerſâ terrâ*. Nam ſi dicas, *interfecti univerſæ terræ*, otioſum fiet לבבל, *Babylonis*.

55. ואבד ממנה קול גדול, *& perdet ex eâ vocem magnam*. Duæ res mendum אבד patefaciebant; una, id verbum non habere poſſe cum nomine קול ſocietatem, quia verbum id *perdere* Hebraicè uſurpatur in rebus, quæ conſiſtunt & aſpectabiles ſunt, non autem in ſono vocis; altera, dici, ante & poſt, de clamoribus Babylonis, qui audientur. Vera ſcriptura eſt, ועבר, *& tranſire faciet*; ſive *excitabit de eâ ſonitum ingentem*. Sæpe verbum עבר habet pro caſu ſuo verbum קול: Vide Concordantias Buxt. in verbo קול ...נתן שאון קולם: Arias, *datus eſt ſonitus vocis eorum*. Sed, quoniam verbum נתן paſſim ſociatur cum nomine קול, nuſquam autem, cum nomine שאון, hæc forma orationis retinenda eſt, ut potiùs legatur, נתנו בשאון קולם, *dederunt* (*fluctus*) *cum fragore vocem ſuam*.

56. חתתה קשתותם, *fracti ſunt arcus eorum*. Lege חתתו, numero plur. De mendo admonet circulus ſupernus in Codicibus.

64. ויעפו: Lege ויספו, *& finem habent*; niſi velis cum Ariâ dicere, *& laſſabuntur huc uſque verba Irmejahu*.

CAPUT LII.

Nabuchodonosor expugnat Jerusalem, capit Sedeciam, obtruncat filios ejus, ipso præsente; eum deinde, oculis effossis, abducit Babylonem. Urbs & Templum flammis delentur, & captivi abducuntur. Post annos 38. Joachin ab Evilmerodach tractatur humaniter, & carcere eductus regio cibo alitur.

1. *Erat Sedecias, cùm regnavit,*
annos natus viginti unum, regna-
vitque in Jerusalem annis undecim.
Nomen matris ejus fuit Amital,
filia Jeremiæ, de Lobna. 2. *Hic*
fecit malum coram Domino, ut
Joakim fecerat. 3. *Hæc enim in*
Jerusalem & in Judam, de Dei ver-
bis, eveniebant, donec eos è conspectu
suo eriperet. Rebellavit autem Se-
decias in regem Babylonis. 4. *Anno*
nono regni ejus, mense decimo, die
mensis decimâ, venit contra Jerusa-
lem Nabuchodonosor, rex Babylo-
nis, ipse & omnis exercitus ejus;
qui castris ad eam positis, vallo eam
circumsederunt. 5. *Fuitque urbs in*
obsidione, usque ad annum Sedeciæ
regis undecimum. 6. *Mense quarto,*
die nonâ mensis, sæviit in urbe fa-
mes, nec erat panis populo terræ.
7. *Cùm autem perrupta urbs fuit,*
omnes viri militares nocte se prori-
puerunt per viam portæ, quæ erat
inter duos muros regis hortis vicinos,
(Chaldæi autem urbi circumfusi
erant) & per deserti viam iter fece-
runt. 8. *Tum Chaldæorum exercitus*
insequens regem, assecutus est eum
in campestribus Jericho, omnibus
ejus copiis ab eo dilapsis. 9. *Itaque*
regem comprehenderunt, duxerunt-

1. בן עשרים ואחת שנה צדקיהו
במלכו · ואחרת עשרה שנה מלך
בירושלם · ושם אמו חמיטל בת
ירמיהו מלבנה : 2. ויעש הרע
בעיני יהוה · ככל אשר עשה
יהויקים : 3. כי על אף יהוה היתה
בירושלם ויהודה עד השליכו אותם
מעל פניו · וימרד צדקיהו במלך
בבל : 4. ויהי בשנה התשעירת
למלכו בחדש העשירי בעשור
לחדש בא נבוכדראצר מלך בבל
הוא וכל חילו על ירושלם · ויחנו
עליה · ויבנו עליה דיק סביב : 5.
ותבא העיר במצור עד עשתי עשרה
שנה למלך צדקיהו : 6. בחדש
הרביעי בתשעה לחדש ויחזק הרעב
בעיר · ולא היה לחם לעם הארץ :
7. ותבקע העיר · וכל אנשי המלחמה
יברחו ויצאו מהעיר. לילה דרך שער
בין החמתים אשר על גן המלך ·
וכשדים על העיר סביב · וילכו דרך
הערבה : 8. וירדפו חיל כשדים
אחרי המלך · וישיגו ארת צדקיהו
בערבת ירחו · וכל חילו נפצו מעליו :
9. ויתפשו ארת המלך ויעלו אתו
אל מלך בבל רבלתה בארץ חמת ·
וידבר אתו משפטים : 10. וישחט
מלך בבל ארת בני צדקיהו לעיניו ·
וגם ארת כל שרי יהודה שחט
ברבלתה : 11. ואת עיני צדקיהו
עור · ויאסרהו בנחשתים · ויבאהו
מלך בבל בבלה · ויתנהו בבית

que eum Reblatha, in terram Emath,
ad regem Babylonis; qui, postquàm
eum judicio condemnasset, 10. *Se-*
deciæ filios in oculis ejus trucidavit,
& omnes principes Juda in Reblatha
interfecit. 11. *Posteà rex Babylo-*
nis eruit Sedeciæ oculos, & vinctum
catenis abduxit Babylonem, atque
eum in custodiâ detinuit, usque ad
diem mortis ejus. 12. *Mense quinto,*
die mensis decimâ, cùm Nabuchodo-
nosor, rex Babylonis, annum ageret
regni sui decimum nonum, venit Je-
rusalem Nabuzardan, satellitum
princeps, qui stare solebat in consp-
pectu regis Babylonis. 13. *Ille do-*
mum Domini & domum regis inflam-
mavit, universasque Jerusalem do-
mos ædesque amplas pariter igne de-
levit. 14. *Simul omnes copiæ Chal-*
dæorum, quæ cum principe satel-
litum erant, omnes muros Jerusalem
undique diruerunt. 15. *Infimam*
autem plebem cæterumque populum,
qui in urbe remanserat, & transfugas
qui defecerant ad regem Babylonis,
cæteramque multitudinem abduxit
Nabuzardan satellitum princeps.
16. *Idemque de infimâ terræ plebe*
vinitores reliquit & agricolas.
17. *Chaldæi autem columnas æneas*
& bases, ac mare æneum, quod in
domo Domini erat, fregerunt, eo-
rumque omne æs Babylonem avexe-
runt. 18. *Ceperunt etiam ollas,*
creagras, phialas, pelves & lances,
omnia denique vasa ænea, quæ in
ministerio adhibebantur. 19. *Calices*
etiam & thuribula & pelves & ollas &
candelabra & lances, & pateras,
quæ aureæ erant, & quæ argenteæ,
tulit satellitum princeps. 20. *Et*
columnas duas cum mari uno, bobus-
que duodecim æneis, quæ sub mari

הפקדת עד יום מותו : .12 ובחדש
החמישי בעשור לחדש · היא שנת
תשע עשרה שנה למלך נבוכדראצר
מלך בבל · בא נבוזראדן רב טבחים
עמד לפני מלך בבל בירושלם :
.13 וישרף את בית יהוה ואת בית
המלך · ואת כל בתי ירושלם ואת
כל בית הגדול שרף באש : .14
ואת כל חומת ירושלם סביב נתצו
כל חיל כשדים אשר את רב
טבחים : .15 ומדלות העם ואת
יתר העם הנשארים בעיר ואת
הנפלים אשר נפלו אל מלך בבל
ואת יתר האמון הגלה נבוזראדן רב
טבחים : .16 ומדלות הארץ
השאיר נבוזראדן רב טבחים לכרמים
וליגבים : .17 ואת עמודי הנחשת
אשר לבית יהוה ואת המכנות ואת
ים הנחשת אשר בבית יהוה שברו
כשדים · וישאו את כל נחשתם
בבלה : .18 ואת הסרות ואת
היעים ואת המזמרות ואת המזרקת
ואת הכפות ואת כל כלי הנחשת
אשר ישרתו בהם לקחו : .19 ואת
הספים ואת המחתות ואת המזרקות
ואת הסירות ואת המנרות ואת
הכפות ואת המנקיות · אשר זהב
זהב ואשר כסף כסף · לקח רב
טבחים : .20 העמודים שנים הים
האחד והבקר שנים עשר נחשת
אשר תחת המכנות אשר עשה
המלך שלמה לבית יהוה · לא היה
משקל לנחשתם כל הכלים האלה :
.21 והעמודים שמנה עשרה אמה
קומה העמד האחד · וחוט שתים
עשרה אמה יסבנו · ועביו ארבע
אצבעות נבוב : .22 וכתרת עליו
נחשת · וקומת הכתרת האחת חמש
אמות · ושבכה ורמונים על הכותרת
סביב · הכל נחשת · וכאלה לעמוד
השני ורמונים : .23 ויהיו הרמנים
תשעים וששה רוחה · כל הרמנים
מאה על השבכה סביב : .24
ויקח רב טבחים את שריה כהן

erant, & baſes quas Salomon rex fe-
cerat in Templo Domini ; quorum
omnium vaſorum æs erat pondere
propè infinito. 21. *Columnarum*
autem unaquæque erat alta cubitos
decem & octo, quam ambiebat funi-
culus duodecim cubitorum ; cavæ
erant columnæ, craſſitudine autem
quatuor digitorum. 22. *Unamquam-*
que ſupereminebat corona ænea,
quæ quidem alta erat quinque cubitos,
quamque ambiebat reticulum cum
malogranatis : omnia ex ære ; ſic
erant malogranata columnæ utrîque.
23. *Apparebant in eâ malogranata*
ſex & nonaginta ; omnia autem ma-
logranata, quibus reticulum ambie-
batur, erant centum. 24. *Compre-*
hendit autem ſatellitum princeps
Sarajam, ſummum pontificem &
Sephoniam ſecundi ordinis, cum tri-
bus liminis cuſtodibus. 25. *Compre-*
hendit etiam de civitate Eunuchum
unum, qui viris præerat militaribus, &
homines ſeptem, de illis, qui regis in
conſpectu aderant, quique tum fortè in
urbe erant, & Sopher exercitûs princi-
pem, qui populum terræ militiam doce-
bat, alioſque de populo terræ ſexaginta,
qui tum in urbe reperti ſunt. 26. *Eos*
tulit Nabuzardan, ſatellitum prin-
ceps, duxitque Reblatha ad regem Ba-
bylonis. 27. *Rex verò eoſdem percuſſit*
& morte affecit in Reblatha, in terrâ
Emath. Juda igitur ex terrâ ſuâ demi-
gravit. 28. *Hic eſt autem numerus eo-*
rum, quos abduxit Nabuchodonoſor; anno ſeptimo, tria millia & viginti tres
Judæos ; 29. *Anno octavo-decimo abduxit Nabuchodonoſor de Jeruſalem,*
animas octingentas & triginta duas. 30. *Anno autem Nabuchodonoſor vige-*
ſimo tertio, abduxit Nabuzardan, ſatellitum princeps, animas Judæorum
ſeptingentas & quadraginta quinque. Omnes animæ ſimul fuerunt quatuor millia
& ſexcentæ. 31. *Anno trigeſimo ſeptimo poſtquàm Joachin, rex Juda, fuerat*
tranſductus, menſe duodecimo, die menſis vigeſimâ quintâ, Evilmerodach,
rex Babylonis, anno ipſo regni ſui, recenſuit Joachin, regem Juda, &
eum

הראש ואת צפניה כהן המשנה
ואת שלשת שמרי הסף : 25. ומן
העיר לקח סרים אחד אשר היה
פקיד על אנשי המלחמה ושבעה
אנשים מראי פני המלך אשר נמצאו
בעיר ואת ספר שר הצבא המצבא
את עם הארץ וששים איש מעם
הארץ הנמצאים בתוך העיר : 26.
ויקח אותם נבוזראדן רב טבחים ׀
וילך אותם אל מלך בבל רבלתה :
27. ויכה אותם מלך בבל ׀ וימתם
ברבלה בארץ חמת ׀ ויגל יהודה
מעל אדמתו : 28. זה העם אשר
הגלה נבוכדראצר בשנת שבע
יהודים שלשת ׀ אלפים ועשרים
ושלשה : 29. בשנת שמונה עשרה
לנבוכדראצר מירושלם נפש שמנה
מאות שלשים ושנים : 30. בשנת
שלש ועשרים לנבוכדראצר הגלה
נבוזראדן רב טבחים יהודים נפש
שבע מאות ארבעים וחמשה ׀ כל
נפש ארבעת אלפים ושש מאות :
31. ויהי בשלשים ושבע שנה
לגלות יהויכן מלך יהודה בשנים
עשר חדש בעשרים וחמשה לחדש
נשא אויל מרדך מלך בבל בשנת
מלכתו את ראש יהויכין מלך יהודה ׀
ויצא אתו מבית הכליא : 32. וידבר
אתו טבות ׀ ויתן את כסאו ממעל
לכסא מלכים אשר אתו בבבל :
33. ושנה את בגדי כלאו ׀ ואכל
לחם לפניו תמיד כל ימי חיו : 34.
וארחתו ארחת תמיד נתנה לו מאת
מלך בבל דבר יום ביומו עד יום
מותו כל ימי חייו :

eum è custodiâ eduxit. 32. *Eundem benignè allocutus est, thronumque ejus*
thronis cæteris regum, qui cum eo Babylone erant, fecit excelsiorem. 33. *Ille*
autem, mutatis vestibus, quas in carcere induerat, de mensâ regiâ, præsente
rege, cibum habuit, quandiù vixit. 34. *Quippe ei, dum vixit & donec mo-*
reretur, annona perpetua, mandante Rege, suppeditabatur in singulos dies.

---

1. חמיטל, *Amital.* Ita legitur loco parallelo, *II. Reg. cap. 24. v. 18.* Itaque sine causâ legitimâ Masoretæ inducunt חמוטל, quanquam ita Chaldæus. Credidêre plerique Intt. Jeremiæ non esse hoc ultimum caput, atque id persuadere videbantur ultima hæc verba capitis superioris, *hîc desinunt verba Jeremiæ.* De eâ re vide Grotium, aut Edmundum Calmet.

3. על אף יהוה, *ad iram Domini;* hæc verba, quæ nihil significant, emendanda sunt ex loco parallelo, *II. Reg. cap. 24. v. 3.* ut legatur, על פי, *de verbis* (*Domini.*) Vide dicta ad ejusdem capitis versum 20. Fuit littera פ ab Scribis trajecta, & littera י in א mutata; quos duos errores non uno loco jam deprehendimus.

8. בערבת ירחו: Meliùs unus Codex Orat. בערבות יריחו, *in campestribus Jericho.* Sic plenè יריחו Codex Sam. Pent. nec non Codices hodierni antiquiores.

11. בבית הפקדת, *in domo custodiæ.* Perperàm בית Masoretæ, extrito altero ב. Nam rectè prius ב non omittitur, quomodò non omittitur, cùm scribitur נתן ביד, *tradere in manum.*

12. בעשור לחדש, *die mensis decimâ.* Loco parallelo, versu 8. *septimâ;* vide quæ ad eum locum diximus.

15. יתר האמון, *cæteram multitudinem.* Lege ההמון, ut loco parallelo, *cap. 25. v. 11.* Quippe אמון duceretur ex radice אמן, ad quam nihil pertinet de *multitudine.*

18. הסרות: Lege, הסירות, *ollas*, ut alibi passim, & ut lego in Codicibus tribus. ...יעים: Nos, *creagras*, ex Vulgato; nam incertus est hujus vocabuli significatus, quod quidem Græci Intt. convertunt alio & alio modo in diversis locis. Sed rectè observat Grotius, aliud hîc significari, quàm *scopas*, quæ non tanti erant, ut eas Chaldæi auferrent. Significatur aliquod vas æneum, seu *pala*, seu *phiala*, aut simile.

20. תחת המכנות: Vulgatus, (*vitulos duodecim*) *qui erant sub basibus.* Atqui *boves* illi non erant *sub basibus*, sed ipsi erant pro basibus mari æneo. Omninò addendum הים post תחת, ut sit *sub mari.* Ita Græci Intt. *ὑποκάτω τῆς θαλάσσης*, *sub mari;* deinde legendum והמכנות, *& bases*, addito nexu ו. Omissum fuit הים, quòd idem in lineâ erat superiore, oculis Scribæ ex unâ lineâ in alteram deerrantibus.

31. בעשרים וחמשה לחדש, *die mensis vigesimâ quintâ.* Loco parallelo, *II. Reg. cap. 25. v. 27. vigesimâ septimâ;* vide quæ ibi diximus. ...יהויכן, *Joachin;* Codices plerique יהויכין, ut infra. ...הכליא, *carceris.* Rectè Masora, הכלוא; non minùs rectè הכלא, Codex Reg. 29.

32. מלכים, *regum.* Meliùs המלכים, ut Masora emendat, & ut lego in Codicibus tribus.

33. חיו, *vitæ ejus:* Lego חייו in duobus Codicibus; sic solet scribi, & sic legendum monent Masoretæ.

איכה

THRENI.

CAPUT I.

Jeremias lamentatur Jerusalem, olim dominam gentium, nunc tributo servientem, civesque ejus abductos in servitutem. Orat Deum, ut hostibus ejus debitas vices rependat.

1. *Quomodò sedet sola civitas!*
Quomodò quæ civibus affluebat, vi-
duata est; quæ dominabatur gentibus,
& provinciis imperabat, servit tri-
buto! 2. *Flet assiduè per noctem,*
genæ ejus madidæ lacrymis; nemo
est ex omnibus ejus amicis, qui eam
consoletur; familiares ejus ipsam
deseruerunt, facti sunt ei inimici.
3. *Migravit Juda; sedet in afflic-*
tione & in gravi servitute apud gen-
tes, nec reperit quietem; omnes qui
eam persequuntur, assequuntur eam
in locorum angustiis. 4. *Viæ Sion*
lugent, quia non sunt qui veniant ad
solemnitatem; omnes portæ ejus de-
sertæ sunt; sacerdotes ejus suspi-
rant, virgines ejus edunt gemitus,
ipsa autem amaritudine conficitur.
5. *Hostes ejus ad summum venerunt;*
inimici ejus prosperis rebus utuntur,
quoniam Dominus ob scelera ejus

1. איכה ישבה בדד העיר רבתי
עם היתה כאלמנה • רבתי בגוים
שרתי במדינות היתה למס :
2. בכו תבכה בלילה ודמעתה
על לחיה • אין לה מנחם מכל
אהביה • כל רעיה בגדו בה • היו לה
לאיבים :
3. גלתה יהודה • מעני ומרב
עבדה היא ישבה בגוים • לא מצאה
מנוח • כל רדפיה השיגוה בין
המצרים :
4. דרכי ציון אבלות מבלי באי
מועד • כל שעריה שוממין • כהניה
נאנחים • בתולתיה נוגות והיא מר
לה :
5. היו צריה לראש • איביה שלו
כי יהוה הוגה על רב פשעיה •
עולליה הלכו שבי לפני צר :
6. ויצא מן בת ציון כל הדרה •
היו שריה כאילים לא מצאו מרעה •
וילכו בלא כח לפני רודף :
7. זכרה ירושלם ימי עניה

multa oppressit eam, parvuli ejus
ante hostem captivi abeunt. 6. *Mi-*
gravit ex filiâ Sion omnis decor ejus;
sunt principes ejus velut arietes, qui
pascua non reperêre, vaduntque sine
viribus ante illum, qui abigit eos.
7. *Recordatur Jerusalem, in die*
afflictionis suæ & oppressionis, om-
nium rerum desiderabilium, quæ ha-
bebat à diebus antiquis; populus ejus
cadit in manum hostis, nemine ei
auxiliante; hoc vident inimici ejus,
& in vulnere ejus lætantur. 8. *Pecca-*
tum grave admisit Jerusalem; ideò
proposita est irrisioni; eam quicunque
honorabant, nunc despiciunt, post-
quàm vident nuditatem ejus; ipsa
autem suspirat, & retrò avertitur.
9. *Apparet in ejus fimbriis ejus im-*
munditiès; qualem finem habitura
esset, oblita est; collapsa est misera-
biliter, neminem habet consolatorem.
Vide, Domine, afflictionem meam,
quoniam superbit inimicus. 10. *Ex-*
tendit hostis manum suam ad omnia
desiderabilia ejus; vidit enim gentes
ingredi sanctuarium suum, de quibus
tale acceperat mandatum: illæ in
cætus tuos non intrabunt. 11. *Omnis*
populus ejus suspirat, panem deside-
rans; tradunt pretiosa quæque pro
cibo ad reficiendam animam: vide,
Domine, & intuere, ut facta sim vilis.
12. *Adeste ad me quicunque per viam*
transitis; videte & attendite, an sit
dolor sicut est dolor meus, postquàm
Dominus affecit me malis; quæ in
die furoris sui meditatus est. 13. *De*
excelso misit ignem in ossa mea & in
ipsas medullas; expandit rete pedibus
meis; convertit me retrorsum; reddi-
dit me desolatam, totâ die mœrore
confectam. 14. *Ligatum est jugum;*
iniquitates meæ per manum ejus im-

ומרודיה כל מחמדיה אשר היו
מימי קדם בנפל עמה ביד צר ואין
עוזר לה · ראוה צרים · שחקו על
משבתה :
8. חטא חטאה ירושלם · על כן
לנידה היתה · כל מכבדיה הזילוה ·
כי ראו ערותה · גם היא נאנחה
ותשב אחור :
9. טמאתה בשוליה · לא זכרה
אחריתה ותרד פלאים · אין מנחם לה ·
ראה יהוה את עניי כי הגדיל אויב :
10. ידו פרש צר על כל
מחמדיה · כי ראתה גוים באו
מקדשה אשר צויתה · לא יבאו
בקהל לך :
11. כל עמה נאנחים · מבקשים
לחם נתנו מחמודיהם באכל להשיב
נפש · ראה יהוה והביטה · כי הייתי
זוללה :
12. לוא אליכם כל עברי דרך ·
הביטו וראו אם יש מכאוב כמכאבי
אשר עולל לי · אשר הוגה יהוה
ביום חרון אפו :
13. ממרום שלח אש בעצמתי
וירדנה · פרש רשת לרגלי · השיבני
אחור · נתנני שוממה כל היום דוה :
14. נשקד על · פשעי בידו
ישתרגו · עלו על צוארי · הכשיל
כחי · נתנני אדני בידי לא אוכל
קום :
15. סלה כל אבירי אדני בקרבי ·
קרא עלי מועד לשבר בחורי · גת
דרך אדני לבתולת בת יהודה :
16. על אלה אני בוכיה · עיני
עיני ירדה מים · כי רחק ממני מנחם
משיב נפשי · היו בני שוממים כי
גבר אויב :
17. פרשה ציון בידיה · אין מנחם
לה · צוה יהוה ליעקב סביביו צריו ·
היתה ירושלם לנדה ביניהם :
18. צדיק הוא יהוה כי פיהו
מריתי · שמעו נא כל עמים וראו
מכאבי · בתולתי ובחורי הלכו בשבי :
19. קראתי למאהבי · המה רמוני ·

כהני

כהני וזקני בעיר גועו · כי בקשו
אכל למו וישיבו את נפשם :
20. ראה יהוה · כי צר לי · מעי
חמרמרו · נהפך לבי בקרבי · כי מרו
מריתי · מחוץ שכלה חרב בבית
כמות :
21. שמעו כי נאנחה אני · אין
מנחם לי · כל איבי שמעו רעתי ·
ששו כי אתה עשית · הבאת יום
קראת · ויהיו כמני :
22. תבא כל רעתם לפניך ·
ועולל למו כאשר עוללת לי על כל
פשעי · כי רבות אנחתי ולבי דוי :

plexæ ſunt, & impoſitæ collo meo;
debilitavit robur meum Dominus,
tradiditque me in manus, ex quibus
non potero elabi. 15. *Calcavit Do-*
minus apud me omnes proceres meos;
indixit diem contra me, ut frangeret
fortes meos; torcular calcavit Domi-
nus virgini filiæ Juda. 16. *Propte-*
reà ego collacrymor; manant lacry-
mis oculi mei, quia longè eſt qui me
conſoletur, & reficiat animam meam.
Heu! filii mei deſolati ſunt, quo-
niam ſuperior eſt inimicus. 17. *Sion*
extendit palmas, neque adeſt ei con-
ſolator. Dominus undique adduxit inimicos Jacob, & Jeruſalem inter eos
ludibrio habetur. 18. *Juſtus eſt Dominus, quandoquidem ego contradixi ejus*
mandatis. Audite, quæſo, hæc omnes gentes, & videte dolorem meum; vir-
gines meæ meique juvenes captivi abeunt. 19. *Vocavi amicos meos, illi au-*
tem me abjecerunt; exſpirant in urbe mei ſacerdotes & ſenes, dum cibum
deſiderant, ut reficiant animam ſuam. 20. *Vide, Domine; nam tenent me*
anguſtiæ; viſcera mea conturbata ſunt, ſubverſum eſt in memetipsâ cor meum,
quoniam amaritudine plena ſum; foris vaſtat gladius, intus eſt imago mortis.
21. *Suſpiria mea exaudiuntur, nec tamen adeſt qui me conſoletur. Omnes*
inimici mei malà mea audiunt, indeque exſultant, quoniam tu hæc feciſti.
Adduc diem, quem indixiſti, ut fiant mei ſimiles. 22. *Veniat in conſpectum*
tuum iniquitas eorum, quanta eſt. Fac eis, ut mihi propter omnes meas ini-
quitates feciſti; multi enim ſunt gemitus mei, & ægrum eſt cor meum.

---

2. & 3. מעני ומרב עבדה, *præ afflictione, & præ multâ ſervitute:* hæc commodè adjunguntur ad ſequentia hæc, לא מצאה מנוח, *non reperit quietem;* non item commodè ad hæc, quæ antecedunt. Itaque interpunctio minor collocanda ante מעני; & ſic etiam licet interpungere antiquas Verſiones: Vide Polyglotta.... Verſu 2. בכו, *flendo;* lego בכה, formam ſolitam in duobus Codicibus Orat.

5. הוגה: Vulgatus, *locutus eſt ſuper eam;* ex Radice הגה, quæ ſignificat aliquandò *loqui*, ſed in gemitu, vel in oratione. Prætereà addit *ſuper eam.* Melior eſt ſcriptura הונה, *afflixit eam*, quam exhibent Græci Intt. qui, ἐταπείνωσεν αὐτὴν, *humiliavit eam*, & quam Syrus, qui, מכבה, *oppreſſit eam.*

6. מן בת, *ex filiâ.* Rectè Maſora מבת; nuſquam enim legitur מן ante בת; ſæpe autem מבנות; aliquandò מבת.

7. ימי עניה: Nos, *in diebus afflictionis ejus;* vix enim dubitamus, quin ſit legendum בימי. Nam convenit in ſeriem orationis, ut Jeruſalem recordetur bona quibus fruebatur, antequàm ſerviret Chaldæis, non autem mala & afflictiones; quas quidem ſentit præſentes, non recordatur præteritas. Omiſſum fuerit ב propter ſimilitudinem ejus cum ם, quod antecedit in verbo ירושלם; cujuſmodi errata jam ſæpe vidimus. ...שחקו על משבתה: Vulgatus, *deriſerunt Sabbata ejus.* Sed משבה præfixo מ nuſquam legitur pro *Sabbato* uſurpatum. Prætereà non apparet cur Chaldæi Sabbata præſertim deriderent, neque ad ſententiam talem præparant ante dicta. Vera ſcriptio eſt משברה, quam exhibet Syrus in verbo Syriaco, תברה, *contritionem ejus.*

8. לנידה, *in commotionem.* Uſitatum eſt נדה, quod idem legitur verſu 17. nuſquam לנידה, niſi hoc loco; itaque etiam caſtigatur circulo ſuperno in quibuſdam Codicibus.

12. לוא אליכם: Interpretes Recentiores nihil non comminiſcuntur, ut hæc verba convertant, quia mendum non odorantur. Vatablus: » *ne ad vos;* ſubaudi, *veniat quod accidit mihi...*

» forma est deprecantis malum : « Nos formam talem deprecationis nullibi vidimus, nec verò ullam similem profert Vatablus. Contra autem Grotius, hoc modo : *O vos omnes*, לוא non » semper est deprecantis, sed sæpe optantis, ut apparet Gen. XVII. 18. « Legitur eo Genesis loco, לו, *utinam*, non לוא; est autem לוא semper negantis, nunquam optantis, nec verò etiam לוא, pro לו, promiscuè usurpatur. Non incommodam scriptionem habuit Chaldæus הואלתיכם, *adjuro vos*, ex אל; (nam interpretatur, אשבעית לכון;) quam si non probas, possis legere לו אלי אתם, *utinam vos ad me*, vel לי. Vide quæ diximus ad *Gen. cap. 23. v. 13.*

13. וירדנה : Verbum è verbo, *& descendere fecit eum* (*ignem :*) quippe affixum ה pertinet ad nomen אש, quod est femininum ; ita Græci Intt. κατήγαγεν αὐτὸ, *demisit illud*, sive *penitus immisit ;* quod nos aliis verbis, *& in ipsas medullas.*

14. נשקד על : Vulgatus, *vigilavit jugum* (*iniquitatum mearum.*) Qualem hæc sententiam habeant videat Lector ; certè non planam. Propterea nunc anteferimus significatum, *ligatum est*, quem adducit *Kimki*, sive legas נעקד, sive נקשר; nam utrumque significat *ligare.* Scripturam נשקד, relinquere in Contextu non jam possis, ubi convertas *ligatum est ;* cùm significatum verbi שקד talem Veteres Linguæ non exhibeant. Syrus convertit, אתתעירו עלי חטהי, *insurrexerunt in me peccata mea ;* legere videtur נקשרו עלי פשעי, *colligatæ sunt contra me iniquitates meæ*, planâ sententiâ, & scripturâ hodiernæ ferè simili.

16. עיני עיני, *oculus meus, oculus meus.* Hæc iteratio non comparet apud Veteres, & nihil sapere Hebraicum potest, cùm nomen עיני nihil sit aliud in oratione quàm nominativus verbi subsequentis. Ego suspicor litteram ע, quæ עין nominatur, fuisse olim tituli loco supra hunc versum, qui incipit in litterâ ע Alphabeti ; deinde Scribæ errore ex titulo in versum descendisse, atque inde natam esse iterationem nominis עיני.

CAPUT II.

Retexuntur aliis verbis eædem calamitates Jerusalem, quæ memoratæ sunt capite superiori ; ordine item Alphabetico.

1. *Quomodò obnubilavit Domi-*
nus in irâ suâ filiam Sion, dejecit de
cœlo in terram gloriam Israel, nec
recordatus est in die iræ suæ scabel-
lum pedum suorum ! 2. *Pessundedit*
Dominus, nec pepercit ; destruxit
in furore suo cunctas habitationes
Jacob ; munitiones filiæ Juda solo
æquavit ; in contemptum adduxit
& regnum ejus & principes ejus.
3. *Decussit in suo furore omnem*
gloriam Israel ; manum ejus, hoste
adveniente, egit retrorsum ; accendit-
que in Jacob ignem, cujus flamma
omnia circum devoravit. 4. *Tetendit*
arcum suum velut inimicus ; firmavit
dexteram suam quasi hostis ; inter-
fecit in tabernaculo filiæ Sion quid-
quid erat oculis jucundum ; effudit
iram suam, velut ignem. 5. *Domi-*
nus similis fuit inimico ; pessunde-

1. איכה יעיב באפו אדני את
בת ציון · השליך משמים ארץ
תפארת ישראל · ולא זכר הדום
רגליו ביום אפו :
2. בלע אדני · לא חמל את כל
נאות יעקב · הרס בעברתו מבצרי
בת יהודה · הגיע לארץ · חלל
ממלכה ושריה :
3. גדע בחרי אף כל קרן
ישראל · השיב אחור ימינו מפני
אויב · ויבער ביעקב כאש להבה
אכלה סביב :
4. דרך קשתו כאויב · נצב ימינו
כצר · ויהרג כל מחמדי עין · באהל
בת ציון שפך כאש חמתו :
5. היה אדני כאויב · בלע ישראל ·
בלע כל ארמנותיה שחת מבצריו ·
וירב בבת יהודה תאניה ואניה :
6. ויחמס כגן שכו · שחת מעדו ·
שכח יהוה בציון מועד ושבת · וינאץ
בזעם אפו מלך וכהן :

dit Israel, cunctas arces ejus diruit,
munimenta ejus subvertit; attulit
multos filiæ Juda angores & mærores;
6. *Devastavit, quasi hortum, habi-*
taculum suum; disturbavit conventus
suos; memoriam delevit Dominus
in Sion & sabbati & solemnitatis;
abjecit in irâ suâ, & regem, & sa-
cerdotem. 7. *Repudiavit Dominus*
altare suum; sanctuarium suum as-
pernatus est, tradidit inimico arcium
suarum muros; dederunt vocem in
domo Domini tanquam in die solem-
nitatis. 8. *Consilium cepit Dominus,*
ut destrueret muros filiæ Sion; teten-
dit funem suum, nec manum suam
cohibuit, ne subverteret; luget pro-
pugnaculum & murus, simulque de-
pereunt. 9. *Jacent defixæ in terrâ*
portæ ejus; vectes ejus dissipavit &
fregit; sunt in gentibus rex ejus &
principes ejus; non est lex, neque
prophetæ à Domino visionem acci-
piunt. 10. *Sedent humi & silent senes*
filiæ Sion; consperſêre pulvere capita
sua, saccos induerunt; demittunt ad
terram capita sua virgines Jerusalem.
11. *Conficiuntur in lacrymis oculi*
mei; viscera mea conturbata sunt;
effunditur in terram jecur meum,
propter vulnus filiæ populi mei, dum
exanimantur in plateis urbis parvuli
& lactentes; 12. *Qui matribus suis*
dicunt: ubi est triticum & vinum,
dum quasi confossi in plateis urbis
exanimantur, dumque exhalant in
sinu matrum suarum animas suas.
13. *Quonam ego te ænigmate adum-*
brabo; cui similem te dicam, filia
Jerusalem, vel cui exæquabo te, ut
consoler te, virgo filia Sion? Magnum
est, velut mare, vulnus tuum; quis
medebitur tibi? 14. *Prophetæ tui*
vana tibi & inutilia videbant; non

7. זנח אדני מזבחו · נאר מקדשו ·
הסגיר ביד אויב חומת ארמנותיה ·
קול נתנו בבית יהוה כיום מועד :
8. חשב יהוה להשחית חומת
בת ציון · נטה קו · לא השיב ידו
מבלע · ויאבל חל וחומה יחדו
אמללו :
9. טבעו בארץ שעריה · אבד
ושבר בריחיה · מלכה ושריה בגוים ·
אין תורה · גם נביאיה לא מצאו חזון
מיהוה :
10. ישבו לארץ · ידמו זקני בת
ציון · העלו עפר על ראשם · חגרו
שקים · הורידו לארץ ראשן בתולת
ירושלם :
11. כלו בדמעות עיני · חמרמרו
מעי · נשפך לארץ כבדי על שבר
בת עמי · בעטף עולל ויונק ברחבות
קריה :
12. לאמתם יאמרו · איה דגן
ויין · בהתעטפם כחלל ברחבות עיר ·
בהשתפך נפשם אל חיק אמתם :
13. מה אעודך · מה אדמה לך
הבת ירושלם · מה אשוה לך ואנחמך
בתולת בת ציון · כי גדול כים שברך ·
מי ירפא לך :
14. נביאיך חזו לך שוא ותפל ·
ולא גלו על עונך להשיב שביתך ·
ויחזו לך משאות שוא ומדוחים :
15. ספקו עליך כפים כל עברי
דרך · שרקו וינעו ראשם על בת
ירושלם · הזאת העיר שיאמרו
כלילת יפי משוש לכל הארץ :
16. פצו עליך פיהם כל איביך ·
שרקו ויחרקו שן · אמרו בלענו · אך
זה היום שקוינהו מצאנו ראינו :
17. עשה יהוה אשר זמם · בצע
אמרתו אשר צוה מימי קדם · הרס
ולא חמל · וישמח עליך אויב · הרים
קרן צריך :
18. צעק לבם אל אדני חומת
בת ציון · הורידי כנחל דמעה יומם
ולילה · אל תתני פוגת לך · אל תדם
בת עינך :

19. קומי רני בליל לראש
אשמרות · שפכי כמים לבך נכח
פני אדני · שאי אליו כפיך על נפש
עולליך העטופים ברעב בראש כל
חוצות :
20. ראה יהוה והביטה · למי
עוללת כה · אם תאכלנה נשים
פרים עללי טפחים · אם יהרג
במקדש אדני כהן ונביא :
21. שכבו לארץ חוצות נער
וזקן · בתולתי ובחורי נפלו בחרב ·
הרגת ביום אפך · טבחת לא חמלת :
22. תקרא כיום מועד מגורי
מסביב · ולא היה ביום אף יהוה
פליט ושריד · אשר טפחתי ורביתי
איבי כלם :

aperiebant iniquitatem tuam , ut
averterent captivitatem tuam ; vide-
bant tibi viſiones falſas & rejectaneas.
15. *Complodunt ſuper te manus qui*
per viam tranſeunt ; ſibilant & movent
caput in filiam Jeruſalem. Hæccine
urbs eſt , quam dicebant eſſe perfecti
decoris , univerſæque terræ delicias !
(16.) *Aperiunt in te os ſuum omnes*
inimici tui , ſibilant , dentibus fren-
dent & dicunt ; prædæ potimur ,
atque hæc dies eſt , quam ſperabamus ;
hanc reperimus , hanc videmus.
17. *Fecit Dominus quæ meditaba-*
tur ; curavit , ut perficerentur man-
data , quæ jam olim dederat ; evertit ,
nec pepercit ; gaudium fecit de te
inimicis tuis ; extulit cornu hoſtium tuorum. 18. *Clamat cor eorum , Domi-*
ne , ad virginem , filiam Sion : deduc , quaſi torrentem ; lacrymas die ac nocte ;
noli intermittere ; ne quieſcat oculi tui pupilla. 19. *Surge , clama per noc-*
tem , in principio vigiliarum ; effunde coram Domino , velut aquam , cor
tuum ; protende ad eum palmas tuas , propter animas parvulorum tuorum ,
qui fame exanimantur in capitibus omnium viarum. 20. *Vide , Domine ,*
& conſidera , num cui tale quidquam feceris. Fuit ne unquam , ut comederent
mulieres uteri ſui fructus , filiolos parvulos ? ut occideretur in ſanctuario Do-
mini & ſacerdos & propheta ? 21. *Jacent ſparſi in plateis puer & ſenex ;*
gladio ceciderunt virgines meæ meique juvenes ; ſtragem edidiſti in die fu-
roris tui ; occidiſti , nec peperciſti. 22. *Advocaſti undique terrores , tanquam*
ad diem ſolemnitatis ; nemo evaſit in die furoris Domini ; nemo eſt ſuperſtes ;
quos parvulos educavi & nutrivi , eos delevit inimicus meus.

---

2. לא חמל , *non pepercit.* Maſora ולא , tanquam ſine ו eſſet vitioſum ; ſed infrà v. 21. legitur לא , ſine ו , neque id Maſoretæ caſtigant : tam benè unum , quàm alterum. ...חלל. Nos , *in contemptum adduxit* , ex ſignificatu *commune facere* , vel *rebus profanis annumerare* , quod idem eſt atque , *in contemptum adducere* , dictum de regno & de principibus.

3. השיב אחור ימינו , *manum ejus egit retrorſum.* Poſſis convertere , *manum ſuam* , tanquam Dei manum ; ſed quia ſequitur מפני איב , *à facie inimici* , quæ verba indicant pavorem , aut fugam , ante hoſtes advenientes , maluimus , *manum ejus* (*Iſrael ;*) ut ſignificetur Deum avertiſſe retrò manum Iſrael , ne vinceret hoſtes ſuos ; cùm præſertim verſu inferiore de manu Dei dicatur , contrariam in ſententiam , *firmavit dexteram ſuam.*

6. שכו , *habitaculum ſuum.* Codex Orat. 42. סכו , quod meliùs , quia Radix eſt סכך , *tegere ;* nec alibi reperitur cum ש : vide Concordantias Buxtorfianas. ...מעדו , *conventum ſuum.* Lege מועדו , plenè , ut habet Codex Orat. 53. niſi מועדיו , ut legit Syrus.

11. נשפך לארץ כבדי , *effunditur in terram jecur meum ;* hoc eſt , ſenſus mei collabuntur , & quaſi ad terram effunduntur ; nam Hebræis , in jecore ſenſuum domicilium ; vide dicta ad *Pſ. 7. v. 6.* Exiſtimat Edm. Calmet , ſignificari hâc figurâ ſermonis vomitum ex bili redundante & in ſtomachum refluente. Sed nuſquam legitur in Sacris Codicibus , partem eſſe doloris vomitum ; neque eſt hujus loci imago fœda vomitûs.

13. מה אעידך : Arias , *quid teſtificari faciam tibi ?* Potuit convertere , *quomodò te conteſtabor* ,
vel

vel *hortabor ;* ſed ex Radice עד nulla ſententia bona oritur. Germana ſcriptio eſt אחידך, quam exhibet Vulgatus, qui, *cui comparabo te*, ex Radice חיד, *ænigma*, ſive *ſimilitudo*, quæ eadem eſt ac משל. Talis ſignificatus apprimè convenit cum verbis parallelis אדמה, *comparabo*, אשוה, *exæquabo.*

14. לא גלו על עונך, *non aperiebant iniquitatem tuam.* Non dubium quin את, non verò על; nam verbum גלה, *aperire*, vult accuſandi caſum antè rem quæ aperitur, rècuſat על ante eundem caſum.

16. פצו, *aperuerunt.* Hic verſus, qui orditur in litterâ פ, litteram ע, quam exſequitur verſus inferior, antecedit, quam tamen ſubſequi deberet, ſi ratio habetur Alphabetici ordinis. Grotius, cur ordo litterarum ע & פ non ſervetur, cauſam profert talem : » Cujus » rei non aliam conjectare poſſum rationem, quàm quòd Chaldæi alio ordine ſunt uſi, quàm » Hebræi, ſicut & Arabes aliter digerunt litterarum ordinem. Et in Phænicum Alphabeto » Koph litera præceſſit literam Tſade. Itaque primo capite loquitur Jeremias ut Hebræus ; » ſequentibus ut Chaldæorum ſubditus. « Poterat Grotius conjectare ordinem litterarum, פ & ע, perturbaſſe Scribas hoc capite & ſeqq. duobus, quia, cur turbatè ſcriberent, cauſam aliquam habuiſſent, quanquam non notam ; non turbaſſe autem capite 1. quia non ſuberat cauſa talis. Nimirum fieri potuit ut Scriba, qui Codicem eum deſcripſit, unde perturbatio hæc in cæteros Codices allata eſt, cùm omiſiſſet initio paginæ verſum eum, qui litteram פ habebat initialem, eum deinde ſupra paginam & ſupra litteram ע adderet, quia per Alphabeticam ſeriem de ſuo errore admonebatur : cur autem omiſerit ſimiliter capp. 3. & 4. eandem litteram פ ſuo in ordine collocare, eandem cauſam habere potuit, quam habuerat cap. 2. quoniam eadem Littera פ poſt idem paginæ ſpatium recurreret, & cum ſimili errandi occaſione. Hæc veriſimiliùs dicuntur, quàm dixit Grotius Jeremiam primum caput ſcripſiſſe, ut Hebræum ; tria capita ſequentia, ut ſubditum Chaldæis. ...שקינוהו, *quem ſperabamus :* lege שקוינוהו, plenè, ut habetur in Codice Orat. 42.

18. צעק לבם אל אדני חומת, *clamat cor eorum ad Dominum murorum.* Hæc menda ſic caſtigamus, צעק לבם אדני אל בתולת, *clamat cor eorum, Domine, ad virginem (filiam Sion.)* 1°. Ordinem eum ſtatuimus, אדני אל, ut אדני ſit in vocandi caſu, & ut אל ad ſequentia pertineat ; nam אל אדני, *ad Dominum*, non convenit inimicis Iſrael hìc loquentibus ; neque verò etiam ipsì Iſrael, quanquam Iſrael loqueretur ; nam in ſequentibus ſit ſermo ad filiam Sion, non *ad Dominum.* 2°. Legimus בתולת, *virginem*, pro חומת, *muri.* Nempe, *contra Dominum muri*, cùm loquendi forma falſa eſt & inaudita, ut ſignificetur Deus populi Iſrael, tum etiam per ſeriem excluditur. Quòd ſi vertes cum Ariâ, *mure filiæ Sion deſcendere fac veluti torrentem lacrymam interdiu ac noctu ;* quis credet Jeremiam hortari mœnia Jeruſalem, ut lacrymas die ac nocte profundant ? Minuitur profectò Sacrorum Codicum majeſtas, dum abſurda hæc in Sacros Scriptores conferuntur. Hæc abſurda evitabat Vulgatus, cùm converteret, *ſuper muros*, quod non licebat, quia præpoſitio על, *ſuper*, abeſt à Contextu. Denique iſti *muri*, quomodocunque eos in oratione colloces, nihil habere poſſunt, quod quadret in ſententiam.

20. פרים, *fructus.* Quanquam convertas, *fructus ſuos*, quaſi eſſet פריהן, ne id quidem placebit exercitato Lectori. Addit Chaldæus, במעיהון ; ſimiliter Græci Intt. κοιλίας αὐτῶν, *ventris ſui ;* ſic loqui ſolent Sacri Scriptores ; nec meminimus, uſquam vidiſſe *fructum mulieris*, pro *fructu uteri ejus ;* cur מעיהן, *uteri ſui*, omitteretur, occaſio eſſe potuêre duæ litteræ מע, priores, quarum una claudit verbum, quod antecedit ; altera inchoat illud, quod ſubſequitur, ſaltum faciente Librario, & litteras medias omittente.

CAPUT III.

Mala ſua urget lacrymis & planctu, dum in carcere deliteſcit; docet Deum videre mala, quæ ſibi & ſuis civibus adveniunt; ſed inquirendum eſſe unicuique in vias ſuas & pœnitendum; tum fore, ut Deus reddat inimicis ſuis mala, quibus affecit populum ſuum.

1. *Ego homo ſum expertus in*
malis, propter virgam furoris ejus.
2. *Ille duxit me, & in tenebras ad-*
duxit, non in lucem. 3. *Nimirùm*
averſus eſt, reduxitque in me totâ die
manum ſuam. 4. *Carnem meam*
pellemque attrivit, comminuitque
oſſa mea. 5. *Fecit contra me ſubſ-*
tructiones, vallavit me felle ac labo-
ribus. 6. *Collocavit me in tenebris,*
ut eos qui jacent in morte ſempiternâ.
7. *Circumſepiit me, ne quà exeam;*
addidit pondus catenis meis. 8. *Imò,*
clamante me ac vociferante, compri-
mit orationem meam. 9. *Iter meum*
præcluſit ſectis lapidibus; ſubvertit
ſemitas meas. 10. *Ille mihi urſus*
inſidiator; ille, leo in latibulis.
11. *Diſturbavit calles meos, & in*
me graſſatus eſt; fecit me deſolatum.
12. *Tetendit arcum ſuum, fecitque*
me ut ſcopum ad ſagittam. 13. *Infi-*
xit renibus meis pharetræ ſuæ filias.
14. *Ego ſum ludibrio univerſo po-*
pulo meo; totam diem materia can-
tionum eorum. 15. *Satiavit me*
amaritudinibus; inebriavit me ab-
ſynthio. 16. *Comminuit, quaſi cal-*
culum, dentes meos; cibavit me pul-
vere. 17. *Longè repulſa eſt à pace*
anima mea; immemor ſum bonorum;
18. *Dixique: periit, Deo ſic volen-*
te, robur meum & ſpes mea; 19. *Reco-*

1. אני הגבר ראה עני בשבט
עברתו : 2. אותי נהג וילך חשך
ולא אור : 3. אך בי ישב יהפך
ידו כל היום :
4. בלה בשרי ועורי · שבר
עצמותי : 5. בנה עלי · ויקף ראש
ותלאה : 6. במחשכים הושיבני
כמתי עולם :
7. גדר בעדי ולא אצא · הכביד
נחשתי : 8. גם כי אזעק ואשוע
שתם תפלתי : 9. גדר דרכי
בגזית · נתיבותי עוה :
10. דב ארב הוא לי · אריה
במסתרים : 11. דרכי סורר
ויפשחני · שמני שומם : 12. דרך
קשתו ויציבני כמטרא לחץ :
13. הביא בכליתי בני אשפתו :
14. הייתי שחק לכל עמי · נגינתם
כל היום : 15. השביעני במרורים ·
הרוני לענה :
16. ויגרס בחצץ שני · הכפישני
באפר : 17. ותזנח משלום נפשי ·
נשיתי טובה : 18. ואמר אבד
נצחי ותוחלתי מיהוה :
19. זכר עניי ומרודי לענה וראש :
20. זכור תזכור ותשיח עלי נפשי :
21. זאת אשיב אל לבי על כן
אוחיל :
22. חסדי יהוה כי לא תמנו ·
כי לא כלו רחמו : 23. חדשים
לבקרים · רבה אמונתך : 24. חלקי
יהוה אמרה נפשי · על כן אוחיל
לו :

gitans afflictionem meam & acerbitatem & absynthium & fel. 20. *Hæc assiduè recogitat & secum ipsa meditatur anima mea ;* 21. *Hæc autem in corde meo reponam, atque inde erit ut non me deserat spes.* 22. *Miseratio Domini hæc est, quòd me non penitus delevit ; neque enim exhaustæ sunt misericordiæ ejus.* 23. *Illæ singulo mane renovantur ; multa est veritas tua.* 24 *Pars mea Dominus, dixit anima mea ; ideò ei præstolabor.* 25. *Bonus est Dominus expectanti eum ; animæ quærenti eum.* 26. *Bonum est sperare in silentio salutem Dei.* 27. *Bonum est homini ferre jugum ab adolescentiâ suâ.* 28. *Sedebit solitarius & tacebit, cùm tulerit jugum ejus ;* 29. *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes ;* 30. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* 31. *Non enim Dominus in perpetuum aversabitur.* 32. *Sed idem, postquàm afflixerit, miserebitur juxta plurimam suam benignitatem.* 33. *Non enim suâ sponte affligat, opprimit-ve filios hominum usque eò,* 34. *Ut calcet homo sub pedibus suis universos terræ captivos ;* 35. *Ut pervertat, præsente Altissimo, judicium hominis ;* 36. *Ut hominem in lite ejus supplantet, dicens : Dominus non videt.* 37. *Quis ille est, quo jubente aliquid fiat, neque id Dominus mandârit ;* 38. *Neque ex ore Altissimi bona pariter & mala extiterint ?* 39. *Quorsum homo vivens queritur ; quorsum vir, in peccato suo ?* 40. *Scrutemur vias nostras, & penitùs inquiramus, ut ad Dominum revertamur.* 41. *Tollamus in manibus nostris cor nostrum ad Deum in cælos.* 42. *Nos enim iniquè egimus & rebelles fuimus ; tuque adeò*

25. טוב יהוה לקוו · לנפש
תדרשנו ׃ 26. טוב ויחיל ודומם
לתשועת יהוה ׃ 27. טוב לגבר
כי ישא על בנעוריו ׃
28. ישב בדד וידם · כי נטל
עליו ׃ 29. יתן בעפר פיהו · אולי
יש תקוה ׃ 30. יתן למכהו לחי ·
ישבע בחרפה ׃
31. כי לא יזנח לעולם אדני ׃ 32.
כי אם הוגה ורחם כרב חסדו ׃
33. כי לא ענה מלבו ויגה בני
איש ׃
34. לדכא תחת רגליו כל
אסירי ארץ ׃ 35. להטות משפט
גבר נגד פני עליון ׃ 36. לעות
אדם בריבו · אדני לא ראה ׃
37. מי זה אמר ותהי · אדני לא
צוה ׃ 38. מפי עליון לא תצא
הרעות והטוב ׃ 39. מה יתאונן
אדם חי · גבר על חטאו ׃
40. נחפשה דרכינו ונחקרה ·
ונשובה עד יהוה ׃ 41. נשא
לבבנו אל כפים אל אל בשמים ׃
42. נחנו פשענו ומרינו · אתה לא
סלחת ׃
43. סכותה באף ותרדפנו ·
הרגת לא חמלת ׃ 44. סכתה בענן
לך מעבור תפלה ׃ 45. סחי ומאוס
תשימנו בקרב העמים ׃
46. פצו עלינו פיהם כל איבינו ׃
47. פחד ופחת היה לנו · השאת
והשבר ׃ 48. פלגי מים תרד עיני
על שבר בת עמי ׃
49. עיני נגרה ולא תדמה מאין
הפגות ׃ 50. עד ישקיף וירא
יהוה משמים ׃ 51. עיני עוללה
לנפשי מכל בנות עירי ׃
52. צוד צדוני כצפור איבי חנם ׃
53. צמתו בבור חיי · וידו אבן
בי · 54. צפו מים על ראשי ·
אמרתי נגזרתי ׃
55. קראתי שמך יהוה מבור
תחתיות ׃ 56. קולי שמעת · אל
תעלם אזנך לרוחתי לשועתי ׃ 57.

non pepercisti. 43. *Tacuisti in irâ*
tuâ & persecutus es nos ; occidisti ,
nec miseratus es. 44. *Involvisti te*
nube , ne oratio aditum haberet.
45. *Sic nos reddidisti apud populos ,*
ut sordes quæ abjiciuntur. 46. *Ape-*
ruerunt os suum contra nos omnes
inimici nostri. 47. *Versamur mediis*
in formidinibus & laqueis , in vasti-
tate & clade. 48. *Rivos aquarum*
deducit oculus meus , propter vulnus
filiæ populi mei. 49. *Dissolvitur*
oculus meus, nec habet intermissionem,
quia non datur quies. 50. *Donec*
respiciat Dominus, & videat de cœlis.
51. *Conficit memetipsum oculus*
meus , propter omnes urbis meæ filias. 52. *Venantur me , tanquam avem ,*
qui me sine causâ oderunt : 53. *Detruserunt in lacum vitam meam , & lapi-*
dem super me posuerunt. 54. *Operuerunt aquæ caput meum ; dixi , actum*
de me est. 55. *Invocavi nomen tuum , Domine , de lacu inferiori.* 56. *Au-*
divisti vocem meam ; ne avertas aurem tuam à clamore meo , ut salvum me
facias. 57. *Propè adfuisti , quem diem invocavi te ; dixisti , noli timere.*
58. *Egisti , Domine , causam animæ meæ ; redemisti vitam meam.* 59. *Vi-*
disti , Domine , ærumnas meas ; judica judicium meum. 60. *Vidisti om-*
nem furorem eorum , omnia eorum de me consilia. 61. *Audisti contumelias*
eorum , Domine ; omnes eorum adversùm me molitiones , 62. *Verba eorum*
qui mihi adversantur , quotidianasque eorum de me cantiones. 63. *Considera*
eos & sedentes & stantes ; ego sum materia cantionum eorum. 64. *Tu eis ,*
Domine , reddes mercedem , quam promeruêre operibus manuum suarum.
65. *Mittes eis cordis insipientiam , eisque maledices.* 66. *Persequêris eos in*
irâ tuâ , Domine , & sub cœlis abolebis eos.

קרבת ביום אקראך · אמרת אל
תירא :
58. רבת אדני ריבי נפשי · גאלת
חיי : 59. ראיתה יהוה עותתי ·
שפטה משפטי : 60. ראיתה כל
נקמתם · כל מחשבתם לי :
61. שמעת חרפתם יהוה · כל
מחשבתם עלי : 62. שפתי קמי
והגיונם עלי כל היום : 63. שבתם
וקימתם הביטה · אני מנגינתם :
64. תשיב להם גמול יהוה
כמעשה ידיהם : 65. תתן להם
מגנת לב · תאלתך להם : 66.
תרדף באף ותשמידם מתחת שמי
יהוה :

---

1. אני הגבר , *ego homo sum.* Habet Emphasin τὸ ה demonstrativum , ut significetur , *ego ille sum qui...* quasi diceret Propheta ; homines possunt discere ab exemplo meo , quid sit mala experiri , & plecti , Deo puniente. Vulgatus interpretatur עני , *paupertatem meam* , addens *meam* , quasi legeretur ענײ , ut versu 19. Sed enim aguntur in genere calamitates , seu res adversæ , & præfatur Jeremias per hanc sententiam , quam mox exhibuimus , ad demonstranda mala quæ patitur.

10. אריה , *leo.* Masora יתיר ה , *superfluit* ה ; sine causâ ; nam tàm sæpe usurpatur אריה , quàm ארי. Sed fieri potest , ut nota hæc marginalis , multæque aliæ similes , pro uno tantùm Codice factæ essent ; Emendatore admonente Scribam , non extare in Codice eo , quem descripsit , litteram hanc , aut illam , quam docet esse supervacaneam.

13. בכליתי , *in renibus meis.* Codices duo Orat. בכליותי , plenè , & sic sæpe in Pentateucho supplent hodierni ipsi Codices litteram ו , quæ abest ab Impressis ; nunquam verò eandem omittit Codex Samariticus.

16. בחצץ , *calculo* (*fregit dentes meos.*) Grotius & Vatablus ita explicant : » immiscuerunt » calculos panibus meis , quorum esu attriti sunt dentes mei. « Sed nihil de *esu* lapidum Pagina Sacra ; & mox sequitur, *cibavit me pulvere* , qui cibus excludit esum istum lapidum. Nos exsequimur scripturam כחצץ , *quasi calculum* , ut dicat Jeremias , fregit dentes meos , donec

essent

essent quasi lapilli minuti, vel arena. Similitudo ducta est ex pugile, qui frangit pugno adversarii maxillam, eumque sternit cogitque mandere humum; propterea sequitur, *cibavit me pulvere.*

19. ומרודי : Vulgatus, *& transgressionis meæ;* parùm id commodè, quia non parallelum, nec *afflictioni*, nec *felli*, nec *absynthio.* Neque convenit *planctûs*, quia talis significatus vocabuli מרוד nusquam reperitur. Omninò legendum ומרירי, *& amaritudinis meæ*, vel *acerbitatis*, quomodò Castalioni legendum videbatur. In eandem sententiam Chaldæus, דאמרירו בי סנאי, *quòd ad amaritudinem me duxerunt inimici mei.*

22. כי לא תמנו, *quia non consumpti sumus.* Græci Intt. ὅτι οὐκ ἐξέλιπέ με, *quia non deseruit me;* legunt תמני; quæ scriptio melior videtur, quia de se uno locutus est Propheta in antecedentibus; adhuc loquetur, versu 24.

28. כי נטל עליו : Vulgatus, *quia levavit super se*, ex Græcis Intt. Fortè credidit subintelligi à Prophetâ *jugum*, de quo jugo versus superior. Multò melius עלו, *jugum ejus;* nisi fortè עליו עלו, *jugum ejus super se.* Loquitur Jeremias de Deo in tertiâ personâ, quem tenorem servat usque ad versum 42. Syrus, נירך, *jugum tuum*, mutans personam, cùm legeret עלך; hoc tantùm rectè, quòd habuit על ut *jugum*, non autem ut præpositionem *super.*

32. & 33. כי אם הוגה, *sed postquàm afflixerit;* sic interpretamur ex scriptione הונה, ex ינה, *opprimere*, quæ melior est, quàm הוגה, *molestiam creârit*, ex הגה, *gemere.* Nam Deus in Scripturis Sacris, cùm peccata ulciscitur, dici solet, *affligere*, sive *conterere* homines, non autem eis *molestiam creare.* Itaque sequuntur plerique Veteres hoc versu & sequenti radicem ינה, ferè eandem ac ענה.

34. לדכא, *ut contereret.* In Hodiernis Codicibus, ut & apud Vulgatum & Græcos Intt. verbum *contereret* de Deo dicitur, qui *conterit;* atque inde nascitur hujus loci difficultas; neque enim dixerit Jeremias, Deum *conterere homines & pervertere judicium in conspectu Altissimi*, vel, quod idem est, in *conspectu sui ipsius.* Huc adde, *pervertere judicium*, hominis esse posse, non Dei. Hoc incommodum vidit Syri Latinus Interpres, qui superiore versu addit *homo*, ex Chaldæo, ut deinde cætera verba versuum 34. & 35. haberent pro nominativo *hominem*, non *Deum.* Sed superior versus rectè de Deo accipitur, qui *non sponte suâ affligit homines*, quomodò alibi dicitur, *non vult animas perire;* & *homo* ibi potiùs addendus, ubi verisimile est Scribam omisisse nomen איש; ut, post בני איש, continenter sequatur לדכא איש, *ut conterat homo.* Omittendi alterius איש occasionem dederit, vel prius איש, vel littera א, quæ claudit verbum לדכא, & in quâ initium habet nomen איש; cujusmodi errores sæpe errant Librarii, qui ea, quæ describunt, non intelligunt.

37. מי זה אמר ותהי... : Verbum pro verbo, *quis est qui dixit & factum est (& Dominus non præcepit?)* Sed legendum ואדני, addito nexu ו, quem nexum supplent Chaldæus & Syrus per relativum ד, *quod.*

43. סכותה באף, *operuisti in furore.* Ita Vulgatus, post Græcos Intt. Nos, ne sententia hæreat, interpretamur, *tacuisti*, ex significatu verbi סכת, Arabico, *silere*, eoque frequentissimo. Licet etiam convertere, *respexisti*, ex סכה, Chaldaico, *respicere.* Requirit oratio verbum neutrum, quia non est verbi casus, & quia non licet advocare ex sequenti verbo, תרדפנו, affixum נו.

46. פצו, *aperuerunt.* Littera פ Alphabetica ante litteram ע; vide dicta ad caput superius, v. 16.

56. לרוחתי, *ad respirationem meam;* לשועתי, *ad clamorem meum.* » Ordo dictionum inversus » (inquit Vatablus;) *ne abscondas aurem tuam ad clamorem meum, propter respirationem*, i. e. » ut respirare me sinas. « Ita fingunt novi Interpretes novas scribendi formas, ut menda, quæ non vident, expediant: Vulgatus, *à singultu meo*, ex scripturâ לצוחתי, eâque germanâ; ita ferè Græci Intt. εἰς τὴν δέησίν μου, *ad orationem meam.* Iidem posteà, εἰς τὴν βοήθειάν μου, *ad auxilium meum*, quoniam legunt לישועתי, *ad salutem meam*, ut & legendum.

60. כל נקמתם : Rectè Vulgatus, *omnem furorem*, ex Arab. significatu נקם, *iratum esse;* quem significatum adhibuimus, *Ps. 8. v. 3.* ubi vide.

65. מגנת לב, *insaniam cordis.* Ita Lud. Cappellus in Notis Criticis, ex גן Arab. *furere, insanire, insania:* vide eum, si juvat, in hunc locum.

CAPUT IV.

Filia Sion, premente fame, non nutrit filios suos; matres coquunt infantes pueros, ut eos devorent. Filia Edom, quæ lætatur in ruinâ filiæ Sion, punietur, & captiva ducetur.

1. *Quomodò obscuratum est au-*
rum, mutatumque argentum opti-
mum; disjecti sunt lapides sanctuarii
per omnia capita viarum! 2. Filii
Sion, pretiosi, auro mundo compa-
rabiles, quomodò reputantur ut vasa
testacea, opus manuum figuli.
3. Etiam dracones exeruntmammam,
ut lactent catulos suos; filia autem
populi mei crudelis est, ut in deserto
struthiones. 4. Hæret, præ siti, lin-
gua lactentis palato ejus; parvuli
petunt panem, quem nemo est qui
porrigat eis. 5. Qui delicatè nutrie-
bantur, in vicis contabescunt; qui
educabantur in purpurâ, in stercore
volutantur. 6. Major est iniquitas
filiæ populi mei peccato Sodomæ,
quæ momento uno subversa est, & in
quâ manus non laborârunt. 7. Lecti
homines ejus erant nive puriores &
lacte candidiores; vultus eorum pyro-
pis rubicundiores; ut saphirus statura
eorum. 8. Decor eorum fuligine
obscurior est; non agnoscuntur in
plateis; pellis eorum adhæret ossibus
ipsorum; arida est tanquam lignum.
9. Meliùs fuit iis qui gladio, quàm
iis qui fame perierunt; illi enim
citiùs, quàm fruges agri, gladio
resecti abierunt, 10. Manus mollium
feminarum coxêre filios suos, qui
fuêre illis pro cibo, in vulnere filiæ
populi mei. 11. Dominus iræ suæ

1. איכה יועם זהב · ישנא הכתם הטוב · תשתפכנה אבני קדש בראש כל חוצות :
2. בני ציון היקרים המסלאים בפז · איכה נחשבו לנבלי חרש מעשה ידי יוצר :
3. גם תנין חלצו שד היניקו גוריהן · בת עמי לאכזר כי ענים במדבר :
4. דבק לשון יונק אל חכו בצמא · עוללים שאלו לחם · פרש אין להם :
5. האכלים למעדנים נשמו בחוצות · האמנים עלי תולע חבקו אשפתות :
6. ויגדל עון בת עמי מחטאת סדם · ההפוכה כמו רגע ולא חלו בה ידים :
7. זכו נזיריה משלג · צחו מחלב · אדמו עצם מפנינים · ספיר גזרתם :
8. חשך משחור תארם · לא נכרו בחוצות · צפד עורם על עצמם · יבש היה כעץ :
9. טובים היו חללי חרב מחללי רעב · שהם יזבו מדקרים מתנובות שדי :
10. ידי נשים רחמניות בשלו ילדיהן · היו לברות למו בשבר בת עמי :
11. כלה יהוה את חמתו · שפך חרון אפו · ויצת אש בציון ותאכל יסדתיה :
12. לא האמינו מלכי ארץ וכל ישבי תבל · כי יבא צר ואויב

בשערי ירושלם ׃
13. מחטאת נביאיה עונות כהניה
השפכים בקרבה דם צדיקים ׃
14. נעו עורים בחוצות • נגאלו
בדם • בלא יוכלו יגעו בלבשיהם ׃
15. סורו • טמא קראו למו • סורו
סורו • אל תגעו • כי נצו גם נעו •
אמרו בגוים • לא יוסיפו לגור ׃
16. פני יהוה חלקם • לא יוסיף
להביטם • פני כהנים לא נשאו •
זקנים לא חננו ׃
17. עודינה תכלינה עינינו אל
עזרתנו הבל • בצפיתנו צפינו אל
גוי לא יושיע ׃
18. צדו צעדינו מלכת ברחבתינו •
קרב קצנו • מלאו ימינו • כי בא
קצנו ׃
19. קלים היו רדפינו מנשרי
שמים • על ההרים דלקנו • במדבר
ארבו לנו ׃
20. רוח אפינו משיח יהוה נלכד
בשחיתותם • אשר אמרנו בצלו
נחיה בגוים ׃
21. שישי ושמחי ברת אדום
יושבתי בארץ עוץ • גם עליך תעבר
כוס • תשכרי ותתערי ׃
22. תם עונך ברת ציון • לא
יוסיף להגלותך • פקד עונך בת אדום •
גלה על חטאתיך ׃

non poſuit modum ; effudit furorem ſuum ; ignem accendit in Sion , qui abſumpſit fundamenta ejus. 12. *Non crediderant reges terræ, nec orbis habitatores , fore ut in Jeruſalem portas intraret hoſtis & inimicus ,* 13. *Propter peccata prophetarum ejus , ſacerdotumque ejus iniquitates, qui ſanguinem juſtorum apud eam fundebant.* 14. *Errant cæci in plateis , ſanguine contaminantur ; vitari non poteſt ne veſtes eorum tangantur.* 15. *Recedite, proclamate eorum immunditiem ; recedite , recedite ; nolite tangere , ut fugiant & errent ; dicite apud gentes ; non adhuc ibi habitabunt.* 16. *Furor Domini diſſipavit eos ; non reſpiciet eos ampliùs ; non erunt in honore vultus ſacerdotum ; non tribuetur miſericordia ſenibus.* 17. *Cùm adhuc ſtabamus , oculi noſtri deficiebant auxilii vanâ expectatione ; cùm proſpiciebamus , proſpeximus ad gentem, unde non ventura erat ſalus.* 18. *Greſſus noſtros venati ſunt , ne per plateas noſtras iter faceremus ; finis noſter appropinquat ; completi ſunt noſtri dies , quoniam venit ruina noſtra.* 19. *Velociores ſunt aquilis cœli qui nos perſequuntur ; in montibus aſſecuti ſunt nos, in deſerto nobis inſidiati ſunt.* 20. *Spiritus oris noſtri, unctus Domini, in foveis eorum captus eſt ; idem, de quo dixeramus : erimus in umbrâ ejus apud gentes.* 21. *Lætare & exſulta , filia Edom , quæ ſedes in terrâ Hus. Ad te quoque adveniet calix ; tu etiam inebriabere , & nuda eris.* 22. *Finita eſt iniquitas tua , filia Sion , neque te ampliùs ducet captivam ; viſitatur iniquitas tua , filia Edom ; tu demigrabis propter peccata tua.*

---

1. ישנא : Potiùs ישנה , *mutatum eſt.* Notatum eſt כתיב ad marginem in Codice Orat. 42. quo ſignificatur , ſic quidem ſcriptum fuiſſe , ſed tamen legendum ישנה , nec ה in א mutandum.

3. תנין : Maſora תנים , rectè , *dracones* , numero plurali ; niſi forſan תניניםͺ ; nam utrumque habet ſua exempla.

6. ולא חלו : Vulgatus , *& non ceperunt* , errore Latini Amanuenſis , pro *cæperunt ;* nam חלה ſignificat *incipere* , non *capere.* Syrus , ולא לאיו , *& non laborârunt* , ex ſcripturâ ולא לאו ; ſic Græci Intt. οὐκ ἐπόνεσαν , *non laboraverunt (in eâ manus ;)* hoc eſt , ſine viribus humanis. Sequimur , interpretando , ſcripturam לאו , quoniam ad *manus* multò meliùs quadrat , hoc quidem loco , *laborârunt* , quàm חלו , *infirmæ fuerunt.*

7. אדמו עצם מפנינים : Vulgatus, *rubicundiores ebore antiquo ;* omittit vocabulum עצם, quod etiam omisêre Græci Intt. Abſurdè Syrus גרמיהון, *oſſa eorum ;* nam quid commune eſſe poteſt cum rubedine oſſibus humanis carne veſtitis ? Nos Chaldæum ſequimur, qui ponit חיזו, *aſpectu*, ſeu credidit עצם, ſignificare *aſpectum*, quem ſignificatum adoptavit Edm. Caſtellus, ſeu legit פניהם, *vultus eorum :* fortè legendum אדם עינם, *color eorum rubebat.*

9. שהם יזבו מדקרים מתנובות שדי : Verbum è verbo, *quia illi abierunt, exſecti præ frugibus agri.* Quippe legendum videtur, non יזבו, *fluxerunt*, ſed יזלו, *abierunt*, quam ſcriptionem exhibent Græci Intt. in verbo Græco ἐπορεύθησαν, *abierunt.* Deinde interpretandum מדקרים, *exſecti ſunt*, ſignificatu eodem, quo קדר Chaldaicum & Syriacum, *ſuccidere ;* ne, ſi vertas, *confoſſi ſunt*, pereat ſimilitudo orationis cum *frugibus agri.* Qui gladio periêre, citò reſecti ſunt ut agri maturæ fruges ; ideò cum illis actum meliùs, quàm cum iis, qui longâ inediâ contabuerunt.

14. בלא יוכלו יגעו, *cùm non poſſint, tangunt* (*veſtes eorum ;*) id eſt, cùm fieri aliter non poſſit, homines tangunt veſtes eorum, atque inde contaminantur. Propterea Propheta cives Jeruſalem mox compellat his verbis : *recedite, proclamate immunditiem....*

15. כי נצו : Nos, *ut fugiant*, ex ſcriptione כי נסו, quam credimus eſſe germanam, ut pote verbo נעו, *errant*, parallelam. Non eſt parallelum *jurgati ſunt*, quod Vulgatus, ut neque ἀνήφθησαν, *ſuccenſi ſunt*, quod Græci Intt. neque ulla bona ſententia erui poteſt ex Radice vel נצה, vel נוץ. Nos, inquam, *ut fugiant ;* non autem *quippe fugiunt*, quomodò Vulgatus, *jurgati quippe ſunt.* Nam propterea promulgatur eos eſſe immundos, *ut fugiant*, & deſerant urbem ſuam ; ideò etiam ſubditur, gentes eſſe admonendas, non fore ut ibi habitetur.

16. זקנים : Maſora, וזקנים, *& ſenes*, additâ conjunctione, quæ tamen non fuit addenda hoc ultimo in membro, quia non extat, antecedente membro, ante פני.

17. עודינה : Rectè Maſora עודינו, *cùm adhuc eramus.* Hoc etiam capite littera פ Alphabetica antecedit litteram ע : vide quæ diximus ad cap. 2. v. 16.

20. משיח יהוה, *unctus Domini*, ſive rex ; nempe Sedecias, cujus fugam intercepêre milites Chaldæi, & propter quem Judæi captivi ſperabant, ſe fore in ſervitute mitiori.

21. יושבתי, *quæ ſedes.* Rectè Maſora tollit ultimum י. Duo Codices Orat. ישבת & יושבת ; utrumque ſine altero י.

22. גלה על חטאתיך : Plerique, *nudat peccata tua*, quanquam obſtabat præpoſitio על, quæ nunquam præfigitur ante caſum verbi activi. Multò meliùs accipitur גלה, vel ut גלי, *demigra*, vel ut גלת, *demigras*, in oppoſitione ſententiæ cum membro priori, quod vide.

CAPUT V.

Oratio Jeremiæ, in quâ deplorat coram Deo de populi ſui calamitatibus, oratque ut convertat Deus populum ſuum.

1. *Recordare, Domine, quid ac-*
ciderit nobis ; vide & conſidera op-
probrium noſtrum. 2. *Hæreditas noſ-*
tra tranſiit ad alienos ; domus noſtræ,
ad extraneos. 3. *Pupilli facti ſumus ;*
non ſupereſt pater ; ſunt matres noſtræ
quaſi viduæ. 4. *Aquam noſtram*
pecuniâ bibimus ; ligna noſtra pretio
comparantur. 5. *Cervicibus onuſtis*
pellimur ; defeſſi ſumus, nec datur
nobis requies. 6. *Ægyptiis manum*
dedimus & Aſſyriis, ut pane ſatura-
remur. 7. *Patres noſtri deliquerunt &*
non ſunt ; nos iniquitates eorum por-
tamus. 8. *Servi nobis imperant, nec*

1. זכר יהוה מה היה לנו ·
הביט וראה את חרפתנו : 2.
נחלתנו נהפכה לזרים · בתינו
לנכרים : 3. יתומים היינו אין אב ·
אמתינו כאלמנות : 4. מימינו
בכסף שתינו · עצינו במחיר יבאו : 5.
על צוארנו נרדפנו · יגענו לא הונח
לנו : 6. מצרים נתנו יד אשור
לשבע לחם : 7. אבתינו חטאו
אינם · אנחנו עונתיהם סבלנו : 8.
עבדים משלו בנו · פרק אין מידם :
9. בנפשנו נביא לחמנו מפני חרב
המדבר : 10. עורנו כתנור נכמרו
מפני זלעפות רעב : 11. נשים
בציון ענו · בתלת בערי יהודה :

12.

12. שרים בידם נתלו · פני זקנים
לא נהדרו ׃ 13. בחורים טחון
נשאו · ונערים בעץ כשלו ׃ 14.
זקנים משער שבתו · בחורים
מנגינתם ׃ 15. שבת משוש לבנו ·
נהפך לאבל מחולנו ׃ 16. נפלה
עטרת ראשנו · אוי נא לנו כי
חטאנו ׃ 17. על זה היה דוה
לבנו · על אלה חשכו עינינו ׃ 18.
על הר ציון ששמם · שועלים הלכו
בו ׃ 19. אתה יהוה לעולם תשב ·
כסאך לדור ודור ׃ 20. למה לנצח
תשכחנו · תעזבנו לארך ימים ׃ 21.
השיבנו יהוה אליך ונשוב · חדש
ימינו כקדם ׃ 22. כי אם מאס
מאסתנו · קצפת עלינו עד מאד ׃

adest qui nos liberet de manibus eorum.
9. Panem nostrum periculo nostro
afferimus, propter deserti æstus aren-
tes. 10. Pelles nostræ, quasi clibanus,
adustæ sunt, propter dura incommoda
famis. 11. Mulieres in Sion oppri-
muntur; virgines in urbibus Juda.
12. Principes manibus suspenduntur;
reverentia senum nulla est. 13. Fortes
juvenes attollunt molas; adolescentes
sub ligno fatiscunt. 14. Deseruêre
portas senes; cessavêre in cantica
juvenes. 15. Desiit gaudium cordis
nostri; versus est in luctum chorus
noster. 16. Cecidit corona capitis
nostri. Væ nobis hodie, quia peccavi-
mus. 17. Propter hæc languidum est
cor nostrum; propter hæc oculi nostri caligant; 18. Propter montem Sion,
quia desolatus est, & in eo vulpes ambulant. 19. Tu, Domine, in æternum
sedes; thronus tuus in perpetuas generationes. 20. Quare in perpetuum nos
oblivisceris; nos ad dies multos deseris? 21. Reduc nos ad te, Domine, ut
revertamur; instaura dies nostros, ut olim fuerunt; 22. Postquàm tu abjecisti
nos, nobisque iratus es vehementer.

---

1. הבית, *vide.* Masora vult ut legatur הביטה: Tamen alibi legitur הביט, sine ה, in Imperativo, Masorâ non contradicente. Sed ita corrigebat Emendator, quia sic legebat in Codice eo, quem crederet, aut vellet, esse normam cæterorum.

3. אין אב, *non est pater.* Meliùs, hoc loco, Masora ואין, cum nexu ו, quia sic usus est, & sic lego in Codice Orat. 53. ...כאלמנות, *sicut viduæ* (*matres nostræ*) quia orbatæ maritis, qui captivi abducuntur & ab uxoribus suis abstrahuntur.

4. עצינו במחיר יבאו, *ligna nostra pretio comparantur.* Ad verbum dixeris, *veniunt*; sed *veniunt* idem hoc loco, ac *empta veniunt*, seu post emptionem propria fiunt. In verbo יבאו, ita notatur vectura lignorum, ut in במחיר, emptorum.

5. על צוארנו נרדפנו, *cervicibus onustis pellimur*; ex significatu Syriaco verbi רדף, *pellere, impellere*; nam minùs accommodatum *persequi.* Ducitur similitudo ex animalibus, quæ reguntur per collum jugo immissum. Propterea nos addimus *onustis*, quod adjectivum respondet aliquo modo præpositioni על, *super.* ...לא: Masora, ולא; ita etiam Codex Orat. 53. sed rectè לא, sine nexu, quia nexus abest in membro antecedente.

6. מצרים... אשור: Sequimur Vulgatum, qui legebat למצרים... לאשור, *Ægyptiis... Assyriis.* Aliter non constabit sententia, quæ talis est: tradimus nos & Ægyptiis ad quos fugimus, & Assyriis, qui nos captivos habent, neque ullam partem servitutis deprecamur, ut cibum habeamus, premente inopiâ.

7. איננם · אנחנו: Rectè Masora ואיננם · ואנחנו, addito utrobique nexu, cujus ope transeat oratio ad contrarias sententias. Ita etiam scriptum lego in Codice Orat. 53. manu priori.

9. מפני חרב המדבר: Vulgatus, *à facie gladii in deserto.* Maluimus חרב interpretari *æstum*, quàm *gladium*, quia æstus deserto meliùs attribuitur, quàm gladius; nec minùs vitæ periculum fuit in calore torrente deserti, quàm in gladio latronum, qui desertum infestabant.

10. נכמרו, *adustæ sunt*; rectè numero plur. modò legatur עורינו, *pelles nostræ*, numeri ejusdem, ut lego in Codice Orat. 53. Itaque malè Buxtorfius attribuit defectum τῷ י ipsî Hebr. Linguæ.

11. בתלת, corruptè, pro בתולות, *virgines*, in Codice præsertim non punctato. Vide quæ diximus in Proleg. de defectu litterarum, quæ pertinent ad Grammaticæ rationem.

13. בחורים טחון נשאו: Vulgatus, *adolescentibus impudicè abusi sunt*, quam sententiam vel id

unum condemnat, quòd nihil habet nec ſimile, nec contrarium membro poſteriori, in quo habetur, *pueri in ligno corruerunt*. Nihil tam obvium, quàm ut intelligatur coactos fuiſſe homines robuſtos, qui captivi erant, deferre molas ex loco in locum; adoleſcentes autem, qui minùs viribus pollebant, tuliſſe ligna, quæ incenderentur ad conficiendos panes.

22. כי אם : Non convertunt אם plerique Veteres; & ſententia poſtulat *quoniam*, vel *poſtquàm*, non autem, *ſed*, nec *contrà*, quæ duo ſignificat adverbium כי אם. Suſpicamur אם otioſum eſſe, & forſan ex litteris מא ſequentibus malè iteratum.

יחזקאל

EZECHIEL.

CAPUT I.

Ezechiel videt in cœlis, ſupra ſe apertis, nubem magnam igne undique rutilantem, & in mediâ nube ſpecies animalium quatuor, & ſub animalibus rotas, quæ eò tendunt, quò ipſa animalia; ſuper animalia autem firmamentum, in quo eſt ſpecies hominis coruſcantis, quem adorat pronus in terram.

(3.) *Fuit verbum Domini ad*
Ezechielem, filium Buzi, ſacerdo-
tem, in terrâ Chaldæorum ad flu-
vium Chobar: fuit ibi manus Do-
mini ſuper eum. (1.) *Anno trigeſi-*
mo, (2) *qui erat annus quintus*
poſt abductum regem Joachin,
(1.) *menſe quarto, quintâ die men-*
ſis, cùm eſſem medios inter captivos
ad fluvium Chobar, aperti ſunt cœli,
& vidi viſiones Dei. 4. *Ecce enim,*
dum proſpiciebam, ventus vehemens
adduxit ab aquilone nubem magnam,
quam ambiebant ignis vortices, &
undique illuſtrabant; exiſtebat autem
de medio ignis quaſi electri color.
5. *De quo eodem exoriebatur ſimili-*
tudo quatuor animalium, quorum
ſpecies erat talis. Erat eis ſtatura

1. ויהי בשלשים שנה ברביעי
בחמשה לחדש ואני בתוך הגולה
על נהר כבר · נפתחו השמים
ואראה מראות אלהים : 2. בחמשה
לחדש · היא השנה החמישית לגלות
המלך יויכין : 3. היה היה דבר
יהוה אל יחזקאל בן בוזי הכהן
בארץ כשדים על נהר כבר · ותהי
עליו שם יד יהוה : 4. וארא
והנה רוח סערה באה מן הצפון ענן
גדול · ואש מתלקחת ונגה לו סביב ·
ומתוכה כעין החשמל מתוך האש :
5. ומתוכה דמות ארבע חיות · וזה
מראיהן · דמות אדם להנה : 6.
וארבעה פנים לאחת · וארבע כנפים
לאחת להם : 7. ורגליהם רגל
ישרה · וכף רגליהם ככף רגל עגל ·
ונצצים כעין נחשת קלל : 8. וידו
אדם מתחת כנפיהם על ארבעת

humana. 6. *Habebant singula vultus*
quatuor, singula etiam quatuor alas.
7. *Pedes eorum recti erant; planta*
pedum eorum quasi planta pedum
vituli; hæc splendebant ut æs poli-
tum. 8. *Erant manus hominis subter*
alas eorum ad latera ipsorum quatuor,
in quibus iisdem lateribus erant vul-
tus & alæ. 9. *Junctæ erant una ad*
alteram alæ ipsorum. Hæc autem, cùm
ibant, situm non mutabant, sed eò
ferebantur, quò facies ipsorum spec-
tabant. 10. *Species autem vultuum*
ipsorum erant vultus hominis, deinde
ad dexteram vultus leonis ipsis qua-
tuor; tum facies bovis ad sinistram
ipsis quatuor; denique facies aquilæ
ipsis etiam quatuor. 11. *Alæ ipsorum*
supernè distrahebantur; nam duæ
unius ad alteras jungebantur; duæ
autem tegebant corpora ipsorum.
12. *Singula ibant, quò spectabant*
vultus ipsorum; quò spiritus fereba-
tur, eò etiam ferebantur; nec cùm
irent, situm mutabant. 13. *Species*
animalium videbatur quasi carbonum
igne candentium, velut lampades,
quæ inter animalia discurrebant;
quippe ignis erat rutilans, & de igne
fulgura exibant. 14. *Et animalia*
currebant & redibant, sic tanquam
fulgur. 15. *Cùm autem animalia*
intuerer, apparuit humi rota prope
unumquodque animal ad quatuor
vultus ipsorum. 16. *Species rotarum*
opusque ipsarum chrysolyto erat si-
milis; erat forma eadem illarum
quatuor, quarum opus sic videbatur,
ut rota in medio rotæ. 17. *Quæ cùm*
ibant, per quatuor ipsarum latera
ibant; nec, inter eundum, situm
mutabant. 18. *Radii earum pariter*
discriminati erant, cùmque eos as-
pexi, pleni erant oculis canthi eorum

רבעידם·ופניהם וכנפיהם לארבעתם:
9. חברת אשה אל אחותה כנפיהם·
לא יסבו בלכתן·איש אל עבר
פניו ילכו: 10. ודמות פניהם
פני אדם·ופני אריה אל הימין
לארבעתם·ופני שור מהשמאול
לארבעתן·ופני נשר לארבעתן: 11.
ופניהם וכנפיהם פרדות מלמעלה·
לאיש שתים חוברות איש·ושתים
מכסות את גויתיהנה: 12. ואיש
אל עבר פניו ילכו·אל אשר יהיה
שמה הרוח ללכת ילכו·לא יסבו
בלכתן: 13. ודמות החיות מראיהם
כגחלי אש בערות·כמראה הלפידים·
היא מתהלכת בין החיות·ונגה
לאש ומן האש יוצא ברק: 14.
והחיות רצוא ושוב כמראה
הבזק: 15. וארא החיות·והנה
אופן אחד בארץ אצל החיות
לארבעת פניו: 16. מראה האופנים
ומעשיהם כעין תרשיש·ודמות
אחד לארבעתן·ומראיהם ומעשיהם
כאשר יהיה האופן בתוך האופן:
17. על ארבעת רבעיהן בלכתם
ילכו·לא יסבו בלכתן: 18. וגביהן
וגבה להם·ויראה להם·וגבתם
מלאת עינים סביב לארבעתן: 19.
ובלכת החיות ילכו האופנים אצלם·
ובהנשא החיות מעל הארץ ינשאו
האופנים: 20. על אשר יהיה שם
הרוח ללכת ילכו·שמה הרוח
ללכת·והאופנים ינשאו לעמתם·כי
רוח החיה באופנים: 21. בלכתם
ילכו·ובעמדם יעמדו·ובהנשאם
מעל הארץ ינשאו האופנים לעמתם·
כי רוח החיה באופנים: 22. ודמות
על ראשי החיה רקיע כעין הקרח
הנורא·נטוי על ראשיהם מלמעלה:
23. ותחת הרקיע כנפיהם ישרות
אשה אל אחותה·לאיש שתים
מכסות להנה·ולאיש שתים מכסות
להנה את גויתיהם: 24. ואשמע
את קול כנפיהם כקול מים רבים
כקול שדי·בלכתם קול המלה
כקול

כקול מחנה · בעמדם תרפינה
כנפיהן ׃ 25. ויהי קול מעל לרקיע
אשר על ראשם · בעמדם תרפינה
כנפיהן ׃ 26. וממעל לרקיע אשר
על ראשם כמראה אבן ספיר דמות
כסא · ועל דמות הכסא דמות
כמראה אדם עליו מלמעלה ׃ 27.
וארא כעין חשמל כמראה אש בית
לה סביב ממראה מתניו ולמעלה ·
וממראה מתניו ולמטה ראיתי
כמראה אש · ונגה לו סביב ׃ 28.
כמראה הקשת אשר יהיה בענן
ביום הגשם כן מראה הנגה סביב ·
הוא מראה דמות כבוד יהוה ·
ואראה ואפל על פני · ואשמע קול
מדבר ׃

per orbem in ipsis quatuor. 19. *Cùm*
animalia ibant, rotæ juxta hæc ibant;
cùm è terrâ sursum tollebantur, rotæ
etiam tollebantur. 20. *Quò spiritus*
ferebatur, eò etiam ferebantur rotæ,
& juxta hæc tollebantur, quia spiri-
tus animalium erat in rotis. 21. *Cùm*
hæc ibant, illæ ibant, atque illis
subsistentibus, subsistebant; cùm humo
hæc tollebantur, tollebantur & rotæ,
quia spiritus animalium erat in rotis.
22. *Sed supra capita animalium erat*
firmamentum, quasi crystallus fulgo-
re admirabili, quod super ipsorum
capita expansum videbatur. 23. *Erant*
alæ ipsorum subter id firmamentum,
una ad alteram, exporrectæ; duæ autem
alæ singulorum operiebant hinc & inde corpus ipsorum. 24. *Audivi autem*
alarum eorum sonitum, tanquam sonitum aquarum multarum, vel ut vocem
Omnipotentis. Quæ cùm incedebant, vox oriebatur quasi sonitûs castrorum;
eadem cùm subsistebant, alæ remittebant; 25. *Sed sonitus oriebatur ex firma-*
mento, quod erat supra capita eorum. 26. *Super idem firmamentum appa-*
rebat supra capita eorum Sapphirus in throni similitudinem, & in specie
throni, species quasi hominis super illud sedentis. 27. *Vidi autem quasi*
electri speciem, similem flammæ undique radianti. Nempe à renibus ipsius
& suprà, & à renibus ipsius ac infrà, vidi speciem ignis, qui circa eum ru-
tilabat. 28. *Qualis est arcus, qui conspicitur in nube, in die pluviæ, talis*
erat splendor, qui eum undique irrradiabat. Hæc fuit species gloriæ Domini,
quam cùm vidi, procidi in vultum meum, & audivi vocem loquentem;

---

1. ויהי בשלשים שנה, *& fuit, anno trigesimo.* Difficile èst, non sentire in primo limine perturbationem rerum & verborum. Nempe versibus 1. & 2. Ezechiel loquitur de se personâ primâ, *ego... vidi.* Versu 3. non jam Propheta de se, sed alius de ipso loquitur, *fuit verbum Domini ad Ezechielem.* Denique versu 4. redit oratio ad personam primam, dicente Ezechiele, *vidi & ecce...* Verus ordo est, ut tituli loco narretur, fuisse verbum Domini ad Ezechielem, utque adeò primo loco ponatur versus 3. deinde ut scribendi exordium sumat Ezechiel, versibus 1. & 2. vide versionem. Nunc ad singula venimus. Primò parùm credibile est, Prophetam scripsisse *anno trigesimo*, nec addidisse unde initium sumpserint anni triginta, cùm præsertim infrà memorans annum *quintum*, subdat continenter, à quo anno sit ille annus *quintus*, nimirum ab captivitate regis Joachin. Quidam sumunt annum notari *trigesimum*, ab reperto Libro Legis, Josiâ regnante; quod quidem tàm facilè negatur, quàm affirmatur; quoniam nullibi legitur, ab eo eventu notatos fuisse annos consequentes. Alii vero propiùs accedere videntur, cùm dicant, notare Ezechielem, quem ætatis annum ageret, cùm visionem vidit hîc memoratam; quanquam verba ipsa non satis indicant annos Ezechielis. Suspicari quis possit, pro ויהי, legendum ואהי, *& eram*, vel *cùm essem (in anno trigesimo.)* Atque in hanc nos sententiam propensi sumus. Sæpe י pro א scriptum fuit errore Librariorum, ob soni similitudinem. Et quoniam multi Libri Sacri initium sumunt in verbo ויהי, facillimum fuit, ut Scribæ ex ואהי in ויהי deerrarent. Secundò, post hæc verba, *anno trigesimo*, ponimus continenter, *ille erat annus quintus*, & quæ sequuntur versu 2. ut Propheta ex notatione annorum suæ ætatis, transeat ad notationem solemnem annorum regis, quâ uti solent Sacri Scriptores in Commentariis suis; utque hæc, quæ sequuntur,

mense quarto, *quintâ mensis*, pertineant ad annos Joachin, non ad Ezechielis, sive ut notetur esse *mensem quartum*, &c. anni quinti, ex quo Joachin captivus factus est. Non est cur nobis succenseant eruditi Lectores, quòd hæc verba היא השנה, *hic est annus*... alio in loco collocemus; nam planum est, nullam hæc habere, ubi jacent, consequentiam. Propterea etiam omittimus illud alterum בחמשה לחדש, quod legitur initio versûs 2. ne dicat Ezechiel, *quintâ mensis*, *hic annus erat quintus*. Iteratum fuit, mediâ in perturbatione, id alterum בחמשה לחדש, cujus nativus locus est versu 1. post ברביעי, ut notetur mensis; deinde, ut solet, mensis dies. Tertiò omittimus alterum היה, quod superfluit initio versûs 3. quodque iteratum etiam fuit mediâ in perturbatione. Nusquam legas, היה היה דבר, *fuit*, *fuit verbum*, pro *fuit verbum*.

4. רוח סערה באה, *ventus vehemens adduxit*. Sic tractamus באה, ut *Hiphil* הבאה, quod habeat accusandi casum, ענן גדול, *nubem magnam*. Si ענן esset rectus casus, legeretur וענן, *& nubes*, quomodò posteà legitur ואש, *& ignis*. Interpretes Latini necesse habuerunt addere conjunctionem, quoniam acceperunt באה, ut verbum neutrum. Cæterùm legendum videtur סער הבאה, non autem סערה באה.

5. וזה מראיהן, *hæc autem erat species eorum*. Post hæc verba claudimus sententiam; ut deinde incipiat descriptio animalium in his verbis, דמות אדם להנה, *statura humana erat eis; statura*, inquam, non *vultus*; nam vultus, quales fuerint, docebitur versu 10.

8. ידו: Masora ידי, *manus*, ad marginem, quod ponere in Contextu debuissent Editores, cùm ידו mendum sit manifestum, quod quidem abest ab melioris notæ Codicibus. Lego ידי in Codicibus Reg. 29. & Orat. 42. ...רבעיהם: Nos, *latera ipsorum*, nisi mavis *angulos*; nam alterutrum significari necesse est. Buxtorfius, in Lexico suo, ponit *quaternis partibus ipsorum*, non attendens antecessisse על ארבעת, quod significat illud ipsum, *quaternis partibus*. Nomen רבעיהם, intelligi potest, vel de *lateribus* animalium, vel de *angulis* alarum, sive de eâ corporis parte, ex quâ nascebantur alæ quatuor, tanquam ex angulis nascuntur lineæ exporrectæ.

9. אשה אל אחותה, *una ad alteram*; non, *una* unius animalis ad *alteram* ejusdem, sed *una* unius ad *alteram* alterius; nam verba ipsa non possunt ad aliam accommodari sententiam; vide versum 11. ...לא יסבו, *non mutabant situm*, quia animalia ipsa non se convertebant huc & illuc, sed statum suum, inter eundum, servabant, quomodò quatuor rotæ quadrigarum, quæ recto itinere feruntur.

10. פני אדם, *facies hominis*, in parte anteriore, in quâ hominibus omninò similia erant animalia, quia staturam habebant humanam; erat autem facies aquilæ in parte posteriore, quæ non nominatur, ut neque anterior, quia satis erat nominare dexteram & sinistram.

11. ופניהם וכנפיהם פרדות, *& facies eorum & alæ eorum separatæ* (*desuper.*) Interpretes aliud alii comminiscuntur, ut explicent quomodò *facies* animalium essent *separatæ desuper*; meliùs facturi, si omisissent ופניהם, quod non legebant Græci Intt. & quod malè iteratum fuit ex vocabulo כנפיהם, sequenti, vel ex versu 8. ubi continenter legitur ופניהם וכנפיהם. Eædem alæ, quæ versu 9. dicuntur חברות, *conjunctæ*, nunc dicuntur פרדות, *separatæ*; hæc secum non pugnant. Nempe versu 9. tangebantur quatuor animalia conjunctim, dicebaturque, alam unius pertingere ad alam alterius. Sed hoc versu 11. incipiente, tanguntur animalia separatim, ut dicatur, uniuscujusque alas separatas fuisse desuper, quoniam animalia quatuor per alas duas summas se contingebant, atque adeò necesse erat, ut alæ uniuscujusque animalis à se invicem distraherentur. Duæ alæ unius, ad alterius duas expansæ, fornicis speciem exhibebant, quasi porticibus distinctam quatuor, firmamento suppositis. ...גויתיהנה, *corpora ipsorum*. Lege, vel גויתיהם, vel גויתיהן; etenim הנה nunquam venit in loco Affixi.

13. היא מתהלכת, *quæ discurrebant*. Pertinet pronomen היא ad דמות, *similitudo*; nos in Latino sermone id annectimus ad rem similem, nempe ad ignem & ad lampades, seu scintillas, *quæ discurrebant*.

14. רצוא ושוב, *currebant & redibant*. Lege רצו ושבו. Est רצוא plurale Arabicum, ab Scribis Arabibus profectum; שוב, autem solecismus.

15. לארבעת פניו, *ad quatuor vultus ejus*. De uno tantùm animali dicitur *vultus ejus*, quia tanguntur rotæ distributè, ut intelligatur quomodò sita esset prope unum animal unaquæque quatuor rotarum. Singulæ rotæ apparebant prope suum cujusque animal, *ad quatuor vultus ejus*, quia rota unaquæque secta erat per aliam rotam interiorem ad angulos rectos quatuor, præbebatque orbem suum videndum infra unumquemque vultum.

17. רבעיהן, *lateribus earum*. Sic suprà v. 8. vocabulum רבע de *latere* interpretabamur, vel de *angulo*. Quanquam rotæ constabant quasi duabus rotis, tamen partes earum quatuor inter eundum movebantur, quasi in rotâ unâ & solidâ. *Latera* rotarum sunt partes sectæ per angulos.

18. וגביהן וגבה להם. Interpretes simulant hæc se intelligere, quæ tamen manifesto in mendo sunt. Nos pro וגבה להם, legimus מגבלים, *discriminati*, ut *Exod. cap. 28. v. 14.* Significat Propheta se, cùm intueretur rotarum summos radios, qui in canthum desinebant, vidisse canthi orbem interiorem plenum oculis. Tangit radios ex occasione, ut eorum canthum describat. ...ויראה: Lege ואראה, *& vidi*, quomodo legunt Græci Intt. qui, καὶ ἴδον.

20. רוח החיה, *spiritus animalis* cujusque erat in unaquâque rotâ. Non interpretamur, *spiritus vitæ*, tum quia חיה significat potiùs *viventem*, quàm *vitam*, quæ *vita*, sine Affixo sequenti, demonstratur per nomen חיים plurale. tum quia causa, cur euntibus animalibus, eant rotæ, hæc affertur, quòd spiritus idem, qui movet animalia, movet & rotas; quæ causa non apparebit si convertas, *spiritus vitæ*, quoniam non legitur, *spiritum vitæ*, fuisse in animalibus. Porrò alterum הרוח ללכת, omittimus; nam hæc verba impediunt sententiam, neque hæc le-

gebant Græci Intt. neque hæc exhibet Syrus, & malè iterata fuerunt ex superioribus.

23. להנה...להנה: Hæc sunt duo adverbia distributè adhibita, quæ significant *hinc & hinc*, hoc est, ante & retrò, sive partem corporis anteriorem & posteriorem; nam duæ aliæ alæ animalium ad dexteram eorum & ad sinistram expansæ erant, & una alteram tangebant. Grotius sic explicat: » Alteris alis obtegebant obtegenda. « Sed verenda corporis nullibi enuntiantur per vocabulum גוה, *corpus*.

24. תרפינה כנפיהן, *remittebant alæ eorum*, sive minùs tensæ videbantur, nec sonitum edebant; sed tum sonitus oriebatur ex ipso firmamento, ut mox narratur.

25. בעמדם תרפינה כנפיהן, *cùm stabant, remittebant alæ eorum.* Hæc non legunt, nec Syrus, nec Græci Intt. nec sunt legenda; quippe cùm sint ex superiori versu malè iterata. Hæc legebat Vulgatus, sed quodam modo evitabat, aliter interpretans, quàm superiori versu, ut mendo subveniret.

27. בית לה: Quid hæc duo verba significent, non expedit Codex Alex. in quo legitur, ἔσωθεν αὐτῦ, *intra illud.* Vera scriptio videtur esse ונגה לו, *& splendor ei*, quomodò legitur in fine versûs, & quomodò suprà v. 4. Partibus singulis visionis sic explicatis, superest intelligendum, quid per visionem significetur. 1°. Credibile est adumbrari statum Judæorum, qui ab Nabuchodonosor rege mox erant sub jugum mittendi, & in alienas terras deportandi. Talem visionis materiam indicat liber is, de quo caput sequens; in quo libro scriptæ erant lamentationes. 2°. Visionem fuisse talem, ut ab Judæis horum temporum, qui hæc attentè legebant, intelligi posset. 3°. Eadem ferè adumbrari, quæ in visione Isaiæ Prophetæ, quoniam visio hæc Ezechielis *gloria Dei* nominatur, quomodò Evangelista nominat Isaiæ visionem, cùm dicit, *hæc dixit Isaias, quandò vidit gloriam ejus.* Uterque Propheta vidit *quasi hominem*, seu *filium hominis* in throno sedentem, quem thronum Angeli supportant, & spiritu ejus movente, modò stant, modò incedunt, & in quamcunque partem feratur spiritus, feruntur. Quibus rebus significabatur, nihil sine numine ejus Mediatoris, quem Judæi expectabant, evenire; quanquam eorum Respublica everteretur per regem Chaldæorum; omnia regna terræ esse in potestate ejusdem Mediatoris, quem adorat Ezechiel; omnia Dei promissa posse per eum præstari; quoniam ille, quanquam populum suum deserere videtur, tamen imperat & angelis & hominibus, & per eos, tanquam ministros, consilia sua exsequitur.

C A P U T II.

Ezechiel mittitur ab eo, qui sedet in throno, ad filios Israel, gentem rebellem, jubeturque ne ab eis quidquam timeat; mittitur ad eum manus gestans librum, in quo sunt lamentationes.

1. *Quæ dixit mihi: filî hominis, sta in pedibus tuis, & tecum loquar.*
2. *Intereà autem dum mecum loquebatur, venit in me spiritus, qui erexit me in pedes meos; simul audivi mecum loquentem;* 3. *Et dixit mihi: filî hominis, ego mitto te ad filios Israel, ad gentem rebellem, homines, qui mihi adversantur; illi enim, ut patres ipsorum, in me usque hodie rebellârunt.* 4. *Ego te mitto ad filios duræ frontis, & obstinati pectoris; dicesque eis: hæc dicit Dominus Deus.* 5. *Illi igitur, sive audient; seu, quoniam hæc domus contumax est, negligent, saltem cognoscent esse*

1. ויאמר אלי · בן אדם עמד על
רגליך ואדבר אתך : 2. ותבא בי
רוח כאשר דבר אלי · ותעמדני על
רגלי · ואשמע את מדבר אלי : 3.
ויאמר אלי · בן אדם · שולח אני
אותך אל בני ישראל אל גוים
המורדים אשר מרדו בי · המה
ואבותם פשעו בי עד עצם היום
הזה : 4. והבנים קשי פנים וחזקי
לב אני שולח אותך אליהם · ואמרת
אליהם · כה אמר אדני יהוה : 5.
והמה אם ישמעו ואם יחדלו · כי
בית מרי המה · וידעו כי נביא היה
בתוכם : 6. ואתה בן אדם אל
תירא מהם ומדבריהם אל תירא ·
כי סרבים וסלונים אותך ואל

apud eos prophetam. 6. Tu verò,
filî hominis, noli eos formidare, ne-
que illorum metuere ſermones; quan-
quam tu apud ſpinas & tribulos ver-
ſaris, & cum ſcorpionibus habitas;
noli eorum verbis terreri, nec propter
eos pavere, quanquam hæc domus
contumax eſt. 7. Tu ad eos verba
mea eloquêris, ſive audiant, ſeu ne-
gligant, quoniam ſunt contumaces.
8. Tu igitur, filî hominis, audi hæc
quæ ego tecum loquar; cave contu-
max ſis, ut eſt hæc domus. Aperi os
tuum, & hæc comede, quæ ego tibi ſum porrecturus. 9. Hîc ego, cùm aſpe-
xiſſem, vidi manum, quæ ad me mittebatur, in quâ erat volumen libri,
10. Quod coram me cùm aperuiſſet, ſcriptum erat intus & à tergo; erantque
in eo deſcriptæ lamentationes & gemitus & planctus.

עקרבים אתה יושב · מדבריהם אל
תירא ומפניהם אל תחת · כי בית
מרי המה ׃ 7. ודברת את דברי
אליהם · אם ישמעו ואם יחדלו · כי
מרי המה ׃ 8. ואתה בן אדם
שמע את אשר אני מדבר אליך ·
אל תהי מרי כבית המרי · פצה פיך
ואכל את אשר אני נתן אליך ׃ 9.
ואראה · והנה יד שלוחה אלי · והנה
בו מגלת ספר ׃ 10. ויפרש אותה
לפני · והיא כתובה פנים ואחור ·
וכתוב אליה קינים והגה והי ׃

---

2. ...ותבא, *& venit (ſpiritus;)* ותעמדני, *& ſtatuit me (ſuper pedes meos.)* Omnes Codices plenè ותעמידני; hoc eſt, non modò recreavit me à meo pavore, ſed erexit etiam corpus meum, ut ſtarem, ad audiendum paratus. Ita omnes Veteres ex Hebraicis verbis ipſis, quanquam ſtatuit Edm. Calmet, non favere huic ſententiæ Hebraicum Contextum. Idem ſpiritus, quo regente animalia, vel moventur, vel quieſcunt, intrat in Ezechielem, afficitque non modò ejus mentem, ſed ipſum corpus.

3. אל גוים המורדים: Vulgatus, *ad gentes apoſtatrices*, ex Hebr. mendo גוים, numeri pluralis, cùm ſcribendum fuiſſet גוי, *gentem*, המורדים, *rebellium.* Sequentia docent, mitti Ezechielem ad unam gentem Iſrael, cui non convenit appellatio hæc, *gentes rebelles.* Intelligit Grotius *Tribus refractarias;* nullo tamen ab exemplo docet, appellari *Tribus* Iſrael גוים. Denique docet ה Demonſtrativum, quod vocabulo המורדים, præfixum eſt, eſſe hoc loco ſtatum conſtructum גוי, non גוים, abſolutum. Omiſêre גוים, Græci Intt. ne neceſſe haberent, vocare *gentes* gentem Iſrael. Syrus habet עמא, *gentem*, numero ſingulari. His obſervatis, liquet non ſatis firmiter argumentari quoſdam ex hoc loco, ut probent vaticinationes Ezechielis, quæ ſequuntur, pertinere, non modò ad Iſrael, ſed etiam ad exteras gentes.

6. סרבים וסלונים אותך, *ſpinæ & tribuli tecum.* Id nobis placuit magis, quàm id quod Vulgatus, *increduli & ſubverſores*, quia ſpinæ & tribuli paralleli videntur eſſe *ſcorpionibus.* Similitudo ducta eſt ex homine apud ſpinas & tribulos decumbente, qui non audet ſe commovere, ne aut laceretur à ſpinis, aut à ſcorpionibus pungatur. Deus jubet Ezechielem nihil timere, quanquam tali conditione vivit apud filios Iſrael.

CAPUT

CAPUT III.

Ezechiel devorat volumen, quod ei videtur dulce in ore, tanquam mel. Conſtituitur ſpeculator in domo Iſrael, jubeturque admonere impium, ut ab impietate recedat; pium, ne à pietate deflectat; quod nî fecerit, ſanguis eorum de manu ejus requiretur....

1. *Dixitque mihi : fili hominis,*
ede id, quod tibi porrigitur; ede
iſtud volumen; deinde abi, & loquere
ad domum Iſrael. 2. *Tum ego aperui*
os meum; ille autem dedit mihi
volumen edendum; 3. *Dixitque :*
filî hominis, venter tuus abſumet hoc
volumen, quod ego tibi præbeo, atque
eodem viſcera tua implebuntur; dum-
que id comedebam, fuit in ore meo
dulce, tanquam mel. 4. *Dixit au-*
tem mihi : filî hominis, vade ad do-
mum Iſrael, & loquere ad eos ex
verbis meis. 5. *Neque enim domus*
Iſrael, ad quam mitteris, populus
eſt reconditi ſermonis, difficiliſque
Linguæ. 6. *Nec tu ad populos multos*
reconditi ſermonis difficiliſque Lin-
guæ, quorum tu verba non intelligas;
quanquam ſi ego te ad eos miſiſſem,
tibi certè aurem præbuiſſent. 7. *Sed*
nolet te audire Domus Iſrael, quia
audire me nolunt. Eſt enim univerſæ
domûs Iſraël frons dura & pectus ob-
ſtinatum. 8. *Ego igitur do tibi faciem*
eò duriorem, quò durior futura eſt
facies eorum; ego tibi frontem eò du-
riorem, quò durior erit frons ipſorum.
9. *Ut enim lapide durior eſt adamas,*
ſic dedi eſſe frontem tuam; noli eos
formidare, aut ab eis quidquam me-
tuere, quanquam hæc domus contu-
max eſt. 10. *Et dixit mihi : filî ho-*

1. ויאמר אלי · בן אדם את
אשר תמצא אכול · אכול את
המגלה הזאת · ולך דבר אל בית
ישראל : 2. ואפתח את פי · ויאכלני
את המגלה הזאת : 3. ויאמר
אלי · בן אדם בטנך תאכל ומעיך
תמלא את המגלה הזאת אשר אני
נתן אליך · ואכלה ותהי בפי כדבש
למתוק : 4. ויאמר אלי · בן אדם
לך · בא אל בית ישראל ודברת
בדברי אליהם : 5. כי לא אל עם
עמקי שפה וכבדי לשון אתה שלוח ·
אל בית ישראל : 6. לא אל עמים
רבים עמקי שפה וכבדי לשון אשר
לא תשמע דבריהם · אם לא אליהם
שלחתיך המה ישמעו אליך : 7.
ובית ישראל לא יאבו לשמע אליך ·
כי אינם אבים לשמע אלי · כי כל
בית ישראל חזקי מצח וקשי לב
המה : 8. הנה נתתי את פניך
חזקים לעמת פניהם · ואת מצחך
חזק לעמת מצחם : 9. כשמיר
חזק מצר נתתי מצחך · לא תירא
אותם ולא תחת מפניהם · כי בית
מרי המה :
10. ויאמר אלי · בן אדם את
כל דברי אשר אדבר אליך קח
בלבבך ובאזניך שמע : 11. ולך ·
בא אל הגולה אל בני עמך ·
ודברת אליהם ואמרת אליהם · כה
אמר אדני יהוה · אם ישמעו ואם
יחדלו : 12. ותשאני רוח ואשמע
אחרי קול רעש גדול · ברוך כבוד

minis, omnia verba, quæ ego tecum
loquor, reconde in pectore tuo, &
attende diligenter. 11. *Abi porrò;*
vade ad filios populi tui, qui trans-
migrârunt & loquere ad eos, dicesque
eis; hæc dicit Dominator Dominus,
sive attendant, sive non attendant.
12. *Tum sustulit me spiritus, & au-*
divi post me terræ magnum motum,
vocemque hanc: Benedicta gloria
Domini de loco suo, 13. *Et sonitum*
alarum animalium, quæ una alteram
deosculabantur, &, prope hæc, so-
nitum rotarum, & sonitum magni ter-
ræ motûs. 14. *Spiritus autem, cùm*
me sustulisset, abripuit me, & abii
animo amaro & irato; in me enim va-
lida erat manus Domini. 15. *Et veni*
ad captivos Thelabib, qui degebant
ad fluvium Chobar; ibi enim habita-
tionem habebant, sedique apud eos
septem dies, stupens in medio ipsorum.
16. *Septem diebus transactis, fuit ad*
me verbum Domini, hæc dicentis:
17. *Filî hominis, ego te speculatorem*
feci domûs Israel. Tu audies de ore
meo verbum, deinde eos, meo nomi-
ne, admonebis. 18. *Quando ego im-*
pio dicam: tu morte morieris, nec tu
eum admonueris, nec verba feceris,
ut retraheres impium à viâ suâ pravâ,
ut per te viveret, ille impius in ini-
quitate suâ morietur; sed ego san-
guinem ejus de manu tuâ requiram.
19. *Si autem tu impium admonueris,*
neque ille ab suâ nequitiâ & viâ pravâ
discesserit; ille in iniquitate suâ morie-
tur, sed tu liberaveris animam tuam.
20. *Similiter, si justus à justitiâ suâ*
recedet & malum faciet, & si, cùm ego
ruinam ejus adduxerim, morietur,
quoniam tu eum non commonefeceris;
ille in peccato suo morietur, nec in
memoriâ erunt justitiæ ejus, quas fe-

יהוה ממקומו ׃ .13 וקול כנפי
החיות משיקות אשה אל אחותה ׃
וקול האופנים לעמתם ׃ וקול רעש
גדול ׃ .14 ורוח נשאתני ותקחני ׃
ואלך מר בחמת רוחי ׃ ויד יהוה
עלי חזקה ׃ .15 ואבוא אל הגולה
תל אביב הישבים אל נהר כבר
ואשר המה יושבים שם ׃ ואשב
שם שבעת ימים משמים בתוכם ׃
.16 ויהי מקצה שבעת ימים ויהי
דבר יהוה אלי לאמר ׃ .17 בן
אדם ׃ צפה נתתיך לבית ישראל ׃
ושמעת מפי דבר והזהרת אותם
ממני ׃ .18 באמרי לרשע ׃ מות
תמות ׃ ולא הזהרתו ולא דברת
להזהיר רשע מדרכו הרשעה
לחיתו ׃ הוא רשע בעונו ימות ׃
ודמו מידך אבקש ׃ .19 ואתה כי
הזהרת רשע ולא שב מרשעו ומדרכו
הרשעה ׃ הוא בעונו ימות ׃ ואתה את
נפשך הצלת ׃ .20 ובשוב צדיק
מצדקו ועשה עול ׃ ונתתי מכשול לפניו
הוא ימות ׃ כי לא הזהרתו ׃ בחטאתו
ימות ׃ ולא תזכרן צדקתו אשר
עשה ׃ ודמו מידך אבקש ׃ .21
ואתה כי הזהרתו צדיק לבלתי
חטא ׃ צדיק והוא לא חטא ׃ חיו יחיה ׃
כי נזהר ׃ ואתה את נפשך הצלת ׃
.22 ותהי עלי שם יד יהוה ׃
ויאמר אלי ׃ קום ׃ צא אל הבקעה
ושם אדבר אותך ׃ .23 ואקום ואצא
אל הבקעה ׃ והנה שם כבוד יהוה
עמד ככבוד אשר ראיתי על נהר
כבר ׃ ואפל על פני ׃ .24 ותבא
בי רוח ותעמדני על רגלי ׃ וידבר
אתי ויאמר אלי ׃ בא ׃ הסגר בתוך
ביתך ׃ .25 ואתה בן אדם הנה נתנו
עליך עבותים ואסרוך בהם ׃ ולא תצא
בתוכם ׃ .26 ולשונך אדביק אל חכך
ונאלמת ׃ ולא תהיה להם לאיש מוכיח ׃
כי בית מרי המה ׃ .27 ובדברי אותך
אפתח את פיך ואמרת אליהם ׃ כה
אמר אדני יהוה ׃ השמע ישמע
והחדל יחדל ׃ כי בית מרי המה ׃

cerat ; ſed ego ſanguinem ejus de manu tuâ requiram. 21. *Quòd ſi tu juſtum admonueris , ne peccaret , ille autem non aberraverit , vitâ vivet , quoniam fuit commonefactus , tu autem liberaveris animam tuam.* 22. *Fuit autem etiam ibi ſuper me manus Domini , qui mihi ſic mandavit : ſurge , egredere ad vallem ; ibi ego tecum loquar.* 23. *Ego ſurrexi , & exivi ad vallem ; ecce autem ſtabat ibi gloria Domini eadem , quam videram apud fluvium Chobar , & procidi in vultum meum.* 24. *Tum venit in me ſpiritus , erexitque me in pedes meos , & mecum locutus eſt , dixitque mihi : abi , claude te domo tuâ.* 25. *Futurum eſt autem , filî hominis , ut homines injiciant in te funes , teque eis revinciant ; ut commovere te apud eos non poſſis.* 26. *Ego etiam linguam tuam figam in palato tuo ; mutus fies , nec eris apud eos homo redarguens , quia hæc domus contumax eſt.* 27. *Sed quando ego tecum loquar , aperiam os tuum , tuque eis dices : hæc dicit Dominator Dominus ; qui audiet , audiet ; qui non audiet , non audiet ; quia hæc domus contumax eſt.*

---

1. את אשר תמצא אכול , *ede id , quod tibi porrigitur ;* ſignificat enim מצא , non modò *invenire* rem quæſitam , ſed etiam non quæſitam offendere , ſeu obviam habere ab alio adductam , vel allatam ; ſic Æthiopicè מצא , ſignificat *afferre , adducere.* Rectè igitur Chaldæus , *accipe quod tibi datur.* Hæc omittunt Græci Intt. ſed ſoli.

2. ויאכלני , *& dedit mihi edendum.* Tres Codices ויאכילני , plenè , ut alibi legitur hodiernis ipſis in Codicibus. ...כדבש למתוק , *ut mel , propter dulcitudinem ;* volumen non ſine causâ *dulce* , quanquam ſcriptæ erant in eo *lamentationes.* Sic in *Apocalypſi* volumen, quod edit Joannes Apoſtolus primùm *dulce* , deinde *amarum :* vide ibi *cap. 10. v. 10.*

5. אל בית ישראל , *ad domum Iſrael.* Domus Iſrael *Appoſitio* eſt ad עם , *populum ;* quæ *Appoſitio* vicem gerit τῦ כ ſimilitudinis , quaſi diceretur : non tibi videri debet populus ignotæ Linguæ domus Iſrael , ut legationem talem ægrè ſuſcipias.

6. אם לא... שלחתיך , *niſi te mitterem.* Omnes Veteres omittunt לא , quam negationem non legebant , & ex quâ oritur repugnantia in verbis ipſis , quæ ſententiam talem flagitant , *ſi te mitterem ad eos , illi audirent.* Ergò vel delendum לא , quod ex duabus litteris אל ſequentibus fuerit per mendum iteratum ; vel potiùs ſic legendum ואולם לו , *certè autem ſi...* ex quâ ſcriptione hodiernum mendum facilè deflexerit ; Particula לו ſic adhibetur in ſimili compoſitione , *Jud. cap. 8. v. 19.* ubi vide.

8. & 9. לעמת פניהם , *ſecundùm faciem eorum.* לעמת ita ſignificat *ſecundùm* , ut augeat ſententiam , quomodò augere ſolet gradus comparativus. Promittit enim Deus prophetæ , ſe ei daturum frontem , non modò firmam , ſed *firmiorem* , ut liquet ex his ſequentibus , *quomodo adamas lapide durior eſt.* ...מצר : Unus Codex plenè , מצור , *præ lapide.*

15. ואשר : Maſora ואשב , *& ſedi ;* malè , ut obſervat Lud. Cappellus ; nam legendum foret , ואשב והמה , ut liceret convertere cum Vulgato , *& ſedi ubi illi ſedebant.* Meliùs Græci Intt. τὲς ὄντας ἐκεῖ , *qui erant ibi* , cùm legerent אשר ſine ו , quod relativum , ad adverbium שם adjunctum, notat locum , ubi tunc agebant Judæi , qui exulabant in tractu *Telabib* , nempe fluvii Chobar finitimos locos.

16. ויהי : Spatium vacuum , quod notatur poſt ימים , non fuit relictum in Codicibus Reg. 3. & Orat. 42. Atque id perperam notatur , cùm nihil deſideretur.

18. לחיתו : Codex Orat. 42. לחיותו , *ad vivificandum eum.* Adhuc meliùs legeretur , להחיותו , cum notâ τῦ *Hiphil* , ut Samaritani ſcribere ſolent in Pentateucho.

20. הוא ימות : Lege והוא ימות , *& ille moriatur* , in eâdem ſerie , quâ , ſequenti verſu , והוא לא חטא , *& ille non peccet :* ſi ego , ulciſcens peccatum ejus , *poſuerim coram eo offenſionem* , *& moriatur* ſive, *ita ut moriatur.* מכשול indicat morbos, aut vulnera, quibus Deus plectebat Idololatras Judæos , ne apud Chaldæos dum habitabant , ad Deos ipſorum deficerent ; ימות , mortem ipſam , quæ morbos , aut vulnera , ſequebatur , niſi per admonitionem prophetarum reprimerentur. ...צדקתו : Rectè Maſora צדקתיו , *juſtitiæ ejus* , numero plur. ut numerorum concordia ſervetur. Ita etiam ſcriptum fuit in Codice Reg. 3. manu priori.

21. כי הזהרתו , *cùm monueris eum.* Supervacaneum eſt Affixum ו , ubi ſequitur caſus ipſe צדיק , *juſtum.* Natum fuerit הזהרתו ex formâ הזהרות , quam quidam Codices exhiberent. Jam alterum צדיק loco non ſuo poſitum eſt poſt prius חטא, ubi anteceſſit prius צדיק eodem in membro. Nativus ejus locus eſt poſt חטא poſterius , & ante חיה , ubi id legebant Græci Intt. vide eos. חיה meliùs , quàm חיו ; nam Infinitus חיו Syriaſmus eſt. Itaque rectè notatur ad marginem יה in Codice Orat 53.

25. ולא תצא בתוכם : Vulgatus, *& non egredieris de medio eorum*, quasi legeretur מתוכם. Sed rectè בתוכם, *in medio eorum;* nam תצא idem valet, atque *ingredieris,* sive, *de loco in locum ibis.*

CAPUT IV.

Jubetur describere in latere formam obsidionis, quasi obsideat Jerusalem, deinde decumbere in latus sinistrum dies 390. in dextrum, dies 40. posteà, coquere cibum sub stercore, atque eo uti ad mensuram, donec expleti fuerint obsidionis dies.

1. *Tu verò, fili hominis, sume*
laterem, & colloca eum coram te. Tu
in eo urbem, scilicet Jerusalem, de-
scribes. 2. *Tu eam cinges obsidione;*
exstrues contra eam munitiones; ad
eam duces aggerem, castra contra eam
pones, arietesque undique dispones.
3. *Deinde sumes sartaginem ferream,*
quam statues quasi murum ferreum,
inter te ac urbem; in quam simul tu
vultum firmabis, quasi eam cingens
& premens obsidione: hoc erit signum
domui Israel. 4. *Tu autem intereà*
decumbes in latus tuum sinistrum in
quo pones iniquitatem domûs Israel
tot dies, quot decumbes, ut subeas
iniquitatem ipsorum. 5. *Ego autem,*
pro annis iniquitatis ipsorum, numerò
tibi dies trecentos & nonaginta, qui-
bus iniquitatem domûs Israel subibis.
6. *Atque eos dies cùm expleveris,*
iterùm decumbes in latus tuum dex-
trum, ut subeas iniquitatem domûs
Juda per dies quadraginta; dies sin-
gulos constitui tibi pro singulis annis.
7. *Figes autem obtutum tuum in*
obsidione Jerusalem; erit extensum
brachium tuum, & contra eam vati-
cinabere. 8. *Ego verò in te actutùm*
funes injiciam; nec te versabis ex la-
tere in latus, donec absolveris obsi-
dionis tuæ dies. 9. *Quare sume fru-*

1. ואתה בן אדם קח לך לבנה ·
ונתתה אתה לפניך · וחקות עליה
עיר את ירושלם : 2. ונתתה עליה
מצור · ובנית עליה דיק · ושפכת
עליה סללה · ונתתה עליה מחנות ·
ושים עליה כרים סביב : 3. ואתה
קח לך מחבת ברזל · ונתתה אותה
קיר ברזל בינך ובין העיר · והכינתה
את פניך אליה והיתה במצור · וצרת
עליה · אות היא לבית ישראל : 4.
ואתה שכב על צדך השמאלי ·
ושמת את עון בית ישראל עליו ·
מספר הימים אשר תשכב עליו
תשא את עונם : 5. ואני נתתי
לך את שני עונם למספר ימים
שלש מאות ותשעים יום · ונשאת
עון בית ישראל : 6. וכלית את
אלה · ושכבת על צדך הימיני שנית ·
ונשאת את עון בית יהודה · ארבעים
יום · יום לשנה יום לשנה נתתיו
לך : 7. ואל מצור ירושלם תכין
פניך וזרעך חשופה · ונבאת עליה :
8. והנה נתתי עליך עבותים · ולא
תהפך מצדך אל צדך עד כלותך
ימי מצורך : 9. ואתה קח לך
חטין ושערים ופול ועדשים ודחן
וכסמים · ונתתה אותם בכלי אחד ·
ועשית אותם לך ללחם · מספר
הימים אשר אתה שוכב על צדך
שלש מאות ותשעים יום תאכלנו :
10. ומאכלך אשר תאכלנו במשקול
עשרים שקל ליום · מעת עד עת
תאכלנו :

תאכלנו : 11. ומים במשורה
תשתה ששית ההין · מעת עד עת
תשתה : 12. ועגת שערים
תאכלנה · והיא בגללי צאת האדם
תעגנה לעיניהם : 13. ויאמר יהוה ·
ככה יאכלו בני ישראל את לחמם
טמא בגוים אשר אדיחם שם : 14.
ואמר · אהה אדני יהוה הנה נפשי לא
מטמאה · ונבלה וטרפה לא אכלתי
מנעורי ועד עתה · ולא בא בפי
בשר פגול : 15. ויאמר אלי · ראה
נתתי לך את צפועי הבקר תחת
גללי האדם · ועשית את לחמך
עליהם : 16. ויאמר אלי · בן אדם
הנני שבר מטה לחם בירושלם ·
ואכלו לחם במשקל ובדאגה · ומים
במשורה ובשממון ישתו : 17.
למען יחסרו לחם ומים · ונשמו איש
ואחיו · ונמקו בעונם :

mentum, hordeum, fabam, lentes,
milium & zeam. Hæc tu in unum
vas conjicies, conficiesque tibi ex eis
panem; quo pane vescêris dies trecen-
tos & nonaginta, juxta numerum
dierum, quibus in latus tuum decum-
bes. 10. *Cibum autem diurnum sumes*
pondere viginti siclorum, atque eum
certis horis comedes. 11. *Aquam*
etiam bibes ad mensuram; sextam
scilicet partem Hin bibes certis horis.
12. *Sed cibo utêris ita cocto, ut co-*
quitur hordeaceus, eundemque in consp-
ectu ipsorum stercore humano coques.
13. *Dixit autem Dominus; ita filii*
Israel immundum panem comedent
apud gentes, quò ego eos sum expul-
surus. 14. *Ego vero dixi; ah! Do-*
mine Deus, ego nunquam fui conta-
minatus. Ego à teneris annis usque ad
hunc diem non edi nec sponte mortuum, nec à feris laniatum, neque in os
meum intravit caro immunda. 15. *Tum dixit mihi: ego igitur, in locum*
stercoris humani concedo tibi stercus bovis, ut eo panem tuum coquas. 16. *Di-*
xitque mihi: filî hominis; ecce ego frangam in Jerusalem subsidium panis;
edent panem certo pondere & in anxietate, aquam ad mensuram & attoniti
bibent; 17. *Ut pane ipsis deficiente, & exhaustis aquis, unus ad alterum*
obstupescant, & in suâ iniquitate contabescant.

---

1. ...וחקות, *& describes.* Circulo superno animadvertunt Codices, ut solent in insolitis formis, seu nominum, seu verborum. Forma consueta est חקית, ex חקה, ut קנית, ex קנה.

3. קח לך מחבת, *sume tibi sartaginem.* Contenti sumus significatu vulgari *sartago.* Nam מחבת esse *laminam* non docet ab exemplis Edm. Calmet. Jubetur Propheta, ponere inter se & urbem *sartaginem*, quia id vas ferreum erat ei ad manum, & quia id, quà ferreum, satis erat ad demonstrandum id, quod agebatur; nimirum murum ferreum posuisse Israelitas per sua scelera, inter se ac Deum suum. ..והכינתה את פניך עליה, *& firmabis vultum tuum contra eam.* Vult Grotius pertinere *eam* ad *sartaginem.* » Irato vultu (inquit) eam aspicies, quomodò Deus peccata Ju- » dæorum. « Sed liquet pertinere עליה ad rem eandem, de quâ dicitur continenter, והיתה במצור, *& erit in obsidione.* Atqui *urbs* obsidebatur, non *sartago;* & nihil erat cur sartaginem Ezechiel, quâ utebatur ad obsidionem adumbrandam *irato vultu* aspiceret.

4. עון בית ישראל, *iniquitatem domûs Israel.* Quid sit hoc loco *iniquitas;* an ipsa impietas Israel, an pœna impietatis, non difficile est statuere, modò attendas diligenter res antecedentes & consequentes. Statuit Grotius, esse ipsam impietatem, sicque explicat *trecentos & nonaginta dies.* » Tot anni sunt à lapsu Salomonis ad deportationem decem Tribuum per Salmanassarem, per » quam illarum Tribuum homines gens esse desierunt. « Anteà interpretabatur *cubabis*, hoc modo: » Ex diebus intelliges, per quot annos ego illorum peccata tacitus pertulerim, nam » dies Ezechieli dati sunt, pro totidem annis divinæ patientiæ, « Ergo, si audis Grotium, decubuit Ezechiel ut rem præteritam designaret, non ut adumbraret futuram. Atqui decubuit iterum Ezechiel pro iniquitate domûs Juda, non rem præteritam suâ actione refricans, sed vaticinans futuram, nempe obsidionem Jerusalem. Quòd si rem futuram utrobique actione suâ vaticinabatur, superest ut vaticinatus fuerit de pœnâ impietatis; hoc est, quot annos filii Israel & filii Juda pœnas laturi essent suæ impietatis. Vide, si juvat, apud Hieronymum quo-

modò anni, & Iſrael 390. & Juda 40. computari poſſint. Cæterùm notandum, in diebus 390. adumbrari non modò annos 390. per quos filii Iſrael ſuæ impietatis pœnas laturi eſſent; ſed etiam eos ipſos dies 390. quibus Jeruſalem obſidenda erat, & ad ultima malorum per famem redigenda: confer verſum 11. cum verſu 16. Ezechiel ſumit ad menſuram cibum & potum per dies 390. quod, quid ſignificet, explicant verſus 16. & 17. nimirum tot dies famem in Jeruſalem obſeſsâ graſſaturam; ſed idem Ezechiel in latus decumbens, præſignificat quandiu jacere debeant Reſpublicæ Iſrael & Juda; nempe Iſrael, annos 390. Juda autem, 40.

8. עד כלותך ימי מצורך, *donec expleveris dies obſidionis tuæ.* Eadem *obſidio* agitur, quæ ſuperiori verſu nominatur מצור ירושלם, *obſidio Jeruſalem.* Itaque non rectè hæc Grotius: » *Obſidionis tuæ* dicit, quia domi manendi, neque ſe convertendi neceſſitas, & vincula, obſidionis » habent figuram. « Nunquam vidi vocabulum מצור de homine dictum; ſed vidi paſſim de muris, de urbibus, &c. Itaque in מצורך, Affixum ך eſt Activum, non Paſſivum.

9. חטין, *frumenta.* Lege חטים, formâ Hebraicâ, ut lego in Codice Orat. 42. Cæteri Codices circulum ponunt. Non adhiberet Ezechiel ſermonem Chaldaicum in hoc nomine, ut deinde Hebraicum in ſequenti, שערים, uſurparet.

10. מעת עד עת תאכלנו, *ex tempore in tempus edes eum*; hoc eſt, horis diei diverſis, vel ſtatis. Neque enim jam notatur in verbo עת, *dies*, poſtquàm dictum eſt ליום, *ſingulis diebus*, ſed deſignantur diei tempora, ſeu horæ. Itaque non rectè adhuc Grotius, *tantumdem quoque die*; ut neque Edm. Calmet, *tous les jours un pain.*

13. ...לחמם טמא בגוים, *panem ſuum pollutum apud gentes.* Suprà vidimus Prophetam, cùm ederet panem certo pondere, prænuntiaſſe famem in Jeruſalem obſeſſâ graſſaturam; nunc prænuntiatur, in pane cocto media inter ſtercora, panis immundus, quem filii Iſrael comeſturi ſunt apud exteras gentes; quomodò etiam dies 390. in diverſis Prophetæ actionibus adumbrabant, ut monuimus, nunc quot annos filii Iſrael plectendi eſſent, nunc quot dies fames eſſet duratura in Jeruſalem. Illæ picturæ rerum futurarum, quanquam una in aliâ permiſtæ, tamen non erant obſcuræ, poſtquàm Deus, Prophetam alloquens, unamquamque adumbrationem ſuo quaſi titulo inſignierat.

15. צפיעי, *ſtercora.* Maſora, צפיעי, ſine causâ. Nam צפיעי, forma eſt Chaldaica; צפועי, Hebraica, ex צפע, *ſtercus egerere*; qui ſignificatus ſupereſt in Arab. Linguâ.

CAPUT V.

Ezechiel jubetur capillos tondere, atque eorum tertiam partem in ignem mittere, tertiam circa urbis, quam obſidet, mœnia ſpargere, tertiam projicere in auras, ut hæc ſigna ſint malorum urbi Jeruſalem impendentium.

1. *Tu verò, filî hominis, ſume tibi novaculam tonſoris acie acutâ, & capillos tuos tonde ac barbam; ſumes deinde trutinam, atque eos ad pondus divides.* 2. *Tertiam partem igne combures in medio civitatis, dum dies obſidionis durabunt; deinde ſumes alteram partem tertiam, quam gladio ſparges circa urbem, tertiam ultimam in auras diſſipabis; ego autem poſt eos gladium diſtringam.* 3. *Tu tamen inde aliquos numero paucos tolles, & in pallii tui ſinu religabis;* 4. *Ex quibus iterum quoſdam capies, & me-*

1. ואתה בן אדם קח לך חרב חדה · תער הגלבים תקחנה לך · והעברת על ראשך ועל זקנך · ולקחת לך מאזני משקל וחלקתם : 2. שלשית באור תבעיר בתוך העיר כמלאת ימי המצור · ולקחת את השלשית תכה בחרב סביבותיה · והשלשית תזרה לרוח · וחרב אריק אחריהם : 3. ולקחת משם מעט במספר · וצרת אותם בכנפיך : 4. ומהם עוד תקח והשלכת אותם אל תוך האש · ושרפת אתם באש · ממנו תצא אש אל כל בית ישראל :

dium in ignem conjicies & combures;
ex eo ignè flamma erumpet in univer-
ſam domum Iſrael. 5. *Hæc dicit Domi-*
nator Dominus: hæc illa eſt Jeruſalem,
quam ego in mediis gentibus colloca-
veram, finitimiſque terris circumde-
deram. 6. *Hæc illa eſt, quæ judiciis*
meis abutitur ad improbitatem pluſ-
quàm gentes, & inſtitutis meis, pluſ-
quam terræ, quæ ipſam ambiunt;
nam ſpernunt judicia mea, nec inſti-
tutorum meorum vias ſequuntur.
7. *Propterea hæc dicit Dominator*
Dominus: Quia vos nequiores eſtis
gentibus, quæ vos ambiunt, & neque
inſtituta mea ſequimini, nec judicia
mea obſervatis, & ne jura quidem
gentium, quæ vos ambiunt, exſequi-
mini; 8. *Ideò hæc dicit Dominator*
Dominus: ego, ego adero tibi, &
exercebo apud te judicia in oculis
nationum. 9. *Ego enim faciam in te*
quæ hactenus non feci, nec poſteà
ſum facturus, propter omnes actiones
tuas nefandas. 10. *Ergo patres in*
medio tui devorabunt filios, & filii
patres. Ego exercebo adverſùm te
judicia; ego omnes reliquias tuas in
omnem ventum diſſipabo. 11. *Etenim*
vivo ego, dicit Dominator Domi-
nus: quia tu contâminaſti ſanctua-
rium meum cultibus tuis ſceleratis ac
nefandis, ego te exſcindam, nec par-
cet oculus meus; neque enim miſeri-
cordiâ movebor. 12. *Tertia pars tui*
peſtilentiâ delebitur, & fame apud
te peribit; tertia pars gladio cadet in
confiniis tuis; tertiam ego in omnem
ventum diſſipabo, & poſt eos gladium
diſtringam. 13. *Nam ira mea exple-*
bitur; & tum demum ego memetip-
ſum conſolabor, cùm eis furor meus
incumbet, & tum cognoſcent me eſſe
Dominum, qui hæc iratus, prædixe-

5. כה אמר אדני יהוה · זאת
ירושלם בתוך הגוים שמתיה ·
וסביבותיה ארצות ׃ 6. ותמר את
משפטי לרשעה מן הגוים · ואת
חקותי מן הארצות אשר סביבותיה ·
כי במשפטי מאסו וחקותי לא הלכו
בהם ׃ 7. לכן כה אמר אדני
יהוה · יען המנכם מן הגוים אשר
סביבותיכם · בחקותי לא הלכתם
ואת משפטי לא עשיתם · וכמשפטי
הגוים אשר סביבותיכם לא עשיתם ׃
8. לכן כה אמר אדני יהוה · הנני
עליך גם אני · ועשיתי בתוכך
משפטים לעיני הגוים ׃ 9. ועשיתי
בך את אשר לא עשיתי ואת אשר
לא אעשה כמוהו עוד · יען כל
תועבתיך ׃ 10. לכן אבות יאכלו
בנים בתוכך · ובנים יאכלו אבותם ·
ועשיתי בך שפטים · וזריתי את כל
שאריתך לכל רוח ׃ 11. לכן חי
אני · נאם אדני יהוה · אם לא יען
את מקדשי טמאת בכל שקוציך
ובכל תועבתיך · וגם אני אגרע · ולא
תחוס עיני · וגם אני לא אחמול ׃
12. שלשתיך בדבר ימותו · וברעב
יכלו בתוכך · והשלשית בחרב יפלו
סביבותיך · והשלשית לכל רוח
אזרה · וחרב אריק אחריהם ׃ 13.
וכלה אפי והנחתי חמתי בם והנחמתי ·
וידעו כי אני יהוה דברתי בקנאתי
בכלותי חמתי בם ׃ 14. ואתנך
לחרבה ולחרפה בגוים אשר
סביבותיך לעיני כל עובר ׃ 15.
והיתה חרפה וגדופה מוסר ומשמה
לגוים אשר סביבותיך · בעשותי בך
שפטים באף ובחמה ובתכחות
חמה · אני יהוה דברתי ׃ 16.
בשלחי את חצי הרעב הרעים בהם
אשר היו למשחית אשר אשלח
אותם לשחתכם · ורעב אסף עליכם ·
ושברתי לכם מטה לחם ׃ 17.
ושלחתי עליכם רעב וחיה רעה
ושכלך · ודבר ודם יעבר בך · וחרב
אביא עליך · אני יהוה דברתי ׃

ram, cùm in eos expletus fuerit furor meus. 14. *Ego enim reddam te dere-*
lictam & infamem apud gentes quæ te ambiunt; atque hoc erit in oculis om-
nium prætereuntium. 15. *Eris proposita, & opprobrio, & contumeliis, &*
objurgationi, & stupori, apud gentes quæ te ambiunt, cùm ego in te judicia
exercebo per iram & per furorem, & per furoris objurgationes: ego Domi-
nus, qui hæc locutus sum. 16. *Cùm ego sagittas mittam vespertinas, quæ*
apud eos grassabuntur, quoniam ego eas mittam, ut vos exscindant; & cùm
famem contra vos colligam, frangamque apud vos subsidium panis; 17. *Cùm*
mittam in vos malas bestias fame rabidas, quæ te depopulabuntur; cùm pesti-
lentia & internecio per te transibunt, cùmque adversùm te mittam gladium;
ego Dominus, qui hæc locutus sum.

---

1. חרב... תער, *cultrum... novaculam.* Unum nomen חרב ad alterum תער adjungitur per Appositionem, ut ad genus species; nam חרב חדה, *cultrum*, vel *aciem acutam*, genus est; תער, autem species.

2. כמלאת ימי המצור, *prout implebuntur dies obsidionis*, sive *dum durabit obsidio*, & diversis diebus, ut adumbretur interitus eorum, qui de die in diem, urbe obsessâ, perituri sunt, grassante fame, aut pestilentiâ: vide versum 12. ...תכה: Lege ותכה, cum nexu, quem exhibet Syrus. Oritur autem תכה ex נתך, *effundere.* Affixum ה femininum pertinet ad שלשית, *tertiam partem.*

4. ממנו, *ex eo.* Vitiosè Affixum נו masculinum, quod caret Antecedente ejusdem generis. Legendum, vel ממנה, *ex eo* (אש *igne*) aut *inde*, ut Græci Intt. ἐξ αὐτῆς, vel potiùs ממנם, *ex illis*, quoniam antecessit אתם, *illos.* Consentiunt plerique Intt. per flammam erumpentem notari facinus Ismahelis Godoliam interficientis; ex quo homicidio exarsit bellum civile inter Judæos.

6. מן הגוים, *plusquàm gentes;* nam talem sententiam habet מן versu 7. huic parallelo. Deus hîc vocat *judicia* sua & *instituta*, legem naturæ, seu jus gentium, quod Judæi perfregerant audaciùs, quàm vicinæ gentes, quæ Legem Dei scriptam non habebant.

7. יען המנכם: Nos, *quia vos nequiores estis;* neque enim dubitamus, quin olim scriptum fuerit חמסכם, ex חמס, *iniquè*, aut *violenter agere.* Nihil sententiæ habere potest המנכם, neque ex Radice המן, neque ex מנה. Sed sententia hæc, *nequiores estis*, sequitur ex versu superiore, in quo Israel exhibetur ut *nequior* vicinis populis. Eadem benè quadrat in finem hujus versûs, ubi exprobrat Deus populo Israel, quòd ne jura quidem gentium vicinarum sequatur, quæ jura gentes eæ religiosè colunt.

11. אגרע, *exscindam*, tanquam אגדע. Sed non vitiosum אגרע, per litteram *Ress;* modò sequaris significatum Syriacum, *radere, tondere.* Nam lusus est in verbo & in re simili; *ego tondebo, nec parcam;* quomodò meo jussu totondit se Ezechiel.

16. בשלחי את חצי הרעב: Verbum de verbo, *cùm miserim sagittas famis.* Non facilè credet exercitatus Lector, ita scriptum fuisse in Autographis. Nam posteà fames tangitur eo modo, ut appareat, de fame nihil anteà fuisse dictum. Et verò fames nullibi, quod sciam, per sagittæ similitudinem adumbratur. Denique omitteretur in enumeratione malorum *pestilentia*, si utroque membro de *fame* diceretur. Propterea vix dubitamus, pro הרעב, legendum esse הערב, *vespertinas* (*sagittas.*) Ita exhibetur pestilentia in Psalmo 91. his verbis, מדבר באפל יהלך, *à pestilentiâ in tenebris ambulante.*

17. רעב וחיה רעה, *famem, & malam bestiam.* Sunt *fames* & *bestia* ἓν διὰ δυοῖν, pro bestiâ famelicâ. Id significat verbum ושכלך, *& orbabit te*, quod pertinet ad bestiam, quæ fame rabida pueros devorat, parentesque orbos facit.

CAPUT VI.

Ezechiel jubetur vultum convertere ad montes Iſrael, filiiſque Iſrael denuntiare, altaria Deorum everſum iri, atque ipſos gladio, fame ac peſtilentiâ perituros.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc mandantis. 2. *Filî homi-*
nis, converte vultum tuum ad mon-
tes Iſrael, & ad eos vaticinare;
3. *Diceſque: montes Iſrael, audite*
verbum Domini Dominatoris. Hæc
dicit Dominator Dominus de monti-
bus & de collibus, de torrentibus & de
vallibus. Ego in vos adducturus ſum
gladium, & excelſa veſtra everſurus.
4. *Altaria veſtra diruentur, ſimulacra*
veſtra frangentur. Ego faciam ut
homines veſtri cadant vulnerati ante
idola veſtra. 5. *Ego effundam cada-*
vera filiorum Iſrael coram Idolis ſuis;
ego diſpergam oſſa veſtra circùm aras
veſtras. 6. *Civitates devaſtabuntur in*
cunctis habitationibus veſtris; excelſa
diruentur, ut aræ veſtræ vaſtentur &
diruantur; ut idola veſtra frangantur
& jaceant; ut ſimulacra veſtra ex-
ſcindantur, & opera veſtra deleantur.
7. *Cadent apud vos vulnerati, meque*
eſſe Dominum cognoſcetis. 8. *Et*
dabo eſſe reliquias, ut ſint apud gen-
tes qui gladium effugerint, cùm vos
diſſipavero in regiones. 9. *Tum me*
veſtræ reliquiæ recordabuntur apud
gentes in quibus habitabunt, poſtquàm
ego eorum pectus adulterum fregero,
quod à me receſſerat, oculoſque eorum
adulteros, quibus idola ſua ſequeban-
tur. Tum ſibimetipſis diſplicebunt,
propter flagitia hæc, quæ fecerunt in

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
2. בן אדם שים פניך אל הרי
ישראל והנבא אליהם ׃ 3. ואמרת ׃
הרי ישראל שמעו דבר אדני יהוה ׃
כה אמר אדני יהוה להרים ולגבעות
לאפיקים ולגיאות ׃ הנני אני מביא
עליכם חרב ואבדתי במותיכם ׃ 4.
ונשמו מזבחותיכם ׃ ונשברו חמניכם ׃
והפלתי חלליכם לפני גלוליכם ׃ 5.
ונתתי את פגרי בני ישראל לפני
גלוליהם ׃ וזריתי את עצמותיכם
סביבות מזבחותיכם ׃ 6. בכל
מושבותיכם הערים תחרבנה והבמות
תישמנה ׃ למען יחרבו ויאשמו
מזבחותיכם ׃ ונשברו ונשבתו
גלוליכם ׃ ונגדעו חמניכם ׃ ונמחו
מעשיכם ׃ 7. ונפל חלל בתוככם ׃
וידעתם כי אני יהוה ׃ 8. והותרתי
בהיות לכם פליטי חרב בגוים
בהזרותיכם בארצות ׃ 9. וזכרו
פליטיכם אותי בגוים אשר נשבו
שם ׃ אשר נשברתי את לבם הזונה
אשר סר מעלי ואת עיניהם הזנות
אחרי גלוליהם ׃ ונקטו בפניהם אל
הרעות אשר עשו לכל תועבתיהם ׃
10. וידעו כי אני יהוה ׃ לא אל
חנם דברתי לעשות להם הרעה
הזאת ׃
11. כה אמר אדני יהוה ׃ הכה
בכפך ורקע ברגלך ואמר ׃ אח אל כל
תועבות רעות בית ישראל ׃ אשר
בחרב ברעב ובדבר יפלו ׃ 12.
הרחוק בדבר ימות ׃ והקרוב בחרב
יפול ׃ והנשאר והנצור ברעב ימות ׃

religionibus ſuis neſandis ; 10. *Et cognoſcent , me eſſe Dominum , nec me fruſtra denuntiaſſe , me illis mala hæc facturum.* 11. *Hæc dicit Dominator Dominus : complode manibus , pedem ſupplode , & clama væ , propter ſceleſtas religiones domûs Iſrael ; nam gladio & fame & peſtilentiâ peribunt.* 12. *Qui longè aberunt , peſtilentiâ interibunt ; qui propè erunt , gladio cadent ; qui ſuperſtites erunt , fame per obſidionem peribunt , & explebo in eis iram meam.* 13. *Et cognoſcetis , me eſſe Dominum , cùm jacebunt interfecti eorum inter medios ipſorum Deos , fuſi ad aras ipſorum , & in omni colle excelſo , & in cunctis montium cacuminibus , & ſub omni arbore virenti , & ſub omni opacâ quercu , in quibus locis adolebant ſuaviſſimos odores cunctis Idolis ſuis.* 14. *Ego enim extendam in eos manum meam ; ego adducam vaſtitatem in omnes habitationes ipſorum. Non ſic eſt vaſtitas deſerti Deblatha , ut erit terræ vaſtitas ; & Dominum me eſſe cognoſcent.*

וכליתי חמתי בם : 13. וידעתם
כי אני יהוה בהיות חלליהם בתוך
גלוליהם סביבות מזבחותיהם · אל
כל גבעה רמה בכל ראשי ההרים
ותחת כל עץ רענן ותחת כל אלה
עבתה · מקום אשר נתנו שם ריח
ניחח לכל גלוליהם : 14. ונטיתי
את ידי עליהם · ונתתי את הארץ
שממה ומשמה ממדבר דבלתה
בכל מושבותיהם · וידעו כי אני
יהוה :

2. אל הרי ישראל , *ad montes Iſrael* , (*& vaticinare ad eos.*) Inferiore verſu vaticinatur Ezechiel , non modò ad *montes* , , ſed ad *valles.* Itaque *montes* non ſtrictè accipiendi. Mandatum accipit Propheta , ut ex Babylone proſpiciat montes Iſrael , tanquam homo qui proſpicere velit regionem longè remotam , quique eam recognoſcit ab editis locis , qui longo intervallo videntur ; *montes* igitur pro universâ regione intelligendi.

3. לגיאות , *vallibus :* Maſora לגאיות. Tamen forma legitima eſt גיא , non גאי. Unus Codex Orat. לגיאות , in Contextu , alter ad marginem.

4. חמניכם , *ſimulacra veſtra.* Ita ferè omnes , quanquam ſatis incertum ex quâ Radice. Veriſimile eſt , ſimulacra hæc notari , quæ frequentabant arioli & conjectores rerum futurarum ; nam חמן , Arabicè , ſignificat , *haud certò ſcire , dicere per conjecturam.*

5. גלוליהם , *idola eorum...* עצמותיכם , *oſſa veſtra.* Mutantur Affixa , quæ nunc ſunt perſonæ tertiæ , nunc ſecundæ ; non quòd talis ſit Hebraicæ Linguæ indoles , ut viſum eſt pleriſque Grammaticis , ſed quia tanguntur nunc Judæi Babylone captivi , inter quos Ezechiel verſatur , nunc Judæi , qui regionem ſuam adhuc habitant. Priores ſpectant Affixa perſonæ ſecundæ ; poſteriores , tertiæ.

6. תישמנה , *devaſtabuntur.* Unus Codex תשמנה , quæ forma uſitatior ; nam recurrit infrà cap. 12. v. 19. & cap. 19. v. 7. nec alibi legitur cum י , niſi hoc loco. Alia verba פ״י retinent י in Futuro , alia abjiciunt. Sic תדע , *cognoſces* , non תידע ; ſic contrà תירא , *timebis* , non תרא. Habent hæc verba ſuam quæque formam , eamque perpetuam , tametſi Scribæ ſæpe utramque permiſcuêre.

8. בהיות : Vera ſcriptio להיות , *ut ſint.* Nam ſeries requirit præfixum ל , quo ſignificatur Tempus futurum cum causâ. Idcircò daturus eſt Deus aliquas Iſraeli reliquias , ut Iſrael ſit apud gentes , ſive ut patriâ ſuâ exterminetur.

9. נשברתי , *fregerim.* Superfluit נ Paſſivum. Omninò legendum שברתי , Activum. Græci Intt. *ὀμώμοκα , juravi* , ex falsâ ſcripturâ נשבעתי , ex quâ fortaſſe nata eſt hodierna falſa נשברתי.

CAPUT VII.

Jubetur prænuntiare, ruinam Iſrael brevi adfuturam; omnes fame, ferro ac peſtilentiâ perituros, prædæ hoſtibus fore id aurum, quo ſimulacra ſua decorârant; viſionem abfuturam à prophetis, Legem à Sacerdote, conſilium à ſene.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc mandantis. 2. *Filî homi-*
nis, hæc loquêris. Hæc dicit Domi-
nator Dominus de terrâ Iſrael; adeſt
finis, finis adeſt in quatuor terræ
plagas. 3. *Nunc adeſt finis tuus,*
mittamque in te furorem meum, te-
que ſic judicabo, ut viæ tuæ fuerunt,
& rejiciam in te omnes impietates
tuas. 4. *Non parcet tibi oculus meus,*
nec miſericordiâ movebor. Etenim
reddam tibi vias tuas; tuæ impieta-
tes in ſinu tuo erunt; tum vos me
eſſe Dominum cognoſcetis. 5. *Hæc*
dicit Dominator Dominus; en cala-
mitas veniet poſt calamitatem. 6. *Fi-*
nis adeſt; adeſt finis tuus, & jam
jam ingruit. 7. *Adveniunt anguſtiæ*
in te, qui regionem habitas; venit
tempus; proxima eſt dies tumultûs,
non hilaritatis. 8. *Nunc ego in te*
iram meam de proximo effundam at-
que eam in te explebo; judicabo te
juxta vias tuas, reddamque tibi om-
nes impietates tuas. 9. *Non parcet*
oculus meus, nec miſericordiâ move-
bor; reddam tibi juxta vias tuas;
tuæ impietates in ſinu tuo erunt.
Tum vos me Dominum verberantem
cognoſcetis. 10. *En dies, dies adeſt;*
germen ortum eſt, virga floruit, exe-
ruit ſe ſe arrogantia. 11. *Violentia*
è virgâ erupit; non aderit ex eis ſa-

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. ואתה בן אדם כה אמר אדני
יהוה לאדמת ישראל · קץ בא הקץ
על ארבעת כנפות הארץ : 3. עתה
הקץ עליך · ושלחתי אפי בך
ושפטתיך כדרכיך · ונתתי עליך
את כל תועבתיך : 4. ולא תחוס
עיני עליך ולא אחמול · כי דרכיך
עליך אתן ותועבותיך בתוכך תהיין ·
וידעתם כי אני יהוה :
5. כה אמר אדני יהוה · רעה
אחת רעה הנה באה : 6. קץ בא
בא הקץ הקיץ אליך · הנה באה :
7. באה הצפירה אליך יושב הארץ ·
בא העת קרוב היום מהומה ולא
הד הרים : 8. עתה מקרוב
אשפך חמתי עליך · וכליתי אפי
בך · ושפטתיך כדרכיך · ונתתי עליך
את כל תועבותיך : 9. ולא תחוס
עיני ולא אחמול · כדרכיך עליך
אתן ותועבתיך בתוכך תהיין ·
וידעתם כי אני יהוה מכה : 10.
הנה היום הנה באה · יצאה הצפרה ·
צץ המטה · פרח הזדון : 11.
החמס קם למטה רשע לא מהם
ולא מהמונם ולא מהמהם ולא נה
בהם : 12. בא העת · הגיע
היום · הקונה אל ישמח · והמוכר
אל יתאבל · כי חרון אל כל המונה :
13. כי המוכר אל הממכר לא
ישוב · ועוד בחיים חיתם · כי חזון
אל כל המונה לא ישוב · ואיש
בעונו חיתו לא יתחזקו : 14. תקעו

lus, neque ex divitiis ipſorum, ne-
que ex agitationibus; non erit eis
reſpiratio. 12. *Venit tempus, ap-*
propinquat dies. Qui emit, non læ-
tetur, nec qui vendit, lugeat; ira
enim mea imminet in omnes divitias.
13. *Etenim qui vendit, ad rem ven-*
ditam non revertetur, nec apud vi-
ventes ſtabunt pacta conventa eorum;
nam pactiones non efficient, ut di-
vitiæ redhibeantur; quiſquis in ſuâ
iniquitate pactum fecerit, non firma-
bitur. 14. *Claſſicum cane; fac omnes*
apparatus; tamen nemo ad certamen
iturus eſt, quoniam imminet in om-
nes divitias furor meus. 15. *Foris*
erit gladius, domi peſtilentia & fa-
mes; qui erit in agro, gladio peri-
bit; qui in civitate, eum fames &
peſtilentia conſumet. 16. *Fugient re-*
liquiæ ipſorum, eruntque in monti-
bus velut columbæ gementes; abſu-
met eos mors, unumquemque in ſuâ
iniquitate. 17. *Omnes manus diſſol-*
ventur; omnia genua in ſudorem ſol-
ventur. 18. *Induent ſaccos, horror*
corripiet eos; erit in cunctis vultibus
rubor, calvitium in cunctis capitibus.
19. *Abjicient in plateas argentum*
ſuum; aurum eorum immundum re-
putabitur: nec argentum eorum, nec
aurum, liberare eos poterit in die iræ
Domini. Non ſaturabunt appetitum
ſuum, nec implebitur venter eorum,
poſtquàm ruinam adduxerit iniqui-
tas ipſorum. 20. *Fecerunt de eo ſpe-*
cioſos ſplendidoſque ornatus, quibus
ornaverunt imagines nefandas Deorum ſuorum; propterea faciam, ut apud
eos immundum reputetur; 21. *Tradamque illud alienis in prædam, & popu-*
latoribus terræ in ſpolium, ut illud habeant tanquam profanum. 22. *Aver-*
tam ab eis vultum meum; theſauri mei ut profani habebuntur; nam venient
prædones, qui hæc profanabunt. 23. *Fac catenam; terra enim plena eſt judi-*
ciis ſanguinis; violentiâ plena eſt civitas. 24. *Adducam paſtores gentium,*
qui domos eorum poſſidebunt; quippe arrogantium faſtum comprimam, &
loca

בתקוע · והכין הכל · ואין הלך
למלחמה · כי חרוני אל כל המונה :
15. החרב בחוץ והדבר והרעב
מבית · אשר בשדה בחרב ימות ·
ואשר בעיר רעב ודבר יאכלנו :
16. ופלטו פליטיהם · והיו אל
ההרים כיוני הגאיות · כלם המות
איש בעונו : 17. כל הידים
תרפינה · וכל ברכים תלכנה מים :
18. וחגרו שקים · וכסתה אותם
פלצות · ואל כל פנים בושה · ובכל
ראשיהם קרחה : 19. כספם
בחוצות ישליכו · וזהבם לנדה יהיה ·
כספם וזהבם לא יוכל להצילם ביום
עברת יהוה · נפשם לא ישבעו
ומעיהם לא ימלאו · כי מכשול
עונם היה : 20. וצבי עדיו לגאון
שמהו · וצלמי תועבותם שקוציהם
עשו בו · על כן נתתיו להם לנדה :
21. ונתתיו ביד הזרים לבז ולרשעי
הארץ לשלל וחללוה : 22. והסבתי
פני מהם · וחללו את צפוני · ובאו
בה פריצים וחללוה : 23. עשה
הרתוק · כי הארץ מלאה משפט
דמים · והעיר מלאה חמס : 24.
והבאתי רעי גוים · וירשו את
בתיהם · והשבתי גאון עזים · ונחלו
מקדשיהם : 25. קפדה בא · ובקשו
שלום ואין : 26. הוה על הוה
תבוא · ושמעה אל שמועה תהיה ·
ובקשו חזון מנביא · ותורה תאבד
מכהן ועצה מזקנים : 27. המלך
יתאבל ונשיא ילבש שממה · וידי
עם הארץ תבהלנה · מדרכם אעשה
אותם · ובמשפטיהם אשפטם · וידעו
כי אני יהוה :

loca eorum ſancta contaminabuntur. 25. *Advenit excidium ; quærent pacem,*
nec erit. 26. *Calamitas calamitati ſuccedet, fama poſt famam orietur. Quæ-*
rent viſionem & prophetam ; deſeret lex ſacerdotem, & conſilium ſenes.
27. *Rex lugebit ; principes induet ſtupor ; manus populi terræ torpeſcent.*
Sic faciam eis, ut fuerunt viæ ipſorum ; judicabo eos, ut judicabant. Tum
me eſſe Dominum cognoſcent.

---

2. בן אדם כה אמר... יהוה, *filî hominis, hæc dicit... Dominus.* Addimus, *hæc loquêris*, ex Syro, qui ſic habet : בר נשא אמר · הכנא אמר מריא, *filî hominis, dic; hæc dicit Dominus,* cùm bis legeret אמר, ut cap. 11. w. 5. & 17. quod etiam bis eſt legendum, ut prius אמר imperet prophetæ, ut loquatur, dicatque, *hæc dicit Dominus.* Quippe in Libris Prophetarum verba hæc, *hæc dicit Dominus*, hominum ſunt ex Dei verbis loquentium, non autem Dei ipſius. Ita etiam legebant Græci Intt. apud quos legitur εἰπὸν, *dic.* ...קץ בא הקץ, *finis venit finis ;* lege קץ בא · בא הקץ, *finis venit, venit finis*, iterato verbo בא, quod legunt omnes Veteres. ...ארבעת, *quatuor.* Rectè Maſora ארבע, ſine ת, ut ſit femininum, cujus generis eſt כנפות, *plagas.*

4. בתוכך : Nos, *in ſinu tuo ;* vide infrà ad verſum 9.

5. רעה אחת רעה : Arias, *malum unum, malum (ecce venit.)* Meliùs Chaldæus, בישתא בתר בישתא, *malum poſt malum*, ex ſcriptione אחר, quam exſequimur. Syrus, בישתא חלף בישתא, *malum pro malo*, cùm legeret תחת, pro אחת. Optimè etiam legas אתה, *venit*, ut id verbum reſpondeat alterî verbo באה. Sed ſcripturam אחר prætulimus, quia autoritatem habet ex Chaldæo, nec non ex Codice Orat. 42.

6. הקץ הקיץ : Alterum vocabulum הקיץ fuit ex altero iteratum per imprudentiam. Id non exprimit Chaldæus, qui ſic convertit, ut verſu 2. in quo non legitur הקיץ, poſt הקץ. Rem etiam decurtat Syrus, quam ſentit obſcuram. Nihil ſapit Hebraicum, *finis evigilavit*, ut nec Latinum. ...באה in fine verſûs legendum בא, ut initio. Videtur באה falſa imitatio alterius באה, quod ſequitur verſu 7.

7. באה הצפירה, *adveniunt anguſtiæ*, ex ſignificatu Chaldaico, *circumdare*, niſi magis placet *pallor*, ex Arabico צפר, *pallere.* Conjecturâ utimur, quia in hoc verbo Hebr. Lexica deſerunt Interpretem. ...ולא הד הרים : Vulgatus, *& non gloriæ montium*, quaſi legeret הוד. Sed *montium* nihil habet antecedentibus rebus contrarium, cùm tamen ולא ſignificet rem mox dicendam fore ante-dictæ oppoſitam. Anteceſſit מהומה, *tumultûs ;* huic oppoſitum eſt הידדים, *ovantium*, ſive *hilaritatis ;* à quo verbo הידדים deviavit mendum הד הרים, quod interpretationem bonam habere non poteſt.

9. בתוכך, *in medium tui.* Videat Erud. Lector, an potiùs בחיקך, *in ſinum tuum*, ut alibi legitur. Nam *reddere in ſinum iniquitates*, pro *rependere pœnam iniquitatis*, dicendi forma eſt imprimis Hebraica ; minimè verò *reddere in medium...* Scriptiones duæ ſunt tam ſimiles, ut facilè credas ab unâ ad alteram Scribam deerraſſe.

10. יצאה הצפרה, *prodiit germen*, vel *ortum eſt ;* ſic Arabs ; nec malè id deducas ex Hebr. verbo, vel Chaldaico, צפר, *matutinare*, quia germen mane oritur, hoc eſt, citò exoritur.

11. ...החמס קם : Super hoc verſu neminem non adii Interpretem. Alii ſimulant ſe intelligere, quæ non intelligant, alii difficultates ſaltu tranſiliunt, alii verba dant Lectoribus ; ex quorum numero eſt *David Kimki*, qui quidem hæc duo verba לא מהם ſic interpretatur : לא ישאר אחד מהם שלא יגלה ולא ימות, *non relinquetur unus ex eis, qui non ducatur captivus*, vel *non moriatur.* Ferè ſimiliter Grotius : » *non ex eis :* Supple, *quiſquam immunis erit à malo.* « Mirum profectò eſt, malle Interpretes Sacros torquere Paginam Sacram, & ſupplere non ſupplenda, quàm confiteri erraſſe Scribas. Ego verò, cùm nihil lucis affulgeret ex Verſionibus antiquis, credidi me poſſe extundere ex hoc verſu aliquam ſententiam, ſi pro רשע, legerem, וישע, *& ſalus*, לא מהם, *non erit ex eis.* Quòd autem interpretamur נה, *reſpiratio*, ſequimur ſignificatum Æthiopicum verbi נהי, *quies, requies, reſpiratio ;* niſi mavis legere נח, ut forſan legit Vulgatus, qui convertit, *quies.*

13. ועוד בחיים חיתם, *& adhuc in vivis vita eorum.* Quam ſententiam hæc habeant, vel quàm aptè in ſeriem veniant, videat Erud. Lector. Nos, pro חיתם, legimus חותם, *pactio eorum.* Similiter poſteà חותו, pro חיתו. Nam *pactio* mirè quadrat in res venditas & emptas, quæ hîc aguntur. In eandem ſententiam convertimus חזון, *cautiones ;* quia *cautio* adhibetur per pacta conventa, rebus vendendis ac emendis. Sed pro altero ישוב, meliùs legas ישיב, *reverti faciet :* vide verſionem.

16. כיוני הגאיות, *ut columbæ gementes.* Ita Vulgatus, Chaldæus & Codex Græcorum Alexandrinus, ex ſcripturâ הגיות, ex הגה, *gemere.* Non licet convertere, *columbæ vallium*, niſi cauſam affers, cur periculum mortis adſit columbæ potiùs ex *vallibus*, quàm ex montibus. Sed optimè *gementes*, poſtquàm anteceſſit *in montibus*, quia columbæ gemere ſolent in editis locis. ...כלם המות, *conſumet eos mors.* Nam ſi vertas כלם, *illi omnes*, nihil jam ſignificabit המות.

20. עדיו, *ornatus ejus.* Malè Affixum singulare, quod quidem suo caret Antecedente. Syrus, דצבתהון, *ornatus eorum*, legens עדים, nec aliter legendum. ...שמהו : Lege שמוהו, *posuerunt illud (aurum.)*

27. ובמשפטיהם אשפטם, *& judicabo eos, ut judicabant.* Nam versu 23. dictum est, terram plenam esse *judiciis sanguinis*, quia per judicia iniqua fundebatur sanguis innocentium; nunc dicitur, reos sanguinis fusi pœnam sanguinis subituros. Sed מדרכם, quod antecedit, legendum כדרכם, *secundùm vias suas*; sic omnes Veteres legebant.

CAPUT VIII.

Ezechiel in visione per medium aera transfertur Jerusalem, ubi videt senes Israel in Templo thura incendere ante pictas Deorum imagines, mulieresque Thammuz deflentes, & viros terga vertentes Templo, & solem ad solis ortum adorantes.

1. *Anno sexto, mense sexto, die quintâ mensis, cùm sederem in domo meâ, senibus Juda coram me sedentibus, incidit in me manus Domini Dominatoris.* 2. *Ecce enim vidi speciem, quasi formam hominis, qui lumborum tenus & infrà videbatur velut ignis; idemque à lumbis & suprà sic apparebat, qualis est electri color.* 3. *Tum missa est similitudo manûs, quæ arripuit me capitis mei cincinno; simul me spiritus tulit sublimem inter cœlum ac terram, duxitque Jerusalem, per visionem Dei, ad ostium portæ interioris, quæ spectat aquilonem, ubi erat effigies Æmulationis, ut Deum faceret æmulatorem.* 4. *Ecce autem ibi erat gloria Dei Israel talis, qualem in valle videram.* 5. *Dixitque mihi: filî hominis, tolle oculos tuos versùs aquilonem. Ego sustuli oculos versùs aquilonem. Ecce autem erat ad aquilonem portæ altaris effigies Æmulationis, ut Deum faceret æmulatorem.* 6. *Dixit autem mihi: filî hominis, tu hæc vides, quæ illi faciunt; tu flagitia hæc magna, quæ ibi facit domus Israel, ut abalienent se se à*

1. ויהי בשנה הששית בששי
בחמשה לחדש אני יושב בביתי ·
וזקני יהודה יושבים לפני · ותפל עלי
שם יד אדני יהוה ׃ 2. ואראה
והנה דמות כמראה אש · ממראה
מתניו ולמטה אש · וממתניו ולמעלה
כמראה זהר כעין החשמלה ׃ 3.
וישלח תבנית יד ויקחני בציצת
ראשי · ותשא אתי רוח בין הארץ
ובין השמים · ותבא אתי ירושלמה
במראות אלהים אל פתח שער
הפנימית הפונה צפונה אשר שם
מושב סמל הקנאה המקנה ׃ 4.
והנה שם כבוד אלהי ישראל
כמראה אשר ראיתי בבקעה ׃ 5.
ויאמר אלי · בן אדם שא נא עיניך
דרך צפונה · ואשא עיני דרך צפונה ·
והנה מצפון לשער המזבח סמל
הקנאה הזה בבאה ׃ 6. ויאמר
אלי · בן אדם הראה אתה מהם
עשים · תועבות גדלות אשר בית
ישראל עשים פה לרחקה מעל
מקדשי · ועוד תשוב תראה תועבות
גדלות ׃ 7. ויבא אתי אל פתח
החצר · ואראה והנה חר אחד בקיר ׃ 8.
ויאמר אלי · בן אדם חתר נא בקיר ·
ואחתר בקיר והנה פתח אחד ׃ 9.
ויאמר אלי · בא וראה את התועבות
הרעות אשר הם עשים פה ׃ 10.

ſanctuario meo : ſed flagitia magna
iterum videbis. 7. Tum duxit me ad
portam atrii , ubi vidi in pariete
unum foramen. 8. Et dixit mihi :
filî hominis , perfode nunc parietem.
Ego , pariete effoſſo , vidi oſtium
unum. 9. Tum dixit mihi : veni , &
vide flagitia peſſima , quæ illi , hoc
loco , perpetrant. 10. Veni igitur &
vidi. Ecce autem undique inſculptæ
erant in pariete imagines reptilium ,
animaliumque immundorum , & om-
nia Idola domûs Iſrael. 11. Homi-
nes autem ſeptuaginta de ſenibus do-
mûs Iſrael , cum quibus erat Jezo-
nias , filius Saphan , ante hæc ſta-
bant , in manu habens ſuum quiſque
thuribulum , & vapor nebulæ de thure
ſursùm ferebatur. 12. Dixitque mi-
hi : vides , filî hominis , quæ ſenes
domûs Iſrael in ſecreto faciant , in
ſuis quiſque imaginum penetralibus ,
quoniam dicunt , non reſpicit nos Do-
minus ; Dominus terram dereliquit.
13. Dixitque mihi : tu adhuc atque
iterum videbis flagitia magna , quæ
illi perpetrant. 14. Tum duxit me ad
oſtium portæ domûs Domini aquilo-
nare. Erant autem ibi mulieres , quæ
ſedebant , & Thammuz deflebant.
15. Dixitque mihi : vides , filî ho-
minis. Tu adhuc & iterum videbis
flagitia illis majora. 16. Tum duxit
me in atrium domûs Domini inte-
rius. Ecce autem ad oſtium Templi Domini ſtabant inter porticum & altare
homines ferè viginti quinque , qui Templo Domini terga vertebant , quique
vultibus ad orientem converſis , ſolem adorabant. 17. Dixitque mihi : hæc
vidiſti , filî hominis. An pro nihilo habet domus Juda flagitia facere , quæ
hîc illi faciunt , quòd terram implent violentiâ , ut adhuc me ad iram provo-
cent ? Ecce verò illi ramum applicant ad os ſuum. 18. Ego igitur exercebo
iras ; non parcet oculus meus , nec miſericordiâ movebor. Clamabunt magnâ
voce ad aures meas , nec ego exaudiam eos.

ואבוא ואראה · והנה כל תבנית
רמש ובהמה שקץ וכל גלולי בית
ישראל מחקה על הקיר סביב סביב :
11. ושבעים איש מזקני בית
ישראל · ויאזניהו בן שפן עמד
בתוכם עמדים לפניהם · ואיש
מקטרתו בידו · ועתר ענן הקטרת
עלה : 12. ויאמר אלי · הראית
בן אדם אשר זקני בית ישראל
עשים בחשך איש בחדרי משכיתו ·
כי אמרים · אין יהוה ראה אתנו ·
עזב יהוה את הארץ : 13. ויאמר
אלי · עוד תשוב תראה תועבות
גדלות אשר המה עשים : 14.
ויבא אתי אל פתח שער בית יהוה
אשר אל הצפונה · והנה שם הנשים
ישבות מבכות את התמוז : 15.
ויאמר אלי · הראית בן אדם · עוד
תשוב תראה · תועבות גדלות
מאלה : 16. ויבא אתי אל חצר
בית יהוה הפנימית · והנה פתח
היכל יהוה בין האולם ובין המזבח
כעשרים וחמשה איש אחריהם
אל היכל יהוה ופניהם קדמה ·
והמה משתחויתם קדמה לשמש :
17. ויאמר אלי · הראית בן אדם ·
הנקל לבית יהודה מעשות את
התועבות אשר עשו פה · כי מלאו
את הארץ חמס וישבו להכעיסני ·
והנם שלחים את הזמורה אל אפם :
18. וגם אני אעשה בחמה · לא
תחוס עיני ולא אחמול · וקראו באזני
קול גדול · ולא אשמע אותם :

---

1. בשנה הששית , *anno ſexto ;* hoc eſt , anno uno poſt viſionem primam , quam habuit Eze-

chiel *anno quinto*, ex quo Joachin fuerat abductus Babylonem : vide cap. 1. v. 2. Non neceſſe erat, ut notaret Propheta, à quo anno annus, qui nunc agitur, eſſet ſextus, poſtquàm cap. 1. declaravit, ſe annos computare ab captivitate Joachin. Non idem fuit dicendum de anno trigeſimo, qui notatur cap. 1. v. 1. ubi vide quæ diximus.

2. כמראה אש, *ut ſpecies ignis*. Locus emendandus ex cap. 1. v. 26. ubi legitur, כמראה אדם, *velut ſpecies hominis*. Ita hoc loco Græci Intt. ὁμοίωμα ἀνδρὸς, *ſpecies hominis*, cùm legerent אדם, non אש. Eſſe mendum אש, quaſi digito monſtrabat illud מתניו, quod ſequitur. Neque enim diceret Propheta, *lumbi ejus*, niſi de *homine* anteà dixiſſet. Prætereà notandum eſt, ſpeciem, quam videt Propheta, deſcribi generatim his verbis, antequàm notetur in verbis ſequentibus, qualis fuerit ſpecies à lumbis infrà & ſuprà. Atqui ſpecies erat infrà *velut color electri*; ergò non ſcripſit Ezechiel ſpeciem fuiſſe *velut ignis* : neque enim de toto affirmaret id, quod negat de parte.

3. המקנה : Id verbum caſtigatur circulo ſuperno in Codicibus; quippe omiſſum fuit א, & legendum המקנאה, *zelum facientis*; nam ludit Pagina Sacra in verbis duobus הקנאה & המקנאה. Hoc *idolum Zeli* fuiſſe ſtatuam, vel effigiem pictam Martis conjectura probabilis eſt, quia *Thammuz*, de quo infrà v. 14. ſatis conſtat fuiſſe Idolum Adonidis. Nam eodem in Templi loco, nempe in parte aquilonari, erat utrumque Idolum. Adonidem v. 14. deflent mulieres ante effigiem *Zeli*, ſeu Martis, qui Adonidem per aprum interfecerat per *zelum*, quia Venus, quam deperibat, Adonidem amabat.

4. אשר ראיתי בבקעה, *quam videram in valle*. Tum primùm videt Ezechiel gloriam Dei, qualem anteà viderat, nempe animalia & rotas & firmamentum animalibus innixum; nam initio nihil viderat, præter ſpeciem hominis rutilantis.

5. הקנאה הזה בבאה : Arias, *zeli hæc in introitu*, nihil dans præter verba, & falsè interpretans vocabulum בבאה; nam באה, non ſignificat *introitum*, & ſolus Vulgatus convertit *in introitu* : non dubium, pro המקנאה, ſcriptum fuiſſe הזה בבאה : vide verſum 3.

6. מהם, *ex eis*. Optimè Maſora מה הם, *quid illi* (*faciant.*) Utinam Maſoretæ ſæpiùs feciſſent tales emendationes.

14. מבכות את התמוז, *deflentes Thammuz*. Statuit Edm. Calmet Idolum *Thammuz* fuiſſe idem, ac Idolum *Zeli*; cui diverſa utriuſque nomina contradicunt. Neque enim eâdem in viſione nomina mutarentur, ſi notaretur unum & idem Idolum. Huc adde nomen הקנאה, *Zeli*, convenire in Martem, non in Adonidem, quoniam *Zelus* fuit Martis, non Adonidis : vide ſuprà ad verſum 3.

CAPUT IX.

Videt homines ſeptem, quorum unus habet ad latus atramentarium, qui jubetur ſignum ponere in frontibus eorum, qui gemunt de civium ſuorum ſceleribus, ut eis parcant ſex alii, qui jubentur ſtragem edere in Jeruſalem.

1. *Tum clamavit in auribus meis voce magnâ, hæc dicens : adeſte, urbis ultores, & habeat unuſquiſque in manu tela internecionis.* 2. *Ecce autem per viam portæ ſuperioris, quæ ſpectat aquilonem, homines ſex venerunt, ſua quiſque tela internecionis in manu habentes, eratque in medio eorum vir unus, lino indutus, qui habebat ad renes atramentarium Scribæ. Illi acceſſerunt, & prope altare æneum ſteterunt.* 3. *Simul glo-*

1. ויקרא באזני קול גדול לאמר·
קרבו פקדות העיר · ואיש כלי
משחתו בידו : 2. והנה ששה
אנשים באים מדרך שער העליון אשר
מפנה צפונה · ואיש כלי מפצו בידו·
ואיש אחד בתוכם לבוש בדים וקסת
הספר במתניו · ויבאו ויעמדו אצל
מזבח הנחשת : 3. וכבוד אלהי
ישראל נעלה מעל הכרוב אשר
היה עליו אל מפתן הבית · ויקרא
אל האיש הלבש הבדים אשר קסת
הספר במתניו : 4. ויאמר יהוה
אליו ·

ria Dei Iſraël ſublatà eſt èx Cherù-
bim , quibus inſidebat , ad limen dò-
mûs , vòcavitque hominem lino indu-
tum , qui habebat ad renes atramen-
tarium Scribæ. 4. *Dixitque illi Dò-*
minus ; fac iter per Jeruſalem , ur-
bem peragrans , & nota ſignum in
frontibus hominum eorum , qui ge-
munt & ſuſpirant ſuper omnibus fla-
gitiis , quæ apud eam patrantur.
5. *Cæteris autem dixit in auribus*
meis ; peragrate urbem ponè eum ,
& percutite ; non parcat oculus veſ-
ter , nec miſeremini. 6. *Interficite &*
ſenem , & juvenem , & virginem , &
infantem , & mulieres uſque ad inter-
necionem ; ſed quicunque habebit
ſignum , ne tangite eum. Incipite à
ſanctuario meo. Illi incœperunt à ſe-
nibus illis , qui erant ante Templum.
7. *Tum dixit eis : polluite Tem-*
plum ; implete atria interfectis ; abite.
Illi abierunt , & in urbe cædem fece-
runt. 8. *Cùm autem ſtragem edidiſ-*
ſent , & ego ſuperſtes eſſem , procidi
in faciem meam , & dixi clamans ;
heu ! Dominator Domine , an tu
omnes reliquias Iſrael deleturus es , dum tu in Jeruſalem effundis iram tuam ?
9. *Tum dixit mihi : iniquitas domûs Iſrael & domûs Juda præter modum*
magna eſt. Terra madet ſanguine ; civitas plena eſt oppreſſione , quoniam di-
xerunt : Dominus terram dereliquit , nec reſpicit Dominus. 10. *Proptereà*
non parcet oculus meus , nec miſericordiâ movebor. Ego in capita eorum re-
jiciam vias ipſorum. 11. *Tum vir ille , qui lino erat indutus , quique habebat*
ad renes atramentarium , venit , deditque hoc reſponſum : ego ſic feci , ut tu
mihi imperaſti.

אלו · עבר בתוך העיר ירושלם ·
והתוית תו על מצחות האנשים
הנאנחים והנאנקים על כל התועבות
הנעשות בתוכה : 5. ולאלה אמר
באזני · עברו בעיר אחריו והכו · על
תחוס עיניכם ואל תחמלו : 6. זקן
בחור ובתולה וטף ונשים תהרגו
למשחית · ועל כל איש אשר עליו
התו אל תגשו · וממקדשי תחלו ·
ויחלו באנשים הזקנים אשר לפני
הבית : 7. ויאמר אליהם · טמאו את
הבית ומלאו את החצרות חללים ·
צאו · ויצאו והכו בעיר : 8. ויהי
כהכותם ונאשאר אני · ואפלה על פני
ואזעק ואמר · אהה אדני יהוה המשחית
אתה את כל שארית ישראל
בשפכך את חמתך על ירושלם :
9. ויאמר אלי · עון בית ישראל
ויהודה גדול במאד מאד · ותמלא
הארץ דמים · והעיר מלאה מטה ·
כי אמרו · עזב יהוה את הארץ ואין
יהוה ראה : 10. וגם אני לא תחוס
עיני ולא אחמל · דרכם בראשם
נתתי : 11. והנה האיש לבוש
הבדים אשר הקסת במתניו משיב
דבר לאמר · עשיתי כאשר צויתני :

---

1. קרבו פקדות העיר : Vulgatus , *appropinquaverunt viſitationes urbis ;* quæ interpretatio parùm convenit ſequentibus verbis , *quiſque arma... in manu ſuâ.* Nam איש , cùm diſtributè uſurpatur , tranſit à numero plurali ad ſingularem , atque adeò demonſtrat , eandem rem , quæ ſignificatur per numerum ſing fuiſſe anteà poſitam numero plurali. Atqui איש ſignificat , hoc loco , *hominem ;* ergo in verbo פקדות ſignificari debent etiam homines qui viſitant , non *viſitationes.* Meliùs igitur Syrus , קרובו פרועיה , *adeſte ultores.* Accipitur פקדות , ut Latinè *cuſtodia* , vel *ſtatio militum* , pro ipſis militibus , qui ſunt in cuſtodiâ , vel ſtatione , & de illis militibus dicitur איש , *unuſquiſque ;* nimirùm de Chaldæis , quos Deus præfecit urbi obſidendæ ac expugnandæ.

3. ...וכבוד , *& gloria...* Intellige gloriam talem , qualem vidit Ezechiel capite ſuperiori ; hoc eſt , non modò currum gloriæ cum rotis & Cherubim , ſed etiam hominem in curru ſedentem ;

nam is homo eſt, qui loquitur deinceps verſu 3. & ſequentibus, quique verſu 4. vocatur יהוה, *Dominus*.

4. והתוית תו, *& notabis ſignum*. Hoc ſignum, cujuſmodi eſſet ignoratur. Hoc unum conſtat, vocabulum תו indicare *ſignum*, non autem Litteram ת Hebraicam, quæ initium ſit vocabuli, תורה, *Legis*. Quippe homines, qui à cæde immunes futuri ſunt, notantur ſigno, non quia Legem obſervent, quod quidem in tantâ perturbatione regni ac Religionis fieri vix poterat, ſed quia *ingemiſcunt*, cùm civium ſuorum ſcelera vident. Porrò pro אלו, rectè Maſora אליו. Et ſic emendatum ſæpe oportuerat אלהם, ut eſſet אליהם, quomodò ſemper ſcripsêre in Pentateucho Samaritani.

5. על תחום: Rectè Maſora, אל, *ne*. ...עיניכם, *oculi veſtri*. Etiam rectè עינכם, *oculus veſter*, ejuſdem numeri, ac תחוס, *parcat*. Legitur עינכם in Codicibus Regio 29. & Oratorienſi 42.

8. ונאשאר, *& relictus ſum*. Supervacaneum eſt נ. Itaque etiam Codex Reg. 29. notat ad marginem ואשאר, in legitimâ formâ.

9. מטה, *oppreſſione*, quaſi diceres, *jugo*; nam מטה eſt *jugum*. Reſpondet *oppreſſio ſanguini*, ſive homicidiis.

11. כאשר צויתני, *ſicut mihi imperaſti*. Maſora ככל אשר, *ſecundùm omnia, quæ*... ſine neceſſitate. Notant ſæpe Maſoretæ, non tam quid ſit legendum, quàm quid legant in Codicibus, quibus utuntur.

CAPUT X.

Jubetur is, qui lino indutus eſt, capere in ſinu veſtis ignem de mediis rotis, atque eum in urbem ſpargere. Apparent rotæ oculatæ, & eadem ſpecies gloriæ Domini, quæ apparuerat ad fluvium Chobar.

1. (*Ego aſpiciebam, cùm in fir-*
mamento, quod ſupra Cherubim ca-
pita erat, apparuit lapis Sapphirus,
qui quaſi thronus ſuper eos eſſe vide-
batur.) 2. *Ille autem compellans ho-*
minem, qui erat lino indutus; vade,
inquit, ſubter Cherubim medias in
rotas, & imple ſinus tuos carbonibus
candentibus, qui ſunt inter Cheru-
bim, atque eos ſparge in civitatem.
Ille autem ivit, me ſpectante. 3. *Qui,*
cùm ibat, Cherubim ſtabant ad Tem-
pli meridiem, & atrium interius nu-
bes implebat. 4. *Gloria enim Domi-*
ni ſublata eſt de Cherubim ad limen
Templi, & Templum nubes imple-
bat, & atrium colluſtrabatur, ple-
num ſplendore gloriæ Domini. 5. *Au-*
dituſque eſt ſonitus alarum Cherubim
uſque ad atrium exterius, tanquam
vox Dei Omnipotentis, cùm loqui-
tur. 6. *Cùm igitur mandatum feciſſet*

1. ואראה והנה אל הרקיע
אשר על ראש הכרבים כאבן
ספיר כמראה דמות כסא נראה
עליהם : 2. ויאמר אל האיש
לבש הבדים ויאמר · בא אל בינות
לגלגל אל תחרת לכרוב · ומלא
חפניך גחלי אש מבינות לכרבים ·
וזרק על העיר · ויבא לעיני : 3.
והכרבים עמדים מימין לבית בבאו
האיש · והענן מלא ארת החצר
הפנימירת : 4. וירם כבוד יהוה
מעל הכרוב על מפתן הבירת ·
וימלא הבירת ארת הענן · והחצר
מלאה ארת נגה כבוד יהוה : 5.
וקול כנפי הכרובים נשמע עד
החצר החיצנה · כקול אל שדי
בדברו : 6. ויהי בצותו ארת האיש
לבש הבדים לאמר · קח אש מבינות
לגלגל מבינות לכרבים · ויבא ויעמד
אצל האופן : 7. וישלח הכרוב
את ידו מבינות לכרובים אל האש
אשר בינורת הכרבים · וישא ויתן

homini, qui erat lino indutus, ut
ſumeret ignem mediis de rotis inter
Cherubim, homo ivit, & ſtetit prope
rotas. 7. Unus Cherub extendit ma-
num ſuam medios inter Cherubim ad
ignem, qui erat intra ipſos, atque
eum tulit, miſitque in ſinus hominis
lino induti, quem is cepit, & egreſ-
ſus eſt. 8. Apparebat autem in Che-
rubim effigies manûs hominis ſub
alis ipſorum. 9. Ego proſpexi; ecce
autem prope Cherubim erant rotæ qua-
tuor; ſingulis Cherubim ſingulæ rotæ
proximæ erant. Species autem rota-
rum apparebat quaſi lapis cryſolithus.
10. Illæ quatuor ejuſdem formæ eſſe
videbantur, ac veluti rota, quæ eſſet
in medio rotæ. 11. Quæ cùm ibant,
per quatuor ipſarum latera ibant; nec
inter eundum, ſitum mutabant. Nam
quam in partem prior convertebatur,
eò ſequebantur, neque eundo ſitum mu-
tabant. 12. Habebant autem quatuor
formam ſuam totam & altitudinem, &
manus & alas, & rotas undique plenas
oculis. 13. Atque illis clamavit, au-
diente me, currite. 14. Habebant ani-
malia ſingula facies quatuor. Facies
una facies bovis; facies altera facies
hominis; facies tertia leonis, &
quarta aquilæ. 15. Hæc eadem erant
animalia, quæ videram ad fluvium
Chobar. 16. (Cherubim attolleban-
tur) atque, illis euntibus, prope eos
rotæ ibant, & ſi quando Cherubim
alas ſuas è terrâ ſursùm ferebant,
rotæ ab eis non dimovebantur. 17. Cùm
illi ſtabant, illæ ſtabant; cùm ſur-
ſum ibant, illæ etiam cum eis ſurſum
ibant, quia ſpiritus animalium erat
in eis. 18. Diſceſſit autem gloria
Domini è Templi limine, & ſtetit
ſuper Cherubim. 19. Tum Cherubim
vidi, ut, ſublatis alis, digreſſi ſunt è terrâ ſublimes, comitantibus eos rotis;

אל הפני לבש הבדים · ויקח ויצא ׃
8. וירא לכרבים תבנית יד אדם
תחת כנפיהם ׃ 9. ואראה והנה
ארבעה אופנים אצל הכרובים · אופן
אחד אצל הכרוב אחד · ואופן אחד
אצל הכרוב אחד · ומראה האופנים
כעין אבן תרשיש ׃ 10. ומראיהם
דמות אחד לארבעתם · כאשר יהיה
האופן בתוך האופן ׃ 11. בלכתם
אל ארבעת רבעיהם ילכו · לא
יסבו בלכתם · כי המקום אשר יפנה
הראש אחריו ילכו · לא יסבו
בלכתם ׃ 12. וכל בשרם וגבהם
וידיהם וכנפיהם והאופנים מלאים
עינים סביב לארבעתם אופניהם ׃
13. לאופנים להם קורא הגלגל
באזני ׃ 14. וארבעה פנים לאחד ·
פני האחד פני הכרוב · ופני השני
פני אדם · והשלישי פני אריה ·
והרביעי פני נשר ׃ 15. וירמו
הכרובים · היא החיה אשר ראיתי
בנהר כבר ׃ 16. ובלכת הכרובים
ילכו האופנים אצלם · ובשאת
הכרובים את כנפיהם לרום מעל
הארץ לא יסבו האופנים גם הם
מאצלם ׃ 17. בעמדם יעמדו
וברומם ירומו אותם · כי רוח החיה
בהם ׃ 18. ויצא כבוד יהוה מעל
מפתן הבית · ויעמד על הכרובים ׃
19. וישאו הכרובים את כנפיהם ·
וירומו מן הארץ לעיני בצאתם ·
והאופנים לעמתם · ויעמד פתח
שער בית יהוה הקדמוני וכבוד
אלהי ישראל עליהם מלמעלה ׃
20. היא החיה אשר ראיתי תחת
אלהי ישראל בנהר כבר · ואדע כי
כרובים המה ׃ 21. ארבעה ארבעה
פנים לאחד · וארבע כנפים לאחד ·
ודמות ידי אדם תחת כנפיהם ׃
22. ודמות פניהם המה הפנים
אשר ראיתי על נהר כבר מראיהם
ואותם איש אל עבר פניו ילכו ׃

atque ut ad ostium domûs Domini orientale substiterunt ; erat autem super eos gloria Dei Israel. 20. *Hæc eadem erant animalia, quæ videram subter Deum Israel ad fluvium Chobar, & cognovi hæc esse Cherubim.* 21. *Habebat unumquodque quatuor facies & quatuor alas, & sub alis suis effigiem manûs hominis.* 22. *Aspectus eorum & vultus erat talis, qualem videram ad fluvium Chobar; hæc verò illuc ibant, quò singulorum vultus spectabant.*

---

3. בבאו האיש, *cùm ibat homo.* Mendum בבאו, natum ex בבוא, castigatur circulo superno in Codicibus. Littera ו in fine non potest esse Affixum, ubi sequitur ipsum nomen האיש.

5. החיצנה, *exterius.* Sæpe id vocabulum deficitur suo ו in hodiernis Impressis; sed non ita in Codicibus; velut hoc ipso loco legitur החיצונה in Codice Orat. 42. nec non in Regio 3. manu priori.

8. יד אדם תחת כנפיהם, *manus hominis sub alis eorum.* Hæc Grotius sic exponit, tanquam pennæ articulos haberent ut manus humana, & in articulos istos, seu digitos, desinerent. Ne res sic accipiatur; obstat præpositio תחת, *subter.* Quippe aliud est *subter;* aliud, *ad extremum.* Cæterùm manus illæ hominis significare videntur consilia humana, quibus Deus utitur, ut sua ipsius consilia perducat ad eventum.

11. רבעיהם, *latera ipsorum.* Vide quæ diximus ad caput primum, versibus 8. & 17.

12. אופניהם, *rotæ eorum.* Hoc verbum videtur malè iteratum, vel ex והאופנים, quod antecedit, vel ex לאופנים, quod subsequitur. Id suspectum reddebat Affixum הם, *eorum,* quod pertinere ad aliam rem non potest, quàm ad ipsos *Cherubim.* Atqui, totâ in illâ visione, nusquam rotæ dicuntur esse Cherubinorum, tanquam eorum pars, aut attributum, sed tantummodò esse, vel *prope illos,* (אצלם, vel לעמתם) vel *subter,* תחת. Huc adde, istud אופניהם nullum posse obtinere in oratione locum. Neque id licet adjungere ad לארבעתם, quia illud לארבעתם, pertinet ad superiora hoc modo: *& rotæ plenæ oculis ipsis quatuor.* Cæterùm interpretandum מלאים, *plenæ,* ut pertineat ad rotas, non autem *plena,* ut Vulgatus; quasi diceretur & de animalibus, & de pennis, fuisse hæc plena oculorum; nam cap. 1. ubi eadem visio descripta est, solæ rotæ sunt oculatæ. Initium autem versûs verbum è verbo ita convertas, *& tota forma eorum, & altitudo eorum & manus... erant ipsis quatuor;* ut significetur, plenum aspectum sui dedisse Cherubim, ut eos corpore toto liceret perlustrare, neque eorum quidquam fuisse decurtatum, aut absconditum, ut fieri solet in picturis. Notat בשר non modò *carnem,* sed etiam *corpus,* & *formam,* seu staturam.

13. לאופנים: Lege, cum Græcis Intt. & cum Syro, ולאופנים, addito nexu, *rotis autem...* הגלגל, *curre,* sive *volvere,* in *Hophal.* Mandatum datur quatuor rotis per numerum sing. quia unus est motus earum quatuor. Maluimus sic interpretari, quàm dicere cum Vulgato, *vocavit eas volubiles;* quam sententiam, quæ nihili est, evitant Græci Intt. dum ponunt Græcè ipsum verbum γὲλγελ.

14. פני האחד פני הכרוב, *facies unius facies Cherub.* Esset potiùs convertendum הכרוב, *bovis,* si per Hebr. Linguam liceret. Neque enim credibile est, Prophetam enuntiasse genus, ubi speciem generi subjectam notari necesse erat. Nimirùm Ezechiel appellat *Cherubim,* in genere, quatuor animalia; sed idem in specie singulos vultus singulis attribuit in prima visione, cap. 1. ubi ait, *facies bovis,* non *facies Cherub.* Maximè adducor, ut credam, scriptum הכרוב, vel הכרב, pro הבקר, *bovis,* permutatis per imprudentiam litteris כ & ק similis soni, & duabus litteris ב & ר trajectis. Est quidem כרב, Syriacè & Chaldaicè, *arare,* sed non *bos.*

15. וירמו הכרובים, *& attollebantur Cherubim.* Hæc omittuntur in Græcorum Codice Romano. Nos hæc rejicimus ad initium versûs sequentis, ne in loco non suo relinquantur. Sed eadem commodè collocantur versu 16. vide Versionem.

17. אותם: Lege אתם, *cum illis.* Sic lego in Codicibus Regio 29. & Oratoriensi 42.

19. ויעמד: Legunt ויעמדו, *& steterunt,* Syrus & Græci Intt. & sic legendum. Pertinet *steterunt* ad Cherubim, neque habet oratio nomen singulare, de quo efferri possit ויעמד.

22. אשר ראיתי... מראיהם: Verbum pro verbo, *quorum videram faciem eorum,* abundante, ut sæpe, pronomine הם, *eorum.* Interpunctio minor requiritur post מראיהם, quæ præposterè collocata est post ואותם, quod sequitur, & quod legendum ואתם, *illi autem:* vide Versionem.

CAPUT

CAPUT XI.

Jubetur vaticinari ad eos, qui dicunt non citò fore, ut similes fiant carni in ollam ferventem injectæ. Pollicetur captivos in terram suam reversuros, & cor carneum pro lapideo habituros. Gloria Domini & visio discedit ab Ezechiele.

1. *Tulit autem me spiritus, duxit-*
que me ad portam domûs Domini
anteriorem, quæ prospicit orientem.
Ecce autem aderant in ostio portæ
viginti quinque homines, inter quos
vidi Jezoniam, filium Azur, & Phel-
tiam, filium Banajæ, populi prin-
cipes. 2. *Dixitque mihi: filî ho-*
minis, isti homines prava medi-
tantur, & perniciosa in hanc urbem
consilia ineunt; 3. *Cùm dicunt,*
nondum imminet istud nobis, ut do-
mus sint olla, nos autem caro. 4. *Ergò*
vaticinare contra eos; vaticinare, filî
hominis. 5. *Tum incidit in me*
spiritus Domini, qui mihi dixit,
hæc loquere; hæc dicit Dominus: vos
sic loquimini, domus Israel: ego
enim novi, qualia cogitata mentes
vestras subeant. 6. *Vos in civitate*
multos homines occidistis, & im-
plevistis plateas ejus interfectis.
7. *Propterea hæc dicit Dominator*
Dominus: Quos homines in civitate
passim occidistis, illi sunt caro; illa
autem hæc ipsa olla est, ex quâ ego
vos ejecturus sum. 8. *Gladium time-*
tis, gladium in vos adducam, dicit
Dominator Dominus. 9. *Ego vos de*
medio ejus ejiciam; ego tradam vos
in manus alienorum, & in vos judi-
cia exercebo. 10. *Vos gladio cadetis;*
ego in confiniis Israel judicabo vos,

1. ותשא אותי רוח ותבא אתי
אל שער בית יהוה הקדמוני הפונה
קדימה · והנה בפתח השער עשרים
וחמשה איש · ואראה בתוכם את
יאזניה בן עזר ואת פלטיהו בן
בניהו שרי העם : 2. ויאמר אלי ·
בן אדם אלה האנשים החשבים
און והיעצים עצת רע בעיר הזאת :
3. האמרים · לא בקרוב בנות
בתים · היא הסיר ואנחנו הבשר :
4. לכן הנבא עליהם · הנבא בן
אדם : 5. ותפל עלי רוח יהוה
ויאמר אלי אמר · כה אמר יהוה ·
כן אמרתם בית ישראל ומעלות
רוחכם אני ידעתיה : 6. הרביתם
חלליכם בעיר הזאת · ומלאתים
חוצותיה חלל : 7. לכן כה אמר
אדני יהוה · חלליכם אשר שמתם
בתוכה המה הבשר · והיא הסיר
ואתכם הוציא מתוכה : 8. חרב
יראתם · וחרב אביא עליכם · נאם
אדני יהוה : 9. והוצאתי אתכם
מתוכה · ונתתי אתכם ביד זרים ·
ועשיתי בכם שפטים : 10. בחרב
תפלו · על גבול ישראל אשפוט
אתכם · וידעתם כי אני יהוה : 11.
היא לא תהיה לכם לסיר · ואתם
תהיו בתוכה לבשר · אל גבול
ישראל אשפט אתכם : 12.
וידעתם כי אני יהוה אשר בחקי
לא הלכתם ומשפטי לא עשיתם ·
וכמשפטי הגוים אשר סביבותיכם
עשיתם : 13. ויהי כהנבאי ופלטיהו

& me esse Dominum cognoscetis.
11. Neque adhuc futurum est, ut hæc
olla sit vobis, neque ut vos intra eam,
velut caro. Ego enim in confiniis
Israel judicabo vos. 12. Et cognoscetis
me esse Dominum, quicunque statuta
mea non sequimini, nec judicia mea
servatis, sed gentium, quæ vos am-
biunt, statuta colitis. 13. Intereà
autem dum ego vaticinabar, mortuus
est Pheltias, filius Banajæ. Tum ego
procidi in vultum meum, & magnâ
voce inclamans dixi; Heu! Domi-
nator Domine, ergò reliquias Israel
penitùs delebis! 14. Fuit autem ad
me verbum Domini, hæc dicentis:
15. Fili hominis, fratres tui, homi-
nes qui captivi tecum sunt, & omnis
domus Israel; illi omnes de quibus
Jerusalem habitatores dicunt, isti à
Domino longè exulant; nobis terra
data est possidenda. 16. Hæc tu de eis
loquêris: Hæc dicit Dominator
Dominus; quamvis eos procul egi ad
gentes, & in terras dissipavi, tamen
ego illis brevi futurus sum pro sanc-
tuario in terris, ad quas venerunt.
17. Ergò hæc loquere: hæc dicit
Dominator Dominus: ego congre-
gaturus sum eos de populis; ego eos
recepturus de terris, in quas dissipati
sunt, terramque Israel eis daturus.
18. Atque in eam postquàm venerint,
ex eâ eripient omnia idola & reli-
giones nefandas. 19. Nam dabo eis
cor unum; ego apud eos ponam spi-
ritum novum; ego de carne ipsorum
auferam cor lapideum, cor carneum
ipsis daturus; 20. Propterea ut instituta mea sequantur, & judicia mea custo-
diant & observent, utque illi sint mihi in populum, ego autem illis in Deum.
21. Sed quicunque cor suum avertunt ad idola & ad religiones nefandas,
ego vias ipsorum in caput eorum rejiciam, dicit Dominator Dominus.
22. Deinde Cherubim sustulerunt in sublime alas suas, comitantibus eos rotis,
& gloria Dei Israel super eos sublata est. 23. Eademque de mediâ civitate

בן בניה מת · ואפל על פני ואזעק
קול גדול ואמר · אהה אדני יהוה ·
כלה אתה עשה את שארית
ישראל : 14. ויהי דבר יהוה אלי
לאמר : 15. בן אדם אחיך אחיך
אנשי גאלתך וכל בית ישראל כלה
אשר אמרו להם · ישבי ירושלם
רחקו מעל יהוה · לנו היא נתנה
הארץ למורשה : 16. לכן אמר
כה אמר אדני יהוה · כי הרחקתים
בגוים וכי הפיצותים בארצות · ואהי
להם למקדש מעט בארצות אשר
באו שם : 17. לכן אמר · כה
אמר אדני יהוה · וקבצתי אתכם מן
העמים · ואספתי אתכם מן הארצות
אשר נפצותם בהם · ונתתי לכם את
אדמת ישראל : 18. ובאו שמה ·
והסירו את כל שקוציה ואת כל
תועבתיה ממנה : 19. ונתתי להם
לב אחד · ורוח חדשה אתן בקרבכם ·
והסירתי לב האבן מבשרם · ונתתי
להם לב בשר : 20. למען בחקתי
ילכו ואת משפטי ישמרו ועשו
אתם · והיו לי לעם ואני אהיה להם
לאלהים : 21. ואל לב שקוציהם
ותועבותיהם לבם הלך דרכם
בראשם נתתי · נאם אדני יהוה :
22. וישאו הכרובים את כנפיהם
והאופנים לעמתם וכבוד אלהי
ישראל עליהם מלמעלה : 23. ויעל
כבוד יהוה מעל תוך העיר · ויעמד
על ההר אשר מקדם לעיר : 24.
ורוח נשאתני ותבאני כשדימה אל
הגולה במראה ברוח אלהים · ויעל
מעלי המראה אשר ראיתי : 25.
ואדבר אל הגולה את כל דברי
יהוה אשר הראני :

discedens, stetit super montem, ad orientem civitatis. 24. *Spiritus autem*
abripuit me, & transtulit me in visione, per spiritum Dei, in Chaldæam ad
captivos; discessitque à me visio, quam videram. 25. *Ego autem retuli cap-*
tivis omnia hæc, quæ Dominus mihi ostenderat.

---

3. לא בקרוב בנות בתים: Hæc non explicant Interpretes, quæ facillimè explicantur, si legis, לא בקרוב לנו · הבתים; *non in proximo est nobis, domus (sunt olla, nos caro.)* Hoc est, nondum eveniet id, quod prædictum est, domos Jerusalem fore ollas accensas, nos verò carnem. Nimirùm qui hæc loquuntur, omen avertere videntur, quod fecerat Jeremias, cùm à Deo interrogatus, quid videret, respondit, se videre ollam aquilonari flatu ignescentem, hoc est incendia belli ex Aquilone, seu ex Chaldæis, imminere. Vide *Jer. cap. 1. v. 13.*

6. ומלאתים, *& implevi eos.* Rectè Masora, ומלאתם, *& implevistis.* Sic lego in quinque Codicibus, & sic legeretur in Impressis, nisi ad Codices deteriores editum fuisset Sacrum Volumen.

7. הוציא, *ejiciet.* Lege אוציא, *ejiciam*, personâ primâ, ut sequente versu. Non convenit הוציא, masculinum, cum הסיר, feminino. Continuatur similitudo ex ollâ bulliente ducta. Vos dictitatis, longum tempus fore, antequàm Jerusalem fiat ut olla fervens; tamen tempus adest, quandoquidem Jerusalem implevistis carnibus interfectorum. Vos ipsi ollam accendistis; itaque ego vos ex eâ *ejiciam*, quomodo excutit ejicitque carnem olla fervens. Addit Deus, versu 11. *ego vos judicabo in confiniis vestris*; nimirum, postquàm vos excussero ex ollâ bulliente. Hæc imprimis spectant Sedeciam, ejusque filios & consanguineos, in quos Nabuchodonosor *judicia exercuit* apud Reblatha, in finibus Judææ, ad aquilonem.

10. אשפוט, *judicabo.* Codices tres אשפט, sine ו, ut sequente versu. Sic sæpe animadvertimus contra Grammaticos, qui culpam hanc Librariorum sat frequentem conferunt in Sacram Linguam.

15. אחיך אחיך, *fratres tui, fratres tui.* Omittunt alterum אחיך Græci Intt. quod, cur iteraretur, nulla causa erat. Iidem convertunt גאלתך, *αἰχμαλωσίας σου*, *captivitatis tuæ*; itaque legunt גולתך, quod etiam legendum; nam nihil ad rem, גאלתך, *consanguinitatis tuæ*, postquàm dictum est אחיך, *fratres tui*; sed accommodatè ad sententiam quæ agitur, *captivitatis tuæ*; ita etiam Syrus, אנשי דשביתך, *viri concaptivi tui*, quomodò Ezechiel infrà w. 24. & 25. nominat הגולה, *captivos*, quibuscum Babylone versatur, ...כלה: Lege כלם, ut Chaldæus, qui כלהון, *omnes illi.* Non licet adjungere כלה ad בית, non modò quia genera discordant, sed etiam quia antecessit כל, ante בית.

16. לכן אמר, *propterea dic.* Est לכן nexus orationis, quem nos omittimus in Versione, & cujus in locum supponimus, *de eis*, ut planior fiat orationis series: vide versionem.

17. וקבצתי... ואספתי, *& congregabo... & colligam.* Nexus ו, ante קבצתי, resumit orationem tenoremque in ואהי incœptum, versu 15. postquàm intercepta est oratio per hæc verba, *propterea dic*, &c. Itaque non est ו, *&*, Euphoniæ causâ scriptus; quam Euphoniam sæpe negavimus, esse Hebr. Linguæ. ...אתכם, *vos.* Hoc versu omnia pronomina personæ sunt secundæ. Sed incœpit oratio in personâ tertiâ, superiore versu, atque in eâdem continuatur, inferiore. Itaque meliùs Græci Intt. omnia exsequuntur personâ tertiâ, hoc ipso versu 17. & posteà v. 19. ubi postquàm dictum est, *dabo eis cor unum*, sequitur, *& spiritum novum dabo in medio vestrûm*, quæ perturbatio manifesta est hodiernis in Codicibus. Omnes Veteres exhibent, v. 19. Affixa personæ tertiæ.

21. ...ואל לב: Hæc, ut jacent, sic dicunt: *& ad cor contaminationum suarum & abominationum suarum cor eorum vadens*, quomodò convertit Arias. Liquet esse mendum prius לב: neque enim *cor contaminationum* quidquam sonat. Sanitas restituetur, si, pro לב, legis כל, & si τὸ אל ponas post τὸ כל, hoc modo: ...וכל אל שקציהם, *omnes autem qui ad abominationes suas... eunt.* Omnes Veteres sententiam exhibuêre, quam facilè animadvertebant, verba ipsa reliquêre: vide Polyglotta.

CAPUT XII.

Jubetur Ezechiel fodere parietem suæ domûs, & demigrare in alium locum in oculis omnium, & vaticinatur sic futurum, ut Principes Israel demigrent, & alienas in terras deportentur, atque id brevi futurum.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc dicentis : 2. *Filî hominis, tu*
habitas apud familiam, quæ contu-
max est; oculos habent, ut videant,
nec vident; aures habent, ut audiant,
nec audiunt; nam familia hæc contu-
max est. 3. *Tu igitur, filî hominis,*
fac tibi vasa demigrationis, & demi-
gra per diem in oculis ipsorum.
Scilicet ex loco tuo in oculis eorum
demigrabis in alterum locum; si
fortè animadvertant; nam familia
hæc contumax est. 4. *Exportabis*
supellectilem tuam per diem in oculis
ipsorum, tanquam vasa demigratio-
nis; deinde vespere exibis in oculis
ipsorum, quomodò exire solent, qui
demigrant. 5. *Tu in oculis ipsorum*
facies in pariete foramen, perque
illud egredieris. 6. *Tu portabere*
humeris in oculis ipsorum, egrediens
per caliginem; vultum tuum obnubes,
nec terram videbis; ego enim dedi te
portentum Domui Israel. 7. *Ego sic*
feci, ut mihi fuerat mandatum;
supellectilem meam exportavi, tan-
quam vasa demigrationis, per diem;
vespere fodi parietem manu; per cali-
ginem fui exportatus, sublatus hume-
ris in oculis ipsorum. 8. *Fuit autem*
mane ad me verbum Domini, hæc
dicentis. 9. *Filî hominis, familia hæc*
Israel, familia contumax, sic ex te
quæsivit : quid hoc rei est, quod tu

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר : 2.
בן אדם בתוך בית המרי אתה ישב ·
אשר עינים להם לראות ולא ראו ·
אזנים להם לשמע ולא שמעו · כי
בית מרי הם : 3. ואתה בן אדם
עשה לך כלי גולה · וגלה יומם
לעיניהם · וגלית ממקומך אל מקום
אחר לעיניהם · אולי יראו כי בית
מרי המה : 4. והוצאת כליך
ככלי גולה יומם לעיניהם · ואתה
תצא בערב לעיניהם כמוצאי גולה :
5. לעיניהם חתר לך בקיר והוצאת
בו : 6. לעיניהם על כתף תשא ·
בעלטה תוציא · פניך תכסה ולא
תראה את הארץ · כי מופת נתתיך
לבית ישראל : 7. ואעש כן כאשר
צויתי · כלי הוצאתי ככלי גולה יומם ·
ובערב חתרתי לי בקיר ביד · בעלטה
הוצאתי · על כתף נשאתי לעיניהם :
8. ויהי דבר יהוה אלי בבקר
לאמר : 9. בן אדם הלא אמרו
אליך בית ישראל בית המרי · מה
אתה עשה : 10. אמר אליהם ·
כה אמר אדני יהוה · הנשיא המשא
הזה בירושלם וכל בית ישראל
אשר המה בתוכם : 11. אמר ·
אני מופתכם · כאשר עשיתי כן
יעשה להם · בגולה בשבי ילכו :
12. והנשיא אשר בתוכם אל כתף
ישא בעלטה ויצא · בקיר יחתרו
להוציא בו · פניו יכסה יען אשר לא
יראה לעין הוא את הארץ : 13.
ופרשתי את רשתי עליו · ונתפש
במצודתי · והבאתי אתו בבלה ארץ
כשדים ·

facis? 10. Dic eis : hæc dicit Do-
minator Dominus : hoc portentum ad
principem , ad Jerusalem & ad om-
nem familiam Israel in eâ habitantem.
11. *Dic ; ego portentum vestrum ,*
sicut feci , sic eis fiet ; demigrabunt ,
& captivi abibunt. 12. *Dux ille ,*
qui apud eos est , humeris tolletur per
caliginem , & exibit : perfodient
murum , & ille per eum egredietur ;
vultum suum obnubet , ne ab oculo
videatur , nec terram videbit. 13. *Ego*
verò super eum rete meum expandam ,
& laqueo meo capietur. Ducam eum
Babylonem in terram Chaldæorum ;
sed eam non videbit , & ibi morietur.
14. *Omnes , qui circum eum erunt ,*
eum deserent : ego enim omnem ca-
tervam ejus disjiciam in omnes ven-
tos ; ego post eos gladium educam.
15. *Tum cognoscent , me esse Domi-*
num , cùm dissipavero eos apud gen-
tes , & disjecero eos in regiones.
16. *Nam de eis paucissimos relin-*
quam ex gladio , ex fame & ex pesti-
lentiâ superstites , ideò ut flagitia sua
narrent in gentibus , ad quas venient ,
meque esse Dominum cognoscant.
17. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini , hæc mandantis : 18. *Filî ho-*
minis , ede panem tuum cum tremore,
& bibe cum pavore & cum anxietate
aquam tuam. 19. *Simul tu populo*
terræ hæc dices : hæc dicit Dominator
Dominus habitatoribus Jerusalem :
in terrâ Israel panem suum edent cum
anxietate , & bibent cum stupore
aquam suam , ideò quòd terra desola-
bitur , viduata frugibus , propter im-
probitatem omnium ejus habitatorum.
20. *Urbes , quæ habitatæ erant ,*
desertæ erunt ; terra devastabitur ;
tum vos me esse Dominum cognos-
cetis. 21. *Fuitque ad me verbum Domini , hæc dicentis :* 22. *Filî hominis ,*

כשדים · ואותה לא יראה · ושם
ימות : 14. וכל אשר סביבתיו
עזרה · וכל אגפיו אזרה לכל רוח ·
וחרב אריק אחריהם : 15. וידעו
כי אני יהוה בהפיצי אותם בגוים
וזריתי אותם בארצות : 16.
והותרתי מהם אנשי מספר מחרב
מרעב ומדבר · למען יספרו את כל
תועבותיהם בגוים אשר באו שם
וידעו כי אני יהוה :
17. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
18. בן אדם לחמך ברעש תאכל ·
ומימיך ברגזה ובדאגה תשתה : 19.
ואמרת אל עם הארץ · כה אמר
אדני יהוה ליושבי ירושלם אל
אדמת ישראל · לחמם בדאגה יאכלו
ומימיהם בשממון ישתו · למען תשם
ארצה ממלאה מחמס כל הישבים
בה : 20. והערים הנושבות
תחרבנה · והארץ שממה תהיה ·
וידעתם כי אני יהוה :
21. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
22. בן אדם מה המשל הזה לכם
על אדמת ישראל לאמר · יארכו
הימים ואבד כל חזון : 23. לכן
אמר אליהם · כה אמר אדני יהוה ·
השבתי את המשל הזה · ולא ימשלו
אתו עוד בישראל · כי אם דבר
אליהם · קרבו הימים ודבר כל חזון :
24. כי לא יהיה עוד כל חזון שוא
ומקסם חלק בתוך בית ישראל :
25. כי אני יהוה אדבר · את אשר
אדבר דבר ויעשה · לא תמשך עוד ·
כי בימיכם בית המרי אדבר דבר
ועשיתיו · נאם אדני יהוה : 26.
ויהי דבר יהוה אלי לאמר : 27. בן
אדם הנה בית ישראל אמרים החזון
אשר הוא חזה לימים רבים · ולעתים
רחוקות הוא נבא : 28. לכן אמר
אליהם · כה אמר אדני יהוה · לא
תמשך עוד כל דברי · אשר אדבר
דבר ויעשה · נאם אדני יהוה :

quale iſtud veſtrum eſt de terrâ Iſrael proverbium, cùm dicitis: dies protra-
hentur, & peribit omnis viſio. 23. *Propterea dic eis: hæc dicit Dominator*
Dominus; ego curabo ut ceſſet id proverbium, & ne adhuc apud Iſrael agi-
tetur. Tu igitur hæc loquere ad eos: appropinquant dies, & omnium verba
viſionum. 24. *Enimverò non erit ampliùs ulla viſio vana, nec divinatio adu-*
latrix apud familiam Iſrael. 25. *Ego enim Dominus loquar, & quodcunque*
verbum locutus fuero, id eveniet; neque id tu in longum duces. Etenim in die-
bus ipſis veſtris, ô familia contumax, ego verbum loquar, atque id perficiam,
dicit Dominator Dominus. 26. *Fuitque ad me verbum Domini, hæc dicen-*
tis: 27. *Fili hominis, en familia Iſrael ſic loquitur: eſt ad multos dies viſio*
hæc, quam vidit; ille ad tempora remota vaticinatur. 28. *Ergò eis dices:*
hæc dicit Dominator Dominus: non tu adhuc omnia verba mea in longum
protrahes; quodcunque verbum loquar, id eveniet, dicit Dominator Do-
minus.

---

2. בתוך בית המרי אתה ישב, *in medio familiæ contumacis tu habitas.* Ex his verbis colligitur, quomodò & toto ex hoc capite, habitaſſe in Jeruſalem Prophetam, cùm hæc vaticinaretur, non autem Babylone. Nam Ezechiel migrat ex domo in alteram domum, לעיניהם, *in oculis eorum*, ut ſignificet eos ipſos, in quorum oculis demigrat, ſimiliter demigraturos; neque eorum, quæ hoc capite dicuntur, quidquam convenit in Judæos Babylone jam captivos. Ergo hæc vaticinatio priùs facta eſt, quàm Ezechiel captivus eſſet Babylone, niſi Propheta Jeruſalem venit Babylone, ut hæc vaticinaretur. Horum alterutrum probabiliùs creditur, quàm ſumitur, Ezechielem verba facere ad cives Jeruſalem, & apud eos *habitare*, cùm tamen Babylone degeret.

5. & 6. והוצאת: Quanquam nos, *egredieris*, Latinæ Linguæ ſervientes, tamen הוצאת paſſivæ eſt vocis, *egredi factus eris*, in *Hophal*, quomodò & ſequente verſu, ubi legendum תוצא, non תוציא.

9. הלא אמרו, *non-ne dixerunt.* Non tam interrogat הלא, vel הלוא, quàm indicat rem certam ac notam, quaſi diceret Deus; *ego ſcio, eos tibi dixiſſe*, vel *dicere.* Ejuſdem generis eſt id, quod ſæpe legitur in Libris Regum, *non ne hæc ſcripta ſunt*, &c.

10. הנשיא, *princeps.* Claudicabit oratio, niſi leges, בנשיא, *contra principem*, ut poſt ſimiliter בירושלם interpreteris, *contra Jeruſalem*; poſteà, ובכל בית, addito ב. Forſan ita legebat Chaldæus, qui poſuit על רב, *ſuper principem.* Nos, *ad principem*, in eâdem ſententiâ.

12. הוא את הארץ, *ipſe terram.* Alieno in loco eſt הוא poſt לעין, *oculo*, nec proximè collocatum poſt יראה, *videbit.* Sed Contextum mutilum hic habemus, quia omiſſa fuerunt duo hæc verba לא יראה, quæ fuerant bis ſcribenda, ut hæc bis legunt Græci Intt. qui ſic convertunt, *ὅπως μὴ ὀραθῇ ὀφθαλμῷ, καὶ αὐτὸς τὴν γῆν οὐκ ὄψεται, ut ne videatur oculo, & ipſe terram non videbit*; itaque legendum: לא יראה לעין · והוא לא יראה את הארץ. Syrus omiſit duo verba לעין הוא, quibus orationem impediri ſentiebat. Maſoretæ autem neſcio quid mendi ſuſpicabantur, cùm vocabulum לעין circulo notarent.

14. עזרה: Maſora mendum confitetur, dum ei ſupponit עזרו. Sed ne ipſum quidem עזרו expedire poſſis. Quippe ſeries poſtulat עזבו, *relinquet eum*, minimè verò עזרו, *auxiliabitur ei.* Quæ emendatio, ſi quibus non placebit, eligi poterit אזרה, *diſpergam*, ut poſt legitur; ita ut ſignificet כל אשר סביבותיו, corporis regii ſtipatores, deinde אגפיו, cæteras turmas, quæ ſequuntur regem fugientem, & ne, duplicato verbo אזרה, de eâdem re idem bis dicatur.

19. ממלאה: Verbum pro verbo, *abſque plenitudine ejus.* Vocabulum מלאה, de terrâ dictum, ſignificat ea, quæ de terrâ gignuntur, & eam complent, ſive terræ fruges, arbores earumque fructus.

22. ואבד כל חזון, *& peribit omnis viſio.* Ita ferè omnes Veteres, non autem *periit.* Erant eo tempore multi prophetæ; itaque non diceret populus Jeruſalem, *periit viſio*; ſed dicit *peribit*; hoc eſt, non habebit eventum ſuum.

25. את אשר: Lege ואת אשר, non ſine nexu ו, quem exhibet Syrus; *ego loquar, & quidquid locutus fuero*, &c.

CAPUT XIII.

Jubetur vaticinari ad prophetas qui suo ex ingenio prophetant, & cæmento leviori parietem ædificant; & ad prophetissas, quæ adhibent phylacteria & tænias, ad capiendas animas.

1. *Fuitque ad me verbum Domini,*
hæc dicentis: 2. *Fili hominis, vatici-*
nare ad prophetas Israel, qui prophe-
tant; & dic prophetis, qui suo ex
ingenio prophetant; audite verbum
Domini. 3. *Hæc dicit Dominator*
Dominus; væ prophetis insipientibus,
qui spiritum suum sequuntur, & ea,
quæ non sunt, vident. 4. *Similes sunt*
tui prophetæ, Israel, vulpibus pa-
rietinarum. 5. *Non scanditis ruinas,*
ut murum pro domo Israel sarciatis,
neque ut stetis ad præliandum in die
Domini. 6. *Vident vana, & falsa divi-*
nant qui dicunt, dicit Dominus, Do-
mino eos non mittente, quique deinde
multa movent, ut verbum ad eventum
perducant. 7. *Non-ne enim visionem*
vanam videtis falsamque divinatio-
nem loquimini, cùm dicitis, dicit Do-
minus, neque ego sum locutus? 8. *Ergo*
hæc dicit Dominator Dominus: quo-
niam vana locuti estis, & mendacium
vidistis, propterea ego adero ad vos, di-
cit Dominator Dominus. 9. *Erit ma-*
nus mea super eos prophetas, qui vana
vident, & mendacium divinant; in
secreto populi mei non erunt, neque
in censu domûs Israel scribentur, ne-
que in terram Israel venient, vosque,
me esse Dominum Dominatorem
cognoscetis; 10. *Ob eam ipsam cau-*
sam, quòd populum meum dece-
perunt, dicentes pax, cùm non esset

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם הנבא אל נביאי ישראל
הנבאים · ואמרת לנביאי מלבם ·
שמעו דבר יהוה : 3. כה אמר
אדני יהוה · הוי על הנביאים הנבלים
אשר הלכים אחר רוחם ולבלתי
ראו : 4. כשעלים בחרבות נביאיך
ישראל היו : 5. לא עליתם בפרצות
ותגדרו גדר על בית ישראל · לעמד
במלחמה ביום יהוה : 6. חזו שוא
וקסם כזב · האמרים נאם יהוה ·
ויהוה לא שלחם · ויחלו לקים דבר :
7. הלא מחזה שוא חזיתם ומקסם
כזב אמרתם · ואמרים נאם יהוה · ואני
לא דברתי : 8. לכן כה אמר אדני
יהוה · יען דברכם שוא וחזיתם
כזב · לכן הנני אליכם · נאם אדני
יהוה : 9. והיתה ידי אל הנביאים
החזים שוא והקסמים כזב · בסוד
עמי לא יהיו · ובכתב בית ישראל
לא יכתבו · ואל אדמת ישראל לא
יבאו · וידעתם כי אני אדני יהוה :
10. יען וביען הטעו את עמי לאמר
שלום · ואין שלום · והוא בנה חיץ
והנם טחים אתו תפל : 11. אמר
אל טחי תפל · ויפל · היה גשם
שוטף · ואתנה אבני אלגביש תפלנה ·
ורוח סערות תבקע : 12. והנה
נפל הקיר · הלוא יאמר אליכם · איה
הטיח אשר טחתם : 13. לכן כה
אמר אדני יהוה · ובקעתי רוח סערות
בחמתי · וגשם שטף באפי יהיה ·
ואבני אלגביש בחמה לכלה : 14.
והרסתי את הקיר אשר טחתם תפל

pax. Ille murum ædificabat ; ecce
autem cæmento leviori eum confece-
runt. 11. *Dic eis , qui cæmentum*
levius adhibent ; hoc aget ruinas ;
erit pluvia inundans , & cum eâ la-
pides grandinis præcipitabunt ; hæc
perrumpet ventus vehemens. 12. *En*
cadet murus, & dicetur vobis ; ubi eſt
id , quod cæmento levi inficiebatis ?
13. *Hæc enim dicit Dominator Do-*
minus: ego iratus mittam cum impetu
ventum vehementem ; ingruet , per
iram meam pluvia inundans ; per
meum furorem , lapides grandinis ,
qui penitus delebunt. 14. *Ego enim*
deſtruam murum , quem materiâ levi
confeciſtis , atque eum ſolo æquabo ;
fundamenta ejus detecta corruent , voſ-
que in ipſis peribitis ; meque eſſe
Dominum cognoſcetis. 15. *Simul*
explebo iram meam , & in murum , &
in eos , qui cæmentum leve in eo ad-
hibebant , & dicam vobis ; periit
murus ; periêre qui eum conficiebant ;
16. *Prophetæ Iſrael ſcilicet , qui ad*
Jeruſalem vaticinabantur , qui pro
eâ viſionem pacis videbant , quan-
quam pax non erat , dicit Dominator
Dominus. 17. *Nunc tu , fili homi-*
nis , converte ad populi tui filias vul-
tum tuum , quæ ſuo ex ingenio vati-
cinantur , & vaticinare contra eas.
18. *Dices autem : hæc dicit Domi-*
nator Dominus ; væ quæ aſſuunt
phylacteria ſuper omnes manuum
articulos , quæque ad ſummam ſuam
ſtaturam tænias applicant , ad capien-
das animas. Venantur animas apud populum meum ; ipſæ autem animas
ſuas conſervant. 19. *Vos enim me apud populum meum violatis ; propter*
hordei pugillos , aut propter aliquod fruſtum panis , animas necantes , quæ
non ſunt perituræ ; eas autem , quæ perituræ ſunt , ſervantes ; dum vos men-
timini apud populum meum mendaciis credentem. 20. *Propterea hæc dicit*
Dominator Dominus : en ego adero ad earum phylacteria , quibus animas
hîc laqueo venantur ; ego hæc è brachiis veſtris avellam , & liberos faciam

והגעתיהו אל הארץ · ונגלה יסדו ·
ונפלה וכליתם בתוכה · וידעתם כי
אני יהוה : 15. וכליתי את חמתי
בקיר ובטחים אתו תפל · ואמר
לכם · אין הקיר ואין הטחים אתו :
16. נביאי ישראל הנבאים אל
ירושלם והחזים לה חזון שלם · ואין
שלם · נאם אדני יהוה :
17. ואתה בן אדם שים פניך
אל בנות עמך המתנבאות מלבהן ·
והנבא עליהן : 18. ואמרת · כה
אמר אדני יהוה · הוי למתפרות
כסתות על כל אצילי ידי · ועשות
המספחות על ראש כל קומה לצודד
נפשות · הנפשות תצודדנה לעמי
ונפשות לכנה תחיינה : 19.
ותחללנה אתי אל עמי בשעלי
שעורים ובפתותי לחם · להמית
נפשות אשר לא תמותנה ולחיות
נפשות אשר לא תחיינה בכזבכם
לעמי שמעי כזב : 20. לכן כה
אמר אדני יהוה · הנני אל כסתותיכנה
אשר אתנה מצדדות שם את
הנפשות לפרחות · וקרעתי אתם
מעל זרועתיכם · ושלחתי את הנפשות
אשר אתם מצדדות את נפשים
לפרחות : 21. וקרעתי את
מספחתיכם · והצלתי את עמי מידכן ·
ולא יהיו עוד בידכן למצדה · וידעתן
כי אני יהוה : 22. יען הכאות לב
צדיק שקר · ואני לא הכאבתיו ·
ולחזק ידי רשע לבלתי שוב מדרכו
הרע להחיתו : 23. לכן שוא לא
תחזינה וקסם לא תקסמנה עוד ·
והצלתי את עמי מידכן · וידעתן כי
אני יהוה :

eos, quorum animas retibus venamini. 21. *Ego rumpam tænias vestras, &*
de manibus vestris eripiam populum meum, ne eum vos ampliùs ad manum
habeatis, ut eum venemini, vosque me esse Dominum cognoscetis; 22. *Quo-*
niam per mendacium cor justi vulneratum est, cùm ego eum non vulnerabam,
& quoniam manus impii confirmatæ sunt, ne reverteretur ex viis suis pravis,
& vitam haberet. 23. *Ergò non ampliùs vana videbitis, nec usurpabitis di-*
vinationes; ego enim populum meum liberabo de manibus vestris, vosque me
esse Dominum cognoscetis.

---

3. ולבלתי ראו, *& ad-nihil vident;* hoc est, aciem mentis intendunt ad ea, quæ non sunt, vel quæ nullam conditionem habent, ut sint aliquandò futura.

4. כשעלים בחרבות, *ut vulpes in parietinis;* nam solent vulpes scandere parietinas, & eas peragrare, ut in eis conquirant animalia minora, quibus famem expleant. Sententiam talem desiderant res consequentes, in quibus aguntur ruinæ murorum; itaque non rectè Græci Intt. ἐν ταῖς ἐρήμοις, *in desertis*, etsi eos sequitur Vulgatus.

5. לא עליתם בפרצות, *non scanditis ruinas.* Idem significat פרצות, quod חרבות superiore versu; nempe muri *ruinas*, quas prophetæ conscendunt, non ut murum resarciant, utque ex eo cum hoste prælientur, sed ut in eo vivant, quomodò vulpes, & populi ex vanâ credulitate colligant escas. Cæterùm post גדר, pro על, legendum בעד, quâ præpositione uti solet verbum גדר; & sic legitur in simili sententiâ, cap. 22. v. 30.

6. וקסם: Lege וקסמו, *& divinant;* ita omnes Veteres. ...ויחלו לקים דבר, *& laborant ut confirment verbum*, sive multa conantur, & omnem lapidem movent, ut ea, quæ prædixerunt, eventu comprobentur, utque adeò lucrum faciant, & prophetæ veri esse videantur.

7. ואמרים, *& dicentes.* Seriem abrumpit nexus ו. Aut legendum האמרים, *qui dicitis*, ut versu 6. aut אמרים, sine ה, ut scriptum fuit manu priori in Codice Orat. 54.

9. בסוד עמי לא יהיו, *in secreto populi mei non erunt.* Id explicant verba sequentia, *non venient ad terram Israel. Secretum Dei* erat, ut profugos Israel reduceret in terram suam.

10. והוא בנה, *ille ædificat;* scilicet *populus*, de quo suprà. Tamen, quia proverbii loco hæc dicuntur, pertinere potest pronomen הוא ad *eum*, de quo anteà dictum fuerat in verâ fabulâ, vel in fictâ, unde sumptum erat proverbium.

11. ואתנה, *& dabo;* ita Vulgatus; rectè, si legeretur posteà ותפלנה, *& cadent*, cum nexu ו, quomodò legunt Græci Intt. qui, καὶ πεσοῦνται. Omittit illud ואתנה, Chaldæus; Codices autem circulo animadvertunt, eò quòd, opinor, legendum sit ואתנו, *& cum eo*, גשם, *imbre* (*cadent lapides grandinis.*) Ne interpretaremur *& dabo*, id obstabat, quòd non declaratur hoc versu, quid Deus sit facturus, sed tantùm quid expectandum sit ei, qui murum ædificet cæmento leviori. Nimirum, quid Deus sit facturus, posteà declaratur versu 13. quem vide.

18. כסתות, *pulvillos.* Ita ferè omnes. Tamen, versibus 18. & 20. diligenter inter se collatis, perspicuum erit, neque esse כסתות, *pulvillos*, nec המספחות, *cervicalia;* nam duæ illæ res non quadrant in verbum צדד, *venari*, seu *laqueo capere;* quo ex verbo docemur similitudinem duci ex astutiâ venatorum, & ex artibus, quibus aves, aut animalia, venatu capiuntur. Denique si convertes *pulvillos* & *cervicalia*, laborabis posteà ut interpreteris אצילי יד. Illud etiam considerandum est, non convenire in prophetissas, quæ hîc objurgantur, ut *consuant pulvillos.* Neque enim consuere pulvillos, pars est prophetiæ, ut neque incantamenti. Nos כסתות convertimus *phylacteria*, ut, apud Hexapla unus Interpres, qui φυλακτήρια, nimirum *vittas*, quas mulieres illæ assuebant על כל אצילי ידן, (ידן pro ידי) *ad omnes separationes manuum suarum*, sive ad omnes digitorum articulos, ut eis uterentur ad incantamenta. Tangi hoc loco incantamenta probè intellexit Chaldæus, qui versu 20. hæc habet, בהון אנתנא מחרשן ית נפשן, *in his nos incantamus animas.* Deinde המספחות convertimus *tænias*, sive *funiculos*, ex ספח, *adhærere, adjungere.* Quas tænias illæ mulieres *applicabant*, seu *ligabant*, על ראש כל קומהן, *ad summitatem omnis staturæ suæ*, (קומהן, vel קומן, pro קומה) quæque ex humeris pendebant. Notum est omnibus, talibus instrumentis artium magicarum usas fuisse veteres Sagas. ...ונפשות לכנה תחיינה, *& animas sibi ipsis vivificant*, non modò quia lucrum faciebant ex falsis vaticinationibus & incantamentis, sed etiam quia Regi & aulicis placebant, cùm Dei prophetis adversabantur.

20. לפרחות: Id verbum omittunt Syrus & Græci Intt. Vulgatus *volantes*, parùm aptè ad *animas.* Nos, *laqueo*, ex significatu Chaldaico. Est מפרח, Chaldaicum, *laqueolus* quo utuntur ad pallium collo alligandum. Hic significatus apprimè rectè convenit cum *tæniis*, de quibus suprà. ...נפשים: Hoc mendum est ex pronuntiatione in scripturam allatum, atque id circulo superno castigant Codices. Lege נפשם, *animam eorum*, seu *vitam*, vel *corpus;* quippe Affixum ם pertinet ad נפשות, *animas.* Confitetur Buxtorfius, vocabulum נפש non habere formam in plurali masculinam.

CAPUT XIV.

Si quis Idololatriæ deditus, consulit prophetam, qui falsa videat, ego decepi eum prophetam, atque hic & ille pariter plectentur. Etsi Noe, Daniel & Job essent in Jerusalem, ego non ei parcerem.

1. *Venerunt ad me homines de se-*
nibus Israel, qui ante me consederunt.
2. *Fuitque ad me verbum Domini,*
hæc dicentis: 3. *Filî hominis; isti*
homines gestant in pectore idola sua;
hæc posuêre ante vultum suum, qui-
bus impingere solet improbitas eorum:
ergo-ne illi me ex animo requirunt?
4. *Tu igitur loquere ad eos, & dic*
eis: hæc dicit Dominator Dominus:
quisquis de domo Israel gestat in pec-
tore idola sua, statuitque ante vultum
suum hæc eadem, quibus impingere
solet iniquitas ejus, venitque deinde
ad prophetam, ego Dominus ipse ei
respondebo, juxta ac multa erunt
idola ejus. 5. *Ut domus Israel corde*
ipso suo illaqueetur, quandoquidem
per idola sua omnes à me recesserunt.
6. *Dic igitur domui Israel: hæc dicit*
Dominator Dominus; revertimini,
& recedite ab idolis vestris; avertite
à religionibus vestris nefandis facies
vestras. 7. *Nam quisquis de domo*
Israel, vel de advenis, qui apud
Israel degunt, à me avertetur, pec-
tore gestans idola sua, & statuens
ante vultum suum hæc eadem, quibus
impingere solet improbitas ejus,
venitque deinde ad prophetam, per
eum me sciscitaturus, ego Dominus
ipse ei respondebo. 8. *Ego in homi-*
nem talem convertam vultum meum,
proponamque eum ad exemplum &

1. ויבוא אלי אנשים מזקני
ישראל · וישבו לפני : 2. ויהי
דבר יהוה אלי לאמר : 3. בן אדם
האנשים האלה העלו גלוליהם על
לבם · ומכשול עונם נתנו נכח
פניהם · האדרש אדרש להם : 4.
לכן דבר אותם ואמרת אליהם · כה
אמר אדני יהוה · איש איש מבית
ישראל אשר יעלה את גלוליו אל
לבו ומכשול עונו ישים נכח פניו ·
ובא אל הנביא · אני יהוה נעניתי לו
בה ברב גלוליו : 5. למען תפש
את בית ישראל בלבם · אשר נזרו
מעלי בגלוליהם כלם : 6. לכן
אמר אל בית ישראל · כה אמר
אדני יהוה · שובו והשיבו מעל
גלוליכם · ומעל כל תועבתיכם
השיבו פניכם : 7. כי איש איש
מבית ישראל ומהגר אשר יגור
בישראל וינזר מאחרי ויעל גלוליו
אל לבו ומכשול עונו ישים נכח
פניו · ובא אל הנביא לדרש לו בי ·
אני יהוה נענה לו בי : 8. ונתתי
פני באיש ההוא · והשמותיהו לאות
ולמשלים והכרתיו מתוך עמי ·
וידעתם כי אני יהוה : 9. והנביא
כי יפתה ודבר דבר · אני יהוה
פתיתי את הנביא ההוא · ונטיתי
את ידי עליו · והשמדתיו מתוך עמי
ישראל : 10. ונשאו עונם · כעון
הדרש כעון הנביא יהיה : 11.
למען לא יתעו עוד בית ישראל
מאחרי · ולא יטמאו עוד בכל
פשעיהם · והיו לי לעם ואני אהיה

ad proverbium , & delebo eum de
populo meo ; vos autem me esse Domi-
num cognoscetis. 9. *Propheta autem*
cùm decipitur, & verbum loquitur, ego
Dominus decepi eum prophetam ; ego
enim extendam in eum manum meam,
& delebo eum de populo meo Israel.
10. *Et portabunt iniquitatem suam ;*
sic mihi erit iniquitas ejus , qui scis-
citatur, ut iniquitas prophetæ. 11. *Ne*
adhuc aberret à me domus Israel , &
ne adhuc sceleribus se multis polluant,
& ut sint deinceps populus meus , ego
autem Deus eorum , dicit Domina-
tor Dominus. 12. *Fuitque ad me*
verbum Domini , hæc dicentis :
13. *Filî hominis ; cùm ego in terram,*
quæ in me peccaverit scelusque fecerit,
extendam manum meam , cùm fran-
gam apud eam subsidium panis , mit-
tamque in eam famem , hominemque
ac jumentum de eâ delebo ; 14. *Quam-*
vis in eâ essent homines illi tres , Noe ,
Daniel & Job , illi tamen , per
justitiam suam , neminem præter se
ipsos liberarent , dicit Dominator
Dominus. 15. *Cùm ego in terram*
mittam feras bestias , ut eam depo-
pulentur , & deserta fiat , nemine in
eâ , propter bestias , habitante ;
16. *Quamvis in eâ essent homines illi*
tres , vivo ego , dicit Dominator Do-
minus , illi nec filios , nec filias libe-
rarent , sed sibi solis saluti essent , &
terra deserta erit. 17. *Vel quando in*
eam terram mittam gladium , & gla-
dio imperabo , ut terram peragret ,
tollamque de eâ , & hominem , &
jumentum ; 18. *Quamvis homines*
illi tres in eâ essent , vivo ego , dicit
Dominator Dominus , nec filios
iidem , nec filias liberarent , sed sibi
solis saluti essent. 19. *Vel , cùm pestilentiam mittam in hanc terram , effun-*
dens , per pestilentiam , furorem meum , ut ex eâ & hominem tollat , &

להם לאלהים • נאם אדני יהוה :
12. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
13. בן אדם ארץ כי תחטא לי
למעל מעל • ונטיתי ידי עליה •
ושברתי לה מטה לחם • והשלחתי
בה רעב • והכרתי ממנה אדם
ובהמה : 14. והיו שלשת האנשים
האלה בתוכה נח דנאל ואיוב • המה
בצדקתם ינצלו נפשם • נאם אדני
יהוה : 15. לו חיה רעה אעביר
בארץ ושכלתה • והיתה שממה
מבלי עובר מפני החיה : 16.
שלשת האנשים האלה בתוכה • חי
אני נאם אדני יהוה • אם בנים ואם
בנות יצילו • המה לבדם ינצלו •
והארץ תהיה שממה : 17. או
חרב אביא על הארץ ההיא • ואמרתי
חרב תעבר בארץ • והכרתי ממנה
אדם ובהמה : 18. ושלשת
האנשים האלה בתוכה • חי אני נאם
אדני יהוה • לא יצילו בנים ובנות •
כי הם לבדם ינצלו : 19. או דבר
אשלח אל הארץ ההיא • ושפכתי
חמתי עליה בדם • להכרית ממנה
אדם ובהמה : 20. ונח דנאל ואיוב
בתוכה • חי אני נאם אדני יהוה •
אם בן אם בת יצילו • המה
בצדקתם יצילו נפשם : 21. כי
כה אמר אדני יהוה • אף כי ארבעת
שפטי הרעים חרב ורעב וחיה רעה
ודבר שלחתי אל ירושלם • להכרית
ממנה אדם ובהמה : 22. והנה
נותרה בה פלטה המוצאים בנים
ובנות • הנם יוצאים אליכם • וראיתם
את דרכם ואת עלילותם • ונחמתם
על הרעה אשר הבאתי על ירושלם
את כל אשר הבאתי עליה : 23.
ונחמו אתכם כי תראו את דרכם
ואת עלילותם • וידעתם כי לא חנם
עשיתי את כל אשר עשיתי בה •
נאם אדני יהוה :

jumentum. 20. *Quamvis Noe, Daniel & Job in eâ essent, vivo ego, dicit Dominator Dominus; illi, nec filium, nec filiam liberarent, sed sibi solis per justitiam suam saluti essent.* 21. *Hæc enim dicit Dominator Dominus: ego hæc ipsa quatuor judicia mea dura, gladium, famem, feram bestiam & pestilentiam mittam in Jerusalem, ut de eâ & hominem tollam & jumentum.* 22. *Reliquiæ autem quædam in eâ erunt, quæ filios & filias educent, quæque ad vos ipsæ venient; tum vos cognoscetis, cujusmodi fuerint eorum viæ & actiones, & consolabimini vosmetipsos de iis malis, quæ ego jam adduxi in Jerusalem, per hæc mala, quæ adduxero in eam.* 23. *Illi vobis consolationi erunt, cùm videbitis, quales extiterint viæ illorum & actiones. Tum enim videbitis, me non sine causâ hæc fecisse, quæ in eam feci, dicit Dominator Dominus.*

---

3. נכח פניהם, *ante vultum suum.* Hæc ultima verba notant cultum Deorum externum, ut prima internum, quomodò id rectè observat Vatablus. Illi homines non modò cor habent ad Idololatriam propensum, sed etiam habent idola sua domi exposita, quibus impingere solent, & retrahuntur à me, Deo suo, ad cultus vanos. ...האדרש אדרש: Non sapit Hebraicam indolem id duplex Futurum, quod etiam non exhibent Veteres. Vera scriptio est, ההדרש אדרש, *num requirendo requirar (ab eis.)* Hoc est; an putas, quoniam ad te veniunt & apud te sedent, quasi reponsa tua expectaturi, me ab eis seriò & ex animo requiri? Quippe verborum iterationes augent sententiam, notantque studium, sedulitatemve, in eâ re agendâ, quæ per verbum significatur. Carpitur, hoc loco, senum istorum simulata sedulitas, qui ad Ezechielem ibant, quanquam ibant etiam ad falsos prophetas, ut infrà videbitur.

4. לו בה: Est בה manifestum mendum. Masoretæ adducunt לו בא, quasi esset, *illi venienti;* quæ quidem barbaries est, non Hebraica compositio. Admonebat versus 7. legendum esse לו בי, *illi per me ipsum.* Vocabulum הנביא indicat falsum aliquem prophetam, quem senes illi convenerant, ut planum fit ex versu 9. Propterea Deus subjungit, *ego respondebo ei per memetipsum,* hoc est, curabo ut propheta mendax sic eis respondeat, ut promeruêre per idololatriam suam; sive, Propheta eis sic respondebit, ut ego eis iratus responderem ad eos decipiendos, & debitâ pœnâ posteà plectendos. Verbum נעניתי, in voce Passivâ, indicat rei frequentiam, quomodò נאמר significat *sæpe loqui*, vel *dictitare.*

6. והשיבו: Nos, *& recedite;* quippe legendum והשבו, in *Hophal*, ne sit *Hiphil*, sine casu.

7. אשר יגור בישראל, *qui degit apud Israel.* Ex his verbis colligi potest, fuisse Ezechiel ipsum *apud Israel*, nec dum fuisse captivum, cùm hæc ei Deus locutus est. Vaticinatio hæc pergit usque ad versum 12. in quo initium habet altera vaticinatio, quæ Babylone habita est, ut videre licet ex versu 22. in quo Deus prænuntiat eos, qui ex captâ Jerosolymâ egressuri sunt, ad captivos, qui cum Ezechiele versantur, posteà venturos. Idem colligitur ex versu 14. quem vide.

9. אני יהוה פתיתי את הנביא ההוא, *ego Dominus decepi eum prophetam:* causa, pro effectu, ut sæpe in Sacris Codicibus; quasi diceretur, è re meâ & ex meis consiliis eveniet, ut decipiatur, quoniam statutum mihi est, reddere illi debitas pœnas.

16. שלשת, *tres:* Lege ושלשת, *tres autem.* Ita Codex Orat. 42. & ita infrà v. 18. sic etiam hoc ipso versu 16. Syrus & Græci Intt.

19. בדם, *sanguine.* Omninò בדבר, *pestilentiâ.* Nam quamvis דם significat in genere mortem vi allatam, tamen non superest generi locus, ubi species agitur. Nam *pestilentia* tangitur singulatim, eademque est ex adverso *famis*, *gladii* & *ferarum.*

21. ...אף כי: Hæc particula eandem ferè vim habet, quam *atqui* Latinum, non modò ut dicta res firmetur, sed ut etiam sententia augeatur. Nam postquàm dictum est, non aversuros esse pestem singulam *gladii*, *famis*, &c. Noe, Daniel & Job, additur, imminere in Jerusalem non singula mala ex illis quatuor, sed ipsa hæc quatuor simul; non igitur fieri posse, ut tres illi Justi, qui unum malum non aversuri essent, avertant quatuor, quæ simul grassabuntur.

CAPUT

CAPUT XV.

Iſrael, vitis agreſtis, non melior quàm cætera ligna ſylvarum, quæ in ignem mittuntur. Ardebit ignis in Jeruſalem, donec vitem abſumpſerit.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc dicentis: 2. *Fili hominis, quid*
habet lignum vineæ præ cæteris lignis
ramoſis, quæ ſunt inter ſylvæ arbores?
3. *An tolletur ex eâ lignum ad fabri-*
candum opus? An paxillus ex eâ ſu-
metur, ut ulla in eo vaſa ſuſpendan-
tur? 4 *Quòd ſi in ignem projecta eſt,*
ut arderet, duobuſque ejus extremis
igne abſumptis, medium ejus aduſ-
tum fuit, an uſui erit ad fabricam?
5. *Si enim, dum erat integra, nihil*
operis ex eâ conficiebatur, an, poſt-
quàm fuit inflammata & aduſta,
conficietur adhuc ex eâ ullum opus?
6. *Propterea hæc dicit Dominator*
Dominus: quale eſſet lignum vineæ
inter ſylvæ arbores, quod ego in ig-
gnem miſerim, ut arderet, tales fa-
ciam Jeruſalem habitatores. 7. *Et*
convertam in eos vultum meum. An ex igne egreſſuri ſunt? Certè eos ignis
abſumet; & cognoſcetis me eſſe Dominum, poſtquàm ego in eos convertero
vultum meum. 8. *Ego redigam terram in ſolitudinem, eò quod flagitium*
fecerunt, dicit Dominator Dominus.

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
2. בן אדם מה יהיה עץ הגפן
מכל עץ הזמורה אשר היה בעצי
היער ׃ 3. היקח ממנו עץ לעשות
למלאכה · אם יקחו ממנו יתד
לתלות עליו כל כלי ׃ 4. הנה
לאש נתן לאכלה · את שני קצותיו
אכלה האש ותוכו נחר · היצלח
למלאכה ׃ 5. הנה בהיותו תמים
לא יעשה למלאכה · אף כי אש
אכלתהו ויחר ונעשה עוד למלאכה ׃
6. לכן כה אמר אדני יהוה · כאשר
עץ הגפן בעץ היער אשר נתתיו
לאש לאכלה · כן נתתי את ישבי
ירושלם ׃ 7. ונתתי את פני בהם ·
מהאש יצאו · והאש תאכלם · וידעתם
כי אני יהוה בשומי את פני בהם ׃
8. ונתתי את הארץ שממה · יען
מעלו מעל · נאם אדני יהוה ׃

2. מכל עץ הזמורה : Vulgatus, *ex omnibus lignis nemorum*; rectè jungit עץ cum הזמורה, quanquam זמורה non ſignificat *nemus*; nam malè utrumque ſejungitur per punctum *Athnac*, cùm unum ab altero regatur hoc modo: *præ omni ligno rami*, vel *ramoſo*. Sed non rectè Vulgatus מכל, *ex omnibus*; nam comparationem indicat מ, ut convertas, *præ omnibus*, quod quidem non latuit Ariam, qui interpretatur, *præ omni ligno*. Comparatio inſtituitur inter arbores ſylvæ ac vitem ſylveſtrem, non autem fructiferam & generoſam, ut liquet ex his verbis, בעצי היער, *inter arbores ſylvæ*, quoniam hæc vitis nihil tum generabat, præter uvas acerbas & amaras; ut ne amplius glorietur Iſrael de eo, quòd ſe vitem ſuam Deus ſæpiùs nominaverat. Eo cardine vertitur tota hæc allegoria ſumpta ex vite.

4. ותוכו נחר, *& medium ejus eſt aduſtum*. Intelligitur in תוכו farmenti pars media, ſeu ſarmentum, quâ parte medium eſt inter duo extrema, non autem ſarmenti medulla; nam ſunt in oppoſitione *medium & extrema*; neque opponi poteſt medulla extremis, ſi quidem habent

extrema medullam suam. Sententia hæc est : si projicitur palmes in medium ignem, extrema ejus primùm concipiunt ignem & absumuntur ; simul medium ejus aduritur & jam jam ignescit. An igitur istud medium, si extrahitur ex igne, usui erit ad opus aliquod fabricandum ? Non erit. Si enim inutile erat, antequàm adureretur, quantò magis, &c. Vide versum sequentem.

7. מהאש יצאו והאש תאכלם, *ex igne egredientur, & ignis devorabit eos.* Ita omnes convertunt, intelliguntque id, quod sic exprimit Versio Anglicana, *They shall go out from* one *fire*, *and* another *fire shall devoure them*, hoc est, *illi exibunt ex* uno *igne*, *&* alter *ignis devorabit eos.* Addunt ad Contextum duo pronomina *unum* & *alterum*, quibus favere videtur versus 5. ubi de ligno vitis jam adusto dicitur, *an usui erit ad fabricam ;* nam ex iis verbis colligi posse videtur, lignum vineæ extrahi ex igne jam adustum, si fortè, quanquam adustum, usui esse possit. Tamen, ne talem sententiam sequeremur, hæc obstabant : 1°. His versibus 6. & 7. tanguntur in genere habitatores Jerusalem, de quibus dici generatim non potest, eos fuisse ex igne egressos, & ab altero igne esse devorandos. Quippe omnes igne absumpti sunt, quem Deus in Jerusalem accenderat, & reliquiæ paucæ, quæ Jerosolymâ expugnatâ, urbe egressæ fuerant, captivæ abductæ sunt, nec fuerunt ab altero igne absumptæ. 2°. Non dicitur versu 5. vitem extrahi ex igne, sed affirmatur, quanquam extraheretur, inutilem eam fore ad opus fabricandum. 3°. Declarat Deus, hoc ipso versu 7. se facturum, ne vitis exeat mediis ex flammis, dicens, se à vite, in ignem conjectâ, oculos non aversurum, donec penitùs inflammetur. 4°. Obstabat ipsum verbum מהאש, ne converteremus, *ex igne*, ut potè mendosum. Nullibi legitur מהאש, *ex igne.* Passim legitur, vel מאש, vel מן האש ; neque unquam adhibetur ה demonstrativum post præpositionem, unâ litterâ enuntiatam, seu מ, seu ל, seu ב. Legitur מבית, בבית, לבית, non autem בהבית, להבית, מהבית, & sic de cæteris. Non dubium igitur, quin, pro מהאש, legendum sit המאש, *an ex igne egredietur*, Deo affirmante, non egressuram, quoniam conversurus est in eam vultum suum, dum comburetur, nec passurus eam igne extrahi.

CAPUT XVI.

Jerusalem, adultera uxor, quæ maritum suum relinquit, ut sequatur amatores, nec ponit modum libidini ; pejor facta, quàm Samaria & quàm Sodoma, ignominiam subibit, quam promerita est ; & cùm erubuerit, tandem aliquando ad se redibit, & in antiquum statum restituetur.

1. *Fuit ad me verbum Domini, hæc dicentis :* 2. *Fili hominis, expone Jerusalem scelera sua.* 3. *Hæc autem dices : hæc dicit Dominator Dominus ; prosapia tua & origo tua ex terrâ Chanaan ; pater fuit tibi Amorrhæus, mater fuit tibi Hethæa.* 4. *Cùm genitrix te tua peperit, non præcidit tibi umbilicum. Tu nec lota fuisti aquis ad munditiem, nec sale aspersa, nec involuta fasciis.* 5. *Nemo te benignè respexit, ut curam tui ullam talem haberet, tèque miseraretur. Tu projecta es in apertum campum ; tu enim contempta fuisti, cùm primùm nata es.* 6. *Sed enim ego præter*

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם הודע את ירושלם את
תועבותיה : 3. ואמרת · כה אמר
אדני יהוה לירושלם · מכרתיך
ומלדתיך מארץ הכנעני · אביך
האמרי ואמך חתית : 4. ומולדותיך
ביום הולדת אותך לא כרת שרך ·
ובמים לא רחצרת למשעי · והמלח
לא המלחת · והחתל לא חתלרת :
5. לא חסה עליך עין לעשות לך
אחת מאלה לחמלה עליך · ותשלכי
אל פני השדה בגעל נפשך ביום
הלדרת אתך : 6. ואעבר עליך ·
ואראך מתבוססרת בדמיך · ואמר
לך · בדמיך חיי ואמר לך בדמיך
חיי : 7. רבבה כצמח השדה

te transiens ; vidi te tuo sanguine
consperſam , & dixi tibi , ut adhuc
ſanguine conſperſa eras : vive , &
creſce. 7. *Tu , per me , ſimilis fuiſti*
gramini camporum , creviſti & adole-
viſti ; perveniſti ad pubertatem ;
ubera tua formabantur , creverat tua
pubes ; ſed adhuc penitùs nuda eras.
8. *Tum ego te aſpexi , præter te tran-*
ſiens ; ætatem habebas amoribus ma-
turam. Ego igitur expandi ſuper te
ſinus meos , tuamque texi nuditatem.
Ego tibi dedi jusjurandum , & in fæ-
dera tecum deſcendi , dicit Domina-
tor Dominus , & mea facta es.
9. *Deinde te aquis lavi , & ablui abs*
te ſanguinem tuum, oleoque te inunxi.
10. *Indui te veſtibus acu-pictis ,*
calceoſque dedi tibi hyacinthinos ;
veſtivi te byſſo , & ſerico contexi.
11. *Ego etiam te ornatu cohoneſtavi ;*
poſui in manibus tuis armillas , in
collo tuo monile. 12. *Aptavi circulum*
ad nares tuas , auribus tuis inaures ,
& capiti tuo ſplendidam coronam.
13. *Tu igitur eras auro & argento*
decorata , byſſoque ac ſerico & acu-
pictis induta. Tu ſimilâ & melle oleo-
que nutriebaris , & mirum in modum
formoſa evaſiſti ; tu denique ad reg-
num provecta es ? 14. *Exiitque de te*
apud gentes fama tuæ pulchritudinis ,
quia eximia erat , propter gloriam
meam , quâ ego te indueram , dicit
Dominator Dominus. 15. *Tu verò,*
tuâ pulcritudine freta , ſcortata es ,
abs tuâ famâ degenerans, & profudiſti
libidines tuas in omnem hominem ,
qui præteribat , & illius fuiſti. 16. *Si-*
mul tuliſti de veſtibus tuis , ut cento-
nibus ornares proſtibula tua , in qui-
bus ſcortata es , & negaſti te meam
futuram. 17. *Tuliſti ornatus tuos*
aureos & argenteos , quos tibi dederam,

נתתיך · ותרבי ותגדלי ותבאי בעדי
עדיים · שדים נכנו ושערך צמח ·
ואת ערם ועריה : 8. ואעבר עליך
ואראך · והנה עתך עת דדים · ואפרש
כנפי עליך ואכסה ערותך · ואשבע
לך · ואבוא בברית אתך · נאם אדני
יהוה · ותהיי לי : 9. וארחצך במים
ואשטף דמיך מעליך · ואסכך בשמן :
10. ואלבשך רקמה ואנעלך תחש ·
ואחבשך בשש ואכסך משי : 11.
ואעדך עדי · ואתנה צמידים על
ידיך ורביד על גרונך : 12. ואתן
נזם על אפך ועגילים על אזניך ·
ועטרת תפארת בראשך : 13.
ותעדי זהב וכסף · ומלבושך ששי
ומשי ורקמה · סלת ודבש ושמן
אכלתי · ותיפי במאד מאד ותצלחי
למלוכה : 14. ויצא לך שם בגוים
ביפיך · כי כליל הוא בהדרי אשר
שמתי עליך · נאם אדני יהוה : 15.
ותבטחי ביפיך ותזני על שמך ·
ותשפכי את תזנותיך על כל עובר ·
לו יהי : 16. ותקחי מבגדיך ותעשי
לך במות טלאות ותזני עליהם · לא
באות ולא יהיה : 17. ותקחי כלי
תפארתך מזהבי ומכספי אשר נתתי
לך · ותעשי לך צלמי זכר · ותזני
בם : 18. ותקחי את בגדי רקמתך
ותכסים · ושמני וקטרתי נתתי
לפניהם : 19. ולחמי אשר נתתי
לך סלת ושמן ודבש האכלתיך
ונתתיהו לפניהם לריח ניחח ויהי ·
נאם אדני יהוה : 20. ותקחי את
בניך ואת בנותיך אשר ילדתי לי ·
ותזבחים להם לאכול · המעט
מתזנותך : 21. ותשחטי את בני ·
ותתנים בהעביר אותם להם : 22.
ואת כל תועבתיך ותזנתיך לא
זכרתי את ימי נעוריך · בהיותך
עירם ועריה · מתבוססת בדמך
היית : 23. ויהי אחרי כל רעתך ·
אוי אוי לך · נאם אדני יהוה : 24.
ותבני לך גב · ותעשי לך רמה בכל
רחוב : 25. אל כל ראש דרך

& fabricata es tibi mascula idola,
cum quibus scortata es. 18. *Tulisti*
etiam vestes tuas acu-pictas, quibus
hæc tegeres; tu aromata mea & thura
mea eis apposuisti. 19. *Et panem*
meum, quem tibi dederam, similam,
mel & oleum quibus te paveram, tu
hæc eis apposuisti ad suavissimum
odorem. 20. *Imò etiam, dicit Domi-*
nator Dominus; tu filios tuos & filias
tuas, quas mihi genueras, tulisti &
occidisti, ut eorum præda essent.
21. *Parum-ne erat tibi, quòd scor-*
tata es, ut filios etiam tu meos jugu-
lares, ut eos illis traderes & consecra-
res? 22. *Insuper & in tuis flagitiis*
& libidinibus non recordata es juven-
tutis tuæ dies, cùm tu penitùs nuda
esses, & sanguine tuo cooperta.
23. *Etiam tu post hæc flagitia (væ,*
væ tibi, dicit Dominator Dominus.)
24. *Tu ædificasti tibi lupanar, &*
fecisti tibi in omni plateâ prostibulum.
25. *Tu ad omnium caput viarum*
struxisti tibi prostibulum, & pulchritu-
dinem tuam dedecorans, ad omnes
qui transibant, crura divaricasti,
libidinibus tuis nullum faciens mo-
dum. 26. *Tu scortata es cum Ægypti*
filiis, vicinis tuis, magno membro
præditis, profusa in omnem venerem,
ut me ad iram provocares. 27. *Et*
cùm ego in te manum extendi, & mi-
nui demensum tuum, tradidique te
desideriis illarum, quæ te oderant, Phi-
listiim filiarum, quæ quidem de tuis
perditis moribus erubescebant; 28. *Tu*
cum filiis Assur scortata es, quia non
satura eras; & postquàm cum eis scorta-
ta esses, ne sic quidem exsaturata fuisti.
29. *Ergo etiam ultra omnem modum*
indulsisti libidini in terrâ mercatorum
apud Chaldæos, sed nec sic quidem
exsaturata fuisti. 30. *Quomodò ego*

בנית רמתך · ותתעבי את יפיך
ותפשקי את רגליך לכל עובר ·
ותרבי את תזנותך : 26. ותזני
אל בני מצרים שכניך גדלי בשר ·
ותרבי את תזנתך להכעיסני : 27.
והנה נטיתי ידי עליך ואגרע חקך ·
ואתנך בנפש שנאתיך בנות פלשתים
הנכלמות מדרכך זמה : 28. ותזני
אל בני אשור מבלתי שבעתך ·
ותזנים וגם לא שבעת : 29.
ותרבי את תזנותך אל ארץ כנען
כשדימה · וגם בזאת לא שבעת :
30. מה אמלה לבתך · נאם אדני
יהוה · בעשותך את כל אלה מעשה
אשה זונה שלטת : 31. בבנותיך
גבך בראש כל דרך ורמתך עשיתי
בכל רחוב · ולא הייתי כזונה לקלס
אתנן : 32. האשה המנאפת
תחת אישה תקח את זרים : 33.
לכל זנות יתנו נדה ואת נתת את
נדניך לכל מאהביך · ותשחדי אותם
לבוא אליך מסביב בתזנותיך : 34.
ויהי בך הפך מן הנשים בתזנותיך
ואחריך לא זונה · ובתתך אתנן
ואתנן לא נתן לך ותהי להפך :
35. לכן זונה שמעי דבר יהוה :
36. כה אמר אדני יהוה · יען השפך
נחשתך · ותגלה ערותך בתזנותיך
על מאהביך · ועל כל גלולי תועבותיך
וכדמי בניך אשר נתתי להם : 37.
לכן הנני מקבץ את כל מאהביך
אשר ערבת עליהם ואת כל אשר
אהבת על כל אשר שנאת · וקבצתי
אתם עליך מסביב · וגליתי ערותך
אלהם · וראו את כל ערותך : 38.
ושפטתיך משפטי נאפות ושפכת
דם · ונתתיך דם חמה וקנאה : 39.
ונתתי אותך בידם · והרסו גבך
ונתצו רמתיך · והפשיטו אותך
בגדיך · ולקחו כלי תפארתך ·
והניחוך עירם ועריה : 40. והעלו
עליך קהל ורגמו אותך באבן ·
ובתקוך בחרבותם : 41. ושרפו
בתיך באש · ועשו בך שפטים

לעיני

circuncidam cor tuum, dicit Dominator Dominus, postquàm tu hæc om-
nia patrasti, quæ in mulierem cadunt,
effrænatam meretricem ; 31. *Post-*
quàm tu excitasti lupanar in capite om-
nium viarum, postquàm prostibulum
struxisti omnibus in plateis , & ne
meretrici quidem, quæ quæstum facit,
similis fuisti, 32. *O adultera mulier,*
quæ in locum tui conjugis excipis alie-
nos ! 33. *Omni meretrici datur mer-*
ces ; tu autem munera tua dedisti om-
nibus amatoribus tuis ; tu eos mercede
conduxisti, ut ad te undique ad adul-
teria convenirent. 34. *Evenit tibi in*
libidinibus tuis contrà , atque cæteris
feminis ; nec tua via talis fuit , qua-
lis meretricis ; siquidem mercedem
dedisti, nec tibi data est merces, vici-
bus per te mutatis. 35. *Propterea*
audi , meretrix , verbum Domini.
36. *Hæc dicit Dominator Dominus:*
quoniam tu æs tuum profudisti, & per
libidines tuas palam fecisti coram
amatoribus tuis nuditatem tuam, &
coram idolis tuis flagitia tua , cum
sanguine filiorum tuorum , quos tu
eis tradebas. 37. *Propterea ego con-*
gregabo amatores omnes istos, quibus
placebas , & cum iis , quos amabas ,
eos etiam , quos oderas ; ego jubebo
eos ad te undique convenire, detegam-
que eis nuditatem tuam , ut illi te nu-
dam , quanta es , aspiciant. 38. *Ego*
te judicabo judicio adulterarum rea-
rumque fusi sanguinis, supplicium de
te idem sumpturus , quod sumitur ab
marito irato & zelotypiâ permoto.
39. *Ego te tradam in manus eorum.*
Illi autem lupanar tuum diruent, pros-
tibula tua evertent. Illi te vesti-
bus tuis nudabunt , tollentque mun-
dum tuum muliebrem , & te penitùs
nudam relinquent. 40. *Iidem con-*

לעיני נשים רבות · והשבתיך מזונה ·
וגם אתנן לא תתני עוד ׃ 42.
והנחתי חמתי בך · וסרה קנאתי
ממך · ושקטתי ולא אכעס עוד ׃
43. יען אשר לא זכרתי את ימי
נעוריך ותרגזי לי בכל אלה · וגם
אני הא דרכך בראש נתתי · נאם
אדני יהוה · ולא עשיתי את הזמה
על כל תועבתיך ׃ 44. הנה כל
המשל עליך ימשל לאמר · כאמה
בתה ׃ 45. בת אמך את געלת
אישה ובניה · ואחות אחותך את
אשר געלו אנשיהן ובניהן · אמכן
חתית ואביכן אמרי ׃ 46. ואחותך
הגדולה שמרון היא · ובנותיה
היושבת על שמאולך · ואחותך
הקטנה ממך היושבת מימינך סדם
ובנותיה ׃ 47. ולא בדרכיהן הלכת
וכתועבותיהן עשיתי · כמעט קט
ותשחתי מהן בכל דרכיך ׃ 48.
חי אני · נאם אדני יהוה · אם עשתה
סדם אחותך היא ובנותיה כאשר
עשית את ובנותיך ׃ 49. הנה זה
היה עון סדם אחותך · גאון שבעת
לחם ושלות · השקט היה לה
ולבנותיה · ויד עני ואביון לא
החזיקה ׃ 50. ותגבהינה ותעשינה
תועבה לפני · ואסיר אתהן כאשר
ראיתי ׃ 51. ושמרון כחצי חטאתיך
לא חטאה · ותרבי את תועבותיך
מהנה · ותצדקי את אחותיך בכל
תועבתיך אשר עשיתי ׃ 52. גם
את שאי כלמתך אשר פללת
לאחותך בחטאתיך אשר התעבת
מהן תצדקנה ממך · וגם את בושי
ושאי כלמתך בצדקתך אחיותך ׃
53. ושבתי את שבותהן את שבית
סדם ובנותיה ואת שבית שמרון
ובנותיה · ושבית שביתיך בתוכהנה ׃
54. למען תשאי כלמתך ונכלמת
מכל אשר עשית בנחמך אתן ׃
55. ואחותיך סדם ובנותיה תשבן
לקדמתן · ושמרון ובנותיה תשבן
לקדמתן · ואת ובנותיך תשבינה

*gregabunt adversùm te multitudinem,
teque lapidibus obruent , & gladiis
ſuis diſcerpent ;* 41. *Ædes tuas in-
flammabunt, & judicia in te exerce-
bunt in oculis mulierum multarum.
Tum denique libidini tuæ ponam mo-
dum , neque adhuc mercedem dabis.*
42. *Et cùm placavero iram adversùm
te meam , abſcedet à me zelotypia
mea ; tranquillus ero , nec ampliùs
iraſcar.* 43. *Quandoquidem non re-
cordata es juventutis tuæ dies, meque
per hæc omnia iratum feciſti , ego
quoque rejiciam in caput tuum viam
tuam, dicit Dominator Dominus ,
neque tu adhuc , poſt tot flagitia ,
perpetrabis ſcelus.* 44. *En futurum
eſt, ut quicunque utuntur proverbiis,
hoc in te proverbium dicant ; qualis
mater, talis filia.* 45. *Tu filia es tuæ
matris , quæ aſpernabatur maritum
ſuum & filios ſuos ; tu ſoror ſororum
tuarum , quæ contempsêre maritos ſuos & filios ſuos ; quarum mater
Hethæa erat, pater Amorrhæus.* 46. *Soror tua major hæc illa eſt Samaria ,
filiæque ejus , quæ habitant ad ſiniſtram tuam ; ſoror tua minor hæc eſt , quæ
habitat ad dexteram tuam , Sodoma filiæque ejus.* 47. *Quanquam tu illarum
non ſequeris vias , nec ſimilia illarum ſcelera feciſti ; hæc tu pro nihilo ha-
buiſti. In omnibus enim viis tuis flagitioſior illis fuiſti.* 48. *Vivo ego , dicit
Dominator Dominus ; non ſic fecit Sodoma , ſoror tua , cum filiabus ſuis ,
ut tu feciſti cum tuis.* 49. *Scilicet hæc fuit iniquitas Sodomæ , tuæ ſororis :
ſuperbia , ſaturitas panis , proſperitas & tranquillitas ; hæc illi aderant ejuſ-
que filiabus , neque tamen manum pauperis & egeni fulciebat ;* 50. *Et quia
ſuperbæ erant, & coram me ſcelus patrabant, ego eas, ut vides, delevi.* 51. *Ne-
que verò etiam admiſit Samaria dimidiam partem ſcelerum tuorum ; tu ſce-
lera multò plura , quàm hæc , feciſti ; tu ſorores tuas , præ flagitiis quæ ad-
miſiſti, feciſti inſontes.* 52. *Subibis igitur tu quoque ignominiam tuam , quo-
niam peccatis tuis judicium feciſti ſororum tuarum. Quia tu illis nequior es ,
illæ præ te juſtæ ſunt ; ideò erubeſces , & ſubibis tu quoque ignominiam tuam ,
quoniam ſorores tuas feciſti inſontes.* 53. *Ego abduxi eorum captivos ; ut
captivos Sodomæ , ejuſque filiarum , ita captivos Samariæ , ejuſque filiarum ;
ergo educam ad eas captivos etiam tuos ,* 54. *Ut ſubeas ignominiam tuam ,
& de omnibus , quæ feciſti , erubeſcas , ſimulque eas conſoleris.* 55. *Et cùm
ſoror tua Sodoma filiæque ejus redibunt in priſtinum ſtatum ſuum ; cùm
etiam Samaria , filiæque ejus in priſtinum ſtatum revertentur , tu etiam redi-*

לקדמתכן : 56. ולוא היתה סדם
אחותך לשמועה בפיך ביום גאוניך :
57. בטרם תגלה רעתך כמו עת
חרפת בנות ארם וכל סביבותיה
בנות פלשתים השאטות אותך
מסביב : 58. את זמתך ואת
תועבותיך את נשאתים · נאם יהוה :
59. כי כה אמר אדני יהוה · ועשית
אותך כאשר עשית · אשר בזית
אלה להפר ברית : 60. וזכרתי
אני את בריתי אותך בימי נעוריך ·
והקימותי לך ברית עולם : 61.
וזכרת את דרכיך · ונכלמת בקחתך
את אחותיך הגדלות ממך אל
הקטנות ממך · ונתתי אתהן לך
לבנות ולא מבריתך : 62. והקימתי
אני את בריתי אתך · וידעת כי
אני יהוה : 63. למען תזכרי ובשת ·
ולא יהיה לך עוד פתחון פה מפני
כלמתך · בכפרי לך לכל אשר
עשית · נאם אדני יהוה :

bis, filiæque tuæ in priſtinum ſtatum veſtrum. 56. *Nec deinceps Sodomam,*
ſororem tuam, ſermonibus tuis infamabis, ut cùm tu ſuperba eras; 57. *Ni-*
mirùm priuſquàm nequitia tua palam fieret, & tempora ignominiæ tuæ eadem
eſſent, quæ fuerunt filiarum Syriæ, omniumque vicinarum, & filiarum
Philiſtiim, quæ te circum ambiunt. 58. *Tu portabis ſcelus tuum & tua flagi-*
tia, dicit Dominus. 59. *Hæc enim dicit Dominator Dominus: ego ſic*
tecum faciam, ut tu feciſti, cùm jusjurandum tuum negligeres, & rumperes
fœdus. 60. *Sed recordabor ego fœderis ejus, quod mihi tecum fuit, cùm puella*
eſſes, conſtituamque tecum fœdus ſempiternum. 61. *Tum demum ad mentem*
revocabis vias tuas, & erubeſces, cùm recipies ſororem tuam majorem ſimul
& minorem, cùmque eas tradam tibi, ut filias, quanquam fœdus tale non
inieras. 62. *Ego enim ratum faciam meum tecum fœdus, tuque me eſſe Do-*
minum cognoſces. 63. *Ideò ut tu, hæc mente reputans, erubeſcas, neque dein-*
ceps, propter opprobrium, mutire audeas, cùm tibi omnia, quæ feceras, con-
donabo, dicit Dominator Dominus.

---

4. ולא רחצת למשעי, *neque lauta es ad munditiem.* Vocabulum משעי, quod ſemel tantùm legitur, alii Veterum prætermittunt, alii non expediunt. Nos, *ad munditiem*, ex poteſtate Syriacâ. Nimirum שעא, Syriacè, habet *lævigare, linire;* unde rectè ducitur משעי, *lenitas, mollities, mundities:* vide Edm. Caſtellum. Non rectè Buxtorfius, *ad aſpectum meum*, quia in parabolâ, quæ hîc inſtituitur, nondum videt Deus filiolam iſtam, cùm utero materno egreditur; tum primùm eam intuetur, poſteaquàm in aperto campo relicta eſt. Prætereà nullâ re pertinet aſpectus Dei ad corpuſculum recens natum, quod lavatur.

5. בגעל נפשך: Verbum de verbo, *in contemni animam tuam*, ſeu, *quia contemta fuiſti.* Eſt Paſſivæ vocis verbum געל; quod quidem meliùs ſcriptum fuiſſet הגעל; nam הלדת, alterum *Hophal*, huic eſt parallelum.

6. ואמר לך בדמיך חיי, *& dixi tibi, in ſanguine tuo, vive.* Hæc verba, quæ bis leguntur, ſemel tantùm exponunt Græci Intt. & Syrus, nec eorum cauſa fuit ulla iterandorum, cùm meram narrationem contineant. Iteratio igitur fuit Librariorum, non Sacri Autoris. Cæterùm adjungimus רבבה ad חיי, *vive*, per nexum ו, quomodò Græci Intt. in Codice Alex. καὶ πλήθυνε, *& multiplicare*, in Modo imperandi. Variè interpungunt Veteres, quos vide, ſi juvat, in Polyglottis.

7. ותבאי בעדי עדיים: Vulgatus, *& perveniſti ad mundum muliebrem;* quæ interpretatio parùm concordat cum ſequentibus verbis, ואתה ערם ועריה, *ſed tu penitùs nuda eras.* Huc adde verbum בוא non uſurpari, de veſtibus, quæ induuntur, ut neque veſtes de ætate eâ, quâ veſtes hæ, aut illæ, ſumuntur. Hæc verba Hebraica partim indicant *pubertatem*, quæ pubertas partim ſignificatur poſteà in mammis, quæ creſcunt, & in pube, quæ effloreſcit. עדה ſignificat *tranſire;* etiam Chaldaicè *concipere, gravidam fieri;* quaſi dicas, *perveniſti ad tranſitus conceptionum*, ſeu tranſiiſti ad ætatem, in quâ virgo eſt matura viro. Sequi etiam poſſis ſignificatum verbi עדה, *removere*, ut ſit, *tranſiiſti ad pannos remotionum*, ſive ad luxuriem ſanguinis muliebrem. Cæterùm pro שדים, legendum שדיך, *mammæ tuæ*, ut poſteà שערך, *pilus tuus.*

10. ואכסך משי, *& contexi te ſerico.* Eſt in משי littera מ ſervilis; cujus vocabuli Radix eſt ושי, Arabicum, *pingere, colorare*, ut docet Edm. Caſtellus. Licet etiam convertere, *pictis*, ſeu ſparſis variâ tincturâ.

13. ששי: Rectè Maſora שש, ſine י, *byſſo.* Multæ י litteræ hoc in capite ſuperfluunt, quas etiam Maſora expungit.

15. ותזני על שמך: Vulgatus, *fornicata es in nomine tuo*, Græcos imitans; meliùs ſcripſiſſet, *in nomen tuum*, vel *contra...* In eandem ſententiam Gallicè dicitur, *forligner à ſon honneur.* Erat *nomen* Iſraël *gloria* hæc, quâ Deus Iſrael adhuc virginem induerat, ſeu vera Religio, quam poſteà dehoneſtavit, uxor adultera, deficiens ad maritos, ſeu Deos alienos. ...לו יהי: Sententiam perſequitur Vulgatus, in his verbis, *ut ejus fieres*, cùm fortè legeret לו היית, ut eſt legendum, *illius eras.* Mendum omisêre Græci Intt. & Syrus. Sed Chaldæus legere videtur לא יאה, *non decebat;* quippe interpretatur ולא כשר ליך למעבד כן, *& non decebat te ita facere.*

16. לא באות ולא יהיה: Hæc verba qui convertere volunt, divinant. Sic olim ſcriptum fuerit, ... לא אבות לי היית, *non aſſenſiſti ut mea eſſes*, vel, *noluiſti eſſe meam.* Hodierna hæc menda ejus generis ſunt, in quibus ſæpe lapſi ſunt Deſcriptores. Sed tale ἀσυνδετὸν, אבות היית, pro אבות להיות, ſat frequens eſt in Sacris Codicibus.

19. & 20. ...ויהי: ותקחי: Ante ויהי interpunctio major collocanda eſt, illa autem delenda, quæ antecedit ותקחי; vide Verſionem. Similis tenor recurrit infrà verſibus 23. & 24.

20. & 21. המעט מתזנותך : ותשחטי את בני, *an parùm fuit fornicationis tuæ ; & immolasti filios meos.* Hæc series claudicat in Hebraico sermone, ut in Latino. Insuper & illud vitium est, quòd, postquàm dictum est, *immolasti filios tuos & filias*, iterùm dicatur, *& occidisti filios...* post hæc verba, *an parùm fuit...* quæ expectationem afferunt majoris exprobrationis, minimè autem meræ iterationis. Omninò igitur, pro ותשחטי, legendum כי תשחטי, (*an parum fuit...*) *ut etiam immolares.* Subsequi solet particula כי post המעט ; vide Concordantias Buxtorfianas ; neque ullum exemplum credo esse conjunctionis ו, illud *ut* significantis, quod nos Gallicè enuntiamus, *pour que.* Occasionem habuerit Scriba omittendæ litteræ כ, in eo altero כ, in quod desinebat vocabulum מתזנותכ, antequàm litteræ finales usurparentur.

26. מצרים... גדלי בשר, *Ægyptiis, magnis carne.* Non tanguntur hoc loco ipsi Ægyptii, sed illorum Dii ; puta Priapus, atque alii, quorum quædam simulacra erant obscænissima. Ergò inutile est inquirere, an Ægyptii sint cæteris populis altiores.

29. אל ארץ כנען כשדימה : Vulgatus, *in terrâ Chanaan cum Chaldæis.* Pugnant verba inter se se ; meliùs dixisset, *in terrâ mercatorum*, ne duabus appellationibus, quæ sociabiles non sunt, unam eandemque regionem notaret. Infrà cap. 17. v. 4. nominatur Chaldæa *terra mercaturæ ;* Babylon, *urbs negotiatorum*, quia propter Tigrim & Euphratem, & mare vicinum, eò confluebant mercatores. Chaldæorum Deos isti Judæi adorabant, ut victoribus adularentur ; quomodò ferè Achaz struxit altare ad similitudinem ejus, quod Damasci viderat, ut Theglatphalasar regi adularetur.

31. לקלס אתנן : Verbum è verbo, *ad colligendam mercedem*, ex scriptione לקלט. Est Chaldaicum, קלט, idem ac לקט Hebraicum, *colligere ;* Syriacum autem notat in suis derivatis *avarum*, *avaritiam*, qui significatus optimè quadrant in meretricem, quæ ex corpore quæstum facit. Pertinet לקלט ad זונה, *meretricem.* Nec potest לקלס pertinere ad populum Israel, quem Deus alloquitur, quia non legitur, לקלסך, *contemnendo te*, vel *cùm contemnas.* Denique verbum קלס ita significat, *contemnere* ut *deridere*, *ludificare* hominem, non verò ut, *negligere* rem, seu mercedem. Porrò, post אתנן, pro puncto majori supponendum minus ; nam series continuatur : vide Versionem.

34. ואחריך לא זונה, *& post te non meretrix.* Hic locus, jam olim depravatus, facillimè & commodissimè restituetur, si pro אחריך, legas ארחך, *via tua non* est *meretricis.* Fuit trajecta littera ר ; littera autem י perperàm addita, ut aliæ plures hoc in capite.

36. וכדמי, *& secundùm sanguines.* Lege, cum plerisque Veteribus, ובדמי, *& in sanguine.* Respondet בדמי, pari verbo בתזנותך.

38. ושפכות : Lege ושפכות, *& quæ fuderunt* (*sanguinem.*) Sic lego in duobus Codicibus. דם חמה וקנאה..., *sanguinem iræ ac zelotypiæ*, sive supplicium, quod sumitur in *irâ & zelotypiâ*. Hæc alludunt ad aquas, quibus maritus explorabat pudicitiam suspectæ uxoris.

43. בראש : Veteres plerique בראשך, *in caput tuum*, non sine affixo, quòd non solet omitti, tali loquendi formâ : vide cap. 17. v. 19. & cap. 22. v. 31.

47. כמעט קט : Vulgatus, *pauxillum minùs*, quæ verba Latina ad sententiam accommodare vix possis ; ut neque hæc Ariæ, *paululùm*, *pauxillum.* Id verbum קט non alibi legitur, & sine autoritate redditur, *pauxillùm ;* quod ipsum supervacaneum est post כמעט. Optimè legas קטת, *fastidisti*, quam sententiam in versione exhibemus.

51. מהנה, *præ illis.* Codex Orat. 53. ממנה, priori manu, *præ illâ ;* quæ scriptio melior, quia suprà nominata est Samaria una, non cæteræ urbes.

53. ושבתי את שבותהן, *& abduxi captivos earum.* Nos in Præterito *abduxi ;* non, ut cæteri, *convertam*, seu *reducam* (*captivos ;*) quia continentur hoc versu minæ, non promissiones, ut planum est ex eo, quod sequitur, *ut portes ignominiam tuam.* Series est talis : *ut abduxi eas*, *ita te abducam...* Itaque etiam post legendum ושבתי שביתיך, *& abducam captivos tuos.* Etenim malè Masora emendat ושבית in ושבות, *& captivitatem*, quasi esset nomen, non verbum ; cùm tamen esse verbum, doceant priora verba hæc, ושבתי את שבותהן, *& abduxi captivos earum.*

56. ביום גאונך, *in diè superbiæ tuæ.* Potiùs כיום, *sicut in die ;* cui temporis notationi adjungendum est בטרם..., *antequàm* (*nequitia tua palàm fieret.*) Nam malè hæc separantur per interpunctionem majorem.

59. & 60. ועשית אותך... וזכרתי... : Rectè Masora, ועשיתי ; series est talis, *& faciam tecum... & recordabor.* Neque Euphoniam habet duplex ו, sed potiùs oppositionem, hoc modo : *Quanquam faciam tibi... tamen recordabor.* Quippe in his verbis וזכרתי אני, *& recordabor ego*, indicat pronomen אני sententiam sententiæ priori ex adverso positam ; Deo significante, se fœderis sui memorem futurum, quanquam Israel fœderis ipse sui oblitus est : vide Versionem.

CAPUT

CAPUT XVII.

Narrat, Deo jubente, fabulam de aquilâ, quæ aufert ramum de Libano, deinde ſemen terræ mandat, quod evadit in vitem magnam, quæ, ſpretâ aquilâ, quæ ſe plantaverat, ad alteram aquilam convertit palmites ſuos, ut ab eâ protegatur. Deinde fabula explicatur de regibus Babylonis & Ægypti & de regno Iſraelis.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc mandantis. 2. *Filî hominis,*
propone ænigma, & narra parabolam
ad domum Iſrael. 3. *Dices autem:*
hæc dicit Dominator Dominus:
aquila quædam magna, magnis alis
& proceris artubus, onuſta plumis
verſicoloribus, venit ad Libanum,
tulitque inde ramum cedri. 4. *Et,*
avulſâ ſummitate ſurculorum ejus,
tulit eum in terram mercaturæ, ad
urbem cui nomen eſt negociatorum.
5. *Sumpſit autem de ſemine terræ,*
quod miſit in agrum ſemini opportunum & bonum, ſecus aquas multas: nomen agri erat obſervatio.
6. *Semen ortum eſt, evaſitque in vitem latam & ſtaturâ humilem, palmitibuſque ad aquilam converſis. Hæc ſtabat radicibus ſuis; itaque evaſit in vitem, quæ brachia expandit, & protulit ramos.* 7. *Erat autem altera*
aquila magna, magnis alis plurimæque plumæ. Ecce autem hæc vitis flexit ad eam radices ſuas, derivavitque ad eam ramos ſuos, ut per eam irrigaretur de plantarii ſui fontibus.
8. *Hæc fuerat plantata in agro bono, ſecus aquas multas, ut gigneret ramos, & ferret fructus, evaderetque in vitem ſpecioſam.* 9. *Dic igitur:*
hæc dicit Dominator Dominus; an

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם חוד חידה ומשל משל
אל בית ישראל : 3. ואמרת · כה
אמר אדני יהוה · הנשר הגדול גדול
הכנפים ארך האבר מלא הנוצה
אשר לו הרקמה · בא אל הלבנון
ויקח את צמרת הארז : 4. את
ראש יניקותיו קטף · ויביאהו אל
ארץ כנען בעיר רכלים שמו : 5.
ויקח מזרע הארץ ויתנהו בשדה
זרע · קח על מים רבים · צפצפה
שמו : 6. ויצמח ויהי לגפן סרחת
שפלת קומה לפנות דליותיו אליו ·
ושרשיו תחתיו יהיו · ותהי לגפן
ותעש בדים ותשלח פארת : 7.
ויהי נשר אחד גדול גדל כנפים ורב
נוצה · והנה הגפן הזאת כפנה
שרשיה עליו · ודליותיו שלחה לו
להשקות אותה מערגות מטעה :
8. אל שדה טוב אל מים רבים
היא שתולה · לעשות ענף ולשאת
פרי להיות לגפן אדרת : 9. אמר ·
כה אמר אדני יהוה · תצלח · הלוא
את שרשיה ינתק ואת פריה
יקוסס · ויבש כל טרפי צמחה · תיבש
ולא בזרוע גדולה ובעם רב
למשאות אותה משרשיה : 10.
והנה שתולה התצלח · הלא כגעת
בה רוח הקדים תיבש יבש · על
ערגת צמחה תיבש :
11. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :

succedet? Non-ne avellet ejus radices,
excutiet fructus ejus, & propagines,
quascunque emiserit, arefaciet?
Omninò exarescet; neque efficiet
brachium potens, nec multitudo ma-
gna, ne radicitùs evellatur. 10. *Hæc*
fuit plantata; num propterea succe-
det? Non-ne, ut eam tetigerit ventus
vehemens, penitus exarescet? Hæc
arescet in ipsis ordinibus, in quibus
floruerat. 11. *Deinde fuit ad me*
verbum Domini, hæc mandantis.
12. *Hæc nunc loquere ad domum re-*
bellem. Non videtis quid hæc signi-
ficent? Dic igitur: En venit Jerusa-
lem rex Babylonis, tulitque ejus
regem ac principes, quos ad se abduxit
Babylonem. 13. *Et tulit unum de*
semine regio, quem fœdere devinxit,
adduxitque ad jusjurandum, abstulit-
que terræ magnates. 14. *Ideò ut re-*
gnum esset humile, nec se se extolleret,
sed cùm fœdus suum servaret, non
deleretur. 15. *Ille autem in eum re-*
bellavit, misitque in Ægyptum lega-
tos suos, ut suppeditentur sibi equi &
magna multitudo. An hæc succedent?
An effugiet qui hæc fecit? Erit-ne,
ut effugiat, qui fregit fœdus?
16. *Vivo ego, dicit Dominator Do-*
minus: ille, quoniam jusjurandum
suum neglexit, rupitque fœdus, quod
cum eo fecerat, ille in sede ipsâ re-
gis, qui eum regem fecit, mediâ in
Babylone, morietur. 17. *Neque*
enim magno exercitu multisque copiis
subveniet ei Pharao, nec pugnabit,
cùm vallum ducetur, struenturque
munitiones, per magnam animarum
internecionem. 18. *Qui sprevit jus-*
jurandum, & rupit fœdus, manum
remittet; non effugiet qui omnia hæc
fecit. 19. *Propterea hæc dicit Do-*
minator Dominus: vivo ego: ego

12. אמר נא לבית המרי · הלא
ידעתם מה אלה · אמר · הנה בא
מלך בבל ירושלם ויקח את מלכה
ואת שריה · ויבא אותם אליו
בבלה : 13. ויקח מזרע המלוכה
ויכרת אתו ברית · ויבא אתו באלה ·
ואת אילי הארץ לקח : 14. להיות
ממלכה שפלה לבלתי התנשא ·
לשמר את בריתו לעמדה : 15.
וימרד בו לשלח מלאכיו מצרים
לתת לו סוסים ועם רב · היצלח ·
הימלט העשה אלה והפר ברית
ונמלט : 16. חי אני · נאם אדני
יהוה · אם לא במקום המלך הממליך
אתו אשר בזה את אלתו ואשר
הפר את בריתו אתו בתוך בבל
ימות : 17. ולא בחיל גדול ובקהל
רב יעשה אותו פרעה במלחמה
בשפך סללה ובבנות דיק להכרית
נפשות רבות : 18. ובזה אלה
להפר ברית · והנה נתן ידו · וכל
אלה עשה לא ימלט : 19. לכן
כה אמר אדני יהוה · חי אני · אם לא
אלתי אשר בזה ובריתי אשר הפיר
ונתתיו בראשו : 20. ופרשתי עליו
רשתי ונתפש במצודתי · והביאותיהו
בבלה · ונשפטתי אתו שם מעלו
אשר מעל בי : 21. ואת כל
מברחו בכל אגפיו בחרב יפלו ·
והנשארים לכל רוח יפרשו · וידעתם
כי אני יהוה דברתי :

22. כה אמר אדני יהוה · ולקחתי
אני מצמרת הארז הרמה ונתתי
מראש ינקותיו רך אקטף · ושתלתי
אני על הר גבה ותלול : 23. בהר
מרום ישראל אשתלנו · ונשא ענף
ועשה פרי · והיה לארז אדיר · ושכנו
תחתיו כל צפור · כל כנף בצל
דליותיו תשכנה : 24. וידעו כל
עצי השדה כי אני יהוה השפלתי
עץ גבה הגבהתי עץ שפל · הובשתי
עץ לח והפרחתי עץ יבש · אני יהוה
דברתי ועשיתי :

jusjurandum meum, quod ſprevit, & fœdus meum, quod rupit, rejiciam in caput ejus. 20. *Ego rete meum ſuper illum expandam, & laqueo illum meo intercipiam, & Babylonem ducam; ego ibi, propter ſcelera, quæ in me admiſit, in jus veniam cum eo & cum omnibus profugis ejus.* 21. *Et omnes turmæ ejus gladio cadent; qui autem ſuperſtites erunt, ad omnes ventos diſſipabuntur, & cognoſcetis me eſſe Dominum, qui hæc locutus ſum.* 22. *Hæc dicit Dominator Dominus; ego ſumam de ramis cedri hujus, & de ſummitate ſurculorum ejus ſurculum tenerum decerpam, quem plantabo in monte excelſo & eminente.* 23. *Ego in monte excelſo Iſrael plantabo eum, & edet ramos, & fructum faciet, evadetque in cedrum ſpecioſam; ſub eâ autem omnes volucres habitabunt; omnes alites ſub umbrâ ramorum ejus ſedem habebunt.* 24. *Et cognoſcent omnes agri arbores, me eſſe Dominum, qui arbores excelſas reddo humiles, quique humiles extollo; qui lignum viride areſacio, & arenti reddo fœcunditatem. Ego Dominus, qui loquor & facio.*

---

4. את ראש יניקותיו קטף, *ſummitatem ſurculorum ejus decerpſit.* Intelligit Grotius Jechoniam regem, annos natum decem & octo. Sed parabola diſtinguit ſurculos rami ab ipſo ramo, qui ramus eſt Jechonias, quomodò Libanus, Judæa. Itaque veriùs intelliguntur aulæ optimates, vel corporis regii ſtipatores; nam ſic ferè ſurculi rami ramum ſtipant & ambiunt.

5. קח: Hoc verbulum non explicant Veteres, neque verò etiam Recentiores. Licebat nobis adhibere ſignificatum Arab. verbi לקח, *germinare*, legendo ויקח, & *germinavit* (*ſecùs aquas multas.*) Verùm tutius viſum eſt, emendationem adducere ex verſu 8. ubi legitur טוב ante אל מים רבים; ne verbum ויקח aliter atque aliter in eodem verſu acciperetur, & ne per hanc ſententiam, *& germinavit*, &c. ſepararentur hæc ultima verba צפצפה שמו, *obſervatio nomen ejus*, ab iſtis בשדה זרע טוב, *in agro ſeminis bono*, quæ ſocietatem inter ſe habent. Nempe ager eſt, qui vocatur *obſervatio*, in eâdem ſerie ac ſuperiori verſu, *negotiatores nomen ejus.* Ager in quo terræ mandatur ſemen, vocatur *obſevatio*, quia obſervabant Chaldæi, quomodò ſe gereret Sedecias, poſtquàm eum Nabuchodonoſor regem fecerat, parati ad ulciſcendum, ſi fidem datam falleret Sedecias. Radix nominis צפצפה eſt צפה, *obſervare;* cujus litteræ duplicantur, ſententiæ augendæ cauſâ; quaſi diceretur, *diligens obſervatio.*

6. פארת: Maſora פארות, *ramos;* & ſic habent mei omnes Codices; quippe numerus eſt pluralis, non autem ſtatus constructus numeri ſing. פארה.

7. כפנה, *flexit;* quem ſignificatum attribuit verbo כפן, Edm. Caſtellus, quamvis non habeat alterum exemplum. Chaldæus habet כפת, quem non dubium eſt legiſſe כפפה, quam ſcripturam anteferimus. ...מערגות, *ex fontibus*, ex ſignificatu Æthiopico verbi ערג, *ſcaturire.* Licet etiam interpretari, *ex flexibus.* Quippe ערג Arabicum ſignificat *flectere ſe*, unde מנערג, *anfractus* fluminis *in dexteram* & *in ſiniſtram.* Ducitur ſimilitudo ex rivulis, qui de Nilo flumine derivabantur, ut ſata irrigarent. Sed ſuprà, pro אחד, *una* (*aquila*) legendum אחר, *altera*, ut legunt, præter Chaldæum, omnes Veteres.

9. תצלח: Lege התצלח, *num ſuccedet*, non omiſſo ה interrogante, quod non omittitur infrà w. 10. & 15. Cur omitteretur ה, occaſionem dedit ה, in quod deſinit יהוה ...למשאות: Codices hoc vocabulum circulo caſtigant. Rectè; neque enim nomen ſubſtantivum, quale eſt משאות, poteſt regere accuſativum אתה. Scriptum fuit per errorem למשאות, pro מהשאות, *ne devaſtetur:* verbum pro verbo, *non erit in brachio potenti... ne devaſtetur*; hoc eſt, non perficiet Ægyptus, quanquam potens, ne vitis eradicetur. Tangi Ægypti regem *in brachio potenti*, demonſtrat verſus 17. in quo pars hæc parabolæ explicatur per eandem, quam hîc habemus, loquendi formam, & in quo *Pharao* nominatur.

10. תיבש יבש. Codex Orat. 53. omittit תיבש. Meliùs omiſiſſet יבש, quod, maſculinum cùm ſit, non quadrat in *vitem*, גפן, quæ generis eſt feminini. Sed rectè יבש, ſi priori loco legitur, hoc modo, יבש תיבש, *ſiccando ſiccabitur.*

12. ...ויקח ...הנה בא, *en venit... & tulit.* Nos hæc Præterito tempore enuntiamus, non autem Futuro, quia planum videtur ex ſerie orationis, Parabolam hanc inſtitui adversùs Sedeciam jam regnantem, & mittentem in Ægyptum legatos, atque adeò poſt captum & abductum Jechoniam. Pars Parabolæ prior narrat res factas; poſterior futuras; prior, quæ tangit res præteritas, introducit ad intelligentiam poſterioris, quæ res futuras. Hæc Ezechiel vaticinabatur Babylone, poſtquàm fuiſſet cum Jechoniâ rege abductus.

17. יעשה אותו פרעה, *faciet cum eo Pharao*, cum eo qui *Babylone morietur*, de quo ſuprà, nempe cum Sedeciâ. Nam Pharao poſtquàm profectus eſſet contra Nabuchodonoſor pugnaturus, tamen non pugnavit; ſed, ei ſe imparem videns, viam relegit, & rediit in Ægyptum.

19. אלתי, *jusjurandum meum ;* hoc est, nomine meo datum & acceptum ; nam reges jurabant in fœderibus per nomen Dei quisque sui, quomodò olim fecerant Jacob & Laban in monte Galaad.

20. מעלו : Lege במעלו, *propter scelus ejus ;* sic lego in Codice Orat. 42. Sic etiam Syrus, על עולא, *propter scelus.* Nisi præpositio ב additur, nescietur cujus casûs erit מעלו. Jam sæpe observavimus, scriptores eundem erraſſe errorem, ob similitudinem litterarum מ & ב.

21. ואת כל מברחו, *& cum omnibus profugis ejus.* Hæc adjungimus ad ea quæ antecedunt, sublatâ majori interpunctione ante ואת, & post מברחיו rejectâ ; nam liquet, hæc verba non posse annecti ad res consequentes. Deinde, pro בכל, legimus וכל, ut fert Codex Oratoriensis suprà-dictus ; ut hanc seriem habeas, *& omnes turmæ ejus gladio cadent.*

22. ונתתי : Vulgatus, *& ponam*, non addito casu, mendum quale erat, & nunc est, exhibens. Græci Intt. & Syrus omittunt id verbum ; Chaldæus malè rem expedit. Nec minùs suspectum vocabulum הרמה ; neque enim הארז, *cedrus*, dicta est v. 3. *excelsa*, ut neque צמרת, *ramus*, Nos hæc duo verba הרמה ונתתי sic emendamus, הזה ויונקת ; verbum pro verbo, *sumam de cedro illâ, & surculum de summitate surculorum ejus tenerum decerpam.* Conjecturâ utimur, quæ si non displicebit, pro רך masculino, erit legendum רכה, femininum ; cujus generis est nomen יונקת. Conjecturam adjuvat nonnulla similitudo litterarum, הזה & הרם ; deinde istarum ונתתי & ויונקת. Eum *surculum* esse *Messiam*, non *Zorobabelem*, facilè videbit is Lector, qui animadvertet de nullo homine dici potuisse, futurum ut omnes aves cœli sub umbrâ ejus habitent.

CAPUT XVIII.

Non dicet ampliùs domus Israel, patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt ; nam morietur quisque in suo peccato ; neque adhuc dicetur, via Domini non est recta.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc dicentis : 2. *Quid est,*
quòd inter vos adhibetis hoc prover-
bium, in terrâ Israel, cùm dicitis :
patres comederunt uvam acerbam, &
dentes filiorum obstupescunt. 3. *Vivo*
ego, dicit Dominator Dominus ; ego
curabo, ut nemo apud vos hoc prover-
bio utatur in Israel. 4. *En omnes ani-*
mæ meæ sunt ; ut anima patris, sic
anima filii mea est : anima, quæ pec-
caverit, ipsa morietur. 5. *Si homo*
justus est, & judicium colit & æqui-
tatem ; 6. *Si non edit in montibus,*
nec tollit ad idola domûs Israel oculos
suos ; si non polluit proximi sui uxo-
rem, nec ad mulierem accedit, quæ
patitur menses ; 7. *Si hominem non*
opprimit, & debitori pignus reddit ;
si nihil per vim aufert, si panem suum
dat esurienti, & nudum tegit veste ;

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. מה לכם אתם משלים את
המשל הזה על אדמת ישראל
לאמר · אבות יאכלו בסר ושני
הבנים תקהינה : 3. חי אני · נאם
אדני יהוה · אם יהיה לכם עוד משל
המשל הזה בישראל : 4. הן כל
הנפשות לי · הנה כנפש האב וכנפש
הבן לי הנה · הנפש החטאת היא
תמות : 5. ואיש כי יהיה צדיק
ועשה משפט וצדקה : 6. אל
ההרים לא אכל · ועיניו לא נשא
אל גלולי בית ישראל · ואת אשת
רעהו לא טמא · ואל אשה נדה לא
יקרב : 7. ואיש לא יונה · חבלתו
חוב ישיב · גזלה לא יגזל · לחמו לרעב
יתן · וערם יכסה בגד : 8. בנשך
לא יתן ותרבית לא יקח · מעול
ישיב ידו · משפט אמת יעשה בין
איש לאיש : 9. בחקותי יהלך
ומשפטי שמר לעשות אמת · צדיק
הוא ·

8. *Si non dat fœnori , nec accipit*
usuram , si à malo abstinet manum ,
& inter homines jura dividit justa &
vera ; 9. Si instituta mea sequitur ,
& judicia mea observat , sectaturque
veritatem ; talis homo justus est : cer-
tè vivet , dicit Dominator Dominus.
10. *Quòd si genuerit filium , qui fu-*
retur & sanguinem fundat , vel quid
simile in fratrem faciat ; 11. *Sive*
qui nihil horum faciat , sed edat in
montibus , proximi sui uxorem
polluat , 12 *Humilem & egenum op-*
primat , per vim auferat , pignus non
reddat , ad idola tollat oculos suos ,
facinora patret ; 13. *Det fœnori &*
accipiat usuram ; certè ille non vivet ;
omnia hæc scelera fecit ; ergo morie-
tur , & sanguis ejus super eum erit.
14. *Quòd si autem filium genuerit ,*
qui peccata videns , quæ admisit pater
suus , timeat , nec similia illorum
faciat ; 15. *In montibus non edat ,*
non tollat ad idola domûs Israel oculos
suos , non polluat proximi sui uxorem ;
16. *Hominem non opprimat , pignus*
non tollat , nihil per vim auferat ,
panem suum det esurienti , & nudum
tegat veste ; 17 *Cohibeat ab humili*
manum suam , non accipiat fœnus ,
nec usuram , judicia mea exsequatur ,
& meis vivat institutis , ille in peccato
patris sui non morietur : certè ille
vivet. 18. *Pater verò ejus , quia op-*
pressit , & per vim fratrem expoliavit ,
& id , quod nefas erat , apud populum
suum fecit , ideò in peccato suo mor-
tuus est. 19. *An verò dicitis , quare*
filius non tollitur propter iniquitatem
patris ? Nempe filius judicium secta-
tur & æquitatem , omnia instituta
mea custodit & exsequitur , propterea
ille vivet. 20 *Anima , quæ peccave-*
rit , ipsa morietur. Filius non tolletur

הוא · חיה יחיה · נאם אדני יהוה :
10. והוליד בן פריץ שפך דם ·
ועשה אח מאחד מאלה : 11.
והוא את כל אלה לא עשה · כי גם
אל ההרים אכל · ואת אשת רעהו
טמא : 12. עני ואביון הונה · גזלות
גזל · חבל לא ישיב · ואל הגלולים
נשא עיניו · תועבה עשה : 13.
בנשך נתן ותרבית לקח · וחי לא
יחיה · את כל התועבות האלה
עשה · מות יומת · דמיו בו יהיה :
14. והנה הוליד בן וירא את כל
חטאת אביו אשר עשה · וירא ולא
יעשה כהן : 15. על ההרים לא
אכל · ועיניו לא נשא אל גלולי בית
ישראל · את אשת רעהו לא טמא :
16. ואיש לא הונה · חבל לא חבל
וגזלה לא גזל · לחמו לרעב נתן ·
וערם כסה בגד : 17. מעני השיב
ידו · נשך ותרבית לא לקח · משפטי
עשה · בחקותי הלך · הוא לא ימות
בעון אביו · חיה יחיה : 18. אביו
כי עשק עשק · גזל גזל אח · ואשר
לא טוב עשה בתוך עמיו · והנה
מת בעונו : 19. ואמרתם · מדע
לא נשא הבן בעון האב · והבן משפט
וצדקה עשה · את כל חקותי שמר
ויעשה אתם · חיה יחיה : 20. הנפש
החטאת היא תמות · בן לא ישא
בעון האב · ואב לא ישא בעון הבן ·
צדקת הצדיק עליו תהיה · ורשעת
רשע עליו תהיה : 21. והרשע
כי ישוב מכל חטאתו אשר עשה ·
ושמר את כל חקותי · ועשה משפט
וצדקה · חיה יחיה · לא ימות : 22.
כל פשעיו אשר עשה לא יזכרו לו ·
בצדקתו אשר עשה יחיה : 23.
החפץ אחפץ מות רשע · נאם אדני
יהוה · הלא בשובו מדרכו וחיה :
24. ובשוב צדיק מצדקתו ועשה
עול ככל התועבות אשר עשה
הרשע יעשה · וחי · כל צדקתו אשר
עשה לא תזכרנה · במעלו אשר
מעל ובחטאתו אשר חטא בם ימות :

25. ואמרתם · לא יתכן דרך אדני ·
שמעו נא בית ישראל · הדרכי לא
יתכן · הלא דרכיכם לא יתכנו : 26.
בשוב צדיק מצדקתו ועשה עול
ומת עליהם · בעולו אשר עשה
ימות : 27. ובשוב רשע מרשעתו
אשר עשה ויעש משפט וצדקה ·
הוא את נפשו יחיה : 28. ויראה
וישוב מכל פשעיו אשר עשה · חיו
יחיה · לא ימות : 29. ואמרו בית
ישראל · לא יתכן דרך אדני · הדרכי
לא יתכנו בית ישראל · הלא דרכיכם
לא יתכן : 30. לכן איש כדרכיו
אשפט אתכם בית ישראל · נאם
אדני יהוה · שובו והשיבו מכל
פשעיכם · ולא יהיה לכם למכשול
עון : 31. השליכו מעליכם את
כל פשעיכם אשר פשעתם בם ·
ועשו לכם לב חדש ורוח חדשה ·
ולמה תמותו בית ישראל : 32. כי
לא אחפץ במות המת · נאם אדני
יהוה · והשיבו וחיו :

*propter iniquitatem patris; non tolle-
tur pater propter filii iniquitatem.
Justitia justi super eum erit; super
impium erit impietas ejus. 21. Im-
pius autem, cùm recedet ab omnibus
peccatis, quæ fecit, cùm servabit
omnia mea instituta, cùm judicium
colet & justitiam, certè vivet, nec
morietur. 22. Omnia scelera, quæ
fecit, non ei imputabuntur; in justitiâ,
quam coluit, vivet. 23 An delector
ego morte impii, dicit Dominator
Dominus? Non-ne potiùs eo, ut
ille relinquat vias suas, & vivat?
24. Sed justus, si relinquet justitiam
suam, si faciet iniquitatem, & juxta
omnia facinora, quæ impius facit,
faciet, an vivet? Omnia bona opera,
quæ fecit, in memoriâ non erunt:
quam suscepit iniquitatem, & quod
peccatum fecit, in ipsis morietur.
25. Et vos dicitis, non recta est via
Domini! Audite verò, domus Israel.
An non recta est via mea? Non-ne potiùs non rectæ sunt viæ vestræ? 26. Cùm
deseret justus justitiam suam, ut faciat malum, & post hæc morietur, ille in
malo, quod fecit, morietur. 27. Sed si deseret impius impietatem suam, quam
sequebatur, & judicium sectabitur & justitiam; ille animam suam servabit.
28. Quisquis timebit, & resipiscet ab omnibus flagitiis suis, quæ patrârat,
ille vivet, nec morietur. 29. Et dicit domus Israel, non recta est via Do-
mini! An viæ meæ non sunt rectæ, domus Israel? Non-ne potiùs non sunt
rectæ viæ vestræ? 30. Ego igitur, ut viæ cujusque erunt, ita vos judicabo,
domus Israel, dicit Dominator Dominus. Convertimini, & recedite ab om-
nibus flagitiis vestris, ne iniquitas vestra recidat in ruinam vestram. 31. Pro-
jicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus flagitiosi fuistis, & facite
vobis cor novum & spiritum novum. Cur enim moriemini, domus Israel?
32. Neque enim ego ejus, qui moritur, morte delector, dicit Dominator
Dominus; revertimini & vivite.*

---

7. חבלתו חוב: Inusitatè Affixum ו ante suum Antecedens חוב. Legendum חבלת החוב, *pignus debitoris*, ut legunt omnes, præter Vulgatum; nempe omnes exprimunt החוב in gignendi casu, quem casum indicat חבלת in statu constructo positum ...יכסה בגד, *tegat veste*. Lege בבגד; ita construi solet verbum כסה, *operire*, non omissâ præpositione ב, ante rem, quâ quid tegitur.

13. דמיו בו יהיה, *sanguis ejus super eum erit*. Aut legendum דמו, si retinetur יהיה; aut emendandum יהיה, ut sit יהיו, si retinetur דמיו, ne sit discordia numerorum.

14. וירא ...וירא: Masora mutat in ויראה posterius וירא; meliùs sic mutasset prius וירא, quod rectè Græci Intt. convertunt, *καὶ ἴδῃ*, *& viderit*, quomodò etiam rectè posterius, *καὶ φοβηθῇ*, *&*

timuerit. Sed culpa hæc forſan fuerit, non Maſoræ, ſed ejus Deſcriptorum, qui affixerint poſteriori ויירא emendationem, quæ pertinebat ad prius.

19. ואמרתם, *& dicitis...* Atqui, qui proverbio utebantur, non hæc dicebant, *quare filius non fert iniquitatem patris,* ſi quidem conquerebantur, quòd dentes filiorum obſtupeſcerent, quia patres ederant uvam acerbam. Tolerabiliùs Græci Intt. *καὶ ἐρεῖτε*, *& dicetis.* Sed legendum videtur האמרתם, *an dicitis*, in hanc ſententiam: non diſplicet vobis, quòd filius, qui juſtus eſt, non ferat iniquitatem patris, ſi quandò videritis parentum impiorum non plecti filios; ergo non debet diſplicere, quòd filii patrum impiorum impii plectantur; quoniam, ut mox ſequitur, *anima, quæ peccaverit; ipſa morietur.* Pravè imitabatur Scriba illud ואמרתם, quod legitur v. 25. Cæterùm מדע mutilè ſcriptum eſt, pro מדוע, *quare*, ut ſcriptum lego in uno Regio. Interpretamur autem נשא, *tollitur*, & בעון, *propter iniquitatem*, non autem, *portat iniquitatem*, quia nullibi vidimus verbum נשא, Activum, caſum ſuum regere cum præpoſitione ב.

20. & 21. ורשעת רשע, *& iniquitas impii.* Maſora הרשע, ſine neceſſitate, cùm רשע, ſine ה prævio, non ſit mendoſum. Sed legebatur ה in quibuſdam Codicibus, atque id lego in uno Codice Regio. Idem ferè dicas de חטאתיו, quod Maſora vult legi, pro חטאתו, quanquam lego חטאתיו in duobus Regiis, manu quidem priori; utrumque enim promiſcuè adhibetur.

23. מות: Lege במות, *in mori (impium)* ut poſteà legitur, בשובו, *in reverti ipſum.* Ita ſcriptum legitur loco parallelo, cap. 33. v. 11. ita etiam ultimo verſu hujus ipſius capitis.

24. יעשה וחי: Hæc omittunt Græci Intt. quæ quidem Lud. Capello ſupervacanea eſſe videbantur, & impedire ſententiam; quam tamen non impedient, ſi anteà, pro ככל, legitur וככל, *& ſecundùm omnia*, יעשה, *fecerit*; & ſi וחי enuntietur per interrogationem, *an vivet?* nam ו interrogat aliquandò, ſi non eſt collocatum initio ſententiæ: vide Verſionem.

26. ומת עליהם: Vulgatus, *morietur in eis.* Tamen antecedunt in oratione *juſtitia & iniquitas*, in quibus mori unus idemquè homo non poteſt. Nos, עליהם, *poſt hæc*, ſive poſt *juſtitiam* & poſt *iniquitatem*, ut ſequatur, *in iniquitate ſuâ morietur*, quia fuit *iniquitas* ultimus ejus ſtatus.

28. וישוב, *& revertetur.* Malè Maſora, וישב, ſine ו medio. ...חיו יחיה: Lege חיה יחיה, *vivendo vivet*, ut lego in Codice Reg. 29. & in Orat. 53. Ita etiam ſuprà w. 19. & 21.

30. והשיבו: Omnino והשבו, in *Hophal*, ut ſit, *& avertimini*, vel forſan והבישו, *& erubeſcite*, מכל, *ex omnibus.* Sic conſtrui ſolet verbum הביש, *erubeſcere.* Vult Buxtorfius in Lexico ſuo, verbum שיב, in *Hiphil* poſitum, ſignificare *reverti*, ſed ſine bonâ autoritate. Certè falſa exempla profert Buxtorfius pater in ſuis Concordantiis, quas vide, ſi juvat, in verbo שוב.

CAPUT XIX.

Parabolæ duæ, una Leænæ, catulos ad prædam mittentis, qui capiuntur, & in Ægyptum Babylonemque deportantur; altera vitis, cujus rami fortes exciduntur, & ex quâ oritur ignis, qui fructus ejus abſumit.

1. *Tu verò, ede in Principe Iſrael*
lamentationem. 2. *Et dic: quid hoc*
eſt, quod mater tua eſt leæna recu-
bans inter leones, & enutriens inter
leones catulos ſuos? 3. *Hæc eduxit*
unum de catulis ſuis, qui leo evaſit,
didicitque rapere prædas, & devorare
homines. 4. *Sed cùm gentes adver-*
sùs eum coiiſſent, foveâ earum cap-
tus eſt, duxeruntque eum fræno in
terram Ægypti. 5. *Hæc deinde,*
videns ſe debilitatam & ſpes ſuas deſ-
peratas, tulit alterum ex catulis ſuis,
fecitque eum leonem. 6. *Ille igitur*

1. ואתה שא קינה אל נשיאי
ישראל׃ 2. ואמרת · מה אמך
לביא בין אריות רבצה · בתוך
כפרים רבתה גוריה׃ 3. ותעל
אחד מגריה · כפיר היה וילמד לטרף
טרף · אדם אכל׃ 4. וישמעו אליו
גוים · בשחתם נתפש · ויביאהו
בחחים אל ארץ מצרים׃ 5. ותרא
כי נוחלה אבדה תקותה · ותקח
אחד מגריה · כפיר שמתהו׃ 6.
ויתהלך בתוך אריות · כפיר היה
וילמד לטרף טרף · אדם אכל׃ 7.
וידע אלמנותיו ועריהם החריב ·
ותשם ארץ ומלאה מקול שאגתו׃

8. ויתנו עליו גוים סביב ממדינות׃
ויפרשו עליו רשתם׃ בשחתם
נתפש׃ 9. ויתנהו בסוגר בחחים׃
ויבאהו אל מלך בבל׃ יבאהו במצדות
למען לא ישמע קולו עוד אל הרי
ישראל׃ 10. אמך כגפן בדמך
על מים שתולה׃ פריה וענפה היתה
ממים רבים׃ 11. ויהיו לה מטות
עז אל שבטי משלים׃ ותגבה קומתו
על בין עבתים׃ וירא בגבהו ברב
דליתיו׃ 12. ותתש בחמה׃ לארץ
השלכה׃ ורוח הקדים הוביש פריה׃
התפרקו ויבשו׃ מטה עזה אש
אכלתהו׃ 13. ועתה שתולה
במדבר בארץ ציה וצמא׃ 14.
ותצא אש ממטה׃ בדיה פריה
אכלה׃ ולא היה בה מטה עז שבט
למשול׃ קינה היא ותהי לקינה׃

inter leones gradiebatur, & erat leo;
didicit rapere prædas, & devorare
homines, 7. *Quorum arces devasta-*
bat, & urbes depopulabatur; attonita
erat sonitu rugitûs ejus terra, & quid-
quid eam implebat. 8. *Tum gentes*
adversùs eum de provinciis undique
convenerunt, & suum rete super eum
expanderunt, & foveâ earum captus
est. 9. *Deinde eum, fræno injecto,*
in caveam detruserunt, duxeruntque
eum ad regem Babylonis, & in arce
posuerunt, ne adhuc audiretur vox
ejus in montibus Israel. 10. *Mater*
tua similis est viti, quæ secus aquas
plantata est: fructus ejus palmitesque
orti sunt ex aquis multis. 11. *Erant*
in eâ virgæ fortes ad sceptra tyran-
norum; creverat in densis ramis alti-
tudo ejus, & intuebatur medios inter palmites suam ipsius altitudinem.
12. *Eadem per iram avulsa est & humi prostrata; ventus vehemens arefecit*
fructus ejus, qui avulsi sunt & emarcuerunt; virgas ejus fortes absumpsit ignis.
13. *Ecce autem plantata est in deserto, in terrâ aridâ & sitienti,* 14. *Et*
de virgâ ejus erupit ignis, qui absumpsit ramos ejus & fructus, neque in eâ
superest virga fortis, sceptrum ad imperandum. Hæc est lamentatio; hoc erit
ad carmen lamentationis.

---

1. נשיאי ישראל, *principes Israel.* Meliùs Græci Intt. τὸν ἄρχοντα, *Principem*, cùm legerent נשיא. Numerum singularem postulat affixum singulare, quod exhibet verbum אמך, *mater tua.* Fuit ׳ malè duplicatum, ex altero ׳, quod sequitur. Est *mater* familia regum Israel, quæ à pristinâ pietate & mansuetudine degenerârat, quæque aulam regiam rapinis, Jerusalem cædibus implebat.

3. מגריה, *ex catulis suis.* Meliùs מגוריה, non sine ו, ut lego in Codice Reg. 29. & ut suprà v. 2.

4. וישמעו אליו, *& audierunt de eo* (*gentes; foveâ earum captus est.*) Prius membrum ad posterius meliùs præparat, si sequeris vocem *Hiphil*, וישמיעו, *& promulgârunt*, vel *promulgatione convocârunt*: qui significatus sat frequens est; אליו, *de eo*, nisi עליו, *contra eum*. ...בחחים, *hamis*, vel *fræno*, meliùs, quàm *catenis*. Nam similitudo continuatur *leonis*, qui *fræno* abduci potest, non *catenis*. Hic leo est *Joachaz*.

5. ותקח אחד, *& tulit unum* (*de catulis suis.*) Sequimur scriptionem אחר, quæ fuit Codicis Græcorum Intt. nam convertunt, ἄλλον, *alterum*. Non convenit *unum*, postquàm antecessit *unus*; nec duplicatur אחד, nisi res tangitur distributè.

7. וידע אלמנותיו, *& cognovit viduas ejus.* Mirum profectò, leonem commisceri cum viduis; quæ sententia si quibusdam placebit, quæri ex eis potest, cur iste leo non etiam violaret seu uxores, seu adultas virgines. Præterea quam societatem habere possunt *viduæ cum urbibus*, quæ sequuntur? Sunt parallelæ *urbes arcibus*, seu *palatiis*, & legendum est וירע ארמנותיו, ut legit Chaldæus, apud quem legitur, ואצדי ברניתיה, *& desolabat palatia ejus.*

8. ויתנו עליו: Omnes Veteres, præter Græcos, interpretantur, *& convenerunt contra eum*, cùm legerent, vel ויחנו, *& castra posuerunt*, vel potiùs ויגוו, *& coierunt*, ut est legendum. Nam commodum significatum promere non possis, neque ex נתן, neque ex תנה.

9. ויתנהו: Lege ויתנוהו, *& posuerunt eum*; ita Codex Orat. 53. ...ויבאהו: Lege ויביאוהו, *& adduxerunt eum*; ita Regius 3. manu priori. Quanquam sæpe in ejusmodi verbis abest ו, quo notatur

notatur tertia persona pluralis, non tamen id omittitur ex indole Hebr. Linguæ, sed ex culpâ Librariorum; quam culpam fere semper castigant melioris notæ Codices.

10. כגפן בדמך, (*mater tua*) *quasi vinea in sanguine tuo*; Vulgatus & Syrus, *in sanguine tuo*; ex mendo בדמך. Sed rectè Chaldæus דמיא כגופן, *similis est vineæ*, cùm legeret, כגפן נדמה, quæ germana scriptura est. Construi solet verbum נדמה, *esse similem*, cum præpositione כ præfixâ nomini, quod verbum comitatur: vide Concordantias Buxtorf.. Mendum suspicabatur Edm. Calmet, & in locum verbi בדמך substituebat verbum כרמך, *vinea tua*. Sed omninò peregrinum & sine exemplo est גפן כרמך, *vitis vineæ tuæ*, prò *vitis tua*. ...ממים, *ex aquis*. Ita interpretamur. Sed non minùs bona scriptiò במים, *in aquis*, vel *ad aquas*, quam exhibent Syrus & Chaldæus.

13. & 14. ועתה שתולה במדבר, *nunc autem plantata in deserto*, sive in ipsâ Judæâ, quæ desertum facta est. ...ותצא אש, *& exiit ignis*: nempe Ismahel qui conjurationem fecit in Godoliam, & periit non multò post, ita ut nulla spes relinqueretur, aliquem de regio Davidis sanguine in Judæâ imperaturum.

CAPUT XX.

Deo jubente, senibus Israel, qui ad se venerant, renarrat peccata parentum suorum, & declarat, quemadmodum Deus judicium patrum in deserto Ægypti fecit, sic facturum filiis in deserto populorum, cùm segregabit rebelles, ne intrent denuò in terram Israel.

1. *Anno septimo, mense quinto, die*
mensis decimâ, venerunt homines de se-
nibus Israel, Dominum consulturi, &
ante me sederunt. 2. *Fuitque ad me*
verbum Domini, hæc mandantis:
3. *Filî hominis, loquere ad senes Is-*
rael, quibus hæc dices: hæc dicit Do-
minator Dominus; vos-ne me consul-
tum venitis? Vivo ego, non respondebo
vobis, dicit Dominator Dominus.
4. *Fac verò te, filî hominis, fac te ju-*
dicem eorum; declara eis flagitia pa-
trum suorum. 5. *Dic eis: hæc dicit*
Dominator Dominus; ego, cùm Israel
delegi, extuli manum meam ad domum
Jacob, & feci ut me in Ægypto præ-
sentem viderent, sustulique ad eos ma-
num meam, dicens: ego Dominus
Deus vester. 6. *Ego, eodem tempore,*
sustuli ad eos manum meam, ut eos ex
terrâ Ægypti educerem ad terram,
quam eis exploraveram, terram lac &
mel manantem, & præ cœteris terris ex-
cellentem. 7. *Et dixi eis; eripite unus-*

1. ויהי בשנה השביעית בחמשי
בעשור לחדש באו אנשים מזקני
ישראל לדרש את יהוה · וישבו
לפני ׃ 2. ויהי דבר יהוה אלי
לאמר ׃ 3. בן אדם דבר את זקני
ישראל ואמרת אלהם · כה אמר
אדני יהוה · הלדרש אתי אתם
באים · חי אני אם אדרש לכם · נאם
אדני יהוה ׃ 4. התשפוט אתם
התשפוט בן אדם · את תועבות
אבותם הודיעם ׃ 5. ואמרת
אליהם · כה אמר אדני יהוה · ביום
בחרי בישראל ואשא ידי לזרע
בית יעקב · ואודע להם בארץ
מצרים · ואשא ידי להם לאמר · אני
יהוה אלהיכם ׃ 6. ביום ההוא
נשאתי ידי להם להוציאם מארץ
מצרים אל ארץ אשר תרתי להם
זבת חלב ודבש · צבי היא לכל
הארצות ׃ 7. ואמר אלהם · איש
שקוצי עיניו השליכו ובגלולי מצרים
אל תטמאו · אני יהוה אלהיכם ׃ 8.
וימרו בי ולא אבו לשמע אלי · איש
את שקוצי עיניהם לא השליכו ·

quisque idola hæc, quæ habetis ante
oculos, neque contaminate vos cum
Diis Ægyptiorum : ego Dominus
Deus vester. 8. *Sed illi adversùm me*
fuerunt rebelles, & me audire nolue-
runt; non abjecerunt idola, quæ quis-
que habebat ante oculos suos, nec
Deos Ægypti reliquerunt; itaque
ego statueram effundere in eos iram
meam, ut in ipsâ Ægypto iram in
eos meam explerem. 9. *Sed egi prop-*
ter nomen meum, ne illud apud gen-
tes, in quibus erant, dehonestaretur,
postquàm ego me illis, in oculis ip-
sarum, præsentem dederam, ut eos
ex Ægypto educerem. 10. *Ergo eos*
ex Ægypto eduxi, & duxi eos in de-
sertum. 11. *Tradidi eis statuta mea,*
& declaravi eis judicia mea, quæ
qui homo fecerit, vivet in eis.
12. *Tradidi etiam eis Sabbata mea,*
quæ inter me ac eos signa essent, ut
cognoscerent me esse Dominum, qui
eos præstabam sanctos. 13. *Sed re-*
bellavit in me, ipso in deserto, domus
Israel; non secuti sunt instituta mea;
judicia mea spreverunt, quæ qui ho-
mo fecerit, vivet in eis. Sabbata ipsa
mea multùm violaverunt. Itaque ego
statueram effundere in eos iram meam,
ut in deserto perirent. 14. *Sed egi*
propter nomen meum, ne illud apud
gentes dehonestaretur, in quarum
oculis ego eduxeram eos. 15. *Extuli*
contra eos in deserto manum meam,
ne eos ad terram ducerem, quam dedi
eis, terram lac & mel manantem, &
præ omnibus terris excellentem;
16. *Quia judicia mea spreverant,*
nec secuti erant instituta mea, & Sab-
bata mea violaverant, quoniam cor
eorum sequebatur Deos suos. 17. *Sed*
pepercit eis oculus meus, ut non peri-
rent, neque eos in deserto penitùs delevi.

ואת גלולי מצרים לא עזבו · ואמר
לשפך חמתי עליהם לכלות אפי
בהם בתוך ארץ מצרים : 9.
ואעש למען שמי · לבלתי החל לעיני
הגוים אשר המה בתוכם אשר
נודעתי אליהם לעיניהם להוציאם
מארץ מצרים : 10. ואוציאם
מארץ מצרים · ואבאם אל המדבר :
11. ואתן להם את חקתי ואת
משפטי הודעתי אותם · אשר יעשה
אותם האדם וחי בהם : 12. וגם
את שבתותי נתתי להם להיות
לאות ביני וביניהם · לדעת כי אני
יהוה מקדשם : 13. וימרו בי בית
ישראל במדבר · בחקותי לא הלכו
ואת משפטי מאסו · אשר יעשה
אתם האדם וחי בהם · ואת שבתתי
חללו מאד · ואמר לשפך חמתי
עליהם במדבר לכלתם : 14.
ואעשה למען שמי · לבלתי החל
לעיני הגוים אשר הוצאתים
לעיניהם : 15. וגם אני נשאתי
ידי להם במדבר לבלתי הביא אותם
אל הארץ אשר נתתי זבת חלב
ודבש · צבי היא לכל הארצות :
16. יען במשפטי מאסו ואת חקותי
לא הלכו בהם ואת שבתותי חללו ·
כי אחרי גלוליהם לבם הלך : 17.
ותחס עיני עליהם משחתם · ולא
עשיתי אותם כלה במדבר : 18.
ואמר אל בניהם במדבר · בחוקי
אבותיכם אל תלכו ואת משפטיהם
אל תשמרו · ובגלוליהם אל תטמאו :
19. אני יהוה אלהיכם · בחקותי
לכו · ואת משפטי שמרו ועשו
אותם : 20. ואת שבתותי קדשו ·
והיו לאות ביני וביניכם לדעת כי
אני יהוה אלהיכם : 21. וימרו בי
הבנים · בחקותי לא הלכו ואת
משפטי לא שמרו לעשות אותם ·
אשר יעשה אותם האדם וחי בהם ·
את שבתותי חללו · ואמר לשפך
חמתי עליהם לכלות אפי בם
במדבר : 22. והשיבתי את ידי

18. *Filiis verò ipsorum in deserto hæc*
mandavi; nolite instituta sequi paren-
tum vestrorum, nec statuta eorum
servare, neque in Diis ipsorum conta-
minare vosmetipsos. 19. *Ego Domi-*
nus Deus vester; sequimini instituta
mea, & judicia mea servate, & hæc
facite. 20. *Sanctè habete Sabbata*
mea, ut hæc signum sint inter me ac
vos, & ut notum sit, me esse Domi-
num Deum vestrum. 21. *Filii au-*
tem fuerunt etiam in me rebelles;
non secuti sunt instituta mea, nec
judicia mea servaverunt, ut hæc fa-
cerent, quæ qui homo fecerit, vivet in
eis; Sabbata etiam mea violaverunt,
& statueram effundere in eos iram
meam, ut eos furor meus in deserto
ipso deleret. 22. *Sed retraxi manum*
meam, & egi propter nomen meum,
ne illud dehonestaretur apud gentes,
in quarum oculis ego eduxeram eos.
23. *Simul ego sustuli contra eos in*
deserto manum meam, ut eos apud
gentes dissiparem, & per regiones
disseminarem. 24. *Quia judicia*
mea non faciebant, & statuta mea
spernebant, Sabbata etiam mea viola-
bant, & parentum suorum Deos oculi
eorum sequebantur. 25. *Ideò etiam*
dedi eis præcepta non bona, & ju-
dicia, in quibus non viverent. 26. *Et*
contaminavi eos in donis suis, cùm
offerrent id, quod vulvam aperiebat,
ut eos pro sontibus haberem, & ut me
esse Dominum cognoscerent. 27. *Tu*
igitur loquere ad domum Israel, fili
hominis, & dic eis: hæc dicit Domi-
nator Dominus: patres vestri mihi
adhuc contumeliam illam fecerunt,
scelusque in me perpetraverunt.
28. *Nam, cùm primùm duxeram*
eos ad terram, quam juraveram me
illis daturum, illi, conspectis omnibus

ואעש למען שמי · לבלתי החל
לעיני הגוים אשר הוצאתי אותם
לעיניהם : 23. גם אני נשאתי
את ידי להם במדבר להפיץ אתם
בגוים ולזרות אותם בארצות :
24. יען משפטי לא עשו וחקותי
מאסו ואת שבתותי חללו · ואחרי
גלולי אבותם היו עיניהם : 25.
וגם אני נתתי להם חקים לא טובים ·
ומשפטים לא יחיו בהם : 26.
ואטמא אותם במתנותם בהעביר
כל פטר רחם · למען אשמם · למען
אשר ידעו אשר אני יהוה : 27.
לכן דבר אל בית ישראל בן אדם
ואמרת אליהם · כה אמר אדני יהוה ·
עוד זאת גדפו אותי אבותיכם
במעלם בי מעל : 28. ואביאם
אל הארץ אשר נשאתי את ידי
לתת אותה להם · ויראו כל גבעה
רמה וכל עץ עבות · ויזבחו שם את
זבחיהם ויתנו שם כעס קרבנם ·
וישימו שם ריח ניחוחיהם · ויסיכו
שם את נסכיהם : 29. ואמר
אלהם · מה הבמה אשר אתם
הבאים שם · ויקרא שמה במה עד
היום הזה : 30. לכן אמר אל
בית ישראל · כה אמר אדני יהוה ·
הבדרך אבותיכם אתם נטמאים ·
ואחרי שקוציהם אתם זנים : 31.
ובשאת מתנתיכם בהעביר בניכם
באש אתם נטמאים לכל גלוליכם
עד היום · ואני אדרש לכם בית
ישראל · חי אני · נאם אדני יהוה ·
אם אדרש לכם : 32. והעלה על
רוחכם היו לא תהיה · אשר אתם
אמרים · נהיה כגוים כמשפחות
הארצות לשרת עץ ואבן : 33. חי
אני · נאם אדני יהוה · אם לא ביד
חזקה ובזרוע נטויה ובחמה שפוכה
אמלוך עליכם : 34. והוצאתי
אתכם מן העמים · וקבצתי אתכם
מן הארצות אשר נפוצותם בם ביד
חזקה ובזרוע נטויה ובחמה שפוכה :
35. והבאתי אתכם אל מדבר

העמים · ונשפטתי אתכם שם פנים
אל פנים ׃ 36. כאשר נשפטתי
את אבותיכם במדבר ארץ מצרים ·
כן אשפט אתכם · נאם אדני יהוה ׃
37. והעברתי אתכם תחת השבט ·
והבאתי אתכם במסרת הברית ׃
38. וברותי מכם המרדים והפושעים
בי · מארץ מגוריהם אוציא אותם
ואל אדמת ישראל לא יבוא · וידעתם
כי אני יהוה ׃ 39. ואתם בית
ישראל כה אמר אדני יהוה · איש
גלוליו לכו עבדו ואחר אם אינכם
שמעים אלי · ואת שם קדשי לא
תחללו עוד במתנותיכם ובגלוליכם ׃
40. כי בהר קדשי בהר מרום
ישראל · נאם אדני יהוה · שם יעבדני
כל בית ישראל כלה בארץ · שם
ארצם ושם אדרוש את תרומתיכם
ואת ראשית משאותיכם בכל
קדשיכם ׃ 41. בריח ניחח ארצה
אתכם בהוציאי אתכם מן העמים ·
וקבצתי אתכם מן הארצות אשר
נפצתם בם · ונקדשתי בכם לעיני
הגוים ׃ 42. וידעתם כי אני יהוה
בהביאי אתכם אל אדמת ישראל ·
אל הארץ אשר נשאתי את ידי
לתת אותה לאבותיכם ׃ 43.
וזכרתם שם את דרכיכם ואת כל
עלילותיכם אשר נטמאתם בם ·
ונקטתם בפניכם בכל רעותיכם
אשר עשיתם ׃ 44. וידעתם כי
אני יהוה בעשותי אתכם למען שמי
לא כדרכיכם הרעים וכעלילותיכם
הנשחתות בית ישראל · נאם אדני
יהוה ׃

*collibus excelſis & nemoribus denſis,
mactaverunt ibi victimas ſuas, ibi
dona ſua odioſa obtulerunt; ibi ſua-
viſſimos odores ſuos poſuerunt, ibi ſua
libamina fuderunt.* 29. *Et, quan-
quam dixi eis; quid eſt locus excelſus,
in quem convenitis, tamen retinuit no-
men ſuum locus excelſus, uſque ad
hodiernum diem.* 30. *Dic igitur do-
mui Iſrael: hæc dicit Dominator
Dominus: ſiccine vos in viâ patrum
veſtrorum vos contaminatis, ad Deos
ipſorum deficitis;* 31. *Muneribuſque
veſtris ad eos allatis, filiiſque veſtris
per ignem trajectis, contaminatis voſ-
metipſos uſque hodie apud idola veſtra?
An ego reſpondebo vobis, domus Iſ-
rael? Vivo ego, dicit Dominator
Dominus; ego non reſpondebo vobis.*
32. *Nec tamen perficietur id, quod
animo cogitatis, dicentes; nos erimus
ſicut gentes & ſicut regiones, ut ligno
& lapidi ſerviamus.* 33. *Vivo ego,
dicit Dominator Dominus; ego in
vos regnaturus ſum cum manu vali-
dâ, & cum brachio extento, & cum
irâ, quæ effundetur.* 34. *Ego educ-
turus ſum vos ex populis, & de terris
congregaturus, in quibus diſſipati fue-
ritis, manu validâ & brachio extento,
& irâ deſæviente.* 35. *Ego ducturus
ſum vos in deſertum populorum, at-
que ibi vobiſcum, facie ad faciem,
judicia facturus.* 36. *Quemadmodum
in deſerto terræ Ægypti judicia feci
cum patribus veſtris, ita ego judica-
turus ſum vos, dicit Dominator Dominus.* 37. *Ego habiturus ſum vos ſub
virgâ tranſeuntes, voſque ad fœderis obligationes reducturus.* 38. *Ego ex vobis
ſecernam rebelles, & quicunque in me rebelles fuerint, ego eos expellam terrâ
eâ, in quâ peregrinabuntur, neque in terram Iſrael intrabunt, voſque me eſſe
Dominum cognoſcetis.* 39. *Vobis autem, domus Iſrael, hæc dicit Dominator
Dominus; abite, & auferte Deos quiſque veſtros; & ſi vos me deinceps non
audietis, certè non erit ampliùs ut nomen ſanctum meum dehoneſtetis per
dona veſtra & per Deos veſtros.* 40. *Nimirùm in monte ſancto meo, in ex-*

celſo

celſo monte Iſrael, dicit Dominator Dominus, ſervitura eſt mihi univerſa
domus Iſrael ex omnibus terris; ibi ero propitius eis; ibi requiram dona
veſtra, & primitias munerum veſtrorum, quas mihi conſecrabitis. 41. *Ego*
in ſuaviſſimo odore propitius ero vobis, poſteà quàm eduxero vos ex gentibus,
in quibus diſſipati fueritis, & apud vos ſanctè habebor in oculis gentium.
42. *Et cognoſcetis me eſſe Dominum, cùm reduxero vos ad terram Iſrael,*
quam juravi me patribus veſtris daturum. 43. *Vos ibi vias veſtras mente*
reputabitis, & omnia ſcelera in quibus contaminati fuiſtis, diſplicebitiſque
vobiſmetipſis propter omnia ſcelera, quæ admiſiſtis: 44. *Et cognoſcetis*
me eſſe Dominum, cùm ſic egero vobiſcum propter nomen meum, non autem
ut fuerant viæ veſtræ pravæ ac ſcelera veſtra, domus Iſrael, dicit Domi-
nator Dominus.

---

1. בשנה השביעית, *anno ſeptimo*, à captivitate Jechoniæ; vide quæ diximus ad initium capitis 8.

4. התשפט: Non interrogat ה præfixum; quod quidem non latuit Syrum, qui convertit, דון אנון, *judica eos.* Et nullius ferè ſententiæ eſt interrogatio, *an judicabis eos?* Duæ litteræ הת, præfixæ verbis, notant eorum vocem *Hitphael.* Itaque התשפט interpretandum, *fac te judicem*, quomodò התחפש habet, *muta te ipſum*, vel *fac te alium.* Ezechiel, in hoc capite, perſonam gerit judicis, dum ſenibus Iſrael, ex Dei verbis, exprobrat ſcelera & ipſorum, & parentum.

5. & 6. ואשא ידי, *& ſuſtuli manum meam.* Hoc verſu 5. & inferiore, Dei manus, quæ *tollitur*, indicat præſtitum auxilium, non jusjurandum datum; etenim res præteritæ in utroque verſu narrantur, futuræ nec promittuntur, nec denuntiantur. Non diceret Deus (v. 6.) *ego juravi*, *dicens*, *ego Dominus Deus veſter.* Nunquam jurat Deus in ſacris Codicibus, ſe eſſe talem, qualis eſt; neque in aliam rem venit Dei jusjurandum, quàm in promiſſiones, vel in minas.

8. ואת גלולי מצרים, *& idola Ægyptiorum...* Non legitur in Exodo, ſerviiſſe Iſraelitas Diis Ægyptiorum, ſed tantùm ex eo Moſis Libro colligitur, eos fuiſſe in Ægypto Idololatras, quoniam in deſerto, media inter Dei miracula, proni erant ad idololatriam. Cæterùm ex hâc Prophetæ exprobratione intelligimus, hiſtoriam Iſraelitarum fuiſſe in libris Moſis maximè compendioſè ſcriptam, nec non licere quædam in Hiſtoriâ ſacrâ ſupplere, ut loci difficiles explicentur, ſi modò per ſacros ipſos Autores tanquam manu ducimur; quâ quidem nos licentiâ uſi ſumus in explicandis quibuſdam Pſalmis, quæ ad præteritas res, ſed parùm notas, alludebant.

12. שבתותי, *ſabbata mea*, non *ſabbatum meum*, ut ſolet notari ſabbatum Iſraelitarum. Nimirum hoc vocabulo indicantur cæteræ etiam ſolemnitates, quæ, non minùs quàm ſabbatum, *ſignum* erant, quo ſigno cognoſcebatur, Dominum eſſe Deum Iſraelitarum.

15. נתתי, *dedi*; adde להם, *eis*, quod pronomen exhibent omnes Veteres, præter unum Chaldæum. Errorem fecit Librario id alterum להם, quod erat in lineâ ſuperiore. Pertinet *eis* ad filios eorum, qui in deſerto perierunt.

23. נשאתי תא ידי להם במדבר להפיץ אתם, *levavi manum meam apud eos in deſerto, ut diſſiparem eos.* Neque hìc indicat juramentum manus ſublata, ſed ſcelerum ultionem; quod quidem probè intellexêre Græci Intt. nec non etiam Syrus; nam malè Gabriel Sionita, interpretans Syrum, addit ad Contextum ejus verbum Latinum, *juraveram.* Res geſtæ hìc memorantur, non minæ. Non tamen Legitur in Hiſtoriâ Iſraelitarum in deſerto agentium, fuiſſe eos in regiones per Deum iratum diſſipatos. Sed id, quod in Hiſtoriâ ſupplet Ezechiel, facilè colligitur ex eo, quòd Deus Iſraelitas deſerebat, cùm inobedientes erant & contumaces. Sic enim eos tradidit Deus Amalecitis; ſic etiam Arabes vicini abducere poterant è caſtris Iſrael captivos; ſic denique populi omnes vicini, ſi quando Iſrael, in Deum ſuum rebellem, bello laceſſerent.

25. נתתי להם חקים לא טובים, *dedi eis præcepta non bona.* Liquet ex ſerie orationis, præcepta hæc non bona tum fuiſſe data, cùm Deus Iſraelitas rebelles in gentes diſſipabat; itaque intelligendum *non bona*, tanquam *mala*, ſeu cauſam malorum, ſive calamitatum. Sunt in oppoſitione *præcepta non bona*, cum præceptis, de quibus ſuprà dicitur, *qui hæc faciet homo, vivet in eis;* quibus ultimis præceptis indicabantur leges divini cultûs, quæ cum ſervabantur, benè erat Iſraelitis. Itaque in præceptis *non bonis* intelligendæ veniunt ejuſmodi leges, quæ ad pœnam propoſitæ erant, non ad mercedem; quales erant leges de ſuppliciis, de aquis ab uxore ſuſpectæ pudicitiæ bibendis, de leproſis ab hominum cœtu arcendis, & aliæ quædam, quæ ab irato Legiſlatore proficiſci videbantur.

26. למען אשמם ; *ut eos reos facerem* , ſeu *pro ſontibus haberem.* Nam primogeniti filiorum Iſrael Deo offerebantur , non modò ut ejus creaturæ , ſed etiam ut victimæ immolandæ , niſi Deus eorum licentiam daret redimendorum ; ut intelligerent Iſraelitæ redimi culpas , cùm primogeniti filii redimebantur.

29. ויקרא שמה במה , *& vocatum eſt nomen ejus excelſum* (*uſque hodie.*) Hæc verba ſunt Dei loquentis , & populo exprobrantis , loca excelſa retinuiſſe nomen ſuum , quia hæc frequentare Iſraelitæ non deſtiterunt. Significat במה , & *locum excelſum* , & *altare* ; quæ ambiguitas addit vim exprobrationi.

35. אל מדבר העמים , *in deſertum populorum.* Non hæc eſt Allegoria , ſed oppoſitio cum *deſerto Ægypti* , in quo rebelles Iſraelitæ perierunt , ut narratur in Pſalmo *Exſurgat Deus* , verſu 7. Nondum ſcitur , quodnam ſit *deſertum populorum* , quia prænuntiat Propheta ultimum ſtatum Judæorum. Hoc unum liquet ex Contextu , Judæos ex omnibus terris in deſertum congregatum iri , quod tunc vocabitur , *deſertum poplorum* , atque ibi Deum , paſtorum more , oves ſuas ab non ſuis ſegregaturum , ne non ſuæ Jeruſalem habitent , ſolis ſuis deſtinatam. Nam Jeruſalem urbem rurſum ædificatum iri , & ab Judæis ad fidem Chriſtianam converſis habitatum iri , ſatis apparet ex aliis Prophetarum locis. Vidimus ſupra , ex Hieronymo , ita ſenſiſſe antiquos Eccleſiæ Patres.

38. לא יבוא , *non intrabit.* Lege , לא יבאו , *non intrabunt ;* ſic lego in Codice Orat. 42. Numerum pluralem vult illud אתם , *illos* , quod anteceſſit.

39. לכו עבדו , *ite* , *ſervite* (*Diis.*) Lege , עברו , vel העבירו ; ita legebant Græci Intt. qui ἐξάρατε , *auferte.* Additur poſteà , *quòd ſi me non audietis* , ex quibus verbis planum fit , fuiſſe anteà præceptum Dei , *auferte Deos* , non verò Ironiam , *ſervite Diis.* Græci Intt. pro גלוליו , legunt עליליו ; nam convertunt , ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ , *inſtituta ſua ;* qui error natus videtur ex ſimilitudine pronuntiandi ; ſunt enim ע & ג duæ litteræ gutturales.

40. כלה בארץ : Tergiverſantur Veteres , ut ſolent , cùm mendum ſuſpicantur. Omittunt בארץ Syrus & Græci Intt. Chaldæus habet , כולהון בארעא חייא , *univerſi in terrâ viventium* , verba ipſa evitans. Vulgatus , *omnes , inquam* , *in terrâ* , quamvis כלה femininum non pertinet ad בית *domus* (*Iſrael*) maſculinum. Rem non expedies , niſi legis , מכל הארץ , *ex univerſâ terrâ* , quam ſententiam flagitat ſeries orationis. Nam dixit Deus , verſu 34. ſe educturum Judæos *ex terris* , *in quas diſperſi fuerant* , & tangitur hoc loco ultimus reditus Judæorum , in quo futurum eſt ut Judæi *ſibi ipſis diſpliceant* , &c. quæ res aptari non poſſunt ad Babylone reditum , ſi præſertim adjunguntur ad ea , quæ alii Prophetæ de eodem ultimo reditu prædixerunt.

CAPUT XXI.

Gladius regis Babylonis exacutus eſt , ut ſceptrum Judæ evertat. Duæ viæ ex eâdem viâ proficiſcuntur ; una ducit ad filios Ammon , altera ad Jeruſalem , quam ingreditur rex Babylonis , ductis ſortibus. Gladius filiorum Ammon in vaginâ condatur ; ipſe enim , in terrâ unde ortus eſt , delebitur.

1. *Fuit autem ad me verbum Domini , hæc mandantis :* 2. *Filî hominis , converte ad dexteram vultum tuum ; ſtilla ad meridiem , vaticinare ad ſylvam campi meridionalis.* 3. *Hæc autem dices ſylvæ meridionali ; audi verbum Domini. Hæc dicit Dominator Dominus ; ego apud te ignem accenſurus ſum , qui abſumet in te omne lignum viride , ut & omne lignum aridum , nec exſtinguetur*

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם שים פניך דרך תימנה
והטף אל דרום · והנבא אל יער
השדה נגב : 3. ואמרת ליער
הנגב · שמע דבר יהוה · כה אמר
אדני יהוה · הנני מצית בך אש ·
ואכלה בך כל עץ לח וכל עץ יבש ·
לא תכבה להבת שלהבת · ונצרבו
בה כל פנים מנגב צפונה : 4.
וראו כל בשר כי אני יהוה בערתיה ·
לא תכבה : 5. ואמר · אהה אדני

flamma vorans, & per eam aduren-
tur omnes vultus à meridie usque ad
aquilonem; 4. *Videbitque omnis ca-*
ro me esse Dominum, qui eum ac-
cendi, nec exstinguetur. 5. *Ego au-*
tem dixi; ah! Dominator Domine,
illi de me nunc dicunt: hic ille est
pronuntiator parabolarum. 6. *Tum*
fuit ad me verbum Domini, hæc
mandantis: 7. *Filî hominis, con-*
verte ad Jerusalem vultum tuum;
stilla ad sancta, vaticinare ad terram
Israel. 8. *Hæc dices terræ Israel:*
hæc dicit Dominus; en ego ad te;
ego educturus sum vaginâ gladium
meum, & justum de te ac impium
sublaturus. 9. *Quoniam tu justum*
pariter & impium de te sustulisti,
ideò erumpet vaginâ gladius meus in
omnem carnem, à meridie usque ad
aquilonem; 10. *Et cognoscet omnis*
caro me esse Dominum, qui vaginâ
diripui gladium meum, qui ad eam
non revertetur. 11. *Tu verò, filî ho-*
minis, sic ingemisce, ut latera dirum-
pas; ede in occulis eorum gemitus
amaros. 12. *Et cùm tibi dicent,*
quare ingemiscis? Tu respondebis,
proptereà quòd fama veniet in quâ
omne cor tabescet, & omnes manus
dissolventur, & omnis spiritus afflic-
tabitur, & omnia genua in aquas
solventur; hæc appropinquant, &
evenient, dicit Dominator Dominus.
13. *Fuit etiam ad me verbum Domi-*
ni, hæc mandantis: 14. *Filî hominis,*
vaticinare ut hæc dicas: hæc dicit
Dominus: dic; gladius exacutus est,
gladius est politus. 15. *Exacutus est,*
ut mactet victimam; politus, ut ha-
beat fulgorem, ut dejiciat sceptrum
filii mei, nullî ligno parcens. 16. *Ego*
eum dedi expoliendum, ut in manu
habeatur; hic ille est gladius exacu-

יהוה · המה אמרים לי · הלא ממשל
משלים הוא : 6. ויהי דבר יהוה
אלי לאמר : 7. בן אדם שים
פניך אל ירושלם והטף אל מקדשים ·
והנבא אל אדמת ישראל : 8.
ואמרת לאדמת ישראל · כה אמר
יהוה · הנני אליך והוצאתי חרבי
מתערה · והכרתי ממך צדיק ורשע :
9. יען אשר הכרתי ממך צדיק
ורשע · לכן תצא חרבי מתערה אל
כל בשר מנגב צפון : 10. וידעו
כל בשר כי אני יהוה הוצאתי חרבי
מתערה · לא תשוב עוד : 11.
ואתה בן אדם האנח בשברון מתנים ·
ובמרירות תאנח לעיניהם : 12.
והיה כי יאמרו אליך · על מה אתה
נאנח · ואמרת · אל שמועה כי באה ·
ונמס כל לב ורפו כל ידים וכהתה
כל רוח וכל ברכים תלכנה מים ·
הנה באה ונהיתה · נאם אדני יהוה :
13. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
14. בן אדם הנבא ואמרת · כה
אמר יהוה · אמר חרב חרב הוחדה
וגם מרוטה : 15. למען טבח
טבח הוחדה · למען היה לה ברק
מרטה · או נשיש שבט בני מאסת
כל עץ : 16. ויתן אתה למרטה
לתפש בכף · היא הוחדה חרב והיא
מרטה לתת אותה ביד הורג : 17.
זעק והילל בן אדם · כי היא היתה
בעמי · היא בכל נשיאי ישראל ·
מגורי אל חרב היו את עמי · לכן
ספק אל ירך : 18. כי בחן
ומה אם גם שבט מאסת לא
יהיה · נאם אדני יהוה : 19. ואתה
בן אדם הנבא והך כף אל
כף · ותכפל חרב שלישתה · חרב
חללים היא חרב חלל הגדול
החדרת להם : 20. למען למוג
לב והרבה המכשלים על כל
שעריהם נתתי אבחת חרב · אח
עשויה לברק מעטה לטבח : 21.
התאחדי הימיני · השימי השמילי ·
אנה פניך מעדות : 22. וגם אני

tus, hic politus, ut tradatur in ma-
num interfectoris. 17. *Clama &*
vociferare, filî hominis; hæc enim in
populum meum, hæc in omnes prin-
cipes Ifrael advenient; illi ad gladium
pavebunt, ut & populus meus; quare
percute femur. 18. *Quippe hic pro-*
batus fuit, & fceptrum, cùm ei non
pepercerit, non erit ampliùs, dicit
Dominator Dominus. 19. *Nunc*
ergò vaticinare, filî hominis, &
manum allide ad manum; duplica
gladium, triplica gladium interfec-
torum; hic gladius, hic eft magnæ
interemptionis, qui eos vertet in pa-
vorem. 20. *Ego mucronem feci*
gladio, ut tabefcat omne cor, ut
multi fint qui cadant in cunctis urbi-
bus ipforum. Eheu! ad fulgendum
factus eft, exacutus ad occidendum.
21. *Elige unum; pone te, vel in dex-*
terâ, vel in finiftrâ, quem te cunque in
locum verteris. 22. *Ego etiam ma-*
num manu complodam, & placabo fu-
rorem meum; ego Dominus, qui hæc
loquor. 23. *Fuit etiam ad me ver-*
bum Domini, hæc mandantis.
24. *Sed enim tu, filî hominis, fac*
tibi vias duas, quas ingredi poffit
gladius regis Babylonis; nafcantur
ex eâdem terrâ viæ duæ, quæ ape-
riant fe fe, quales fint; in capite viæ
urbem commonftra. 25. *Viam nota-*
bis, per quam gladius venire poffit
ad Rabbath filiorum Ammon, &
viam, per quam ad Juda in Jerufa-
lem, ut eam obfideat. 26. *Ecce enim*
fubfiftit in bivio rex Babylonis, in
capite ipfo viarum duarum, ut cap-
tet auguria, mifcens fagittas, inter-
rogans fimulachra, & in exta introfpi-
ciens. 27. *Caditque in dexterâ ejus*
omen Jerufalem, ut ftatuantur vi-
neæ, ut os aperiatur ad vociferatio-

אכה כפי אל כפי והנחתי חמתי ·
אני יהוה דברתי ׃ 23. ויהי דבר
יהוה אלי לאמר ׃ 24. ואתה בן
אדם שים לך שנים דרכים לבוא
חרב מלך בבל · מארץ אחד יצאו
שניהם · ויד ברא בראש דרך עיר
ברא ׃ 25. דרך תשים לבוא חרב
את רבת בני עמון · ואת יהודה
בירושלם בצורה ׃ 26. כי עמד
מלך בבל אל אם הדרך בראש
שני הדרכים לקסם קסם · קלקל
בחצים שאל בתרפים ראה בכבד ׃
27. בימינו היה הקסם ירושלם
לשום כרים · לפתח פה ברצח ·
להרים קול בתרועה · לשום כרים
על שערים · לשפך סללה · לבנות
דיק ׃ 28. והיה להם כקסום שוא
בעיניהם שבעי שבעות להם · והוא
מזכיר עון להתפש ׃ 29. לכן כה
אמר אדני יהוה · יען הזכרכם עונכם
בהגלות פשעיכם להראות חטאותיכם
בכל עלילותיכם · יען הזכרכם בכף
תתפשו ׃ 30. ואתה חלל רשע
נשיא ישראל אשר בא יומו בעת
עון קץ ׃ 31. כה אמר אדני יהוה ·
הסיר המצנפת והרים העטרה · זאת
לא זאת השפלה הגבה והגבה
השפיל ׃ 32. עוה עוה עוה אשימנה ·
גם זאת לא היה עד בא אשר לו
המשפט ונתתיו ׃ 33. ואתה בן אדם
הנבא ואמרת · כה אמר אדני יהוה
אל בני עמון ואל חרפתם · ואמרת
חרב חרב פתוחה לטבח · מרוטה
להכיל למען ברק ׃ 34. בחזות לך
שוא בקסם לך כזב · לתת אותך אל
צוארי חללי רשעים אשר בא יומם
בעת עון קץ ׃ 35. השב אל תערה ·
במקום אשר נבראת בארץ מכרותיך
אשפט אתך ׃ 36. ושפכתי עליך
זעמי · באש עברתי אפיח עליך ·
ונתתיך ביד אנשים בערים חרשי
משחית ׃ 37. לאש תהיה לאכלה ·
דמך יהיה בתוך הארץ · לא תזכרי
כי אני יהוה דברתי ׃

nem,

nem, ut vox tollatur cum ululatu, ut arietes contra portas ſtatuantur, ut
vallum erigatur, ut munitiones excitentur. 28. *Ille autem videtur eis ut*
vana divinans, ut inanes jactans execrationes, cùm tamen ille memoriam
refricet impietatis, ut capiatur. 29. *Propterea hæc dicit Dominator Domi-*
nus; quoniam vos cauſa fuiſtis, cur memoria refricaretur veſtræ iniquitatis,
cùm ſcelera veſtra oſtendiſtis, ut in omnibus operibus veſtris palàm fierent;
quia ſic feciſtis, in manum trademini. 30. *Tu igitur confode impium, eum*
principem Iſrael, cujus dies advenit, cùm finem habitura eſt iniquitas.
31. *Hæc dicit Dominator Dominus; aufer cidarim, detrahe coronam;*
hæc non eſt eadem quæ fuit; extulit ſe ſe quæ erat humilis; tu deprime
elatam. 32. *Ego eam faciam eſſe humilem; ego eam curvam & humi-*
lem; neque enim hæc illa eadem futura eſt, donec venerit is, cujus erit
judicium, quod ego illî ſum tributurus. 33. *Tu autem, filî hominis,*
vaticinare, & hæc loquere: hæc dicit Dominator Dominus ad filios Am-
mon contumelioſos; dices igitur: Tu ille gladius, gladius qui exacutus es
ad mactandum, qui politus ad fulgendum, ut fulguri ſimilis eſſes, tum,
34. *Cùm vana videbas, falſaque ariolabaris, ut caderes in colla impiorum,*
qui vulnerabantur, quoniam venerat dies eorum, & tempus delendæ impieta-
tis: 35. *Conde te in vaginam; ego in loco ubi factus es, in terrâ unde ortus*
es, judicabo te, 36. *Et effundam in te iram meam; ego ſufflabo in te*
ignem mei furoris, tradamque te in manus hominum, qui accendere ignem
ſciunt, & perniciem afferre. 37. *Tu flammâ inflammaberis, quæ te abſumet;*
ſanguis tuus erit ſparſus humi, neque ulla tui memoria erit; ego enim Do-
minus, qui hæc loquor.

---

1. ויהי דבר יהוה, *& fuit verbum Domini.* Sequimur diſtinctionem capitis Athianam, quam ſequitur Buxtorfius Pater in Concordantiis ſuis, ut pote commodiorem illâ, quam habet Vulgatus, quem Polyglotta malè imitantur. Etenim, ut obſervat Grotius ad verſum 46. capitis ſuperioris, » hîc debuerat initium poni ſequentis capitis; nam illa quæ nos habemus XXI. 1. » nudam expoſitionem horum verborum continent... « אל יער שדה נגב, (*vaticinare*) *ad ſylvam campi meridionalis.* Ita nominatur Judæa, quia qui Babylone, ubi tum erat Ezechiel, in Judæam veniebant, ibant ad meridiem, & per ſylvam Libani in Judæam intrabant.

7. שים פניך אל ירושלם, *pone faciem tuam ad Jeruſalem.* Quaſi dicat Deus; quoniam illi te derident, nominantque te confectorem parabolarum, noli uti parabolâ ſylvæ meridionalis, ſed loquere apertè; nomina Jeruſalem & Iſrael. Quâ ex ſerie orationis liquet ea, quæ antecedunt, adjungi debuiſſe ad ea, quæ ſequuntur, in capite uno & eodem, ut ſunt in Athianâ Editione.

8. & 9. והכרתי ממך צדיק: Nos, *juſtum... de te ſublaturus*, ſeu *exterminaturus*, non autem *interfecturus.* Nam qui hoc loco *juſti* nominantur, iidem videntur eſſe, qui ſignum in fronte habebant, ne perirent, & tantummodò captivi eſſent. Sed verſu 9. הכרתי, vel potius הכרת, ſignificat, *de medio ſuſtuliſti*, vel *occidiſti*, quia hoc fuerat ſcelus principum Jeruſalem, fundere juſti ſanguinem, ut anteà vidimus. ...צפון: Meliùs צפונה, *ad aquilonem*, ut verſu 3.

10. לא תשוב עוד, *non revertetur adhuc* (*in vaginam*,) donec internecionem fecerit; nec parcet vobis, ut anteà pepercit. Gladius Dei erat Nabuchodonoſor, qui quidem non ſemper habuit gladium diſtrictum, ſed, poſt compoſita bella, vixit annos ferè viginti.

14. הוחדה, *exacutus eſt:* Ita Vulgatus; rectè perſonâ tertiâ; malè Græci Intt. ὀξύνε, *acuere*, ſecundâ. Nam ſequenti verſu לה, *illi*, perſonæ tertiæ, pertinet ad *gladium*.

15. או נשיש: Arias, *vel gaudebimus*, nec minùs ridiculè Caſtalio, *ſcilicet lætemur*, quaſi dialogus hîc eſſet populi & Dei. Eſt או mendum apertum, quod evitant, vel non legunt Veteres. Nos legimus, ותנשיש, *& dejiciet*, ex ſignificatu Syriaco verbi נשש, *debilitare*, eodem ferè ac verbi Hebr. נשל, *dejicere*, *excutere.* Talem ſententiam exhibent omnes Veteres, præter unum Chaldæum: vide Polyglotta. Mendum natum videtur ex litteris Samar. א & ת, quæ ſunt ſimiles, nempe ࠀ & ࠕ.

16. ויתן, *& dedit.* Caret nominativo id verbum Activum; nec licet convertere *datus est*, ubi sequitur אתה; itaque legendum ואתן, *& dedi*, ut legit Vulgatus. Sæpe Scribæ permiscuêre litteras י & א, quæ similiter enuntiabantur. ...היא הוחדה חרב: Meliori ordine legas, היא חרב הוחדה, *hic gladius exacutus*, ne nomen ab suo pronomine separetur, & ne Participium ante suum nomen collocetur; quæ duæ res peccant in Hebr. Linguæ indolem.

18. כי בחן ומה אם, *quia probatus, & quid si...* Hæc intelligi non possunt; intelliges, si leges, כי בחונה ואם, *quia probatus est, & cùm...* vide Versionem. 1°. בחונה, ut concordia sit generis cum חרב feminino, 2°. ואם, sublatâ interrogatione מה, quæ præpostera est, postquàm dictum est, *percute femur*, ut in calamitate jam jam venturâ. Nimirùm, per interrogationem, res quodammodò in dubium adducitur, quæ tamen demonstratur ut certa, cùm dicitur, *percute femur.* Deus prænuntiat sceptrum Israel non jam futurum, postquàm illud excusserit gladius, ut anteà evenerat, cùm pulso Jechoniâ, Sedecias fuerat rex constitutus. *Sceptrum* autem strictè accipitur pro sceptro regum, non autem pro eo sceptro, quod in Juda non defuturum usque ad Messiam venturum Jacob prænuntiabat; quippe intelligebat Jacob supremam, non regiam, autoritatem.

19. חלל הגדול: Rectè Vulgatus, *occisionis magnæ.* Nec alium significatum habere hîc potest חלל, quanquam Lexica omittunt *internecionem*, in verbo חלל. Sequitur החדרת, quod legendum החרדת, *terrens*, vel *terrorem afferens*, להם, *eis*, ut legunt omnes Veteres. Sic versu 17. dictum est, מגורי אל חרב, *paventes ad gladium.*

21. אנה פניך מעדות: Inscitè Arias, *quò facies tuæ paratæ*, cum פניך sit masculinum מעדות, femininum. Legendum עמדת, vel העמדת, *firmasti* (*faciem tuam.*) Sic *II. Reg. cap. 8. v. 11.* legitur, ויעמד את פניו, *& firmavit vultum suum*, & sic legere videtur Arabs, qui יקום, *steterit.* Alloquitur Deus gladium, tanquam personam.

24. ויד ברא בראש דרך עיר ברא: Hæc inextricabilia sunt, quæ leviter mutata, hoc modo, ויתבארו · בראש דרך עיר באר, *& declararent se se* (*duæ viæ;*) *in capite viæ urbem demonstra*, fiunt plana & aperta. Jubetur Ezechiel notare in capite viarum duarum, ad quam civitatem ducat alterutra via. Potest etiam legi, והתבאר, *& fac te planum*, seu ad intelligendum facilem, ne dubitetur, quid significare velis. ...ואת יהודה, *& in Judam.* Inter duo hæc verba circulum habent omnes Codices, hoc modo: ואת ∘ יהודה, quo signo indicari solet, aliquid fuisse omissum. Via, quæ ducebat ad *Rabbath*, non erat via, per quam ibatur in Judam; ergò non dixerit Deus, *pone viam, quæ ducit ad Rabbath & ad Judam.* Oratio igitur indiget distributione, quæ distributio fieri solet, iterandis verbis; nec dubium est iteranda esse verba hæc, ודרך תשים לבוא, *& viam pones ad veniendum*, ut sequatur ...את, vel אל יהודה, *in Judam.* Cur hæc omitterent Scribæ, causa fuit similitudo linearum superioris & inferioris; cujusmodi errorem sæpe deprehendi hodiernis in Codicibus, in quibus tamen Emendatores non semel supplent in margine, quæ in columnâ omissa sunt.

26. קלקל בחצים, *miscens sagittas;* ita Vulgatus, sive legit מלמל, sive habuit קלקל, ut *leves faciens*, vel *succutiens*, quomodo, *Jerem. cap. 4. v. 24. colles*, התקלקלו, *succutiuntur.* Malè quidam, *tersit*, vel *polivit.* Aguntur enim sortes ducendæ, non belli apparatus.

27. כרים: Nos, *vineas*, quibus teguntur, qui urbem obsident, cùm instrumenta bellica urbi admovent; deinde alterum כרים, *arietes*, ne idem sit utrobique instrumentum bellicum. ...ברצח, *ad occidendum.* Vera scriptio est בצרח, *ad clamandum*, ut legunt Græci Intt. qui, ἐν βοῇ, *in clamore;* meliùs quàm Vulgatus, qui, *ut aperiat os in cæde.* Respondet בצרח, alteri vocabulo בתרועה, *in vociferatione.* Vocabulum פה indicat *os* hominis, nec demonstrat *os* gladii, ubi non subsequitur *gladius.*

28. שבעי שבעות להם: Hæc vertere non conamur, quæ vertere nemo potuit; sed legimus, כנשבע, vel ונשבע שבעות לריק, *ut jurans execrationibus vanis.* Respondet לריק pari verbo שוא. Natum fuerit להם, ex לריק, ex eo, quòd sæpe similis est in Codicibus littera ם litteræ ק, decurtato pede, & quòd satis similes essent litteræ duæ רי litteræ ה. ...והוא מזכיר עון, *ille autem memoriam refricat iniquitatis*, hoc est; sic est sacrificium Nabuchodonosor auguria captantis, tanquam memoriale iniquitatis Israel, ne videlicet oblivisceatur rex Babylonis, se esse ultorem scelerum Israel, nec sortes negligat, quæ ad dexteram cecidêre, ut dicitur versu 27. Nomina urbium oppugnandarum notata erant in sagittis; deinde sagittæ miscebantur, & quæ sagitta ad dexteram reperiebatur, ea sortem definiebat, ut ea urbs oppugnaretur, cujus nomine inscripta erat, hoc est, Jerosolyma.

31. השפלה הגבה, *quæ erat humilis extulit se se.* Hæc alludunt ad id, quod legitur cap. 17. v. 14. להיות ממלכה שפלה, *ut esset regnum humile*, Sedeciâ sub tributo serviente.

33. חרב חרב, *gladius, gladius*, filiorum Ammon, ad quos Propheta jubetur vaticinari. ...להכיל, *ad sustinendum*, nullâ sententiâ. Syrus, ומברק, *& corruscans*, qui legere videtur להליל, *ad fulgendum;* quæ germana scriptura est. Sententia similis est ei, quam vidimus versu 15.

CAPUT XXII.

Jubetur exprobrare Jerusalem sua homicidia, adulteria, matrimonia illicita, usuras, & ei denuntiare, argenti scoriam brevi conflatum iri, & Jerusalem propositam fore ludibrio omnium gentium.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc mandantis: 2. *Fili hominis, cons-*
titue te judicem; judex esto sangui-
nariæ civitatis, & palam facito cunc-
ta scelera ejus. 3. *Dices autem; hæc*
dicit Dominator Dominus: ô civi-
tas, quæ apud se sanguinem fundit,
ut adveniat tempus ejus, quæ fabri-
catur in se idola, ut contaminetur;
4. *Tu sanguini, quem fudisti, ob-*
noxia es; tu te idolis, quæ fabricata
es, commaculasti; propinquum fecisti
diem tuum, & annorum tuorum supre-
mum tempus adduxisti; ideò tradam
te opprobrio gentium, & ludibrio
omnium terrarum. 5. *Illæ te, &*
proximæ, & remotæ deridebunt, ô
infamis, quæ tantos cies tumultus.
6. *En principes Israel, per suas*
quisque familias, in hoc sunt, ut san-
guinem fundant. 7. *Non habetur*
apud te ratio, nec patris, nec matris;
apud te advena calumniâ premitur;
pupillus in te ac vidua divexatur.
8. *Tu sancta mea pro nihilo habes,*
& sabbata mea profanas. 9. *Homi-*
nes tui perfidiosi sunt, ut sanguinem
fundant; iidem in montibus comedunt,
& scelera in te nefanda patrant.
10. *Nuditatem patris apud te dete-*
gunt; opprimunt in te feminam,
ex mensibus immundam. 11. *Unus-*
quisque cum uxore proximi sui fla-
gitium facit; suam quisque nurum

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. ואתה בן אדם התשפט · התשפט
את עיר הדמים והודעתה את כל
תועבתיה : 3. ואמרת · כה אמר
אדני יהוה · עיר שפכת דם בתוכה
לבוא עתה · ועשתה גלולים עליה
לטמאה : 4. בדמך אשר שפכת
אשמת · ובגלוליך אשר עשית
טמאת · ותקריבי ימיך ותבוא עד
שנותיך · על כן נתתיך חרפה לגוים
וקלסה לכל הארצות : 5. הקרבות
והרחקות ממך יתקלסו בך · טמאת
השם רבת המהומה : 6. הנה
נשיאי ישראל איש לזרעו היו בך
למען שפך דם : 7. אב ואם הקלו
בך · לגר עשו בעשק בתוכך · יתום
ואלמנה הונו בך : 8. קדשי בזית ·
ואת שבתתי חללת : 9. אנשי
רכיל היו בך למען שפך דם · ואל
ההרים אכלו בך · זמה עשו בתוכך :
10. ערות אב גלה בך · טמאת
הנדה ענו בך : 11. ואיש את
אשת רעהו עשה תועבה · ואיש את
כלתו טמא בזמה · ואיש את אחתו
בת אביו ענה בך : 12. שחד
לקחו בך למען שפך דם · נשך
ותרבית לקחת · ותבצעי רעיך
בעשק · ואתי שכחת · נאם אדני
יהוה : 13. והנה הכיתי כפי אל
בצעך אשר עשית ועל דמך אשר
היו בתוכך : 14. היעמד לבך ·
אם תחזקנה ידיך לימים אשר אני
עשה אותך · אני יהוה דברתי
ועשיתי : 15. והפיצותי אותך

per nefas polluit ; comprimit homo
apud te suam sororem, patris filiam.
12. *Capiunt in te munera, ut sangui-*
nem fundant ; usuram fœnusque ac-
cipis ; vim facis proximo , ut ex eo
quæstum habeas : tu denique mei
oblita es, dicit Dominator Dominus.
13. *Ego verò complosi manus super*
quæstibus istis, quos faciebas , & su-
per homicidiis , quæ apud te fiebant.
14. *An firmabitur cor tuum, vel ma-*
nus tuæ validæ erunt , cùm dies ve-
nient , quos ego in te adducam ?
Ego Dominus hæc loquor , & hæc
faciam. 15. *Ego dispergam te in*
gentes, & dissipabo te in terras, & im-
munditiæ tuæ famam eò perducam ,
quò tu non speras. 16. *Tu in eâ con-*
taminabere in oculis gentium , quæ
me esse Dominum cognoscent. 17. *Fuit*
etiam ad me verbum Domini , hæc
dicentis : 18. *Filî hominis , domus*
Israel sic mihi est, ut scoria ; om-
nes mihi sic sunt ut æs & stannum
& ferrum & plumbum in mediâ for-
nace , spumante argento. 19. *Prop-*
tereà hæc dicit Dominator Dominus ;
quoniam vos , quotquot estis , in sco-
riam degenerastis , ideò ego vos in
medio Jerusalem sum collecturus.
20. *Nam , veluti colliguntur ar-*
gentum , æs , ferrum & plum-
bum , & stannum in mediâ fornace ,
ut ignis in eâ suffletur ad conflan-
dum , ita ego vos per iram meam &
furorem sum collecturus , & in vos
sufflaturus , vos denique conflaturus.
21. *Ego colligam vos unà ; ego in*
vos sufflabo mei flammam furoris ,
& in mediâ urbe conflabimini.
22. *Quemadmodùm conflatur in for-*
nace argentum , sic ergo in urbe con-
flabimini , & cognoscetis me esse
Dominum , qui effuderim super vos

בגוים וזריתיך בארצות · והתמתי
טמאתך ממך : 16. ונחלת בך
לעיני גוים · וידעת כי אני יהוה :
17. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
18. בן אדם היו לי בית ישראל
לסוג · כלם נחשת ובדיל וברזל
ועופרת בתוך כור · סגים כסף היו :
19. לכן כה אמר אדני יהוה · יען
היות כלכם לסגים · לכן הנני קבץ
אתכם אל תוך ירושלם : 20.
קבצת כסף ונחשת וברזל ועופרת
ובדיל אל תוך כור לפחת עליו אש
להנתיך · כן אקבץ באפי ובחמתי
והנחתי והתכתי אתכם : 21. וכנסתי
אתכם ונפחתי עליכם באש עברתי ·
ונתכתם בתוכה : 22. כהתוך
כסף בתוך כור כן תתכו בתוכה ·
וידעתם כי אני יהוה שפכתי חמתי
עליכם :
23. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
24. בן אדם אמר לה את ארץ · לא
מטהרה היא · לא גשמה ביום
זעם : 25. קשר נביאיה בתוכה
כארי שואג טרף · נפש אכלו ·
חסן ויקר יקחו · אלמנותיה הרבו
בתוכה : 26. כהניה חמסו תורתי
ויחללו קדשי · בין קדש לחל לא
הבדילו ובין הטמא לטהור לא
הודיעו · ומשבתותי העלימו עיניהם
ואחל בתוכם : 27. שריה בקרבה
כזאבים טרפי טרף לשפך דם לאבד
נפשות למען בצע בצע : 28.
ונביאיה טחו להם תפל חזים שוא
וקסמים להם כזב · אמרים כה אמר
אדני יהוה · ויהוה לא דבר : 29.
עם הארץ עשקו עשק וגזלו גזל · ועני
ואביון הונו · ואת הגר עשקו בלא
משפט : 30. ואבקש מהם איש גדר
גדר ועמד בפרץ לפני בעד הארץ
לבלתי שחתה · ולא מצאתי : 31.
ואשפך עליהם זעמי · באש עברתי
כליתים · דרכם בראשם נתתי · נאם
אדני יהוה :

iram

iram meam. 23. *Fuit etiam ad me verbum Domini, hæc dicentis:* 24. *Fili hominis, hæc loquere de terrâ istâ. Terra hæc in die iræ non habebit pluvias, non imbre mollietur:* 25. *Quoniam sunt in eâ prophetæ similes leoni rugienti & rapienti prædas. Devorant animas; opes & pretiosa quæque auferunt; viduant in eâ multas uxores.* 26. *Sacerdotes ejus Legem meam violant, sancta mea polluunt, sacrum & profanum nullo discrimine habent, non docent, quid sit immundum, vel mundum; abscondunt ab oculis suis sabbata mea, & ego apud eos inhonestor.* 27. *Principes ejus apud eam sic sunt, ut lupi prædæ raptores, ut fundant sanguinem, ut pro lucro animas perdant.* 28. *Prophetæ ejus cæmentum leve adhibent; vident vana, & mendacia divinant, dicentes; hæc dicit Dominator Dominus, quanquam non locutus est Dominus.* 29. *Populum terræ agitant calumniis, prædas faciunt, humilem & egenum divexant, advenam per nefas opprimunt.* 30. *Ego apud eos hominem quæro, qui claudat murum, vel qui stet ante me pro terrâ in ruinâ muri, ne funditus evertatur, nec eum reperio.* 31. *Ergo effundam in eos iram meam; ego eos in furore meo penitus delebo, rejiciamque in caput ipsorum vias suas, dicit Dominator Dominus.*

---

2. התשפט, *constitue te judicem.* Cur sic interpretemur, diximus ad cap. 20. v. 4. ubi vidimus eandem loquendi formam. Ibi convertit Vulgatus, *si judicas;* hîc verò, *non-ne judicas;* utrumque non rectè; nec habet locum *non-ne*, cùm absit interrogatio הלוא.

4. בדמך, idem ac בדמיך, ut lego in Codice Orat. 42. *in sanguine tuo*, id est civium tuorum. ...אשמת, *rea es*, sive manet te pœna fusi sanguinis. ...ותבוא עד. Lege ותביא עת, *& adduxisti tempus.* Habent עת Codices Orientales, atque id legunt omnes Veteres. Respondet *Hiphil* תביא, pari *Hiphil* הקריבי, *propinquum fecisti.*

6. איש לזרעו, *per suas quisque familias;* nam זרע, *semen*, indicat familiam, sive συγγενεῖς, *cognatos*, ut rectè Græci Intt. & post eos Syrus. Utitur Propheta loquendi formâ, quæ adhiberi solet in censu familiarum, in quo censu nulla familia omittitur; quasi dicat, elegisse principes suam quemque familiam, in quâ sanguinem fundat, & principem nullum esse, qui non sit reus fusi sanguinis.

10. גלה: Lege גלו, *detegunt*, ut legunt omnes Veteres. Sunt numero plurali omnia verba, quæ antecedunt, & quæ sequuntur, nec habet גלה nomen singulare in oratione, à quo regi possit.

13. ועל דמך, *& super homicidiis tuis.* Legendum דמיך, numero plurali; sic vult verbum היו, plurale.

15. & 16. והתמתי טמאתך ממך: Verbum pro verbo, *& mirabilem faciam immunditiam tuam præ te*, in eandem sententiam, ac *Ps.* 139. *mirabilis facta est scientia tua ex me*, id est, scientia tua excelsior est, quàm ut eam cogitatione assequi possim. Ita hoc loco: turpitudinem tuam divulgabo ultrà quàm speras, ונחלת בה *& profana eris in eâ* (*in oculis gentium;*) quippe legendum בה, *in eâ* (*immunditiâ*) non בך, *in te*, quod pronomen non expediunt Veteres, neque Recentiores. Non licuit convertere והתמתי, *& deficere faciam*, quanquam ita Vulgatus; quia liquet ex serie, denuntiari mala, non autem promitti bona; nec licuit etiam convertere cum eodem Vulgato ונחלת, *& possidebo*, quia non legitur ונחלתי. Radix est חלל, *polluere*, non נחל, *possidere*, ut rectè observat Grotius. Idem Grotius sic explanat hunc locum: » desines esse fœcunda retentis mensibus, in similitudine enim feminæ perstat... *& polluta eris* » *in te... Immunditias tuas intra te retinebis, idque ex facie apparebit.* Sensus est allegoricus: » non infœcunda tantùm eris, sed & fœda aspectu. « Talis commentarius ingeniosior nobis videtur, quam verior. Nam, quamvis vocabulum טמאתך, intelligeretur de immunditie muliebrium mensium, tamen non liceret accipere pro fœcunditate immunditiem talem, cùm nullibi legatur, mulierem esse *in immunditie*, ut significetur, esse fœcundam. Neque verò etiam hæc immundities poterat esse *in oculis gentium*, cùm non appareat *ex facie* mulieris, an excesserit pariendi ætatem. Adde falsam venditari sententiam; quippe Jerusalem, apud gentes captiva, non fuit *infœcunda.*

20. קבצת: Lege כקבצת, *ut colligitur...* Omnes Veteres, præter Vulgatum, exhibent illud כ similitudinis, quod respondet adverbio כן membri alterius. ...והנחתי. Lege והפחתי, *& sufflabo.* Id enim ex adverso est verbi לפחת, *ad sufflandum*, quomodò והתכתי, *& conflabo*, ex adverso est verbi להנתיך, *ad conflandum.* Circulum non omittunt Codices in verbo והנחתי.

24. אמר לה , *dic ei* (*terræ.*) Atqui de terrâ nondum mentio facta eſt , nec licet pronomen antecedere ſuum nomen ארץ. Omninò legendum , אמר לזאת הארץ , *dic iſti terræ.* Sic *Deuter. cap. 34. v. 4.* legitur זאת הארץ , *iſta terra.* ...לא מטהרה , *non mundata.* Non agitur mundities , ſed ſiccitas & ſterilitas , ut liquet ex parallelâ ſententiâ , לא גשמה , *non compluta.* Itaque legendum לא מטרה , ut legunt Græci Intt. qui vertunt , οὐ βρεχομένη , *non irrigata.*

25. קשר , *conjuratio.* Non quadrat *conjuratio* in leonem rapientem prædas. Græci Intt. ἧς οἱ ἀφηγούμενοι , *cujus duces* ; legunt אשר , quod licet interpretari , vel *cujus* , vel *quoniam* ; optimâ , & ſententiâ , & ſcripturâ.

CAPUT XXIII.

Parabola duarum filiarum ejuſdem matris , quarum major Oolla nominatur , minor Ooliba , quæ cum adulteris mœchantur , & idolis ſe polluunt ; utraque damnanda judicio adulterarum & homicidarum ; ut Samaria , ita Jeruſalem damnabitur ab illis , quibuſcum mœchata eſt.

1. *Fuit ad me verbum Domini ,*
hæc dicentis : 2. *Filî hominis , duæ*
mulieres erant filiæ matris ejuſdem ,
3. *Quæ in Ægypto ſcortatæ ſunt ; ab*
adoleſcentiâ ſuâ factæ meretrices ; ibi
ſubigebantur mammæ earum , ibi
virginea earum labra urgebantur.
4. *Nomen earum fuit , majoris*
Oolla , ſororis ejus Ooliba. Ambæ
meæ fuerunt , filioſque mihi ac filias
pepererunt. Oolla nomen habet , Sa-
maria ; Jeruſalem , Ooliba. 5. *Ool-*
la , quanquam mea erat , ſcortata eſt ,
amavitque amatores ſuos , Aſſyrios
vicinos , 6. *Qui purpurâ induti erant ,*
qui præfecti erant & duces , erantque
omnes juvenes lecti & amabiles , equi-
tes equorum ſeſſores. 7. *Profudit ſe*
ſe cum eis in libidines , quoniam filii
Aſſur omnes lecti erant ; & quoſcun-
que amavit , eorum idolis ſe ſe conta-
minavit. 8. *Nec tamen intermiſit*
adulteria ſua Ægyptiaca , quoniam
Ægyptii ſecum adoleſcente dormie-
rant , virginea ejus labra urſerant ,
profuderantque in eam libidines ſuas.
9. *Ego igitur tradidi eam amatoribus*

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם · שתים נשים בנות אם
אחת היו : 3. ותזנינה במצרים ·
בנעוריהן זנו · שמה מעכו שדיהן
ושם עשו דדי בתוליהן : 4. ושמותן
אהלה הגדולה ואהליבה אחותה ·
ותהיינה לי ותלדנה בנים ובנות ·
ושמותן שמרון אהלה וירושלם
אהליבה : 5. ותזן אהלה תחתי ·
ותעגב על מאהביה אל אשור
קרובים : 6. לבשי תכלת פחות
וסגנים בחורי חמד כלם · פרשים
רכבי סוסים : 7. ותתן תזנותיה
עליהם · מבחר בני אשור כלם ·
ובכל אשר עגבה בכל גלוליהם
נטמאה : 8. ואת תזנותיה ממצרים
לא עזבה · כי אותה שכבו בנעוריה ·
והמה עשו דדי בתוליה וישפכו
תזנותם עליה : 9. לכן נתתיה
ביד מאהביה · ביד בני אשור אשר
עגבה עליהם : 10. המה גלו
ערותה · בניה ובנותיה לקחו ואותה
בחרב הרגו · ותהי שם לנשים ·
ושפוטים עשו בה : 11. ותרא
אחותה אהליבה ותשחת עגבתה
ממנה · ואת תזנותיה מזנוני אחותה :
12. אל בני אשור עגבה פחות

suis, illis filiis Assur, quos amaverat;
10. *Qui nuditatem ejus detexerunt,*
filiosque ejus & filias ceperunt, ipsam
ferro interemerunt ; tum enim fuit
tyrannorum ; illique judicia in eam
exercuerunt. 11. *Soror verò ejus*
Ooliba, ut eam vidit, ut fuit eâ
libidinosior, vicitque adulteria sororis
adulteriis suis. 12. *Amavit filios*
Assur, præfectos & duces vicinos,
qui purpurâ induti erant, qui erant
equites, sessores equorum, universi
lecti & amabiles. 13. *Ego eam vidi,*
ut se contaminabat, utque erant
utriusque iidem mores. 14. *Sed ultrà*
progressa est libidinibus. Nempe vidit
homines in pariete insculptos, Chal-
dæorum effigies minio exaratas,
15. *Qui erant balteo succincti lum-*
bos, & tiarâ tinctâ capite redimiti.
Omnes speciem ducum præ se fere-
bant, similesque erant filiis Babylo-
nis, quos extulit terra Chaldæorum.
16. *Eos intuens, oculis capta est, &*
amore flagrans, misit ad eos in Chal-
dæam internuntios. 17. *Illicò ad eam*
venerunt filii Babylonis, ut cum eâ
turpiter commiscerentur, qui stupris
eam suis contaminârunt, cum quibus
postquàm polluta est, pertæsa eorum
fuit. 18. *Me verò etiam tædium ce-*
pit illius, quoniam fuerat palam im-
pudica, & detexerat suam nuditatem,
quemadmodùm tædium me ceperat
sororis ejus. 19. *Sed non fuit ei sa-*
tis stuprorum. Nam recordata est ju-
ventutis suæ dies, cùm in terrâ Ægyp-
tiorum scortabatur. 20. *Et flagravit*
amore illorum canum, qui membra
habent, ut asinorum ; quorum pro-
fluvium est, ut profluvium equorum.
21. *Tu igitur adolescentiæ tuæ fla-*
gitia tot flagitiis recensuisti, cùm
tua labra Ægyptii urgebant, cùm

וסגנים קרבים לבשי מכלול פרשים
רכבי סוסים · בחורי חמד כלם :
13. וארא כי נטמאה · דרך אחד
לשתיהן : 14. ותוסף אל תזנותיה ·
ותרא אנשי מחקה על הקיר צלמי
כשדיים חקקים בששר : 15. חגורי
אזור במתניהם סרוחי טבולים
בראשיהם מראה שלישים כלם ·
דמות בני בבל כשדים ארץ
מולדתם : 16. ותעגב עליהם
למראה עיניה · ותשלח מלאכים
אליהם כשדימה : 17. ויבאו אליה
בני בבל למשכב דדים ויטמאו
אותה בתזנותם · ותטמא בם ותקע
נפשה מהם : 18. ותגל תזנותיה
ותגל את ערותה · ותקע נפשי מעליה
כאשר נקעה נפשי מעל אחותה :
19. ותרבה את תזנותיה · לזכר
את ימי נעוריה אשר זנתה בארץ
מצרים : 20. ותעגבה על פלגשיהם ·
אשר בשר חמורים בשרם וזרמת
סוסים זרמתם : 21. ותפקדי את
זמת נעוריך בעשות ממצרים דדיך
למען שדי נעוריך : 22. לכן
אהליבה כה אמר אדני יהוה · הנני
מעיר את מאהביך עליך את אשר
נקעה נפשך מהם · והבאתים עליך
מסביב : 23. בני בבל וכל כשדים
פקוד ושוע וקוע כל בני אשור
אותם · בחורי חמד פחות וסגנים
כלם שלשים וקרואים רכבי סוסים
כלם : 24. ובאו עליך הצן רכב
וגלגל · ובקהל עמים צנה ומגן וקובע
ישימו עליך סביב · ונתתי לפניהם
משפט · ושפטוך במשפטיהם : 25.
ונתתי קנאתי בך · ועשו אותך
בחמה · אפך ואזניך יסירו ואחריתך
בחרב תפול · המה בניך ובנתיך
יקחו ואחריתך תאכל באש : 26.
והפשיטוך את בגדיך · ולקחו כלי
תפארתך : 27. והשבתי זמתך
ממך ואת זנותך מארץ מצרים ·
ולא תשאי עיניך אליהם · ומצרים
לא תזכרי עוד : 28. כי כה אמר

tuæ adolescentiæ mammas subigebant.
22. *Ergo, Ooliba, hæc dicit Do-*
minator Dominus. En ego excitabo
adversùm te amatores tuos, quorum
tu pertæsa fueras, & eos in te undi-
que adducam; 23. *Filios scilicet*
Babylonis, & omnes Chaldæos, &
Phechod, & Sue, & Choa, & omnes
filios Assur cum eis, juvenes eos lectos
& amabiles, præfectos & duces, omnes
triarios cum turmis suis, universos
equorum sessores. 24. *Illi ad te de*
aquilone adducent currus & rotas, &
per multitudinem populorum dispo-
nent undique adversùm te lanceas &
clypeos & galeas. Ego eis daturus
sum potestatem judiciorum, ut sua
in te judicia exerceant. 25. *Non*
cohibebo adversùm te zelotypiam
meam; illi te iracundè tractabunt;
illi auferent à te nasum tuum & au-
res tuas; reliquiæ tuæ gladio peri-
bunt; illi filios tuos & filias tuas
capient; & , si qui reliqui erunt,
flammis delebuntur. 26. *Illi vestibus*
te tuis nudabunt, mundumque tuum
muliebrem auferent. 27. *Ego per-*
ficiam ut cessent in te scelera tua; ut
libidines tuæ, in terrâ Ægyptiorum,
& ut ne adhuc ad eos tollas oculos
tuos, nec Ægyptum recorderis.
28. *Hæc enim dicit Dominator*
Dominus; En ego traditurus sum te
in manum eorum, quos odisti, &
quorum tu pertæsa es. 29. *Illi te*
tractabunt hostiliter, rapient omnia,
in quibus laboràras, relinquent te
nudam, quanta es; palam fiet igno-
minia libidinum tuarum & flagitio-
rum & adulteriorum. 30. *Hæc au-*
tem tibi facient, quia tu gentes, ut
meretrix, secuta es; quia tu earum
idolis contaminata es. 31. *Tu soro-*
ris tuæ vias secuta es; ego igitur

אדני יהוה · הנני נתנך ביד אשר
שנאת · ביד אשר נקעה נפשך
מהם : 29. ועשו אותך בשנאה ·
ולקחו כל יגיעך · ועזבוך ערם
ועריה · ונגלה ערות זנוניך וזמתך
ותזנותיך : 30. עשה אלה לך
בזנותך אחרי גוים · על אשר נטמאת
בגלוליהם : 31. בדרך אחותך
הלכת · ונתתי כוסה בידך : 32. כה
אמר אדני יהוה · כוס אחותך תשתי
העמקה והרחבה · תהיה לצחק
וללעג מרבה להכיל : 33. שכרון
ויגון תמלאי · כוס שמה ושממה
כוס אחותך שמרון : 34. ושתית
אותה ומצית ואת חרשיה תגרמי
ושדיך תנתקי · כי אני דברתי · נאם
אדני יהוה : 35. לכן כה אמר
אדני יהוה · יען שכחת אותי ותשליכי
אותי אחרי גוך · וגם את שאי זמתך
ואת תזנותיך : 36. ויאמר יהוה
אלי · בן אדם התשפוט את אהלה
ואת אהליבה · והגד להן את
תועבותיהן : 37. כי נאפו ודם
בידיהן ואת גלוליהן נאפו · וגם את
בניהן אשר ילדו לי העבירו להם
לאכלה : 38. עוד זאת עשו לי ·
טמאו את מקדשי ביום ההוא ואת
שבתותי חללו : 39. ובשחטם
את בניהם לגלוליהם ויבאו אל
מקדשי ביום ההוא לחללו · והנה
כה עשו בתוך ביתי : 40. ואף
כי תשלחנה לאנשים באים ממרחק
אשר מלאך שלוח אליהם · והנה
באו לאשר רחצת כחלת עיניך
ועדית עדי : 41. וישבת על
מטה כבודה · ושלחן ערוך לפניה ·
וקטרתי ושמני שמת עליה : 42.
וקול המון שלו בה ואל אנשים
מרב אדם מובאים סובאים ממדבר ·
ויתנו צמידים אל ידיהן ועטרת
תפארת על ראשיהן : 43. ואמר
לבלה נאפים · עת יזנה תזנותיה
והיא : 44. ויבוא אליה כבוא אל
אשה זונה · כן באו אל אהלה ואל
אהליבה

calicem ejus tradam in manum tuam.
32. Hæc dicit Dominator Domi-
nus : Tu calicem ſororis tuæ profun-
dum latumque hauries ; tu propoſita
eris deriſui ac ludibrio, quæ ad po-
culum immane capax fueris. 33. Tu
oppleberis & ebrietate & ægritudine ;
tu calice horroris & deſolationis,
calice ſororis tuæ Samariæ. 34. Tu
eum bibes & exſuges ; tu ejus lage-
nam franges, & mammas tuas lace-
rabis: ego enim ſum, qui hæc loquor,
dicit Dominator Dominus. 35. Enim-
verò hæc dicit Dominator Dominus :
quia tu me oblita es, & projeciſti me

אהליבה אשת הזמה ׃ 45. ואנשים
צדיקים המה ישפטו אותהם משפט
נאפות ומשפט שפכות דם · כי
נאפת הנה ודם בידיהן ׃ 46. כי
כה אמר אדני יהוה · העלה עליהם
קהל · ונתן אתהן לזעוה ולבז ׃ 47.
ורגמו עליהן אבן קהל וברא אותהן
בחרבותם · בניהם ובנתיהם יהרגו ·
ובתיהן באש ישרפו ׃ 48. והשבתי
זמה מן הארץ · ונוסרו כל הנשים
ולא תעשינה כזמתכנה ׃ 49. ונתנו
זמתכנה עליכן · וחטאי גלוליכן
תשאינה · וידעתם כי אני אדני
יהוה ׃

poſt tergum tuum, tu quoque pœnam ſubibis ſcelerum tuorum & adulteriorum.
36. Dixit autem mihi Dominus : filî hominis, judex eſto Oolla & Ooliba, &
declara eis flagitia ſua. 37. Ut adulteræ fuerunt, ut manus habent ſanguine
tinctas, ut cum ſuis idolis mæchatæ ſunt, quibus filios ſuos, quos mihi ge-
nuerant, obtulerunt, ut eis epularentur. 38. Sed hæc mihi etiam fecerunt ;
nam ſanctuarium meum eodem tempore polluebant, & Sabbata mea violabant.
39. Et, cùm filios ſuos Diis ſuis ſacrificaverant, veniebant eodem die in
ſanctuarium meum, ut id contaminarent ; hæc meâ in ipsâ domo mihi fa-
ciebant. 40. Cùm autem accercivìſſent homines eos, qui procul venerunt, &
ad quos miſerant internuntios, illi advenerunt ad eam etiam, quæ ſe laverat, &
ſtibio pinxerat oculos ſuos, & induerat ornatus ſuos. 41. Hæc ſedebat in
ſtrato pulcherrimo ; ſtructa erat menſa ante eam, in quâ ponebat thura mea &
unguenta mea. 42. Perſonabant apud eas ad harmoniam cantantium homi-
num voces, cum multitudine virorum de Saba, qui ex deſerto venerant, qui
poſuêre in manibus earum armillas, & in capite earum coronam fulgentem.
43. Tum dixi de illis omnibus adulteris ; illi hanc etiam ad ſtuprum pelli-
cient. 44. Itaque etiam ad eam venerunt, quomodò itur ad feminam
meretricem. Sic venerant ad Oolla, quomodò iverunt ad Ooliba, feminam
flagitioſam. 45. Ergo judicabunt eas homines, qui juſti erunt, judicio
adulterarum, rearumque fuſi ſanguinis ; quoniam & adulteræ fuerunt, &
ſanguine manus tinxerunt. 46. Hæc enim dicit Dominator Dominus :
adduc contra eas multitudinem, trade eas divexationi & rapinis. 47. Obruat
eas multitudo lapidibus, diſcerpat eas cultris ſuis ; jugulentur filii & filiæ
illarum ; ædes earum igne deleantur. 48. Ego flagitium ex terrâ auferam,
ut omnes mulieres erudiantur, & ne flagitia veſtra imitèntur. 49. Libidines
veſtræ in vos rejicientur, & feretis peccata idololatriæ veſtræ, & cognoſcetis
me eſſe Dominum Dominatorem.

---

3. שמה מעכו, *ibi ſubigebantur*... Meliùs שם המעכו, ut id conveniat cum altero שם, quod

ſequitur, & ne ſine cauſâ addatur ה ſignificans motum, ubi motus non eſt. ...ושם עשו דדי. Nos, *& hîc urgebantur labra*, nempe matricis (quæ labra Græci vocant πτερυγώματα) ex ſignificatu Æthiopico vocabuli דד, *oſtium*, *junctura.* Non ſignificari verbo דדי, *amores*, liquet ex ſerie orationis; liquet pariter, non notari *ubera*, tum quia hæc *ubera* mox notata ſunt in verbo שדים, tum quia legitur ושם hoc altero membro, non שם, ſine nexu; etenim nexus ו indicat, tranſitum fieri ad rem alteram; neque unquam adhibetur in redintegratione rei ante-dictæ. Eandem in ſententiam uſurpatur דדים verſu 17. adjunctum ad משכב, *concubitum*, ut & verſu 21. huic parallelo.

10. ותהי שם לנשים: Vulgatus, *& factæ ſunt famoſæ mulieres*; verbum è verbo dixiſſet, *& fuit nomen mulieribus.* Cur non ſic interpretemur, docet Lectorem ipſa oratio, quæ tangit mulierem unam, non autem duas, & in quâ תהי femininum eſt, שם maſculinum, ut non liceat convertere, *& fuit nomen.* Eſt שם adverbium, quod de tempore ſæpe dicitur, ut & de loco; לנשים autem, dandi caſus, ex נשה, *premere*, *exigere*, unde נשים, *exactores*, ſeu *tyranni.*

12. מכלול: Syrus habet תכלתא, *hyacintho*; legit תכלת, ut ſuprà verſu 6. quomodo procul dubio ſcriptum fuerat; nam cætera verba ſimilia ſunt in utroque verſu.

16. ותעגב, *& amavit.* Malè Maſora ותעגבה; nam Futurum non admittit ה perſonâ femininâ, cùm ea perſona declaretur per ת crementum. Itaque erat potiùs caſtigandum ה in ותעגבה, verſu 20.

20. ותעגבה על פלגשיהם. Inexplicabilia hæc verba erunt, ſi nihil ſignificat פלגש, præter *concubinam*; neque enim tangitur amor feminarum, quæ in feminas ardeant. Amorem talem ejicit ipſa membrana. Ergo augenda ſunt Lexica Hebraica ſignificatu Arabico verbi פלגש, ejuſdem quod Arabicum פלחם, *avidus*, *canis.* Congruit mirificè *canis* cum ſimilitudine ductâ ex aſinis, & cum cultu Ægyptiorum, qui adorabant animalia omnis generis, præcipuè canes. Mirum videri non debet quòd פלגש ſignificatus habeat tam diverſos, quàm ſunt *concubina* & *canis*, cùm פלגים ſignificet etiam Chaldaicè *vervecem.*

21. למען, *propter.* Lege למעך, *comprimendo*, ut legebant Syrus & Hieronymus, & vide verſum 3. huic parallelum.

24. הצן: Græci Intt. ἀπὸ βοῤῥᾶ, *ex aquilone*, cùm legerent, מצפון, quod & legendum. Nam הצן verbum nihili eſt, &, ut obſervat Lud. Cappellus, » in nullâ dialecto Orientali » occurit Radix illa, « Nos in Radicibus Hebræo-Gallicis diximus הצן ſignificare *currum*, decepti per Hebr. Lexicon ad Hexapla Domni *de Montfaucon*, qui docebat Græcos Intt. convertere הצן, ἅρματα, *currus*, cùm tamen ἅρματα, *currus*, reſpondeant in Græcâ Verſione verbo רכב, hæc autem, ἀπὸ βοῤῥᾶ, verbo הצן, hodierno.

30. עשה אלה לך: Lege עשו, *hæc facient tibi*, ut omnes legebant. Repudiat ſeries numerum עשה ſingularem.

40. & 41. והנה באו לאשר רחצת, *& ecce venerunt etiam ad eam, quæ ſe laverat*, קחלת עיניך, *quæ ſtibio pinxerat oculos ſuos*; nam legendum עיניה, ut poſt legitur, כבודה, *gloriæ ejus*, לפניה, *coram eâ.* Hæc de unâ *Ooliba* dicuntur, ad quam potiſſimùm veniunt Aſſyrii, quoniam Oollam tum jam ſeduxerant, & ſuam fecerant. Tanguntur tempora regni Achaz, qui accerſiverat Aſſyrios, ut ſibi opem ferrent contra Syriæ & Iſrael reges. Nam iis temporibus defecit *Ooliba*, ſeu Juda, ad Deos Aſſyriorum; propterea dicitur verſu 43. *illi hanc etiam ad ſtuprum pellicient.* Menſa quæ apponitur Oolibæ, & in quâ *thura & unguenta* Dei collocantur, videtur eſſe id altare, quod erexit Achaz ad ſimilitudinem altaris, quod Damaſci viderat.

42. וקול המון שלו בה ואל אנשים: In his verbis divinant Veteres potiùs, quàm interpretantur. Nos hæc partim ex Græcis Intt. emendamus, ut pro שלו בה ואל, legatur ſic: שלחו להן את, (*& vocem harmoniæ*) *mittebant pro eis cum* (*hominibus...*) Nempe Græci convertunt, καὶ φωνὴν ἁρμονίας ἀνεκρούοντο, *& vocem harmoniæ pulſabant*, ſeu *perſonare faciebant.* Significat המון Chaldaicè *hymnum*, המוניה *concordiam*, qui ſignificatus conveniunt in Muſicam. ...להן, *pro illis*, numero plurali, quia ſequitur ידיהן & ראשיהן, numeri ejuſdem. Nam in fabulâ, quæ narratur, duæ mulieres habitant in ædibus iiſdem, & in hâc fabulæ parte, quanquam præcipuè veniunt amatores, ut pelliciant Oolibam, tamen deferunt ſua etiam dona ad Oollam, ne, dum novam pellicem ambiunt, veterem amittant. ...מובאים סובאים: Verus ordo eſt סובאים מובאים, *Sabæorum accerſitorum*, ut ponatur Participium poſt nomen.

43. ואמר לבלה נאפים: Vulgatus, *& dixi ei, quæ attrita eſt adulteriis.* Tamen ſermo eſt; non de Oolla, quæ vetus adultera eſt, ſed de Oolibâ, novâ pellice Aſſyriorum. Præterea נאפים, ſine præpoſitione, non ſignificat *adulteriis.* Sententiam reſtitues, ſi leges, לכל הנאפים, (*& dixi*) *de omnibus adulteris*; עתה יזנו, ut Maſora emendat, *nunc pellicient*, תזנותיה *libidines ejus*, והיא, *etiam iſtius.* Caſus rectus היא attrahitur ad obliquum, per Affixum ה, quod anteceſſit.

44. ויבוא: Lege ויבאו, *& venerunt*; ſic videntur legere omnes Veteres, quorum nemo tractat ויבוא, ut imperſonale.

45. ואנשים צדיקים, *& homines juſti.* Chaldæi *juſti* nominantur, quia veniunt, ut mulieres flagitioſas pœnis meritis afficiant, non jam ut eas pelliciant ad Idololatriam. Juſti, quia juſta judicia exerciturі. ...אותהם, Arabiſmus eſt; legendum אתהן, *illas.*

47. וברא: Lege, ובראו, *& diſcerpant*, quanquam nominativus eſt הקהל, quoniam anteceſſit רגמו, verbum plurale.

CAPUT XXIV.

Parabola ollæ, quam jubetur Ezechiel implere frustis carnium & subjectis flammis torrere, donec carnes absumantur, & ipsa olla liquetur & deleatur. Vetatur plangere mortuam uxorem, & denuntiat sic fore in Jerusalem...

1. *Anno nono, mense decimo,*
die mensis decimâ, fuit ad me ver-
bum Domini, hæc mandantis: 2. *Fi-*
lî hominis, scribe diligenter diem,
hunc ipsum diem; quippe hoc ipso
die appropinquaturus est ad Jerusalem
rex Babylonis. 3. *Expone etiam*
parabolam ad domum rebellem, &
dic eis: hæc dicit Dominator Domi-
nus; pone ollam, pone; deinde in-
funde aquam: 4. *Congere in eam*
frusta ejus, frusta optima quæque,
crus & armum, & quidquid opimum
ossibus adhæret. 5. *Hæc autem sumes*
de lectissimis ovibus; deinde suppone
struem ossium, frusta ejus elixa, ossa
etiam mediâ in ollâ concoquantur;
6. *Enimverò hæc dicit Dominator*
Dominus: væ civitati sanguinariæ,
ollæ, quæ rubiginem contraxit, quæ
detergi non potest; conjice unum post
alterum frusta ejus, nec sors in eâ
ducatur. 7. *Etenim sanguine respersa*
est, quem nudo in lapide reliquit, nec
effudit in terrram, ut eum pulvis
operiret. 8. *Ego igitur, quoniam*
accendit iram meam, ut eam ulcisce-
rer, curabo ut sanguis ejus nudâ in
petrâ relinquatur, nec operiatur.
9. *Propterea hæc dicit Dominator*
Dominus: væ sanguinariæ civitati;
ego enim pyram grandiorem sum fac-
turus. 10. *Injice plurima ligna;*

1. ויהי דבר יהוה אלי בשנה
התשיעית בחדש העשירי בעשור
לחדש לאמר : 2. בן אדם כתוב
לך את שם היום את עצם היום
הזה · סמך מלך בבל אל ירושלם
בעצם היום הזה : 3. ומשל אל
בית המרי · משל ואמרת אליהם ·
כה אמר אדני יהוה · שפת הסיר ·
שפת וגם יצק בו מים : 4. אסף
נתחיה אליה · כל נתח טוב ירך
וכתף · מבחר עצמים מלא : 5.
מבחר הצאן לקוח · וגם דור העצמים
תחתיה · רתח רתחיה · גם בשלו
עצמיה בתוכה : 6. לכן כה אמר
אדני יהוה · אוי עיר הדמים · סיר
אשר חלאתה בה · וחלאתה לא
יצאה ממנה · לנתחיה לנתחיה
הוציאה · לא נפל עליה גורל : 7.
כי דמה בתוכה היה · על צחיח סלע
שמתהו · לא שפכתהו על הארץ
לכסות עליו עפר : 8. להעלות חמה
לנקם נקם · נתתי את דמה על צחיח
סלע לבלתי הכסות : 9. לכן כה
אמר אדני יהוה · אוי עיר הדמים ·
גם אני אגדיל המדורה : 10. הרבה
העצים · הדלק האש · התם הבשר ·
והרקח המרקחה והעצמות יחרו :
11. והעמידה על גחליה רקה ·
למען תחם וחרה נחשתה ונתכה
בתוכה טמאתה תתם חלאתה :
12. תאנים הלאת ולא תצא ממנה ·
רבת חלאתה · באש חלאתה : 13.
בטמאתך זמה יען טהרתיך · ולא

excita ignem, consume carnem, re-
solve frusta ejus, & ossa comburantur.
11. *Relinque eam super prunas va-*
cuam, ut calescat, ut æs ejus inflam-
metur, ut sordes ejus in ipsâ colli-
quescant, & rubigo ejus consumatur.
12. *Penitus hæret rubigo, nec eam*
relinquet; rubigo ejus multa est; fœ-
tet rubigo ejus. 13. *Ego te, quia*
immunda eras, mundare statueram;
sed sordibus tuis non mundata es, nec
verò etiam unquam mundabere, donec
placavero super te furorem meum.
14. *Ego Dominus, nec erit sine re*
verbum meum; ego hæc faciam, nec
quiescam, nec parcam, nec misere-
bor; erunt qui te juxta vias tuas judi-
cent, & juxta opera tua, dicit Domi-
nator Dominus. 15. *Fuit autem ad*
me verbum Domini, hæc dicentis:
16. *Filî hominis; ego mox à te per*
plagam erepturus sum id, cujus as-
pectu delectaris; noli plangere, nec
flere, nec tuæ lacrymæ oboriantur.
17. *Compesce gemitus, nec ede*
planctum funebrem; indue ornatus
tuos, pone calceos in pedibus tuis;
noli vultum obnubere, ne comede pa-
nem lugentium. 18. *Ego autem hæc*
mane ad populum retuli, & vespere
uxor mea mortua est; postero mane
sic feci, ut mihi fuerat imperatum.
19. *Tum populus dixit mihi: indica*
nobis, quæso, quid hæc significent;
edissere nobis, quamobrem sic agas.
20. *Tum ego ad eos; fuit ad me,*
inquam, verbum Domini, hæc man-
dantis. 21. *Hæc loquere ad domum*
Israel: hæc dicit Dominator Domi-
nus; ego sanctuarium meum brevi
contaminabo, quo freti estis, cujus
aspectu delectamini, & cui parcitum
esse vultis; filii vestri ac filiæ vestræ, quas relinquetis, gladio peribunt.
22. *Et sicut feci, vos ita facturi estis; vultum vestrum non obnubetis, nec*
panem

טהרת מטמאתך · לא תטהרי עוד
עד הניחי את חמתי בך ׃ 14. אני
יהוה · דברתי באה ועשיתי · לא
אפרע ולא אחוס ולא אנחם · כדרכיך
וכעלילותיך שפטוך · נאם אדני יהוה׃
15. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
16. בן אדם הנני לקח ממך
את מחמד עיניך במגפה · ולא
תספד ולא תבכה ולוא תבוא
דמעתך ׃ 17. האנק דם · מתים
אבל לא תעשה · פארך חבוש עליך
ונעליך תשים ברגליך · ולא תעטה
על שפם · ולחם אנשים לא תאכל ׃
18. ואדבר אל העם בבקר · ותמת
אשתי בערב · ואעש בבקר כאשר
צויתי ׃ 19. ויאמרו אלי העם ·
הלא תגיד לנו מה אלה לנו כי
אתה עשה ׃ 20. ואמר אליהם ·
דבר יהוה היה אלי לאמר ׃ 21.
אמר לבית ישראל · כה אמר אדני
יהוה · הנני מחלל את מקדשי גאון
עזכם מחמד עיניכם ומחמל נפשכם ·
ובניכם ובנותיכם אשר עזבתם
בחרב יפלו ׃ 22. ועשיתם כאשר
עשיתי · על שפם לא תעטו · ולחם
אנשים לא תאכלו ׃ 23. ופארכם
על ראשיכם ונעליכם ברגליכם ·
לא תספדו ולא תבכו · ונמקתם
בעונתיכם ונהמתם איש אל אחיו ׃
24. והיה יחזקאל לכם למופת ·
ככל אשר עשה תעשו בבאה ·
וידעתם כי אני אדני יהוה ׃ 25.
ואתה בן אדם הלוא ביום קחתי
מהם את מעזם משוש תפארתם
את מחמד עיניהם ואת משא נפשם
בניהם ובנותיהם ׃ 26. ביום ההוא
יבוא הפליט אליך להשמעות
אזנים ׃ 27. ביום ההוא יפתח
פיך את הפליט · ותדבר ולא תאלם
עוד · והיית להם למופת · וידעו כי
אני יהוה ׃

panem lugentium edetis. 23. *Ornatus veſtri erunt ſuper capita veſtra; calceos habebitis in pedibus veſtris; non plangetis, nec lacrymabimini; contabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & alter ad alterum ingemiſcetis.* 24. *Eritque apud vos Ezechiel in portentum; ut fecit, ita facietis, cùm hæc evenerint; cognoſcetiſque me eſſe Dominum Dominatorem.* 25. *Futurum eſt autem, fili hominis, ut, cùm ego abſtulero ab eis id, quo freti erant, quo gaudent & gloriantur, & in cujus aſpectu acquieſcebant oculi eorum, & filios ſuos ac filias, in quibus ſpem poſuerant;* 26. *Illi, eodem tempore, qui ſuperſtites erunt, ad te veniant, hæc in auribus tuis narraturi.* 27. *Tum igitur aperietur os tuum ad iſtas reliquias; loquêris, nec adhuc mutus eris; eriſque eis in portentum & cognoſcent me eſſe Dominum.*

---

4. מבחר עצמים מלא: Verbum de verbo, *delectum oſſium plenum.* Ideò *oſſium*, non *carnium*, quia carnes nominantur ab oſſibus, quibus adhærent, quoniam ſecundùm oſſa exſecantur; ideò *plenum*, ut ſignificetur, oſſa non eſſe amputanda, & tota membra cum oſſibus ſuis totis in ollam eſſe conjicienda.

6. הוציאה, *educ*, ſive *affer eam*, לנתחיה לנתחיה, *per ſingula membra.*, ut omnia membrà in ollam conjiciantur; non autem, *ejice eam*, ut Vulgatus. Nam in hâc parabolâ membra victimæ non ejiciuntur ex ollâ, ſed omnia in eâ elixantur & conſumuntur, ut docet verſus 5.

10. הרקח המרקחה: Syrus, ורתח רתחא, *& efferveſcat fervor*, forſan legens הרתח המרתחה; quæ ſcriptio non contemnenda. Tamen rectè hoc loco Radix רקח, *componere* (*pigmenta*,) quia ſimilis fit olla fervens, vaſi pigmentorum ſuper prunas bullienti.

11. גחליה, *prunas ejus.* Malè *ejus* (*ollæ.*) Nam anteà ſuppoſita fuerunt ollæ *oſſa*, non prunæ; & poſtquàm oſſa conſumpta ſunt, jubetur Propheta, in locum oſſium, ſupponere *prunas*, גחלים; atque ita legunt Veteres; non גחליה.

12. תאנים הלאת: Hæc verba interpretationem habere non poſſunt. Itaque hæc omittunt Græci Intt. cæteri divinant. Lego חלאת, *rubigo*, poſt תאנים, in Codice Orat 42. Et *rubiginem* hîc tangi, monet membrum poſterius, ubi redintegratur eadem ſententia. Pro תאנים, legendum videtur מארת, pungens, ſive *pœnitus inhærens*, ut id reſpondeat paribus verbis, רבת חלאתה, *multa eſt rubigo ejus.* ...באש חלאתה, *putor rubigo ejus*, ſive *putet*, vel *fœtet*; ita ferè Græci Intt. καταισχυνθήσεται, *confundetur.* Vulgatus, *neque per ignem.* Sed hæc ſententia ſuperioribus rebus adverſatur, ubi dictum eſt, ollæ rubiginem igne eſſe delendam, & proptereà ollam poni vacuam ſuper ardentes prunas, ut rubigo conſumatur.

13. בטמאתך זמה: Neque hæc explicant Veteres. Sententia & ſeries fiet perſpicua, ſi leges זמתי, pro זמה, *ſuper immunditiâ tuâ cogitavi* (*ut mundarem te*) dum te ſimilem feci ollæ plenæ carnium, ut tui cives in urbe tanquam in ollâ conſumerentur. Sed *neque ſic mundata es, nec mundabere donec ſatisfàciam iræ meæ*, hoc eſt, donec te vacuam ponam ſuper prunas, ut tua rubigo tecum pereat.

19. מה אלה לנו: Circulum ponit Codex Orat. 42. inter אלה & לנו, quo ſigno ſignificari ſolet, aliquid fuiſſe omiſſum. Nempe omiſſum fuit הגיד, *indica*, quod reſpondet alteri verbo תגיד, quod eſt in priori parte interrogationis. Itaque oratio diſtinguenda eſt puncto minori poſt אלה, ut ſequatur, הגיד לנו, *indica nobis*... deinde pro כי, legendum, מה, *quid*, ut membro priori.

26. להשמעות אזנים, *ad auditum aurium.* Legendum, אזניך, *aurium tuarum.* Non omittunt Affixum Veteres; atque id depoſcit ſeries; neque enim id ſatis ſuppletur per עליך, *ad te*; quod pertinet ad *venient.*

CAPUT XXV.

Filii Ammon, quia de populi Dei ruinâ lætati ſunt, prædæ erunt filiis Orientis. Similis erit ſors Moab, Edom & Philiſtiim, quia ſimiliter oderunt populum Dei.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini hæc mandantis. 2. *Filî homi-*
nis, converte vultum tuum ad filios
Ammon, & vaticinare contra eos.
3. *Hæc autem dices filiis Ammon;*
audite verbum Domini Dominatoris.
Hæc dicit Dominator Dominus;
quia dixiſti, euge, adversùs ſanctua-
rium meum, cùm polluebatur, &
adversùs terram Iſrael, cùm vaſta-
batur, & adversùs domum Juda, cùm
captiva ducebatur; 4. *Ideò ego tra-*
dam te filiis Orientis in hæreditatem,
qui ponent apud te caſtella ſua, &
tentoria ſua in te collocabunt; qui
edent fructus tuos, & lac tuum bibent.
5. *Et faciam Rabbath paſcuum ca-*
melorum, filios Ammon cubile ovium,
& cognoſcetis me eſſe Dominum.
6. *Hæc enim dicit Dominator Do-*
minus: quia tu plauſiſti manu, &
pedem ſupploſiſti, lætans de terrâ Iſ-
rael, ruinæque ejus inſultans;
7. *Ideò extendam contra te manum*
meam, tradamque te gentibus ad præ-
dam; delebo te de numero populorum,
& auferam te de terris; exſcindam
te, & cognoſces me eſſe Dominum,
8. *Hæc dicit Dominator Dominus;*
quia dixerunt Moab & Seir: en do-
mus Juda ſic evaſit, ut cæteræ gentes;
9. *Ego aperiam humerum Moab,*
civitates denudans in finibus ejus;
regio pulcherrima Bethieſimoth,

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם שים פניך אל בני עמון
והנבא עליהם : 3. ואמרת לבני
עמון · שמעו דבר אדני יהוה · כה
אמר אדני יהוה · יען אמרך האח אל
מקדשי כי נחל ואל אדמת ישראל
כי נשמה ואל בית יהודה כי הלכו
בגולה : 4. לכן הנני נתנך לבני
קדם למורשה · וישבו טירותיהם
בך · ונתנו בך משכניהם · המה
יאכלו פריך והמה ישתו חלבך : 5.
ונתתי את רבה לנוה גמלים ואת
בני עמון למרבץ צאן · וידעתם כי
אני יהוה : 6. כי כה אמר אדני
יהוה · יען מחאך יד ורקעך ברגל
ותשמח בכל שאטך בנפש אל
אדמת ישראל : 7. לכן הנני
נטיתי את ידי עליך · ונתתיך לבג
לגוים · והכרתיך מן העמים
והאבדתיך מן הארצות · אשמידך
וידעת כי אני יהוה :
8. כה אמר אדני יהוה · יען
אמר מואב ושעיר · הנה ככל הגוים
בית יהודה : 9. לכן הנני פתח
את כתף מואב מהערים מעריו
מקצהו צבי ארץ בית הישימות
בעל מעון וקריתמה : 10. לבני
קדם על בני עמון ונתתיה למורשה ·
למען לא תזכר בני עמון בגוים :
11. ובמואב אעשה שפטים · וידעו
כי אני יהוה :
12. כה אמר אדני יהוה · יען
עשות אדום בנקם נקם לבית
יהודה · ויאשמו אשום ונקמו בהם :

13. לכן כה אמר אדני יהוה ׃
ונטיתי ידי על אדום והכרתי ממנה
אדם ובהמה ונתתיה חרבה ׃ מתימן
ודדנה בחרב יפלו ׃ 14. ונתתי
את נקמתי באדם ביד עמי ישראל ׃
ועשו באדום כאפי וכחמתי ׃ וידעו
את נקמתי ׃ נאם אדני יהוה ׃
15. כה אמר אדני יהוה ׃ יען
עשות פלשתים בנקמה ׃ וינקמו
נקם בשאט בנפש למשחית איבת
עולם ׃ 16. לכן כה אמר אדני
יהוה ׃ הנני נוטה ידי על פלשתים ׃
והכרתי את כרתים ׃ והאבדתי את
שארית חוף הים ׃ 17. ועשיתי
בם נקמות גדלות בתוכחות חמה ׃
וידעו כי אני יהוה בתתי את נקמתי
בם ׃

Beelmeon & Cariathaim, 10. *Simul cum filiis Ammon tradetur à me filiis Orientis in hæreditatem, ut pereat apud gentes memoria filiorum Ammon;* 11. *Utque ego in Moab judicia exerceam, meque esse Dominum cognoscant.* 12. *Hæc dicit Dominator Dominus; quia Edom irâ exarsit in domum Juda, atque eos per scelus ultus est.* 13. *Ideò hæc dicit Dominator Dominus: ego extendam contra Edom manum meam, delens in eâ & homines & jumenta, & tradam eam devastationi; inde ab Theman usque ad Dedan gladio peribunt.* 14. *Ego enim ulciscar Edom, per manum populi mei Israel; qui juxta iram meam & furorem meum Edom tractabunt, ut cognoscant, meam hanc esse ultionem, dicit Dominator Dominus.* 15. *Hæc dicit Dominator Dominus; quia Philistæi irâ exarserunt, seque per contemptum & per vetera odia ulti sunt, ut perniciem afferrent.* 16. *Ideò hæc dicit Dominator Dominus; ego extendam manum meam contra Philistæos; ego interficiam interfectores, & reliquias oræ maritimæ disperdam.* 17. *Ego sumam de illis ultiones magnas, in furore arguens, & cognoscent me esse Dominum, cùm ego sumpsero de illis vindictam meam.*

---

6. בכל שאטך: Veteres, alii omittunt hæc verba, alii non expediunt. Verbum שאט non alibi reperitur, quàm apud Ezechielem. Castalio *petulantiâ*, cui manum dat Edm. Castellus. Nos, *ruinæ insultans*, in eandem sententiam. Sed בנפש meliùs legeretur proximè post ותשמח, *& lætata es;* nam præposterè venit post שאטך, quod habet Affixum, cùm ipsum sit sine Affixo; nisi fortè additur Affixum, ut sit בנפשך.

7. ונתתיך לבג, *& dabo te in prædam.* Ita omnes Veteres, qui quidem legunt לבז, ut & legendum; nam בג vocabulum est Chaldaicum, non Hebraicum, atque id significat *cibum mensæ* propriè, non autem translatè *prædam.* Vide cap. inferiore, v. 5. ubi etiam legitur לבז לגוים, *in prædam gentibus.*

9. מהערים מעריו, *ab urbibus, ab urbibus ejus.* Est omnino inutilis hæc iteratio; atque haud scio, an usquam reperiatur iteratio verbi ejusdem facta nullam aliam ob causam, quàm ut addatur Affixum verbo, quod anteà fuerit sine Affixo positum. מהערים mendosè scriptum fuit pro להערים, *nudando*, vel *nudans*, מעריו, *de civitatibus ejus*, sive partem ejus civitatum, nempe eas, quas obvias habebunt filii Orientis, cùm venient Moabitidem terram vastaturi. Anteà legitur, *aperiam humerum Moab;* nunc autem, *denudans*, sententiâ parallelâ; nam *humerus Moab* nihil aliud notat, quàm urbes sitas in finibus Moab.

10. לבני קדם, *filiis Orientis;* tollenda interpunctio major ante hæc verba, nam continuatur series incœpta versu 9. hoc modo: צבי ארץ, *gloria terræ*, נתתיה ...לבני קדם, *filiis Orientis... tradidi eam;* נתתיה, sine nexu ו, qui impedit cursum orationis, & quem non legunt Græci Intt. Urbes, quæ nominantur post *gloriam terræ*, sunt per Appositionem adjunctæ ad *gloriam.*

12. & 13. בנקם נקם: Verbum è verbo, *irascendo irâ*, ex Arab. significatu, *iratus fuit;* quem significatum usurpare non semel necesse habuimus. *Ultio* notatur in ultimis verbis, ונקמו בהם, *& ulti sunt eos.* ...אשום: Lege אשם, sine ו, *peccatum*, ut fert Codex Orat. 42. Si אשום esset Gerundium, *delinquendo*, antecederet verbum id Gerundium, non id sequeretur. ...מתימן ודדנה, *ab Theman ad Dedan*, quæ duæ urbes sunt in Arabiâ Petræâ, per quam *filii Orientis* adventuri erant; nam in hâc Arabiâ pars erat Idumeæ.

℣4. & 15. בארם : Omnes mei Codices, באדום, *in Edom*. ...איבת עולם, *odio æterno*. Legendum באיבת ; nam באיבת respondet pari verbo, בשאט, *contemptu*. Nisi præpositio addetur, nescietur quo casu sit איבת.

CAPUT XXVI.

Tyrus, quia de ruinâ Jerusalem lætata est, diruetur ; veniet contra eam Nabuchodonosor, à quo expugnabitur ; fiet deserta, nec instaurabitur.

1. *Anno undecimo, mense primo,*
die mensis primâ, fuit ad me verbum
Domini, hæc dicentis: 2. *Filî ho-*
minis, quia Tyrus de Jerusalem di-
xit: euge, fracta est; commercium
populorum ad me transfertur; quæ
plena erat civibus, deserta facta est.
3. *Propterea hæc dicit Dominator*
Dominus. Ego adero ad te, Tyre;
ego inundabo te gentibus multis, quo-
modò inundat mare fluctuans. 4. *Mœ-*
nia Tyri destruentur, diruentur turres
ejus; ego everram ex eâ pulverem,
& in rupem aridam redigam eam.
5. *Fiet locus sagenarum, quæ in me-*
dio mari panduntur. Ego enim sum
qui hæc loquor, dicit Dominator
Dominus; hæc præda fiet gentium.
6. *Filiæ ejus, quæcunque in agris*
sunt, gladio interficientur, & cognos-
cent, me esse Dominum. 7. *Hæc*
enim dicit Dominator Dominus;
ego ad Tyrum de aquilone adducam
Nabuchodonosor, regem Babylonis,
regem regum, cum equis & curribus
& equitibus; cum multis hominum ca-
tervis; 8. *Qui filias tuas in agro inter-*
ficiet, qui exstruet adversùm te mu-
nitiones, ducet ad te aggerem &
eriget contra te lanceas: 9. *Vibrabit*
arietem contra muros tuos, & turres
tuas ferro subruet. 10. *Præ multitu-*

1. ויהי בעשתי עשרה שנה
באחד לחדש היה דבר יהוה אלי
לאמר : 2. בן אדם יען אשר
אמרה צר על ירושלם · האח
נשברה · דלתות העמים נסבה אלי ·
אמלאה החרבה : 3. לכן כה אמר
אדני יהוה · הנני עליך צר · והעליתי
עליך גוים רבים כהעלות הים
לגליו : 4. ושחתו חומות צר
והרסו מגדליה וסחיתי עפרה ממנה ·
ונתתי אותה לצחיח סלע : 5.
משטח חרמים תהיה בתוך הים · כי
אני דברתי · נאם אדני יהוה · והיתה
לבז לגוים : 6. ובנותיה אשר
בשדה בחרב תהרגנה · וידעו כי
אני יהוה :
7. כי כה אמר אדני יהוה · הנני
מביא אל צר נבוכדראצר מלך בבל
מצפון מלך מלכים בסוס וברכב
ובפרשים וקהל ועם רב : 8.
בנותיך בשדה בחרב יהרג · ונתן
עליך דיק ושפך עליך סללה והקים
עליך צנה : 9. ומחי קבלו יתן
בחמותיך · ומגדלתיך יתץ בחרבותיו :
10. משפעת סוסיו יכסך אבקם ·
מקול פרש וגלגל ורכב תרעשנה
חומותיך בבואו בשעריך כמבואי
עיר מבקעה : 11. בפרסות סוסיו
ירמס את כל חוצותיך · עמך בחרב
יהרג · ומצבות עזך לארץ תרד :
12. ושללו חילך ובזזו רכלתך והרסו
חומותיך ובתי חמדתך יתצו · ואבניך
ועציך

dine equitatûs ejus operiet te pulvis
eorum ; quatientur muri tui ſonitu
equitum, rotarumque & curruum; cùm
ita ſubibit portas tuas , ut in urbem
intratur , ruptis mœnibus. 11. *Om-*
nes vici tui calcabuntur ab ungulis
equorum ejus ; trucidabitur enſe popu-
lus tuus , & caſtella , quibus freta
eras, ſolo æquabuntur. 12. *Diripient*
opes tuas, tuaſque merces prædæ ha-
bebunt ; mœnia tua evertent ; ædes
tuas amœnas diruent , projicientque
in medias aquas lapides tuos & ligna
tua & pulverem tuum. 13. *Finemque*
imponam harmoniæ canticorum tuo-
rum , nec cithararum tuarum ſonus
ampliùs audietur. 14. *Ego reddam*
te , ut limpidam petram ; fies locus
ad expandendas ſagenas , neque ad-
huc ædificaberis ; ego enim ſum , qui
hæc loquor , dicit Dominator Domi-
nus. 15. *Hæc dicit Dominator Do-*
minus ad Tyrum : contremuêre inſulæ
ad ſonitum ruinæ tuæ , ad gemitus
interfectorum , ad internecionem , quæ
apud te graſſata eſt. 16. *Soliis ex*
ſuis deſcenderunt cuncti maritimi du-
ces ; exuerunt ſe ſe palliis ſuis, abjece-
runt veſtes acu-pictas ; induit eos tre-
mor. Sedent humi , attoniti ſunt ad
ſingula momenta , & in te ſtupent.
17. *En edunt ſuper te hanc lamenta-*
tionem , & de te dicunt ; quomodò periit, quæ jam dudum habitabatur , civitas
celebrata laudibus , quæ ſe mari tuebatur , cujuſque cives terrorem ſuum incuſ-
ſerant omnibus , qui habitant terram. 18. *Nunc pavent in ruinâ tuâ populi ;*
nunc maritimæ inſulæ ad exitum tuum conturbantur. 19. *Hæc enim dicit*
Dominator Dominus : ego reddam te urbem deſertam , velut urbes , quæ non
habitantur ; nam erigam adversùm te aquarum molem , & undæ te multæ
cooperient. 20. *Ego te deturbabo ad eos , qui ad inferos deſcenderunt , ad*
populum antiquum , & ſedem tuam ponam in terræ ſedibus imis , in veteri-
bus maceriis , cum iis , qui in lacum deſcenderunt , ut ne ampliùs habiteris ,
neque conſiſtas in terrâ viventium. 21. *Redigam te ad nihilum , neque eris*
ampliùs ; te quærent homines , nec te unquam reperient , dicit Dominator
Dominus.

ועציך ועפרך בתוך מים ישימו ׃
13. והשבתי המון שיריך • וקול
כנוריך לא ישמע עוד ׃ 14. ונתתיך
לצחיח סלע • משטח חרמים תהיה •
לא תבנה עוד • כי אני יהוה דברתי •
נאם אדני יהוה ׃
15. כה אמר אדני יהוה לצור •
הלא מקול מפלתך באנק חלל
בהרג הרג בתוכך ירעשו האיים ׃
16. וירדו מעל כסאותם כל נשיאי
הים • והסירו את מעיליהם • ואת
בגדי רקמתם יפשטו • חרדות
ילבשו • על הארץ ישבו וחרדו
לרגעים ושממו עליך ׃ 17. ונשאו
עליך קינה ואמרו לך • איך אבדת
נושבת מימים • העיר ההללה אשר
היתה חזקה בים היא וישביה אשר
נתנו חתיתם לכל יושביה ׃ 18.
עתה יחרדו האין יום מפלתך •
ונבהלו האיים אשר בים מצאתך ׃
19. כי כה אמר אדני יהוה •
בתתי אתך עיר נחרבת כערים
אשר לא נושבו • בהעלות עליך
את תהום וכסוך המים הרבים ׃
20. והורדתיך את יורדי בור אל
עם עולם • והושבתיך בארץ תחתיות
בחרבות מעולם את יורדי בור •
למען לא תשבי ונתתי צבי בארץ
חיים ׃ 21. בלהות אתנך ואינך •
ותבקשי ולא תמצאי עוד לעולם •
נאם אדני יהוה ׃

1. באחד לחדש , *die primâ menſis ;* cujus ? Id quærit Lector ; neque enim notaret Ezechiel diem menſis , niſi notaſſet menſem. In Codice Alex. poſt *μηνὸς* , *menſis* , additur *τȣ̃ πρώτȣ* , *primi ;* ex quo colligi poteſt Græcos legiſſe , באחד · באחד לחדש , *primo* , *primâ menſis.* Etenim Ezechiel ſolet , menſibus notandis , omittere nomen בחדש , *menſe* , poſito numero , quo docet *quoto menſe...* Vide cap. 20. verſu 1. Omiſſum fuit unum באחד , prope alterum , quo errore Scribarum nihil frequentius in Codicibus hodiernis.

2. דלתות העמים , *portæ populorum.* Lege רכלות העמים , *commercium populorum* , ut cap. 27. v. 3. ut deinde convertas נסבה אלי , *converſum eſt ad me ;* hoc eſt , Jeruſalem non intercipiet merces , quæ ex Arabiâ , & ex Oriente advehuntur , ut eaſdem mihi vendat cariùs. Fruſtrà Interpretes explicare tentant mendum דלתות , *portæ ;* atque illud Vulgatus non explicat ſine ſolecisſmo , cùm interpretatur , *fractæ ſunt portæ populorum* , cùm נשברה ſit numeri ſingularis , דלתות , pluralis. Præthereà urbes nominantur quidem ſæpe שערים , *portæ* , ſed nunquam דלתות , *valvæ ;* denique nunquam Jeruſalem nominatur in Sacro Codice, *portæ populorum ;* ne *portæ* quidem *Iſrael.* ...אמלאה : Lege המלאה , ut Græci Intt. *ἡ πλήρης* , *quæ plena erat* , ut ſequatur החרבה , *deſerta eſt.* Ita etiam legebat Chaldæus , quem vide.

9. מחי קבלו : Nos , *arietem* , ex ſententiâ ; neque enim hactenùs explicatum eſt , quodnam genus tormenti bellici eſſet id מחי קבלו , vel קבל , ſine Affixo. Inventor potuit eſſe arietis rex Ozias , ut fuiſſe creditur catapultæ. Iſtæ machinæ bellicæ ſunt multò antiquiores regno Chaldæorum , qui Jeroſolymam expugnârunt.

13. המון שיריך , *harmoniam canticorum tuorum :* vide ſuprà ad cap. 23. v. 42. Vulgatus המון , *multitudinem ;* ſed parallelum eſt *τὸ* המון *τῷ* קול , *ſonitui* , ut planum ſit non tangi *multitudinem ;* prætereà המון , *multitudo* eſt , de perſonis dictum , non de rebus.

17. נושבת מימים , *quæ habitaris à diebus* , hoc eſt , *à longo tempore.* Verbum נושבת eſt *Niphal* , quomodò נושבו , verſu 19. Itaque non ſatis fideliter Vulgatus , *quæ habitas in mari* , nec מימים , ſignificat *in mari.* ...יושביה : Neſcitur ad quid pertineat Affixum ה femininum ; itaque hoc vocabulum evitant Veteres , quos vide in Polyglottis. Credimus ſcriptum fuiſſe , היבשה , *aridæ* , ſive *terræ* , in oppoſitione cum *mari*, quod antecedit. In eam ſententiam Syrus convertit, *qui habitant terram.*

18. יחרדו האין יום מפלתך : Arias , *pavebunt inſulæ* , *die ruinæ tuæ.* Habet etiam Buxtorfius *inſulæ* , quaſi האין eſſet האיין , Chald. formæ , pro Hebraicâ האיים. Sed 1°. non in loco forma hæc Chaldaica , ubi ſequitur altero in membro האיים , Hebraica. 2°. Idem verbum non poteſt eſſe ſibi ipſi parallelum ; ut conſtet aliud olim ſcriptum fuiſſe , quàm האין , vel האיין. Neque verò etiam ſcriptum fuerat יום , *die ;* nihil enim habet יום , quod ſibi ſit parallelum. Omnino ita ſcriptum fuerat , יחרדו האמים ממפלתך , *tremunt populi de ruinâ tuâ* ; in quâ ſcripturâ , parallela verba ſunt האמים & האיים , quomodò ממפלתך & מצאתך , *de exitu tuo*, ſive *egreſſione.* Nam Tyrii urbem ſuam , jam jam capiendam , deſeruêre , & navibus fugêre.

19. בתתי : Omninò , ונתתי , *& dabo* , ut legere videtur Arabs , qui ואגעלך , *& faciam te.* Continuatur in verbo , והורדתיך , v. 20. *& deturbabo te* , eadem ſeries , quæ initium habuit in verbo ונתתי ; quæ ſeries nulla erit , ſi leges בתתי in Gerundio ; vide & attende.

20. ונתתי צבי : Omnes interpretantur , *& dabo* , in primâ perſonâ , quanquam nulla exſurgit bona ſententia. Eſſet potiùs convertendum , *nec dabis gloriam* , extrito י verbi נתתי , cum לא *ἀπὸ κοινȣ̃* uſurpato. Sed *dare gloriam* , pro *in gloriâ eſſe* , omninò novum & inſuetum. Veram ſcripturam habuêre Græci Intt. qui , cùm interpretentur , *μηδὲ ἀναςῇς* , *nec reſurgas* , oſtendunt ſe legere , ותתיצבי , *nec ſtabis* (*in terrâ viventium.*) Hoc eſt , nulla eris deinceps in orbe terrarum ; ſic ſæpe *terra viventium* oppoſita eſt inferis , ſeu ei loco , in quo mortui degunt. Nunquam inſtaurata fuit Tyrus antiqua , quæ erat ſita in littore maris ; urbem novam Tyrii poſteà condidêre in inſulâ vicinâ littori , ut omnes nôrunt.

CAPUT XXVII.

Vaticinatio ad Tyrum. Canticum lugubre de ejus ruinâ. Quæ multos populos habebat ſtipendiarios, & dives erat per mercaturas ſuas, nudabitur & opibus ſuis & armis, & in medium mare ducetur, præda futura ventis & tempeſtatibus.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc mandantis; 2. *Filî hominis, ede*
in Tyrum lamentationem. 3. *Hæc*
autem Tyro dices, quæ ſedem habet
in finibus maris, quæ per inſulas mul-
tas commercio jungit populos; hæc
dicit Dominator Dominus: Tyre,
tu dicis, ego ſum eximiæ pulchritudi-
nis. 4. *Fines tui, uſque ad medium*
mare pertinent; filii te tui formoſam
fecerunt. 5. *Illi de abietibus Sanir*
cuncta tua tabulata ſtruxerunt; cedrum
de Libano tulerunt, ut facerent tibi
malum. 6. *De alnis Baſan tuos re-*
mos fecerunt; tranſtra tua ebore fabri-
cati ſunt incluſo buxis, de inſulis
Cetim. 7. *Vela tua ſunt byſſo Ægyp-*
tiacæ texturæ, quam adhibes ad
vexillum tuum; habes pro amictu
hyacinthum & purpuram de inſulis
Eliſæis. 8. *Remiges tui ſunt habita-*
tores Sidon & Arad. Si qui ſunt apud
te ſapientes, illi tui ſunt, Tyre, gu-
bernatores. 9. *Sunt in te ſenes Gibla*
ejusque periti artifices, ut operæ tua
reſarciant; tuæ ſunt cunctæ naves
maris nautæque earum, ut commercia
tua exerceant. 10. *Habes in tuo exer-*
citu Perſas, Lydios & Libyes, qui
tua bella gerunt, clypeum & galeam
ſuſpendunt ad muros tuos, tibique
addunt decorem. 11. *Filii Arad cum*
tuis copiis ambiunt muros tuos; ſunt

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. ואתה בן אדם שא על צר קינה :
3. ואמרת לצור · הישבתי על
מבואת ים · רכלת העמים אל איים
רבים · כה אמר אדני יהוה · צור
את אמרת אני כלילת יפי : 4.
בלב ימים גבוליך בניך כללו יפיך :
5. ברושים משניר בנו לך את
כל לחתים · ארז מלבנון לקחו
לעשות תרן עליך : 6. אלונים
מבשן עשו משוטיך · קרשך עשו
שן בת אשרים מאיי כתים : 7.
שש ברקמה ממצרים היה מפרשך
להיות לך לנס · תכלת וארגמן
מאיי אלישה היה מכסך : 8. ישבי
צידון וארוד היו שטים לך · חכמיך
צור היו בך המה חבליך : 9. זקני
גבל וחכמיה היו בך מחזיקי בדקך ·
כל אניות הים ומלחיהם היו בך
לערב מערבך : 10. פרס ולוד
ופוט היו בחילך אנשי מלחמתך
מגן וכובע תלו בך · המה נתנו
הדרך : 11. בני ארוד וחילך על
חומותיך סביב וגמדים במגדלותיך
היו · שלטיהם תלו על חומותיך
סביב · המה כללו יפיך : 12.
תרשיש סחרתך מרב כל הון · בכסף
ברזל בדיל ועופרת נתנו עזבוניך :
13. יון תובל ומשך המה רכליך ·
בנפש אדם וכלי נחשת נתנו
מערבך : 14. מבית תוגרמה
סוסים ופרשים ופרדים נתנו
עזבוניך : 15. בני דדן רכליך ·

in turribus tuis Guimedæi, qui suspendunt ad mœnia tua pharetras, & tuam pulchritudinem absolvunt.
12. *Tharsenses, socii mercaturæ tuæ omni opum genere, afferunt ad nundinas tuas argentum, ferrum, stannum & plumbum.* 13. *Græcia, Thubal & Mosoch, socii tuæ mercaturæ, conferunt ad nundinas tuas mancipia & vasa ænea.* 14. *De familiâ Thogorma ducuntur ad nundinas tuas equi & equites & muli.* 15. *Filii Dedan socii sunt tuæ mercaturæ; habes ad manum tuam plurimas insulas, quæ tecum negotiantur, quæque tibi afferunt, pro mutuâ mercede, cornua eburnea & Ebenum.* 16. *Syria, commercii tui comes, pro fabricis tuis multis, defert ad nundinas tuas carbunculum, purpuram, acu-picta & linum & corallium & jaspidem.*
17. *Juda & terra Israel tecum etiam negotiantur, suppeditantque ad commercium tuum frumenta, stacten, balsamum, mel, oleum & resinam.*
18. *Damascus tecum negotiatur propter fabricas tuas multas, ex omni genere opum, per vinum Chelbon & lanam splendidam.* 19. *Dan & Javan de Uzal conferunt in nundinas tuas ferrum fabrefactum, & de eo per casiam & calamum negotiaris.* 20. *Dedan comes est tuæ mercaturæ tapetibus variis ad sedendum.* 21 *Arabs & omnes principes Cedar, illi etiam mercatores sunt ad manum tuam agnorum, arietum & hædorum, pro mercaturis tuis.*
22. *Negotiatores Saba & Reema tuæ sunt etiam mercaturæ, omni genere aromatum excellentium lapidumque pretiosorum, & auro supplent nundinas tuas.* 23. *Haran & Calane & Eden, mercatores etiam Seba, Assur & Chalmad tecum commercia exer-*

איים רבים סחרת ידך · קרנות שן
והובנים השיבו אשכרך : 16.
ארם סחרתך מרב מעשיך בנפך
ארגמן ורקמה ובוץ וראמות וכדכד
נתנו בעזבוניך : 17. יהודה וארץ
ישראל המה רכליך · בחטי מנית
ופנג ודבש ושמן וצרי נתנו מערבך :
18. דמשק סחרתך ברב מעשיך
מרב כל הון ביין חלבון וצמר צחר :
19. ודן ויון מאוזל בעזבוניך נתנו
ברזל עשות · קדה וקנה במערבך
היה : 20. דדן רכלתך בבגדי
חפש לרכבה : 21. ערב וכל
נשיאי קדר המה סחרי ידך · בכרים
ואילים ועתודים בם סחריך : 22.
רכלי שבא ורעמה המה רכליך ·
בראש כל בשם ובכל אבן יקרה
וזהב נתנו עזבוניך : 23. חרן וכנה
ועדן רכלי שבא אשור כלמד
רכלתך : 24. המה רכליך
במכללים בגלומי תכלת ורקמה
ובגנזי ברומים בחבלים חבשים
וארזים במרכלתך : 25. אניות
תרשיש שרותיך מערבך · ותמלאי
ותכבדי מאד בלב ימים : 26.
במים רבים הביאוך השטים אתך ·
רוח הקדים שברך בלב ימים : 27.
הונך ועזבוניך מערבך מלחיך וחבליך
מחזיקי בדקך וערבי מערבך וכל
אנשי מלחמתך אשר בך ובכל
קהלך אשר בתוכך יפלו בלב ימים
ביום מפלתך : 28. לקול זעקת
חבליך ירעשו מגרשות : 29. וירדו
מאניותיהם כל תפשי משוט מלחים
כל חבלי הים · אל הארץ יעמדו :
30. והשמיעו עליך בקולם ויזעקו
מרה · ויעלו עפר על ראשיהם ·
באפר יתפלשו : 31. והקריחו
אליך קרחה וחגרו שקים · ובכו
אליך במר נפש מספד מר : 32.
ונשאו אליך בניהם קינה וקוננו
עליך · מי כצור כדמה בתוך הים :
33. בצאת עזבוניך מימים השבעת
עמים רבים · ברב הוניך ומערביך
העשרת

העשרת מלכי ארץ : .34 עת
נשברת מימים במעמקי מים ·
מערבך וכל קהלך בתוכך נפלו :
.35 כל ישבי האיים שממו עליך ·
ומלכיהם שערו שער · רעמו פנים :
.36 סחרים בעמים שרקו עליך ·
בלהות היית ואינך עד עולם :

cent. 24. *Illi tui negotiatores ſunt*
pretioſis veſtibus, pannis hyacinthinis
& acu-pictis, capſis pretioſis & fune
religatis, tuque cum eis per cedros
negotiaris. 25. *Naves Tharſis, prop-*
ter commercia tua tibi ſerviunt; tu
per maria, valdè glorioſa. 26. *Ad-*
ducent te in multas aquas qui te ſpo-
liaverint, teque ventus vehemens in medio mari conquaſſabit. 27. *Et quo die con-*
cides, eodem cadent in medio mari opes tuæ, nundinæ tuæ ac merces, tui nautæ
ac gubernatores, tuorum operum refectores, tuæ mercaturæ inſtitores, omnes
denique viri tui bellatores, qui apud te ſunt, omniſque, quæ te implet, multi-
tudo. 28. *Ad ſonitum clamoris nautarum tuorum loca vicina concutientur.*
29. *Ex navibus ſuis deſcendent omnes qui remum tractabant; nautæ, omnes*
maritimi gubernatores, in terrâ conſiſtent. 30. *Clamores ſuper te mittent,*
edentque gemitus amaros; conſpergent pulvere capita ſua, ſeque in cinere
volutabunt. 31. *Calvitiem propter te adducent, ſaccos induent, & de te*
amarè flebunt, edentque planctus lugubres. 32. *Filii eorum edent ſuper te*
lamentationem, & de te ita deplorabunt. Quis fuerat per maria Tyro ſimilis?
33. *Tu populos multos, per mercium tuarum trans maria exportationem jam*
olim ſaturaſti; tu opibus tuis & commerciis locupletaſti multos reges.
34. *Nunc tu in mari, per medios gurgites, quaſſata es; cecidêre apud te*
mercaturæ tuæ & omnes tui homines. 35. *Obſtupuerunt de te omnes inſula-*
rum habitatores; reges eorum corripit horror, & conturbantur vultus eorum.
36. *Sibilant in te, qui apud populos negotiantur; tu ad nihilum redacta es,*
nec eris ampliùs.

---

2. & 3. צר : Legendum צור, *Tyrum*, ut verſu inferiore, ac alibi paſſim. ...הישבתי על מבואת ים, *quæ ſedes* (ſine ׳ in fine) *ad exitum maris.* Ita nominatur portus, & ora maritima.

4. בלב ימים גבוליך, *in corde maris fines tui*, ſive limites tui dominatûs. Vocabulum גבול, uſurpatur de terræ, non de urbis, limitibus; quod Interpretes ſi attendiſſent, non laboràſſent, ut explicarent, quomodò Tyrus antiqua, quæ hîc agitur, quæque ſita erat in littore maris, tamen diceretur eſſe *in corde maris*, quod ne de Tyro quidem novâ dici poſſet, quæ ſita erat, non *in corde*, ſed prope littus maris, freto breviſſimo interpoſito. Limites urbis Hebraicè vocantur מגרש, non גבול. Non rectè igitur Vulgatus, *& in corde maris ſita.*

6. אלונים מבשן, *alnos Baſan.* Ideò *alnos*, hoc loco, non quercus, quia alnus quercu multò levior. ...בת אשרים : Lege, uno verbo, בתאשורים, *in buxis*, ſive *buxo incluſa.* Caſtellus, nihil de mendo ſuſpicans, docet in verbo אשר, » ebur vocari *filiam greſſuum*, viz. » quod diù in terrâ defoſſum ſit. « Mirum profectò, quod pedibus calcatur, id vocari *filiam greſſuum.* » Allegat nos ad Plinium qui *id ſolum ebur eſſe dicit;* « ſed non docet Plinius advenire ebur de terrâ *Cetim;* idem docet de *Cetim* advehi *taxum.* Cæterùm rectè Maſora כתיים, pro כתים; etenim agitur *Macedonia*, quam Græci Intt. nominant Κετίειμ, quæque eſt buxorum ferax.

12. בכסף ברזל... נתנו עזבוניך : Verbum pro verbo, *argento, ferro... dederunt nundinas tuas.* Supplendum ב ἀπὸ κοινοῦ; & *dederunt*, ſic accipiendum, ut *fecerunt eſſe* (*nundinas tuas.*) Eadem compoſitio recurrit in ſeqq. verſibus.

16. בנפך, *carbunculo.* Circulus notatur ſuper ב in Codicibus, qui potiùs fuerat ponendus ſuper illud ב, quod habet בעזבוניך; nam ſuprà & infrà legitur עזבוניך, ſine præpoſitione, quæ, ſi relinquetur, non habebit caſum ſuum verbum נתנו, Activum.

17. בחטי מנית : Non aperiunt Interpretes, quid ſit מנית, quod ego non dubito, eſſe mendoſum, & derivatum ex antiquâ ſcriptione בחטים לוט, *frumento, ſtacte*, ut legunt Græci Intt. qui ponunt μύρων, *unguentorum*, quomodò alibi vertunt לוט : vide eos ad Iſaiam, *cap.* 25. *v.* 7.

Bbbbbb

Quidam exiſtimant, quoniam *Menith* locus eſt in Ammonitide regione, ſignificari *frumenta ex Menith.* Sed planum eſt, notari merces, quæ Judæâ ex ipsâ devehantur, & in Judæâ creſcant, ut ſunt *caſia* & *reſina.* Prætereà prorſus ignota ſunt in Sacris Codicibus *frumenta* illa *ex Menith.*

19. ברזל עשות, *ferrum fabrefactum*; quippe legendum עשויה, ſervato genere maſculino: deinde poſt עשויה leviter interpungendum.

21. בבם סחריך: Idem error Scribarum, qui verſu 6. in בת אשורים; etenim uno verbo legendum במסחריך, *pro mercaturis tuis.*

23. וכנה: Aſſentimur Grotio, ut legendum ſit וכלנה, *& Calane*; nam vicini loci ferè iidem ſunt hîc & *Gen. cap. 10.* ubi nominatur *Calane.*

26. השטים אתך, *qui remigant tecum*, vel *te agunt remis*, aut *tecum diſcurrunt.* Sed melior ſcriptura השסים אתך, *qui te ſpoliaverint*, quam habuit Chaldæus, qui ובזו יתיך, *& ſpoliabunt te.* Nam convenit prænuntiari, ſpoliatum iri navem, antequàm ventis tradatur.

28. מגרשות, *vicina loca*; nam id vocabulum notat non modò *ſuburbia* propriè dicta, ſed etiam agros urbium vicinos.

32. כצור כדמה: Lege כצור נדמה, *Tyro ſimilis eſt*, ut legunt Syrus & Chaldæus. Similem errorem anteà emendavimus.

33. מימים, *ex mari*; potiùs בימים, *in mari*, ut Græci Intt. ἐν θαλάσσῃ; nam ſequitur במעמקי, *in profundis*, cum præpoſitione ב parallelâ.

CAPUT XXVIII.

Vaticinatur adversùs principem Tyri, qui ſe Deum aliquem credit eſſe, cùm ſit homo. Ab extraneis morte afficietur. Adversùs Sidonem. Urbs Sidon non erit ampliùs ut ſpina acuta domui Iſrael.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc mandantis : 2. *Filî hominis,*
hæc loquere ad ducem Tyri : hæc
dicit Dominator Dominus; quia ſu-
perbit cor tuum, cùm dicis : Ego
Deus ſum ; ego ſedeo per altum
mare in ſede Deorum, quanquam
homo es, non Deus; & quia cor tuum
quaſi cor Dei feciſti ; 3. *Tu ſcilicet*
Daniele ſapientior, & nihil tibi eſt
abſconditum ; 4. *Tu prudentiâ tuâ*
& intelligentiâ comparaſti tibi divi-
tias ; tu comparaſti aurum & argen-
tum in theſauros tuos. 5. *Tu per mul-*
tam tuam mercaturæ prudentiam au-
xiſti opes tuas, & de tuis opibus ſu-
perbit cor tuum. 6. *Propterea hæc*
dicit Dominator Dominus; quoniam
cor tuum tu, quaſi cor Dei, eſſe fe-
ciſti ; 7. *Ideò ego gentes exteras &*
robuſtas in te adducam, quæ gladium
evaginabunt adversùs tuam illam pul-

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם אמר לנגיד צר · כה אמר
אדני יהוה · יען גבה לבך ותאמר ·
אל אני · מושב אלהים ישבתי בלב
ימים · ואתה אדם ולא אל · ותתן
לבך כלב אלהים : 3. הנה חכם
אתה מדנאל · כל סתום לא עממוך :
4. בחכמתך ובתבונתך עשית לך
חיל · ותעש זהב וכסף באוצרותיך :
5. ברב חכמתך ברכלתך הרבית
חילך · ויגבה לבבך בחילך : 6.
לכן כה אמר אדני יהוה · יען תתך
את לבבך כלב אלהים : 7. לכן
הנני מביא עליך זרים עריצי גוים ·
והריקו חרבותם על יפי חכמתך
וחללו יפעתך : 8. לשחת יורדוך ·
ומתה ממותי חלל בלב ימים : 9.
האמר תאמר אלהים אני לפני
הרגך · ואתה אדם ולא אל ביד
מחללך : 10. מותי ערלים תמות
ביד זרים · כי אני דברתי · נאם אדני
יהוה :

chritudinem & sapientiam, & splendo-
rem tuum decolorabunt. 8. Illæ te in
foveam conjicient, & sic peribis, quo-
modò in medio mari vulnerati pereunt.
9. An tu coram tuo interfectore dices,
ego sum Deus? Tu homo eris, non
Deus, in manu tui interfectoris.
10. Tu morieris, per manum alieni-
genarum, morte hominum contem-
ptissimorum; ego sum qui hæc loquor,
dicit Dominator Dominus. 11. Fuit-
que ad me verbum Domini, hæc man-
dantis: 12. Filî hominis; ede lamen-
tationem in Tyri regem; sic autem ei
dices: Hæc dicit Dominator Domi-
nus: tu annulus ex similitudine scul-
ptus, tu plurimam speciem habes
sapientiæ & eximiæ pulchritudinis;
13. Tu, quasi Eden, Dei hortus;
vestiunt te lapides pretiosi omnis ge-
neris, sardius, topazius, adamas,
chrysolytus, onyx, jaspis, sapphirus,
carbunculus, smaragdus, tuque ex
auro elaboratus es; parantur tympana
& tibiæ in diem tuum natalem.
14. Ego te Cherub feceram magnæ
staturæ ac umbræ in monte sancto Dei;
tu deambulabas inter medios lapides
fulgentes. 15. Tu, ex quo creatus
es, innoxius fueras in viis tuis, donec
tandem in te iniquitas deprehensa est.
16. Interiora tua plena facta sunt ini-
quitate ex multis mercaturis tuis, &
reus factus es; ego te, ut profanum,
Dei monte arcebo; ego te, Cherub,
& umbram tuam auferam ex medio
lapidum fulgentium. 17. Superbivit
ex tuâ pulchritudine cor tuum; peribit
sapientia tua simul cum tuo splendo-
re; ego te ad terram projiciam, &
statuam te coram regibus, qui te spec-
taculo habebunt. 18. Tu iniquitatibus
tuis multis & commerciis injustis tuis
contaminasti sanctitudinem tuam.

11. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
12. בן אדם שא קינה על מלך
צור ואמרת לו · כה אמר אדני
יהוה · אתה חותם תכנית · מלא
חכמה וכליל יפי ׃ 13. בעדן גן
אלהים היית · כל אבן יקרה מסכתך ·
אדם פטדה ויהלם תרשיש שהם
וישפה ספיר נפך וברקת · וזהב
מלאכת · תפיך ונקביך בך ביום
הבראך כוננו ׃ 14. את כרוב
ממשח הסוכך ונתתיך · בהר קדש
אלהים היית · בתוך אבני אש
התהלכת ׃ 15. תמים אתה בדרכיך
מיום הבראך עד נמצא עולתה בך ׃
16. ברב רכלתך מלו תוכך חמס
ותחטא · ואחללך מהר אלהים ·
ואבדך כרוב הסוכך מתוך אבני
אש ׃ 17. גבה לבך ביפיך · שחת
חכמתך על יפעתך · על ארץ
השלכתיך · לפני מלכים נתתיך
לראוה בך ׃ 18. מרב עוניך
בעול רכלתך חללת מקדשיך ·
ואוצא אש מתוכך · היא אכלתך ·
ואתנך לאפר על הארץ לעיני כל
ראיך ׃ 19. כל יודעיך בעמים
שממו עליך · בלהות היית ואינך
עד עולם ׃
20. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
21. בן אדם שים פניך אל צידון
והנבא עליה ׃ 22. ואמרת · כה
אמר אדני יהוה · הנני עליך צידון
ונכבדתי בתוכך · וידעו כי אני יהוה
בעשותי בה שפטים ונקדשתי בה ׃
23. ושלחתי בה דבר ודם
בחוצותיה · ונפלל חלל בתוכה
בחרב עליה מסביב · וידעו כי
אני יהוה ׃ 24. ולא יהיה עוד
לבית ישראל סלון ממאיר וקוץ
מכאב מכל סביבתם השאטים
אותם · וידעו כי אני אדני יהוה ׃
25. כה אמר אדני יהוה · בקבצי
את בית ישראל מן העמים אשר
נפצו בם · ונקדשתי בם לעיני הגוים ·
וישבו על אדמתם אשר נתתי לעבדי

ליעקב : .26 וישבו עליה לבטח ·
ובנו בתים ונטעו כרמים · וישבו
לבטח בעשותי שפטים בכל
השאטים אתם מסביבתם · וידעו כי
אני יה֗ה אלהיהם :

Ego igitur faciam ut oriatur ex te
ignis, qui te consumet, redigamque
te in pulverem humi collapsum, in
oculis omnium, qui te intuentur.
19. *Omnes noti tui apud populos de te*
obstupescent; tu ad nihilum devenies,
nec eris, dum sæcula vigebunt. 20. *Fuit etiam ad me verbum Domini, hæc*
mandantis: 21. *Filî hominis, converte vultum tuum ad Sidonem & vaticinare*
contra eam. 22. *Hæc autem dices: hæc dicit Dominator Dominus; ego adero*
ad te, Sidon, & apud te gloriam habebo; & me esse Dominum cognoscetur,
cùm ego in eam judicia exercebo, & propter eam sanctè habebor. 23. *Ego in*
eam mittam pestilentiam, & in vicos ejus sanguinem, & cadent apud eam
vulnerati, gladio undique obsidente, & cognoscent me esse Dominum.
24. *Neque adhuc habebit domus Israel, in omnibus vicinis qui se contemnunt,*
aculeum pungentem, nec spinam dolore acerbam, & cognoscetur me esse
Dominum Dominatorem. 25. *Hæc dicit Dominator Dominus; ego, cùm*
domum Israel de gentibus, in quas dissipati sunt, colligam, per eos sanctè
habebor in oculis gentium, & habitabunt in terrâ suâ, quam dedi servo meo
Jacob. 26. *In eâ autem tutè habitabunt; exstruent domos, & vineas plantabunt,*
& tutas denique sedes habebunt, cùm ego judicia exercuero in vicinos, qui
eos contempserant, & cognoscent me esse Dominum Deum suum.

---

2. לנגיד צור, *ad ducem Tyri.* Dictum est capite superiori de urbe Tyro; nunc vaticinatur Ezechiel contra Tyri reges, non unum Regem Ithobal, aut quemvis alium, ut quibusdam visum est. Nam versibus 14. 15. & 16. hæc dicuntur de duce Tyri, quæ in unum eundemque hominem aptari non possunt. Nimirùm versu 14. dux Tyri nominatur *Cherub*, ex materiâ, quâ erant intus Cherubim in Templo Salomonis, nempe cedro, quæ cedrus ad Salomonem per regem Tyri mittebatur, atque idem *Cherub* versu 16. consideratur, ut adhuc in Templo, locum suum antiquum occupans, inde mox ejiciendus. Hæc convenire in unum regem, Ithobal, non possunt. Jam w. 15 & 16. consideratur dux Tyri, primùm ut innoxius, deinde ut reus factus per commercia & opum affluentiam. Hæc neque de Ithobal, neque de uno alio rege dici potuêre, quandoquidem plura sæcula intercesserunt inter innocentiam ducis Tyri, & ejus pravitatem, natam ex divitiis, quas Tyrii reges per multa sæcula auxerant. Ergo considerat Propheta Tyri duces, ut anteà ipsam Tyrum, quandiù Tyrus fuit Regina maris. Atque inde nata est hæc fabula quorumdam Judæorum, Regem Hiram, quem tangi credebant, vixisse usque ad Tyri eversionem, hoc est per plura sæcula, cùm non videre non possent, hæc, quæ in Tyri Regem dicuntur, ad plura sæcula pertinere.

3. כל סתום לא עממוך, *omne secretum non latuerunt te.* Ita Arias, solecissans; nec licet convertere, *absconderunt à te*, ubi non licet supplere *homines.* Quippe Daniel unus anteà nominatus est. Meliùs igitur Chaldæus, וכל רז לא יתכסא מנך, *& omne secretum non est absconditum à te*, ex scripturâ הועם ממך, *absconditum à te.*

8. & 10. ומתה: Potiùs ומתת, *& morieris*, nam Participium מתה, sine pronomine אתה, consistere in oratione non potest. ...מותי ערלים, *mortibus contemptissimorum;* quippe ערל, *incircumcisus*, notat etiam id, quod rejectaneum est, quod inutile ac contemptum; sic Arabicè ערל, significat, *amotus fuit.*

12. תכנית: Hoc verbum nihili est, quanquam id recenset Buxtorfius pater in verbo תכן: Omnes Veteres legunt תבנית, *similitudinis;* hoc est, effigiem habens in sculpturâ suâ. Nam Tyri rex comparatur cum annulo digiti pretioso, ex auro facto, & ornato gemmis.

13. בעדן... היית, *in Eden... fuisti.* Sententia recedit ab annuli similitudine; non recedet, si leges כעדן, *quasi Eden;* nam quidquid pulchrum & amœnum visu sæpe Edeni, seu *paradiso Dei*, simile dicitur. ...וזהב מלכאת, *tuque ex auro elaboratus;* quippe legimus מלכאתך, non sine Affixo. Hæc verba וזהב מלכאתך, sunt in membro separato; itaque puncto minori, & ante & post, distinguenda sunt.

14 ממשח וסוכך: Verbum è verbo, *magnum & obumbrantem*, ex significatu Chaldaico vocabuli משח, *magnus*, *eximius*, quem adhibent nonnunquam Græci Intt. Alluditur ad Cherubim Templi Salomonis, qui erant vastæ molis, & propatiatorium tegebant alis suis. ...ונתתיך, *&*

dedi

dedi te; tolle nexum ו, nam series est talis, *ego dedi te Cherub*... Vulgatus, *tu Cherub extentus*; minus apposité ad sententiam. Neque enim Rex Tyri fuit in se *Cherub*, sive Templi Salomonis pars & ornamentum; sed à Salomone, Dei nutu, fuit advocatus, ut esset *Cherub*, quod ipsum significat verbum נתתיך, *dedi te* (*Cherub.*)

15. תמים אתה, *tu perfectus eras*, id est cum æquitate imperabas; & nihil in te admiseras scelerum, quæ civitatibus & regnis perniciem afferunt. Nam civitates & regna tum demum florent, cùm æquitatis lege gubernantur, tum senescunt & sublapsa ruunt, cùm jura privata, seu publica, violantur.

16. מלו: Lege מלא, *plenum est*, תוכך, *interius tuum.* Omnes Veteres sequuntur Radicem מלא, quæ suum א nunquam deserit.

CAPUT XXIX.

Adversùs Pharaonem & Ægyptum. Capietur hamo ille draco, qui gloriatur in canalibus suis. Rex Babylonis Ægypto potietur, quæ deserta erit annos 40. deinde habitabitur, sed erit humile regnum.

1. *Anno decimo, mense decimo,*
die mensis duodecimâ, fuit ad me
verbum Domini, hæc mandantis:
2. *Filî hominis, converte vultum*
tuum ad Pharaonem Ægypti regem,
& vaticinare contra eum, & contra
omnem Ægyptum. 3. *Sic autem lo-*
quêris: hæc dicit Dominator Domi-
nus; en ego adero ad te Pharao, rex
Ægypti. Tu draco magnus ille es,
qui per medios amnes suos recubat,
quique dicit; amnes mei sunt, ego
feci eos. 4. *Ego hamum injiciam in*
maxillas tuas, & amnium tuorum
pisces applicabo ad squammas tuas,
deinde te extraham de mediis amni-
bus tuis, simulque omnes fluminum
tuorum pisces, qui ad squammas
tuas adhærebunt. 5. *Et relinquam te*
in deserto, & tecum omnes amnium
tuorum pisces; tu concides in nudâ
humo; non te colliges, nec congre-
gabis; nam te dabo escam bestiis ter-
ræ & avibus cœli; 6. *Et cognoscent*
omnes Ægypti habitatores, me esse
Dominum, quoniam fuerunt domui
Israel baculus arundineus; 7. *Illi*
enim, cùm te prehenderunt, tu in

1. בשנה העשירית בעשרי
בשנים עשר לחדש היה דבר יהוה
אלי לאמר׃ 2. בן אדם שים
פניך על פרעה מלך מצרים · והנבא
עליו ועל מצרים כלה׃ 3. דבר
ואמרת · כה אמר אדני יהוה · הנני
עליך פרעה מלך מצרים התנים
הגדול הרבץ בתוך יאריו אשר
אמר · לי יארי ואני עשיתני׃ 4.
ונתתי חחיים בלחייך · והדבקתי דגת
יאריך בקשקשתיך · והעליתיך מתוך
יאריך ואת כל דגת יאריך בקשקשתיך
תדבק׃ 5. ונטשתיך המדברה
אותך ואת כל דגת יאריך · על פני
השדה תפול · לא תאסף ולא תקבץ ·
לחית הארץ ולעוף השמים נתתיך
לאכלה׃ 6. וידעו כל ישבי
מצרים כי אני יהוה יען היותם
משענת קנה לבית ישראל׃ 7.
בתפשם בך בכפך תרוץ ובקעת
להם כל כתף · ובהשענם עליך
תשבר והעמדת להם כל מתנים׃
8. לכן כה אמר אדני יהוה · הנני
מביא עליך חרב · והכרתי ממך
אדם ובהמה׃ 9. והיתה ארץ
מצרים לשממה וחרבה · וידעו כי
אני יהוה · יען אמר · יאר לי ואני
עשיתי׃ 10. לכן הנני אליך ואל

manu eorum quaſſatus es, & perfo-
diſti apud eos omnem manum; cùm
tibi innixi ſunt, tu fractus es, & om-
nes humeros luxaſti. 8. *Ergo hæc di-*
cit Dominator Dominus; en ego in
te adducturus ſum gladium, & ho-
minem de te ac jumentum deleturus.
9. *Terra Ægypti fiet deſerta & in-*
culta, & cognoſcent me eſſe Domi-
num; quoniam dixit, meus eſt am-
nis, & ego feci eum. 10. *Ego igitur*
mox adero ad te & ad amnes tuos,
redigamque in ſolitudinem terram
Ægyptiorum; gladius devaſtabit à
Magdol uſque ad Syenes, & uſque
ad fines Æthiopiæ. 11. *Non pera-*
grabit eam pes hominis; non calcabit
eam pes jumenti, nec habitabitur per
annos quadraginta. 12. *Curabo, ut*
terra Ægypti ſit ipſa devaſtata in
medio regionum, quæ devaſtatæ ſunt,
ut urbes ejus deſertæ ſint, in medio
urbium, quæ deſertæ ſunt, atque id
per annos quadraginta; & diſſipabo
Ægyptios apud gentes, & in regio-
nes ventilabo eos. 13. *Hæc enim di-*
cit Dominator Dominus: ego poſt
annos quadraginta collecturus ſum
Ægyptios de regionibus in quas diſſi-
pati fuerint. 14. *Ego reducam cap-*
tivos Ægyptios, ſedemque eis dabo
in terrâ Phatures, unde orti ſunt,
ibique regnum humile habebunt,
15. *Quod humilius erit cæteris re-*
gnis, nec ſe adhuc efferet ſupra gen-
tes; nam ego eos parvos ſum reddítu-
rus, ne gentibus dominentur, 16. *Et*
ne adhuc domui Iſrael fiduciam affe-
rant, quæ refricabit iniquitatis me-
moriam, ſi ad eos convertentur, &
ut cognoſcant me eſſe Dominum Dominatorem. 17. *Anno autem vigeſimo*
ſeptimo, menſe primo, die menſis primâ, fuit ad me verbum Domini, hæc
dicentis. 18. *Filî hominis: Nabuchodonoſor, rex Babylonis, tenuit exerci-*
tum ſuum in gravi ſervitute contra Tyrum; omne caput decalvatum eſt, &

יאריך • ונתתי את ארץ מצרים
לחרבות חרב שממה ממגדל סונה
ועד גבול כוש : 11. לא תעבר
בה רגל אדם ורגל בהמה לא
תעבר בה • ולא תשב ארבעים
שנה : 12. ונתתי את ארץ מצרים
שממה בתוך ארצות נשמות • ועריה
בתוך ערים מחרבות תהיין שממה
ארבעים שנה • והפצתי את מצרים
בגוים וזריתים בארצות :
13. כי כה אמר אדני יהוה •
מקץ ארבעים שנה אקבץ את
מצרים מן העמים אשר נפצו
שמה : 14. ושבתי את שבות
מצרים • והשבתי אתם ארץ פתרוס
על ארץ מכורתם • והיו שם ממלכה
שפלה : 15. מן הממלכות תהיה
שפלה • ולא תתנשא עוד על הגוים •
והמעטתים לבלתי רדות בגוים :
16. ולא יהיה עוד לבית ישראל
למבטח מזכיר עון בפנותם אחריהם •
וידעו כי אני אדני יהוה :
17. ויהי בעשרים ושבע שנה
בראשון באחד לחדש היה דבר
יהוה אלי לאמר : 18. בן אדם
נבוכדראצר מלך בבל העביד את
חילו עבדה גדלה אל צר • כל ראש
מקרח וכל כתף מרוטה • ושכר לא
היה לו ולחילו מצר על העבדה
אשר עבד עליה : 19. לכן כה אמר
אדני יהוה • הנני נתן לנבוכדראצר
מלך בבל את ארץ מצרים • ונשא
המנה ושלל שללה ובזז בזה • והיתה
שכר לחילו : 20. פעלתו אשר
עבד בה נתתי לו את ארץ מצרים
אשר עשו לי • נאם אדני יהוה :
21. ביום ההוא אצמיח קרן לבית
ישראל • ולך אתן פתחון פה בתוכם •
וידעו כי אני יהוה :

omnis humerus depilatus, nec fuit ei merces de Tyro, nec exercitui ejus, pro servitute quam contra eam servivit. 19. *Propterea hæc dicit Dominator Dominus; ego trado Nabuchodonosor, regi Babylonis, terram Ægyptiorum, ut tollat ejus divitias, ut spolia ejus auferat, ut rapiat prædas, & ut exercitui ejus non desit sua merces,* 20. *Ego ei do mercedem, pro quâ servivit, terram Ægyptiorum, quia operam suam pro me posuerunt, dicit Dominator Dominus.* 21. *In die illâ efflorescet, per me, cornu domûs Israel, & dabo tibi os apertum apud eos, & cognoscent me esse Dominum.*

---

3. ואני עשיתני : Vulgatus, *& ego feci memetipsum.* Tametsi sic liceret interpretari, tamen id fieret parùm accommodatè ad sententiam priorem, *amnes mei sunt*, quæ expectationem facit posterioris illius, *ego feci eos*, ut convertunt Græci Intt. sive legas עשיתים, *feci eos*, sive עשיתיו, *feci eum;* utrumque licet, quoniam יארי significat, vel *fluvius meus*, vel *fluvii mei* (יארי pro יאריי.) Syrus, ואנא עבדתה, *& ego feci eum*, cùm legeret ועשיתיו.

4. & 5. חחיים : Rectè Masora, חחים, *hamos*, ex Radice חח; ita etiam lego in Codicibus Reg. 29. & Orat. 53. ...תפויל : Lege תפל, *concides.* Circulo animadvertunt Codices, ut alibi sæpe, hoc eodem verbo, quod non indiget litterâ ו Epentheticâ.

7. בתפשם בך בכפך, *cùm te prehenderunt in manu tuâ;* hæc dicit hodiernum mendum, de quo erubuit vel Arias, qui omisit *tuâ*. Lege בכפם, *in manu suâ;* ita Græci Intt. qui, τῇ χειρὶ αὐτῶν, *manu ipsorum.* Variant hod. ipsi Codices; nam Codex Reg. 29. בכף, *in manu*, sine Affixo, ut Masora emendat; Oratoriensis 42. בכפף, altero mendo. ...ובקעת להם כל כתף, *& rupisti eis omnem humerum.* Expectabatur, *omnem manum*, postquàm dictum, *cùm te manu prehenderunt.* Itaque Græci Intt. pro כתף, legebant הכף, *manum;* etenim convertunt, πᾶσα χεὶρ, *omnis manus.* Ita etiam Syrus. ...והעמדת להם מתנים, *& roborasti omnes renes;* sententiâ repugnante cum Prophetæ sententiâ, quæ postulat, *& dissolvisti omnes renes*, ut rectè Vulgatus, ex scriptione והמעדת, *& vacillare fecisti*, quæ multò similior est hodiernæ העמדת, quàm הערצת, *fregisti*, quam quidam anteponunt. Castalio mavult העמקת, *cavasti*, vel *perforasti.* Sed baculus, qui frangitur, perforat manum, quæ eo innititur, non *lumbos.*

9. עשיתי, *feci.* Lege, עשיתיו, *feci eum (amnem.)* Ita legit hoc versu Vulgatus: vide suprà ad versum 3.

19. המנה : Lege המונה, *divitias ejus.* Ita Codex Reg. 29. nec non Reg. 3. manu priori.

20. אשר עשו לי : Nos, *quia operam suam pro me posuerunt*, cùm urbem Tyrum, ex meis consiliis delendam, deleverunt. Ideò עשו, numeri pluralis, quia pertinet ad חיל, *exercitum*, nomen collectivum.

CAPUT XXX.

Propè est, ut veniat dies Ægypti, & ut cum eâ pereant Æthiops, Phut, Lydius, qui ei opem ferebant. Brachium Pharaonis frangetur; regis Babylonis, firmabitur.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc mandantis: 2. *Filî homi-*
nis, vaticinare & dic; hæc dicit Do-
minator Dominus; clamate heu!
propter diem; 3. *Nam propè est dies;*
propè est dies Domini, dies nubis;
aderit tempus gentium; 4. *Cùm intra-*
bit in Ægyptum gladius, eruntque

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם הנבא ואמרת · כה אמר
אדני יהוה · הילילו הה ליום :
3. כי קרוב יום וקרוב יום ליהוה ·
יום ענן עת גוים יהיה : 4. ובאה
חרב במצרים · והיתה חלחלה בכוש
בנפל חלל במצרים · ולקחו המונה
ונהרסו יסודותיה : 5. כוש ופוט

in Æthiopiâ diræ formidines, dum
cadent in Ægypto vulnerati, dum
opes ejus diripientur, & fundamenta
ejus destruentur. 5. *Et gladio cadent*
cum eis Æthiops, Lybius & Lydius,
& omne reliquum vulgus, Chub &
incolæ regionis cum eâ fœderatæ.
6. *Hæc dicit Dominus: cadent gla-*
dio qui Ægyptum fulciebant; poten-
tia ejus ad ima descendet; gladio ca-
dent apud eam à Magdol usque ad
Syenes, dicit Dominator Dominus.
7. *Devastabitur in medio regionum,*
quæ devastatæ sunt, urbes ejus deser-
tæ erunt in medio urbium, quæ de-
sertæ sunt. 8. *Et cognoscent me esse*
Dominum, cùm ego misero ignem
in Ægyptum, & cùm fracti fuerint,
qui ei opem ferebant. 9. *In die illâ*
exibunt à me nuntii veloces, qui
Æthiopem securum terrebunt, erunt-
que apud eum de die Ægypti diræ
formidines, quoniam proxima erit.
10. *Hæc dicit Dominator Domi-*
nus: ego, per Nabuchodonosor, re-
gem Babylonis, Ægypti opibus po-
nam modum. 11. *Ille enim, & cum*
eo populus ejus, & fortissimi qui-
que gentium adducentur, ut terram
devastent; stringent contra Ægyptum
gladios suos, & terram replebunt vul-
neratis. 12. *Ego arefaciam rivos; ego*
eam per alienigenas depopulabor, &
quidquid in eâ est: ego Dominus,
qui hæc loquor. 13. *Hæc dicit Do-*
minator Dominus: ego eripiam simu-
lacra, & delebo Deos de Memphis,
neque adhuc erit dux de terrâ Ægyp-
ti, & terroribus implebo Ægyptum.
14. *Ego desolabo Phatures, ignem*
injiciam in Thaphnin, & cum No
judicia exercebo. 15. *Effundamque*
iram meam in Sain, Ægypti robur,
& vulgus No delebo. 16. *Et igne*

ולוד וכל הערב וכוב ובני ארץ
הברית אתם בחרב יפלו : 6. כה
אמר יהוה · ונפלו סמכי מצרים ·
וירד גאון עזה · ממגדל סונה בחרב
יפלו בה · נאם אדני יהוה : 7.
ונשמו בתוך ארצות נשמות · ועריו
בתוך ערים נחרבות תהיינה : 8.
וידעו כי אני יהוה בתתי אש
במצרים · ונשברו כל עזריה : 9.
ביום ההוא יצאו מלאכים מלפני
בצים להחריד את כוש בטח · והיתה
חלחלה בהם כיום מצרים · כי הנה
באה : 10. כה אמר אדני יהוה ·
והשבתי את המון מצרים ביד
נבוכדראצר מלך בבל : 11. הוא
ועמו אתו עריצי גוים מובאים
לשחת הארץ · והריקו חרבותם על
מצרים · ומלאו את הארץ חלל :
12. ונתתי יארים חרבה · ומכרתי
את הארץ ביד רעים · והשמתי ארץ
ומלאה ביד זרים · אני יהוה דברתי :
13. כה אמר אדני יהוה · והאבדתי
גלולים והשבתי אלילים מנף · ונשיא
מארץ מצרים לא יהיה עוד · ונתתי
יראה בארץ מצרים : 14. והשמתי
את פתרס · ונתתי אש בצען ·
ועשיתי שפטים בנא : 15. ושפכתי
חמתי על סין מעוז מצרים · והכרתי
את המון נא : 16. ונתתי אש
במצרים · חול תחיל סין · ונא תהיה
להבקע · ונף צרי יומם : 17. בחורי
און ופי בסת בחרב יפלו · והנה
בשבי תלכנה : 18. ובתחפנחס
חשך היום בשברי שם את מטות
מצרים ונשבת בה גאון עזה · היא
ענן יכסנה ובנותיה בשבי תלכנה :
19. ועשיתי שפטים במצרים ·
וידעו כי אני יהוה :
20. ויהי באחת עשרה שנה
בראשון בשבעה לחדש היה דבר
יהוה אלי לאמר : 21. בן אדם
את זרוע פרעה מלך מצרים
שברתי · והנה לא חבשה לתת
רפאות לשום חתול לחבשה לחזקה
לתפש

לתפש בחרב ׃ .22 לכן כה אמר
אדני יהוה · הנני אל פרעה מלך
מצרים · ושברתי את זרעתיו את
החזקה ואת הנשברת · והפלתי את
החרב מידו ׃ .23 והפיצותי את
מצרים בגוים · וזריתים בארצות ׃
.24 וחזקתי את זרעות מלך בבל ·
ונתתי את חרבי בידו · ושברתי את
זרעות פרעה · ונאק נאקות חלל
לפניו ׃ .25 והחזקתי את זרעות
מלך בבל · וזרעות פרעה תפלנה ·
וידעו כי אני יהוה בתתי חרבי ביד
מלך בבל · ונטה אותה אל ארץ
מצרים ׃ .26 והפיצותי את מצרים
בגוים · וזריתי אותם בארצות ·
וידעו כי אני יהוה ׃

implebo Ægyptum ; dolebit Sain mi-
ſerabiliter , fiet No tanquam vallis ,
Noph autem velut ruderum moles.
17. *Delecti juvenes Hon & Phi-Be-*
ſeth gladio cadent ; ecce autem illæ
captivæ abducuntur. 18. *Dies in*
Thaphnes obſcurabitur , cùm ibi fran-
gam omne præſidium Ægyptiorum ,
& cùm apud eam comprimetur faſtus
ſuperbiæ ejus ; operiet eam nubes ,
filiæque ejus captivæ abducentur.
19. *Ego judicia exercebo in Ægyp-*
tios , & cognoſcent me eſſe Dominum.
20. *Anno undecimo , menſe primo ,*
die menſis ſeptimâ , fuit ad me ver-
bum Domini , hæc dicentis : 21. *Fili*
hominis , ego fregi brachium Pharao-
nis , Ægypti regis , neque id alligatum eſt , ut ſanitati reddatur ; non faſciâ involutum , ut confoveatur , & ut ad gladium tenendum firmetur. 22. *Ergo hæc*
dicit Dominator Dominus ; en ego adero ad Pharaonem , Ægypti regem , & frangam brachia ejus ; brachium ſanum ut & vulneratum , & excutiam gladium de manu ejus. 23. *Et diſpergam Ægyptios apud gentes , & in regiones*
ventilabo eos. 24. *Nam brachium corroborabo regis Babylonis , & gladium meum dabo in manum ejus ; ſimul frangam brachia Pharaonis , ut edat ante eum gemitus tales , quales ſunt vulneratorum.* 25. *Brachium roborabo regis*
Babylonis , & Pharaonis brachia concident , cognoſceturque me eſſe Dominum , cùm gladium meum dedero in manum regis Babylonis , & cùm eum extendet in terram Ægyptiorum. 26. *Et diſpergam Ægyptios apud gentes ,*
& in regiones ventilabo eos , ut cognoſcant me eſſe Dominum.

---

4. ולקחו המונה , *& diripient divitias ejus ;* ita Syrus , עותרה , *opes ejus* , meliùs quàm Vulgatus , *multitudo illius* , quia tanguntur utroque membro res Ægyptiorum , ſeu regni ſtatus & conditio , non ipſæ perſonæ.

5. ובני ארץ הברית , *& filii terræ fœderis*, ſive populi vicini cum Ægyptiis fœderati contra regem Babylonis , qui fortè eo nomine tum vocabantur. Alii intelligunt Judæos , qui poſt interfectum Godoliam in Ægyptum fugerant. Sed exemplo carent , in quo Judæa nominetur *terra fœderis.* Iidem populi notantur , qui verſu inferiore dicuntur *Ægyptum fulcire* , quod cadere non poteſt in Judæos profugos , paucos , ſine opibus & armis , qui præſidium in Ægypto quærebant , non ipſi præſidio erant.

9. מלאכים... בצים , *legati... in navibus.* Melior videtur ſcriptio רצים , quam ſequuntur Græci Intt. apud quos legitur, σπεύδοντες , *feſtinantes.* Legati mittuntur ad כוש , *Chus* , ſive *Æthiopas ;* qui Æthiopes , ſi intelliguntur eſſe Arabes , non ibatur ad eos *navibus ;* ſi Æthiopes propriè dicti ad meridiem Ægypti , non conveniebat ad eos mitti *legatos in navibus* , quia navigatio erat adverſo flumine , neque adeò celeris eſſe poterat , ut debebat , calamitate imminente.

13. ...ונשיא , *& dux.* Videntur intelligi duces inferiores ac indigenæ , quos ſuſtulit Amaſis , qui poſt Apries à rege Babylonis devictum regnavit , quomodo per *idola* Memphis intelliguntur ea tantùm idola , quæ à victore ſublata fuerunt ; neque enim fuit Ægyptus ſine idolis , poſt devictum à rege Nabuchodonoſor Pharaonem , ſeu Apries.

16. ונא תהיה להבקע , *& No evadet in vallem* , quia munimenta ejus excelſa ſolo æquabuntur...

גוף צרי יומם. Verba hæc Veteres aliter atque aliter exponunt, neque quidquam dicunt, in quo acquiefcas. Nos, pro צרי יומם, legimus לצברים, *in acervos*, fententiâ parallelâ membro priori, in quo legitur להבקע, *in vallem*.

17. און : Fortè אן, *Hon*, ut fufpicatur Grotius ; nam fic legitur *Gen. cap. 41. v. 45.* Nos *Hon*, non *Heliopolis*, ut vetera nomina exhibeamus, non autem Græcæ originis. Sic *No*, potiùs, quàm *Alexandria*, quanquam ita Vulgatus ; nam Propheta loquitur, nec nominaret *Alexandriam* urbem eam, quæ hoc nomine nondum infignita erat, nec tum, cùm vaticinabatur, nec tum, cùm ea, quæ prædicit, evenerunt.

18. היא ענן יכסנה : Arias, *ipfam nubes operiet eam*, Latino fermone tali, qualis eft Hebraicus cum mendo היא ; quippe id pronomen fupervacaneum eft, ubi alterum pronomen נה pro Affixo ponitur. Vera fcriptio videtur והענן, *& nubes*... In היא natum ה ex ה antecedenti malè geminato, & יא ex וה.

21. לשום : Lege לא שום, *non pofita eft*, חתול, *fafcia*. Ita legebat Syrus, qui, ולא נתתסים, *& non apponetur*. Nempe hîc incipit alterum membrum, eodem modo, quo prius incœperat in לא חבשה, *non eft ligatum*. Nec continuari idem membrum in verbo לשום, vel id probat, quòd fententia prior abfoluta eft in verbis לתת רפאות, *ad dandam fanitatem*, ut neceffe fit eandem fententiam redintegrari in fequentibus rebus, non verò continuari.

CAPUT XXXI.

Erat rex Affyriorum, ut cedrus excelfa Libani, cui nulla arbor æquiparare fe fe audebat ; tamen hæc cedrus fuit fuccifa ; fic erit Pharao, rex Ægypti.

1. *Anno undecimo, menfe tertio, die menfis primâ, fuit ad me verbum Domini, hæc dicentis:* 2. *Filî hominis, hæc loquere de Pharaone, rege Ægypti, & de opibus ejus ; Cui fimilis es, cum magnitudine iftâ tuâ?* 3. *En Affur fuit Libani cedrus, ramis decorus & fylvâ umbrofâ & mirâ proceritate, protendenfque inter opaca nemoris furculos fuos.* 4. *Eam nutriebant aquæ, eam educabat abyffus, quæ rivos fuos ad ejus ftirpes circunducebat, quæque eadem emittebat ad omnes arbores agri canales fuos.* 5. *Itaque fupereminebat altitudine omnes agri arbores ; quàm plurimi erant furculi ramorum ejus, ramique prælongi, propter eas, in quibus adoleverat, aquas multas.* 6. *In ramis ejus omnes aves cæli nidificabant, omnes beftiæ agri fub ejufdem ramis pariebant ; fedebat in umbrâ ejus cœtus gentium multarum.* 7. *Erat*

1. ויהי באחרת עשרה שנה
בשלישי באחד לחדש היה דבר
יהוה אלי לאמר : 2. בן אדם
אמר אל פרעה מלך מצרים ואל
המונו · אל מי דמית בגדלך : 3.
הנה אשור ארז בלבנון יפה ענף
וחרש מצל וגבה קומה · ובין עבתים
היתה צמרתו : 4. מים גדלוהו ·
תהום רממתהו · את נהרתיה הלך
סביבת מטעה · ואת תעלתיה שלחה
אל כל עצי השדה : 5. על כן
גבהא קמתו מכל עצי השדה ·
ותרבינה סרעפתו · ותארכנה פארתיו
ממים רבים בשלחו : 6. בסעפתיו
קננו כל עוף השמים · ותחת פארתיו
ילדו כל חית השדה · ובצלו ישבו
כל גוים רבים : 7. וייף בגדלו
בארך דליותיו · כי היה שרשו אל
מים רבים : 8. ארזים לא עממהו
בגן אלהים · ברושים לא דמו אל
סעפתיו · וערמנים לא היו כפראתיו ·
כל עץ בגן אלהים לא דמה אליו
ביפיו : 9. יפה עשיתיו ברב

דליותיו · ויקנאהו כל עצי עדן אשר
בגן האלהים :
10. לכן כה אמר אדני יהוה ·
יען אשר גבהת בקומה · ויתן צמרתו
אל בין עבותים · ורם לבבו בגבהו :
11. ואתנהו ביד אל גוים · עשו
יעשה לו ברשעו · גרשתיהו : 12.
ויכרתהו זרים עריצי גוים · ויטשהו
אל ההרים · ובכל גאיות נפלו
דליותיו · ותשברנה פראתיו בכל
אפיקי הארץ · וירדו מצלו כל עמי
הארץ ויטשהו : 13. על מפלתו
ישכנו כל עוף השמים · ואל פראתיו
היו כל חית השדה : 14. למען
אשר לא יגבהו בקומתם כל עצי
מים · ולא יתנו את צמרתם אל בין
עבתים · ולא יעמדו אליהם בגבהם
כל שתי מים · כי כלם נתנו למות
אל ארץ תחתית בתוך בני אדם אל
יורדי בור :
15. כה אמר אדני יהוה · ביום
רדתו שאלה האבלתי כסתי עליו
את תהום · ואמנע נהרותיה · ויכלאו
מים רבים · ואקדר עליו לבנון · וכל
עצי השדה עליו עלפה : 16. מקול
מפלתו הרעשתי גוים בהורדי אתו
שאלה את יורדי בור · וינחמו בארץ
תחתית כל עצי עדן מבחר וטוב
לבנון כל שתי מים : 17. גם הם
אתו ירדו שאלה אל חללי חרב ·
וזרעו ישבו בצלו בתוך גוים : 18.
אל מי דמית ככה בכבוד ובגדל
בעצי עדן · והורדת את עצי עדן אל
ארץ תחתית בתוך ערלים · תשכב
את חללי חרב · הוא פרעה וכל
המונה · נאם אדני יהוה :

pulchra suâ proceritate & longitudine
ramorum suorum, quoniam erat stirps
ejus super multas aquas. 8. *Cedri*
horti Dei non ei umbram fecissent;
surculis ejus non se æquiparabant
abietes; neque illius ramos platani
æquabant; neque eam pulchritudine
referebat ulla arbor in horto Dei.
9. *Ego eam feceram plurimis ramis*
decoram; sic ut ei inviderent omnes
arbores Eden, quæ erant in horto
Dei. 10. *Hæc autem dicit Domina-*
tor Dominus; quoniam de suâ ma-
gnitudine superbivit, protenditque
per densa nemora surculos suos, &
propter suam excelsitudinem tulit al-
tiùs cor suum, 11. *Ego tradidi eum*
genti fortissimæ gentium, quæ sic ei
fecit, ut fuerat improbitas ejus, & à
me eum repuli. 12. *Exsciderunt eum*
alienigenæ, bellicosissimi populorum,
dimiserunt eum in montibus; jacue-
runt in cunctis collibus surculi ejus;
rami ejus fracti sunt in omnibus terræ
tractibus, & omnes populi terræ ab
umbrâ ejus recesserunt, & eum dese-
ruerunt. 13. *Insedêre in ruinis ejus*
cunctæ cœli volucres, fueruntque in
ramis ejus universæ bestiæ agri. 14. *Ut*
ne deinceps ulla arbor irrigua suâ
proceritate glorietur, nec protendat
per densa nemora surculos suos, nec
ad eam, dum excelsa est, applicent
se se quæcunque aquas ebibunt, post-
quàm universi ad mortem truduntur,
ad imas terræ sedes, ad turbam filio-
rum Adam, qui in lacum descende-
runt. 15. *Hæc dicit Dominator Dominus: ego, cùm ad inferos descendit,*
feci abyssum de eo lugentem; coercui rivos ejus, & aquæ multæ cohibitæ
sunt; ego atratum super eo feci Libanum, & propter eum exanimatæ sunt
agri cunctæ arbores. 16. *Ego sonitu ruinæ ejus concussi gentes, ut eum ad*
inferos exturbabam, ad eos qui in lacum descenderunt; simul & recreatæ sunt
in terræ sedibus imis cunctæ arbores Eden & Libani selectissima & optima
quæque, quæ aquis rigabantur. 17. *Hæc enim cum eo ad inferos etiam des-*

cenderunt, ad eos qui gladio perierant; & periêre quicunque apud gentes in umbrâ ejus habitabant. 18. *Cuinam igitur similis es cum tuâ istâ inter arbores Eden gloriâ & excelsitate? Tu ad arbores Eden deturbaberis, ad imas terræ sedes, ad turbam hominum contemptorum. Tu cum eis dormies, qui gladio periêre. En ille ipse est Pharao, & cunctæ opes ejus, dicit Dominator Dominus.*

---

3. וחרש מצל, *& sylva umbrosa.* Accipitur חרש, *sylva*, pro ramis patulæ arboris, quomodò ferè apud Latinos Poetas *sylva* usurpatur pro densis ramis. ...בין עבתים היתה צמרתו, *inter densos ramos fuit surculus ejus;* sive extendit se se quaquaversus medias inter sylvæ arbores. Hâc figurâ sermonis notatur imperii Assyriorum, non jam excelsitudo, de quâ mox dictum est, sed latitudo, cùm Assyrii fines suos longè latèque propagarent, imperiis vicinis usurpatis, quomodò arbor, quæ huc & illuc brachia protendit, usurpat cæterarum arborum sedem. Vocabulum עבתים dicitur de arboribus cedro vicinis, ut indicant hæc verba, היתה בין, *fuit inter....*

4. תהום, *abyssus*, sive aqua subterranea, ducto significatu ex abysso magnâ, quæ erat intra viscera terræ, quæque in diluvio rupta est. ...הלך, *duxit;* ita Græci Intt. ἤγαγε, in potestate *Hiphil.* ...מטעה: Omnes Veteres legere videntur מטעהו, *plantarium ejus*, non sine Affixo, quod masculinum debet esse, ut est in verbo צמרתו.

5. גבהא: Hic Arabismus est, ut alii quidam, quos attulêre in Contextum Sacrum Arabici Descriptores. Legendum, vel גבהה, vel גביה, *elata est* (*altitudo ejus.*) Habet גבה, fine א, Codex Orat. 42. in quo malè additum fuit א ad marginem. ...סרעפתו: Rectè Masora, סרעפתיו, *surculi ejus.* ...בשלחו: Hoc verbum neutrum debet esse; nam casus non subest. Græci Intt. convertunt verbum שלח, *Ps. 80. v. 19.* per verbum Græcum πλεονάζω, *abundo*, vel Activè, *multum reddo;* ita hoc loco שלח neutrum est, quomodò צלח, *prospero*, *cresco.*

6. כל גוים רבים, *omnes gentes multæ.* Barbarismus ex mendo כל, pro קהל, *cætus*, ut legitur capite sequenti versu 3. Ita hoc loco Vulgatus, *cætus.*

8. פראתיו: Lege פארתיו, *ramos ejus;* ita hodierni ipsi quidam Codices, & ita suprà v. 8. Et sic emendandum versibus 12. & 13.

10. גבהת בקומה: Legendum גבה בקומתו, *superbivit in altitudine suâ*, ut post legitur, ויתן צמרתו, *& dedit surculos suos;* non sine affixo in membro priori, & servato utrobique genere masculino, cujus generis est ארז, *cedrus.*

11. עשו יעשה לו: Codex Orat. 42. עשה יעשה לו, servatâ solitâ Gerundii formâ. Pro אל, quod antecedit, habent איל, *fortis*, Codices Reg. 29. & Orat. 53. *fortis gentium*, sive *fortissimus.* ...ברשעו: Omnes Codices, כרשעו, per litteram כ, *secundùm nequitiam ejus.* Deinde legendum וגרשתיהו, non sine nexu, *& expuli eum.* Ita Syrus.

12. בכל אפיקי הארץ: Nos, *in omnibus terræ tractibus;* ex significatu Arab. verbi אפק, *tractus terræ*, qui significatus meliùs quadrat, *in omnes populos terræ*, quàm vel *rupes*, vel *torrentes.* Eundem significatum exhibent Græci Intt. qui convertunt, ἐν παντὶ πεδίῳ τῆς γῆς, *in omni campo terræ.*

15. האבלתי כסתי: Omittunt כסתי Græci Intt. in Editione Rom. Et videtur כסתי malè natum ex litteris בלתי, quæ antecedunt. Si relinqueretur כסתי, esset vertendum, *operui eum abysso*, ut fecit Vulgatus. Sed quæritur, quî operiat eam abyssus, de quâ abysso dicitur continenter, *& prohibui flumina ejus, & coercui aquas multas.* Præterea relinquetur sine casu verbum האבלתי, Activum, *lugere feci*, & sine nexu utrumque verbum האבלתי כסתי; quæ vitia orationis mendum quasi digito monstrabant. Omittit istud האבלתי Buxtorfius in suis Concordantiis, quia fortè non videbat, quomodò id converti posset sine casu, nec rei, nec personæ; neque id sane videre potest oculatissimus Lector. Rectè igitur Editio Rom. omittit כסתי. Cæterùm malè Codex Alex. ἐπέστησα, *induxi*, pro ἐπένθησεν, *luxit*, quod habet Editio Rom. Vide versionem. ...עלפה: Lege עלפו, *exanimatæ sunt*, numero plur. quem exhibent omnes Veteres.

17. וזרעו ישבו: Adhuc mendosè utrumque. Nam sive vertis זרעו, *brachium*, sive *semen ejus*, nulla sententia exorietur, ut videbit Lector apud Vulgatum, qui, *brachium uniuscujusque*, & apud Græcos, qui, σπέρμα αὐτοῦ, *semen ejus.* Non posset pertinere *ejus* ad aliud nomen, quàm ad *cedrum.* Atqui non agitur de cedro hoc versu; de illis agitur, qui cum eâ perierunt, dum in umbrâ ejus sedebant. Sententia ipsa flagitat, ut legatur וגועו, *& perierunt*, deinde ישבי, *qui sedebant* (*in umbrâ ejus.*)

CAPUT

CAPUT XXXII.

Canit, Deo jubente, canticum lugubre ſuper Pharaone & ſuper Ægypto, cujus ſuperbia retundetur. Pharaoni ad inferos deſcendenti aderunt omnes viri & populi fortes, quorum ſimilis fuit interitus...

1. *Anno duodecimo, menſe duodecimo, die menſis primâ, fuit ad me verbum Domini, hæc mandantis :* 2. *Filî hominis, fac lamentationem ſuper Pharaone, Ægypti rege. Hæc autem de eo dices : tu videris quaſi leo gentium ; tu velut draco in undis. Tu inſanis in fluminibus tuis ; tu pedibus tuis calcas fluctus, curſumque eorum conturbas.* 3. *Hæc dicit Dominator Dominus : Ego, per multitudinem gentium multarum, expandam ſuper te rete meum, & extraham te ſagenâ meâ.* 4. *Deinde te humi dimittam, & relinquam te in agro jacentem, ut inſideant in te omnes cœli volucres, ut beſtiæ univerſæ terræ de te ſaturentur.* 5. *Exponam in montibus carnem tuam, tuâque putredine implebo valles.* 6. *Rigabo terram ſanguine tuo ; ſanies tua operiet montes, & torrentes de te redundabunt.* 7. *Ego, cùm exſtinguêris, obtegam cœlos, obſcurabo eorum ſtellas, ſolem nube involvam, nec luna ſuo lumine colluſtrabitur.* 8. *Ego, lumina omnia, quæ in cœlis micant, ſuper te obtenebrabo, adducam tenebras in terram tuam, dicit Dominator Dominus.* 9. *Ego ſuper te concutiam cor populorum multorum, cùm captivos tuos ad gentes ducam, in regiones tibi ignotas.* 10. *Faciam ut de te obſtupeſcant multæ gentes ; hor-*

1. ויהי בשתי עשרה שנה בשני
עשר חדש באחד לחדש היה דבר
יהוה אלי לאמר : 2. בן אדם שא
קינה על פרעה מלך מצרים ואמרת
אליו · כפיר גוים נדמית · ואתה
כתנים בימים · ותגח בנהרתיך ·
ותדלח מים ברגליך · ותרפש
נהרתם : 3. כה אמר אדני יהוה ·
ופרשתי עליך את רשתי בקהל
עמים רבים · והעלוך בחרמי : 4.
ונטשתיך בארץ · על פני השדה
אטילך · והשכנתי עליך כל עוף
השמים · והשבעתי ממך חית כל
הארץ : 5. ונתתי את בשרך על
ההרים · ומלאתי הגאיות רמותך :
6. והשקיתי ארץ צפתך מדמך
אל ההרים · ואפקים ימלאון ממך :
7. וכסיתי בכבותך שמים והקדרתי
את ככביהם · שמש בענן אכסנו ·
וירח לא יאיר אורו : 8. כל מאורי
אור בשמים אקדירם עליך · ונתתי
חשך על ארצך · נאם אדני יהוה :
9. והכעסתי לב עמים רבים
בהביאי שברך בגוים על ארצות
אשר לא ידעתם : 10. והשמותי
עליך עמים רבים · ומלכיהם ישערו
עליך שער בעופפי חרבי על פניהם ·
וחרדו לרגעים איש לנפשו ביום
מפלתך :
11. כי כה אמר אדני יהוה ·
חרב מלך בבל תבואך : 12.
בחרבות גבורים אפיל המונך · עריצי
גוים כלם · ושדדו את גאון מצרים ·
ונשמד כל המונה : 13. והאבדתי

rescent in te earum reges, cùm gladium
meum coruscabo ante ora ipsorum, &
pavebit pro se quisque in singula mo-
menta, dum tu cades. 11. *Hæc enim*
dicit Dominator Dominus; adve-
niet in te gladius regis Babylonis.
12. *Ego sternam turmas tuas gladiis*
fortium, qui omnes erunt fortissimi
populorum, & potentiam Ægypti
profligabunt, & cunctæ opes ejus ever-
tentur. 13. *Ego ex aquis multis om-*
nes eripiam bestias; non eas adhuc
conturbabit pes hominis; non eas pro-
teret ungula bestiæ. 14. *Tum aquas*
eorum reddam limpidas, & lapsus
earum, tanquam olei, placidè dedu-
cam, dicit Dominator Dominus;
15. *Cùm faciam Ægyptum solitudi-*
nem, & cùm terra viduabitur omni-
bus, qui eam implebant, percutiente
me omnes ejus habitatores, ut me esse
Dominum cognoscant. 16. *Hæc est*
lamentatio; sic lamentabuntur. Hæc
lamenta celebrabunt filiæ gentium;
hæc de Ægypto & de cunctis opibus
ejus deplorabunt, dicit Dominator
Dominus. 17. *Anno duodecimo,*
mense quinto, die mensis decimâ,
fuit ad me verbum Domini, hæc
mandantis: 18. *Filî hominis, cane*
canticum lugubre, super Ægypti ho-
minibus, & detrude eos tu, cum filia-
bus gentium; detrude eos ad imas
terræ sedes, ad eos qui in lacum des-
cenderunt. 19. *Descende de aquis*
tuis amœnis; decumbe cum iis, qui
de medio sublati sunt; 20. *Apud eos,*
qui gladio ceciderunt; irruit gladius,
& abripuit eam, omnesque ejus ca-
tervas. 21. *Alloquentur eum in me-*
diis inferis fortium duces, cum iis,
qui ei opem tulerunt, qui descende-
runt, qui decumbunt de medio subla-
ti, victimæ gladii. 22. *Ibi Assur &*

את כל בהמתה מעל מים רבים ׃
ולא תדלחם רגל אדם עוד ׃ ופרסות
בהמה לא תדלחם ׃ 14. אז
אשקיע מימיהם ׃ ונהרותם כשמן
אוליך ׃ נאם אדני יהוה ׃ 15. בתתי
את ארץ מצרים שממה ׃ ונשמה
ארץ ממלאה בהכותי את כל יושבי
בה ׃ וידעו כי אני יהוה ׃ 16. קינה
היא וקוננוה ׃ בנות הגוים תקוננה
אותה ׃ על מצרים ועל כל המונה
תקוננה אותה ׃ נאם אדני יהוה ׃
17. ויהי בשתי עשרה שנה
בחמשה עשר לחדש היה דבר יהוה
אלי לאמר ׃ 18. בן אדם נהה
על המון מצרים והורדהו אותה
ובנות גוים ׃ אדרם אל ארץ
תחתיות את יורדי בור ׃ 19. ממי
נעמת רדה ׃ והשכבה את ערלים ׃
20. בתוך חללי חרב יפלו ׃ חרב
נתנה משכו אותה וכל המוניה ׃
21. ידברו לו אלי גבורים מתוך
שאול את עזריו ׃ ירדו שכבו
הערלים חללי חרב ׃ 22. שם
אשור וכל קהלה סביבותיו קברתיו ׃
כלם חללים הנפלים בחרב ׃ 23.
אשר נתנו קברתיה בירכתי בור ׃
ויהי קהלה סביבות קברתה ׃ כלם
חללים נפלים בחרב אשר נתנו
חתית בארץ חיים ׃ 24. שם עילם
וכל המונה סביבות קברתה ׃ כלם
חללים הנפלים בחרב ׃ אשר ירדו
ערלים אל ארץ תחתיות אשר נתנו
חתיתם בארץ חיים ׃ וישאו כלמתם
את יורדי בור ׃ 25. בתוך חללים נתנו
משכב לה בכל המונה סביבותיו
קברתה ׃ כלם ערלים חללי חרב ׃
כי נתן חתיתם בארץ חיים ׃ וישאו
כלמתם את יורדי בור בתוך חללים
נתן ׃ 26. שם משך תבל וכל
המונה סביבותיו קברותיה ׃ כלם
ערלים מחללי חרב ׃ כי נתנו חתיתם
בארץ חיים ׃ 27. ולא ישכבו את
גבורים נפלים מערלים אשר ירדו
שאול בכלי מלחמתם ויתנו את

חרבותם תחת ראשיהם · ותהי
עונותם על עצמתם · כי חתית
גבורים בארץ חיים ׃ 28. ואתה
בתוך ערלים תשבר · ותשכב את
חללי חרב ׃ 29. שמה אדום
מלכיה וכל נשיאיה אשר נתנו
בגבורתם את חללי חרב · המה את
ערלים ישכבו ואת ירדי בור ׃ 30.
שמה נסיכי צפון כלם וכל צדני
אשר ירדו את חללים בחתיתם
מגבורתם בושים · וישכבו ערלים
את חללי חרב · וישאו כלמתם את
יורדי בור ׃ 31. אותם יראה
פרעה · ונחם על כל המונה חללי
חרב פרעה וכל חילו · נאם אדני
יהוה ׃ 32. כי נתתי את חתיתו
בארץ חיים · והשכב בתוך ערלים
את חללי חרב פרעה וכל המונה ·
נאם אדני יהוה ׃

*omnes turmæ ejus in totidem fere-
tris, quæ eum ambiunt; illi om-
nes vulnerati gladio ceciderunt.
23. Nam feretra eorum poſita fue-
runt in cavernæ lateribus, & fe-
retrum ejus ambiunt turmæ ipſius;
illi omnes gladio vulnerati perierunt,
qui terram viventium ſuo terrore im-
pleverant. 24. Ibi Ælam & omnes
turmæ ejus, cum feretris, quæ ip-
ſum ambiunt; illi omnes gladio vul-
nerati perierunt; illi, de medio ſu-
blati, deſcenderunt ad imas terræ
ſedes, poſtquàm terrorem ſuum miſe-
rant in terram viventium, & attule-
runt ignominiam ſuam ad eos, qui in
lacum deſcenderunt, quique annu-
merati ſunt interfectis. 25. Habet
ſuum cubile in mediis ſuis catervis,
totidem feretris, quæ ipſum ambiunt;
illi omnes, de medio ſublati, gladio ceciderunt, poſtquàm terrorem ſuum
miſerant in terram viventium, & attulerunt ignominiam ſuam ad eos, qui in
lacum deſcenderunt, & annumerati ſunt interfectis. 26. Ibi Moſoch & Thu-
bal & omnes turmæ ejus, totidem feretra quæ ipſos ambiunt; illi omnes, de
medio ſublati, gladio ceciderunt, poſtquàm miſerant terrorem ſuum in terram
viventium. 17. Illi etiam decumbunt cum fortibus viris, Gigantibus anti-
quis, qui ad inferos deſcenderunt cum ſuis armis, quorum gladii poſiti fue-
runt ſub capitibus ipſorum & arcus eorum ſuper oſſa ipſorum, poſtquàm ter-
ram viventium ſuâ fortitudine terrefecerant. 28. Tu quoque apud eos, qui de
medio ſublati ſunt, fractus jacebis, & cum iis, qui gladio perierunt, decum-
bes. 29. Ibi Edom & ipſius reges & omnes duces, qui ſuâ fortitudine homi-
nes gladio interemerunt; illi decubuêre cum iis, qui de medio ſublati ſunt,
& in lacum deſcenderunt. 30. Ibi omnes aquilonis principes & omnes Sido-
nii, qui ad interfectos deſcenderunt, de terrore, quem injecerant, & de ſuâ
fortitudine erubeſcentes; & decubuerunt, de medio ſublati, cum iis, qui
gladio perierunt; attuleruntque ignominiam ſuam ad eos, qui in lacum deſ-
cenderunt. 31. Videbitur inter eos Pharao, & conſolabitur ſe ſuper omnibus
turmis ſuis, illis cum Pharaone interfectis, & ſuper univerſo exercitu ſuo,
dicit Dominator Dominus. 32. Ego enim in terram viventium injiciam ter-
rorem meum, ut decumbat apud eos, qui de medio ſublati ſunt, apud eos ipſos
homines Pharaonis, qui gladio perierunt, dicit Dominator Dominus.*

---

1. בשתי עשרה שנה, *anno duodecimo.* Eo anno notando multùm variant Codices antiqui; nam Syrus habet, חד עשרא, *undecimo;* Codex Alex. *δεκάτῳ, decimo*, & ita alii Græci Codices. Nos, in re incertâ, nihil mutamus; ſed tamen mallemus ſcriptum fuiſſe בעשתי, ut legere vide-

tur Syrus, ut esset, hoc versu, annus *undecimus*. Si enim ita legitur, non jam posteriora tempora hîc notabuntur, versu autem 17. priora : vide ad eum versum.

2. ותגח בנהרתיך, *& insanis in fluctibus tuis ;* sic ferè Aquila convertit alibi verbum גוח, παλαίειν, *luctari ;* Græci Intt. μαιμάσσειν, *fremere*. Non convenit huic loco significatus *prodire*, *erumpere ;* quem tamen unum ponit Buxtorfius in Lexico suo. ...נהרתם, *cursum eorum ;* neque enim נהר potest notare ipsum *flumen*, ubi additur Affixum ם, quod pertinet ad מים, *aquas ;* si quidem non dixerit Propheta *flumen earum* (*aquarum ;*) cùm sint aquæ fluminis, non flumen aquarum. Cæterùm, pro כפיר, legendum ככפיר, *sicut leo ;* sic construi solet verbum נדמה, *similem esse*.

6. צפתך : Id verbum non expediunt Veteres, quia malè collocatum. Sed enim si sic legitur, מדמך • צפתך, ordine mutato, plana erit series ; (*rigabo terram,*) מדמך, *sanguine tuo;* צפתך, *sanies tua*, אל ההרים, *super montes* (*erit.*) Nisi *montes* cum *sanie* consociantur, non habebunt in oratione ullum nexum hæc verba, *super montes*. Nam id, quod Vulgatus, *irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes*, non est Hebraicum, ut nec Latinum ; & omittit Vulgatus Affixum ך, quod habet צפתך, quodque omisisset Propheta, si voluisset dicere, *fœtore sanguinis tui*.

7. ככביהם, *stellas eorum*. Malè omittitur ו in medio. Lego כוכביהם in Codice Orat. 42.

9. בהביאי שברך בגוים, *cùm induxero contritionem tuam in gentibus ;* ita Vulgatus : sententiâ perplexâ, imò falsâ, si voluit dicere, *cùm nuntiavero contritionem tuam ;* nam verbum הביא, sine addito, nihil minùs significat, quàm *nuntiare*, vel *famam perferre*. Veram scriptionem habuêre Græci Intt. qui converterunt, αἰχμαλωσίαν σου, *captivitatem tuam*, cùm legerent שבותך.

10. בעופפי : Nos, *cùm coruscabo*, ex Radice עוף, *lucere ;* ita Syrus, מא דאברקת, *cùm coruscare fecero ;* meliùs quàm Vulgatus, qui, *cùm volare cœperit*, omittens Affixum י primæ personæ ; gladii est *coruscare*, non *volare*.

14. ונהרותם, *& cursus earum* (*aquarum*,) ut suprà versu 2. ubi vide.

17. בחמשה עשר לחדש, *decimâ quintâ mensis ;* non dicitur, cujus mensis, culpâ Librariorum. Aberit hæc culpa, si legetur בחמשה בעשר, *quinto* (*mense*) *decimâ mensis*. Sæpe omissum fuit ב prope ה, ob similitudinem. Nisi sic legitur, obsequendum erit Codici Alex. in quo legitur, ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ, *mense primo*, ex scripturâ באחד, quæ habetur versu 1. ut legatur, באחד בחמשה עשר לחדש, (*mense*) *primo*, *decimâ quintâ mensis*. Habet etiam, hoc loco, Syrus, *anno undecimo*. Quomodocunque legas hoc versu, & versu 1. ita constituenda est scriptura, ut hæc notatio temporis posterior sit ei, quæ habetur versu 1. Itaque in hanc partem facilè propendeas, ut legatur versu 1. *anno undecimo*, *mense duodecimo*, *die mensis primâ ;* hìc autem, *anno duodecimo*, *mense quinto*, *die mensis decimâ :* vide ad versum 1.

18... והורדהו אותה ובנות : Verbum è verbo, *& descendere fac eam* (המון, *multitudinem*) *tu & filiæ...* Malè in Editis אותה, quasi esset accusandi casus, cùm sit nominandi, אתה, *tu*. Jubetur Propheta, ut ipse, cum filiabus gentium, plangat Ægyptum, minimè verò, ut plangat Ægyptum, & filias gentium ; quasi legeretur הורדהו ואתה בנות גוים, *detrude eam*, *& cum eâ*, *filias gentium*, quâ in ipsâ sententiâ discordia esset Affixorum ו masculini, & ה feminini. Introducuntur quidem in næniam, quæ sequitur, cæteræ gentes, quæ ante Ægyptum eversæ sunt, sed episodii loco, ut ostendatur, simili sorte Ægyptum eversum iri. ...אדרם : Vulgatus, *robustarum*, quasi esset אדירים, adjunctum ad בנות גוים. Sed versu 16. legitur *filiæ gentium*, sine adjuncto ; nec plangunt Ægyptum gentes robustæ, quæ potiùs plangendæ essent, quoniam jam perierunt, cùm hæc Propheta scribit, sed *filiæ gentium* in genere, sive urbes, quæ spectaculo habituræ sunt Ægypti ruinam. Est אדרם mendum natum ex הרדם, *detrude eos ;* quod הרדם redintegrat verbum הורדהו, quod antecessit. Jubetur Propheta detrudere Ægyptios ad inferos, hoc est exhibere, per hypotyposin Prophetis familiarem, ruinam Ægyptiorum similem ruinæ populorum, qui deleti sunt & ad inferos descenderunt.

19. את ערלים : Nos, *cum iis*, *qui de medio sublati sunt*, ex Arabico verbo ערל, *amotus fuit*. Hoc verbum hîc & in sequentibus rebus notat statum eorum, qui morte violentâ, vel armis, perierunt. Verbo ערל Arabico affine est רעל, *vehementer hastâ confodit*, unde מרעל, *gladius acutus*. Liquet, non convenire significatum *incircuncisus*, quem unum suppeditat Buxtorfius.

20. חרב נתנה, *gladius datus est*, seu *missus* ad stragem. ...משכו : Lege משכה, *abripuit*, ut concordet genere cum חרב feminino. ...אתה, *eam*, (*Ægyptum.*) Pertinet אתה ad eandem, de quâ dicitur, המוניה, *multitudinem ejus*.

21. אלי, *duces*. Pars Codicum habet אילי, plenè, ut fuerat scribendum.

22. קהלה : Lege, קהלו, *cœtus ejus* (*Assur.*) Sunt masculini generis Affixa, quæ sequuntur hoc eodem versu. Non est Hebraicum קהלה sine Affixo, nec alibi id reperitur, præter in uno Nehemiæ loco, eoque Chaldaico.

23. חתית : Omninò חתיתם, ut in sequentibus, & ut hoc ipso versu Græci Intt. τὸν φόβον αὐτῶν, *terrorem suum*. Non alibi חתית reperitur in statu non constructo, vel sine Affixo. ...קברתיה ; lege קברותיהם, deinde קברתו, pro קברתה.

25. בתוך חללים נתנו, *in medio vulneratorum dati sunt*, sive *annumerati sunt vulneratis*. His verbis claudimus versum 24. quomodo eadem verba claudunt versum 25. Sic fuisse interpungendum docet mutatio numerorum, quæ mox succedit in verbis, משכב לה : vide Versionem. ...סביבותיו : Lege סביבותיה, *circum eam* (*Ælam*,) ut anteà המונה, & post קברתה. Multa genera hoc in capite Scribæ permiscuerunt. ...נתן חתיתם : lege, נתנו, *dederunt terrorem suum ;* similiter נתנו, in fine versûs, ut anteà ישאו, numero plurali.

26. סביבותיו : Lege etiam hîc סביבותיה, ut anteà המונה, & post קברותיה, genere feminino.

27.

27. ולא ישכבו, *& non decubuerunt.* Omittunt negationem Græci Intt. » quod ſanè (inquit » Lud. Cappellus,) melius eſſe videtur & convenientius; omnes enim illos ſimul conjungit Pro- » pheta ſub eâdem mortis poteſtate jacentes. « Mendum ולא, natum videtur ex altero mendo ואל, quod fuerat ſcriptum mutilè pro ואלה, *illi etiam.* ...מערלים : Lege מעולם, *à ſæculo ;* ita Græci Intt. *ἀπ᾽ αἰῶνος.* Incommodè מערלים, *ex præputiatis*, vel *de medio ſublatis ;* commodè מעולם, *à ſæculo*, dictum de Gigantibus antiquis. ...ותהי עונתם על עצמתם, *& fuit iniquitas eorum ſuper oſſa eorum.* Mirum profectò eſſe *iniquitatem ſuper oſſa ;* nec tolerabilior erit ſententia, ſi convertas, *ſuper corpora.* Mox dictum eſt, gladios Gigantum fuiſſe in feretris poſitos ſub capitibus ipſorum ; itaque poſtulat ſeries, ut in altero membro aliquod nomen inſit *gladiis* parallelum. Hoc nomen habebis, ſi leges עוגתם, *arcus eorum*, ex Arab. verbo, עוג, *curvus fuit, incurvavit ;* unde עוגא, *arcus ;* niſi mavis חוגתם, ex חוג, Hebraico verbo, *rotundare, flectere in rotundum ;* unde ritè deduci poteſt חוג, vel חוגה, *arcus*, qui flectitur vibrando, & ferè adducitur ad lineam rotundam.

30. בחתיתם : Potiùs מחתיתם, *de terrore ſuo*, quia ſequitur מגבורתם, *de ſuâ fortitudine*, ut ſit idem tenor orationis. Utitur verbum בוש, *erubeſcere*, præpoſitione מ, ante eam rem, de quâ erubeſcitur.

31. המונה : Lege המונו, *turmis ſuis*, ut poſt legitur, חילו, *exercitu ſuo.* Affixa hæc maſculina pertinent ad פרעה, *Pharaonem.*

32. חתיתו, *terrorem ejus.* Rectè Maſora חתיתי, *terrorem meum*, בארץ חיים, *in terrâ viventium ;* hoc eſt, terrâ, in quâ vivunt homines, in oppoſitione cum *inferis*, ut ſuprà. Non debuit Edm. Calmet ſtatuere *terram viventium* eſſe *terram Iſrael*, poſtquàm viderat v. 27. Gigantes dediſſe terrorem ſuum in terrâ viventium, multis ſæculis, ante quàm eſſet Iſrael. ...והשכבה, idem ac והושכבה, in *Hophal.*

CAPUT XXXIII.

Ezechiel ſpeculator domui Iſrael. Si ſpeculator monet imminere gladios, populus qui non cavebit ſibi, ſanguinis ſui reus erit. Morietur juſtus, ſi juſtitiam deſeret ; vivet impius, ſi impietatem. Verba Dei per Prophetam domui Iſrael ſic, ut cantilena.

1. *Fuit ad me verbum Domini,*
hæc mandantis : 2. *Filî hominis, lo-*
quere ad populi tui filios. Hæc au-
tem eis dices : cùm ego adducturus
ſum in terram gladium, & cùm po-
pulus terræ aliquem unum de ſuis tol-
lit, facitque eum ſpeculatorem ; 3. *Si*
ille, gladium videns appropinquan-
tem, tubâ canit, & populum monet ;
4. *Tum quicunque audiit tubæ ſo-*
nantis admonitionem, nec cavit ſibi,
ſi gladius venit, atque eum opprimit,
ſanguinis ſui reus erit. 5. *Sonitum*
tubæ audiit, nec ſibi cavit, ſangui-
nis igitur ſui reus eſt ; ſed quicunque
cavebit ſibi, liberabit animam ſuam.
6. *Quòd ſi ſpeculator, cùm gladium*
videt appropinquantem, non canit

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם דבר אל בני עמך
ואמרת אליהם · ארץ כי אביא עליה
חרב · ולקחו עם הארץ איש אחד
מקציהם · ונתנו אתו להם לצפה :
3. וראה את החרב באה על
הארץ · ותקע בשופר והזהיר את
העם : 4. ושמע השמע את קול
השופר · ולא נזהר ותבוא חרב
ותקחהו · דמו בראשו יהיה : 5.
את קול השופר שמע ולא נזהר ·
דמו בו יהיה · והוא נזהר נפשו
מלט : 6. והצפה כי יראה את
החרב באה · ולא תקע בשופר ·
והעם לא נזהר · ותבוא חרב ותקח
מהם נפש · הוא בעונו נלקח · ודמו
מיד הצפה אדרש :
7. ואתה בן אדם צפה נתתיך

tubâ, ita ut populus non præmonea-
tur, tum si quem de illis opprimit
gladius, ille in suâ quidem iniqui-
tate opprimetur; sed ego sanguinem
ejus de speculatore requiram. 7. *Nunc*
ego te, filî hominis, speculatorem
dedi domui Israel; tu igitur, cùm
audies de ore meo verbum, curabis
ut eos, de meis verbis, moneas. 8. *Si*
tu, cùm dicam impio; impie, certè
morieris, non loquêris, ut impium
ab suâ viâ retrahas, ille in suâ qui-
dem iniquitate morietur, sed ego san-
guinem ejus de te requiram. 9. *Quòd*
si tu impium monebis, ut ab suâ viâ
recedat, nec ab eâ tamen recedet,
tum ille in suâ quidem iniquitate mo-
rietur, sed tu liberaveris animam
tuam. 10. *Tu igitur, filî hominis,*
hæc loquere ad domum Israel: vos
hæc sermonibus agitatis; super nos
sunt scelera nostra & peccata nostra,
nosque in eis contabescimus; quî fieri
potest, ut vivamus? 11. *Dicito eis:*
vivo ego, dicit Dominator Domi-
nus; ego non delector morte impii,
sed ut avertatur impius à viâ suâ, &
vivat. Avertimini, avertimini à viis
vestris pravis; quare enim moriemini,
domus Israel? 12. *Tu verò, filî ho-*
minis, hæc loquere ad populi tui fi-
lios; justum cùm prævaricabitur, non
servabit justitia ejus, ut neque in suâ
iniquitate cadet impius, cùm ab eâ re-
cedet; non poterit justus vivere in suâ
justitiâ, cùm primùm peccabit.
13. *Si, cùm de justo dixerim, certè*
vivet, ille suâ justitiâ fretus, fecerit
iniquitatem, quæcunque justè egerat
in memoriâ non erunt; quam fecit
iniquitatem, in eâ morietur. 14. *Sed*
si, cùm dicam impio, certè morieris,
ille avertetur ab suo peccato, judi-
ciumque ac justitiam colet; 15. *Si*

לבית ישראל · ושמעת מפי דבר
והזהרת אתם ממני : 8. באמרי
לרשע · רשע מות תמות · ולא
דברת להזהיר רשע מדרכו · הוא
רשע בעונו ימות · ודמו מידך
אבקש : 9. ואתה כי הזהרת
רשע מדרכו לשוב ממנה · ולא שב
מדרכו · הוא בעונו ימות · ואתה
נפשך הצלת : 10. ואתה בן אדם
אמר אל בית ישראל · כן אמרתם
לאמר · כי פשעינו וחטאתינו עלינו ·
ובם אנחנו נמקים · ואיך נחיה :
11. אמר אליהם · חי אני · נאם
אדני יהוה · אם אחפץ במות הרשע
כי אם בשוב רשע מדרכו וחיה ·
שובו שובו מדרכיכם הרעים · ולמה
תמותו בית ישראל :
12. ואתה בן אדם אמר אל
בני עמך · צדקת הצדיק לא תצילנו
ביום פשעו · ורשעת הרשע לא
יכשל בה ביום שובו מרשעו ·
וצדיק לא יוכל לחיות בה ביום
חטאתו : 13. באמרי לצדיק חיה
יחיה · והוא בטח על צדקתו ועשה
עול · כל צדקתו לא תזכרן · ובעולו
אשר עשה בו ימות : 14. ובאמרי
לרשע מות תמות · ושב מחטאתו
ועשה משפט וצדקה : 15. חבל
ישיב רשע · גזלה ישלם · בחקות
החיים הלך לבלתי עשות עול ·
חיו יחיה · לא ימות : 16. כל
חטאתו אשר חטא לא תזכרנה לו ·
משפט וצדקה עשה · חיו יחיה :
17. ואמרו בני עמך · לא יתכן
דרך אדני · והמה דרכם לא יתכן :
18. בשוב צדיק מצדקתו ועשה
עול · ומת בהם : 19. ובשוב רשע
מרשעתו ועשה משפט וצדקה
עליהם הוא יחיה : 20. ואמרתם ·
לא יתכן דרך אדני · איש כדרכיו
אשפוט אתכם בית ישראל :
21. ויהי בשתי עשרה שנה
בעשרי בחמשה לחדש לגלותינו
בא אלי הפליט מירושלם לאמר ·

pignus reddet impius, si restituet
ablatum, & in statuta vitæ ingredie-
tur, ita ut non faciat malum, certè
ille vivet, nec morietur. 16. *Pec-*
cata omnia, quæ peccavit, non ei im-
putabuntur; judicium coluit & justi-
tiam; ergo vivet. 17. *Et dicunt filii*
populi tui, non recta est via Domini:
ecce verò non recta est via ipsorum.
18. *Quoniam avertitur justus ab suâ*
justitiâ, & facit malum, in eo mo-
ritur. 19. *Quoniam avertitur impius*
ab suâ impietate, judiciumque ac jus-
titiam colit, in ipsis vivit. 20. *Et ad-*
huc dicitis, non recta est via Domi-
ni? Ego verò, ut viæ vestræ erunt,
ita vos judicabo, domus Israel.
21. *Anno duodecimo post nostram*
deportationem, mense decimo, die
mensis quintâ, venit ad me quidam,
qui fugerat de Jerusalem, dicens,
urbs eversa est. 22. *Sed vespere, an-*
tequàm mane profugus veniret, fue-
rat in me manus Domini, ut aperiret
os meum; itaque os meum apertum
fuit, neque adhuc obmutui. 23. *Fuit*
autem ad me verbum Domini, hæc
dicentis: 24. *Filî hominis; qui ha-*
bitant in istis ruinis, in terrâ Israel,
hæc dicunt: erat Abraham unus &
solus, & terræ fuit hæres institutus;
nos verò multi sumus, & nobis data
fuerat terra pro hæreditate. 25. *Ergo*
hæc loquere ad eos; hæc dicit Domi-
nator Dominus; vos cum sanguine
editis, & ad idola vestra tollitis
oculos vestros, & sanguinem funditis;
& vos terram possidebitis? 26. *Vos*
in plateâ vestrâ consistitis, & nefanda
committitis; & proximi quisque sui
uxorem contaminatis; & vos terram possidebitis? 27. *Quare hæc loquere*
ad eos: hæc dicit Dominator Dominus; vivo ego, quicunque in ruinis
agunt, gladio cadent; qui jacent in mediis agris, ego eos tradam escam bes-
tiis; qui autem sunt in munitionibus & in cavernis, pestilentiâ morientur.

הכתה העיר ׃ 22. ויד יהוה היתה
אלי בערב לפני בוא הפליט · ויפתח
את פי עד בא אלי בבקר · ויפתח פי
ולא נאלמתי עוד ׃ 23. ויהי דבר
יהוה אלי לאמר ׃ 24. בן אדם
ישבי החרבות האלה על אדמת
ישראל אמרים לאמר · אחד היה
אברהם ויירש את הארץ · ואנחנו
רבים לנו נתנה הארץ למורשה ׃
25. לכן אמר אלהם · כה אמר
אדני יהוה · על הדם תאכלו ועינכם
תשאו אל גלוליכם ודם תשפכו ·
והארץ תירשו ׃ 26. עמדתם על
חרבכם · עשיתן תועבה · ואיש את
אשת רעהו טמאתם · והארץ
תירשו ׃ 27. כה תאמר אלהם ·
כה אמר אדני יהוה · חי אני · אם
לא אשר בחרבות בחרב יפלו ·
ואשר על פני השדה לחיה נתתיו
לאכלו · ואשר במצדות ובמערות
בדבר ימותו ׃ 28. ונתתי את
הארץ שממה ומשמה ונשבת גאון
עזה · ושממו הרי ישראל מאין
עובר ׃ 29. וידעו כי אני יהוה
בתתי את הארץ שממה ומשמה
על כל תועבתם אשר עשו ׃ 30.
ואתה בן אדם בני עמך הנדברים
בך אצל הקירות ובפתחי הבתים ·
ודבר חד את אחד איש את אחיו
לאמר · באו נא ושמעו מה הדבר
היוצא מאת יהוה ׃ 31. ויבואו
אליך כמבוא עם · וישבו לפניך
עמי · ושמעו את דבריך ואותם לא
יעשו · כי עגבים בפיהם המה
עשים · אחרי בצעם לבם הלך ׃ 32.
והנך להם כשיר עגבים יפה קול
ומטב נגן · ושמעו את דבריך ועשים
אינם אותם ׃ 33. ובבאה · הנה
באה · וידעו כי נביא היה בתוכם ׃

28. Et terram redigam in solitudinem & in vastitatem, ut pereat gloria ejus
& decor; & montes Israel sic deserti erunt, ut nemo per eos sit transiturus.
29. Et cognoscent me esse Dominum, cùm ego terram redigam in solitudinem
& in vastitatem propter scelera hæc omnia, quæ fecerunt. 30. Nunc autem,
filî hominis, en de te loquuntur filii populi tui prope muros & in ædium
ostiis; hæc enim, unus ad alterum, dicunt; venite nunc, ut audiamus, num
quod verbum ex ore Domini sit egressurum. 31. Illi igitur ad te venturi
sunt, quasi cùm multitudo effunditur, & sessurus est ante te populus meus, ut
verba tua audiant, nec ea exsequantur; hæc enim faciunt esse in ore suo
cantilenas, neque minùs toto pectore ad sua lucra ituri sunt. 32. Tu illis es,
velut cantio amœna, ut vox canora, ut benè pulsatæ fides; audient verba tua,
nec ea exsequentur. 33. Ergo, quandò hæc advenient, advenient autem quàm
primùm, cognoscent esse apud eos Prophetam.

---

7. ממנו, *ex eo*, mendum Athianæ Editionis *Vander Hooght*; Athiana *Leusden* habet ממני, *ex me*, ut & cæteræ Editiones. Nos igitur in nostrâ columnâ posuimus ממני, ne mendum adoptaremus, quod non est neque Codicum, neque cæterarum Editionum.

12. לחיות בה, *ut vivat in eâ.* Caret Antecedente בה, *in eâ*; nec licet advocare ex initio versûs nomen צדקת, *justitia*, postquàm multa intercesserunt, in quibus agitur impietas impii, non justitia justi hominis; quod cùm videret Vulgatus, posuit *in justitiâ*, ne si diceret *in eâ*, in vitium idem incurreret, quod in Hebr. Contextu deprehendebat. Ob eandem causam Syrus omisit *in eâ.* Non dubium quin omiserit Scriba וצדקת prope הצדיק, cùm legeret וצדקת הצדיק, *& justitia justi*, ut legitur initio versûs, & ut deinde in eodem tenore, ורשעת הרשע, *& impietas impii.*

13. כל צדקתו, *omnis justitia ejus.* Rectè Masora, כל צדקתיו, *omnes justitiæ ejus*, ut id concordet numero cum תזכרן, *in memoriâ erunt.* Etenim Adjectivum כל non notat de se numerum pluralem, nisi adjungitur ad nomen numeri pluralis.

15. חיו יחיה: Lege חיה יחיה, *vivendo vivet*, ut suprà v. 13. Ita hoc versu 15. Codex Orat. 53. nec non etiam versu 16. Codex Reg. 29. habet etiam חיה, versu 16.

16. חטאתו: Rectè adhuc Masora חטאתיו, *peccata ejus*, nam sequitur תזכרנה, numeri pluralis; vide mox dicta ad versum 13.

17. והמה, *& illi.* Legendum והנה, *& ecce.* Sic legere videntur Græci Intt. qui, καὶ ἄυτη, *& ipsa.* Nisi legeretur והנה, esset legendum posteà יתכנו, *rectæ sunt*, ne sine verbo plurali esset post המה, numerus pluralis.

18. ומת בהם, *& moritur in eis.* Circulum supernum habet Codex Orat. 42. non sine causâ; nam legendum בו, *in eâ*, quia pertinet Affixum ad עול, *iniquitatem.* Ita Syrus בה נמית, *in eâ morietur.* Ita etiam, ἐν ἀυτῇ, in Codice Alex. Codex Rom. ἐν ἀυταῖς, *in eis*, quia antecessit ἀνομίας, *iniquitates*, numero plur. sive ita convertêre Græci Intt. sive Scribæ Græci voluerunt evitare solecismum.

26. עמדתם על חרבכם, *stetistis super gladio vestro*; ita Arias, & sic ferè omnes. Tamen nos sic emendamus, עמדתם על רחבכם, *consistitis in plateâ vestrâ*; non unâ id quidem de causâ. 1°. Hæc non est forma loquendi Hebraica, *stare super gladio*, pro *paratum esse ad gladium distringendum.* 2°. Actum ageret talis sententia, postquàm dictum est, *sanguinem funditis.* 3°. Nihil habet hæc sententia parallelum cum sequentibus verbis, *facitis abominationem*; quibus verbis notari solet falsorum cultus Deorum; cùm contrà hæc bonam consequentiam habeant, *statis in plateis vestris, & abominationem facitis*; hoc est, cultibus vanis indulgetis in plateâ vestrâ, palam profitentes Idololatriam. ...עשיתן: Lege עשיתם, formâ solitâ, *facitis.*

30. חד את אחד, *unus ad alterum.* Si hæc verba in Contextu relinquuntur, legendum אחד, non חד; sed posteà hæc, quæ sequuntur, איש את אחיו, *vir cum fratre suo*, supervacanea erunt; nam eandem rem iterant inutiliter, nec non contra Hebr. Linguæ indolem, quæ alterutrâ formâ uti solet, non utrâque, in eâdem sententiâ. Itaque etiam omittunt חד את אחד, Græci Intt. Nos sic existimamus, olim scriptum fuisse אחד את אחד; sed, postquàm irrepserat mendum חד, positum fuisse in margine איש את אחיו, ut explicaretur חד את אחד, quod obscurum videbatur, ex mendo חד, quod non attenderit Codicis Emendator.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

Vaticinatur contra paſtores, qui paſcunt ſeipſos, nec gregem curant. Deus oves ſuas requiret de manibus eorum, paſcetque eas, dato illis David paſtore; ut deinceps ſecurè paſcant.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc mandantis: 2. *Fili homi-*
nis, vaticinare contra paſtores Iſrael,
vaticinare & dic eis: paſtores, hæc dicit
Dominator Dominus; væ paſtoribus
Iſrael, qui paſcunt ſe ipſos. Non-ne
enim paſtorum eſt paſcere gregem?
3. *Vos lac editis, lanam induitis;*
quod pingue eſt mactatis, nec gregem
paſcitis. 4. *Vos oves non roboratis infir-*
mas, ægrotas non ſanatis, vulneratas
non obligatis, non reducitis errantes,
nec perditas quæritis, ſed imperatis
eis durè ac ferociter. 5. *Illæ igitur*
diſſipantur, quia non eſt paſtor, fiunt-
que præda omnium terræ beſtiarum.
6. *Illæ diſperſæ ſunt, errantque in*
montibus & in omnibus collibus ex-
celſis; oves meæ huc & illuc vagan-
tur per medios agros, nec eſt qui eas
curet, aut requirat. 7. *Propterea,*
paſtores, audite verbum Domini.
8. *Vivo ego, dicit Dominator Do-*
nus: quandoquidem oves meæ prædæ
obnoxiæ ſunt, & fiunt eſca omnium
agri beſtiarum, quoniam non eſt paſ-
tor, nec paſtores gregem meum curant,
ſed, dum paſcunt ſeipſos, non paſcunt
oves meas; 9. *Ergo audite, paſtores,*
verbum Domini. 10. *Hæc dicit*
Dominator Dominus; en ego adero
ad paſtores, ut de manu eorum requi-
ram oves meas; ego eos à grege arce-
bo, ne ſeipſos adhuc paſcant paſtores;

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם הנבא על רועי ישראל ·
הנבא ואמרת אליהם לרעים · כה
אמר אדני יהוה · הוי רעי ישראל
אשר היו רעים אותם · הלוא הצאן
ירעו הרעים : 3. את החלב תאכלו
ואת הצמר תלבשו · הבריאה תזבחו ·
הצאן לא תרעו : 4. את הנחלות
לא חזקתם ואת החולה לא רפאתם
ולנשברת לא חבשתם ואת הנדחת
לא השבתם ואת האבדת לא
בקשתם · ובחזקה רדיתם אתם
ובפרך : 5. ותפוצינה מבלי רעה ·
ותהיינה לאכלה לכל חית השדה
ותפוצינה : 6. ישגו צאני בכל
ההרים ועל כל גבעה רמה · ועל
כל פני הארץ נפצו צאני · ואין
דורש ואין מבקש : 7. לכן רעים
שמעו את דבר יהוה : 8. חי אני ·
נאם אדני יהוה · אם לא יען היות
צאני לבז ותהיינה צאני לאכלה לכל
חית השדה מאין רעה · ולא דרשו
רעי את צאני · וירעו הרעים אותם
ואת צאני לא רעו : 9. לכן הרעים
שמעו דבר יהוה : 10. כה אמר
אדני יהוה · הנני אל הרעים ·
ודרשתי את צאני מידם · והשבתים
מרעות צאן · ולא ירעו עוד הרעים
אותם · והצלתי צאני מפיהם · ולא
תהיין להם לאכלה : 11. כי כה
אמר אדני יהוה · הנני אני ודרשתי
את צאני ובקרתים : 12. כבקרת
רעה עדרו ביום היותו בתוך צאנו
נפרשות · כן אבקר את צאני ·

ego de ore eorum extraham oves meas,
ne illæ ſint eis pro cibo. 11. *Hæc*
enim dicit Dominator Dominus ;
en ego adero ; ego meas oves requi-
ram , & recognoſcam. 12. *Ut enim*
paſtor recognoſcit oves ſuas , cùm
medium ſe infert inter eas circumfu-
ſas , ſic oves meas ego recognoſcam ,
& eripiam eas ex omnibus locis , in
quos disjectæ fuerant , die nubis &
caliginis. 13. *Ego eas de gentibus*
reducam , & de regionibus colligam
eas , ut ducam eas in terram ſuam , &
paſcam eas in montibus Iſrael , apud
rivos & in omnibus terræ habitaculis.
14. *Ego eas paſcam in paſcuo bono ;*
erunt caulæ earum in montibus excel-
ſis Iſrael ; ibi apud optimas caulas
recubabunt , & paſcent paſcuum pin-
gue in montibus Iſrael. 15. *Ego paſ-*
cam oves meas ; ego dabo eis cubile
ſuum , dicit Dominator Dominus.
16. *Ego perditas requiram , errantes*
reducam , alligabo vulneratas , in-
firmas roborabo , pingues forteſque
ſervabo , & in judicio paſcam eas.
17. *Sed vos, oves meæ, hæc dicit Do-*
minator Dominus : ego diſcernam
oves ab ovibus ; ego , arietes ab hircis.
18. *An non ſatis fuit vobis paſcere*
paſcuum bonum , quòd paſcui reli-
quias pedibus conculcaſtis ; aut bibere
aquas limpidas , quòd earum reliquias
pedibus turbaſtis ? 19. *Etenim , quæ*
pedibus calcaſtis , oves meæ paſce-
bant , & quæ pedibus turbaſtis , bibe-
bant. 20. *Propterea hæc dicit eis*
Dominator Dominus ; en ego adero ,
& pingues oves diſcernam ab ovibus
macilentis. 21. *Quandoquidem oves ,*
quæ infirmæ ſunt , vos & lateribus
humeriſque pellitis , & cornibus im-
petitis , donec eas pellatis foras , &
diſſipetis. 22. *Ego oves , quæ meæ*

והצלתי אתהם מכל המקומת אשר
נפצו שם ביום ענן וערפל : 13.
והוצאתים מן העמים וקבצתים מן
הארצות · והביאותים אל אדמתם ·
ורעיתים אל הרי ישראל באפיקים
ובכל מושבי הארץ : 14. במרעה
טוב ארעה אותם · ובהרי מרום
ישראל יהיה נוהם · שם תרבצנה
בנוה טוב · ומרעה שמן תרעינה
אל הרי ישראל : 15. אני ארעה
צאני · ואני ארביצם · נאם אדני
יהוה : 16. את האבדת אבקש
ואת הנדחת אשיב ולנשברת אחבש
ואת החולה אחזק · ואת השמנה
ואת החזקה אשמיד · ארענה
במשפט : 17. ואתנה צאני כה
אמר אדני יהוה · הנני שפט בין
שה לשה לאילים ולעתודים : 18.
המעט מכם המרעה הטוב תרעו ·
ויתר מרעיכם תרמסו ברגליכם ·
ומשקע מים תשתו ואת הנותרים
ברגליכם תרפשון : 19. וצאני
מרמס רגליכם תרעינה · ומרפש
רגליכם תשתינה : 20. לכן כה
אמר אדני יהוה אליהם · הנני אני
ושפטתי בין שה בריה ובין שה
רזה : 21. יען בצד ובכתף תהדפו
ובקרניכם תנגחו כל הנחלות · עד
אשר הפיצותם אותנה אל החוצה :
22. והושעתי לצאני ולא תהיינה
עוד לבז · ושפטתי בין שה לשה :
23. והקימתי עליהם רעה אחד ·
ורעה אתהן · את עבדי דויד · הוא
ירעה אותם · והוא יהיה להן לרעה :
24. ואני יהוה אהיה להם לאלהים ·
ועבדי דוד נשיא בתוכם · אני יהוה
דברתי : 25. וכרתי להם ברית
שלום · והשבתי חיה רעה מן הארץ ·
וישבו במדבר לבטח וישנו ביעורים :
26. ונתתי אותם · וסביבות גבעתי
ברכה · והורדתי הגשם בעתו · גשמי
ברכה יהיו : 27. ונתן עץ השדה
את פריו · והארץ תתן יבולה · והיו
על אדמתם לבטח · וידעו כי אני

ſunt, ſervabo, ne adhuc prædæ pa-
teant, & oves ab ovibus diſcernam.
23. *Et ſuſcitabo eis paſtorem unum,*
qui paſcet eas, ſervum meum David;
ille paſcet eas, quoniam futurus eſt
earum paſtor. 24. *Ego autem, Do-*
minus, ero Deus earum, & ſervus
meus David princeps in medio ea-
rum; ego Dominus, qui hæc loquor.
25. *Et faciam cum eis fœdus pacis,*
& arcebo à terrâ feras beſtias, ut in
deſerto tutè habitent, & in ſaltibus
dormiant. 26. *Ego eas deducam, &*
circum colles meos erit benedictio; demittam pluvias temporè opportuno,
& imbres mei benedictio erunt. 27. *Dabunt arbores agri fructus ſuos; terra*
dabit proventum ſuum; habebunt in terrâ ſuâ ſecuritatem, & cognoſcent me
eſſe Dominum, cùm jugum eorum fregero, & liberavero eos ab illis, qui
eos in ſervitute detinebant. 28. *Non adhuc præda erunt gentium; non eas*
beſtiæ terræ devorabunt; ſecurè habitabunt, nec erit, qui exterreat. 29. *Conſti-*
tuam eis plantarium pacis, ne adhuc in terrâ fame pereant, aut ſuſtineant op-
probrium gentium. 30. *Et cognoſcent me eſſe Dominum Deum ſuum, ſe*
verò populum meum, domum Iſrael, dicit Dominator Dominus. 31. *Ete-*
nim vos oves meæ eſtis; vos homines, oves paſcui mei; ego Deus veſter,
dicit Dominator Dominus.

יהוה בשברי את מטות עלם
והצלתים מיד העבדים בהם ׃ 28.
ולא יהיו עוד בז לגוים • וחית הארץ
לא תאכלם • וישבו לבטח ואין
מחריד ׃ 29. והקמתי להם מטע
לשם • ולא יהיו עוד אספי רעב
בארץ • ולא ישאו עוד כלמת הגוים ׃
30. וידעו כי אני יהוה אלהיהם
אתם • והמה עמי בית ישראל •
נאם אדני יהוה ׃ 31. ואתן צאני
צאן מרעיתי אדם אתם • אני אלהיכם •
נאם אדני יהוה ׃

---

2. רועי, *paſtores.* Inuſitatè ו in medio; itaque etiam illud omittunt Codices Reg. 29. & Orat. 42. ...ואמרת אליהם לרעים : Arias, *& dices ad eos, ad paſtores.* Si hæc eſſet ſententia, ſcripſiſſet Propheta, אליהם אל רעים, ſervato eodem tenore orationis. Omiſit Vulgatus אליהם, quia videbat claudicare ſeriem in præpoſitionibus אל & ל; niſi Græcos imitabatur. Omninò, pro לרעים, legendum, הרעים, *ô paſtores*, ut infrà v. 9. legitur, הרעים שמעו, *paſtores, audite.* Ita hoc verſu 2. legit Syrus, qui רעותא, *paſtores*, in caſu vocandi.

5. ותפוצינה. Hoc alterum ותפוצינה pertinet ad ea, quæ ſequuntur; itaque ante id verbum collocanda eſt major interpunctio, ut verſus 5. deſinat in verbo השדה.

12. אתהם, *illas*, pro אתם, Arabiſmus, in quem non ſemel animadvertimus. Legendum, vel אתם, vel אתהן, ut verſu 23.

13. והביאותים, *& reducam eas.* Codices duo Regii & duo Oratorienſes, והביאתים, ſine ו, formâ conſuetâ. Nam iſtud ו omninò peregrinum, etſi ejus ſunt nonnulla exempla in Impreſſis.

16. אשמיד, *perdam.* Omnes, præter Chaldæum unum, legunt אשמר, *ſervabo.* Tamen ſic eos legiſſe negat Buxtorfius, cujus hæc verba ſunt in *Anticriticâ* ſuâ ad hunc locum : » Equidem » quòd Vulgatus convertit *cuſtodiam*, id Hebraicè eſt אשמור, non אשמיד. An autem prop- » tereà ſequatur, in Codice quo uſus eſt ſic ſcriptum fuiſſe, id pro certo dici non poteſt. » Vulgatus hîc ſecutus eſt LXX. qui ipſî præiverunt. LXX. ita vertendo, vel ἀβλεψία, peccâ- » runt ex affinitate litterarum, ut aliàs, vel ſenſum reſpexerunt. Obſervantes nempe verba » quæ præceſſerunt, quod item ſequitur, omnia promiſſionis gratioſæ eſſe, viſum fuit ipſis » durum, in medio comminationem iræ & pœnæ interſeri, ideòque exiſtimârunt commo- » dius eſſe, ſi pro אשמיד, *exſcindam*, ſubſtituerent, *cuſtodiam*.... Aliter legit Chaldæus, & » Hebræi omnes. Difficile eſt de his Interpretibus, qui tam ſæpe à litterâ Contextûs deflec- » tunt, aſſerere, vel dicere, ubi in Hebræo aliter in ſuo Codice legerint. « Quærit Buxtor- fius, an proptereà ſequatur Vulgatum legiſſe אשמר. Ex eo ſimiliter quæri poterat, utrùm ſequatur Chaldæum legiſſe אשמיד, ex eo quòd convertit אשיצי, *diſperdam.* Id ſequi volebat Buxtorfius; ergo conſectarium erat ut non negaret, legiſſe etiam Vulgatum, quomodo inter- pretabatur. Quòd ſi Vulgatus imitabatur Græcos Intt. ergo eos exiſtimabat ita legiſſe, ut ſcripſerat Ezechiel; neque enim eos imitatus eſſet, ſi eos crediſſet ex mendo Hebraico fuiſſe

interpretatos. Dubitat Buxtorfius, an per ἀβλεψίαν Græci decepti fuerint ex affinitate litterarum; dubitare etiam poterat, an per ἀβλεψίαν Chaldæus crediderit fcriptum effe in fuo Codice אשמיד, cùm tamen fcriptum effet אשמר; cùm præfertim ἀβλεψία locum habeat ex bonâ fcripturâ in pravam, non ex pravâ in bonam. Denique non negat Buxtorfius, fcripturam אשמר, effe ad fententiam feriemque orationis accommodatam; cur igitur negabat fcripfiffe אשמר Ezechielem? Omnes, inquit, Codices אשמיד. Hæc fuit cantilena Buxtorfiana; quafi omnes omninò evolviffet Codices Hebraicos, quanquam legerat perpaucos; aut quafi non habuiffent Codices Hebraicos Græci Intt. Vulgatus & Syrus, qui convertêre, *cuftodiam.* Difficile eft, id fcripfiffe Ezechielem, quod nemo cordatus Lector nolit fcripfiffe; contrà facillimum fuit, indoctos Scribas, eofque Recentiores, per ἀβλεψίαν, deceptos fuiffe affinitate litterarum ר & ד. ...ארענה: Lege וארענה, *& pafcam eas.* Nexum ו, hoc loco neceffarium, pofuêre omnes Veteres.

18. המעט מכם... תרעו, *an parùm eft vobis... quòd pafcitis;* adde כי, *quòd*, ante תרעו. Illud כי exhibent omnes Veteres, atque id poftulat המעט, quód conftruitur, vel cum Indicativo modo, præfixo כי, vel cum Infinitivo, fine כי. Vide, fi juvat, *Num. cap. 16. v. 9. & If. cap. 7. v. 13.*

25. ביעורים: Rectè Mafora, ביערים, fine ו, *in faltibus.*

26. ונתתי אתם, *& dabo eos.* Hæc verba folitariè pofita, ut funt, nihil dicunt. Itaque etiam Veteres, qui hæc exhibent, neceffe habuerunt tollere nexum ו, qui eft in וסביבות, & per quem ea verba disjunguntur à fequentibus rebus. Nos, ונחתי, *& deducam eas;* ita ut nomen ברכה, quod eft in altero membro, fit in cafu nominandi, non autem in accufandi, ad verbum נתתי adjunctum; nam hæc fimul jungi vetat nexus ו, quod habet וסביבות; fic in fine verfûs alterum ברכה eft in cafu nominandi: nam idem viget utrobique tenor orationis.

29. מטע לשם, *plantarium ad nomen*, vel *ad gloriam.* Chaldæus לקימא, *ad permanendum;* haud fcio an legerit לקם. Græci Intt. εἰρήνης, *pacis*, quia legebant, שלם, quam fcripturam, interpretando, antetulimus. Non enim agitur *gloria*, fed *pax*, feu *profperitas*, cujus fructus futurus eft, non deinceps fame urgeri.

CAPUT XXXV.

Adversùs montem Seir. Quia Seir perpetua odia exercuit in filios Ifrael, & ruinâ eorum lætatus eft, ipfe cadet, urbefque ejus defertæ erunt.

1. *Fuit autem ad me verbum Do-*
mini, hæc dicentis; 2. *Filî hominis,*
converte vultum tuum ad montem
Seir, & vaticinare contra eum.
3. *Hæc autem ei dices: hæc dicit*
Dominator Dominus; en ego adero
ad te, mons Seir, & manum in te ex-
tendam, redigamque te in folitudinem
& in vaftitatem. 4. *Reddam urbes*
tuas defertas, tuque devaftabere,
meque effe Dominum cognofces;
5. *Quandoquidem perpetua odia exer-*
cuifti, & filios Ifrael gladio tradidifti,
tempore ruinæ eorum, cùm finem
habuit iniquitas. 6. *Propterea vivo*
ego, dicit Dominator Dominus;

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם שים פניך על הר
שעיר והנבא עליו : 3. ואמרת
לו · כה אמר אדני יהוה · הנני אליך
הר שעיר · ונטיתי ידי עליך · ונתתיך
שממה ומשמה : 4. עריך חרבה
אשים · ואתה שממה תהיה · וידעת
כי אני יהוה : 5. יען היות לך
איבת עולם · ותגר את בני ישראל
על ידי חרב בעת אידם בעת עון
קץ : 6. לכן חי אני · נאם אדני
יהוה · כי לדם אעשך ודם ירדפך ·
אם לא דם שנאת ודם ירדפך : 7.
ונתתי את הר שעיר לשממה
ושממה · והכרתי ממנו עבר ושב :
8. ומלאתי את הריו חלליו ·

גבעותיך

ègo tè ad sanguinem destinavi , san-
guis te insequetur ; quoniam tu à san-
guine non abhorruisti , sanguis te inse-
quetur. 7. *Et montem Seir redigam*
in solitudinem & in vastitatem , tol-
lamque de eo & viatorem & habita-
torem. 8. *Ego ejus montem implebo*
vulneratis , cadentque in collibus tuis
& in vallibus tuis ac torrentibus gladio
vulnerati. 9. *Ego reddam te solitu-*
dinem perpetuam ; urbes tuæ non ha-
bitabuntur , vosque me esse Dominum
cognoscetis. 10. *Quoniam tu hæc*
dixisti : duæ gentes & duæ terræ meæ
erunt ; nos eas possidebimus , quando-
quidem devastavit eas Dominus.
11. *Propterea vivo ego , dicit Do-*
minator Dominus : sic agam , ut tu
egisti per iram & per invidiam , cùm
eos odio haberes , & apud eos , post-
quàm te judicavero , notus fiam.
12. *Et cognosces , me esse Dominum ,*

גבעותיך וגיאותיך וכל אפיקיך
חללי חרב יפלו בהם : 9. שממות
עולם אתנך · ועריך לא תישבנה ·
וידעתם כי אני יהוה : 10. יען
אמרך · את שני הגוים ואת שתי
הארצות לי תהיינה · וירשנוה ויהוה
שם היה : 11. לכן חי אני · נאם
אדני יהוה · ועשיתי כאפך וכקנאתך
אשר עשיתה משנאתיך בם · ונודעתי
בם כאשר אשפטך : 12. וידעת
כי אני יהוה שמעתי את כל
נאצותיך אשר אמרת על הרי
ישראל לאמר · שממה · לנו נתנו
לאכלה : 13. ותגדילו עלי בפיכם
והעתרתם עלי דבריכם · אני שמעתי :
14. כה אמר אדני יהוה · כשמח
כל הארץ שממה אעשה לך : 15.
כשמחתך לנחלת בית ישראל על
אשר שממה כן אעשה לך · שממה
תהיה הר שעיר וכל אדום כלה ·
וידעו כי אני יהוה :

qui omnia tua maledicta audiverim , quæ in montem meum Israel contu-
listi , cùm hæc diceres ; devastati sunt , & nobis dati sunt in prædam. 13. *Vos*
adversùm me ore vestro gloriati estis ; nec sermonibus in me vestris modum
fecistis ; ego hæc audivi. 14. *Hæc dicit Dominator Dominus ; ego te ,*
universâ terrâ lætante , redigam ad vastitatem. 15. *Quemadmodùm tu in hæ-*
reditate domûs Israel lætatus es , eò quòd devastabatur , sic ego agam tecum ;
tu devastabere , mons Seir , & universus Edom peribit , illique me esse Do-
minum cognoscent.

---

5. ותגר : Optimè Vulgatus , *& concluseris* , quomodò & Syrus , אשלמת , *tradideris* ; uterque ex scripturâ תסגר , ex סגר , *concludere* , *tradere.* Favet huic scripturæ vocabulum יד , *manus* , quod subsequi solet verbum סגר ; favet etiam præpositio על , quæ sæpe annectitur ad verbum סגר. Nullus bonus significatus depromi potest ex Radice , vel גור , vel גרר , vel מגר , vel נגר.

6. אם לא דם שנאת , *quoniam sanguinem non odisti.* Quippe אם sæpe significat , *quia* , *quandoquidem* , vel *siquidem.* Vulgatus omittit negationem לא , convertens , *& cùm sanguinem oderis* , sententiâ pugnante , ut quidem videtur , cum mente Ezechielis , qui superiori versu exprobravit Idumæis , quòd filios Israel tradiderint gladio ; nimirùm gladio regis Babylonis , cujus exercitum suis copiis auxerant. Habet Chaldæus אם לא , in eandem , quam exhibemus sententiam. Græci Intt. *ει μὴν εἰς αἷμα ἥμαρτες* , *si quidem in sanguinem peccasti* , sententiâ perplexâ , ne dicam , nullâ , sed ex scriptione mendosâ , אם על דם שגית.

7. לשממה ושממה : Lege , לשממה ומשמה , *in solitudinem & vastitatem.* Ita scribere solet Ezechiel ; nec opinor esse ullum exemplum talis iterationis , שממה ושממה. Vide , si juvat , Concordantias Buxtorfianas.

10. וירשנוה · ויהוה שם היה : Licet , per ipsa verba , interpretari , *& possidebimus eam , quanquam Dominus erat ibi.* Sed nimiùm cruda & ferè absurda videtur hæc gloriatio Idumæorum contra Deum , quasi dicerent ; etsi Dominus terram Israel tuebatur suâ præsentiâ , nos tamen eam , ipso invito , possidebimus. Idumæi versu 12. jactant se similibus ferè verbis , dicentes , שממו · לנו נתנו , *devastati sunt , nobis dati sunt.* Ex quo loco parallelo emendandum videtur שם היה ,

Hhhhhh

ut ſit שממה, (*& Dominus*) *vaſtavit eam ;* quam ſententiam, interpretando, ſecuti ſumus.

12. שממה : Rectè Maſora, שממו, *deſolati ſunt*, quia ſequitur, eodem numero, נתנו, dati ſunt.

14. כשמח כל הארץ, *ſicut lætari omnem terram.* Multò anteferendum בשמח, *in lætari terram ;* ita legunt Græci Intt. qui, ἐν τῇ εὐφροσύνῃ, *in lætitiâ ;* quomodò etiam legit Vulgatus.

CAPUT XXXVI.

Vaticinatur ad montes Iſrael, quorum potiundorum ſpem habuerant vicinæ gentes. Illi montes erunt habitabiles ; agri excolentur, urbes civibus implebuntur ; ipſi cives cor novum & ſpiritum novum habebunt ; hæc omnia facturus eſt Deus propter ſemetipſum.

1. *Nunc tu, filî hominis, vaticinare ad montes Iſrael, & dic ; montes Iſrael, audite verbum Domini.* 2. *Hæc dicit Dominator Dominus : quoniam inimicus dixit adversùm vos, euge, & collis antiquus cedit nobis in hæreditatem.* 3. *Propterea vaticinare, & dic ; hæc dicit Dominator Dominus : propter illud ipſum, quòd reſiduæ gentes, quæ vos ambiunt, quia vaſtati eſtis, vobis inhiant, ut eis cedatis in poſſeſſionem, voſque in hominum dicteria & probra veniſtis :* 4. *Propter hæc, montes Iſrael, audite verbum Domini Dominatoris. Hæc dicit Dominator Dominus montibus, collibus, tractibus & vallibus, vaſtis ruinis & urbibus deſertis, quæ contemptui ſunt ac ludibrio gentium reliquarum, quæ vos ambiunt.* 5. *Hæc igitur dicit Dominator Dominus : ego æmulator hæc denuntio iratus gentibus iis, quæ relictæ ſunt, & univerſo Edom, quibus vehementer lætantibus & contemnentibus terra mea data eſt poſſidenda, ut dimitteretur expilationi.* 6. *Hæc igitur vaticinare de terrâ Iſrael, & dic montibus, collibus, tractibuſque ac vallibus : hæc dicit Do-*

1. ואתה בן אדם הנבא אל
הרי ישראל ואמרת · הרי ישראל
שמעו דבר יהוה : 2. כה אמר
אדני יהוה · יען אמר האויב עליכם
האח · ובמות עולם למורשה היתה
לנו : 3. לכן הנבא ואמרת · כה
אמר אדני יהוה · יען ביען שמות
ושאף אתכם מסביב להיותכם
מורשה לשארית הגוים · ותעלו על
שפת לשון ודבת עם : 4. לכן
הרי ישראל שמעו דבר אדני יהוה ·
כה אמר אדני יהוה להרים ולגבעות
לאפיקים ולגאיות ולחרבות השממות
ולערים הנעזבות אשר היו לבז
וללעג לשארית הגוים אשר מסביב :
5. לכן כה אמר אדני יהוה · אם לא
באש קנאתי דברתי על שארית הגוים
ועל אדום כלא · אשר נתנו את
ארצי להם למורשה בשמחת כל
לבב בשאט נפש למען מגרשה
לבז : 6. לכן הנבא על אדמת
ישראל · ואמרת להרים ולגבעות
לאפיקים ולגאיות · כה אמר אדני
יהוה · הנני בקנאתי ובחמתי דברתי ·
יען כלמת גוים נשאתם : 7. לכן
כה אמר אדני יהוה · אני נשאתי
את ידי · אם לא הגוים אשר לכם
מסביב המה כלמתם ישאו : 8.
ואתם הרי ישראל ענפכם תתנו
ופריכם תשאו לעמי ישראל · כי

minator Dominus ; ego æmulator
hæc denuntio iratus , quandoquidem
ſubiiſtis opprobrium gentium. 7. *Ideò*
hæc dicit Dominator Dominus : ego
juro in hæc verba. Iſtæ gentes , quæ
vos ambiunt , ſuam quoque ignomi-
niam ſubibunt. 8. *Vos verò , montes*
Iſrael , ramos veſtros edetis , & fruc-
tus veſtros feretis populo meo Iſrael ;
atque hæc brevi eventura ſunt. 9. *Ego*
enim vobis præſens adero , meque ad
vos convertam ; vos arabimini , vos
excipietis ſementem. 10. *Faciam ut*
affluatis multitudine hominum de uni-
versâ domo Iſrael ; ut urbes habiten-
tur , ut ruinæ excitentur. 11. *Faciam*
ut affluatis & hominibus & jumentis,
quæ ſoboleſcent & crebreſcent ; ego
vos reddam habitabiles , ut olim fuiſ-
tis , & faciam vos uberiores , quàm
anteà eratis , & cognoſcetis me eſſe
Dominum. 12. *Quippe homines ego,*
populum meum Iſrael , ad vos per-
ducam ; illi te poſſidebunt ; tu eis ce-
des in hæreditatem , neque illi per te
adhuc orbabuntur. 13. *Hæc dicit Do-*
minator Dominus ; quoniam de vo-
bis hoc dictum fuit ; tu homines devo-
ras , tu tuam gentem orbam facis ;
14. *Tu homines in poſterum non de-*
vorabis , nec adhuc orbabis tuam gen-
tem , dicit Dominator Dominus.
15. *Nec patiar ut adhuc de te au-*
diantur probra gentium , nec populo-
rum exprobrationes adhuc ſubibis ,
quoniam tu gentem tuam non am-
pliùs orbam facies , dicit Dominator
Dominus. 16. *Fuit autem ad me*
verbum Domini , hæc dicentis :
17. *Filî hominis , domus Iſrael , cùm*
habitabat terram ſuam , contamina-
vit eam viis ſuis & inſtitutis. Erat
via eorum coram me talis , qualis eſt
immunditia feminæ patientis menſes.

קרבו לבוא : 9. כי הנני אליכם ·
ופניתי אליכם · ונעבדתם ונזרעתם :
10. והרביתי עליכם אדם כל בית
ישראל כלה · ונושבו הערים
והחרבות תבנינה : 11. והרביתי
עליכם אדם ובהמה · ורבו ופרו ·
והושבתי אתכם כקדמותיכם והטבתי
מראשתיכם · וידעתם כי אני יהוה :
12. והולכתי עליכם אדם את עמי
ישראל · וירשוך והיית להם לנחלה ·
ולא תוסף עוד לשכלם : 13. כה
אמר אדני יהוה · יען אמרים לכם
אכלת אדם אתי · ומשכלת גויך
היית : 14. לכן אדם לא תאכלי
עוד וגויך לא תכשלי עוד · נאם
אדני יהוה : 15. ולא אשמיע
אליך עוד כלמת הגוים · וחרפת
עמים לא תשאי עוד · וגויך לא
תכשלי עוד · נאם אדני יהוה :
16. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
17. בן אדם בית ישראל ישבים
על אדמתם ויטמאו אותה בדרכם
ובעלילותם · כטמאת הנדה היתה
דרכם לפני : 18. ואשפך חמתי
עליהם על הדם אשר שפכו על
הארץ · ובגלוליהם טמאוה : 19.
ואפיץ אתם בגוים ויזרו בארצות ·
כדרכם וכעלילותם שפטתים : 20.
ויבוא אל הגוים אשר באו שם ·
ויחללו את שם קדשי · באמר להם
עם יהוה אלה ומארצו יצאו : 21.
ואחמל על שם קדשי אשר חללהו
בית ישראל בגוים אשר באו
שמה :
22. לכן אמר לבית ישראל · כה
אמר אדני יהוה · לא למענכם אני
עשה בית ישראל · כי אם לשם
קדשי אשר חללתם בגוים אשר
באתם שם : 23. וקדשתי את
שמי הגדול המחלל בגוים אשר
חללתם בתוכם · וידעו הגוים כי אני
יהוה · נאם אדני יהוה · בהקדשי
בכם לעיניכם : 24. ולקחתי אתכם
מן הגוים · וקבצתי אתכם מכל

18. *Ego igitur effudi in eos iram*
meam, propter ſanguinem quem in
terram fuderunt; quæ eadem idolis
eorum fuit inquinata. 19. *Ego eos*
diſperſi in gentes, & fuerunt ventilati
in regiones; ut fuerant viæ eorum
& inſtituta, ſic ego judicavi eos.
20. *Cùm igitur ingreſſi ſunt ad gen-*
tes eas, in quas devenerunt, illi no-
men ſanctum meum inhoneſtaverunt,
cùm de eis diceretur; Dominus erat
cum eis, tamen terrâ ejus pulſi ſunt.
21. *Ego igitur indulgebo nomini*
ſancto meo, quem inhoneſtavit domus
Iſrael in gentibus iis, ad quas vene-
runt. 22. *Dic igitur domui Iſrael:*
hæc dicit Dominator Dominus: non
propter vos ego id facturus ſum, do-
mus Iſrael, ſed propter nomen ſanc-
tum meum, quod inhoneſtaviſtis in
gentibus, ad quas veniſtis. 23. *Ete-*
nim ſanctum præſtabo nomen magnum
meum, quod inhoneſtatum fuit apud
gentes, quia vos illud, apud eas in-
honeſtum feciſtis, & cognoſcent gen-
tes me eſſe Dominum, dicit Domi-
nator Dominus, cùm ego apud vos
in oculis earum ſanctè habebor. 24. *Er-*
go ego vos de gentibus reſumam, &
colligam vos de omnibus terris, du-
camque ego vos in terram veſtram.
25. *Idem ego aſpergam vos aquâ*
mundâ, & mundabo vos ab omnibus
immunditiis veſtris, & ab omnibus
idolis veſtris emundabo vos. 26. *Da-*
bo vobis cor novum, indamque apud
vos ſpiritum novum; auferam à vo-
bis cor lapideum, & cor carneum da-
bo vobis. 27. *Spiritum meum conſti-*
tuam apud vos, faciamque ut inſti-
tutorum meorum ſequamini vias, &
ut judicia mea diligenter obſervetis.
28. *Et ſedebitis in terrâ, quam dedi*
patribus veſtris; vos eritis populus meus, ego autem Deus veſter. 29. *Et*
faciam

הארצות · והבאתי אתכם אל
אדמתכם : 25. וזרקתי עליכם
מים טהורים וטהרתם · מכל
טמאותיכם ומכל גלוליכם אטהר
אתכם : 26. ונתתי לכם לב
חדש · ורוח חדשה אתן בקרבכם ·
והסרתי את לב האבן מבשרכם ·
ונתתי לכם לב בשר : 27. ואת
רוחי אתן בקרבכם · ועשיתי את
אשר בחקי תלכו ומשפטי תשמרו
ועשיתם : 28. וישבתם בארץ אשר
נתתי לאבתיכם · והייתם לי לעם ·
ואנכי אהיה לכם לאלהים : 29.
והושעתי אתכם מכל טמאותיכם ·
וקראתי אל הדגן והרביתי אתו · ולא
אתן עליכם רעב : 30. והרביתי
את פרי העץ ותנובת השדה · למען
אשר לא תקחו עוד חרפת רעב
בגוים : 31. וזכרתם את דרכיכם
הרעים ומעלליכם אשר לא טובים ·
ונקטתם בפניכם על עונתיכם ועל
תועבתיכם : 32. לא למענכם
אני עשה · נאם אדני יהוה · יודע
לכם · בושו והכלמו מדרכיכם בית
ישראל : 33. כה אמר אדני יהוה ·
ביום טהרי אתכם מכל עונותיכם
והושבתי את הערים · ונבנו החרבות :
34. והארץ הנשמה תעבד · תחת
אשר היתה שממה לעיני כל עובר :
35. ואמרו הארץ הלזו הנשמה
היתה כגן עדן · והערים החרבות
והנשמות והנהרסות בצורות ישבו :
36. וידעו הגוים אשר ישארו
סביבותיכם כי אני יהוה בניתי
הנהרסות נטעתי הנשמה · אני יהוה
דברתי ועשיתי : 37. כה אמר
אדני יהוה · עוד זאת אדרש לבית
ישראל לעשות להם · ארבה אתם
כצאן אדם : 38. כצאן קדשים
כצאן ירושלם במועדיה כן תהיינה
הערים החרבות מלאות צאן אדם ·
וידעו כי אני יהוה :

faciam vos immunes ab omnibus immunditiis veſtris ; frumentum adducam ,
atque ejus dabo magnum numerum , neque in vos dimittam famem. 30. *Mul-*
tiplicabo fructus arborum proventumque agrorum , ne adhuc apud gentes fa-
mis ignominiam ſubeatis. 31. *Tum vos de viis veſtris pravis recogitabitis ,*
deque veſtris peſſimis inſtitutis , & diſplicebitis vobiſmetipſis in iniquitatibus
ſceleribuſque veſtris. 32. *Non propter vos ego hæc facturus ſum , dicit Domi-*
nator Dominus , neque id ignorabitis. Sit vobis pudor , domus Iſrael , &
erubeſcite de viis veſtris. 33. *Hæc dicit Dominator Dominus ; quando ego*
mundabo vos ab omnibus iniquitatibus veſtris , ſimul curabo , ut urbes fiant
habitabiles , ut ruinæ excitentur. 34. *Terra , quæ devaſtata fuerat , coletur ,*
quanquam eam omnis viator anteà viderat devaſtatam. 35. *Et dicetur ; terra*
hæc , quæ fuit devaſtata , ut hortus Eden facta eſt ; urbes , quæ vaſtatæ , de-
ſertæ ac dirutæ fuerant , munitæ ſunt & habitantur. 36. *Et cognoſcent gen-*
tes , quæ circùm vos relictæ fuerint , me eſſe Dominum , qui , quæ diruta
erant , inſtauraverim , quæ devaſtata , plantaverim : ego Dominus hæc lo-
quor , & hæc ſum facturus. 37. *Hæc enim dicit Dominator Dominus : ego*
curabo diligenter , ut hæc adhuc faciam domui Iſrael ; hominum numerum
augebo , ſic tanquam gregum. 38. *Qualis eſt grex ſanctorum , vel quales Je-*
ruſalem greges in ſolemnitatibus ejus , tales erunt urbes , quæ vaſtatæ fuerant ,
plenæ hominum gregibus , & cognoſcent me eſſe Dominum.

---

3. יען ביען שמות ושאף אתכם מסביב : Verbum pro verbo , *propter deſolari & deſiderari vos undique, ut cedatis in poſſeſſionem ;* (nam Paſſiva ſunt, hoc quidem loco , duo verba שמות & שאף ,) לשארית הגוים , *reliquis gentibus* , ſive eis , quibus Chaldæi pepercerunt. Pepercerant autem illis , quæ oderant Iſraelitas , quæque ſibi adversùm eos auxilio fuerant , ex quorum numero erant Idumæi. ותעלו על שפת לשון... , *& aſcendiſtis ſuper labium Linguæ.* Non hîc agitur lingua , quæ in ore eſt ſub palato , ſed Lingua , quam populi uſurpant ſuâ quiſque in regione. Reſpondet לשון ſimili verbo עם.

5. ועל אדום כלא , *& ad Idumæum omnem.* Circulò ſuperno caſtigatur כלא in Codicibus , ut ſignificetur , legendum כלה... למען מגרשה לבז , *propter expulſionem ad prædam.* Nullibi legitur מגרשה , ſignificans *expulſionem.* Omninò legendum הגרשה , *propter expelli eam* , vel *dimitti* , לבז , *in prædam.* Ita videntur legere Græci Intt. qui , τὸ ἀφανίσαι , *ad delendum.*

8. כי קרבו לבוא : Nos , *atque hæc brevi eventura ſunt* , ex ſcripturâ קרבה , in neutro genere ; nam קרבו , *appropinquant* , liquet non efferri de *montibus ;* nec vero etiam effertur de *ramis* & de *fructibus.* Quippe hæc forma loquendi קרב לבוא , uſurpatur de eventu rerum , non de proventu fructuum.

10. כל בית ישראל כלה : Latet aliquod mendum. Non modò enim כלה femininum malè , poſt כל maſculinum , ut eſſe debet , quia בית maſculinum eſt , ſed etiam redundat id alterum כלה , poſt כל ; neque id ſapit Hebr. ſermonem. Alterutrum ſupervacaneum eſt. Omittunt כלה Syrus & Vulgatus. Græci Intt. εἰς τέλος , *in finem* , quod tamen non ſignificat כלה. Chaldæus , כל בית ישראל כולהון , *omnem domum Iſrael omnes eos* , eâdem redundantiâ , quam nos reprehendimus. Credimus legendum , בית ישראל כלם , *domum Iſrael* , *omnes eos* , quæ ſolita eſt norma ſcribendi ; itaque videtur expungendum כל.

12. ולא תוסף עוד לשכלם : Vulgatus , *non addes ultrà ut abſque eis ſis.* Non ſic nobis licuit ; quia שכל Activum eſt , & habet caſum ſuum in Affixo ם. Ergo interpretamur , *orbare eos* , nimirùm per famem. Sententiam talem poſtulant verſus tres conſequentes.

13. אתי : Maſora את ; meliùs ſcripſiſſet אתה , *tu.* Eadem malè גוייך , *gentes tuas* , pro גויך , *gentem tuam.* Semper enim populus Iſrael pro unâ gente accipitur in Sacris Codicibus ; nuſquam pro *gentibus.*

14. & 15. תכשלי , *cadere facies.* Rectè Maſora תשכלי , *orbabis* , ut ſuprà legitur , & ut infrà legendum verſu 15. quanquam de verſu 15. Maſoretæ omiſerunt , ubi etiam Chaldæus ipſe , תתכלי , *orbabis.*

20. ויבוא , *& venit.* Lege , ויבאו , *& venerunt.* Solecismum , יבוא , ejicit ipſa membrana ; numerum plur. exhibent omnes Veteres.

21. חללהו בית ישראל , *inhoneſtavit illud domus Iſrael.* Quatuor Codices חללוהו , *inhoneſtârunt*

illud, quod melius. Nam *domus Iſrael*, quia collectivè ſumitur, jungitur ad numerum plur. Vide verſum 17.

25. וזרקתי עליכם מים טהורים, *idem ego aſpergam vos aquâ mundâ.* Nunc ordo rerum major ſequitur, nec jam tangitur reditus Babylone Jeroſolymam, ſed reditus ultimus Judæorum ex omnibus terris in terram ſuam, cùm habituri ſunt cor carneum & ſpiritum novum, nec famis mala experientur. Hæc enim nemo dixerit habuiſſe eventum ſuum in Judæis Babylone reverſis.

35. הארץ הלזו, *terra hæc.* Pronomen הלזו inuſitatum genere maſculino, cum ו in fine, & mendum videri eò magis debet, quòd nomen eſt femininum הארץ. Non dubium, quin olim ſcriptum fuerit הלזה.

CAPUT XXXVII.

Videt oſſa arida, quæ unum ad alterum junguntur, deinde operiuntur nervis & carne, ac vivunt; hæc oſſa, domus Iſrael, quæ olim reviviſcet, David eorum rege ac paſtore.

1. *Fuit in me manus Domini,*
quæ me, eductum foras per ſpiritum
Domini, perduxit in mediam val-
lem, quæ plena erat oſſibus. 2. *Cir-*
cumduxit autem me præter oſſa in
gyrum; erant in totâ valle oſſa quàm
plurima, eaque aridiſſima. 3. *Di-*
xitque mihi: fili hominis, an hæc
oſſa reviviſcent? Ego autem reſpon-
di; tu noſti, Domine, Deus meus.
4. *Tum dixit mihi; vaticinare ad*
hæc oſſa, & dic eis: oſſa arida, au-
dite verbum Domini. 5. *Hæc dicit*
Dominator Dominus illis oſſibus;
ego intromittam in vos ſpiritum, &
vivetis; 6. *Et addam vobis nervos,*
& vos induam carne, ac cute ſuper-
induam, mittamque in vos ſpiritum,
& vivetis, & cognoſcetis me eſſe Do-
minum. 7. *Ego igitur vaticinatus*
ſum, ut mihi mandatum fuerat, &,
dum vaticinabar, extitit ſonus & ter-
ræ motus, & oſſa ad ſuum cujuſque
os acceſſerunt. 8. *Ego hæc aſpicie-*
bam; ecce autem ſuper hæc jam ner-
vi erant; creſcebat caro, jamque hæc
ſuperinduebat cutis; ſed non erat in
eis ſpiritus. 9. *Dixit autem mihi;*

1. היתה עלי יד יהוה · ויוציאני
ברוח יהוה · ויניחני בתוך הבקעה ·
והיא מלאה עצמות ׃ 2. והעבירני
עליהם סביב סביב · והנה רבות
מאד על פני הבקעה · והנה יבשות
מאד ׃ 3. ויאמר אלי · בן אדם
התחיינה העצמות האלה · ואמר ·
אדני יהוה אתה ידעת ׃ 4.
ויאמר אלי · הנבא על העצמות
האלה ואמרת אליהם · העצמות
היבשות שמעו דבר יהוה ׃ 5.
כה אמר אדני יהוה לעצמות האלה ·
הנה אני מביא בכם רוח וחייתם ׃
6. ונתתי עליכם גידים · והעליתי
עליכם בשר · וקרמתי עליכם עור ·
ונתתי בכם רוח וחייתם · וידעתם כי
אני יהוה ׃ 7. ונבאתי כאשר
צויתי · ויהי קול כהנבאי · והנה
רעש · ותקרבו עצמות עצם אל
עצמו ׃ 8. וראיתי והנה עליהם
גידים · ובשר עלה ויקרם עליהם
עור מלמעלה · ורוח אין בהם ׃ 9.
ויאמר אלי · הנבא אל הרוח · הנבא
בן אדם ואמרת אל הרוח · כה
אמר אדני יהוה · מארבע רוחות
באי הרוח ופחי בהרוגים האלה
ויחיו ׃ 10. והנבאתי כאשר צוני ·
ותבוא בהם הרוח · ויחיו ויעמדו על

vaticinare ad ſpiritum, vaticinare,
fili hominis ; hæc autem ſpiritui di-
ces : hæc dicit Dominator Dominus :
ſpiritus, adeſto ex quatuor ventis, &
ſuffla in hos interfectos, ut reviviſ-
cant. 10. *Ego vaticinatus ſum, ut*
mihi mandatum fuerat, adveniique
in eos ſpiritus, & revixerunt, conſti-
teruntque in pedes ſuos, exercitus
mirè multus. 11. *Dixitque mihi ;*
fili hominis, oſſa hæc, univerſa do-
mus Iſrael. Etenim hæc dicunt ; oſſa
noſtra exaruêre ; ſpes noſtra periit, &
ſuccidimur. 12. *Ergo vaticinare, &*
dic eis : hæc dicit Dominator Domi-
nus ; ego aperturus ſum ſepulcra veſ-
tra ; ego vos, popule meus, ſepulcris
veſtris eductarus ſum & in terram
Iſrael reducturus. 13. *Et cognoſcetis*
me eſſe Dominum, cùm ego aperuero
ſepulcra veſtra ; cùm vos ego, popule
meus, eduxero ſepulcris veſtris.
14. *Ego autem ponam in vobis ſpiri-*
tum meum, & vivetis ; ducamque
vos in terram veſtram, & cognoſcetis
me eſſe Dominum, qui hæc loquor,
quique hæc faciam, dicit Dominus.
15. *Fuit deinde ad me verbum Do-*
mini, hæc mandantis. 16. *Fili homi-*
nis, ſume lignum unum, atque illud
ſic inſcribe : Judæ ac filiis Iſrael ſo-
ciis ejus ; poſteà ſumes alterum li-
gnum, quod ſic inſcribes : Joſeph,
lignum Ephraim, & omnis domûs
Iſrael, ſociorum ejus. 17. *Deinde*
applicabis unum ad alterum, ut fiat
unum idemque lignum, ut in manu
tuâ quaſi unum ſint. 18. *Et quo-*
niam filii populi tui tibi hæc dicturi
ſunt : non-ne tu nobis explicabis,
quid tua hæc ſibi velint ; 19. *Tu eis*
reſpondebis : hæc dicit Dominator
Dominus ; en ego ſumam lignum Jo-
ſeph, quod eſt ad latus Ephraim, &

רגליהם חיל גדול מאד ׃ 11.
ויאמר אלי · בן אדם העצמות האלה
כל בית ישראל המה · הנה אמרים
יבשו עצמותינו ואבדה תקותנו ·
נגזרנו לנו ׃ 12. לכן הנבא
ואמרת אליהם · כה אמר אדני יהוה ·
הנה אני פתח את קברותיכם ·
והעליתי אתכם מקברותיכם עמי ·
והבאתי אתכם אל אדמת ישראל ׃
13. וידעתם כי אני יהוה · בפתחי
את קברותיכם ובהעלותי אתכם
מקברותיכם עמי ׃ 14. ונתתי
רוחי בכם · וחייתם והנחתי אתכם
על אדמתכם · וידעתם כי אני יהוה
דברתי ועשיתי · נאם יהוה ׃
15. ויהי דבר יהוה אלי לאמר ׃
16. ואתה בן אדם קח לך עץ
אחד · וכתב עליו ליהודה ולבני
ישראל חברו · ולקח עץ אחד וכתב
עליו ליוסף עץ אפרים וכל בית
ישראל חברו ׃ 17. וקרב אתם
אחד אל אחד לך לעץ אחד · והיו
לאחדים בידך ׃ 18. וכאשר יאמרו
אליך בני עמך לאמר · הלוא תגיד
לנו מה אלה לך ׃ 19. דבר אלהם ·
כה אמר אדני יהוה · הנה אני לקח
את עץ יוסף אשר ביד אפרים
ושבטי ישראל חברו · ונתתי אותם
עליו את עץ יהודה · ועשיתם לעץ
אחד · והיו אחד בידי ׃ 20. והיו
העצים אשר תכתב עליהם בידך
לעיניהם ׃ 21. ודבר אליהם · כה
אמר אדני יהוה · הנה אני לקח את
בני ישראל מבין הגוים אשר הלכו
שם · וקבצתי אתם מסביב · והבאתי
אותם אל אדמתם ׃ 22. ועשיתי
אתם לגוי אחד בארץ בהרי ישראל ·
ומלך אחד יהיה לכלם למלך · ולא
יהיה עוד לשני גוים · ולא יחצו עוד
לשתי ממלכות עוד ׃ 23. ולא
יטמאו עוד בגלוליהם ובשקוציהם
ובכל פשעיהם · והושעתי אתם
מכל מושבתיהם אשר חטאו בהם ·
וטהרתי אותם · והיו לי לעם · ואני

Tribus Iſraël ſocias ejus, ad illudque
illas adjungam, cum ligno Judæ,
faciamque ut fiant lignum unum,
utque in manu meâ unum ſint. 20. *Si-*
mul verò ligna duo, quæ inſcripſe-
ris, in manu tuâ, erunt ante oculos
eorum. 21. *Et dicès eis; hæc dicit*
Dominator Dominus: en ego filios
Iſraël de gentibus recipiam, ad quas
iverunt; ego eos undique colligam,
reducamque ad terram ſuam. 22. *Fa-*
ciamque eos gentem unam in terrâ,
in monte meo Iſraël; rex eis unus
omnibus imperabit; nec ampliùs
erunt duæ gentes, nec adhuc in duo
regna ſeparabuntur: 23. *Neque ad-*
huc contaminabuntur idolis ſuis &
Diis vanis, aut ullis ſuis ſceleribus;
nam eos faciam immunes ab omnibus ſuis rebellionibus, in quibus delique-
runt. Ego mundabo eos; illi erunt populus meus, ego autem Deus eorum.
24. *Intereà in eos regnabit ſervus meus David, paſtorque eis erit unus om-*
nibus; judiciorum meorum vias tenebunt, & ſtatuta mea conſervabunt, ut ea
exſequantur; 25. *Habitabuntque in terrâ, quam dedi ſervo meo Jacob, ubi*
habitavêre patres eorum; in eâ ſedem habebunt filii eorum & filii filiorum in
perpetuum; & dux eorum perpetuus erit ſervus meus David. 26. *Faciam cum*
eis fœdus pacis, fœdus durabile apud eos futurum; ego ero ductor eorum, &
multiplicabo eos, & collocabo apud eos ſanctuarium meum ad perpetuita-
tem. 27. *Erit inter eos habitatio mea; ero illorum Deus, illi autem popu-*
lus meus. 28. *Et cognoſcent gentes me eſſe Dominum, qui fecerim Iſraël*
ſanctum, cùm ſanctuarium meum apud eos erit in perpetuum.

אהיה להם לאלהים : 24. ועבדי
דוד מלך עליהם · ורועה אחד יהיה
לכלם · ובמשפטי ילכו וחקתי ישמרו
ועשו אותם : 25. וישבו על
הארץ אשר נתתי לעבדי ליעקב ·
אשר ישבו בה אבותיכם · וישבו
עליה המה ובניהם ובני בניהם עד
עולם · ודוד עבדי נשיא להם
לעולם : 26. וכרתי להם ברית
שלום · ברית עולם יהיה אותם ·
ונתתים והרביתי אותם · ונתתי את
מקדשי בתוכם לעולם 27. והיה
משכני עליהם והייתי להם לאלהים ·
והמה יהיו לי לעם : 28. וידעו
הגוים כי אני יהוה מקדש את
ישראל · בהיות מקדשי בתוכם
לעולם :

---

3. & 4. התחיינה העצמות האלה, *an hæc oſſa reviviſcent?* Nimirùm modò, & in oculis tuis, dum tu hæc intueris. Nam per talem interrogationem præparatur Ezechiel ad perficiendum mandatum de iis oſſibus exſuſcitandis, quod mox accepturus eſt. Grotius hunc locum ſic exponit: » *putas-ne vivent oſſa iſta?* Putas-ne id fieri poſſe? *Domine Deus, tu noſti.* Potes omnino, » quid velis tuum eſt noſſe. Magna fides Prophetæ, & imago fidei Chriſtianæ, quæ Reſurrec- » tionem ex mortuis credit. « Atqui non fuiſſet Prophetæ *magna fides*, ſi hoc tantùm Deus interrogabat, *putas ne id fieri poſſe.* Quippe ad hæc Propheta cùm reſponderet, *Domine Deus, tu noſti*, hoc tantùm reſpondere videbatur, *Domine... tu noſti, an hoc fieri poſſit*, vel *fieri poſſe*, atque adeò nihil aliud profitebatur, quàm ſe credere, fieri poſſe reſurrectionem, nec futuram ſe credere declarabat. Sed interrogabat Deus, an futurum eſſet, non autem, an fieri poſſet. Propterea autem reſpondit Ezechiel dubitans, quia nondum ſciebat, quem finem viſio hæc eſſet habitura. Quæ quanquam ita ſunt, tamen rectè colligitur ex hoc loco, eſſe reſurrectionem mortuorum. » Nunquam enim (inquit Hieronymus) poneretur ſimilitudo reſurrectionis, ad » reſtitutionem Iſraelitici populi ſignificandam, niſi ſtaret ipſa reſurrectio, & futura crede- » retur; quia nemo de rebus non extantibus incerta confirmat.

11. נגזרנו לנו, *ſuccidimur.* Abundat לנו, ut infra verſu 16. לך, in קח לך, *ſume tibi*; ita tamen ut לנו addat vim orationi, ut ſignificent qui hæc loquuntur, ſe penitùs interire.

12. והעליתי אתכם מקברותיכם, *& educam vos ex ſepulcris veſtris.* Pertinent *ſepulcra* ad ſimilitudinem ductam ex oſſibus aridis; quia captivis Judæis nulla ſpes reditûs affulgebat, quomodò nulla ſpes eſt, hominem ſepultum ſepulcro egreſſurum.

14. ונתתי רוחי בכם, *& ponam ſpiritum meum in vobis.* Hæc continuant vaticinationem capitis ſuperioris, de ultimo reditu Judæorum. Sermo fit ad totam gentem, quam nemo dixerit, Babylone redeuntem, habuiſſe ſpiritum Dei; ut neque de paucis Judæis, qui Chriſtianam fidem amplexi ſunt, dici poteſt, gentem Judæorum factam fuiſſe Chriſtianam.

16. חברו : Rectè Maſora, חבריו, *ſociis ejus;* nam anteceſſit לבני, numeri pluralis. Sic etiam emendandum, cum Maſorâ, verſu 19. ubi antecedit שבטי...ליוסף עץ אפרים, *Joſeph, lignum Ephraim*, non *Manaſſe;* quia caput regni decem Tribuum fuerat in Tribu Ephraim.

19. אשר ביד אפרים : Nos, *quod eſt ad latus Ephraim;* i. e. quod eſt in tabulæ ejus latere, in quo inſcriptum eſt nomen Ephraim. Nam ſæpe יד ſignificat *latus*, puta dexterum, aut ſiniſtrum. Noluimus interpretari, *quod eſt in manu Ephraim*, quia per עץ intelligitur tabula, in quâ nomina inſcripta erant; quæ tabula non erat *in manu Ephraim;* ut neque *ſceptrum*, quod jam dudum excuſſum fuerat ex manibus Ephraim. ...ועשיתם : Lege, ועשיתים, *& faciam eos.* Ita ſcriptum eſt in Codice Reg. 29.

22. ולא יהיה : Rectè Maſora, ולא יהיו, *& non erunt;* nam anteceſſerunt numeri plurales אתם & לכלם, de quibus pronominibus effertur verbum יהיו.

23. מכל מושבתיהם, (*& ſalvabo eos*) *ex omnibus habitationibus ſuis.* Multò meliùs Græci Intt. *ἀπὸ πασῶν ἀνομιῶν*, *ex omnibus iniquitatibus*, ex ſcriptione משובתיהם, *averſionibus eorum;* qui ſignificatus meliùs quadrat in verbum הושעתי, nec non in res antecedentes, in quibus tangitur liberatio à peccatis, non autem ab habitaculis.

24. ורועה : Rectè circulo ſuperno animadvertunt Codices; quippe uſitatum eſt רעה, *paſtor*, non רועה.

25. ודוד עבדי נשיא להם לעולם, *& ſervus meus David dux eorum in perpetuum;* ſive, quandiu in terris vivent, non eis defuturus; quia videlicet ab eo non ampliùs avertentur, poſtquàm eum ſemel agnoverint regem ac ſalvatorem. Nullibi Sacrorum Codicum, poſt mortuum David regem, alter David promittitur, niſi unus Meſſias; quem alterum David qui putant fuiſſe Zorobabel, aut alterum quemvis, præter Meſſiam, Sacris verbis palàm abutuntur.

26. ונתתים : Hoc verbum Syrus omittit; omittunt etiam Græci Intt. Chaldæus, ואברכנון, *& benedicam eis*, cùm legeret וברכתים. Nos, pro ונתתים, legimus ונחתים, *& ducam eos.*

CAPUT XXXVIII.

Adversùm Gog, qui venturus eſt in terram Iſrael, dum ibi ſecuri erunt Judæi ex captivitate reduces, ut ſpolia diripiat. Milites ejus arma ſua in ſe ipſos convertent, & mittet Deus in eos imbres, grandinem & ſulphur.

1. *Fuit ad me verbum Domini, hæc mandantis :* 2. *Filî hominis, converte vultum tuum ad Gog, terram Magog, principis Roſſ, Moſoch & Thubal, & de eo vaticinare.* 3. *Hæc autem dices: hæc dicit Dominator Dominus; en ego adero ad te Gog, principem Roſſ, Moſoch & Thubal.* 4. *Ego te retrò avertam, & poſito fræno in maxillis tuis, exire te cogam, tecumque exercitum tuum, equos ſimul & equites, omnes cataphractos, lanceâ, clypeo & gladiis armatos,* 5. *Perſas, Æthiopas & cum eis Lybies, omnes ſcutatos &*

1. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
2. בן אדם שים פניך אל גוג ארץ
המגוג נשיא ראש משך ותובל ·
והנבא עליו : 3. ואמרת · כה אמר
אדני יהוה · הנני אליך גוג נשיא
ראש משך ותובל : 4. ושובבתיך ·
ונתתי חחים בלחייך · והוצאתי אותך
ואת כל חילך סוסים ופרשים לבשי
מכלול · כלם קהל רב צנה ומגן
תפשי חרבות כלם : 5. פרס כוש
ופוט אתם · כלם מגן וכובע : 6.
גמר וכל אגפיה · בית תוגרמה ירכתי
צפון ואת כל אגפיו · עמים רבים
אתך : 7. הכן והכן לך אתה
וכל קהליך הנקהלים עליך · והיית

galeatos. 6. Gomer univerſaque agmina ejus, familiam Thogorma de lateribus aquilonis, univerſaque agmina ejus, populos innumerabiles, qui tecum ſunt. 7. Age, fac tuos apparatus, tu & omnes turmæ, quæ ad te coierunt, & quibus præfectus es. 8. Tu inde ab multis diebus deſtinatus es; tu in poſterioribus annis ad terram venturus es à gladiis recentem, collectamque de multis gentibus ad montes Iſrael diu deſolatos, cùm de populis egreſſi omnes ſecurè habitabunt. 9. Tu imminebis, ut ingruit tempeſtas, eriſque velut nubes, quæ operit terram, tu & turmæ tuæ, populique innumerabiles, qui tecum ſunt. 10. Hæc dicit Dominator Dominus: eo tempore cogitationes in cor tuum venient, agitabiſque apud te conſilia pernicioſa; 11. Diceſque: ego intrabo in terram ſine mœnibus; adveniam in eos, qui tranquillè agunt, & ſecurè habitant ſine mœnibus, neque vectes habent, nec valvas. 12. Scilicet ut ſpolia auferas, & facias prædam; ut manum tuam convertas in ruinas jam habitabiles, in populum de gentibus collectum, pecoribuſque ac prædiis operam navantem, ſedemque habentem in editis terræ locis. 13. Tunc Saba & Dedan & negotiatores Tharſis cunctique ejus vici hæc tibi dicent; an tu vadis ad auferenda ſpolia? An collegiſti multitudinem tuam, ut facias prædas, ut argentum & aurum tollas, ut pecora & prædia diripias, ſpoliaque immenſa auferas? 14. Ergo vaticinare, filî hominis, & hæc dicito ad Gog: hæc dicit Dominator Dominus; tu, eo tempore, cùm populus meus Iſrael ſecurè habitabit, exſuſcitabêre, 15. Et egredieris ex loco tuo, de la-

להם למשמר ׃ 8. מימים רבים
תפקד ׀ באחרית השנים תבוא אל
ארץ משובבת מחרב מקבצת
מעמים רבים על הרי ישראל אשר
היו לחרבה תמיד ׀ והיא מעמים
הוצאה ׀ וישבו לבטח כלם ׃ 9.
ועלית כשואה תבוא ׀ כענן לכסות
הארץ תהיה אתה וכל אגפיך
ועמים רבים אתך ׃

10. כה אמר אדני יהוה ׀ והיה
ביום ההוא יעלו דברים על לבבך ׀
וחשבת מחשבת רעה ׃ 11.
ואמרת ׀ אעלה על ארץ פרזות ׀
אבוא השקטים ישבי לבטח כלם ׀
ישבים באין חומה ׀ ובריח ודלתים
אין להם ׃ 12. לשלל שלל ולבז
בז ׀ להשיב ידך על חרבות נושבות
ואל עם מאסף מגוים עשה מקנה
וקנין ׀ ישבי על טבור הארץ ׃ 13.
שבא ודדן וסחרי תרשיש וכל
כפיריה יאמרו לך ׀ הלשלל שלל
אתה בא ׀ הלבז בז הקהלת קהלך ׀
לשאת כסף וזהב ׀ לקחת מקנה
וקנין ׀ לשלל שלל גדול ׃ 14. לכן
הנבא בן אדם ׀ ואמרת לגוג ׀ כה
אמר אדני יהוה ׀ הלוא ביום ההוא
בשבת עמי ישראל לבטח תדע ׃
15. ובאת ממקומך מירכתי צפון
אתה ועמים רבים אתך ׀ רכבי
סוסים ׀ כלם קהל גדול וחיל רב ׃
16. ועלית על עמי ישראל כענן
לכסות הארץ ׀ באחרית הימים
תהיה ׀ והביאותיך על ארצי למען
דעת הגוים אתי בהקדשי בך
לעיניהם גוג ׃

17. כה אמר אדני יהוה ׀ האתה
הוא אשר דברתי בימים קדמונים
ביד עבדי נביאי ישראל הנבאים
בימים ההם שנים להביא אתך
עליהם ׃ 18. והיה ביום ההוא ׀
ביום בוא גוג על אדמת ישראל ׀
נאם אדני יהוה ׀ תעלה חמתי באפי ׃
19. ובקנאתי באש עברתי דברתי ׀
אם לא ביום ההוא יהיה רעש גדול

teribus aquilonis, tu & populi tecum
innumerabiles, universi equorum ses-
sores, multitudo magna & copiæ in-
finitæ. 16. *Tu ingrues in populum*
meum Israel, velut nubes, ad ope-
riendam terram; hoc erit in posteris
diebus; quippe adducam te in ter-
ram meam, ut cognoscant me gentes,
cùm ego propter te, Gog, in oculis
earum sanctè habebor. 17. *Hæc dicit*
Dominator Dominus; tu ille es,
quem prænuntiavi à diebus antiquis,
per servos meos prophetas Israel, me ad
eum in diebus illis & annis adductu-
rum. 18. *Ergo eodem tempore, tum,*
cùm Gog veniet in terram Israel, dicit Dominator Dominus, crescet ira
mea & furor meus. 19. *Ego æmulator hæc iratus loquor: in die illâ erit ve-*
hemens terræ motus in terrâ Israel. 20. *Contremiscent ante me pisces maris,*
volucres cœli, terræ bestiæ, & quæcunque in terrâ moventur, & omnes homi-
nes qui erunt super terram; nam montes collabentur, cadent maceriæ, & om-
nia terræ mœnia corruent. 21. *Et advocabo contra eum in cunctis montibus*
gladium, dicit Dominator Dominus; gladium convertet quisque in fratrem
suum. 22. *Ego autem judicia in eum exercebo per pestilentiam & per san-*
guinem; ego pluviam inundantem mittam, & imbrem lapideum, & ignem,
& sulphur in eum & universa agmina ejus, in multitudinemque omnem,
quæ cum eo erit. 23. *Tum ego magnum me & sanctum præstabo; cognitus*
ero in oculis gentium multarum, & cognoscent me esse Dominum.

על אדמת ישראל : 20. ורעשו
מפני דגי הים ועוף השמים וחית
השדה וכל הרמש הרמש על
האדמה וכל האדם אשר על פני
האדמה ׃ ונהרסו ההרים ונפלו
המדרגות ׃ וכל חומה לארץ תפול :
21. וקראתי עליו לכל הרי חרב ׃
נאם אדני יהוה ׃ חרב איש באחיו
תהיה : 22. ונשפטתי אתו בדבר
ובדם ׃ וגשם שוטף ואבני אלגביש
אש וגפרית אמטיר עליו ועל אגפיו
ועל עמים רבים אשר אתו : 23.
והתגדלתי והתקדשתי ונודעתי לעיני
גוים רבים ׃ וידעו כי אני יהוה :

---

2. ...אל גוג ארץ המגוג נשיא ראש, *ad Gog, terram Magog, principis Ross (Mosoch & Thubal.)* Sic nominat Propheta Scythas, ex *Magog*, filio Japheth, unde Scythæ orti fuerant; qui Scythæ vicini erant gentium *Ross*, *Mosoch* & *Thubal*, qui sunt hodie Russii, Moscovitæ & Tibareni, seu Cappadoces. Multi existimant, per nomen *Gog* compellari, mutato nomine, alium quemdam principem, quomodo Nabuchodonosor *aquila* vocatur, rex Tyri *Cherubim*, rex Ægypti *crocodilus*, nec attendunt nomina hæc esse allegorica, quæ quid significent, cæteræ allegoriæ partes declarant; contrà nihil hìc esse in oratione, ex quo intelligatur, nomen *Gog* esse allegoricum. Reponit Edm. Calmet Judæos vocari aliquandò filios *patris Amorrhæi & matris Hethææ;* nec non Joannem in Apocalypsi nominare eos, qui Ecclesiam divexant, *Gog & Magog;* nihil igitur dici posse, cur non etiam credatur Ezechiel usurpasse eandem allegoriam; atque idem statuit, eum *Gog* esse Cambysen, Cyri filium, regem Persarum. Respondetur 1°. cùm Judæi *Amorrhæi* nominantur, sermonem haberi ad ipsos Judæos, itaque planam esse allegoriam; ut cùm Poeta dicit, *non tibi Diva parens... sed... genuit te... Caucasus.* 2°. Cùm Joannes Christianorum inimicos nominat *Gog* & *Magog*, tum eum Lectores suos allegare ad Ezechielem, qui populi Dei vexatores sic appellaverat; nullum verò fuisse ante Ezechielem *Gog* aut *Magog*, qui divexasset Israelitas, nec similitudinem peti ex rebus ignotis. At enim crudelissimus erat Cambyses, & notum est omnibus, fuisse Scythas crudelissimos. Hæc reponens Edm. Calmet uti nobis videtur petitione principii. Etenim quæritur, an, quo tempore Ezechiel scribebat, Scythæ Judæis satis noti essent, ut Propheta ex eorum moribus, tanquam ex re cognitâ, similitudinem mutuaret; atque ut, cùm Principem Propheta nominabat *Gog*, Judæi intelligere possent, eum sic nominari ob crudelitatem. Cæterùm, non notari Cambysen, sequentia satis declarabunt. Imò primùm declarat hic ipse versus 2. ubi legitur, *Magog, principis Ross...* Si enim rex Persarum notaretur, diceretur נשיא פרס, *dux Persidis*, posito פרס

in primo loco, quia Persis caput erat regni Persarum, non autem פרס omitteretur ibi, ubi notatur in quos populos regnet *Magog*.

4. ושובבתיך, *& te retrò avertam.* Ita interpretandum ex ipso verbo; cujus vim si sequimur, difficile est ut id de Cambyse dictum putemus. Nam Cambyses, si pellebatur ex terrâ Israel, non retrò avertebatur, quasi in Ægyptum, unde adveniebat, iterum detrusus, sed potiùs cogebatur pergere iter suum in Persidem, & accelerare fugam suam.

5. פרס, *Persas.* Nominantur hîc *Persæ* cum cæteris copiis auxiliaribus. Atqui nemo dixerit, Persas fuisse auxiliares in exercitu regis Persarum; non igitur rex Persarum ille *Magog*, ad quem sermo habetur; sed potiùs dux Scytharum, ad quem se Persæ vicini adjunxerint.

7. הכן והכן לך, *age, fac tuos apparatus.* Intelliguntur belli apparatus. Sed Cambyses non fecerat belli apparatus contra Judæam, nec anteà intravit Judæam, quàm in Ægypto amisisset exercitum. Ergo in Cambysen non conveniunt isti belli *apparatus.*

8. אל ארץ משובבת מחרב, *ad terram reductam ex gladio*, videlicet ex gladio Chaldæorum. Hoc versu disertè declaratur, quo tempore in Judæam *Magog* sit irrupturus.

9. ועלית כשואה תבוא, *& imminebis, ut ingruit tempestas.* Neque hæc conveniunt in Cambysen, jám in Ægypto profligatum, & cum paucissimis copiis, per Judæam, in suum regnum redeuntem. Verbis abuteretur Propheta, si diceret, reliquias exercitûs similes esse nubi, quæ terram operit.

12. ואל עם מאסף מגוים, *& in populum collectum de gentibus.* Nam tunc erant Judæis admixti populi ex multis gentibus, puta Chutæi, Assyrii, Tyrii, &c. qui vacuas sedes occupaverant. Hæc spectant ad ultimos annos captivitatis Babylonicæ; nisi ad ea tempora, quæ primum reditum proximè exceperunt, cùm pauci Judæi Judæam incolerent. Alia est hæc irruptio Scytharum in Judæam ab illâ, quam fecêre Scythæ multò anteà in regiones Medorum, Cyaxare regnante.

13. הלשלל שלל אתה בא, *an tu ad auferenda spolia venis?* Hæc per interrogationem dicuntur, non autem per affirmationem, quanquam ita Grotio videbatur. Nam ה semper interrogat in principio orationis, neque idem est ac הלוא, *non-ne*, quod sæpe affirmat, ut versu sequenti. Non erant *Saba* & *Dedan* de exercitu *Magog*; neque enim illi populi duo, ut neque *negotiatores Tharsis*, annumerati fuerunt w. 5. & 6. exercitûs ejus copiis. Sed iidem, cùm vident Scythas advenientes in Judæos, mirantur, & dehortari eos videntur, ne de terrâ Israel prædas agant, quia ipsorum res agebatur, si Judæa, in quâ commercia exercebant, expilaretur.

14. הלוא... תדע, *non-ne cognosces.* Videat Lector an non fortè in mendo sit תדע; hoc enim verbum, sive accipitur pro Neutro, seu pro Activo, sententiam hoc loco vix habet ullam. Nos multò anteferimus scriptionem תער, quam exhibent Græci Intt. in verbo, ἐξεγερθήσῃ, *exsurges*; ita ut, *non-ne exsurges*, idem sit ac, *omnino exsurges.* Quanquam te populi vicini dehortantur, tu tamen exsurges, & cœptum iter continuabis; hæc optimam seriem habent cum sequentibus verbis, *& venies de loco tuo.*

15. ובאת ממקומך, *& venies de loco tuo.* Neque hæc in Cambysen conveniunt, qui venit in Judæam, non *de loco suo*, sed ex Ægypto; nec alius *locus* erat Cambysis, quàm regnum Persidis.

17. בימים ההם שנים, *in diebus illis, annis.* Claudicat hæc series; non claudicabit, si leges, ושנים, quomodò Græci Intt. καὶ ἔτεσι, *& annis.* Malus interpres Arias, qui sic, *in diebus illorum annorum*; nam ההם subsequi debet, non antecedere suum nomen, & pertinet ad ימים, non ad שנים. ...ביד עבדי נביאי ישראל, *per servos meos, prophetas Israel.* Ambigitur, per quos prophetas prædixerit Deus irruptionem Magog. Sed quanquam nihil tale apud prophetas eos, qui supersunt, reperiretur, tamen satis est non primùm hæc prænuntiasse Ezechielem. Multæ Sacræ Paginæ perierunt, quæ superstites esse poterant tum, cùm hæc Ezechiel vaticinabatur.

20. ורעשו מפני דגי הים, *& contremiscent ante me pisces maris.* Nihil hîc hyperbolicum; nam describitur terræ motus terribilis, quo montes concutiuntur, & de eorum cacumine saxa fragore ingenti præcipitant, trementibus bestiis, hominibusque metu exanimatis. De istis miraculis silent quidem monumenta, & Sacra, & prophana, quæ ad nos pervenerunt. Cur Sacra sileant, causa hæc afferri potest; ab Esdræ tempore usque ad Machabæos, fuisse Judæos multis bellis divexatos, præsertim Antiocho regnante, cùm urbes & Bibliothecæ incenderentur, Judæique, vel in speluncas se se reciperent, vel desererent terram suam. Cur Prophana de illis rebus sileant, non magis mirum videri debet, quàm cur de exercitu Sennacherib per Angelum deleto siluerint. Hæc acciderunt, Deo vindice, ac sine hominum auxilio, nec Judæis ipsis defensoribus, & paucos intra dies, fortè die tantùm uno. Talium rerum testes esse non poterant exteræ gentes; quæ res, quanquam ad eos famâ devenerint, non facilè ab eis credebantur, quia miraculis, quæ non vidissent, diffidebant. Nihil tale accidisse narrant Prophani Scriptores, in morte Cambysis; itaque iisdem incommodis premuntur, quicunque ad hypotesim de Cambyse Calmetianam se adjunxerunt.

CAPUT

CAPUT XXXIX.

Poſtquàm Gog perierit, comburet eorum arma Iſrael per annos ſeptem, & per ſeptem menſes eos ſepelient, ut mundent terram. Reducet Dominus omnem populum ſuum de gentibus, nec ampliùs abſcondet ſe ab eis, cùm effuderit in eos ſpiritum ſuum.

1. *Tu igitur, filî hominis, vati-*
cinare adversùm Gog, & dic; hæc
dicit Dominator Dominus; en ego
adero ad te, Gog, princeps Roſſ,
Moſoch & Thubal. 2. *Ego te aver-*
tam, abigam te, & propellam te de
lateribus aquilonis, & adducam te
ad montem meum Iſrael. 3. *Ego ar-*
cum tuum manu tuâ ſiniſtrâ excutiam
& decutiam manu tuâ dexterâ ſagit-
tas tuas. 4. *Tu cades in monte meo*
Iſrael, tecumque univerſæ turmæ
tuæ, ac populi, qui tecum ſunt, &
dabo te eſcam avibus omnis generis,
& agri beſtiis. 5. *Tu cades, ſparſuſ-*
que eris per agros; ego enim hæc lo-
quor, dicit Dominator Dominus.
6. *Mittamque ignem in Magog, &*
in eos, qui maritimas oras ſecurè ha-
bitant, & cognoſcent me eſſe Domi-
num. 7. *Idem ego manifeſtabo no-*
men ſanctum meum apud populum
meum Iſrael, nec nomen meum ad-
huc inhoneſtari patiar, & cognoſcent
gentes me eſſe Dominum, ſanctum
apud Iſrael. 8. *Hæc appropinquant,*
hæc evenient, dicit Dominator Do-
minus; hæc dies adeſt, quam ſum
locutus; 9. *Cùm exibunt urbium Iſ-*
rael habitatores, & cùm accendent
ignes de armis, de ſcuto, de lanceâ,
de arcu, de ſagittis, de clavâ, quæ
in manu habetur, de haſtâ; cùm de

1. ואתה בן אדם הנבא על
גוג ואמרת · כה אמר אדני יהוה ·
הנני אליך גוג נשיא ראש משך
ותבל : 2. ושבבתיך וששאתיך
והעליתיך מירכתי צפון · והבאותיך
על הרי ישראל : 3. והכיתי
קשתך מיד שמאלך · וחציך מיד
ימינך אפיל : 4. על הרי ישראל
תפול אתה וכל אגפיך ועמים אשר
אתך · לעיט צפור כל כנף וחית
השדה נתתיך לאכלה : 5. על
פני השדה תפול · כי אני דברתי ·
נאם אדני יהוה : 6. ושלחתי אש
במגוג ובישבי האיים לבטח · וידעו
כי אני יהוה : 7. ואת שם קדשי
אודיע בתוך עמי ישראל · ולא אחל
את שם קדשי עוד · וידעו הגוים
כי אני יהוה קדוש בישראל : 8.
הנה באה ונהיתה · נאם אדני יהוה ·
הוא היום אשר דברתי : 9. ויצאו
ישבי ערי ישראל · ובערו והשיקו
בנשק ומגן וצנה בקשת ובחצים
ובמקל יד וברמח · ובערו בהם אש
שבע שנים : 10. ולא ישאו עצים
מן השדה · ולא יחטבו מן היערים ·
כי בנשק יבערו אש · ושללו את
שלליהם ובזזו את בזזיהם · נאם
אדני יהוה : 11. והיה ביום
ההוא אתן לגוג מקום שם קבר
בישראל גי העברים קדמת הים ·
וחסמת היא את העברים · וקברו
שם את גוג ואת כל המונה · וקראו
גיא המון גוג : 12. וקברום בית

iis accendent ignes per annos ſeptem.
10. Nec de agro ligna devehent, nec
ſuccident in ſylvis, quoniam de ar-
mis accendent focos, & ſpolia eorum
auferent, & prædas facient, dicit
Dominator Dominus. 11. Eo tem-
pore aſſignabo Gog, apud Iſrael,
locum illuſtrem pro ſepulturâ, vallem
viatorum mari adverſam, per quam
viatores preſſis naribus tranſibunt;
ibi ſepelient Gog & univerſa agmina
ejus, vallemque agmen Gog nomi-
nabunt. 12. Eos ſepeliet domus Iſ-
rael, ut terra mundetur, per ſeptem
menſes. 13. Et cùm ſepelient eum
omnis terræ populus, erit apud eos
memorandus is dies gloriæ meæ, di-
cit Dominator Dominus. 14. Et ſe-
ligent homines, qui terram continuò
perluſtrabunt, ut cum viatoribus ſe-
peliant eos, qui ſtrati humo relicti
fuerint, ut terram mundent; illique
eos uſque ad ſeptimum menſem requi-
rent. 15. Viatores, quicunque per
terram tranſibunt, videbunt oſſa hu-
mana, & prope hæc ſtruent molem,
quoad hæc ſepelierint qui hæc ſepul-
turi ſunt in valle agmen Gog. 16. Erit
autem nomen civitatis Agmona; &
terram mundabunt. 17. Tu verò, filî
hominis, hæc dicit Dominator Do-
minus: dicito hæc avibus omnis ge-
neris, univerſiſque agri beſtiis; con-
gregamini, venite, involate undique
in victimam meam, quam vobis mac-
tavi, in victimam magnam, ad mon-
tem meum Iſrael; edite carnem, &
bibite ſanguinem. 18. Carnem for-
tium edetis; ſanguinem terræ prin-
cipum bibetis; arietum, agnorum,
hircorum, juvencorum, qui omnes
fuerunt in Baſan ſaginati. 19. Pin-
guia edetis ad ſaturitatem; ſangui-
nem bibetis ad ebrietatem, de victi-

ישראל למען טהר את הארץ שבעה
חדשים : 13. וקברו כל עם
הארץ · והיה להם לשם יום הכבדי ·
נאם אדני יהוה : 14. ואנשי תמיד
יבדילו עברים בארץ מקברים את
העברים את הנותרים על פני הארץ
לטהרה · מקצה שבעה חדשים
יחקרו : 15. ועברו העברים בארץ ·
וראה עצם אדם · ובנה אצלו ציון ·
עד קברו אתו המקברים אל גיא
המון גוג : 16. וגם שם עיר
המונה · וטהרו הארץ : 17. ואתה
בן אדם כה אמר אדני יהוה · אמר
לצפור כל כנף ולכל חית השדה ·
הקבצו ובאו · האספו מסביב על
זבחי אשר אני זבח לכם זבח גדול
על הרי ישראל · ואכלתם בשר
ושתיתם דם : 18. בשר גבורים
תאכלו · ודם נשיאי הארץ תשתו ·
אילים כרים ועתודים פרים מריאי
בשן כלם : 19. ואכלתם חלב
לשבעה ושתיתם דם לשכרון
מזבחי אשר זבחתי לכם : 20.
ושבעתם על שלחני סוס ורכב גבור
וכל איש מלחמה · נאם אדני יהוה :
21. ונתתי את כבודי בגוים · וראו
כל הגוים את משפטי אשר עשיתי
ואת ידי אשר שמתי בהם : 22.
וידעו בית ישראל כי אני יהוה
אלהיהם מן היום ההוא והלאה :
23. וידעו הגוים כי בעונם גלו
בית ישראל על אשר מעלו בי
ואסתר פני מהם · ואתנם ביד
צריהם · ויפלו בחרב כלם : 24.
כטמאתם וכפשעיהם עשיתי אתם ·
ואסתר פני מהם : 25. לכן כה
אמר אדני יהוה · עתה אשיב את
שבית יעקב · ורחמתי כל בית
ישראל · וקנאתי לשם קדשי : 26.
ונשו את כלמתם ואת כל מעלם
אשר מעלו בי · בשבתם על אדמתם
לבטח ואין מחריד : 27. בשובבי
אותם מן העמים וקבצתי אתם
מארצות איביהם · ונקדשתי בם

mis, quas vobis mactavi. 20. *Satu-*
rabimini ad mensam meam equitibus
& aurigis, fortibus viris, qui omnes
erant bellatores, dicit Dominator
Dominus. 21. *Et disseminabo glo-*
riam meam apud gentes; videbunt
omnes gentes judicia hæc, quæ fece-
rim, & manum meam, quam misero
in eos. 22. *Simul cognoscet domus Israel ex illâ die ac in posterum, me esse*
Dominum Deum suum. 23. *Neque ignotum erit gentibus, domum Israel,*
propter iniquitates suas, fuisse motam sedibus suis; quia, cùm me offendis-
sent, ego abscondi ab eis faciem meam, tradidique eos hostibus suis, ut om-
nes gladio perirent. 24. *Ut fuerant peccata & scelera eorum, sic egi cum eis,*
quandò abscondi ab eis faciem meam. 25. *Ergo hæc dicit Dominator Do-*
minus; nunc ego reducam captivos Jacob, miseraborque universam domum
Israel, & nomen sanctum meum tuebor. 26. *Et oblivifcentur ignominiæ suæ*
omniumque scelerum, quæ in me patrârant, cùm in terrâ suâ securè habita-
bunt, nec erit, qui eos exterreat; 27. *Postquàm de populis reduxero eos, &*
collegero eos de terris inimicorum suorum, & propter eos sanctè habebor in
oculis gentium multarum. 28. *Et cognoscent me esse Dominum Deum suum,*
qui eos deportaverim in gentes, eosque recollegerim ad terram suam, neque
de illis quemquam ibi reliquerim. 29. *Neque adhuc faciem meam ab eis abs-*
condam, postquàm effudero spiritum meum in domum Israel, dicit Domi-
nator Dominus.

לעיני הגוים רבים׃ 28. וידעו כי
אני יהוה אלהיהם בהגלותי אותם
אל הגוים וכנסתים אל אדמתם ·
ולא אותיר עוד מהם שם׃ 29.
ולא אסתיר עוד פני מהם · אשר
שפכתי את רוחי על בית ישראל ·
נאם אדני יהוה׃

---

2. ושובבתיך, *& avertam te.* Insistimus in vulgari significatu verbi שובב; quanquam ignoramus, cur Gog de aquilone proficiscens dicatur *averti.* Fortè Gog terrâ suâ proficiscebatur, alias terras, ad aquilonem sitas, depopulaturus, cùm, Deo sic volente, aversus est, ut ageret iter ad meridiem. Hoc innuere videtur verbum subsequens וששאתיך, *& abigam te*, ex שאה, Arabico verbo, quod litteras conduplicans, ut sit שאשא, significat, *advocare*, *increpare jumentum, ut prætereat.* Hæc sententia mirificè quadrat in hunc locum, ubi Deus alloquitur principem Gog, velut jumentum voce abigitur, & cogitur ire, quò ductor velit: vide versum 4. capitis superioris.

4. כל כנף: Verbum è verbo, *omnis plumæ;* quod idem est, ac *omnis generis;* nam avium genera præcipuè cognoscuntur ex plumis.

6. ושלחתי אש במגוג, *& mittam ignem in Magog*, patriam Gog, ut docemur capite superiore, versu 2. ...האיים, *maritimas oras;* nam Gog habitabat inter mare Caspium & Pontum Euxinum. Ille *ignis* significare videtur, terram Magog, postquàm eam reliquerit exercitus Gog, vastatum iri, nimirùm à populis vicinis.

11. גי, *vallem.* Codex Orat. 42. גיא, ut in fine versûs; nec aliter legendum. Legitur ad marginem Codicum, ita hoc loco scriptum fuisse; quòd non monerent Descriptores, nisi גי, sine א, eis videretur inusitatum. ...המונה: Lege המונו, *agmina ejus.* Sic emendat Masora in Codicibus.

14. יחקרו: Vulgatus, *quærere incipient.* Non benè *incipient;* nam versu 12. dictum est, exercitum Gog per septem menses continuos sepultum iri. Ergo anteà mortuos *requirent*, quàm septem menses transierint. Verbum de verbo ita convertas, *post finem septem mensium requisierint*, sive *requirendi finem fecerint.*

15. וראה...ובנה: Lege, וראו...ובנו, *& videbunt... & struent;* sic vult עברים, numerus plur. Non transitur, in altero membro, ex numero plurali ad singularem, nisi distributio habet locum; sed עברים, quo nomine duo hæc verba utunrur, non facit locum distributioni.

26. ונשו כלמתם, *& oblivifcentur ignominiæ suæ*, ex נשה, *oblivisci.* Notatur ad marginem Codicum, deficere א, & omnes convertunt, *portabunt*, ex scripturâ גשאו. Sed ex נשו sententia bona est; ut non necesse sit advocare scriptionem גשאו.

28. & 29. ולא אותיר עוד מהם שם, *neque ibi adhuc quemquam de illis relinquam.* Videant, qui hæc de reditu ex Babylone intelligunt, an verum ſit, neminem Judæum fuiſſe apud exteras gentes relictum. Favit Judæis, poſt Cambyſen, Darius Hiſtaſpis, Judæique omnes, eo regnante, habuêre licentiam redeundi in terram ſuam. Neque minùs gentis Judæorum magna pars in Oriente manſit, ut liquet ex Actibus Apoſtolorum, in quibus dicitur de Judæis *Parthis, Medis & Elamitis & omnis nationis, quæ ſub cælo eſt*, qui ad Paſcha celebrandum Jeruſalem venerant. Adde reditum hoc loco tangi, in quo reditu Deus *ſpiritum ſuum*, ſit effuſurus in domum Iſrael, quem certè Deus non effudit in Judæos Babylonicâ captivitate reduces. Ipſi Apoſtoli hanc promiſſionem, *effundam ſpiritum meum*, de novâ Lege interpretabantur; ut negari vix poſſit, reditum eum, qui nunc tangitur, in quo nullus Judæus ſit apud exteras gentes relinquendus, & in quo eodem Deus ſpiritum ſuum in domum Iſrael ſit effuſurus, non alium eſſe, quàm ultimum eum, quem Prophetæ ſæpe prædixerunt, cùm Judæi ad terram ſuam antiquam reduces in gentem unam coaleſcent, & religionem amplectentur Chriſti Domini ſui regis ac Mediatoris.

CAPUT XL.

Apparet Prophetæ in viſione homo, à quo jubetur narrare filiis Iſrael omnia, quæ mox videbit; deinde ducitur in montem, ubi homo metitur Templi peribolum, ſtructuraſque atrii exterioris & interioris, poſteà atrii ſacerdotum.

1. *Anno vigeſimo quinto poſt noſ-*
tram captivitatem, menſe anni pri-
mo, die menſis decimâ (ille erat poſt
everſam civitatem annus decimus
quartus) eâ igitur die, fuit in me
manus Domini, ut illuc me duceret.
2. *In viſione Dei duxit me ad terram*
Iſrael, & poſuit me in monte valdè
excelſo, in quo erant ex adverſo
quaſi ædificationes civitatis. 3. *Cùm*
autem me hùc duxiſſet, apparuit ho-
mo, cujus aſpectus erat quaſi æris,
in manu habens funiculum lineum,
& calamum ad menſuras, quique in
portâ ſtabat. 4. *Dixitque mihi ho-*
mo; filî hominis, vide oculis tuis,
& auribus tuis audi, & reconde in
animo tuo hæc omnia, quæ ego tibi
ſum monſtraturus; tu enim, prop-
tereà ut hæc videres, huc adductus
es; cura ut omnia, quæ videbis, do-
mui Iſraël declares. 5. *Ecce autem*
apparuit extrinſecùs murus domum
ambiens, & homo habens in manu

1. בעשרים וחמש שנה לגלותנו
בראש השנה בעשור לחדש בארבע
עשרה שנה אחר אשר הכתה העיר ·
בעצם היום הזה היתה עלי יד יהוה
ויבא אתי שמה : 2. במראות
אלהים הביאני אל ארץ ישראל ·
ויניחני אל הר גבה מאד · ועליו
כמבנה עיר מנגב : 3. ויביא אותי
שמה · והנה איש מראהו כמראה
נחשת · ופתיל פשתים בידו וקנה
המדה · והוא עמד בשער : 4.
וידבר אלי האיש · בן אדם ראה
בעיניך ובאזניך שמע · ושים לבך
לכל אשר אני מראה אותך · כי
למען הראותכה הבאתה הנה · הגד
את כל אשר אתה ראה לבית
ישראל : 5. והנה חומה מחוץ
לבית סביב סביב · וביד האיש קנה
המדה שש אמות באמה וטפח ·
וימד את רחב הבנין קנה אחד
וקומה קנה אחד : 6. ויבוא אל
שער אשר פניו דרך הקדימה · ויעל
במעלתו · וימד את סף השער קנה
אחד רחב ואת סף אחד קנה אחד
רחב :

calamum ad mensuras, qui erat sex
cubitorum, addito ad cubitum pal-
mo, metitus est ædificationis latitu-
dinem calamo uno, & altitudinem
calamo uno. 6. Deinde venit ad por-
tam, quæ habebat frontem versùs
orientem; cùmque ascendisset gra-
dus ejus, metitus est liminis portæ
latitudinem calamo uno. [& limen
unum calamo uno latum.] 7. Thala-
mus erat longus calamum unum, &
calamum unum latus, & inter thala-
mos duos erant cubiti quinque. Limen
etiam portæ, quod erat ex latere por-
ticûs, in portâ interiori, erat calami
unius. 8. [Deinde mensus est vesti-
bulum portæ interius calamo uno.]
9. Et mensus est vestibulum portæ
octo cubitis, cujus parastades erant
cubitûm dûum, vestibulo portæ intra
eas exporrecto. 10. Thalami portæ,
quæ prospiciebat orientem, tres erant
hinc & inde, quorum mensura erat
eadem; parastadum etiam mensura
eadem erat hinc & inde. 11. Tum
mensus est latitudinem ostii portæ de-
cem cubitis, longitudinem cubitis tre-
decim. 12. Erat autem ante thalamos
funiculus cubiti unius ex latere vesti-
buli utroque, thalamis ad sex cubitos
exporrectis hinc & inde. 13. Mensus
est etiam portam à tecto thalami ad
alterum tectum cubitis viginti quin-
que in latitudine, ostia autem erant
adversa ostiis. 14. Mensus est etiam
parastadas sexaginta cubitis. Paras-
tadibus erant portæ in circuitu atrii.
15. A fronte autem portæ introitûs,
usque ad frontem vestibuli portæ in-
terioris erant cubiti quinquaginta.
16. Fenestræ erant obliquâ luce tha-
lamis ad parastadas eorum interiores,
quæ portam circum ambiebant, simi-
liter & porticibus fenestræ circùm in-

רחב : 7. והתא קנה אחד ארך
וקנה אחד רחב · ובין התאים חמש
אמות · וסף השער מאצל אולם
השער מהבית קנה אחד : 8. וימד
את אלם השער מהבית קנה אחד :
9. וימד את אלם השער שמנה
אמות ואילו שתים אמות · ואלם
השער מהבית : 10. ותאי השער
דרך הקדים שלשה מפה ושלשה
מפה · מדה אחת לשלשתם · ומדה
אחת לאילם מפה ומפו : 11. וימד
את רחב פתח השער עשר אמות ·
ארך השער שלוש עשרה אמות :
12. וגבול לפני התאות אמה אחת
ואמה אחת גבול מפה · והתא שש
אמות מפה ושש אמות מפו :
13. וימד את השער מגג התא
לגגו רחב עשרים וחמש אמות ·
פתח נגד פתח : 14. ויעש את
אילים ששים אמה · ואל איל החצר
השער סביב סביב : 15. ועל פני
השער היאתון על לפני אלם השער
הפנימי חמשים אמה : 16. וחלונות
אטמות אל התאים ואל אליהמה
לפנימה לשער סביב סביב · וכן
לאלמות · וחלונות סביב סביב
לפנימה · ואל איל תמרים : 17.
ויביאני אל החצר החיצונה · והנה
לשכות ורצפה עשוי לחצר סביב
סביב · שלשים לשכות אל הרצפה :
18. והרצפה אל כתף השערים
לעמת ארך השערים הרצפה
התחתונה : 19. וימד רחב מלפני
השער התחתונה לפני החצר הפנימי
מחוץ מאה אמה הקדים והצפון :
20. והשער אשר פניו דרך הצפון
לחצר החיצונה · מדד ארכו ורחבו :
21. ותאו שלושה מפו ושלשה
מפו · ואילו ואלמו היה כמדת השער
הראשון · חמשים אמה ארכו · ורחב
חמש ועשרים באמה : 22. וחלונו
ואילמו ותמרו כמדת השער אשר
פניו דרך הקדים · ובמעלות שבע
יעלו בו · ואילמו לפניהם : 23.

teriores, palmæque in parastadibus.
17. *Posteà duxit me in atrium exte-*
rius, ubi cœnacula erant pavimento
elaborato, per circuitum atrii, in quo
pavimento erant cœnacula triginta.
18. *Pavimentum verò illud, quod*
erat ad humeros portarum, juxta
portarum longitudinem, erat cætero
pavimento depressius. 19. *Deinde*
mensus est latitudinem à fronte portæ
inferioris usque ad frontem exterio-
rem atrii interioris centum cubitis in
parte orientali. 20. *Posteà duxit me*
ad aquilonem, ubi portæ atrii exte-
rioris, quæ prospiciebat aquilonem,
mensus est longitudinem & latitudi-
nem. 21. *Thalami ejus erant tres*
hinc & hinc; ejus parastades porti-
cusque erant ejusdem mensuræ, quæ
portæ prioris; nimirùm in longitudi-
ne quinquaginta cubitorum, in lati-
tudine viginti quinque. 22. *Habebat*
fenestras & porticus & palmas men-
suræ ejusdem, quæ portæ prospicien-
tis orientem. In eam autem ascende-
batur per gradus septem, habebatque
in fronte porticus suas. 23. *Porta au-*
tem atrii interioris, adversa portæ
aquilonari, similis erat ut orientalis,
mensusque est à portâ ad portam cen-
tum cubitos. 24. *Deinde duxit me*
ad meridiem, ubi erat etiam porta
meridionalis, mensusque est ejus pa-
rastadas & porticus iisdem mensuris.
25. *Eam ambiebant fenestræ ac por-*
ticus, ut erant fenestræ priores in
longitudine quinquaginta cubitorum,
in latitudine viginti quinque. 26. *Erat*
septem graduum ascensus ejus, habe-
batque intrinsecus porticus suas, &
palmas hinc & inde, unam in una-
quâque parastade. 27. *Erat etiam*
porta atrio interiori versùs meridiem;
& mensus est à portâ ad portam in

ושער לחצר הפנימי נגד השער
לצפון ולקדים · וימד משער אל
שער מאה אמה : 24. וילכני
דרך הדרום · והנה שער דרך
הדרום · ומדד אילו ואילמו כמדות
האלה : 25. וחלונים לו ולאילמו
סביב סביב כהחלנות האלה · חמשים
אמה ארך ורחב חמש ועשרים
אמה : 26. ומעלות שבעה עלותו ·
ואילמו לפניהם · ותמרים לו אחד
מפו ואחד מפו אל אילו : 27.
ושער לחצר הפנימי דרך הדרום ·
וימד משער אל השער דרך הדרום
מאה אמות : 28. ויביאני אל חצר
הפנימי בשער הדרום · וימד את
השער הדרום כמדות האלה : 29.
ותאו ואלו ואלמו כמדות האלה ·
וחלונות לו ולאלמו סביב סביב ·
חמשים אמה ארך ורחב עשרים
וחמש אמות : 30. ואלמות סביב
סביב · ארך חמש ועשרים אמה
ורחב חמש אמות : 31. ואילמו
אל חצר החיצונה · ותמרים אל
אילו · ומעלות שמונה מעלו : 32.
ויביאני אל החצר הפנימי דרך
הקדים · וימד את השער כמדות
האלה : 33. ותאו ואלו ואלמו
כמדות האלה · וחלונות לו ולאלמו
סביב סביב · ארך חמשים אמה
ורחב חמש ועשרים אמה : 34.
ואלמו לחצר החיצונה · ותמרים אל
אילו מפו ומפו · ושמנה מעלות
מעלו : 35. ויביאני אל שער
הצפון · ומדד כמדות האלה : 36.
תאו אלו ואלמו וחלונות לו סביב
סביב · ארך חמשים אמה ורחב
חמש ועשרים אמה : 37. ואילו
לחצר החיצונה · ותמרים אל אילו
מפו ומפו · ושמנה מעלות מעלו :
38. ולשכה ופתחה באילים
השערים · שם ידיחו את העלה :
39. ובאלם השער שנים שלחנות
מפו ושנים שלחנות מפה · לשחוט
אלידם העלה והחטאת והאשם :

meridie centum cubitos. 28. *Deinde*
duxit me ad atrium interius, ad por-
tam meridionalem, mensusque est
portam meridionalem iisdem mensu-
ris. 29. *Thalami ejus, parastades &*
porticus erant similium mensurarum,
fenestræque ejus & porticus, quæ am-
biebant, habebant in longitudine cu-
bitos quinquaginta; in latitudine,
viginti quinque. 30. *Vestibulum au-*
tem, quo ambiebatur, erat longum
viginti quinque cubitos, latum quin-
que cubitos. 31. *Habebat porticus*
suas in atrio exteriori, & in parasta-
dibus palmas suas, ascensusque ejus
erat octo graduum. 32. *Deinde duxit*
me ad atrium interius, versùs orien-
tem, & portam mensus est iisdem men-
suris. 33. *Thalami ejus & parasta-*
des & porticus erant iisdem mensuris;
erant circùm eam suæ fenestræ & suæ
porticus in longitudine cubitorum
quinquaginta, in latitudine viginti
quinque. 34. *Atrium habebat extrin-*
secùs porticus suas, & in suis paras-
tadibus palmas hinc & inde, & octo
graduum erat ascensus ejus. 35. *Dein-*
de duxit me ad portam aquilonarem,
quam mensus est iisdem mensuris.
36. *Erant ei sui thalami, suæ paras-*
tades & suæ porticus, & fenestræ
quæ eam ambiebant, in longitudine
quinquaginta cubitorum, in latitudi-
ne viginti quinque. 37. *Atrium ha-*
bebat extrinsecus parastadas suas, &
in suis parastadibus palmas hinc &

40. ואל הכתף מחוצה לעולה
לפתח השער הצפונה שנים שלחנות·
ואל הכתף האחרת אשר לאלם
השער שנים שלחנות׃ 41. ארבעה
שלחנות מפה וארבעה שלחנות
מפה לכתף השער· שמונה שלחנות
אליהם ישחטו׃ 42. וארבעה
שלחנות לעולה אבני גזית ארך אמה
אחת וחצי· ורחב אמה אחת וחצי·
וגבה אמה אחת· אליהם ויניחו את
הכלים אשר ישחטו את העולה בם
והזבח׃ 43. והשפתים טפח אחד
מוכנים בבית סביב סביב· ואל
השלחנות בשר הקרבן׃ 44.
ומחוצה לשער הפנימי לשכות שרים
בחצר הפנימי אשר אל כתף שער
הצפון· ופניהם דרך הדרום· אחד
אל כתף שער הקדים פני דרך
הצפון׃ 45. וידבר אלי· זה הלשכה
אשר פניה דרך הדרום לכהנים
שמרי משמרת הבית׃ 46.
והלשכה אשר פניה דרך הצפון
לכהנים שמרי משמרת המזבח·
המה בני צדוק הקרבים מבני לוי
אל יהוה לשרתו׃ 47. וימד את
החצר ארך מאה אמה ורחב מאה
אמה מרבעת· והמזבח לפני הבית׃
48. ויבאני אל אלם הבית· וימד
אל אלם חמש אמות מפה וחמש
אמות מפה· ורחב השער שלש
אמות מפו ושלש אמות מפו׃
49. ארך האלם עשרים אמה ורחב
עשתי עשרה אמה· ובמעלות אשר
יעלו אליו· ועמדים אל האילים אחד
מפה ואחד מפה׃

inde, & octo graduum erat ascensus ejus. 38. *Erantque intra parastadas por-*
tarum cubicula cum suis ostiis, ubi holocaustum lavabatur. 39. *In ipso vesti-*
bulo portæ erant mensæ duæ hinc; inde etiam mensæ duæ, ut in eis mactare-
tur holocaustum, & victima pro peccato & pro delicto. 40. *Ad latus verò ex-*
terius, in ipso ascensu ad ostium portæ aquilonaris, duæ mensæ erant; simi-
liter ad alterum latus, quod erat prope portæ vestibulum, mensæ duæ. 41. *Ita-*
que mensæ quatuor erant ad latus unum portæ, quatuor ad alterum latus, in
quibus octo mensis fiebant mactationes. 42. *Quatuor mensæ holocausti sectis*

erant lapidibus ad longitudinem cubiti unius cum dimidio, ſimiliter ad latitudinem cubiti unius cum dimidio, cum altitudine cubiti unius; in eis ponebantur inſtrumenta, quibus mactabant holocauſta & victimas pacificas. 43. *Illæ habebant labra palmi unius in circuitu, intus recurvata, & ſuper eas erant carnes, quæ offerebantur.* 44. *Eduxit autem me ad portam interiorem; ecce autem ibi erant cubicula duo in atrio interiori; unum ad humerum portæ aquilonarem, quod reſpiciebat meridiem, alterum ad humerum portæ meridionalem, quod reſpiciebat aquilonem.* 45. *Dixitque mihi; hoc cubiculum, quod frontem habet meridiei adverſam, ſacerdotum eſt eorum, qui ad Templi cuſtodiam miniſtrant;* 46. *Illud verò, quod reſpicit aquilonem, ſacerdotum eſt eorum, qui ſerviunt in miniſterio altaris, qui ſunt filii Sadoc, de filiis Levi, ut Domino miniſtrent.* 47. *Menſuſque eſt atrium in longitudine centum cubitorum, & in latitudine centum etiam cubitorum, quippe erat quadratum; erat autem altare ad Templi frontem.* 48. *Tum duxit me ad Templi veſtibulum, menſuſque eſt veſtibulum quinque cubitis ex uno latere, ex altero etiam quinque cubitis; porta autem lata erat cubitos tres ex latere uno; ex altero etiam cubitos tres.* 49. *Longitudo veſtibuli erat viginti cubitorum, latitudo undecim, eòque aſcendebatur per decem gradus; erant autem ad paraſtadas columnæ duæ; una hinc, inde altera.*

---

1. בראש השנה : Vulgatus, *in exordio anni*. Sed, cùm ſequatur, *decimâ menſis*, liquet menſem, cujus decima dies notatur, fuiſſe anteà indicatum; itaque nomen בראש, fuiſſe convertendum *primo* (*menſe*,) Prophetâ omittente, ut ſolet, nomen *menſe*.

2. מנגב, *à meridie*, Græci Intt. ἀπέναντι, *è regione*, quia legunt מנגד, *coram*, vel *ex adverſo*, ut & legendum. Narrat Ezechiel, ſe ductum fuiſſe in montem excelſum, ubi erant tanquam urbis ædificationes; quæ ædificationes erant ipſum Templum. Cùm igitur eſſet in monte ipſo Templi, fieri non poterat, ut videret Templum *ad meridiem*. Nec Templum erat ad meridiem montis, ſed totum montem implebat. Ipſe mons Templi non erat ad meridiem urbis, ſed ad orientem. Talem ſitum ei aſſignat Edm. Calmet, in ſuâ Tabulâ urbis Jeruſalem, in ſuo Biblico Dictionario. Ut eum ego maximè mirer ad hunc Ezechielis locum ſic narrantem... *par rapport à Jeruſalem, le Temple étoit au ſeptentrion.* Idem explanare ſe putat iſtud *ad meridiem*, cùm ſic obſervat : *Par rapport à Ezechiel, qui vint à Jeruſalem en eſprit, du côté de la Chaldée, le Temple étoit au midi.* Sed exhibet ſe Ezechiel, non ut è Chaldæâ venientem, ſed ut in Templi monte jam ſtantem; in quo cùm ſtabat, non proſpiciebat Templum ad meridiem; id potiùs vidiſſet ad occidentem, quoniam huc intrabat per portam orientalem.

4. הגד... לבית ישראל, *declara... domui Iſrael.* Ex hoc loco jure colligitur, menſuras Templi, quæ hîc deſcribuntur, fuiſſe tales, quales ſervatæ fuerunt, Templo rurſum ædificando poſt Babylonicam captivitatem, quia viſio hæc vaticinatio eſt, ut & cæteræ Ezechiel viſiones; itaque non neceſſe eſſe, exigere eas menſuras, ad illas, quas habuit Templum Salomonis, quoniam deſcribitur ædificatio facienda, non olim facta. Et ſatis inutile videretur, deſcribere ſingulatim omnes Templi menſuras, ſi nihil in eis erat novum, nihil non anteà notum Judæis, præſertim cùm nullibi ſignificetur, fuiſſe eas menſuras ſimiles prioribus.

5. חומה מחוץ, *murus forinſecus*, ſive peribolum atrii gentium, vel lorica, quæ ambiebat atrium gentium. ...שש אמות באמה וטפח : Nos, *ſex cubitorum, addito ad cubitum palmo*, quia, ut obſervat Vatablus, cubitus continebat palmum ultra vulgarem cubitum. Additur palmus ad cubitum, non tantummodò ad calamum, ſive ad ſex cubitos. Nam, ſi intelligeres, fuiſſe calamum ſex cubitorum & palmi unius, ſuperfluere videretur vocabulum באמה, quod diſtributè ſumitur; ut palmus addatur ſingulis cubitis. Diſtinguere hîc videtur Ezechiel cubitos Judaicos à cubitis Chaldaicis.

6. ואת סף אחד קנה אחד רחב, *& limen unum calamo uno latum.* Hæc omnia omittunt Græci Intt. nos verò etiam omittenda eſſe non dubitamus, propter quam cauſam hæc uncinis incluſimus in noſtrâ Verſione. 1°. *limen* agitur in vocabulo סף; nam quòd Villalpandus, *poſtem*, interpretatur, divinat, nec affert exemplum. Equidem nuſquam memini me videre talem vocabuli סף ſignificatum. Malè verò etiam idem Villalpandus סף אחד, *poſtem alterum*; neque enim ſignificat אחד, *alterum*, præterquàm in diſtributione, cùm anteceſſit alterum אחד. Atqui anteceſſit סף, ſine addito אחד. 2°. Quanquam ageretur in סף אחד, *alterum limen*, ne ſic quidem

quidem hæc verba in Contextu relinquenda essent; nam id alterum limen tangitur infrà, v. 7. ubi dicitur, מהבית ......וסף, *& limen... (portæ) interioris.* Cur hæc malè adderentur, causa fuerit Descriptoris aberratio ex unâ lineâ ad alteram, cum legeret את סף, in lineâ superiore, & cætera verba quæ sequuntur, in lineâ inferiore, nec non fortasse in eâdem; nam hæc verba קנה אחד רחב, proximè antecedebant.

7. ובין התאים חמש אמות, *& inter thalamos duos quinque cubiti.* Erant thalami ex utroque latere portæ, intra portæ aream; qui thalami, quoniam prominebant in ipsum portæ transitum dimidio quisque cubito, non supererant in ipsâ transitûs latitudine plusquàm quinque cubiti. Hactenus de peribolo. Ex peribolo intrabatur in porticum, cujus porta describitur, w. 9. & 10. &c.

8. וימד, *& mensus est (vestibulum portæ interius calamo uno.)* Hunc etiam versum omittunt Græci Intt. & post eos Syrus & Vulgatus. Eundem nos uncinis includimus, ut omittendum. Nam quatuor hæc priora verba, וימד את אלם השער, otiosè iterant initium versûs 9. hæc autem tria posteriora, מהבית קנה אחד, etiam otiosè finem versûs 7. Utraque pugnant cum versu 9. & cum sequentibus in numero cubitorum; pugnant etiam ipsa secum, cùm vestibulo portæ unum tantùm calamum assignant.

9. וימד את אלם השער, *& mensus est vestibulum portæ.* Nunc primùm de *vestibulo* dicitur; anteà de portâ periboli. Itaque aliæ nunc mensuræ aguntur, nempe vestibuli ejus, in quod ex peribolo intrabatur. Hoc vestibulum habebat שמנה אמות, *octo cubitos*, in latitudine. Nam tangi latitudinem probatur 1°. ex sequentibus verbis, ubi dicitur parastadas fuisse cubitûm duûm, & vestibulum patuisse intra parastadas, quæ videlicet prominebant intra vestibulum, ex quo sequitur vestibulum habuisse in totâ latitudine ostii cubitos decem. 2°. ex versu 11. ubi disertè declaratur, ostium habuisse in *latitudine* cubitos decem.

10. ...שלשה......ותאי, *& thalami... tres (hinc & inde,)* proximè juncti, nullo spatio intermedio, ut mox liquebit, & secundùm vestibuli longitudinem.

11 ...ארך השער, *longitudo portæ (tredecim cubitorum.)* Sumitur השער, pro פתח השער, *aditu portæ*, quod in priori membro legitur. Sic sæpe res ante-dictæ compendiosè redintegrantur. Cur ostium haberet in longitudine tredecim cubitos, non liquet ex superioribus rebus, sed mox explicabitur ad versum 12. Plerique Interpretes convertunt ארך, *altitudinem*; sed quo exemplo? Aiunt, in ædificiis lineam altitudinis esse longiorem lineâ latitudinis, & propterea *longitudinem* vocari altitudinem. Sed quàm multa ædificia in scripturis describuntur, quorum altitudo erat major, quàm latitudo, nec tamen vocatur ארך? Ubique altitudo nominatur, vel קומה, ut suprà v. 5. vel גבה, ut versu 42.

12. וגבול, *& funiculus.* Hic funiculus, qui erat ornatûs causâ, & extra perpendiculum projiciebatur, non annumeratur in totius ædificii mensuris, ut neque cætera architecturæ ornamenta. ...והתא שש אמות, *& thalamus sex cubitorum (hinc & inde.)* Thalami erant in longitudine vestibuli ex ejus latere, & habebant singuli cubitos sex. Itaque eorum trium ex uno latere longitudo erat decem & octo cubitorum. Tamen docemur versu 11. vestibulum non fuisse plus longum, quàm cubitos tredecim. Hæc ita conciliantur, si statuitur, thalamum tertium interiorem fuisse extra vestibuli aream; ita ut ille thalamus excurreret intra ipsas atrii columnas, quæ intus erant ponè vestibulum. Itaque restabant pro vestibuli longitudine cubiti duodecim, in quos extendebantur duo thalami. Cubitus autem decimus tertius ille erat, quem parastades occupabant: vide versum 9. ubi parastades dicuntur fuisse cubitûm duûm. Intelligendum autem, parastadem habuisse cubitum unum intra vestibulum, alterum extra in lineâque eâdem, in quâ erat limen.

13. ...מגג התא, *à tecto thalami (ad alterum tectum in latitudine, viginti quinque cubiti.)* Erat aditus vestibuli intra thalamos, *decem cubitorum*, (v. 11.) Thalami erant profundi, putà septem cubitos hinc & inde in latitudine vestibuli; habes igitur bis septem cubitos & decem; hoc est, viginti quatuor. Adde cubitum medium, quo innitebantur in muro trabes thalamorum hinc & inde, habebis viginti quinque cubitos in latitudine. Assignamus thalamis septem cubitos in latitudine vestibuli, ut habeamus numerum 25. Neque id pugnat cum eo, quod dictum est, thalamos fuisse sex cubitorum. Quippe illi sex cubiti thalamorum notabant eorum latitudinem juxta vestibuli longitudinem; nec disertè declaratur, thalami quàm profundi essent; id tantùm colligitur ex mensuris anteà demonstratis. Thalami illi, qui describuntur v. 6. quique erant longi & lati calamum unum, alii sunt ab his, qui nunc describuntur. Alii sunt thalami periboli, alii vestibuli. Necesse erat thalamos vestibuli esse thalamis periboli profundiores, quia vestibulum erat peribolo latius.

14. ויעש את אילים, *& fecit parastadas.* Omittunt Græci Intt. ויעש, *& fecit*, forsan quia illud eis absurdum, ut est, videbatur, quandoquidem non agitur ædificium struendum, quod quidem apparuit jam structum, cùm Propheta vidit in monte, *quasi ædificium civitatis.* Non dubium, quin ויעש scriptum fuerit pro וימד, *& mensus est*, à Librario, qui structuram hanc Templi cum illâ conferret, quæ habetur in Libro 2. Paral. cap. 3. ubi sæpe recurrit ויעש. Vim facit verbo ויעש Villalpandus, cùm interpretatur, *& dimetiendo declaravit*; quomodò & Lud. Cappellus, cùm, *ipsâ mensurâ ostendit.* Sapientius fuerat mendum confiteri, quàm invitâ minervâ interpretari, & invito ipso Ezechiele, qui scribit ubique וימד, nusquàm alibi ויעש. Sequitur ששים אמה, *(parastadas) sexaginta cubitis.* Hæc intelligimus de longitudine porticuum, quibus constabat ala septi exterioris; quæ porticus per parastadas, seu postes, discriminabantur, quæque vacuæ erant, & sine cubiculis. Etenim mox dicitur de atrio, quod parasta-

Nnnnnn

des cum suis portis ambiebant. Hæc plerique intelligunt de ipso vestibulo orientali ; & quia 60. cubiti nimis multi sunt pro vestibulo, quod non erat plus longum, quàm 50. cubitis, eò confugiunt, ut dicant notari altitudinem vestibuli. Verùm supererat ut explicarent, quonam pacto ille homo, cùm nullam aliam mensuram in manu haberet, quàm calamum sex cubitos longum, metiri posset altitudinem 60. cubitorum. Neque enim ille homo ascendisse dicitur in Templi ædificationes, sed tantummodò huc & illuc ivisse, Prophetâ eum comitante; ut planum sit eum hominem metitum fuisse aream Templi ejusque partium, non verò altitudinem ullam, præter eam, quam calamo uno posset metiri, qualis erat periboli & altaris; neque verò etiam ulla altitudo in hoc capite memoratur, præter periboli atrii gentium, v. 5. & altaris, v. 42. Et quanquam 60. illi cubiti conciliari difficilè possent cum cæteris mensuris, non propterea non essent de longitudine intelligendi, ne inducatur Propheta pugnantia loquens. Denique non pertinere ad vestibulum, sed ad atrium 60. cubitos, liquet ex iis verbis, ואל איל החצר, *& ad parastadem atrii ; atrii*, inquam, non אלם, *vestibuli*.

15. ועל פני, *& ad faciem*. Omnino legendum ומעל פני, *& à facie portæ*, ut id congruat cum על פני, *usque ad faciem*. Talem seriem esse debere vidit Villalpandus, qui convertit, *& à facie anteriore*. ...חמשים אמה, *quinquaginta cubiti*. Hîc notatur vestibuli longitudo, quæ patebat à portâ exteriore ad portam interiorem, in latitudine alæ orientalis, ad 50. cubitos; qui 50. cubiti, quomodò exsurgant ex mensuris suprà memoratis, frustra inquireretur; nam hoc vestibulum interius erat, & alterum ab illo, quod v. 11. dicitur fuisse longum 13. cubitos.

16. וחלונות אטמות, *& fenestræ obliquâ luce ;* hoc est decussatâ ex lineâ perpendiculari ad obliquam, ne per vicina ædificia interciperetur. ...אליהמה : Lege אליהם ; nam ה in fine pravè imitatur לפנימה, quod sequitur. Non abest circulus supernus in Codicibus.

18. לעמת ארך השערים, *juxta longitudinem portarum*. Hoc est, situm juxta longitudinem ; nam לעמת, *juxta*, hîc notat collocationem rei prope alteram, non unius cum alterâ similitudinem. Uti solet Propheta adverbio כ similitudinis, cùm vult indicare similes mensuras. Caput sententiæ vertitur in his verbis ultimis, הרצפה התחתונה, *pavimentum depressius*, quibus significatur pavimentum porticuum, in quibus cubicula non erant, fuisse depressius pavimento cubiculorum.

19. מאה אמה הקדים והצפון, *centum cubitis ad orientem & ad aquilonem*. Nemo est, qui non videat, non posse hæc simul consociari, *ad orientem & ad aquilonem*. Nam si metiris centum cubitos *ad orientem ;* non igitur *ad aquilonem*. Tamen Interpretes sic faciunt, quasi hæc intelligant, eorumque agmen ducit Villalpandus, sic exponens, *centum cubitis ab oriente ad occidentem, & longitudinem totidem à meridie ad aquilonem*. Quam interpretandi licentiam evitasset, si adiisset ad Græcos Intt. qui convertunt, καὶ ἤγαγέ με ἐπὶ βοῤῥᾶν, *& duxit me ad aquilonem*, cùm legant, ויביאני לצפון, ut est legendum, addito ויביאני, vel ויולכני, ut infra w. 22. 24. 29. &c. Hactenus enim tangitur pars Templi orientalis; versu autem inferiore, pars aquilonaris. Porrò *centum cubiti* notant, quàm longum esset atrium exterius, à parte ejus orientali ad partem occidentalem.

21. ותאו... ואילו ואלמו : Rectè Masora, ותאיו... ואיליו ואלמיו, *& cubicula ejus... & parastades ejus, & porticus ejus*. Sic etiam rectè versibus 22. & 24. Eadem omisit emendare היה, ut sit היו, itidem numero plurali.

23. לצפון ולקדים, *ad aquilonem & ad orientem*. Quæritur, si *ad aquilonem*, quomodo *ad orientem?* Saltum faciunt super hunc locum Explanatores, quasi profiteantur se intelligere, quæ non intelligant. Tollitur difficultas, si pro ולקדים, legas כלקדים, *sicut ad orientem*, dicente Ezechiele, portam atrii interioris aquilonarem, similem esse portæ orientali, quam anteà descripsit; quam sententiam exsequuntur Græci Intt. quos vide. Eandem sequitur Villalpandus, quanquam nihil emendat.

26. ואילמיו לפניהם, *& porticus ejus ante eos*. Malè *eos*, quasi de *gradibus ;* nam מעלות femininum est, הם masculinum. Esset potiùs legendum לפניו, *ante eam*, (*portam*.) Sed anteferimus, לפנימה, ut legunt Græci Intt. qui ἔσωθεν, *interiùs*. Non enim aguntur porticus illæ solæ, quæ erant ante portam meridionalem, sed omnes porticus interiores ædificii meridionalis, quæ erant adversæ atrio meridionali exteriori.

39. מפו, posteà מפה ; utrobique legendum מפה, & similiter, v. 34. &c.

44. ומחוצה לשער הפנימי, *& forinsecus ad portam interiorem*. Hîc etiam quæri potest, si porta erat *forinsecus*, quomodò *interior*. Græci Intt. convertunt, καὶ εἰσήγαγέ με, *& introduxit me*, forte ἐξήγαγε, *eduxit*, ex scriptione והוציאני ; quæ sententia verior, sive ex scripturâ mox dictâ, sive ex ויביאני, vel ex ויולכני. Non erant *cubicula* מחוצה, *extra* portam, sed intra, & in ipso ædificio. ...לשכות שרים, *cubicula cantorum*. Non poterant hæc cubicula esse *cantorum*, siquidem w. 45. & 46. tribuuntur sacerdotibus illis, qui ad Templum excubias agebant, & illis, qui altari ministrabant. Ergò, pro שרים, legendum שנים, ut legunt Græci Intt. qui δύο, *duo*. ...אשר אל כתף שער, *quod erat in latere portæ*. Ita Vulgatus, efferens *quod* de *atrio*. Tamen atrium erat ante portam, non *in latere portæ*. Verbum nihili est אשר, hoc loco. Omninò, pro אשר, legendum אחד, ut Græci Intt. qui μία, *una* (*exhedra*,) ut illud prius אחד, respondeat posteriori, quod similiter adjungitur ad אל כתף. Sequitur שער הקדים, (*ad latus*) *portæ orientalis*. Græci Intt. πύλης τῆς πρὸς Νότον, *portæ meridionalis*. Legebant הדרום, *meridiei*, ut & legendum. Nam הקדים, *orientis*, non est oppositum *aquiloni* (הצפון) quod antecessit. Unum eorum cubiculorum erat situm ad partem ædificii aquilonaris aquilonarem, apertumque erat ad meridiem; alterum in spatio vicino situm ad partem ejusdem ædificii meridionalem, &

apertum ad aquilonem. Cæterùm legimus etiam cum Græcis Intt. והנה לשכות, *& ecce duo cubicula*, addito והנה, quod iidem exhibent in verbis Græcis, *καὶ ἰδοὺ*, *& ecce*; quod והנה in lineam inferiorem fortè descenderit, sed depravatum, ut fieret הם in verbo ופניהם, ubi הם superfluit, & ubi legendum פני, ut est, infrà, alterum פני parallelum. Confer, si juvat, hunc totum versum cum Versione Græcâ.

48. ...ורחב השער שלש אמות מפו, *& latitudo portæ trium cubitorum hinc* (*& trium cubitorum inde.*) Ideò notatur *hinc & inde*, in portæ latitudine, quia erat postis mediâ in portâ, in quem agebantur duæ valvæ portæ, cùm porta claudebatur.

CAPUT XLI.

Quibus mensuris essent Templum & Sanctuarium, & ædificia, quæ in Templi lateribus addita erant; & quales essent in Templo sculpturæ; quales mensuræ mensæ thymiamatis, & quales Templi & Sanctuarii valvæ.

1. *Posteà duxit me in Templum,*
& mensus est postes. Postis erat latus
sex cubitos hinc, & similiter inde sex
cubitos latus. 2. *Latitudo portæ erat*
decem cubitorum, & humeri portæ
quinque cubitorum hinc, & similiter
inde quinque cubitorum; deinde lon-
gitudinem ejus mensus est quadragin-
ta cubitis, latitudinemque viginti
cubitis. 3. *Deinde intrans in partem*
interiorem, mensus est postem ostii
duobus cubitis, ostiumque ipsum sex
cubitis in latitudine, & pone ostium
septem cubitos. 4. *Tum mensus est*
longitudinem ejus viginti cubitis, &
latitudinem, fronti Templi adversam,
viginti cubitis; dixitque mihi; hoc
est Sanctum Sanctorum. 5. *Posteà*
mensus est murum Templi sex cubitis;
Anterides autem, quæ Templum am-
biebant, latæ erant undique quatuor
cubitos. 6. *Erantque anterides, alia*
post aliam, usque ad numerum tri-
ginta trium, pertingebantque ad eum
parietem, qui Templum circùm am-
biebat pone anteridas, ut commissuræ
fierent, nec templi muro adhærebant.
7. *Anteridibus autem cochlea erat in*

1. ויביאני אל ההיכל וימד את
האילים שש אמות רחב מפו ושש
אמות רחב מפה רחב האהל : 2.
ורחב הפתח עשר אמות · וכתפות
הפתח חמש אמות מפו וחמש
אמות מפו · וימד ארכו ארבעים
אמה ורחב עשרים אמה : 3. ובא
לפנימה · וימד איל הפתח שתים
אמות · והפתח שש אמות · ורחב
הפתח שבע אמות : 4. וימד את
ארכו עשרים אמה ורחב עשרים
אמה אל פני ההיכל · ויאמר אלי ·
זה קדש הקדשים : 5. וימד קיר
הבית שש אמות ורחב הצלע ארבע
אמות סביב סביב לבית סביב :
6. והצלעות צלע אל צלע שלוש
ושלשים פעמים · ובאות בקיר אשר
לבית לצלעות סביב סביב להיות
אחוזים · ולא יהיו אחוזים בקיר
הבית : 7. ורחבה ונסבה למעלה
למעלה לצלעות · כי מוסב הבית
למעלה למעלה סביב סביב לבית ·
על כן רחב לבית למעלה וכן
התחתונה · יעלה על העליונה
לתיכונה : 8. וראיתי לבית גבה
סביב סביב מיסדות הצלעות מלו
הקנה שש אמות אצילה : 9. רחב
הקיר אשר לצלע אל החוץ חמש

gyrum paulatim ascendens; nam intus flectebatur, paulatim circùm ascendens; propter quam causam superioris exhedræ latitudo erat major, quàm inferioris; & per mediam in summam ascendebatur. 8. *Vidi autem in circuitu ædis, ab imis anteridum fundamentis exsurgere altitudinem separatim ad calamum totum, sive ad sex cubitos.* 9. *Ejusdem muri qui anteridas exteriùs jungebat, latitudo erat quinque cubitorum, quantum spatium erat inter anteridas, quæ Templo adjacebant.* 10. *Inter cubicula autem interjacebat undique latitudo viginti cubitorum circùm Templum.* 11. *Ostium habebant anterides in spatio intermedio, unum ad aquilonem, alterum ad meridiem; latitudo verò spatii intermedii erat circùm undique quinque cubitorum.* 12. *Et ædificium, quod erat in fronte areæ separatæ ad latus occidentale, habebat in latitudine septuaginta cubitos, muro ædificii undique lato quinque cubitos; in longitudine autem nonaginta cubitos.* 13. *Deinde mensus est ædis longitudinem centum cubitis; similiter aream separatam, & ædificia ejus, & parietes ejus, in longitudine centum cubitis.* 14. *Latitudo frontis Templi & areæ separatæ erat, ad orientem centum cubitorum.* 15. *Posteà mensus est longitudinem ædificii, quod erat ante aream separatam, & quod post eam, & appendices ejus hinc & inde, centum cubitis.* 16. *Templum autem interius, quomodò & atrii porticus, & limina cum suis obliquâ luce fenestris, & appendicibus, quæ tria hæc ambiebant, erat in fronte liminis ligno circùm laqueatum, ab humo usque ad fenestras, & cancelli plicatiles*

אמות · ואשר מנח בית צלעות אשר
לבית ׃ .10 ובין הלשכות רחב
עשרים אמה סביב לבית סביב
סביב ׃ .11 ופתח הצלע למנח פתח
אחד דרך הצפון · ופתח אחד לדרום ·
ורחב מקום המנח חמש אמות
סביב סביב ׃ .12 והבנין אשר אל
פני הגזרה פאת דרך הים רחב
שבעים אמה · וקיר הבנין חמש
אמות רחב סביב סביב · וארכו
תשעים אמה ׃ .13 ומדד את
הבית ארך מאה אמה · והגזרה
והבניה וקירותיה ארך מאה אמה ׃
.14 ורחב פני הבית והגזרה לקדים
מאה אמה ׃ .15 ומדד ארך הבנין
אל פני הגזרה אשר על אחריה
ואתוקיהא מפו ומפו מאה אמה ·
וההיכל הפנימי ואלמי החצר ׃ .16
הספים והחלונים האטמות והאתיקים
סביב לשלשתם נגד הסף שחיף עץ
סביב סביב והארץ עד החלנות ·
והחלנות מכסות ׃ .17 על מעל
הפתח ועד הבית הפנימי ולחוץ ואל
כל הקיר סביב סביב בפנימי ובחיצון
מדות ׃ .18 ועשוי כרובים
ותמרים · ותמרה בין כרוב לכרוב ·
ושנים פנים לכרוב ׃ .19 ופני
אדם אל התמרה מפו · ופני כפיר
אל התמרה מפו · עשוי אל כל הבית
סביב סביב ׃ .20 מהארץ עד מעל
הפתח הכרובים והתמרים עשוים
וקיר ההיכל ׃ .21 ההיכל מזוזת
רבעה · ופני הקדש המראה כמראה ׃
.22 המזבח עץ שלוש אמות גבה ·
וארכו שתים אמות · ומקצעותיו לו ·
וארכו וקירתיו עץ · וידבר אלי · זה
השלחן אשר לפני יהוה ׃ .23
ושתים דלתות להיכל ולקדש ׃
.24 ושתים דלתות לדלתות שתים
מוסבות · דלתות שתים לדלת אחת ·
ושתי דלתות לאחרת ׃ .25 ועשויה
אליהן אל דלתות ההיכל כרובים
ותמרים כאשר עשוים לקירות · ועב
עץ אל פני האולם מהחוץ ׃ .26
וחלונים

erant. 17. *Sed supra ostium & in*
Templo exteriori & usque ad inte-
rius, & in toto pariete quod Tem-
plum ambiebat, tam in Templo in-

וחלונים אטמות ותמרים מפו ומפו
אל כתפות האולם · וצלעות הבית
והעבים :

teriori, quàm in exteriori, 18. *Fabrefacta erant Cherubim & palmæ, palmis*
singulis intra singula Cherubim interjectis. Cherubim autem binas facies ha-
bebant. 19. *Facies una hominis erat hinc prope palmam, facies inde altera*
leonis prope palmam, opere fabrefacto totum Templum undique ambiente.
20. *In portâ ipsâ exsurgebant à solo super fenestras Cherubim palmæque in*
muro Templi elaboratæ. 21. *Templi postes quadrati erant, & facies sanctua-*
rii simili erat aspectu. 22. *Altare, quod ligneum erat, habebat in altitudine*
cubitos tres, in longitudine cubitos duos, factum ad angulos cum asseribus
tabulatisque ligneis; dixitque mihi: hæc illa mensa est, quæ Domino appo-
nitur. 23. *Erant valvæ duæ & Templo & Sanctuario.* 24. *In singulis ostiis*
erant valvæ duæ versatiles; ad unum ostium valvæ duæ, ad alterum valvæ
duæ. 25. *In valvis Templi fabrefacta erant Cherubim & palmæ, opere eodem,*
quo in parietibus; & in vestibuli fronte exteriore erat spissum laqueare.
26. *Erant fenestræ obliquâ luce, & palmæ hinc & inde, ad vestibuli humeros,*
& ad latera intus & ad trabes.

---

1. & 2. את האילם, *pòstes.* Iidem *postes* vocantur כתפות, versu 2. hoc est *humeri* portæ. Sed nunc considerantur ex facie, quæ erat intra ipsum ostium secundùm ostii longitudinem; quâ in facie erat eorum *crassitudo.* Nam רחב de crassitudine accipiendum, ut cap. 40. v. 5. quæ crassitudo est sex cubitorum. Versu 2. postes, כתפות, *humeri*, appellantur, quia consideratur altera eorum facies, in quam reducebantur valvæ, cùm aperiebantur, quæque erat secundùm Templi latitudinem Templi fundo adversa. Habebant isti humeri *quinque cubitos* hinc & inde; ostium autem decem cubitos; itaque hoc & illi extendebantur ad viginti cubitos, hoc est in totam Templi latitudinem. ...האהל, *tentorium.* Lege האיל, *postis;* nam sumitur האיל distributè, & respondet τῷ האילם, quod dictum fuit communiter.

3. איל הפתח שתים אמות, *postem ostii duobus cubitis*, nempe in crassitudine, ut anteà in Templi postibus. Facies postis ea consideratur, quæ erat in ipso aditu ostii secundùm Templi longitudinem; nam *duo cubiti* postis supereffluerent, si eos considerares secundùm latitudinem, ut mox videbitur. ...והפתח שש אמות, *& ostium sex cubitorum*, ורחב הפתח שבע אמות, *& latitudò portæ septem cubitorum;* hæc conciliari non possunt. Nam רחב הפתח significat superiori versu, quàm latum esset portæ ostium, atque adeò sententiam hîc haberet eandem: nec verò latera, sive humeros portæ demonstrat, ut Villalpando visum est; nisi, pro הפתח, legitur לפתח, *ad portam*, sive *pone portam.* Sex sunt cubiti in ipsâ ostii latitudine; septem cubiti pone ostium. Habes tredecim cubitos; quibus si addes septem cubitos alterius lateris, quod non tangitur in Codicibus hodiernis, habebis viginti cubitos, quæ erat latitudo Sanctuarii. Sed verisimile est, excidisse hæc verba, מפה ושבע אמית מפה, *hinc, & septem cubitos inde*, quæ totidem verbis exhibent Græci Intt. nam is tenor est consuetus in ante-dictis.

5. סביב סביב לבית סביב. Non otiosa sunt hæc tria סביב; nam priora duo pertinent ad הצלע, *anteridem*, ut demonstretur, unamquamque anteridem habuisse *in circuitu* quatuor cubitos, sive in quatuor suis faciebus, & fuisse perfectè quadratam; tertium סביב, de Templo dicitur (לבית) & demonstrat fuisse anteridas circùm Templum.

6. בקיר אשר לבית, *in muro, qui ad Templum*, vel *secus Templum*, non autem in *muro* ipso *Templi.* Nam Templi murus posteà demonstratur in duobus verbis בקיר הבית. Hæc distinguenda sunt, ut structurâ ipsâ orationis distinguntur; aliter expedire sententiam non posses. Demonstrat Ezechiel murum muro Templi parallelum, qui erectus erat usque ad altitudinem cubiculorum, quæ Templum ambiebant, ut eo muro inniterentur tabulata cubiculorum. Hæ res aliter hîc describuntur, quàm *1. Reg. cap. 6. v. 6.* Itaque etiam Villalpandus Contextum Hebr. hîc penitùs deserit, ut eum exigat ad normam Libri Regum; quâ in re mirum est, cæteros Intt. ei esse obsecutos. Perinde quasi nunc Contextus Libri Regum esset explicandus, non Contextus ipsius Ezechielis, apud quem multa alia describuntur aliter, atque in Libro Regum. Sumit Villalpandus, צלעים, esse *trabes;* nec attendit se inducere *trabes quatuor cubitis* crassas,

hoc est diametri plus quàm quinque-pedalis. Omninò צלעים sunt *anterides*, quas Gallicè vocamus *arc-boutans*.

7. ורחבה ונסבה: Nos, *cochlea in gyrum*; quippe legimus ורכבה נסבה, *& ascensus circumibat*. Est רכב, *ascendere*, unde ritè deducitur רכבה, *ascensus*, sive clivus planus & sine gradibus, per quem ex imo cubiculo in medium ascendebatur. Ascendebatur autem סביב סביב לבית, *circùm interiùs*, quia iste clivus erat intra cubiculum imum, minuebatque de ejus areâ tantùm, quantùm satis esset ad clivi latitudinem. Idcirco additur, cubiculum inferius fuisse latius superiore, ut narratur in Libro Regum. Est autem legendum מן, non וכן, ut sit מן התחתונה, *præ inferiori*. Per illud מן comparatio instituitur latitudinis cum latitudine; quæ comparatio si abest, nihil jam hæc significabunt, *propterea erat latitudo superiori*. Jam, post התחתונה, legendum ויעלה, *& ascendebatur*, non omisso nexu ו. Ascendebatur autem *ex medio cubiculo ad superius*. Non additur per qualem gradum. Non quidem per clivum, seu *cochleam*. Nam si cochlea pertingeret etiam ab cubiculo medio ad superius, non jam medium latius esset inferiore. Verisimile est fuisse alterum ascensum cubiculo, quod medium erat, ad latus ejus collocatum, & in formam scalæ, cujus summitas pertingeret ad cubiculum summum. Observandum est cubiculum medium describi ut latius inferiore, non item medio superius; quod superius appellatur העליונה. Consentiunt omnes Interpretes, ut credant significari hoc versu, exhedram imam, quæ in solo erat, fuisse superiore, seu mediâ, angustiorem. Sed in eâ re nobis errare videntur, quòd illius inæqualitatis causam petunt ex muri contractione, ut petitur in Libro Regum. Quippe nihil hoc loco legitur de muro Templi introrsum recedente & contractiore, post altitudinem quinque cubitorum, quæ altitudo erat exhedræ inferioris; causa una hæc affertur, cochleam intus fuisse, quæ ascenderet ex imâ exhedrâ in mediam. Quæ causa cùm habeat facilem explicatum, non licet ab hod. Contextu discedere, ut aliam causam petas ex Libro Regum.

8. מיסדות, *à fundamentis*; rectè, & malè Masora מוסדות, *fundamenta*. ...מלו, pro מלא, mendum, quamvis id non corrigunt Masoretæ. ...אצילה: Nos, *separatim*, id est (*altitudinem*) per tabulata discriminatam. Tangitur altitudo muri exterioris exhedrarum, qui habebat sex cubitos infra tabulatum medium, sex cubitos à medio ad superius; quique adeò erat altus cubitos duodecim, sive calamos duos, ita ut unus calamus, qui erat inferior, ab medio per tabulatum distingueretur. Pertinet אצילה, *separatus*, ad קנה, *calamum*. Nescio quid in mentem venerit Edmundo Calmet, ut doceret, hìc tangi tumulum sex cubitorum in quo erectum esset Templum: *Il parle d'un tertre haut de six coudées, sur lequel le Temple étoit élevé au dessus du rez de chaussée*; cùm planum sit, totum hunc locum occupatum esse in describendis exhedris.

9. רחב הקיר אשר לצלע אל החוץ, *& latitudo muri, qui erat ad anteridem forinsecùs*, חמש אמות, *quinque cubiti*. Mox dictum est de altitudine muri exterioris exhedrarum; nunc de ejusdem latitudine, quæ erat inter duas anterides, quæque erat quinque cubitorum, quia anterides una ab aliâ distabant spatio quinque cubitorum, ut infrà dicitur, v. 11. Vult Edm. Calmet notari muri, non *latitudinem*, sed crassitudinem. Tamen constat ex serie, non tangi, hoc versu, muros exhedrarum, sed spatia inter muros relicta, quæ spatia demonstrant, ad quam latitudinem & longitudinem paterent exhedræ. Nunc latitudo demonstratur; in verbis autem sequentibus, longitudo. ...ואשר מנח בית צלעות: Quid hæc significent, frustra quæras ex Interpretibus, quanquam omnes hæc se intelligere præ se ferant. Nos, quia de latitudine mox vidimus, credimus hìc tangi longitudinem in verbo מנח, *spatio*, cui affinis est Radix נח Æthiopica, unde Æthiopicè נוח, *longum*, *longitudo*, qui significatus illustratur ex versu 11: verbum autem ואשר, legendum כאשר, *ut*, vel *prout*, vel *juxta ac*; aut *secundùm*: vide Versionem.

10. ...ובין הלשכות, *& inter exhedras* (*latitudo undique viginti cubitorum circùm Templum.*) Hæc etiam intelligere sibi videntur omnes Interpretes; ego me non intelligere fateor, idemque probè intelligo, verba dari ab Interpretibus. Villalpandus sic: » Et platea quædam viginti cubitos lata erat inter Gazophylacia atriorum & prædicta cubicula. « Sed nihil hic locus de Gazophylaciis atriorum; ea tantùm cubicula memorantur, quæ Templo adjacebant. Alii longiùs aberrant, quorum Commentarios confutare non tanti est. Fieri non poterat ut inter cubicula quæque intercederet spatium viginti cubitorum. Nam si hoc fuisset, ambitum fecissent cænacula multò ampliorem, quàm quantùm satis erat ad Templum proximè ambiendum. Erant circùm Templum triginta tres anterides, crassæ quatuor cubitis. Cubicula, sita in medio anteridum, lata erant quinque cubitos. Itaque unum cubiculum cum suâ anteride occupabat extra Templum in ejus longitudine novem cubitos. Quòd si igitur multiplicabis novem per triginta duos, habebis numerum 288. cubitorum in cubiculis Templum ambientibus, qui numerus plusquàm satis est, ad ambiendum id ædificium, quod habebat in longitudine 70. tantùm cubitos; in latitudine, tantùm 20. Quid fiet igitur, si addes intra unumquodque cubiculum 20. cubitos? Nempe exsurget numerus 20. multiplicatus per anterides 32. hoc est numerus 640. qui additus ad numerum 297. efficiet numerum 937. cubitorum, qui Templum proximè ambirent; quod quàm sit absurdum, quis non videt?

12. והבנין אשר אל פני הגזרה, *& ædificium, quod erat in fronte areæ separatæ*. Hoc loco, *area separata* occidentalis pars est atrii sacerdotum ponè exhedras, à cætero atrio per murum, seu loricam, disjuncta. Exhedræ Templum proximè ambiebant; post exhedras veniebat area; post aream, lorica; post loricam, atrium sacerdotum, ex quo in Templum intrabatur per ostia muri areæ separatæ.

15. & 16. אל פני הגזרה : Series erit plana, si relativum אשר, quod sequitur; ponas ante אל פני, ut sit אשר אל פני, *quod erat ante faciem*, & si deinde legas ועל, addito ו, *& ad* (*posteriora ejus.*) Sed interpunctio major requiritur post אמה, ante וההיכל. Nam in verbo ההיכל, initium habet altera sententia de Templi laquearibus : vide Versionem. ...ואתוקיהא : Arabismus, pro ואתיקיהם, *& appendices ejus.* ...והארץ : Legendum מהארץ, *ab humo*, ut versu 20. ...מכסות, *tectæ* (*fenestræ.*) Nos מכפות, *plicatiles* (*cancelli.*) Neque enim intelligimus quid sint *fenestræ tectæ.*

17. מדות, *mensuræ.* Ad nihil pertinent *mensuræ*, ubi tanguntur sculpturæ Cherubim & palmarum. Nos existimamus legendum esse לבית, *Templo;* deinde עשוי, sine nexu ו : vide Versionem.

20. & 21. וקיר ההיכל : ההיכל : Non supervacaneum erit alterum ההיכל, modò legas, בקיר ההיכל, *in muro Templi;* deinde וההיכל, *Templum autem...*

24. לדלת אחת, *ad unum ostium*, hoc est ad ostium Templi; לאחרת, *ad alterum;* hoc est, ad ostium Sanctuarii.

25. ועשויה : Mendosè id scriptum pro ועשוים, *& facta erant* (*Cherubim;*) sic infra עשוים. Nullum nomen est in oratione femininum, de quo efferri possit עשויה femininum.

CAPUT XLII.

Aliæ mensuræ ad aquilonem, tum areæ separatæ, tum cubiculorum, in quibus carnes victimarum à sacerdotibus edebantur; quot calamos omnia Templi ædificia continerent.

1. *Posteà duxit me ad atrium ex-
terius, per viam quæ ducit ad aqui-
lonem, introduxitque me in cubicu-
lum, quod erat juxta aream separa-
tam, & juxta ædificium aquilonare.*
2. *Erant in facie longitudinis centum
cubiti ad portam aquilonis; latitudo
erat quinquaginta cubitorum.* 3. *Sed
contra portas atrii interioris, & con-
tra pavimentum atrii exterioris,
erant ad tria tabulata appendices,
quæ sibi invicem oppositæ erant.*
4. *Ante cubicula erat deambulatio
lata decem cubitorum in facie inte-
riore, & longa centum cubitos; januæ
autem erant ad aquilonem.* 5. *Cubi-
cula superiora angusta erant, quia in
eis desinebant appendices, quæ exsur-
gebant juxta imum & medium ædi-
ficii tabulatum.* 6. *Hæc enim trium
erant tabulatorum, nec habebant co-
lumnas, ut columnas atriorum; prop-
tereà inde ab solo sejuncta erant & ab*

1. ויוציאני אל החצר החיצונה
הדרך דרך הצפון · ויבאני אל
הלשכה אשר נגד הגזרה ואשר נגד
הבנין אל הצפון : 2. אל פני ארך
אמות המאה פתח הצפון · והרחב
חמשים אמות : 3. נגד העשרים
אשר לחצר הפנימי ונגד רצפה
אשר לחצר החיצונה אתיק אל פני
אתיק בשלשים : 4. ולפני הלשכות
מהלך עשר אמות רחב אל הפנימית
דרך אמה אחת · ופתחיהם לצפון :
5. והלשכות העליונת קצרות · כי
יוכלו אתיקים מהנה מהתחתנות
ומהתיכונות בנין : 6. כי משלשות
הנה · ואין להן עמודים כעמודי
החצרות · על כן נאצל מהתחתנות
ומהתיכנות מהארץ : 7. וגדר
אשר לחוץ לעמת הלשכות דרך
החצר החצונה אל פני הלשכות
ארכו חמשים אמה : 8. כי ארך
הלשכות אשר לחצר החצונה
חמשים אמה · והנה על פני ההיכל
מאה אמה : 9. ומתחתה לשכות

inferiori & ab medio. 7. Lorica au-
tem exterior, quæ erat ſecundùm cu-
bicula versùs atrium exterius habebat
juxta cubicula in longitudine quin-
quaginta cubitos. 8. Nam longitudo
cubiculorum atrii exterioris erat quin-
quaginta cubitorum è regione illius; to-
tum erat centum cubitorum. 9. Subter
hæc cubicula erat exitus ad orientem,
ita ut in hæc intraretur ex atrio ex-
teriori, 10. Per mediam atrii loricam
in latere orientali è regione areæ ſepa-
ratæ, & contra ædificium cubiculo-
rum. 11. Ambulatio verò, quæ erat
in fronte eorum, ſimilis erat illi,
quam habebant cubicula aquilonis;
erant ejuſdem longitudinis & latitu-
dinis. Exitus ſimiles habebant, ſimi-
les formas & ſimiles januas. 12. Et,
quomodò in oſtiis cubiculorum auſ-
tralium, oſtium erat in capite ambu-
lacri, contra ipſam loricam, per quod
intrabant qui ex oriente veniebant.
13. Dixitque mihi: cubicula aquilo-
nis & cubicula auſtri, quæ reſpiciunt
aream ſeparatam, ſunt cubicula ſanc-
ta, ubi ſacerdotes edunt quæ Domino
fuerunt oblata ſancta ſanctorum;
ibi reponunt & ſancta ſanctorum, &
munera, & victimas pro peccato & pro
delicto, quia hic eſt locus ſanctus.
14. Cùm ſacerdotes hûc intrârunt,
non jam ſanctuario egrediuntur in
atrium exterius; ibi veſtes ſuas repo-
nunt, in quibus miniſtrant, quia ſanc-
tæ ſunt; poſteà veſtes alias reſumunt,
& accedunt ad locum populo deſtina-

האלה המבוא מהקדים בבאו להנה
מהחצר החצנה : 10. ברחב גדר
החצר דרך הקדים אל פני הגזרה
ואל פני הבנין לשכות : 11.
ודרך לפניהם כמראה הלשכות
אשר דרך הצפון · כארכן כן רחבן ·
וכל מוצאיהן וכמשפטיהן וכפתחיהן :
12. וכפתחי הלשכות אשר דרך
הדרום פתח בראש דרך דרך בפני
הגדרת הגינה דרך הקדים בבואן :
13. ויאמר אלי · לשכות הצפון
לשכות הדרום אשר אל פני הגזרה
הנה לשכות הקדש אשר יאכלו
שם הכהנים אשר קרובים ליהוה
קדשי הקדשים · שם יניחו קדשי
הקדשים והמנחה והחטאת והאשם ·
כי המקום קדש : 14. בבאם
הכהנים ולא יצאו מהקדש אל
החצר החיצונה · ושם יניחו בגדיהם
אשר ישרתו בהן · כי קדש הנה ·
ילבשו בגדים אחרים וקרבו אל
אשר לעם : 15. וכלה את מדות
הבית הפנימי · והוציאני דרך השער
אשר פניו דרך הקדים · ומדדו סביב
סביב : 16. מדד רוח הקדים בקנה
המדה חמש אמות קנים בקנה
המדה סביב : 17. מדד רוח
הצפון חמש מאות קנים בקנה
המדה סביב : 18. את רוח הדרום
מדד חמש מאות קנים בקנה
המדה : 19. סבב אל רוח הים
מדד חמש מאות קנים בקנה
המדה : 20. לארבע רוחות מדדו
חומה לו סביב סביב ארך חמש
מאות ורחב חמש מאות להבדיל
בין הקדש לחל :

tum. 15. Finem fecit dimetiendi domum interiorem duxitque me ad portam,
quæ reſpiciebat orientem, quam undique dimenſus eſt. 16. Itaque ſpatium
orientale menſus eſt calamo ad menſuram, quinque & centum calamis in cir-
cuitu. 17. Deinde menſus eſt ſpatium aquilonare centum & quinque cala-
mis in circuitu. 18. Poſteà menſus eſt ſpatium meridionale centum & quin-
que calamis, calamo ad menſuram. 19. Denique convertit ſe ad ſpatium
occidentale, quod menſus eſt centum & quinque calamis, calamo ad men-
ſuram.

ſuram. 20. Menſus eſt ad quatuor plagas. Erat autem murus in circuitu, longus calamos centum & quinque, & latus pariter calamos centum & quinque, ut ſejungeret ſacrum à profano.

---

1. ויוציאני אל החצר החיצונה, *& eduxit me ad atrium exterius;* hoc eſt, ad partem exteriorem atrii; quod atrium fuiſſe atrium interius, ſeu atrium ſacerdotum, liquet ex ſequentibus rebus.

2. פתח הצפון, *ad portam aquilonarem.* Sic videtur accipienda *porta*, tanquam *latus;* quod quidem fecêre Græci Intt. qui πρὸς βοῤῥᾶν, *ad aquilonem.* In his capitibus aliquando *porta*, pro *latere* uſurpatur, quia porta erat lateris pars ornatior, & quia in hæc latera Templi per iſtas portas intrabatur. Sic anteà cap. 40. v. 47. dicitur latus aquilonare atrii interioris habere in longitudine, מאה אמה, *centum cubitos*, ut hoc loco; *porta*, idem ac *latus*.

3. נגד העשרים, *coram viginti.* Græci Intt. αἱ πύλαι, *portæ;* legunt השערים, ut & legendum. Nempe in iis, quæ anteceſſerunt, præpoſitio נגד, adjungitur ad Templi partes, non ad numeros; & prætereà numerus עשרים, *viginti*, non additâ re, putà *cubitis*, aut *calamis*, nihil ſignificat. ...בשלשים: Nos, *ad tria tabulata*, ut Syrus, על תלתא סדרין, *ad tres ordines*, ſive, ut ejus Interpres, *tribus contignationibus;* nam w. 5. & 6. hæc duo ſimul tanguntur.

4. דרך אמה אחת, *via cubiti unius.* Hæc verba nihili putanda ſunt; pro quibus legendum videtur, בארך מאה אמה, *in longitudine centum cubitorum;* quam ſcripturam, quæ plana eſt, exhibent Græci Intt. in iis verbis, ἐπὶ πήχεις ἑκατὸν τὸ μῆκος, *in longitudine centum cubitorum.* Oppoſita eſt *longitudo* latitudini quæ anteceſſit, quæque eam ſolet comitari, deſcribendis menſuris. Nihil ſententiæ habere poteſt *via unius cubiti*, ubi præſertim, ſi viæ menſura tangitur, tangi debet longitudo.

5. והלשכות העליונת קצרות, *& cubicula ſuperiora anguſta erant.* Vulgatus, *humiliora;* meliùs dixiſſet, *anguſtiora;* non modò quia talis eſt ſignificatus vocabuli קצר, ſed etiam quia infra ratio redditur, cur cubicula eſſent ſuperiora inferioribus anguſtiora, non cur humiliora. ...מהנה: Legimus בהנה, *in illis* (*deſinebant appendices*,) ſecundo tabulato non altius aſſurgentes.

6. כי משלשות הנה, *nam hæc* (*cubicula*) *trium erant tabulatorum.* Meliùs poſt hæc verba, quàm ante, interpunctio major; nam continuant ſententiam ſuperiorem. Ideò anguſtiora erant cubicula ſuperiora, quia tertii erant tabulati, nec ſupportabantur appendicibus, quæ aſſurgebant uſque ad tabulatum tantummodò ſecundùm. ...נאצל: Legendum נאצלו, *ſeparata erant;* hoc enim dicitur de הלשכות, *cubiculis.* Hæc omnia ſic videntur intelligenda. Totum ædificium ab humo aſſurgebat, non fultum columnis, ſed perpetuo muro, cujus altitudinem tabulata tria diſcriminabant. Additæ autem fuerant ad utrumque murum, ſeptentrionalem & auſtralem, appendices, ornatûs causâ, in quas tabulata extendebantur hinc & inde, atque adeò cubicula reddebant latiora, quàm ſi non eſſent appendices. Supra tabulatum ſecundum exſurgebat tertium anguſtius, quia non jam fultum appendicibus, ſed muris ipſis ædificii, cui amplitudinem fecerant appendices infra tertium tabulatum.

8. והנה על פני ההיכל מאה אמה, *& ecce ad faciem Templi centum cubiti.* Ex Græcis ſic emendamus: והנה על פניה · הכל מאה אמה, *& illa* (לשכות) (*cubicula*) *ante faciem ejus* (*atrii;*) *totum erat centum cubitorum.* Vide Græcos Interpretes. Cubicula in facie atrii exteriori occupabant 50. cubitos, versùs loricam. *Totum erat centum cubitorum*, quia 50. alteros cubitos occupabant cubicula quæ ſpectabant faciem atrii interiorem.

9. מתחתה: Rectè Maſora מתחת, adjuncto ה ad לשכות ...המבוא, *exitus.* Non item rectè Maſora, המביא, *intrans*, vel *introducens;* nihil enim eſt in oratione ad quod pertinere poſſit Participium המביא. Græci Intt. εἰσόδȣ, *introitûs;* legebant המבוא. Iidem verbum בבאו exprimunt per Infinitivum, τȣ̃ εἰσπορεύεσθαι, *ad intrandum*, quia legunt בבוא, ut legendum. Deinde tollenda interpunctio major ante ברחב, initio versûs. 10. Nam verſu 10. ſeries continuatur, notans per quos locos intraretur ex parte orientali in cubicula mox demonſtrata.

12. הגינה, *elegantis;* ita Arias. Sed de elegantiâ ædificiorum ſilentium altum eſt in totâ Templi demonſtratione. Prætereà ipſum verbum non caret ſuſpicione, ut Chaldaicum, non Hebraicum; & variè id legunt Veteres. Nos הגידה, *ducentis:* vide Verſionem.

13. לשכות הצפון לשכות הדרום, *cubicula aquilonis & cubicula auſtri;* hoc eſt, cubicula ædificii aquilonaris, quæ aquilonem reſpiciebant, & cubicula ejuſdem, quæ meridiem. Nam hæc dicuntur de Templi ædibus, quæ erant ad aquilonem; eò ductus fuit Ezechiel, neque ad alia Templi latera divertit, cùm hæc ei dicuntur.

15. ומדדו סביב סביב, *& menſus eſt eam* (*portam*) *undique.* Sumitur hoc loco, ut ſuprà, porta pro toto latere, in quo eſt porta. Itaque intelligendum ...סביב, *undique*, de ambitu ædificiorum, quæ erant in portâ orientali.

16. חמש אמות קנים, *quingentis calamis;* nam pro אמות Maſora, מאות. Non videre non poterant Judæi eſſe חמש אמות, *quinque cubitos*, apertum mendum. Sed mihi videtur alterum mendum מאות, niſi additur ו, ut ſit חמש ומאות, *quinque & centum* (*calamos.*) Hoc eſt cubitos ſexcentos & triginta, quæ dimenſio facilè aptari poteſt ad ambitum ædificii orientalis, qui nunc agitur; cùm contrà non poſſint ad idem ædificium aptari *calami quingenti*, hoc eſt tria millia cubitorum. Teſtis eſt Joſephus, circuitum montis, in quo erat Templum, non plus

fuisse amplum quâm quatuor stadiis quadratis; hoc est, passibus quingentis; atque adeò unum latus montis habuisse in longitudine passus tantùm centum & viginti quinque, quibus constat stadium. Ergo latus orientale ædificiorum non poterat habere in longitudine 500. calamos, quanquam ita legunt omnes Veteres, & emendandum versibus sequentibus, ut hoc versu.

17. מדד רוח הצפון...סביב, *mensus est plagam aquilonarem... undique.* Ideò *undique*, quia, ut suprà monuimus, fit mensura ambitûs ædificii, postquàm facta est longitudinis & latitudinis. Hoc planum fit ex eò, quòd ad unamquamque plagam legitur סביב, quod non legeretur, si ageretur tantùm mensura longitudinis, in unaquâque plagâ. In plagâ meridionali non iteratur סביב, ut neque in occidentali, quia satis erat fuisse id bis positum.

20. חמש מאות, *quingentos (calamos.)* Adhuc legendum חמש ומאות, *quinque & centum.* Hæc longitudo muri exterioris, seu periboli, congruit cum mensuris, quas suprà vidimus. Peribolum habebat tantùm longitudinis, quantùm ambitûs habebant ædificia quæ intra peribolum erant. Hæ mensuræ periboli facilè conciliari possunt cum mensuris quatuor ædificiorum supra notatis; non autem possunt 500. *calami*, hoc est tria millia cubitorum, cum stadio uno, sive 125. passibus, quod unum stadium attribuit Josephus singulis montis lateribus.

CAPUT XLIII.

Describitur altare holocaustorum, & jubetur Ezechiel filios Israel docere, quâ illud formâ & quibus mensuris sit ædificandum, deinde quo ritu expiandum.

1. *Deinde duxit me ad portam*
eam, cujus facies respiciebat plagam
orientalem. 2. *Ecce autem per viam*
orientalem adveniebat gloria Dei Is-
rael, cujus sonitus erat velut sonitus
aquarum multarum, & fulgore ejus
terra collustrabatur. 3. *Visio hæc,*
quam vidi, similis erat visioni, quam
videram tum, cùm venit urbem dele-
turus, & species ejus erat ut species,
quam videram ad fluvium Chobar.
Ego verò procidi in vultum meum.
4. *Et gloria Domini Templum in-*
gressa est per eam portam, quæ res-
piciebat orientem. 5. *Tum sustulit me*
spiritus, duxitque me in atrium
interius; ecce autem gloria Domini
Templum implebat. 6. *Et audivi*
loquentem ad me de Templo, cùm
intereà stabat homo ad latus meum.
7. *Dixit autem mihi; fili hominis,*
vides locum throni mei, locum ubi
sunt vestigia pedum meorum, ubi ha-
bitaturus sum in perpetuum apud

1. ויולכני אל השער שער אשר
פנה דרך הקדים : 2. והנה כבוד
אלהי ישראל בא מדרך הקדים ·
וקולו כקול מים רבים · והארץ האירה
מכבדו : 3. וכמראה המראה אשר
ראיתי כמראה אשר ראיתי בבאי
לשחת את העיר · ומראות כמראה
אשר ראיתי אל נהר כבר · ואפל
אל פני : 4. וכבוד יהוה בא אל
הבית דרך שער אשר פניו דרך
הקדים : 5. ותשאני רוח ותבאני
אל החצר הפנימי · והנה מלא כבוד
יהוה הבית : 6. ואשמע מדבר
אלי מהבית · ואיש היה עמד אצלי :
7. ויאמר אלי · בן אדם את מקום
כסאי ואת מקום כפות רגלי אשר
אשכן שם בתוך בני ישראל לעולם ·
ולא יטמאו עוד בית ישראל שם
קדשי המה ומלכיהם בזנותם
ובפגרי מלכיהם במותם : 8.
בתתם ספם את ספי ומזוזתם אצל
מזוזתי והקיר ביני וביניהם · וטמאו
את שם קדשי בתועבותם אשר
עשו · ואכל אותם באפי : 9. עתה

filios Israel, nec ampliùs inhonestabit
domus Israel nomen sanctum meum,
nec ipsi, nec ipsorum reges adulteriis
suis, aut cadaveribus regum suorum,
cùm morientur : 8. *Ut, cùm limen*
suum limini meo jungebant, meisque
postibus postes suos, meque uno tan-
tùm muro ab se dividebant, ut nomen
sanctum meum flagitiis, quæ commit-
tebant, dehonestarent; quæ me iratum
fecerunt, ut eos delerem. 9. *Nunc*
autem adulteria sua illi à me & cada-
vera regum suorum removebunt, &
habitabo apud eos in perpetuum.
10. *Tu verò, filî hominis, narra hæc*
de Templo domui Israel, ut erubes-
cant de iniquitatibus suis, & structuram
ejus dimetiantur. 11. *Si igitur de iis*
omnibus, quæ fecerunt, erubescent,
tu eis ostendes Templi lineamenta
ejusque structuram, aditus ejus &
egressus, omnem formam ejus & de-
scriptionem omnemque ambitum ejus,
& in oculis eorum exarabis; ut ob-
servent formam ejus totam & descrip-
tionem, atque hæc exsequantur.
12. *Hæc erit forma domûs in cacu-*
mine montis; universi ejus limites
undique sacro-sancti erunt. [Hæc
igitur erit Templi forma.] 13. *Hæ*
autem erunt mensuræ altaris per cu-
bitos, addito ad singulos cubitos pal-
mo uno; sinus pedis ejus erit cubiti
unius, latitudo etiam cubiti unius;
habebitque funiculum palmi unius
circùm ambientem; hic erit ambitus
altaris. 14. *Sed ex sinu pedis usque*
ad crepidinem inferiorem erunt cubiti
duo, in latitudine cubiti unius; ex
crepidine autem minore usque ad ma-
jorem erunt quatuor cubiti, in latitu-
dine cubiti unius. 15. *Summa pars*
exsurget ad quatuor cubitos, ex quâ
eminebunt sursum cornua quatuor.

ירחקו את זנותם ופגרי מלכיהם
ממני • ושכנתי בתוכם לעולם :
10. אתה בן אדם הגד את בית
ישראל את הבית • ויכלמו
מעונותיהם • ומדדו את תכנית :
11. ואם נכלמו מכל אשר עשו •
צורת הבית ותכונתו ומוצאיו
ומובאיו וכל צורתו ואת כל חקתיו
וכל צורתו וכל תורתו הודע אותם
וכתב לעיניהם • וישמרו את כל
צורתו ואת כל חקתיו ועשו אותם :
12. זאת תורת הבית על ראש
ההר • כל גבלו סביב סביב קדש
קדשים הנה • זאת תורת הבית :
13. ואלה מדות המזבח באמות •
אמה אמה וטפח • וחיק האמה •
ואמה רחב • וגבולה אל שפתה
סביב זרת האחד • וזה גב המזבח :
14. ומחיק הארץ עד העזרה
התחתונה שתים אמות • ורחב אמה
אחת • ומהעזרה הקטנה עד העזרה
הגדולה ארבע אמות • ורחב האמה :
15. וההראל ארבע אמות • ומהאראיל
ולמעלה הקרנות ארבע : 16.
והאראיל שתים עשרה ארך בשתים
עשרה רחב • רבוע אל ארבעת
רבעיו : 17. והעזרה ארבע עשרה
ארך בארבע עשרה רחב אל
ארבעת רבעיה • והגבול סביב אותה
חצי האמה • והחיק לה אמה סביב
ומעלתהו פנות קדים : 18. ויאמר
אלי • בן אדם כה אמר אדני יהוה •
אלה חקות המזבח ביום העשותו •
להעלות עליו עולה ולזרק עליו דם :
19. ונתתה אל הכהנים הלוים אשר
הם מזרע צדוק הקרבים אלי •
נאם אדני יהוה • לשרתני פר בן
בקר לחטאת : 20. ולקחת מדמו •
ונתתה על ארבע קרנותיו ואל
ארבע פנות העזרה ואל הגבול
סביב • וחטאת אותו וכפרתהו :
21. ולקחת את הפר החטאת •
ושרפו במפקד הבית מחוץ למקדש :
22. וביום השני תקריב שעיר עזים

16. *Summitas verò ipsa erit in longi-*
tudine duodecim cubitorum, & in la-
titudine duodecim etiam cubitorum,
quadratumque erit lateribus suis qua-
tuor. 17. Sed crepido ejus erit in lon-
gitudine quatuordecim cubitorum,
similiter in latitudine quatuordecim
cubitorum in lateribus ejus quatuor;
quippe eam ambiet funiculus semi-
cubitalis, cum sinu cubitali in circui-
tu, ascensusque ejus versus erit ad
orientem. 18. Et dixit mihi; filî ho-
minis, hæc dicit Dominator Domi-
nus; talis erit delineatio altaris, cùm
exstruetur, ut in eo holocausta offeran-
tur, & ut super eo sanguis fundatur.

תמים לחטאת · וחטאו את המזבח
כאשר חטאו בפר : 23. בכלותך
מחטא תקריב פר בן בקר תמים
ואיל מן הצאן תמים : 24. והקרבתם
לפני יהוה · והשליכו הכהנים עליהם
מלח · והעלו אותם עלה ליהוה :
25. שבעת ימים תעשה שעיר
חטאת ליום · ופר בן בקר ואיל מן
הצאן תמימים יעשו : 26. שבעת
ימים · וכפרו את המזבח וטהרו
אתו ומלאו ידו : 27. ויכלו את
הימים · והיה ביום השמיני והלאה
יעשו הכהנים על המזבח את
עולותיכם ואת שלמיכם · ורצאתי
אתכם · נאם אדני יהוה :

19. *Tu verò dabis sacerdotibus Levitis, qui sunt de semine Sadoc, quique*
ad me accedent, dicit Dominator Dominus, mihi ministraturi, tenerum
juvencum pro peccato; 20. De cujus sanguine sumes, & eo tinges cornua
altaris, & quatuor facies crepidinis, & funiculi ambitum; sicque illud
mundabis & expiabis. 21. Deinde tolles vitulum pro peccato, & comburent
eum extra sanctuarium, ut Templi mos est. 22. Die secundâ offeres pro
peccato hircum caprarum sine maculâ, atque eo mundabunt altare, ritu eo-
dem, quo ritu illud fuerit juvenco mundatum. 23. Et postquàm mundandi
finem feceris, offeres tenerum juvencum sine maculâ, & de grege arietem
pariter sine maculâ; 24. Quos ante Dominum offeres. Sacerdotes verò in eos
sal injicient, atque eos Domino in holocaustum offerent. 25. Septiduum
sacrificabis hirco pro peccato, singulis diebus; similiter offerent tenerum
juvencum & arietem de grege sine maculâ, 26. Per septem dies, ut ex-
pient & mundent altare atque illud consecrent. 27. Quibus diebus exple-
tis, die octavo & deinceps sacerdotes adolebunt in altari sua holocausta
victimasque pacificas; vosque mihi accepti eritis, dicit Dominator Dominus.

---

3. וכמראה המראה, *& sicut visio, visio (quam videram.)* Facile est videre, claudicare istam seriem; quæ rectè procedet, si tolles id prius כמראה, quod non legunt Veteres, præter unum Chaldæum, & si deinde legis, והמראה, *visio autem (quam vidi, erat ut visio, quam videram)* ...בבאי, *cùm venirem.* Lege בבאו, *cùm veniret (Dominus,)* ut legit Vulgatus. Sensit vitium Chaldæus, atque id evitavit, sic παραφράζων, *cùm prophetarem ad perdendam civitatem.*

7. בן אדם את מקום, *filî hominis, locus*, vel *locum.* Si convertis, *locum*, deest verbum, à quo regatur iste accusandi casus; si *locus*, deest pariter verbum, quod ab isto nominativo regatur. Alii Codices spatiolum vacuum relinquunt, alii circulum habent; quibus signis duobus Lector admonetur aliquid deesse. Græci Intt. ἑώρακας τὸν τόπον, *vidisti locum;* legunt אתה ראת, *tu videns...* quæ duo verba esse addenda jam ante augurabar, quàm adirem ad Græcam Versionem. ...במותם, *cùm moriuntur;* ita Chaldæus, במותיהון, meliùs quàm Vulgatus, *& in excelsis*, quasi legeretur ובבמותם; nihil ad seriem, *excelsa.*

10. אתה, *tu;* lege ואתה, *tu verò*, non omisso nexu, quem exhibent omnes Veteres, præter Chaldæum. ...הגד את בית, *narra domui (Israel.)* Legendum אל, non את. Neque enim usquam personæ casum regit הגד, nisi anteeunte præpositione, vel אל, vel על, vel ל: vide, si juvat, Concordantias Buxtorfianas. ...תכנית: Legendum, vel תבנית, vel תכנתו, ut versu inferiore;

riore; nisi, cum Syro plenius, תבנית הבית; nam Syrus, לדמותה דביתא, *exemplar domûs.* ...ומדדו: Græci Intt. *καὶ τὴν ὅρασιν αὐτοῦ*, *& visionem ejus*; legunt ומחזהו. Suspicor in ומדדו, *& dimetiantur*, aliquod mendum. Neque enim dimetiri possunt Israelitæ Templum, cujus forma nondum eis commonstrata est; eam enim monstrare jubetur Ezechiel, sequenti versu. Nimirùm הגד, *narra*, quod verbum mox antecessit, significat tantùm, *declara* eis, te vidisse Templi exemplar, non verò *ostende* eis exemplar, quasi esset הודע אתם, quod sequitur v. 11.

11. וכל צורתו, *& omnem formam ejus.* Hæc verba, quæ nunc bis leguntur, semel tantùm legunt Græci Intt. & malè iterata fuerunt; itaque hæc tantùm semel intepretamur. Cæterùm rectè Masora צורתיו, & sic in תורתיו.

12. הנה זאת תורת הבית, *ecce hæc est forma domûs.* Hæc etiam omittunt Græci Intt. &, post eos, Syrus, quæ etiam videntur omittenda, quia nulla causa apparet, cur ex initio versûs hæc fuerint iteranda.

13. וחיק האמה, *& sinus cubitus.* Desiderari aliquid, docet ipsa series. Neque enim satis significatur, altaris mensuras exordium habere ab unâ parte; neque חיק significat *sinum*, tanquam *imam partem*, ut mox videbitur. Græci Intt. pro וחיק, habent, *καὶ κόλπωμα βάθους*, *& sinus pedis*, vel *partis infimæ*; legere videntur לירכה, post וחיק. Nam sic interpretantur vocabulum ירך, suprà cap. 32. v. 23. sic de candelabro aureo legitur ירך, de ejus imâ parte. Ima pars altaris propterea *sinum* habere dicitur, quia erat in eo funiculus prominens; vide infrà ad versum 17. In illo ה, quod vocabulo האמה præfixum est, vestigium aliquod superest vocabuli לירכה, quod revocamus in Contextum. Nam istud ה præfixum superfluit, ut liquet ex sequentibus verbis, ורחב אמה, sine ה præfixo. ...וגבולה, *& terminus ejus*, sive funiculus ambiens. Pertinet Affixum ה ad לירכה, quod restituimus; nam ירך, femininum est, quod verbum si abest, nescitur cujus sit nominis istud ה femininum. Neque enim id pertinere dixeris ad אמה, *cubitum*, cùm non conveniat *cubito*, nec גבולה, *finis ejus*, nec שפתה, *labrum ejus*; quæ duæ res tangunt ipsam rem, cujus est mensura, non mensuram. ...וזה גב המזבח: Vulgatus, *hæc quoque erat fossa altaris.* Parùm aptè *fossa*, quia mensuræ hîc fiunt partium altaris, nec *fossa* pars est ejusdem. Nos ambitus; verbum de verbo diceres, *gibbus*, sive pars altaris, quæ prominebat longiùs, ut potè infima; nam altare ascendebat decrescendo; ut mox docemur.

14. ומחיק הארץ: Interpretes convertunt, *& ex sinu terræ*, quasi *ex solo*, vel *fundamento.* Sed 1°. insolita est hæc scribendi forma, cujus exemplum non puto reperiri ullum posse. 2°. Non nunc consideratur altare, ut erigens se se *à solo*, sed ut *à sinu*, de quo mox dictum est. 3°. Mirum videtur, postquàm dixit Ezechiel *sinum* altaris, qui solo in ipso est, esse altum cubito uno, nunc dicere, ab eodem solo ad crepidinem esse duos cubitos, & omittere ipsum sinum, qui erigebatur à solo ad cubitum unum. Nam si *duo cubiti* ab ipso solo numerantur, consuetus tenor est, ut dicat Propheta, sinum habuisse cubiti altitudinem, deinde à sinu usque ad crepidinem fuisse adhuc cubitum unum, itaque effici à solo usque ad crepidinem cubitos duos. Non sic loquitur Propheta, quia non hæc est ejus sententia. Nempe *cubitos duos* numerat, non *à solo*, vel *à sinu terræ*, sed ab ipso *sinu* altaris, alto cubitum unum; docetque ab eo sinu usque ad crepidinem inferiorem intercessisse cubitos duos, quomodò mox docebit, à crepidine inferiore ad superiorem fuisse cubitos quatuor; duplicato numero cubitorum ex sinu ad crepidinem, nimirum duobus post unum, deinde ex crepidine inferiore ad superiorem, post duos, quatuor. Ergo הארץ videtur mendosa scriptio, & legendum הירך, *pedis*, ut sit, *ex sinu autem pedis* altaris. Græci Intt. non legebant הארץ; nam convertunt, *ἐκ βάθους τῆς ἀρχῆς κολπώματος*, *ex profundo exordii sinus*; qui forsan legunt, ומירך ראש החיק. Sed plana est sententia, si legis הירך, pro הארץ, non addito ראש.

15. וההראל: Circulo animadvertunt Codices; solita forma est וְהָאֲרִיאֵל, *& Ariel*, quo verbo non utimur in nostrâ Versione, quia nihil diceret, ubi incerta est hujus vocabuli originatio. Sed res circunstantes declarant, tangi partem summam altaris; propterea nos, *summa pars*, & deinde *summitas.*

17. והחיק לה אמה, *& sinus ei, cubiti unius.* Eandem in sententiam *sinus*, ac supra *funiculus* ex altari prominebat, summam ejus aream circùm ambiens, & veluti pinna in quatuor ejus lateribus, lata cubitum unum, longa quatuordecim, & quasi quadratum circùm ambiens, addensque ad ejus aream ex omni parte cubitum unum.

26. ומלאו ידו, *& implebunt manum ejus.* Hæc de altari, qui consecrandus est, nec aliam patiuntur verba ipsa sententiam. Similitudo ducitur ex inauguratione sacerdotum, quorum manus oleo sacro inungebantur. Quippe habet *manus* altare, si verbi Hebr. יד vim spectes; nam יד notat *spatium*, vel aream totam altaris, & per eum significatum fit similitudo probabilis, nec inverecunda, quanquam hæc displicuit Edmundo Calmet.

27. ורצאתי: Superfluit א; nam radix est רצה. Legendum, vel ורצתי, vel ורציתי, ut lego in Codice Orat. 42.

CAPUT XLIV.

Apparet gloria Domini, qualem jam Propheta viderat. Interdicitur principi & alienigenæ, ne ſanctuarium ingrediantur, & ſacerdotibus, qui ad Idola Iſrael defecerunt, ne ſanctuario miniſtrent; quia filii Sadoc, qui Domino adhæſerunt, in ſanctuario miniſtrabunt. Præcepta varia ad ſacerdotes.

1. *Poſteà reduxit me ad portam*
ſanctuarii exterioris, quæ ſpectabat
orientem; hæc autem clauſa erat.
2. *Et dixit mihi Dominus: hæc por-*
ta clauſa erit, nec aperietur; nemo
per eam intrabit, quia per eam ingreſ-
ſus eſt Dominus Deus Iſrael: ergo
clauſa erit Principi. 3. *Idem prin-*
ceps in eâ ſedebit, coram Domino
cibum ſumpturus. Per viam atrii por-
tæ ingredietur, & per eandem viam
egredietur. 4. *Deinde duxit me ad*
portam aquilonis, quæ Templum
reſpiciebat, & intuens vidi ut glo-
ria Domini Templum Domini im-
plebat, & cecidi in vultum meum.
5. *Tum dixit mihi Dominus: filî ho-*
minis, attende diligenter; vide oculis
tuis, & auribus tuis audi omnia hæc,
quæ ego tecum loquor de omnibus do-
mûs Domini lineamentis & univerſis
formis; & ſedulò intuere in exitu
Templi omnes eos, qui ſanctuario
exeunt. 6. *Et dices ad domum rebel-*
lem, domum Iſrael; hæc dicit Do-
minator Dominus; jam ſatis ſuper-
que eſt, domus Iſrael, omnium ſcele-
rum veſtrorum: 7. *Ex quo introduci-*
tis alienigenas, & corde & carne in-
circunciſos, ut adſint in ſanctuario
meo ad contaminandam domum
meam, cùm vos intereà munera mihi

1. וישב אתי דרך שער המקדש
החיצון הפנה קדים · והוא סגור :
2. ויאמר אלי יהוה · השער הזה
סגור יהיה · לא יפתח ואיש לא יבא
בו · כי יהוה אלהי ישראל בא בו ·
והיה סגור : 3. את הנשיא · נשיא
הוא ישב בו לאכול לחם לפני יהוה ·
מדרך אולם השער יבוא ומדרכו
יצא : 4. ויביאני דרך שער הצפון
אל פני הבית · וארא והנה מלא
כבוד יהוה את בית יהוה · ואפל
אל פני : 5. ויאמר אלי יהוה ·
בן אדם שים לבך וראה בעיניך
ובאזניך שמע את כל אשר אני
מדבר אתך לכל חקות בית יהוה
ולכל תורתו · ושמת לבך למבוא
הבית בכל מוצאי המקדש : 6.
ואמרת אל מרי אל בית ישראל ·
כה אמר אדני יהוה · רב לכם מכל
תועבתיכם בית ישראל : 7.
בהביאכם בני נכר ערלי לב וערלי
בשר להיות במקדשי לחללו את
ביתי בהקריבכם את לחמי חלב
ודם · ויפרו את בריתי אל כל
תועבתיכם : 8. ולא שמרתם
משמרת קדשי · ותשימון לשמרי
משמרתי במקדשי לכם :
9. כה אמר אדני יהוה · כל בן
נכר ערל לב וערל בשר לא יבוא
אל מקדשי לכל בן נכר אשר בתוך
בני ישראל : 10. כי אם הלוים
אשר רחקו מעלי בתעות ישראל

apponitis adipem ac sanguinem, &
omni genere flagitiorum fœdus meum
frangitis; 8. Dùm sanctuarii mei
muneribus non defungimini, & eos,
qui ministrant in sanctuario meo, fa-
citis ministros vestros. 9. Hæc dicit
Dominator Dominus: omnes alieni-
genæ qui & corde & carne incircuncisi
sunt, quicunque apud filios Israel
versantur, sanctuarium meum non in-
trabunt. 10. Sed & Levitæ illi, qui
à me recesserunt, quique eos de filiis
Israel, qui post Deos suos errârunt,
in errorem traxerunt, portabunt ini-
quitatem suam. 11. Illi servient in
sanctuario meo, per statas vices in
Templi portis aderunt, ut Templo
ministrent; illi pro populo mactabunt
holocausta victimasque pacificas; illi
ante eum adstabunt, ut ei serviant:
12. Quandoquidem ei servierunt co-
ram Diis suis, & domui Israel offen-
sioni fuerunt, ut delinqueret; ideò ego
de illis jusjurandum feci, dicit Domi-
nator Dominus, & portabunt iniqui-
tatem suam. 13. Nec ad me accedent,
ut sacerdotio meo fungantur, neque
ut contingant in omni sanctuario meo
ulla sancta sanctorum, sed subibunt
ignominiam suam & pœnam scele-
rum, quæ fecerunt. 14. Ego igitur
addico eos ad serviendum statis vici-
bus in Templi ministeriis, ad omnia
quæ in eo peragenda erunt. 15. Sacer-
dotes autem Levitæ, filii Sadoc, qui
sanctuarii mei ministeria non relique-
runt, dum filii Israel à me aberrabant,
illi ad me accedent, ut mihi minis-
trent; illi mihi adstabunt, ut offe-
rant mihi adipem & sanguinem, di-
cit Dominator Dominus. 16. Illi
sanctuarium meum ingredientur, illi
accedent ad mensam meam mihi mi-
nistraturi, & operas suas apud me

אשר תעו מעלי אחרי גלוליהם ·
ונשאו עונם ׃ 11. והיו במקדשי
משרתים פקדות אל שערי הבית
ומשרתים את הבית · המה ישחטו
את העלה ואת הזבח לעם · והמה
יעמדו לפניהם לשרתם ׃ 12. יען
אשר ישרתו אתם לפני גלוליהם ·
והיו לבית ישראל למכשול עון · על
כן נשאתי ידי עליהם · נאם אדני
יהוה · ונשאו עונם ׃ 13. ולא יגשו
אלי לכהן לי ולגשת על כל קדשי
אל קדשי הקדשים · ונשאו כלמתם
ותועבותם אשר עשו ׃ 14. ונתתי
אותם שמרי משמרת הבית לכל
עבדתו ולכל אשר יעשה בו ׃
15. והכהנים הלוים בני צדוק
אשר שמרו את משמרת מקדשי
בתעות בני ישראל מעלי המה
יקרבו אלי לשרתני · ועמדו לפני
להקריב לי חלב ודם · נאם אדני
יהוה ׃ 16. המה יבאו אל מקדשי ·
והמה יקרבו אל שלחני לשרתני ·
ושמרו את משמרתי ׃ 17. והיה
בבואם אל שערי החצר הפנימית
בגדי פשתים ילבשו · ולא יעלה
עליהם צמר בשרתם בשערי החצר
הפנימית וביתה ׃ 18. פארי פשתים
יהיו על ראשם · ומכנסי פשתים יהיו
על מתניהם · לא יחגרו ביזע ׃ 19.
ובצאתם אל החצר החיצונה אל
החצר החיצונה אל העם יפשטו את
בגדיהם אשר המה משרתים בם ·
והניחו אותם בלשכת הקדש · ולבשו
בגדים אחרים · ולא יקדשו את העם
בבגדיהם ׃ 20. וראשם לא יגלחו
ופרע לא ישלחו · כסום יכסמו את
ראשיהם ׃ 21. ויין לא ישתו כל
כהן בבואם אל החצר הפנימית ׃
22. ואלמנה וגרושה לא יקחו להם
לנשים · כי אם בתולת מזרע בית
ישראל · והאלמנה אשר תהיה
אלמנה מכהן יקחו ׃ 23. ואת
עמי יורו בין קדש לחל · ובין טמא
לטהור יודיעם ׃ 24. ועל ריב המה

exercebunt. 17. *Sed cùm portas subibunt atrii exterioris, lineas vestes induent, nec caro ipsorum lanâ cooperta erit, neque in portis atrii interioris, neque intus.* 18. *Tiaræ lineæ erunt in capitibus eorum; similiter in lumbis eorum subligacula linea, neque hæc accingent, quæ lacera erunt.* 19. *Iidem, cùm in atrium exterius ad populum exibunt, suas vestes exuent, in quibus ministraverant, & reponent eas in cubiculo sanctuarii, & aliis se vestimentis induent, ne populum per eas religione obstringant.* 20. *Caput suum non tondebunt, nec promittent capillos, sed caput suum circùm attondebunt.* 21. *Nulli sacerdotes vinum bibent, cùm intraturi erunt in atrium interius.* 22. *Nec viduam, nec dimissam uxorem in matrimonio habebunt; sed vel virginem ducent de semine domûs Israel, vel viduam, quæ fuerit uxor sacerdotis.* 23. *Et docebunt populum meum, quid distet sanctum à profano, atque eis declarabunt, quod sit discrimen mundi & immundi.* 24. *Illi autem etiam litiganti aderunt, ut judicent ex legibus meis, & ei judicium dabunt, neque minùs observabunt leges meas & statuta mea de omnibus solemnitatibus meis, & Sabbata mea sanctè habebunt.* 25. *Neque ad hominis funus venient, ut eo se se contaminent, nisi ad funus patris aut matris; ad filii, aut filiæ; ad fratris, aut sororis, quæ non duxerit virum; illis ei licebit contaminari.* 26. *Et postquam fuerit mundatus, numerabit sibi septem dies.* 27. *Et quo die, sanctuarium intraturus, veniet in atrium interius, ut in sanctuario ministret, offeret victimam pro peccato suo.* 28. *Non erit eis hæreditas, dicit Dominator Dominus; ego hæreditas eorum; non dabitis eis in Israel possessionem; ego possessio eorum.* 29. *Illi edent de munere victimæ, de victimâ pro peccato & pro delicto, & quidquid apud Israel devovebitur, eis cedet.* 30. *Omnes primitiæ omnium primarum frugum & omnes omnium rerum oblationes, de universis rebus, quæ à vobis offeruntur, erunt sacerdotis. Dabitis etiam sacerdoti massarum primitias vestrarum, ut benedictionem adducat in domum tuam.* 31. *Nihil edent sacerdotes, quod erit, vel sponte mortuum, vel ab avibus, aut à feris, laniatum.*

יעמדו ל שפט במשפטי ושפטהו ·
ואת תורתי ואת חקתי בכל מועדי
ישמרו ואת שבתותי יקדשו : 25.
ואל מת אדם לא יבוא לטמאה · כי
אם לאב ולאם ולבן ולבת לאח
לאחות אשר לא היתה לאיש
יטמאו : 26. ואחרי טהרתו שבעת
ימים יספרו לו : 27. וביום באו
אל הקדש אל החצר הפנימית
לשרת בקדש יקריב חטאתו · נאם
אדני יהוה : 28. והיתה להם
לנחלה · אני נחלתם · ואחזה לא
תתנו להם בישראל · אני אחזתם :
29. המנחה והחטאת והאשם המה
יאכלום · וכל חרם בישראל להם
יהיה : 30. וראשית כל בכורי כל
וכל תרומת כל מכל תרומתיכם
לכהנים יהיה · וראשית עריסתיכם
תתנו לכהן להניח ברכה אל ביתך :
31. כל נבלה וטרפה מן העוף
ומן הבהמה לא יאכלו הכהנים :

---

1. המקדש החיצון, *sanctuarii exterioris.* Si hæc verba, ut sonant, acciperentur, intelligendum esset ipsum Templi adytum, sive sanctuarium propriè dictum, quod iisdem mœnibus continebatur, quibus Sanctum Sanctorum. Sed, versu inferiore & tertio, sancitur, ne sanctuarii illius portam

portam prætergrediatur Princeps, & ut in eâ portâ edat carnem victimarum, quas obtulerit; quæ res non conveniunt in portam ſanctuarii, ſive Templi ipſius. Ergo ſic habendum *ſanctuarium exterius*, ut oppoſitum ſanctuario interiori, ſive ipſi Templo, propriè uſurpato, idemque accipiendum de atrio ſacerdotum, quod propterea ſanctum vocabatur, vel ſanctuarium, quia in illud non intrabant qui non erant nec ſacerdotes, nec Levitæ. Sed שער, *porta*, intelligendum de portâ interiori quæ atrium ſacerdotum proximè tangebat.

2. & 3. והיה סגור : את הנשיא : Malè hæc ſejunguntur per interpunctionem majorem; ſeries enim ſic continuatur, *& erit clauſa cum principe*, ſive *principi*, vel *ante principem*; hoc eſt, non licebit principi eam tranſilire, ut in atrium ſacerdotum progrediatur. Et quamvis eadem porta Sabbatis aperiebatur & Neomeniis, nihilominùs erat etiam tunc *clauſa principi*, ob ſuprà dictam cauſam: vide cap. 46. ꝟ. 1. 2. & 3.

5. ...למבוא.....בכל מוצאי... Sunt hæc verba in diverſo regimine, ut liquet ex præpoſitionibus ב & ל; itaque res diverſæ notantur; nimirùm in מבוא, *exitus*, atrii interioris, in מוצאי, perſonæ, quæ egrediuntur, quaſi legeretur היוצאי; nam eædem perſonæ objurgantur in ſequentibus rebus, quòd atrium interius ingreſſæ fuerint.

6. אל מרי, *ad rebellem*. Non abeſt circulus in Codicibus. Certè non capit ſeries, ut מרי, *exaſperans*, non habeat nomen, quod anteceſſerit, & ad quod referatur. Græci Intt. πρὸς οἶκον παραπικραίνοντα, *ad domum irritantem*; legunt nimirùm אל בית מרי. Omiſſum fuit בית, oculo Scribæ aberrante ab eo בית ad alterum, quod ſequitur. Chaldæus, לעמא סרבנא, *populo rebelli*, ſupplens *populo*, quia videt carere ſuo ſubſtantivo adjectivum מרי.

7. ויפרו, *& frangunt*. Omnes Veteres, præter unum Chaldæum, exhibent ותפרו, *& frangitis*. Sic jubent Affixa perſonæ 2dæ. quæ antecedunt, & quæ ſubſequuntur. Vidimus non ſemel ſcriptum fuiſſe וי, ubi ſcribendum fuerat ת; & viciſſim ת, ubi וי.

8. ...ותשימון, *& poſuiſtis*... Claudicat ſententia, quia omiſſum fuit השמרי, *cuſtodes*, quod nomen caſus eſt verbi תשימון; & quia malè collocatum לשמרי, poſt תשימון, quod fuerat ante לכם collocandum, hoc modo: ותשימון השמרי משמרתי במקדשי לשמרי לכם, *& poſuiſtis cuſtodes cuſtodiæ meæ in ſanctuario meo cuſtodes veſtros*. Ita legit Syrus, & ita etiam digerit orationem; nam poſt ותשימון, quod interpretatur עבדתון, *feciſtis*, proximè ſubjicit נטרי, *cuſtodes*, legens illud השמרי, quod in Contextum revocamus; & poſt במקדשי, ponit נטוריכון, *cuſtodes veſtros*, quomodò collocamus לשמרי ante לכם. Hæc exprobratio Ezechielis tangit Principes, qui, quoniam in atrium ſacerdotum ingrediebantur, utebantur Levitis, tanquam ſatellitibus ſuis, ſive ut populum amoverent, ſive ut eos haberent corporis ſtipatores.

18. לא יחגרו ביזע, *non accingent ſe in ſudore*. Ita plerique, poſt Vulgatum; ita etiam nos in noſtris Radicibus Hebræo-Gallicis. Nunc dubitamus, utrùm rectè Vulgatus. Nam 1°. non alibi legitur vocabulum יזע; itaque autoritate deſtituitur ſignificatus *ſudor*. 2°. Parùm appoſitè, *in ſudore*; quippe nullâ re pertinet *ſudor* ad ſubligacula linea, de quibus mox. His duabus de cauſis anteferimus ſcriptionem בזע, *lacerum*, ex ſignificatu Chaldaico, *lacerare*. Nam tangitur ſanctitas veſtium ſacerdotis, & pars magna eſt ſanctitatis verecundia. Itaque commodè venit hæc ſententia, *non cinget ſubligacula, quæ lacera erunt*, ne pars aliqua femorum nudetur.

19. אל החצר החיצונה : Hæc, quæ iterùm leguntur, unâ liturâ delenda ſunt, ut potè per imprudentiam Scribæ geminata; neque hæc geminant Veteres Interpretes. Codex Reg. 3. hæc omiſerat manu priori; ſed Emendator ſuperſtitioſus hæc reſarcivit ex aliis Codicibus, cùm non videret hæc fuiſſe omiſſa prudenter.

23. יודיעם : Lege יודיעום, *declarabunt eis*. Ita ſcriptum fuerat in Codice Orat. 42. ſed Emendator alterum ו malè delevit.

24. ל שפט : Spatium vacuum relinquunt Editores, quaſi littera una deeſſet; tamen nihil deeſt, cùm legitur לשפט, *ad judicandum*. Nec de eo ſpatio vacuo Codices conſentiunt. Quippe tres vidi, in quibus ſcriptum erat לשפט. Codex Reg. 29. pro לשפט, habet במשפט, rectâ etiam ſententiâ, *in judicando*. Poſteà autem legendum ושפטוהו, *& judicabunt eum*, plenè. Sic plenè unus Codex Orat.

25. יבוא : Lege יבאו, num. plur. ut ſuprà & infrà. ...יטמאו, *contaminabuntur*. Vide quæ diximus ad *Levit. cap. 21. v. 4.* Quippe ex hoc loco lux accedit expoſitioni noſtræ loci Levitici ſuprà-dicti.

27. & 28. נאם אדני יהוה : והיתה להם לנחלה, *dicit Dominator Dominus; & hæc erit eis in hæreditatem*. Hæc Veteres expedire non potuerunt, quia in mendo poſita. Solus Vulgatus legere videtur, לא היתה להם נחלה, *non erit eis hæreditas*, ut & legendum; deinde ſubdendum נאם אדני יהוה, *dicit Dominator Dominus*; poſteà, אני נחלתם, *ego hæreditas eorum*; quæ ſeries procedit rectiſſimè; cùm contrà ſeriem vix habeat ullam ſcriptio hodierna.

CAPUT XLV.

Cùm dividetur terra Iſrael, aſſignabitur circùm domum Dei ſpatium; in quo habitabunt ſacerdotes, Levitæ ac principes. Habebunt principes prædia ſua, ne populum opprimant. De ponderibus & menſuris, quibus utendum erit, & quo ritu expiandum ſanctuarium.

1. *Cùm autem terram divideiis, ut*
poſſideatur, partem de terrâ excipietis,
quæ Domino conſecrabitur, in lon-
gitudine viginti quinque millium cu-
bitorum, in latitudine decem millium;
hæc erit undique ſacra in limitibus
ſuis; 2. Ex quâ erunt pro ſanctua-
rio quingenti cubiti ſuper cubitis quin-
gentis, ambitu quadrato, quem cir-
cùm erit pomœrium quinquaginta cu-
bitorum. 3. Poſtquàm hæ menſuræ
factæ fuerint, metieris in longitudine
viginti quinque millia cubitorum, in
latitudine decem millia; intra hæc
erit locus religioſus, qui pro loco ſanc-
tiſſimo habebitur. 4. Hic locus terræ
ſanctus habebitur pro ſacerdotibus,
qui ſanctuarii miniſtri erunt, cùm
accedent, ut Domino ſerviant; hic
eis locus ædium, ad ſanctuarium deſ-
tinatus. 5. Alteram autem longitudi-
nem viginti quinque millium cubito-
rum, in latitudine decem millium,
ſibi habebunt Levitæ in Templo miniſ-
traturi, pro poſſeſſione urbium in qui-
bus habitabunt. 6. Deinde aſſignabi-
tis, juxta locum ſanctuario proprium
pro urbis poſſeſſione, latitudinem
quinque millium cubitorum, in lon-
gitudine viginti quinque millium;
hæc erunt pro univerſâ domo Iſrael.
7. Habebit autem Princeps hæc, quæ
erunt ex utroque latere loci ſanctuario

1. ובהפילכם את הארץ בנחלה
תרימו תרומה ליהוה קדש מן
הארץ · ארך חמשה ועשרים אלף
ארך ורחב עשרה אלף · קדש הוא
בכל גבולה סביב : 2. יהיה מזה
אל הקדש חמש מאות בחמש
מאות מרבע סביב · וחמשים אמה
מגרש לו סביב : 3. ומן המדה
הזאת תמוד ארך חמש ועשרים
אלף ורחב עשרת אלפים · ובו יהיה
המקדש קדש קדשים : 4. קדש
מן הארץ הוא לכהנים משרתי
המקדש יהיה הקרבים לשרת את
יהוה · והיה להם מקום לבתים
ומקדש למקדש : 5. וחמשה
ועשרים אלף ארך ועשרת אלפים
רחב יהיה ללוים משרתי הבית להם
לאחזה עשרים לשכת : 6. ואחזת
העיר תתנו חמשת אלפים רחב
וארך חמשה ועשרים אלף לעמת
תרומת הקדש · לכל בית ישראל
יהיה : 7. ולנשיא מזה ומזה
לתרומת הקדש ולאחזת העיר אל
פני תרומת הקדש ואל פני אחזת
העיר מפאת ים ימה ומפאת קדמה
קדימה · וארך לעמות אחד החלקים
מגבול ים אל גבול קדימה : 8.
לארץ יהיה לו לאחזה בישראל ·
ולא יונו עוד נשיאי את עמי · והארץ
יתנו לבית ישראל לשבטיהם :
9. כה אמר אדני יהוה · רב
לכם נשיאי ישראל · חמס ושד
הסירו · ומשפט וצדקה עשו · הרימו

destinati pro urbis possessione, è re-
gione ipsius loci sanctuario proprii &
urbis possessionis, ab occidentali ejus
latere partem occidentalem, ab orien-
tali orientalem, cujus longitudo erit
juxta utramque divisionem, ut ex
limite occidentis, ita ex orientis.
8. *Hæc ei erunt pro possessione apud*
Israel, ut ne eum ampliùs opprimant
populi mei principes. Illi autem ter-
ram domui Israel per Tribus ejus as-
signabunt. 9. *Hæc dicit Dominator*
Dominus: jam satis superque est,
principes Israel; vim auferte & ra-
pinas; colite judicium & justitiam;
immunem facite tyrannidis vestræ po-
pulum meum, dicit Dominator Do-
minus. 10. *Adhibete lances æquas,*
æquum ephi, æquum bathum. 11. *Sint*
ejusdem mensuræ ephi & bathus, ut de-
cimam partem chomer contineat ba-
thus, ut etiam ephi partem decimam
chomer, ita ut ad chomer mensuram exi-
gatur. 12. *Siclus sit viginti obolorum,*
tertia pars mnæ habeat viginti siclos;
(mna autem argentea viginti quinque
siclos;) quarta pars mnæ, quindecim
siclos; sint mna omnes sexaginta.
13. *Hæc autem ad oblationem sepone-*
tis: sextam partem ephi pro chomer
tritici; sextam etiam partem ephi da-
bitis pro chomer hordei. 14. *Hoc au-*
tem de oleo erit statutum munus;
pro batho olei, decima pars bathi;
pro coro decem bathi, sive chomer;
nam decem bathi sunt chomer. 15. *De*
gregibus autem, quos nutriet Israel,
agnus unus pro ducentis, cum munere
seu holocausti, seu victimæ pacificæ,
ut per hæc expientur, dicit Domina-
tor Dominus. 16. *Universus terræ*
populus hâc donatione tenebitur erga
principem Israel. 17. *Princeps autem*
tenebitur holocaustis & munere ac li-

גרשתיכם מעל עמי · נאם אדני
יהוה ׃ 10. מאזני צדק ואיפת
צדק ובת צדק יהי לכם ׃ 11.
האיפה והבת תכן אחד יהיה לשאת
מעשר החמר הבת · ועשירת החמר
האיפה אל החמר יהיה מתכנתו ׃
12. והשקל עשרים גרה · עשרים
שקלים חמשה ועשרים שקלים
עשרה וחמשה שקל המנה יהיה
לכם ׃ 13. זאת התרומה אשר
תרימו · ששית האיפה מחמר החטים
וששיתם האיפה מחמר השערים ׃
14. וחק השמן הבת השמן מעשר
הבת מן הכר עשרת הבתים חמר ·
כי עשרת הבתים חמר ׃ 15. ושה
אחת מן הצאן מן המאתים ממשקה
ישראל למנחה ולעולה ולשלמים
לכפר עליהם · נאם אדני יהוה ׃
16. כל העם הארץ יהיו אל
התרומה הזאת לנשיא בישראל ׃
17. ועל הנשיא יהיה העולות
והמנחה והנסך בחגים ובחדשים
ובשבתות בכל מועדי בית ישראל ·
הוא יעשה את החטאת ואת המנחה
ואת העולה ואת השלמים לכפר
בעד בית ישראל ׃
18. כה אמר אדני יהוה · בראשון
באחד לחדש תקח פר בן בקר
תמים · וחטאת את המקדש ׃ 19.
ולקח הכהן מדם החטאת ונתן אל
מזוזת הבית ואל ארבע פנות
העזרה למזבח ועל מזוזת שער
החצר הפנימית ׃ 20. וכן תעשה
בשבעה בחדש מאיש שגה ומפתי ·
וכפרתם את הבית ׃ 21. בראשון
בארבעה עשר יום לחדש יהיה לכם
הפסח חג · שבעות ימים מצות
יאכל ׃ 22. ועשה הנשיא ביום
ההוא בעדו ובעד כל עם הארץ
פר חטאת ׃ 23. ושבעת ימי החג
יעשה עולה ליהוה שבעת פרים
ושבעת אילים תמימים ליום שבעת
הימים · וחטאת שעיר עזים ליום ׃
24. ומנחה איפה לפר ואיפה לאיל

יעשה · ושמן הין לאיפה : 25.
בשביעי בחמשה עשר יום לחדש
בחג יעשה כאלה שבעת הימים ·
כחטאת כעלה וכמנחה וכשמן :

bamine in festis, in Neomeniis, in sab-
batis & in omnibus conventibus domûs
Israel ; ille sacrificium faciet pro
peccato, cum munere ejus, & holo-
causto ac victimis pacificis, ut expia-
tionem faciat pro domo Israel. 18. *Hæc dicit Dominator Dominus ; mense pri-*
mo, die mensis primâ, sumes juvencum tenerum & sine maculâ, & sanctuarium
expiabis. 19. *Sumet sacerdos de sanguine victimæ pro peccato, quo tinget postem*
domûs & quatuor latera crepidinis altaris & postem portæ atrii interioris, 20. *Sic*
facies die mensis septimâ, si qui erunt, qui culpam fecerint imprudenter, atque
eos simul cum Templo expiabis. 21. *Die autem mensis primi decimâ quartâ,*
erit vobis Phase festum ; diebus septem azyma comedentur. 22. *Eo die Prin-*
ceps sacrificium faciet pro se & pro populo terræ, juvenco pro peccato. 23. *Sep-*
tem festidiebus holocaustum Domino peraget septem juvencis & septem arietibus
sine maculâ, singulis septem diebus, & sacrificium pro peccato, hirco caprarum
singulis diebus. 24. *Et offeret munus, pro juvenco, unum ephi, unum etiam*
ephi pro ariete, & hin olei per unumquodque ephi. 25. *Mense autem septimo,*
die mensis decimâ quintâ, sic fiet in solemnitate per septem dies ; sic erit sa-
crificium pro peccato & holocaustum ; sic munus, & sic oleum.

---

1. אלף ארך..., ...*mille in longitudine.* Bis legitur ארך in hod. Codicibus. Sed ex Veteribus solus Chaldæus idem iterat, atque alterum prætermisit Chaldæi Interpres Latinus, cùm videret hanc esse inutilem redundantiam. Gabriel autem Sionita, Syrum interpretans, addidit in suâ Versione *cubitorum*, fortè judicans legendum esse in Codice Hebraico אמה, non ארך. Quod ejus judicium nos nostrum facimus. Nisi enim legitur אמה, nihil erit, ad quod pertineant *viginti quinque millia ;* ut necesse sit, hoc capitis initio non taceri *cubitum*, ne posteà id non liceat in oratione supplere.

2. יהיה מזה : Omninò ...והיה, *& erit inde...* non sine nexu, quem exhibent Græci Intt. qui, καὶ ἔϛαι, & Syrus, qui ותהוא ; denique Vulgatus similiter, *& erit.* ...אל הקדש, *pro Sanctuario.* Hic accipitur *Sanctuarium* strictè, pro ipsâ areâ Templi & ædium, quæ erant Templi appendices, si tamen excipis peribolum exterius & atrium gentium. His enim annumeratis, habebat mons Templi centum & quinque calamos in unoquoque latere, ut suprà vidimus, hoc est, cubitos triginta supra sexcentos. Atqui nunc Sanctuario attribuuntur cubiti tantummodò quingenti. ...מגרש, *pomœrium*, hoc est, spatium sine ædibus. Hunc significatum Lexica prætermittunt, quamvis, hoc loco, necessarium. Nam liquet non convenire *suburbium*, ubi agitur, non urbs, sed Templum.

3. ומן המדה הזאת, *& ab mensurâ istâ ;* hoc est, ab istius mensuræ limitibus, non autem, *à centro*, ut vult Edm. Calmet, quasi legeretur מתוך המדוה, *à medio mensuræ.* Nam constat ex sequentibus rebus, non annumerari cubitos illos 500. de quibus mox dictum est, cubitis 25. millibus, qui nunc tanguntur. ...תמוד : vitiosè, pro תמד, vel תמדד, *metieris.* ...ובו יהיה המקדש, *& in eo erit sanctuarium.* Pertinet בו ad מקום, *locum*, quod verbum hîc tacetur ; latè verò hîc sumitur *sanctuarium*, ut & *sanctum sanctorum*, pro loco sacerdotum habitationi destinato, ut docet versus sequens.

5. וחמשה ועשרים אלף ארך : Nos, *alteram autem longitudinem viginti quinque cubitorum.* Ideò *alteram*, quia hæc tangitur distributè, post eam longitudinem quæ destinatur habitationi sacerdotum, cùm sit altera hæc Levitarum. ...לאחזת עשרים לשכת, *ad possessionem viginti exhedrarum.* Buxtorfius, ut duo menda עשרים & לשכת tueretur, hæc ita explicabat ex *Kimki :* » Dicit illos » debere in portione suâ, juxta possessionem sacerdotum 20. cubicula facere, in quibus ha- » bitent janitores, ut prope Templum sint, residuum autem retinere pro domiciliis & ne- » cessitatibus. « Sic nugari solent Rabbini, & verba dare Lectoribus. Nihil est in Contextu, quo significetur, juberi Levitas *facere* cubicula, nihil etiam de *residuo.* In hod. scriptione attribuitur vocabulum לאחזת, *in possessionem*, longitudini 25000. cubitorum & latitudini 10. millium, & vocabulum לשכת, *cubiculorum*, vocabulo לאחזת. Itaque hod. scriptio hoc dicit planè & apertè, longitudinem hanc & latitudinem fore pro 20. cubiculis. Quod absurdum cùm sit, jure exclamabat Lud. Cappellus, *quænam forent illæ exhedræ, quæ longæ essent 25000. cubitos, latæ 10000 ?* Huc adde, malè consociari *possessionem* cum *cubiculis ;* nam hoc inusitatum.

tum. Attribuitur possessio prædiis, domibus, aut rebus, quæ emuntur, aut hæreditatis jure habentur; an item *cubiculis*? Ergo nihil dici potest, cur non, pro עשרים לשכת, legatur שערים לשבת, *portarum*, seu *urbium ad habitandum*, quomodò legebant Græci Intt. qui, *εἰς κατάσχεσιν πόλεις τῦ κατοικεῖν*, *ad possessionem urbes ad habitandum*. Existimabat Lud. Cappellus, Græcos legisse ערים, pro עשרים. Verisimilius est, eos legisse שערים, ex quo facilè Scribæ deviârint in עשרים. Opponit Buxtorfius & omnes Hebræos Codices & omnes Interpretes, qui sic legebant, ut hodie legimus; deinde hæc subjungit, » quis crediderit, LXX. solos » alium, & quidem meliorem atque optimum habuisse Codicem, eamque lectionem omnes » reliquos fugisse? « Id credent quicunque non ignorant, Codicem eum, quo utebantur Græci Intt. fuisse antiquiorem illis, quos sequebantur cæteri Intt. Chaldæus, Aquila, Symmachus, &c. Nam Codices recentiores ex antiquioribus descripti fuerunt; & quò sæpiùs Codices describuntur, eò fiunt mendosiores.

6. לעמת תרומת הקדש, *juxta locum sanctuario proprium.* Sumitur latè *sanctuarium*, & quidem latiùs, quàm versu 4. ubi agebatur locus sacerdotum habitationi destinatus. Nam in eo *sanctuario* continetur etiam habitatio Levitarum, extra quam statuitur fore habitationem *omnis Israel.* His rebus lux affulgebit ex capite 48.

7. לעמת אחד החלקים, *juxta utramque divisionem.* Sumitur אחד החלקים, distributè, ut notet partes domui Israel attributas proximè partem Principis *hinc & inde.* Nam pars Principis erat in medio partium domûs Israel. Itaque pars Principis, tam ea, quæ erat ad Templi orientem, quàm ea, quæ ad occidentem, habebat hinc & inde, seu ad meridiem & ad aquilonem, partes domûs Israel; hæc plana fient ex capite 48.

9. גרשתיכם: Optimè Græci Intt. *καταδυναςείαν*, *tyrannidem*, ex significatu Syriaco verbi גרש, *traxit*, *raptavit*; qui significatus in Lexicis desideratur; nam *confinia*, quod Vulgatus, ad hunc locum parùm accommodata.

12. עשרים שקלים...: Hæc dicit hodierna hæc scriptura: *viginti sicli*, *viginti quinque sicli & quindecim sicli mna erit vobis.* Ex quibus verbis colligit Edm. Calmet, in suo Biblico Dictionario, nos doceri ab Ezechiele, fuisse mnam Hebraicam 60. siclorum. Id quidem vix colligi potest ex ipsis verbis; etenim, ut idem observat in suo Commentario, *vingt sicles & vingt-cinq sicles & quinze sicles font la mine.* C'auroit été plutôt fait de dire, *soixante sicles font la mine.* Nimirum sine exemplo est, ut numerus 60. notetur per tres numeros 20. 25. & 15. incisè, vel membratim. Non dubium, quin mutilum Contextum hîc habeamus, & ad tres numeros 20. 25. & 15. olim fuerit adjuncta moneta una, quæ esset 20. siclorum; altera, quæ 25. tertia, quæ 15. ex quibus tribus simul junctis mna constaret. Talem sententiam exhibet Chaldæus, ex quo supplemus istam lacunam: vide eum.

18. וחטאת את המקדש, *& expiabis sanctuarium.* Hoc præcipitur Principi, ut observat Grotius, & ut præcedentia ostendunt. Idem ostendunt hæc verba, *hæc dicit Dominator Dominus*, quæ solent esse Prophetæ ad suos homines, non Dei ad Prophetam. Expiat sanctuarium Princeps, dum suppeditat victimam expiationis.

CAPUT XLVI.

Porta orientalis solis Sabbatis & Neomeniis aperietur, per eam princeps ingredietur, victimas suas oblaturus. Populus egredietur per portam adversam ei, per quam fuerit ingressus. De possessionibus à Principe filio suo, vel servo datis; de atriolis, in quibus carnes sint coquendæ.

1. *Hæc dicit Dominator Dominus: porta atrii interioris, quæ respicit orientem, clausa erit sex operum diebus; die sabbati aperietur; aperietur etiam die neomeniæ.* 2. *Intrabit Princeps per vestibulum portæ, & portæ ad ipsum postem foris subsistet. Tum sacerdotes peragent ejus holocaustum,*

1. כה אמר אדני יהוה · שער
החצר הפנימית הפנה קדים יהיה
סגור ששת ימי המעשה · וביום
השבת יפתח · וביום החדש יפתח :
2. ובא הנשיא דרך אולם השער
מחוץ · ועמד על מזוזת השער ·
ועשו הכהנים את עולתו ואת
שלמיו · והשתחוה על מפתן השער

S sssss

ejusque hostiam pacificam; ipse adorabit in portæ limine, deinde egredietur; nec porta usque ad vesperam claudetur, 3. Et in ostio portæ ejusdem populus adorabit coram Domino, sabbatis & neomeniis. 4. Holocaustum autem, quod Princeps offeret Domino, in die Sabbati, erit sex agnorum sine maculâ, & arietis pariter sine maculâ. 5. Munus erit ephi pro ariete; pro agnis id, quod illi erit ad manum, & pro ephi, hin olei. 6. Erit autem, in die neomeniæ, juvenci teneri & sine maculâ, & sex agnorum pariter sine maculâ, & arietis. 7. Dabitque munus, pro juvenco, ephi, & ephi pro ariete; pro agnis id, quod sibi erit ad manum, & pro ephi, hin olei. 8. Cùm Princeps ingredietur, per vestibulum portæ ingredietur, & per idem egredietur. 9. Terræ autem populus, cùm veniet in solemnitatibus Dominum adoraturus, illi qui adoraturi venerint per portam aquilonarem, egredientur per portam meridionalem; qui autem venerint per portam meridionalem, egredientur per portam aquilonarem; quâ portâ venerint, per eam non redibunt, sed coram se egredientur. 10. Princeps in medio eorum intrabit, & in medio eorum exibit. 11. In festis autem & conventibus, erit munus, pro juvenco, ephi; pro agnis id, quod sibi erit ad manum, & pro ephi, hin olei. 12. Cùm Princeps offeret Domino holocaustum voluntarium, aut victimam pacificam voluntariam, aperietur ei porta, quæ prospicit orientem; offeretque suum holocaustum, aut suam victimam pacificam, sicut fieri solet in die sabbati; posteà exibit, & eo egresso, porta claudetur. 13. Offeret autem Domino, per sin-

ויצא · והשער לא יסגר עד הערב : 3. והשתחוו עם הארץ פתח השער ההוא בשבתות ובחדשים לפני יהוה : 4. והעלה אשר יקרב הנשיא ליהוה ביום השבת ששה כבשים תמימם ואיל תמים : 5. ומנחה איפה לאיל · ולכבשים מנחה מתת ידו · ושמן הין לאיפה : 6. ביום החדש פר בן בקר תמימם וששת כבשים ואיל תמימם יהיו : 7. ואיפה לפר ואיפה לאיל יעשה מנחה · ולכבשים כאשר תשיג ידו · ושמן הין לאיפה : 8. ובבוא הנשיא · דרך אולם השער יבוא · ובדרכו יצא : 9. ובבוא עם הארץ לפני יהוה במועדים הבא דרך שער צפון להשתחות יצא דרך שער נגב · והבא דרך שער נגב יצא דרך שער צפונה · לא ישוב דרך השער אשר בא בו · כי נכחו יצאו : 10. והנשיא בתוכם בבואם יבוא · ובצאתם יצאו : 11. ובחגים ובמועדים תהיה המנחה איפה לפר ואיפה לאיל · ולכבשים מתת ידו · ושמן הין לאיפה : 12. וכי יעשה הנשיא נדבה עולה או שלמים נדבה ליהוה ופתח לו את השער הפנה קדים · ועשה את עלתו ואת שלמיו כאשר יעשה ביום השבת · ויצא וסגר את השער אחרי צאתו : 13. וכבש בן שנתו תמים תעשה עולה ליום ליהוה · בבקר בבקר תעשה אתו : 14. ומנחה תעשה עליו בבקר בבקר ששית האיפה ושמן שלישית ההין לרס את הסלת · מנחה ליהוה חקות עולם תמיד : 15. ועשו את הכבש ואת המנחה ואת השמן בבקר בבקר עולת תמיד :

16. כה אמר אדני יהוה · כי יתן הנשיא מתנה לאיש מבניו נחלתו היא לבניו תהיה · אחזתם היא בנחלה : 17. וכי יתן מתנה מנחלתו לאחד מעבדיו והיתה לו

gulos dies, holocaustum agni sine ma-
culâ & anniculi, summoque id mane
offeretur. 14. *Pro cujus munere sum-*
mo mane dabitur pars sexta ephi,
oleique tertia pars hin, ad massam
subigendam; hoc munus Domino
erit, statuto in perpetuum mansuro.
15. *Et agnus munusque ejus & oleum*
summo mane offeretur pro perpetuo
holocausto. 16. *Hæc dicit Domina-*
tor Dominus: si Princeps alicui de
filiis suis dono dederit hæreditatem,
hæc erit filiorum ejus; illi hanc pos-
sessionem pro hæreditate habebunt.
17. *Sed si de suâ hæreditate aliquid*
dederit alicui unî de servis suis, hæc
ei manebit usque ad annum libertatis,
ad Principem posteà reversura; filiis
autem ejus manebit sua hæreditas.
18. *Nec tollet Princeps de populi hæ-*
reditate, ut eum exturbet suâ posses-
sione; faciet de suâ ipsâ hæreditate
hæreditatem filiis suis, ne populus
meus suâ quisque possessione depella-
tur. 19. *Posteà duxit me ad exitum*
eum, qui est ad latus portæ aquilo-
naris, versùs cubicula sacerdotibus
destinata, quæ respiciunt aquilonem; eratque ibi locus ad angulum occidenta-
lem. 20. *Dixitque mihi: hic locus est, ubi ab sacerdotibus coquitur hostia pro*
delicto & hostia pro peccato; ibi etiam ab eis coquitur munus, ne, si ad atrium
exterius exeant, in populum religionem inferant. 21. *Deinde duxit me ad atrium*
exterius, transduxitque me per quatuor atrii angulos: erat ibi atrium in uno-
quoque atrii angulo. 22. *Hæc quatuor atria minora, quæ erant in quatuor atrii*
angulis, habebant in longitudine quadraginta cubitos, in latitudine triginta;
par erat eorum mensura in quatuor illis angulis. 23. *Et habebant, in circuitu*
ipsorum quatuor exhedras; sub quibus exhedris factæ erant undique culinæ.
24. *Dixitque mihi: hæc est ædes coquorum, ubi qui Templo ministrant,*
coquunt populi victimas.

עד שנת הדרור · ושבת לנשיא · אך
נחלתו בניו להם תהיה : 18. ולא
יקח הנשיא מנחלת העם להונתם
מאחזתם · מאחזתו ינחל את בניו ·
למען אשר לא יפצו עמי איש
מאחזתו : 19. ויביאני במבוא
אשר על כתף השער אל הלשכות
הקדש אל הכהנים הפנות צפונה ·
והנה שם מקום בירכתם ימה :
20. ויאמר אלי · זה המקום אשר
יבשלו שם הכהנים את האשם ואת
החטאת אשר יאפו את המנחה ·
לבלתי הוציא אל החצר החיצונה
לקדש את העם : 21. ויוציאני
אל החצר החיצונה · ויעברני אל
ארבעת מקצועי החצר · והנה חצר
במקצע החצר חצר במקצע החצר :
22. בארבעת מקצעת החצר חצרות
קטרות ארבעים ארך ושלשים
רחב · מדה אחת לארבעתם
מהקצעות : 23. וטור סביב בהם
סביב לארבעתם · ומבשלות עשוי
מתחת הטירות סביב : 24. ויאמר
אלי · אלה בית המבשלים אשר
יבשלו שם משרתי הבית את זבח
העם :

---

2. ובא הנשיא, *& veniet Princeps.* Sic nominatur in toto hoc capite is, qui Judæis, post captivitatem solutam, imperaturus est; nunquam ab Ezechiele Rex appellatur. Quo vel uno condemnantur à Prophetâ illi Interpretes, qui de Zorobabele acceperunt id, quod ab aliis Prophetis prænuntiatum est de rege, filio David, qui olim sit regnaturus, cùm de Zorobabele dictum velint id, quod Prophetæ de Messiâ Rege prædixerunt.

4. כבשים תמימם, *agni sine maculâ.* Scriptum habent plenè תמימים duo Codices Orat. ut notetur numerus pluralis. Sed legendum תמים, versu 6. post פר בן בקר.

6. ואיל תמימם, *& aries sine maculâ.* Nunc superfluit ם in fine, quia numerus est singularis. Sic versu 4. legitur, ואיל תמים.

9. & 10. יצאו, *egredientur.* Rectè Masora, יצא, *egredietur;* nam sic vult הבא; sic נכחו, quæ de populo dicuntur numero sing. Sic etiam v. 10. ubi Princeps agitur, legendum יצא, non יצאו, quanquam hoc alterum יצאו, Masora non castigat.

13. תעשה, *facies.* Solus ex Veteribus Chaldæus hanc personam exhibet secundam. Cæteri omnes legunt, יעשה, *faciet* (*Princeps*,) nisi *fiet.* Persona hæc secunda non est in loco, ubi non fit sermo ad Principem.

15. ועשו, *& fient.* Perperam Masora יעשו, sine nexu. Syrus, ונקרבון, *& offerent*, non sine nexu.

17. אך נחלתו בניו, *certè hæreditas ejus filiorum ejus* (*eis erit.*) Supervacaneum est ו, *ejus*, in נחלתו; neque Affixum legebant Græci Intt. nec Syrus. Vocabulum נחלת, in statu constructo, attribuitur *filiis*, hoc modo: נחלת בניו, *hæreditas filiorum ejus* (*illis manebit.*) Subveniebat mendo Vulgatus, cùm converteret, *hæreditas autem ejus filiis ejus erit*, quasi scriptum legeret לבניו, in dandi casu.

19. בירכתם ימה: Malè Masoretæ בירכתים, *in lateribus*, vel *angulis*, cùm unum latus agatur, nempe *occidentale.* Duæ litteræ ים, quas Judæi illi in quibusdam Codicibus legebant, nihil erant nisi mendosa iteratio earumdem litterarum, quæ sequuntur in vocabulo ימה. Legendum בירכת ימה, *in latere occidentali.*

22. חצרות קטרות, *atria ligata;* ita Arias, verba dans fine sententiâ. Græci Intt. αὐλὴ μικρὰ, *atrium parvum;* & ita Syrus, ex scripturâ קטנות, quam exhibemus, ut pote accommodatam ad ea, quæ antecedunt.

23. וטור, *& exhedra.* Eum significatum petimus ex Græcis Intt. qui, ἐξέδραι; nam *paries*, quod Vulgatus, non congruit cum sequentibus verbis, תחת הטירות; neque enim *sub parietibus* esse poterant culinæ. Propterea Vulgatus convertit הטירות, *porticibus*, cùm tamen in atriolis istis, quæ nunc tanguntur, locum habere non possint *porticus.* Ejusdem significatûs sunt טור & הטירות.

CAPUT XLVII.

Aquæ manant ex parte Templi orientali, quæ salsi maris, in quod defluunt, aquas reddunt salubres, & alendis piscibus oportunas. Terra Israel in duodecim Tribus dividetur, dabiturque advenis, qui in eâ habitabunt, non secus ac indigenis.

1. וישבני אל פתח הבית · והנה מים יצאים מתחת מפתן הבית קדימה · כי פני הבית קדים · והמים ירדים מתחת מכתף הבית הימנית מנגב למזבח : 2. ויוציאני דרך שער צפונה · ויסבני דרך חוץ אל שער החוץ דרך הפונה קדים · והנה מים מפכים מן הכתף הימנית : 3. בצאת האיש קדים וקו בידו · וימד אלף באמה · ויעברני במים מי אפסים : 4. וימד אלף ויעברני במים מים ברכים · וימד אלף · ויעברני מי מתנים : 5. וימד אלף נחל אשר לא אוכל לעבר · כי גאו המים · מי שחו נחל אשר לא

1. *Posteà reduxit me ad Templi ostium. Ecce autem sub Templi limine aquæ erumpebant ad orientem, quia frons Templi erat ad orientem; tum aquæ inferiùs labebantur ad dexterum latus Templi, ad meridiem altaris.* 2. *Dein eduxit me per portam aquilonarem, circumduxitque me foris, usque ad portam exteriorem, quæ respiciebat orientem; ecce autem aquæ à latere dextro recedebant.* 3. *Intereà homo discessit ad orientem, calamum manu tenens, mensusque est mille cubitos, traduxitque me per aquas, quæ erant talorum tenus.* 4. *Posteà men-*

sus est mille cubitos, traduxitque me
per aquas, quæ genua tangebant; &
mille aliis dimensis, traduxit me per
aquas, quæ ad lumbos assurgebant.
5. *Denique mille aliis dimensis, flu-*
men erat tale, ut jam non possem tran-
sire; nam aquæ intumuerant; natan-
dum erat in flumine, non jam vado
transeundum. 6. *Dixitque mihi:*
vidisti, filî hominis; deinde abdu-
cens me, reduxit me ad ripam flumi-
nis. 7. *Cùm ego ad eam reductus es-*
sem, ecce in ripâ fluminis erant hinc
& inde quàm plurimæ arbores. 8. *Di-*
xitque mihi: istæ aquæ exeunt ad ter-
ram, quæ irrigua est, orientalem;
illæ in planitiem decurrunt, & per-
vadunt usque ad mare, mare exitûs,
cujus aquæ inde sanantur. 9. *Et om-*
nis anima vivens, quæ serpit eò, quo
fluenta devenerunt, ibi vivit; ibi
maxima est multitudo piscium, quo-
niam istæ aquæ eò pervenerunt; sa-
nantur & vivunt omnia, quæcunque
attigit flumen. 10. *Itaque ibi consis-*
tunt pisces ab usque Engaddi ad
Engallim; ibi retia expanduntur; ibi
sunt, velut in mari magno, diversa
genera piscium quàm plurimorum.
11. *Sed in eluvionibus ejus, post-*
quàm intumuit, non sanantur, quo-
niam in salsa incurrunt. 12. *Secùs*
fluvium, ad ripam ejus, hinc & in-
de, oritur omne lignum pomiferum,
cujus folium non defluit nec deficit,
quodque singulis mensibus dat fruc-
tum maturum, quoniam aquæ ejus
ex sanctuario proficiscuntur; sunt
fructus ejus ad cibum, ejus folia ad
sanationem. 13. *Hæc dicit Domi-*
nator Dominus: Illi erunt limites in-
tra quos terram dabitis duodecim Tri-
bubus Israel possidendam, duabus
sortibus Joseph assignatis. 14. *Vos*

לא יעבר : 6. ויאמר אלי · הראית
בן אדם · ויולכני וישבני על שפת
הנחל : 7. בשובני והנה אל שפת
הנחל עץ רב מאד מזה ומזה : 8.
ויאמר אלי · המים האלה יוצאים אל
הגלילה הקדמונה · וירדו על הערבה ·
ובאו הימה אל הימה המוצאים ·
ונרפאו המים : 9. והיה כל נפש
חיה אשר ישרץ אל כל אשר יבוא
שם נחלים יחיה · והיה הדגה רבה
מאד · כי באו שמה המים האלה ·
וירפאו וחי כל אשר יבוא שמה
הנחל : 10. והיה יעמדו עליו
דוגים מעין גדי ועד עין עגלים ·
משטוח לחרמים יהיו · למינה תהיה
דגתם כדגת הים הגדול רבה מאד :
11. בצאתו וגבאיו ולא ירפאו ·
למלח נתנו : 12. ועל הנחל יעלה
על שפתו מזה ומזה כל עץ מאכל ·
לא יבול עלהו · ולא יתם פריו ·
לחדשיו יבכר · כי מימיו מן המקדש
המה יוצאים · והיו פריו למאכל
ועלהו לתרופה : 13. כה אמר
אדני יהוה · גה גבול אשר תתנחלו
את הארץ לשני עשר שבטי ישראל ·
יוסף חבלים : 14. ונחלתם אותה
איש כאחיו אשר נשאתי את ידי
לתתה לאבתיכם · ונפלה הארץ
הזאת לכם בנחלה : 15. וזה גבול
הארץ · לפאת צפונה מן הים הגדול
הדרך חתלן לבוא צדדה : 16.
חמת ברותה סברים אשר בין גבול
דמשק ובין גבול חמת · חצר התיכון
אשר אל גבול חורן : 17. והיה
גבול מן הים חצר עינון גבול דמשק
וצפון צפונה וגבול חמת · ואת פאת
צפון : 18. ופאת קדים מבין חורן
ומבין דמשק ומבין הגלעד ומבין
ארץ ישראל הירדן מגבול על הים
הקדמוני תמדו · ואת פאת קדימה :
19. ופאת נגב תימנה מתמר עד
מי מריבות קדש נחלה אל הים
הגדול · ואת פאת תימנה נגבה :
20. ופאת ים הים הגדול מגבול עד

eam unusquisque æquâ sorte possidebitis; nam terra hæc, quia juravi eam me patribus vestris daturum, vobis cedet pro hæreditate. 15. *Tales igitur erunt terræ limites: ad latus aquilonis, à mari magno, via Hethalon versus Sedada,* 16. *Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter limites Damasci & limites Emath, Azar-Ethicon, quæ est juxta limites Auran;* 17. *Ejus terminus ex mari, Azar-Enon, terminus Damasci, & Zaphon ad aquilonem, & terminus Emath: hoc erit latus aquilonis.* 18. *Latus orientale metiemini de mediis Auran & Damasci limitibus, & de mediis Galaad & terræ Israel, ad Jordanem, quæ desinit in parte maris orientali; hoc erit latus orientis.* 19. *Latus meridionale ad dexteram, à Thamar usque ad aquas contradictionis Cades, usque ad torrentem versùs mare magnum; hoc erit latus meridionale ad dexteram:* 20. *Latus occidentale, mare magnum, ab eo termino, usque ad regionem quæ est contra viam Emath; hoc erit latus occidentale.* 21. *Hanc terram inter vos dividetis, per Tribus Israel.* 22. *Ejus autem possessiones assignabitis, non modò vobismetipsis, sed etiam advenis, qui apud vos habitabunt, genuerintque in vobis filios; illi erunt vobis sicut indigenæ de filiis Israel; sortientur apud vos possessionem in medio Tribuum Israel;* 23. *Et in quâ Tribu advena commorabitur, in eâ dabitis ei hæreditatem, dicit Dominator Dominus.*

נכח לבוא חמת · זאת פאת ים :
21. וחלקתם את הארץ הזאת לכם
לשבטי ישראל : 22. והיה תפלו
אותה בנחלה לכם ולהגרים הגרים
בתוככם אשר הולדו בנים בתוככם ·
והיו לכם כאזרח בבני ישראל ·
אתכם יפלו בנחלה בתוך שבטי
ישראל : 23. והיה בשבט אשר
גר הגר אתו שם תתנו נחלתו · נאם
אדני יהוה :

---

1. מים יצאים, *exibant aquæ (sub limine Templi.)* Erant in Templi monte aquæ subterraneæ ad usum sacrificiorum. Ex illis aquis ducitur similitudo aquarum salubrium, quæ eundo crescunt, permeantque usque ad limitem Israel Jordanensem; quâ similitudine non obscurè significatur salus, quæ olim ex Jerusalem dimanatura sit ad omnes Abrahæ filios per fidem. Sic alibi prædictum fuit, *de Sion exibit Lex...* & , *sitientes venite ad aquas*, &c. Cursum tenent aquæ primùm ad meridiem Templi, deinde ad orientem; hoc enim primum fuit iter Evangelii, antequàm in gentes latè spargeretur.

2. מפכים מן הכתף הימנית, *recedentes à latere dextro*, sive decurrentes ex meridie Templi, ad ejus orientem, ut liquet ex sequentibus. Itaque millium cubitûm mensura quæ fit deinde, atque id quater, fit ab occidente ad orientem, secundo flumine, & quò longiùs à Templo recedit flumen, eò fit profundius.

3. וימד אלף באמה, *& mensus est mille cubitos.* Nunc *cubiti*, nominantur; posteà omittendi, versibus 4. & 5. Per eum tenorem confirmatur is, quem restituimus, ad cap. 45. v. 1. ubi vide.

8. אל הגלילה הקדמונה, *ad irriguam orientalem*, sive ad locos depressos & ad valles, quà rivi transeunt, in mare erupturi orientale. Idem est גלילה hoc loco, atque גלת, *Josue cap. 15. v. 19.* nec licet convertere גלילה, *Galilæam*; quia sequitur הקדמונה, *orientalis.* Neque enim diceretur *Galilæa orientalis*, cùm tunc non esset alia Galilæa, quàm ea, quæ ad orientem erat terræ Israel, ad mare Galilææ, & in ripâ citeriori Jordanis superioris.

10. והיה יעמדו: Masora, עמדו, sine י. Meliùs Codex Orat. 42. ועמדו, *& erit ut stent.* Sustulerint Judæi litteram י, quia infrà, v. 22. legitur similiter sine י, והיה תפלו; sed ibi etiam legendum, והיה ותפלו, *& erit ut assignetis.*

11. בצאתו: Rectè Masora בצאתיו, *in egressibus ejus*, sive *eluvionibus*; nam צאתיו, nomen est pari nomini גאיו, respondens. Deinde, pro ולא, legendum לא sine nexu, quem nexum omittunt omnes Veteres; quippe malè geminatur in hod. Codicibus, ex illo ו, quod antecedit.

12. והיו פריו, *& sunt fructus ejus.* Quanquam non malè והיו, numero plur. tamen non malè etiam Masora והיה numero sing. quia suprà legitur יתם פריו, *deficiet fructus ejus*, ubi פריו, numeri est singularis.

13. גה גבול, *hic terminus.* Legendum זה; & mirum, hoc verbum annumerari pronominibus,

cùm ſit hoc uno exemplo, & cùm ipſe Ezechiel ſcripſerit infra, v. 15. וזה גבול; cùm denique iſtud גה nullius ſit veterum Linguarum.

17. מן הים, *ex mari;* id eſt, ex mari venientibus. Tangitur linea termini aquilonaris, ut *ex mari*, ſive ex occidente, producitur ad orientem. ...וצפון צפונה, *& Zaphon ad aquilonem.* Ita Syrus וצפיון, *& Zaphion*, nomine proprio interpretans, cujus nominis proprii ope tollitur omnis difficultas. Vulgatus, *ab aquilone ad aquilonem*, non modò obſcurè, ſed parùm fideliter; quia non legitur מצפון, cum præpoſitione. Significat *ad aquilonem*, eſſe locum Zaphon ad aquilonem locorum ſuprà nominatorum. ...ואת פאת: Lege זאת פאת, *hoc erit latus.* Definit in his verbis deſcriptio lineæ aquilonaris. Sic verſu 20. definit deſcriptio lineæ occidentalis in his verbis, זאת פאת ים, *hoc erit latus occidentale.* Ita etiam legendum, v. 18. זאת פאת קדימה, *hoc latus orientale.*

CAPUT XLVIII.

Quo ſitu duodecim Tribus habitaturæ ſint terram ſuam; quantùm loci aſſignandum Templo, Sacerdotibus & Levitis; princeps habitabit inter Tribus Juda & Benjamin; urbs appellabitur, Dominus nomen ejus.

1. *Et ſic erunt nomina Tribuum.
In finibus extremis ad aquilonem,
versùs viam Hethalon, eunte te He-
math & Azar-Enan, in limitibus
Damaſci aquilonaribus, versùs He-
math, à plagâ orientali ad occiden-
talem, Dan, una.* 2. *Poſt limitem
Dan, à plagâ orientali ad plagam
occidentalem, Aſer, una.* 3. *Poſt li-
mitem Aſer, à plagâ orientali ad
plagam occidentalem, Nepthali,
una.* 4. *Poſt limitem Nepthali, à
plagâ orientali ad plagam occidenta-
lem, Manaſſe, una.* 5. *Poſt limi-
tem Manaſſe, à plagâ orientali ad
plagam occidentalem, Ephraim, una.*
6. *Poſt limitem Ephraim, à plagâ
orientali ad plagam occidentalem,
Ruben, una.* 7. *Poſt limitem Ruben,
à plagâ orientali ad plagam occiden-
talem, Juda, una.* 8. *Poſt limitem
Juda, à plagâ orientali ad plagam
occidentalem, reſervabitis locum in
latitudine viginti quinque millium
cubitorum, cujus longitudo erit ſe-
cundùm utramque diviſionem, à
plagâ orientali ad plagam occiden-*

1. ואלה שמות השבטים מקצה
צפונה אל יד דרך חתלן לבוא חמת
חצר עינן גבול דמשק צפונה אל
יד חמת · והיו לו פאת קדים הים
דן אחד : 2. ועל גבול דן מפאת
קדים עד פארת ימה אשר אחד :
3. ועל גבול אשר מפאת קדימה
ועד פארת ימה נפתלי אחד : 4.
ועל גבול נפתלי מפאת קדמה עד
פאת ימה מנשה אחד : 5. ועל
גבול מנשה מפאת קדמה עד פאת
ימה אפרים אחד : 6. ועל גבול
אפרים מפאת קדים ועד פאת ימה
ראובן אחד : 7. ועל גבול ראובן
מפארת קדים עד פאת ימה יהודה
אחד : 8. ועל גבול יהודה מפאת
קדים עד פאת ימה תהיה התרומה
אשר תרימו חמשה ועשרים אלף
רחב וארך כאחד החלקים מפארת
קדימה עד פאת ימה · והיה המקדש
בתוכה : 9. התרומה אשר תרימו
ליהוה · ארך חמשה ועשרים אלף
ורחב עשרת אלפים : 10. ולאלה
תהיה תרומת הקדש לכהנים צפונה
חמשה ועשרים אלף · וימה רחב
עשרת אלפים · וקדימה רחב עשרת
אלפים · ונגבה ארך חמשה ועשרים

talem, & in medio erit sanctuarium.
9. *Id autem quod Domino reserva-*
bitis, longitudinem habebit viginti
quinque millium cubitorum, latitudi-
nem decem millium. 10. *Hæc reser-*
vatio erit loci sacerdotibus proprii ad
aquilonem, in longitudine viginti
quinque millium cubitorum; similiter
ad meridiem longitudo erit viginti
quinque millium cubitorum; latitudo
erit ad orientem decem millium cubito-
rum; similiter ad occidentem decem
millium cubitorum; & in medio ejus
erit sanctuarium Domini. 11. *Erit*
autem sanctuarium pro sacerdotibus,
filiis Sadoc, qui ministerium meum
non reliquerunt, neque, errantibus fi-
liis Israel, erraverunt, ut erraverunt
cœteri filii Levi. 12. *Ergo eis sors*
sacra reservabitur, de terræ sorte hâc
sacrâ, quæ sanctissima erit, juxta ter-
minum Levitarum. 13. *Levitæ au-*
tem prope terminum sacerdotum ha-
bebunt in longitudine vingiti quinque
millia cubitorum, in latitudine de-
cem millia. Universæ longitudines
erunt viginti quinque millium cubito-
rum, latitudines decem millium.
14. *Ex eis autem nihil vendetur; nec*
primitiæ illæ terræ permutabuntur,
aut transferentur, quoniam erunt
Domino sacratæ. 15. *Quinque verò*
mille cubiti, qui supererunt in latitu-
dine, ex adverso viginti quinque mil-
lium, sacri non erunt; illi erunt pro
urbe ad habitandum & pro suburbio,
& urbs erit in medio eorum. 16. *Cujus*
urbis illæ erunt mensuræ: latus aqui-
lonis erit quatuor millium & quingen-
torum; latus meridiei, quatuor mil-
lium & quingentorum; latus orientis,
quatuor millium & quingentorum; la-
tus occidentalis, quatuor millium &
quingentorum. 17. *Urbis suburbium*

אלף · והיה מקדש יהוה בתוכו : 11.
לכהנים המקדש מבני צדוק אשר
שמרו משמרתי · אשר לא תעו
בתעות בני ישראל כאשר תעו
הלוים : 12. והיתה להם תרומיה
מתרומת הארץ קדש קדשים אל
גבול הלוים : 13. והלוים לעמת
גבול הכהנים חמשה ועשרים אלף
ארך · ורחב עשרת אלפים · כל ארך
חמשה ועשרים אלף · ורחב עשרת
אלפים : 14. ולא ימכרו ממנו ·
ולא ימר ולא יעבור ראשית הארץ ·
כי קדש ליהוה : 15. וחמשת
אלפים הנותר ברחב על פני חמשה
ועשרים אלף חל הוא לעיר למושב
ולמגרש · והיתה העיר בתוכה :
16. ואלה מדותיה · פאת צפון חמש
מאות וארבעת אלפים · ופאת נגב
חמש חמש מאות וארבעת אלפים ·
ומפאת קדים חמש מאות וארבעת
אלפים · ופאת ימה חמש מאות
וארבעת אלפים : 17. והיה מגרש
לעיר צפונה חמשים ומאתים · ונגבה
חמשים ומאתים · וקדימה חמשים
ומאתים · וימה חמשים ומאתים :
18. והנותר בארך לעמת תרומת
הקדש עשרת אלפים קדימה
ועשרת אלפים ימה · והיה לעמת
תרומת הקדש · והיתה תבואתה
ללחם לעבדי העיר : 19. והעבד
העיר יעבדוהו מכל שבטי ישראל :
20. כל התרומה חמשה ועשרים
אלף בחמשה ועשרים אלף · רביעית
תרימו את תרומת הקדש אל אחזת
העיר : 21. והנותר לנשיא מזה
ומזה לתרומת הקדש ולאחזת העיר
אל פני חמשה ועשרים אלף תרומה
עד גבול קדימה וימה על פני
חמשה ועשרים אלף על גבול ימה
לעמת חלקים לנשיא · והיתה תרומת
הקדש ומקדש הבית בתוכה : 22.
ומאחזת הלוים מאחזת העיר בתוך
אשר לנשיא יהיה · בין גבול יהודה
ובין גבול בנימן לנשיא יהיה : 23.
ויתר

ויתר השבטים מפאת קדמה עד
פאת ימה בנימן אחד : 24. ועל
גבול בנימן מפאת קדימה עד פאת
ימה שמעון אחד : 25. ועל גבול
שמעון מפאת קדימה עד פאת ימה
יששכר אחד : 26. ועל גבול
יששכר מפאת קדימה עד פאת
ימה זבולן אחד : 27. ועל גבול
זבולן מפאת קדימה עד פאת ימה
גד אחד : 28. ועל גבול גד אל
פאת נגב תימנה · והיה גבול מתמר
מי מריבת קדש נחלה על הים
הגדול : 29. זאת הארץ אשר
תפילו מנחלה לשבטי ישראל ואלה
מחלקתם · נאם אדני יהוה : 30.
ואלה תוצאת העיר · מפאת צפון
חמש מאות וארבעת אלפים מדה :
31. ושערי העיר על שמות שבטי
ישראל שערים שלושה צפונה ·
שער ראובן אחד · שער יהודה
אחד · שער לוי אחד : 32. ואל
פאת קדימה חמש מאות וארבעת
אלפים ושערים שלשה · ושער
יוסף אחד · שער בנימן אחד · שער
דן אחד : 33. ופאת נגבה חמש
מאות וארבעת אלפים מדה ושערים
שלשה · שער שמעון אחד · שער
יששכר אחד · שער זבולן אחד :
34. פאת ימה חמש מאות וארבעת
אלפים שעריהם שלשה · שער גד
אחד · שער אשר אחד · שער
נפתלי אחד : 35. סביב שמנה
עשר אלף · ושם העיר מיום יהוה
שמה :

erit ad aquilonem, ducentorum & quin-
gentorum; ad meridiem, ducentorum
& quingentorum; ad orientem, ducen-
torum & quingentorum; ad occiden-
tem, ducentorum & quingentorum.
18. *Id autem longitudinis, quod reli-*
quum erit juxta locum sanctuario pro-
prium, nempe decem millia ad orien-
tem, & decem millia ad occidentem,
hæc juxta locum sanctuario proprium,
pro frugibus erunt, ad alendum eos,
qui civitatis operas exercebunt.
19. *Poterunt autem civitatis operas*
exercere illi, quicunque erunt de
Tribubus Israel. 20. *Id totum, quod*
reservabitur, habebit in longitudine
viginti quinque millia cubitorum,
super latitudine viginti quinque mil-
lium cubitorum; quadratum locum
reservabitis sanctuario & possessioni
civitatis. 21. *Id quod restabit Prin-*
cipi ex utrâque parte loci sanctuario
proprii & possessioni civitatis, ex
adverso viginti quinque millium,
quæ reservabuntur, usque ad limi-
tem terræ orientalem, & similiter ex
adverso viginti quinque millium ad
occidentem, usque ad limitem terræ
occidentalem, contra utramque divi-
sionem, hæc Principis erunt, & me-
dium locum occupabunt sanctuarium
Templi & id, quod pro sanctuario
reservabitur. 22. *Post possessionem*
Levitarum & possessionem urbis, quæ
in medio erit, pars erit Principis;
ita ut Princeps habeat id, quod erit medium inter terminum Juda & ter-
minum Benjamin. 23. *Reliquæ Tribus à plagâ orientali usque ad plagam*
occidentalem, Benjamin, una. 24. *Post limitem Benjamin, à plagâ orien-*
tali ad plagam occidentalem, Simeon, una. 25. *Post limitem Simeon, à*
plagâ orientali ad plagam occidentalem, Issachar, una. 26. *Post limitem*
Issachar, à plagâ orientali ad plagam occidentalem, Zabulon, una. 27. *Post*
limitem Zabulon, à plagâ orientali ad plagam occidentalem, Gad, una.
28. *Post limitem Gad, in plagâ meridionali ad dexteram terminus erit de*
Thamar, ad aquas contradictionis Cades; pertinebitque hæreditas ad mare

magnum. 29. *Hæc illa terra eſt, quam pro poſſeſſione aſſignabitis Tribubus*
Iſrael, atque illæ erunt ſortes earum, dicit Dominator Dominus. 30. *Illi*
autem erunt exitus civitatis. Ex latere aquilonis quatuor millia & quingentæ
menſuræ. 31. *Portæ civitatis erunt ex nominibus Tribuum Iſrael, nempe tres*
portæ ad aquilonem; porta Ruben una, porta altera Juda, porta tertia
Levi. 32. *Ad latus orientis, quatuor millia & quingentæ menſuræ, & portæ*
tres; porta Joſeph una, porta altera Benjamin, porta tertia Dan. 33. *Ad*
latus meridiei quatuor millia & quingentæ menſuræ & portæ tres; porta Si-
meon una, porta altera Iſſachar, porta tertia Zabulon. 34. *Ad latus occi-*
dentis quatuor millia & quingentæ menſuræ, & portæ tres; porta Gad una,
porta altera Aſer, porta tertia Nephthali. 35. *Itaque erunt in circuitu de-*
cem & octo millia menſurarum. Nomen autem civitatis erit deinceps, Do-
minus nomen ejus.

---

1. פאת קדים הים : Vulgatus, *plaga orientalis, mare*, quaſi tangeretur mare Tiberiadis. Sed liquet ex ſequentibus rebus, tangi mare magnum, ſive occidentem; itaque pro הים, legendum, vel ימה, vel לים, *ad mare*, vel *ad occidentem*. Ita Græci Intt. ἕως πρὸς θάλασσαν, *uſque ad mare.*

8. חמשה ועשרים אלף רחב, *viginti quinque millia in latitudine.* Aſſignatur locis ad ſanctuárii miniſterium deſtinatis latitudo 25000. cubitorum; quæ quidem latitudo in hoc verſu tangitur generatim; ſed ſpeciatim deſcribitur in iis, quæ ſequuntur. Nimirùm, v. 9. reſervatur Domino latitudo decem millium, quæ v. 10. ſacerdotibus attribuitur. Deinde, Levitis v. 13. decem millium; habes viginti millia. Verſu autem 15. tanguntur *quinque millia, quæ ſuperſunt.* ...כאחד החלקים, ſecundùm unam ex *diviſionibus*, ſive ſecundùm utramque diviſionem. Hæc idem ſonant, ac cap. 45. verſu 7. לעמת אחד החלקים; quibus notantur ſortes Juda & Benjamin, in quarum medio erant Templum, civitas & habitatio Sacerdotum & Levitarum. Secundùm duas illas ſortes porrecta erat longitudo loci ſanctuario & miniſterio Templi deſtinati, ab oriente in occidentem.

10. ...ולאלה, *& in his.* In hoc verſu hoc primum reprehendendum, quòd, poſt צפונה, omittitur ארך, *longitudo*, cùm enim, poſt נגבה, legatur ארך, non fas eſt id ſuppleri poſt צפונה; alter enim locus alterì parallelus eſt. Itaque exiſtimandum eſt, fuiſſe ארך ab Scribis omiſſum, non autem tacitum ab Ezechiele. Alterum vitium eſt, quòd *occidens* nominatur ante *orientem*, & quod uterque venit inter aquilonem & meridiem. Nam, quoniam menſuræ eædem ſunt ad aquilonem & ad meridiem, conſentaneum erat, ut unum poſt aliud proximè ſubjungeretur, utque deinde adderentur menſuræ orientales & occidentales proximè conjunctæ, quia utræque ſimiles ſunt. Adde, ſi longitudo cum latitudine comparatur, numeris utriuſque aſſignatis, antecedere debere latitudini longitudinem. Eum vidimus tenorem perpetuum in ſuprà-dictis. Itaque habendus is ordo eſt, quem in Verſione exhibemus. Vide eundem ordinem, v. 16.

14. יעבור : Maſora יעביר, *transferet*; malè, nam caret nominativo id verbum Activum. Legendum potiùs יעבר Paſſivum, *transferentur*, ראשית, *primitiæ.*

15. בתוכה : Non malè Maſora, בתוכו, *in medio ejus*, (*latitudinis;*) nam Affixum ו pertinet ad רחב, quod eſt maſculinum.

16. נגב חמש חמש : Etiam rectè Maſora tollit alterum חמש; etenim hæc conduplicatio eſt Codicum deteriorum; nec habetur in Codice Orat. 53. in quo alterum חמש deletum eſt eodem atramento, quo Deſcriptoris.

17. חמשים ומאתים, *ducenti & quinquaginta.* Hìc abſolvuntur menſuræ eorum 25. millium cubitorum latitudinis, de quibus verſu 8. Nam v. 15. quinque millia reſtabant, ex quibus quatuor millia & quingenti, v. 16. conſtituebant latera urbis ab aquilone ad meridiem; hoc autem verſu 17. ducenti & quinquaginta erant pro ſuburbio ad aquilonem, totidemque ad meridiem. Vide ſuprà ad verſum 8.

18. ...והנותר בארך, *& quod erit reliquum in longitudine*, nimirùm ex quinque millibus cubitis, quorum in medio erat urbs cum ſuburbiis ſuis, faciens ambitum quadratum, cujus ſingula latera, in latitudine & in longitudine erant 5000. cubitorum. Quoniam igitur tota longitudo erat 25000. cubitorum, poſt eos 5000. cubitos, reſtabant ad orientem 10000. cubiti, totidemque ad occidentem.

21. לעמת החלקים, *contra utramque diviſionem:* vide dicta ad cap. 45. v. 7. & ſupra ad verſum 8. ...על גבול, *uſque ad limitem.* Addimus, *terræ*, perſpicuitatis causâ, & ne credatur, notari aliquem de limitibus locorum ſupra-dictorum.

22. העיר בתוך אשר, *urbis, in medio, quod* (*Principi.*) Hæc nihil ſonant, ut non mirum ſit,

omitti à pleriſque Veteribus Relativum אשר ; quod tamen rectè legitur, modò ſic collocatum ſit : העיר אשר בתוך , *urbis*, *quæ in medio erit*, ut alibi non ſemel vidimus. Pars Principis erat ab limite ſanctorum locorum orientali, & ab occidentali, inter Tribus Juda & Benjamin, habebatque in latitudine à ſeptentrione ad meridiem 25000. cubitos. Sed quantùm pateret in limitibus orientali & occidentali, non docemur, neque hoc capite neque capite 45. Itaque ſine autoritate affirmat Edm. Calmet, habuiſſe Principem, ad orientem loci ſancti 25000. cubitos, totidemque ad occidentem; quomodò etiam ſine autoritate affirmant plerique Intt. fuiſſe æquales ſortes Tribuum, quæ in hoc capite, demonſtrantur. Nam de ſortibus Tribuum hoc unum conſtat, patere unamquamque ab limite terræ orientali, uſque ad occidentalem, ſeu ab Jordane, uſque ad mare Mediterraneum. Quantùm verò latitudinis ſingulæ haberent à ſeptentrione ad meridiem, non docet Ezechiel.

29. זאת הארץ , *hæc illa terra eſt.* Mirari ſubit Edm. Calmet, qui neget, Tribus Iſrael ſic fuiſſe, Judæis Babylone reverſis, diviſas, ut hoc capite dividuntur. Confugit quidem ad ſenſum, allegoricum; ſed ſenſum litteralem tollere non licet, niſi vel Hiſtoriæ Sacræ contradicat, vel ſenſus allegoricus, qualis ſit, demonſtretur. Neutrum facit Edm. Calmet. Et, cùm cætera, quæ de Templo & de terrâ Iſrael his capitibus dicta ſunt, non dubium ſit habere vaticinationem, tutius videtur ſtatuere, obſervatas fuiſſe ab reducibus Judæis menſuras ſuprà-dictas, ſeu Templo ædificando, ſeu Tribuum ſortibus dividendis; quanquam hæc, quomodò facta ſint ignoremus, quia magnam lacunam habet Hiſtoria Sacra ab Eſdræ tempore, uſque ad tempus Machabæorum.

35. מיום , *ex die ;* adde ההוא , *illâ*, ne ſuſpenſa maneat ſententia. Omiſſum fuit ההוא , ex ſimilitudine ejus cum יהוה , quod ſequitur. ...יהוה שמה , *Dominus nomen ejus.* Non licebat convertere, *ibi*, quia שמה eſt Adverbium Quæſtionis *quò*, non Quæſtionis *ubi.*

דניאל

DANIEL.

CAPUT I.

Daniel, Ananias, Misael & Azarias captivi traduntur Eunuchis educandi & alendi cibo regio; sed orant ut liceat sibi vesci oleribus, ne cibis regiis contaminentur, & fiunt cæteris juvenibus pulchriores, & omni artium genere præstantiores.

1. *Anno tertio regni Joachim, re-*
gis Juda, Nabuchodonosor, rex Ba-
bylonis, venit Jerusalem, & eam
obsedit; 2. *Et tradidit Dominus in*
manum ejus Joachim, regem Juda,
& partem domûs Dei vasorum. Ille
hæc vasa in terram Sennaar avexit,
Dei sui domum, atque hæc intulit
in Dei sui thesaurum. 3. *Mandavit*
autem rex principi Eunuchorum As-
phenez, ut abduceret de filiis Israel,
& de semine regum ac principum,
4. *Adolescentes, in quibus nulla*
esset macula, vultu decoros, idoneos-
que ad intelligendam prudentiam;
ad discendam scientiam & ad artes
assequendas, quique etiam robusti
essent, ut stare possent in palatio re-
gis, atque ut eos doceret litteras &
Linguam Chaldæorum. 5. *Attribuit-*
que eis rex de mensâ regiâ cibum &

1. בשנת שלוש למלכות יהויקים
מלך יהודה בא נבוכדנאצר מלך
בבל ירושלם · ויצר עליה : 2. ויתן
אדני בידו את יהויקים מלך יהודה
ומקצת כלי בית האלהים · ויביאם
ארץ שנער בית אלהיו · ואת הכלים
הביא בית אוצר אלהיו : 3. ויאמר
המלך לאשפנז רב סריסיו להביא
מבני ישראל ומזרע המלוכה ומן
הפרתמים : 4. ילדים אשר אין
בהם כל מאום וטובי מראה
ומשכלים בכל חכמה וידעי דעת
ומביני מדע ואשר כח בהם לעמד
בהיכל המלך · וללמדם ספר ולשון
כשדים : 5. וימן להם המלך דבר
יום ביומו מפתבג המלך ומיין
משתיו ולגדלם שנים שלוש ·
ומקצתם יעמדו לפני המלך : 6.
ויהי בהם מבני יהודה דניאל חנניה
מישאל ועזריה : 7. וישם להם
שר הסריסים שמות · וישם לדניאל

potum per ſingulos dies, ut, poſtea-
quàm tres annos educati eſſent, illis
expletis, ſtarent in conſpectu regis.
6. *Erant inter eos, de filiis Juda,*
Daniel, Ananias, Miſael & Azarias;
rias; 7. *Atque iis nomina impoſuit*
princeps Eunuchorum, Danieli,
Baltaſſar; Ananiæ, Sidrach; Mi-
ſaeli, Miſach, & Azariæ, Abdena-
go. 8. *Daniel ſtatuerat in corde ſuo,*
ut nec cibo regis, nec vino, quod bi-
bebat, ſe ſe contaminaret; itaque
veniam oravit à principe Eunucho-
rum, ne contaminaretur. 9. *Dedit*
autem Deus gratiam Danieli apud
principem Eunuchorum, ut cum eo
benignè ageret. 10. *Itaque dixit Da-*
nieli princeps Eunuchorum; ego ti-
meo Dominum meum regem, qui at-
tribuit vobis cibum & potum; qui, ſi
viderit vultus veſtros cæterorum æta-
tis veſtræ puerorum vultibus maci-
lentiores, vos me reum apud regem
facietis. 11. *Tum dixit Daniel ad*
Malaſar, quem præfecerat princeps
Eunuchorum Danieli, Ananiæ, Mi-
ſaeli & Azariæ: 12. *Experire, quæ-*
ſo, ſervos tuos diebus decem, dentur-
que nobis legumina pro cibo, & aqua
pro potu; 13. *Tu deinde inſpicies*
vultus noſtros & vultus puerorum,
qui cibo regio nutriuntur; & ſicut vi-
deris, ita facies ſervis tuis. 14. *Ille*
eis in eâ re obſecutus eſt, expertuſ-
que eſt illos decem diebus. 15. *Qui-*
bus expletis, vultus eorum apparue-
runt decori & pingues, præ vultibus
cæterorum juvenum, qui cibo regio
nutriebantur. 16. *Itaque tollebat Ma-*
laſar cibum eorum, & vinum, quod
bibituri erant, dabatque eis legumi-
na. 17. *Dedit autem Deus juveni-*
bus illis quatuor cognitionem & intelligentiam omnis generis litterarum &
ſapientiæ; Daniel verò erat peritus omnium viſionum & ſomniorum. 18. *Et*

בלטשאצר ולחנניה שדרך ולמישאל
מישך ולעזריה עבד נגו ׃ 8. וישם
דניאל על לבו אשר לא יתגאל
בפתבג המלך וביין משתיו · ויבקש
משר הסריסים אשר לא יתגאל ׃
9. ויתן האלהים את דניאל לחסד
ולרחמים לפני שר הסריסים ׃ 10.
ויאמר שר הסריסים לדניאל · ירא
אני את אדני המלך אשר מנה את
מאכלכם ואת משתיכם · אשר למה
יראה את פניכם זעפים מן הילדים
אשר כגילכם וחיבתם את ראשי
למלך ׃ 11. ויאמר דניאל אל
המלצר אשר מנה שר הסריסים
על דניאל חנניה מישאל ועזריה ׃
12. נס-נא את עבדיך ימים עשרה ·
ויתנו לנו מן הזרעים ונאכלה ומים
ונשתה ׃ 13. ויראו לפניך מראינו
ומראה הילדים האכלים את פתבג
המלך · וכאשר תראה עשה עם
עבדיך ׃ 14. וישמע להם לדבר
הזה · וינסם ימים עשרה ׃ 15.
ומקצת ימים עשרה נראה מראיהם
טוב ובריאי בשר מן כל הילדים
האכלים את פתבג המלך ׃ 16.
ויהי המלצר נשא את פתבגם ויין
משתיהם · ונתן להם זרענים ׃ 17.
והילדים האלה ארבעתם נתן להם
האלהים מדע והשכל בכל ספר
וחכמה · ודניאל הבין בכל חזון
וחלמות ׃ 18. ולמקצת הימים
אשר אמר המלך להביאם ויביאם
שר הסריסים לפני נבכדנצר ׃ 19.
וידבר אתם המלך · ולא נמצא
מכלם כדניאל חנניה מישאל
ועזריה · ויעמדו לפני המלך ׃ 20.
וכל דבר חכמת בינה אשר בקש
מהם המלך וימצאם עשר ידות על
כל החרטמים האשפים אשר בכל
מלכותו ׃ 21. ויהי דניאל עד שנת
אחת לכורש המלך ׃

post dies eos, quibus expletis, jusserat rex, ut ad se adducerentur, princeps Eunuchorum adduxit eos in conspectum Nabuchodonosor. 19. *Rex cum eis miscuit sermones, neque ex illis omnibus quisquam inventus est talis, quales erant Daniel, Ananias, Misael & Azarias; itaque regi astiterunt.* 20. *Et quâcunque de re eos rex interrogavit, quæ ad sapientiam & intelligentiam pertineret, reperit eos decuplum habere, præ cæteris magis & astrologis, qui in regno suo erant.* 21. *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis.*

---

1. בשנת שלוש, *anno tertio.* Legitur apud Jeremiam cap. 25. *anno quarto*, qui annus 4us. notatur ibi, ut primus Nabuchodonosor regis. Hæc facilè conciliantur, si, hoc loco, intelligitur בא, *venit*, de itinere suscepto & inchoato, ita ut Nabuchodonosor advenerit Jerosolymam anno tantùm quarto Joachim regnantis, quo anno inchoante vaticinatus est Jeremias de ejus adventu mox futuro. Tangitur hoc loco prima obsidio Jerosolymæ; nam altera facta anno Joachim undecimo, quo & captivus abductus est.

2. ואת הכלים, *& vasa.* Tolle ו; nam oratio resumitur, ut doceatur, in quem locum Templi Dei sui Nabuchodonosor intulerit vasa Domini, nempe in thesaurum.

4. מאום: Masora יתיר א', *superfluit* א; rectè: itaque etiam legitur מום in Codice Orat. 53. ...ומשכלים: Nos, *idoneos ad intelligendum*, non autem *intelligentes.* Neque enim in juvenibus requirebatur omnium cognitio scientiarum, sed tantùm earum facilitas addiscendarum; & apparet ex versu 17. quatuor adolescentes *litteras* didicisse *& sapientiam*, dum educabantur apud principem Eunuchorum. Itaque in verbis משכלים & ידעי & מביני, notatur præparatio rei, non ipsa res; quomodò versu 16. יין משתיהם, *vinum potûs eorum*, notat vinum, non quod bibebant Daniel sociique ejus, sed quod eis fuerat destinatum.

5. מפתבג המלך, *cibo regio.* Id vocabulum compositum est ex פת, *portio*, *bucella*, & ex בג, Arabicè, *distendere*, unde בגבג, *mole carnis præditus.* Itaque hujus verbi proprietas habere videtur cibum ad pinguedinem, sive ad carnem pinguedine distendendam.

10. אשר למה: Verbum pro verbo, *nam cur*, ut Cant. cap. 1. v. 8. שלמה, *cur enim.* Interrogatio hæc idem valet, ac diserta affirmatio, de more Hebræorum. ...וחיבתם את ראשי. Malè Castalio, *& causa sitis, ut à rege capite plectar*, forsan deceptus ab Syro, qui, ונפסוק רישי, *& excidet caput meum.* Veretur princeps Eunuchorum, ne loco suo moveatur, & *caput* idem est, ac *persona*, ut relata in censum regiæ domûs.

11. אל המלצר, *ad Malasar.* Ita Vulgatus, cui obsequi solemus, in nominibus propriis appellandis. Sed forsan melius *Emalasar*, ut Græci Intt. Ἀμελσάδ, *Amelsad*, ita ut littera ה sit prima littera hujus nominis proprii. Non esse nomen appellativum, quo munus aliquod notetur, liquet ex sequentibus verbis, *quem præfecerat...* in quibus munus ipsum demonstratur.

17. וחלמות, *& somniorum*; eorum scilicet, quæ à Deo immittebantur, ut futura portenderent; quæ somnia facilè distinguebantur ab fortuitis somniis, si nihil in eis esset præposterum, nihil inconditum, nihil monstrosum, & si in eis omnes res & consequentiæ rerum, tanquam in fabulâ bonâ, tales ad imum servabantur, quales ab incœpto processerant. Nihil enim tale accidit in fortuitis somniis, quæ species exhibent plerumque insociabiles, nusquam aptas ex se se, aut sibi invicem convenientes.

20. על כל החרטמים האשפים, *præ cæteris magis & astrologis.* Hæc nomina in bonam partem veniunt, ut apud Matthæum, *magi*; & *astrologi* iidem ferè tunc erant, qui hodie *astronomi.* Itaque colligi ex his verbis non licet, studuisse Danielem magicis artibus, sed scientiis Chaldæorum operam navasse eodem modo, quo longè ante eum Moyses *sapientiæ Ægyptiorum.* Potuit Daniel obtinere à principe Eunuchorum, ne in scientiis vanis occuparetur, ut obtinuerat, ne regiis cibis inquinaretur; (quoniam juvenes instituebantur iis disciplinis, quæ erant regno regique utiles,) ut in rebus bellicis, politicis, physicis, astronomicis, non autem in magicis artibus, quæ aut vanæ sunt, aut civibus perniciosæ.

CAPUT II.

Daniel interpretatur ſomnium Nabuchodonoſor de ſtatuâ grandi, cujus caput aureum eſt, pectus & brachia argentea, femora ærea, crura & pedes, partim ferrei, partim fictiles; quam lapis, monte avulſus, dejicit & comminuit.

1. *Anno ſecundo regni Nabucho-*
donoſor, ſomniavit Nabuchodonoſor
ſomnium, & concuſſus eſt ſpiritus
ejus, fugitque eum ſomnus. 2. *Tum*
rex mandatum fecit, ut vocarentur
divini, aſtrologi, præſtigiatores &
Chaldæi, ut regi ſomnium ejus ex-
plicarent; qui cùm veniſſent, coram
rege ſteterunt. 3. *Rex autem dixit*
eis; ego ſomnium ſomniavi, & an-
xius eſt ſpiritus meus, donec cognoſ-
cam, quale extiterit ſomnium. 4. *Chal-*
dæi regi Syriacè hæc dixerunt: Rex
in æternum vivat. Narra, ô rex,
ſomnium ſervis tuis; nos verò inter-
pretationem ejus faciemus. 5. *Rex*
Chaldæis reſpondens, hæc locutus
eſt; fugit à me ſomnium; & niſi vos
illud mihi ac ejus interpretationem
declaratis, membratim laniabimini,
& ædes veſtræ publicabuntur. 6. *Sed*
ſi vos mihi ſomnium oſtenditis, ejuſ-
que interpretationem, vos munera ex
me & annuos reditus & ſummos ho-
nores accipietis. Quare aperite mihi
ſomnium & ejus interpretationem.
7. *Illi autem ei hæc iterum dixe-*
runt: exponat Rex ſomnium ſervis
ſuis; nos ejus interpretationem de-
clarabimus. 8. *Tum verò eis Rex hæc*
locutus eſt: certè ego video, vos tem-
pus redimere, quoniam ſcitis exci-
diſſe mihi ſomnium. 9. *Nam, quan-*

1. ובשנת שתים למלכות
נבכדנצר חלם נבכדנצר חלמות ׃
ותתפעם רוחו ושנתו נהיתה עליו ׃
2. ויאמר המלך לקרא לחרטמים
ולאשפים ולמכשפים ולכשדים
להגיד למלך חלמתיו ׃ ויבאו ויעמדו
לפני המלך ׃ 3. ויאמר להם
המלך ׃ חלום חלמתי ׃ ותפעם רוחי
לדעת את החלום ׃ 4. וידברו׃
הכשדים למלך ארמית ׃ מלכא
לעלמין חיי ׃ אמר חלמא לעבדיך
ופשרא נחוא ׃ 5. ענה מלכא
ואמר לכשדיא ׃ מלתה מני אזדא ׃
הן לא תהודעונני חלמא ופשרה
הדמין תתעבדון ובתיכון נולי
יתשמון ׃ 6. והן חלמא ופשרה
תהחון מתנן ונבזבה ויקר שגיא
תקבלון מן קדמי ׃ להן חלמא
ופשרה החוני ׃ 7. ענו תנינות
ואמרין ׃ מלכא חלמא יאמר לעבדוהי
ופשרה נהחוה ׃ 8. ענה מלכא
ואמר ׃ מן יציב ידע אנא די עדנא
אנתון זבנין ׃ כל קבל די חזיתון די
אזדא מני מלתא ׃ 9. די הן
חלמא לא תהודענני חדה היא
דתכון ומלה כדבה ושחיתה הזמנתון
למאמר קדמי עד די עדנא ישתנא ׃
להן חלמא אמרו לי ׃ ואנדע די
פשרה תהחונני ׃ 10. ענו כשדיא
קדם מלכא ואמרין ׃ לא איתי אנש
על יבשתא די מלת מלכא יוכל
להחויה ׃ כל קבל די כל מלך רב
ושליט מלה כדנה לא שאל לכל

חרטם

doquidem ſomnium mihi non indica-
tis, una eſt vobis ſententia, ut reſ-
ponſum mendax & doloſum medite-
mini, quod mihi reddatis, donec tem-
pora mutentur. Ergo narrate mihi
ſomnium, ut eâ re cognoſcam, vos
illud verè interpretari. 10. *Chaldæi*
regi hæc reſponderunt: non eſt homo
ſuper terram, qui rem talem poſſit Re-
gi indicare. Sed neque rex eſt ma-
gnus & potens, qui tale quidquam
poſtulet à divinis, à magis & à Chal-
dæis. 11. *Etenim perdifficile eſt id,*
quod Rex ſciſcitatur; nec alius eſt,
qui rem talem poſſit Regi patefacere,
præter Deos, quibus non eſt habita-
tio cum hominibus. 12. *Ad hæc verò*
excanduit Rex, & furore percitus
juſſit, ut interficerentur omnes ſa-
pientes Babylonis. 13. *Edictum fuit*
promulgatum, & ſapientes interficie-
bantur, quærebanturque ad necem
Daniel & ſocii ejus. 14. *Tum Da-*
niel ſciſcitatus eſt de eo conſilio &
edicto Arioch, ſatellitum regiorum
principem, qui exierat ad ſapientes
Babylonis interficiendos. 15. *Dixit*
igitur Arioch, præfecto regis; quare
exiit à Rege iſtud atrox edictum?
Tum Arioch Danieli rem indicavit.
16. *Poſteà Daniel, ingreſſus, poſ-*
tulavit à Rege, ut tempus ſibi conce-
deretur, donec interpretationem Regi
declararet. 17. *Deinde Daniel, do-*
mum ſe recipiens, rem indicavit ſo-
ciis ſuis Ananiæ, Miſaeli & Aza-
riæ, 18. *Ut Dei cœlorum miſericor-*
diam implorarent, ſuper eo arcano,
ne Daniel ſociique ejus unà cum cæ-
teris ſapientibus Babylonis interi-
rent. 19. *Tum arcanum Danieli noc-*
te in viſione patefactum fuit, & lau-
davit Daniel Deum cœlorum, 20. *At-*
que hæc locutus eſt: Benedictus ſit

חרטם ואשף וכשדי ׃ 11. ומלתא
די מלכא שאל יקירה · ואחרן לא
איתי די יחונה קדם מלכא להן
אלהין די מדרהון עם בשרא לא
איתוהי ׃ 12. כל קבל דנה מלכא
בנס וקצף שגיא · ואמר להובדה
לכל חכימי בבל ׃ 13. ודתא נפקת
וחכימיא מתקטלין · ובעו דניאל
וחברוהי להתקטלה ׃
14. באדין דניאל התיב עטא
וטעם לאריוך רב טבחיא די מלכא
די נפק לקטלה לחכימי בבל ׃ 15.
ענה ואמר לאריוך שליטא די
מלכא · על מה דתא מהחצפה מן
קדם מלכא · אדין מלתא הודע
אריוך לדניאל ׃ 16. ודניאל על
ובעא מן מלכא די זמן ינתן לה
ופשרא להחויה למלכא ׃ 17. אדין
דניאל לביתה אזל · ולחנניה מישאל
ועזריה חברוהי מלתא הודע ׃ 18.
ורחמין למבעא מן קדם אלה שמיא
על רזא דנה · די לא יהובדון דניאל
וחברוהי עם שאר חכימי בבל ׃
19. אדין לדניאל בחזוא די ליליא
רזא גלי · אדין דניאל ברך לאלה
שמיא ׃ 20. ענה דניאל ואמר
להוא שמה די אלהא מברך מן
עלמא ועד עלמא · די חכמתא
וגבורתא די לה היא ׃ 21. והוא
מהשנא עדניא וזמניא · מהעדה
מלכין ומהקים מלכין · יהב חכמתא
לחכימין ומנדעא לידעי בינה ׃ 22.
הוא גלא עמיקתא ומסתרתא · ידע
מה בחשוכא · ונהירא עמה שרא ׃
23. לך אלה אבהתי מהודא · ומשבח
אנה די חכמתא וגבורתא יהבת לי ·
וכען הודעתני די בעינא מנך די
מלת מלכא הודעתנא ׃ 24. כל
קבל דנה דניאל על על אריוך די
מני מלכא להובדא לחכימי בבל
אזל וכן אמר לה · לחכימי בבל אל
תהובד · העלני קדם מלכא · ופשרא
למלכא אחוא ׃
25. אדין אריוך בהתבהלה הנעל

Deus à ſæculo & in ſæculum ; illius eſt ſapientia , illius eſt fortitudo. 21. Ille mutat tempora & ætates ; ille amovet reges & conſtituit ; dat ſapientiam ſapientibus , & ſcientiâ donat intelligentes. 22. Ille revelat profunda & abſcondita , & novit quæ in tenebris ſunt , & lux cum eo habitat. 23. Ego tibi , Deus patrum meorum , ago gratias , & laudo te , quoniam dediſti mihi ſapientiam & fortitudinem , & id , quod à te poſtulavimus , aperuiſti mihi, ut rem Regis nobis aperires. 24. Venit igitur Daniel ad Arioch, quem Rex conſtituerat ad ſapientes Babylonis interficiendos , eique dixit ; noli perdere ſapientes Babylonis ; introduc me ad Regem ; ego indicabo Regi interpretationem. 25. Tum Arioch feſtinanter adduxit Danielem ad Regem, cui dixit : ego inter filios captivitatis hominem reperi , qui Judæus eſt ; ille declarabit Regi interpretationem. 26. Rex Danieli , qui nomen habebat Baltaſſar ; an tu , inquit , poteris mihi indicare ſomnium quod vidi , ejuſque interpretationem ? 27. Daniel Regi hæc reſpondit; ſecretum, de quo Rex ſciſcitatur, non potis ſunt id Regi aperire nec ſapientes , nec divini , nec magi , nec aruſpices. 28. Sed eſt Deus in cœlo , qui abſcondita revelat , quique regi Nabuchodonoſor hæc ſignificavit , quæ in poſteris diebus eventura ſunt ; hoc fuit ſomnium tuum ; hoc viſum tui capitis , dum in lecto jacebas. 29. Te enim , ô Rex , cùm decumbebas , cogitatio inceſſit , quid eſſet poſt hæc adventurum. Ille autem qui revelat abſcondita , palam fecit tibi , quid ſit adventurum. 30. Mihi verò id ſecretum patefactum fuit , non ex meâ quâdam ſapientiâ ,

לדניאל קדם מלכא · וכן אמר לה ·
די השכחת גבר מן בני גלותא די
יהוד די פשרא למלכא יהודע :
26. ענה מלכא ואמר לדניאל
די שמה בלטשאצר · האיתיך כהל
להודעתני חלמא די חזית ופשרה :
27. ענה דניאל קדם מלכא ואמר ·
רזא די מלכא שאל לא חכימין
אשפין חרטמין גזרין יכלין להחויה
למלכא : 28. ברם איתי אלה
בשמיא גלה רזין · והודע למלכא
נבוכדנצר מה די להוא באחרית
יומיא · חלמך וחזוי ראשך על
משכבך דנה הוא :
29. אנתה מלכא רעיונך על
משכבך סלקו מה די להוא אחרי
דנה · וגלא רזיא הודעך מה די
להוא : 30. ואנה לא בחכמה די
איתי בי מן כל חייא רזא דנה גלי
לי · להן על דברת די פשרא
למלכא יהודעון ורעיוני לבבך תנדע :
31. אנתה מלכא חזה הוית ·
ואלו צלם חד שגיא צלמא דכן רב
וזיוה יתיר קאם לקבלך · ורוה דחיל :
32. הוא צלמא ראשה די דהב
טב · חדוהי ודרעוהי די כסף · מעוהי
וירכתה די נחש : 33. שקוהי די
פרזל · רגלוהי מנהון די פרזל ומנהון
די חסף : 34. חזה הוית עד די
התגזרת אבן די לא בידין · ומחת
לצלמא על רגלוהי די פרזלא
וחספא · והדקת המון : 35. באדין
דקו כחדה פרזלא חספא נחשא
כספא ודהבא · והוו כעור מן אדרי
קיט · ונשא המון רוחא · וכל אתר
לא השתכח להון · ואבנא די מחת
לצלמא הות לטור רב ומלאת כל
ארעא : 36. דנה חלמא ופשרה
נאמר קדם מלכא :
37. אנתה מלכא מלך מלכיא ·
די אלה שמיא מלכותא חסנא
ותקפא ויקרא יהב לך : 38. ובכל
די דארין בני אנשא חיות ברא
ועוף שמיא יהב בידך והשלטך

quâ ego antecellam cæteros mortales,
sed ut cognitæ sint Regi interpretatio-
nes, & ut quod tacitâ mente cogitasti,
planè cognoscas. 31. *Tu, Rex, aspi-*
ciebas, cùm apparuit statua una ma-
gna; statua ingens & formâ illustris
stetit coram te, terribilisque erat as-
pectus ejus. 32. *Statuæ illius caput*
erat aureum, auro optimo; pectus &
brachia argentea, venter & femora
ærea, 33. *Crura ferrea, pedes partim*
ferrei & partim fictiles. 34. *Tu hæc*
intuebaris, donec lapis, qui manibus
moveri non posset, monte avulsus est,
& ad statuæ pedes allisus partim fer-
reos, partim fictiles, eos contrivit.
35. *Tum unà contrita sunt ferrum,*
lutum, æs, argentum & aurum, &
facta sunt velut palea levis in areâ
æstivâ; hæc abstulit ventus, nec eis
ullus locus relictus est; lapis verò,
qui ad statuam allisus est, evasit in
montem magnum, qui terram imple-
vit. 36. *Hoc fuit somnium, cujus*
interpretationem Regi indicabimus.
37. *Tu es, ô Rex, rex regum, quo-*
niam Deus cœlorum regnum ma-
gnum & potens & gloriam dedit tibi.
38. *Omnia in quibus habitant filii*
hominum & bestiæ agri & aves cœlo-
rum, dedit tibi, fecitque te eorum
omnium Dominatorem; tu igitur ca-
put aureum. 39. *Post te orietur aliud*
regnum argenteum, minus te, deinde
aliud tertium, quod erit æreum,
quodque imperabit universæ terræ.
40. *Eritque regnum quartum, quod*
validum erit velut ferrum, quatenus
ferrum frangit & comminuit omnia,
& quod, quasi ferrum, insuperabile,
omnia hæc franget & comminuet.
41. *Quòd autem vidisti pedes & di-*
gitos partim fictiles, ut testam figuli,
partim ferreos, erit regnum commix-

בכלהון ׳ אנתה הוא ראשה די
דהבא ׃ 39. ובתרך תקום מלכו
אחרי ארעא מנך ׳ ומלכו תליתאה
אחרי די נחשא די תשלט בכל
ארעא ׃ 40. ומלכו רביעיא תהוא
תקיפה כפרזלא ׳ כל קבל די פרזלא
מהדק וחשל כלא ׳ וכפרזלא די
מרעע כל אלין תדק ותרע ׃ 41.
ודי חזיתה רגליא ואצבעתא מנהון
חסף די פחר ומנהון פרזל מלכו
פליגה תהוה ׳ ומן נצבתא די פרזלא
להוא בה ׳ כל קבל די חזיתה
פרזלא מערב בחסף טינא ׃ 42.
ואצבעת רגליא מנהון פרזל ומנהון
חסף מן קצת מלכותא תהוה
תקיפא ׳ ומנה תהוא תבירה ׃ 43.
די חזית פרזלא מערב בחסף טינא
מתערבין להון בזרע אנשא ׳ ולא
להון דבקין דנה עם דנה ׳ הא כדי
פרזלא לא מתערב עם חספא ׃
44. וביומיהון די מלכיא אנון יקים
אלה שמיא מלכו די לעלמין לא
תתחבל ׳ ומלכותה לעם אחרן לא
תשתבק ׳ תדק ותסף כל אלין
מלכותא ׳ והיא תקום לעלמיא ׃
45. כל קבל די חזית די מטורא
אתגזרת אבן די לא בידין והדקת
פרזלא נחשא חספא כספא ודהבא ׳
אלה רב הודע למלכא מה די להוא
אחרי דנה ׳ ויציב חלמא ומהימן
פשרה ׃
46. באדין מלכא נבוכדנצר נפל
על אנפוהי ולדניאל סגד ׳ ומנחה
וניחחין אמר לנסכה לה ׃ 47. ענה
מלכא לדניאל ואמר ׳ מן קשט די
אלהכון הוא אלה אלהין ומרא מלכין
וגלה רזין ׳ די יכלת למגלא רזא
דנה ׃ 48. אדין מלכא לדניאל
רבי ׳ ומתנן רברבן שגיאן יהב לה ׳
והשלטה על כל מדינת בבל ורב
סגנין על כל חכימי בבל ׃ 49.
ודניאל בעא מן מלכא ומני על
עבידתא די מדינת בבל לשדרך מישך
ועבד נגו ׳ ודניאל בתרע מלכא ׃

tum, & partem retinens de ferri fodinâ, quomodò vidiſti ferrum cum argillâ teſtaceâ commixtum. 42. *Ergo digiti & pedes partim ferrei & partim fictiles, hoc erit regnum partim validum, partim infirmum.* 43. *Nimirùm quòd vidiſti ferrum teſtâ fictili commixtum, hoc eſt, quòd humano quidem ſemine miſcebuntur, nec tamen ſibi invicem adhærebunt, quomodò ferrum adhærere ad teſtam non poteſt.* 44. *In diebus autem regum illorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod erit in ſæcula, quod non frangetur, cujuſque imperium alterî populo non permittetur, & quod omnia hæc regna franget ac comminuet, & in ſæcula conſiſtet.* 45. *Quòd enim vidiſti lapidem, qui manibus moveri non poteſt, de monte avulſum, frangere & ferrum & æs, & argillam, & argentum, & aurum, eâ re Deus magnus Regi oſtendit, quid poſt hæc ſit eventurum. Hoc eſt verum ſomnium, hæc certa ejus interpretatio.* 46. *Tum rex Nabuchodonoſor procidit in vultum ſuum, Danielem adorans, & mandatum fecit de munere ac odoribus pro eo libandis.* 47. *Simul Rex Danieli hæc locutus eſt: non dubium eſt, Deum veſtrum eſſe Deum Deorum, regumque Dominatorem, qui abſcondita revelat, quandoquidem potuiſti aperire tale ſecretum.* 48. *Tum Danielem Rex magnum fecit, donavitque eum ampliſſimis muneribus; præfecit eum omnibus provinciis Babylonis, principemque eum fecit Satraparum, ſuper omnes ſapientes Babylonis.* 49. *Obtinuit etiam Daniel à Rege, ut præficeret Sidrach, Miſach & Abdenago cunctis negotiis provinciæ Babylonis; deinde Daniel ſtetit in januâ regis.*

---

1. ותתפעם רוחו, *& concuſſus eſt ſpiritus ejus.* Verſu 3. mens regis ideò *concuſſa* fuiſſe dicitur, quòd anxiè requirebat, quale extitiſſet ſomnium. Itaque anxietas intelligenda eſt, quæ ſomnium excepit, quæque regem uſque eò conturbabat, ut noctes duceret inſomnes, ut hoc verſu 1. dicitur, שנתו נהיתיה עליו, *fugit eum ſomnus;* non verò *ſomnium*, ut quidam convertunt. Quippe aliud eſt חלמות, *ſomnium*, aliud שנת, *ſomnus.* Ita cauſa datur, cur rex eſſet vehemens & acer in divinis interrogandis, quia nimirùm ſomnum ei adimebat anxietas, donec ſomnium menti recurreret, ejuſque interpretatio fieret. Radix verbi נהיתה videtur eſſe נהי, Arabicè נהא *impedire, prohibere;* quaſi dicas, *prohibitus eſt ſomnus ejus*, עליו, *ſuper eum*, ut cap. 6. v. 19. נדת עליו, *fugit ſuper eum:* vide ibi.

4. לעבדיך: Rectè Maſora, לעבדך, *ſervis tuis;* nam talis eſt forma Chaldaica pluralis. Lego לעבדך, in parte Codicum, in quibus tamen ſcioli Deſcriptores addidêre manu poſteriori י, ante ך, formam Hebraicam cum Chaldaicâ temerè permiſcentes.

5. לכשדיא, *Chaldæis*, rectè; & malè Maſora לכשדאי; nam כשדי numerus eſt ſingularis, ut apparet ex fine verſûs 10. Itaque כשדיא numerus pluralis, ut etiam legitur verſu 10. ...נולי יתשמון: Recentiores, *latrinæ fient;* quam ſententiam non exſequuntur Veteres, neque hîc, neque *Eſdræ cap. 6. v. 11.* ubi legitur נולו; vide quæ ibi diximus.

9. תהודעונני, *indicatis mihi.* Suprà, v. 5. תהודענני, non omiſſo ו numeri pluralis, ut hoc verſu 9. fuerat ſcribendum. ...דתכון, *ſententia veſtra*, ſive conſilium veſtrum de me decipiendo, ut liquet ex rebus proximè ſequentibus; non autem *ſententia* mea de vobis capite plectendis; quanquam ita multi Interpretes.

15. דתא מהחצפה: Nos, *atrox decretum;* ſic ferè Græci Intt. γνώμη ἀναιδής. Agitur Edicti regii potiùs *atrocitas*, quàm *celeritas;* itaque malè plerique *feſtinans*, & rectè Caſtalio, *atrox*, qui ſignificatus tam proprius eſt verbo חצף Chaldaico, quàm ſignificatus, *feſtinans.*

22. ונהירא, *& lux.* Maſora, ונהורא; ita etiam Codices Orat. 42. & 53. Codex autem 57. נהרא. Infrà bis legitur נהירו, atque inde accedit nonnulla autoritas ſcriptioni hodiernæ נהירא.

24. על על: Semel tantùm legendum על, ut ſit præpoſitio *ad;* nam ſequitur verbum אזל, *ivit*, quod ſupervacaneum erit, ſi interpretabere על על, *ingreſſus eſt ad* (*Arioch.*) Mendum palam facit Arias, qui ſic interpretatur, *Daniel ingreſſus eſt,... abiit & dixit.*

29. רעיוניך, *cogitationes tuæ.* Rectè Maſora, רעיונך, ex formâ Chaldaicâ, & ſic lego in Codicibus Orat. 42. & 57.

30. לא בחכמה די איתי בי, *non ex ſapientiâ, quæ ſit in me.* Ita Syrus, *non quòd ſit in me*, multò meliùs quàm Vulgatus, qui, *ſapientiâ, quæ eſt in me plus quàm in cunctis viventibus*, quaſi Daniel de ſapientiâ ſuâ glorietur. ...ורעיוני לבבך תנדע, *& cogitationes cordis tui cognoſcas;* hoc eſt, ut cognoſcas

gnoſcas planè id, quod tacitâ mente agitabas, quid eſſet eventurum in poſteris diebus.

34. התגזרת אבן, *abſciſſus eſt lapis.* Addunt Græci Intt. ἐξ ὄρους, *ex monte;* quod non recuſandum quin addatur, ut potè ab Scribis omiſſum. Etenim, *abſciſſus eſt*, vix quidquam ſonat; niſi additur *unde* abſciſſus. Verſu 45. ait Daniel, *quòd autem vidiſti lapidem de monte abſciſſum*, quo ipſo Lectores docet, ſe anteà dixiſſe Regi de eo *monte*, quem nunc iterat, ſomnio explicando. Videtur olim ſcriptum fuiſſe אתגזרת, cum א, ut verſu 45. in quod א ſaltum fecerit Deſcriptor ex altero א, in quod deſinebat מטורא, *de monte*. אבן די לא בידין...: Verbum pro verbo, *lapis qui non in manibus*; ſive qui manu teneri non poſſet, idem, ac *lapis prægrandis.* Pertinet *non in manibus* ad lapidem, non autem ad *abſciſſus eſt*, quod verbum disjungitur à lapide per relativum די, *qui.* Ob eam cauſam non convertimus, *abſciſſus eſt ſine manibus*, quanquam ita plerique Interpretes, qui quidem omittunt relativum, non tamen omittendum.

38. דארין, *habitantes.* Meliùs Maſora, דיירין. Nam Chaldæi non mutant ו in א, ut ex דור, fieri poſſit דאר. Onkelos habet דירין, *Geneſis cap. 13. v. 13.*

39. מלכו אחרי, *alterum regnum;* adde די כסף, *argenteum*, quod legunt omnes Veteres, & quod legitur verſu 32.

40. רביעיא, *quartum.* Adhuc meliùs Maſora, רביעאה, ut anteà, v. 39. תליתאה, *tertium.*

43. & 44. מתערבין להון בזרע אנשא, *miſcebuntur inter ſe ſemine hominis*, ſive per matrimonia jungentur, ut accidit regibus Lagidis & Seleucidis. Nimirum caput ſtatuæ aureum ſignificabat regnum Chaldæorum; pectus & brachia argentea, regnum Medorum & Perſarum; venter & femora ærea, regnum Alexandri Magni, qui imperavit *univerſæ terræ;* crura ferrea & pedes partim ferrei, partim fictiles, regnum Græcorum conſtans ex Lagidis & Seleucidis, quod primùm domuit omnia, velut ferrum, deinde fuit ex parte ſolidum & ex parte infirmum, cùm nunc Lagidæ, nunc Seleucidæ eſſent ſuperiores; hoc erat regnum quartum. Ultimum fuit Romanorum, quod ortum eſt *in diebus regum illorum*, ſive adhuc ſtantibus regnis Ægypti & Syriæ, quodque *de monte* abſciſſum eſt, nempe Palatino, implevitque deinde orbem terrarum. Qui hoc regnum quintum de Meſſiæ regno interpretantur, ex eis quæri poteſt, 1°. quonam pacto id regnum fuerit *de monte* abſciſſum. Si *montem* cœlum intelligunt, quis eis concedet, ut Deus, in terras veniens, ſimilis eſſe videatur lapidi, qui ex ſummo monte ruit & ad ima provolvitur? 2°. Quæritur an regnum Meſſiæ contriverit omnia regna ſuprà-dicta. Nam Meſſias veniens in ſuum regnum, quod erat *cœlorum*, non *hujus mundi*, reliquit intactum regnum Romanorum; imò poſt Chriſtum natum floruit Romanum Imperium, & ſuos fines latiùs propagavit. Denique regnum Meſſiæ deſtruxit Religionem, non dominationem Romanorum. Ex quo ſequitur, ne figuram quidem eſſe poſſe regni Meſſiæ regnum Romanorum in *lapide*, qui mons magnus evadit, ſignificatum; quandoquidem regnum ejus regis, qui *arundinem quaſſatam non confringet*, nihil ſimile habere poteſt cum lapide, qui frangit obruitque omnia regna, quæ præceſſerunt. Et parùm firmamenti eſt in eo, quod quidam urgent, regnum *lapidis*, qui fit mons magnus, *in ſæcula* duraturum, nec *alteri* permittendum eſſe. Quippe לעלמין, *in ſæcula*, idem vocabulum eſt, quo Chaldæi utuntur, cùm regi dicunt, *rex in æternum vivat;* ut planum ſit ſignificari tantùm, id regnum, quod tangitur, ad multos dies permanſurum. Id verò, quod ſequitur, *nec alteri permittetur*, in oppoſitione eſt cum eo, quod dictum eſt de regnis duobus, quæ ſemine humano commiſcentur, ut ſignificetur, Imperium Rom. non abalienatum iri per matrimonia, ut accidit in regnis Lagidarum & Seleucidarum.

46. לנסכה לה, *pro eo libandis.* Ambiguitatem verborum retinemus, quia non dubium eſt quâ mente juſſerit Nabuchodonoſor afferri ad Danielem munus & odores. Nam, cùm deinde Rex confiteatur, Deum Danielis eſſe *Deum Deorum*, ſatis clara res eſt, non juſſiſſe regem, ut Danieli, tanquam Deo, ſacra fierent, ubi præſertim tales honores Daniel à ſe non deprecatur: ſed hoc voluiſſe Nabuchodonoſor, ut quæ ad ſacrificium neceſſaria eſſent, ad Danielem afferrentur, quoniam fortè Daniel ſignificârat, ſe Deo ſuo gratias acturum. Talem ſententiam adducunt duo vocabula מנחה & ניחחין, quæ uſurpari ſolent in ſacrificiis Judæorum. Conveniebant ſacrificio pro gratiis agendis, *munera & odores.*

CAPUT III.

Sidrac, Misach & Abdenago, quia statuam, quam erexit Nabuchodonosor, non adorant, conjiciuntur in fornacem ardentem, ex quâ exeunt incolumes, Deumque ipsorum laudat Nabuchodonosor.

1. *Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, cujus altitudo erat sexaginta cubitorum, latitudo sex cubitorum, statuitque eam in valle Dura provinciæ Babylonis.* 2. *Deinde Nabuchodonosor rex misit, qui congregarent satrapas, magistratus, judices, duces, tyrannos, præfectos, janitores, provinciarumque omnes principes, ut ad statuam dedicandam venirent, quam erexerat Nabuchodonosor rex,* 3. *Tum convenêre satrapæ, magistratus, judices, duces, tyranni, præfecti, janitores, provinciarumque omnes principes, ut statuam dedicarent, quam erexerat Nabuchodonosor rex, stabantque ante statuam, quam erexerat Nabuchodonosor rex.* 4. *Præco totis viribus clamabat; præcipitur vobis, Populi, Tribus & Linguæ,* 5. *Ut, cùm audietis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterii & symphoniæ, omniumque musicæ instrumentorum, procumbatis & statuam auream adoretis, quam erexit Nabuchodonosor rex.* 6. *Et quisquis non procumbet, nec adorabit, eâdem horâ projicietur in mediam fornacem ignis ardentis.* 7. *Ergo eo ipsô tempore, quo cuncti populi audierunt sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterii & symphoniæ, omniumque musicæ instrumentorum,*

1. נבוכדנצר מלכא עבד צלם
די דהב רומה אמין שתין פתיה
אמין שת · אקימה בבקעת דורא
במדינת בבל : 2. ונבוכדנצר
מלכא שלח למכנש לאחשדרפניא
סגניא ופחותא אדרגזריא גדבריא
דתבריא תפתיא וכל שלטני מדינתא
למתא לחנכת צלמא די הקים
נבוכדנצר מלכא : 3. באדין
מתכנשין אחשדרפניא סגניא
ופחותא אדרגזריא גדבריא דתבריא
תפתיא וכל שלטוני מדינתא לחנכת
צלמא די הקים נבוכדנצר מלכא ·
וקאמין לקבל צלמא די הקים
נבוכדנצר : 4. וכרוזא קרא
בחיל · לכון אמרין עממיא אמיא
ולשניא : 5. בעדנא די תשמעון
קל קרנא משרוקיתא קיתרס סבכא
פסנתרין סומפניה וכל זני זמרא
תפלון ותסגדון לצלם דהבא די
הקים נבוכדנצר מלכא : 6. ומן
די לא יפל ויסגד בה שעתא יתרמא
לגוא אתון נורא יקידתא : 7. כל
קבל דנה בה זמנא כדי שמעין
כל עממיא קל קרנא משרוקיתא
קיתרס שבכא פסנטרין וכל זני
זמרא נפלין כל עממיא אמיא ולשניא
סגדין לצלם דהבא די הקים נבוכדנצר
מלכא : 8. כל קבל דנה בה זמנא
קרבו גברין כשדאין · ואכלו קרציהון
די יהודיא : 9. ענו ואמרין
לנבוכדנצר מלכא · מלכא לעלמין
חיי : 10. אנתה מלכא שמת
טעם די כל אנש די ישמע קל

omnes Populi & Tribus & Linguæ
procubuerunt , & statuam auream
adoraverunt , quam erexerat Nabu-
chodonosor rex. 8. *Eodem autem*
tempore accesserunt homines Chaldæi,
ut Judæos accusarent ; 9. *Et Nabu-*
chodonosor regi hæc dixerunt ; Rex
in æternum vivat. 10. *Tu , Rex ,*
edictum fecisti , ut omnis homo , qui
audierit sonitum tubæ , fistulæ , ci-
tharæ , sambucæ , psalterii , sym-
phoniæ , omniumque musicæ instru-
mentorum , procumbat & adoret
statuam auream ; 11. *Et ut , si quis*
non procubuerit , nec adoraverit ,
mittatur in mediam fornacem ignis
ardentis. 12. *Sunt homines Judæi ,*
Sidrach , Misach & Abdenago , quos
præfecisti negotiis provinciæ Baby-
lonis ; illi homines, ô Rex, tuo edic-
to non moventur ; Deos tuos non co-
lunt , & statuam auream , quam ere-
xisti , non adorant. 13. *Tum Nabu-*
chodonosor , iratus & fremens , addu-
ci jubet Sidrach , Misach & Abde-
nago ; qui homines ante regem statim
adducti sunt. 14. *Quibus Nabucho-*
donosor ; verum-ne est , inquit , Si-
drach , Misach & Abdenago , vos
non colere Deos meos , nec adorare
statuam , quam erexi ? 15. *Nunc*
igitur , an parati estis , simul atque
audieritis sonitum tubæ , fistulæ , ci-
tharæ , sambucæ , psalterii , omnium-
que musicæ instrumentorum , procum-
bere & adorare statuam , quam feci ?
Quòd si non adoratis , eâdem horâ
projiciemini in mediam fornacem ig-
nis ardentis. Et quis Deus est , qui
vos liberet de manibus meis ? 16. *Si-*
drach , Misach & Abdenago regi
Nabuchodonosor hæc responderunt :
non opus est nos tibi de eâ re dare
ullum responsum. 17. *Est enim Deus,*

קרנא משרוקיתא קיתרס שבכא
פסנתרין וסיפניא וכל זני זמרא יפל
ויסגד לצלם דהבא : 11. ומן די
לא יפל ויסגד יתרמא לגוא אתון
נורא יקידתא : 12. איתי גברין
יהודאין די מנית יתהון על עבידת
מדינת בבל שדרך מישך ועבד
נגו · גבריא אלך לא שמו עליך
מלכא טעם · לאלהיך לא פלחין
ולצלם דהבא די הקימת לא סגדין :
13. באדין נבוכדנצר ברגז וחמא
אמר להיתיה לשדרך מישך ועבד
נגו · באדין גבריא אלך היתיו קדם
מלכא : 14. ענה נבוכדנצר ואמר
להון · הצדא שדרך מישך ועבד
נגו לאלהי לא איתיכון פלחין ולצלם
דהבא די הקימת לא סגדין : 15.
כען הן איתיכון עתידין די בעדנא
די תשמעון קל קרנא משרוקיתא
קיתרס שבכא פסנתרין וסומפוניה
וכל זני זמרא תפלון ותסגדון
לצלמא די עבדת · והן לא תסגדון
בה שעתא תתרמון לגוא אתון נורא
יקדתא · ומן הוא אלה די ישיזבנכון
מן ידי : 16. ענו שדרך מישך
ועבד נגו ואמרין למלכא נבוכדנצר·
לא חשחין אנחנא על דנה פתגם
להתבותך : 17. הן איתי אלהנא
די אנחנא פלחין יכל לשיזבותנא ·
מן אתון נורא יקדתא ומן ידך מלכא
ישזיב : 18. והן לא · ידיע להוא
לך מלכא די לאלהיך לא איתנא
פלחין ולצלם דהבא די הקימת לא
נסגד :
19. באדין נבוכדנצר התמלי חמא
וצלם אנפוהי אשתנו על שדרך
מישך ועבד נגו · ענה ואמר למזא
לאתונא חד שבעה על די חזה
למזיה : 20. ולגברין גברי חיל די
בחילה אמר לכפתה לשדרך מישך
ועבד נגו למרמא לאתון נורא
יקדתא : 21. באדין גבריא אלך כפתו
בסרבליהון פטישיהון וכרבלתהון
ולבושיהון · ורמיו לגוא אתון נורא

quem nos colimus, qui potest nos eri-
pere de fornace ignis ardentis, & de
manibus tuis, ô Rex, liberare.
18. *Quòd si non ita futurum est, ta-*
men scito, Rex, nos non colere Deos
tuos, nec adorare statuam auream,
quam erexisti. 19. *Tum Nabuchodo-*
nosor plenus fuit irarum, & mutatus
est vultus ejus super Sidrach, Mi-
sach & Abdenago, jussitque ut for-
nax incenderetur septuplum, quàm
incendi solebat. 20. *Et mandatum*
fecit viris fortibus de suo exercitu,
ut ligarent Sidrach, Misach & Ab-
denago, projicerentque eos in forna-
cem ignis ardentis. 21. *Illi homines*
confestim ligati sunt cum saraballis
suis, cum thiaris, cum caligis & ves-
tibus, & projecti sunt in mediam for-
nacem ignis ardentis. 22. *Quippe ur-*
gebant mandata regis, & fornax erat
accensa mirabiliter, & homines eos,
qui Sidrach, Misach & Abdenago
projecerunt, interfecit flamma ignis.
23. *Viri autem illi tres, Sidrach,*
Misach & Abdenago ligati cecide-
runt in mediam fornacem ignis ar-
dentis. [*Angelus autem Domini*
descendit cum Azariâ & sociis ejus,
in fornacem, & excussit flammam
ignis de fornace, & ambulabant in
medio flammæ laudantes Deum, &
benedicentes Domino.] 24. *Tunc*
Nabuchodonosor rex obstupuit, &
surgens celeriter, ait optimatibus
suis: non-ne homines tres conjeci-
mus in mediam fornacem ignis ar-
dentis, ligatos? Illi respondentes re-
gi dixerunt; ita est, ô Rex. 25. *Tum*
Rex; ego, inquit, video viros qua-
tuor solutos, qui medium per ignem
ambulant, & ne læsi quidem sunt, &
quarti species similis est filio Deo-
rum. 26. *Deinde accessit Nabucho-*

יקידתא ׃ 22. כל קבל דנה מן די
מלת מלכא מחצפה · ואתונא אזה
יתירה · גבריא אלך די הסקו לשדרך
מישך ועבד נגו קטל המון שביבא
די נורא ׃ 23. וגבריא אלך תלתהון
שדרך מישך ועבד נגו נפלו לגוא
אתון נורא יקדתא מכפתין ׃
24. אדין נבוכדנצר מלכא תוה וקם
בהתבהלה · ענה ואמר להדברוהי ·
הלא גברין תלתה רמינא לגוא
נורא מכפתין · ענין ואמרין למלכא ·
יציבא מלכא ׃ 25. ענה ואמר ·
הא אנה חזה גברין ארבעה שרין
מהלכין בגוא נורא · וחבל לא איתי
בהון · ורוה די רביעיא דמה לבר
אלהין ׃ 26. באדין קרב נבוכדנצר
לתרע אתון נורא יקדתא · ענה
ואמר · שדרך מישך ועבד נגו
עבדוהי די אלהא עליא פוקו ואתו ·
באדין נפקין שדרך מישך ועבד
נגו מן גוא נורא ׃ 27. ומתכנשין
אחשדרפניא סגניא ופחותא והדברי
מלכא חזין לגבריא אלך די לא
שלט נורא בגשמהון · ושער ראשהון
לא התחרך · וסרבליהון לא שנו ·
וריח נור לא עדת בהון ׃ 28. ענה
נבוכדנצר ואמר · בריך אלההון די
שדרך מישך ועבד נגו די שלח
מלאכה ושזיב לעבדוהי די התרחצו
עלוהי ומלת מלכא שניו ויהבו
גשמיהון די לא יפלחון ולא יסגדון
לכל אלה להן לאלההון ׃ 29. ומני
שים טעם די כל עם אמה ולשן די
יאמר שלה על אלההון די שדרך
מישך ועבד נגוא הדמין יתעבד וביתה
נולי ישתוה · כל קבל די לא איתי
אלה אחרן די יכל להצלה כדנה ׃
30. באדין מלכא הצלח לשדרך
מישך ועבד נגו במדינת בבל ׃
31. נבוכדנצר מלכא לכל עממיא
אמיא ולשניא די דארין בכל ארעא
שלמכון ישגא ׃ 32. אתיא ותמהיא
די עבד עמי אלהא עליא שפר קדמי
להחויה ׃ 33. אתוהי כמה רברבין
ותמהוהי

donoſor ad januam fornacis flammæ ardentis, & dixit clamans: Sidrach, Miſach & Abdenago, ſervi Dei Altiſſimi, egredimini & venite; tum Sidrach, Miſach & Abdenago mediâ ex fornace egreſſi ſunt: 27. Et congregati ſatrapæ, magiſtratus, duces & optimates regis homines eos viderunt, ut in eorum corpora nihil ignis potuerat, ut capillus capitis eorum non erat aduſtus, nec ſaraballa eorum mutata, neque in eis ſpirabat ignis odor. 28. Tum Nabuchodonoſor exclamans; benedictus ſit, inquit, Deus Sidrach, Miſach & Abdenago, qui miſit Angelum ſuum, & liberavit ſervos ſuos, qui in eum ſperaverunt, ut edictum regium non curarent, quique corpora ſua tradiderunt, ne colerent & adorarent ullum Deum, præter Deum ſuum. 29. A me igitur Lex hæc conſtituitur, ut quæcunque natio, vel Tribus, vel Lingua, de Deo, quem colunt Sidrach, Miſach & Abdenago, contumelioſè quidquam dixerit, membratim diſcerpatur, & ut domus ejus publicetur; quandoquidem non alius Deus eſt, qui poſſit ita liberare. 30. Tum rex amplificavit Sidrach, Miſach & Abdenago in provinciâ Babylonis. 31. Nabuchodonoſor rex omnibus populis & Tribubus & Linguis, quæ habitant in univerſâ terrâ: pax plurima vobiſcum ſit. 32. Viſum eſt mihi, declarare ſigna & prodigia, quæ fecit apud me Deus Altiſſimus. 33. Quàm magna ſunt ſigna ejus, miracula ejus quàm ſtupenda! Regnum ejus regnum ſæculorum; imperium ejus ad perpetuas generationes.

ותמהוהי כמה תקיפין · מלכותה
מלכות עלם ושלטנה עם דר ודר :

2. תפתיא: Nos, *janitores*, ut Judæi quidam convertunt. Erat ampliſſimum munus janitorum, ut apparet ex eo, quòd Daniel fuit conſtitutus, *in portâ Regis:* vide finem capitis ſuperioris.

3. וקאמין, *& ſtabant.* Rectè Maſora וקיימין; etenim קאמין, Arabicum potiùs, quàm Chaldaicum. Codices variant. Unus קימין, alter קיימין, tertius קאימין.

8. ואכלו קרציהון: Verbum de verbo, *ut divulgarent accuſationes ſuas;* ſive ut per apertam accuſationem palàm facerent criminationes, quas dudum meditabantur.

12. לא שמו עליך... טעם, *non æſtimârunt, propter te,... decretum*, ſive tuâ majeſtate non ſunt permoti, ut edicto tuo parerent. Eadem loquendi forma reperitur, cap. 6. v. 14. Eſt Chaldaicè, ut & Samariticè, שום, *æſtimare.* ...לאלהיך, *Deos tuos.* Meliùs לאלהך, ex formâ Chald. plurali, quam habent duo Codices. Nam tanguntur *Dii* generatim, non unus Deus, quem ſtatua aurea exhiberet. Non erat formæ humanæ ſtatua, ut planum eſt ex ſtatuæ ipſis menſuris. Quippe ſtatua erat decuplo altior, quàm latior; ſed tamen in ſtatuâ, quæ ſpeciem haberet, ſeu columnæ, ſeu pyramidis, poterant exhiberi Dii plures, per Hieroglypha.

14. הצדא, *an de induſtriâ.* Parùm appoſitè ad ſententiam. Nam, cùm Judæi tres non abeſſent, ut fortè aberat Daniel, cùmque adeò non neſcirent cujuſmodi eſſet regis decretum, planum & apertum erat, eos Regi non paruiſſe *de induſtriâ*, ſive ſtatuiſſe apud ſe, ut edicto non parerent. Veteres Intt. *verè-ne*, quia legunt היציבא, ut verſu 24. nec aliter legendum, cùm ſignificatus *verè* non conveniat verbo צדא in ullâ ex veteribus Linguis: vide, ſi juvat, Edm. Caſtellum.

15. הן איתיכון עתידין, *an parati eſtis?* Quippe interrogat הן Chaldaicè, ut Hebraicè. Si convertes, *ſi parati eſtis*, ſuſpenſa erit oratio, ut videre licet apud Vulgatum.

19. אשתנו, *mutatus eſt.* Rectè Maſora אשתני, & ſic legitur in Codice Reg. 29. quem ſæpe laudavimus. Reſpuit ו in fine verbi numerus ſing. אנפוהי, *vultus ejus.*

22. מחצפה, *urgebat.* Hoc verbum notat mandati regii ſeveritatem, ſive atrocitatem, non autem ejus exſequendi celeritatem. Nam celeritas ſignificatur, verſu inferiore, in verbo בהתבהלה. Sic diſtinguebantur hæc duo vocabula, cap. 2. w. 15. & 25. quos vide.

24. אדין... מלכא תוה, *tum rex... obſtupuit.* Mutilum hoc loco habemus hodiernum Contextum, in quo nihil apparet ſuprà, unde rex obſtupeſcere deberet. Mox dictum eſt, cecidiſſe homines tres in fornacem ligatos; nihil erat, cur in eâ re rex obſtuperet; & cum rex dicat continenter, *non-ne video hominem quartum?* ſole clarius eſt, anteà narratum fuiſſe id, quod ex Vulgato ſupplemus, deſcendiſſe in fornacem Angelum, & per verba regis id redintegrari, quod fuiſſet anteà narratum; non igitur recuſandum eſſe, quin addantur duo verſus, qui apud Vulgatum ſunt 49us. & 24us.

25. & 26. רביעיא, *quartum.* Lege רביעאה, ut suprà emendavimus, & ita hîc Codex Reg. 29. sic v. 26. עליא, legendum עלאה, *Altissimi*, quomodò & versu 32.

28. & 29. גשמיהון, *corpora sua.* Rectè Masora, גשמהון, ut versu 27. Ita etiam hoc versu 28. Codex Orat. 53. ...די אמר שלה, *quæ dixerit contumeliam*, ex Chaldaico significatu verbi שלה, *spernere*, *aspernari.* Masora, שלו, & ita Codex Orat. 53. ...עבד נגוא, *Abdenago.* Tolle א, quod quidem abest in quatuor Codicibus.

CAPUT IV.

Somnium regis Nabuchodonosor de arbore procerâ, quæ, jubente Angelo, succiditur. Id somnium Daniel de ipso Rege interpretatur, qui throno suo pellitur, & cum bestiis agri comedit herbas per tempora septem; deinde ad statum suum pristinum revocatur.

1. *Ego Nabuchodonosor, cùm*
quietus essem in domo meâ, & florens
in palatio meo, 2. *Somnium vidi,*
quod me perterruit; cogitationes meæ
in lecto meo, & visa capitis mei me
conturbaverunt. 3. *Et feci edictum,*
ut adducerentur ad me omnes sapien-
tes Babylonis, ut somnii interpreta-
tionem mihi declararent. 4. *Tum ve-*
nerunt ad me divini, magi, Chaldæi
& aruspices, quibus astantibus ego
narravi somnium, neque illi potue-
runt aperire mihi ejus interpretatio-
nem; 5. *Donec novissimus accessit ad*
me Daniel, cujus nomen Baltassar,
de nomine Dei mei, & in quo est
spiritus Sanctorum Deorum; ego,
eo astante, narravi somnium. 6. *Bal-*
tassar, princeps Divinorum, quem novi
præditum esse spiritu sanctorum Deo-
rum, & cui nullum secretum difficile
est, attende somnium, quod vidi, &
declara ejus interpretationem. 7. *Hæc*
fuerunt visa capitis mei, cùm in lecto
meo essem. Ego aspiciebam, cùm appa-
ruit arbor in mediâ terrâ magnæ pro-
ceritatis. 8. *Arbor creverat & robusta*
erat; summitas ejus tangebat cœlos,
& pertinere videbatur usque ad terræ

1. אנה נבוכדנצר שלה הוית
בביתי ורענן בהיכלי : 2. חלם
חזית וידחלנני · והרהרין על משכבי
וחזוי ראשי יבהלנני : 3. ומני שים
טעם להנעלה קדמי לכל חכימי
בבל · די פשר חלמא יהודענני : 4.
באדין עללין חרטמיא אשפיא
כשדיא וגזריא · וחלמא אמר אנה
קדמיהון · ופשרה לא מהודעין לי :
5. ועד אחרין על קדמי דניאל די
שמה בלטשאצר כשם אלהי ודי
רוח אלהין קדישין בה · וחלמא
קדמוהי אמרת : 6. בלטשאצר
רב חרטמיא די אנה ידעת די רוח
אלהין קדישין בך וכל רז לא אנס
לך · חזוי חלמי די חזית ופשרה
אמר : 7. וחזוי ראשי על משכבי
חזה הוית · ואלו אילן בגוא ארעא
ורומה שגיא : 8. רבה אילנא
ותקף · ורומה ימטא לשמיא וחזותה
לסוף כל ארעא : 9. עפיה שפיר
ואנבה שגיא · ומזון לכלא בה ·
תחתוהי תטלל חיות ברא ובענפוהי
ידרון צפרי שמיא · ומנה יתזין כל
בשרא : 10. חזה הוית בחזוי
ראשי על משכבי · ואלו עיר וקדיש
מן שמיא נחת : 11. קרא בחיל
וכן אמר · גדו אילנא וקצצו ענפוהי ·
אתרו עפיה ובדרו אנבה · תנד

fines. 9. Pulchra erant ejus folia &
multi fructus ; cibus omnium erat in
eâ ; sub umbrâ ejus erant bestiæ agri ;
in ramis ejus habitabant aves cœlo-
rum ; indeque omnis caro alebatur.
10. *Ego hæc aspiciebam per visa ca-*
pitis mei , lecto decumbens ; ecce verò
æmulator & sanctus de cœlo descendit;
11. *Qui totis viribus clamans , hæc*
locutus est : succidite arborem , præci-
dite ramos ejus , excutite folia ejus ,
dispergite fructus ejus ; fugiant bestiæ,
quæ subter eam sunt , & volucres de
ramis ejus. 12. *Sed stirpem radicum*
ejus in terrâ & in herbis agri relinquite
cum vinculo ferreo & æreo , & rore
cœli tingatur , & sors ejus sit cum bes-
tiis in herbâ terræ. 13. *Cor ejus ab hu-*
mano mutetur ; sit ei cor ferarum , &
super eo tempora septem mutentur.
14. *Hæc sententia in decreto est æmu-*
latorum ; hoc edictum petitio est sanc-
torum , ut cognoscant viventes , Do-
minari Altissimum in regnum homi-
num , & cui velit , illud tradere , & in
eo confirmare homines abjectissimos.
15. *Hoc somnium vidi ego rex Na-*
buchodonosor ; tu verò Baltassar de-
clara interpretationem ; omnes enim
regni mei sapientes non potis fuerunt
ostendere mihi interpretationem. Sed
tu potes , quoniam præditus es spiritu
Sanctorum Deorum. 16. *Tum Da-*
niel , cui nomen Baltassar , tacitus
obstupuit ferè unâ horâ ; nam cogi-
tationes ejus eum conturbabant ; Rex
autem eum alloquens ; ne te , inquit ,
Baltassar , conturbet somnium ejus-
que interpretatio. Respondit Baltas-
sar, dixitque : Domine mî, somnium
sit pro inimicis tuis , interpretatio
ejus pro iis , qui tibi adversantur.
17. *Arbor , quam vidisti , procera &*
robusta , cujus summitas tangebat cæ-

חיותא מן תחתוהי וצפריא מן
ענפוהי : 12. ברם עקר שרשוהי
בארעא שבקו ובאסור די פרזל
ונחש בדתאא די ברא · ובטל שמיא
יצטבע · ועם חיותא חלקה בעשב
ארעא : 13. לבבה מן אנושא
ישנון ולבב חיוא. יתיהב לה · ושבעה
עדנין יחלפון עלוהי : 14. בגזרת
עירין פתגמא ומאמר קדישין
שאלתא · עד דברת די ינדעון חייא
די שליט עליא במלכות אנושא ·
ולמן די יצבא יתננה · ושפל אנשים
יקים עליה : 15. דנה חלמא חזית
אנה מלכא נבוכדנצר · ואנתה
בלטשאצר פשרא אמר כל קבל
די כל חכימי מלכותי לא יכלין
פשרא להודעותני · ואנתה כהל די
רוח אלהין קדישין בך : 16. אדין
דניאל די שמה בלטשאצר אשתומם
כשעה חדא ורעינהי יבהלנה · ענה
מלכא ואמר · בלטשאצר חלמא
ופשרא אל יבהלך · ענה בלטשאצר
ואמר · מראי חלמא לשנאיך ופשרה
לעריך : 17. אילנא די חזית די
רבה ותקף ורומה ימטא לשמיא
וחזותה לכל ארעא : 18. ועפיה
שפיר ואנבה שגיא ומזון לכלא בה ·
תחתוהי תדור חיות ברא ובענפוהי
ישכנן צפרי שמיא : 19. אנתה
הוא מלכא די רבית ותקפת · ורבותך
רבת ומטת לשמיא · ושלטנך לסוף
ארעא : 20. ודי חזא מלכא עיר
וקדיש נחת מן שמיא ואמר · גדו
אילנא וחבלוהי · ברם עקר שרשוהי
בארעא שבקו ובאסור די פרזל
ונחש בדתאה די ברא · ובטל
שמיא יצטבע · ועם חיות ברא חלקה
עד די שבעה עדנין יחלפון עלוהי :
21. דנה פשרא מלכא וגזרת עליא
היא די מטת על מראי מלכא :
22. ולך טרדין מן אנשא · ועם
חיות ברא להוה מדרך · ועשבא
כתורין לך יטעמון · ומטל שמיא
לך מצבעין · ושבעה עדנין יחלפון

los, quæ ad fines terræ pertinere videbatur, 18. Cujus folia pulchra & multi fructus; in quibus erat omnium cibus, ſubter quam terræ beſtiæ habitabant, & in cujus ramis ſedebant aves cœlorum; 19. Tu ipſe es, ô Rex, qui creviſti & validus es, cujus magnitudo ad ſummum venit, & attingit cœlos, cujus dominatus ad ultimos uſque terræ fines. 20. Quòd autem vidit Rex æmulatorem & ſanctum de cœlo deſcendere, atque hæc jubere: ſuccidite arborem & diſſipate illam, ſed ſtirpem radicum ejus relinquite in terrâ & in herbis agri, cum vinculo ferreo & æreo, & rore cœli tingatur, & ſors ejus ſit cum beſtiis terræ, donec ſuper eo ſeptem tempora mutentur. 21. Hæc eſt, ô Rex, interpretatio; hæc eſt Altiſſimi ſententia, quæ perveniet ad Dominum meum Regem. 22. Expellent enim te ex hominibus, eritque habitatio tua cum terræ beſtiis; herbæ à te, veluti à bove, paſcentur; cœli te rore madefacient, & tempora ſeptem ſuper te mutabuntur, donec cognoſcas, Altiſſimum dominari in regnum hominum, & cui velit, illud tradere. 23. Quòd autem mandatum fuit, ut ſtirps arboris in terrâ relinqueretur, tuum tibi regnum manebit, poſtquàm cognoveris, eſſe in cœlis ſupremam poteſtatem. 24. Quamobrem placeat tibi, ô Rex, conſilium meum; peccata tua eleemoſynis redime; beneficentiâ in pauperes, iniquitates tuas: ita errori tuo ſubvenietur. 25. Hæc omnia in regem Nabuchodonoſor advenerunt. 26. Poſt menſes duodecim in palatio regum Babylonis Rex deambulabat, 27. Atque hæc loquebatur; hæc illa eſt Babylon magna, quam ego potentiâ meâ magnâ ædificavi regni ſedem, & decus meæ

עליך עד די תנדע די שליט עליא
במלכות אנשא ולמן די יצבא
יתנגה : 23. ודי אמרו למשבק
עקר שרשוהי די אילנא · מלכותך
לך קימא מן די תנדע די שליטן
שמיא : 24. להן מלכא מלכי
ישפר עליך · וחטיך בצדקה פרק
ועויתך במחן ענין · הן תהוה ארכא
לשלותך : 25. כלא מטא על
נבוכדנצר מלכא :
26. לקצת ירחין תרי עשר על
היכל מלכותא די בבל מהלך הוה :
27. ענה מלכא ואמר · הלא דא
היא בבל רבתא די אנה בניתה
לבית מלכו בתקף חסני וליקר
הדרי : 28. עוד מלתא בפם מלכא
קל מן שמיא נפל · לך אמרין
נבוכדנצר מלכא · מלכותא עדרת
מנך : 29. ומן אנשא לך טרדין ·
ועם חיות ברא מדרך · עשבא
כתורין לך יטעמון · ושבעה עדנין
יחלפון עליך עד די תנדע די שליט
עליא במלכות אנשא ולמן די יצבא
יתננה : 30. בה שעתא מלתא
ספת על נבוכדנצר · ומן אנשא
טריד · ועשבא כתורין יאכל · ומטל
שמיא גשמה יצטבע עד די שערה
כנשרין רבה וטפרוהי כצפרין :
31. ולקצת יומיא אנה נבוכדנצר
עיני לשמיא נטלת · ומנדעי עלי
יתוב ולעליא ברכת · ולחי עלמא
שבחת והדרת די שלטנה שלטן
עלם ומלכותה עם דר ודר : 32.
וכל דארי ארעא כלה חשיבין ·
וכמצביה עבד בחיל שמיא ודארי
ארעא · ולא איתי די ימחא בידה
ויאמר לה · מה עבדת : 33. בה
זמנא מנדעי יתוב עלי · וליקר
מלכותי הדרי וזיוי יתוב עלי · ולי
הדברי ורברבני יבעון · ועל מלכותי
התקנת · ורבו יתירה הוספת לי :
34. כען אנה נבכדנצר משבח
ומרומם ומהדר למלך שמיא
די כל מעבדוהי קשוט וארחתה
דין

majestatis. 28. *Adhuc erat verbum in ore regis, cùm vox de cœlo hæc lapsa est: Nabuchodonosor rex, hoc de te decernitur; transfertur à te regnum tuum.* 29. *En te ex hominibus ejecturi sunt homines; erit habitatio tua cum terræ bestiis; herbæ te pascent veluti bovem, & septem tempora super te mutabuntur, donec scias, Altissimum dominari in regnum hominum, & cui voluerit, illud tradere.* 30. *Eâdem horâ sermo completus est super Nabuchodonosor; ejectus fuit ex hominibus; fœnum cōmedit, veluti boves, & rore cœli corpus ejus tinctum est, donec capilli ejus, ut aquilarum, & ungues ejus, velut avium, crescerent.* 31. *Ego igitur, Nabuchodonosor, transactis diebus, sustuli ad cœlum oculos meos, rediitque in me sensus meus; ego benedixi Altissimo; ego ei, qui vivit in sæcula, dedi gloriam & laudem, quoniam potestas ejus potestas æterna est, regnumque ejus ad perpetuas generationes;* 32. *Et omnes terræ habitatores quasi nihil ipsi videntur; facit juxta voluntatem suam & exercitibus cœli & terræ habitatoribus, nec est qui cohibeat manum ejus, vel dicat ei, quare sic fecisti?* 33. *Eodem tempore rediit in me sensus meus, & ad regni mei splendorem majestas mea & gloria mihi restituta est; requisierunt me mei optimates & magistratus; confirmatus sum in regno meo, & addita est mihi magnitudo amplior.* 34. *Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo Deum cœlorum; do gloriam & honorem ei, cujus omnia opera veritas sunt, cujus viæ judicia, quique deprimere eos potest, qui superbè incedunt.*

דין ודי מהלכין בגוה יכל להשפלה׃

---

1. אנה נביכדנצר, *ego Nabuchodonosor.* Quidam existimant, hoc capitis initio continuari ea, quæ dicta sunt in fine capitis superioris; itaque hujus capitis 4. initium sumi potuisse ab versu 31. capitis 3. in quo exordium habet edictum Nabuchodonosor. Sed nihil est in Sacrâ Paginâ, unde constet idem esse utrobique edictum. Imò apparet ex *signis & prodigiis*, quæ memorat rex in fine capitis superioris, tangi prodigium, per quod Judæi tres fuerant immunes ab igne fornacis, non autem id, quod sibi acciderat, cùm fuit ad feras amandatus, deinde in solium suum revocatus. Nam de eâ re laudans Deum, capite hoc 4. desinente, non jam memorat *signa & prodigia;* hoc tantùm dicit, quod erat ad rem accommodatum, Dei esse reges extollere, ac deprimere. Itaque aliud edictum videtur esse illud breve, in quo definit caput 3. aliud hoc longius de somnio regis ejusque interpretatione ac eventu. Quòd si hæc duo sunt diversa edicta, ut esse apparet, nihil jam causæ est, cur credamus ultimis annis Nabuchodonosor accidisse, ut tres Judæi in fornacem conjicerentur, ut visum est Edmundo Calmet, quoniam, inquit, ultimis annis regni sui Nabuchodonosor fuit solio pulsus & ad feras amandatus. Nam ubi edicta duo sunt, non unum & idem, nihil dici potest, cur tempora eadem sint accensæ fornacis, & regis solio pulsi.

4. & 5. עללין: Rectè Masora, עלין, *intrantes*, sublato altero ל. ...עד אחרין: Etiam rectè Masora אחרן, sine י, ut lego in quatuor Codicibus, *donec novissimus (Daniel venit.)* Non rectè *collega*, quanquam ita Hieronymus ex Aquilâ, Symmacho & Theodotione, ubi non legitur אחרנא, *collega noster.* Esset quidem אחרן, *collega noster*, Syriacè, si אחר, significaret *collegam.* Sed talis significatus nec Syriacæ Linguæ est, nec Chaldaicæ.

6. חזוי הלמי, *attende somnium meum.* Nimirum חזוי, Modi est Imperativi, quomodò צוי, *jube*, ex צוה. Sic ferè Græci Intt. ἄκουσον, *audi.* Significat חזה, non modò *videre*, sed *attendere*, *considerare*, ut חזא, Syriacum. Vulgatus, *visionem somniorum meorum (& solutionem... narra.)* Tamen narravit somnium ipse Nabuchodonosor, non Daniel. In eam culpam abreptus est Vulgatus, quia credidit, חזוי esse nomen, non verbum.

10. עיר, *æmulator*, idem ferè ac ער, *adversarius*, vel ex ערר, *adversari*, vel ex עיר, *suscitare;* Arabicè עאר, *percutere*, *ictum infligere;* unde עירר, *æmulator*, *zelotes.* Ideò Angelus vocatur *æmulator*, quia ultor superbiæ regis Nabuchodonosor. Plerique, post Vulgatum, *vigil*, minùs aptè ad somnii speciem. ...מן אנושא ישנון, *(cor ejus) ab homine mutetur.* Rectè Masora, אנשא, sine ו; sic etiam sine ו legendum ישנן, ne sit numerus pluralis. Ex hoc loco id unum colligi potest, mentem regis sic fuisse mutatam, ut non jam sibi ipse homo, sed animal esse videretur, ut-

que adeò ſponte ſuâ inter feras degeret, nec humanum victum cultumque deſideraret. Nihil deinde legitur de formâ ejus immutatâ. Itaque reptabat manibus pedibuſque, de more cæterorum animalium, eâ unâ re homini diſſimilis, quòd creverant ei, velut aquilæ, pili & ungues. ...שבעה עדנין, *ſeptem tempora*, ſive ſeptem anni ætates; quas quidem anni ætates quomodo Chaldæi numerarent, prorſus incertum. Non indicant *tempora*, nec annos, nec menſes. Nam hoc ipſo capite notatur *menſis* per verbum ירח, verſù 26. *annus* autem Chaldaicè, ut Hebraicè, demonſtratur per verbum שנה, non per עדן, *tempus*.

24. עליך · וחטיך: Rectè Maſora עלך, *tibi*, & חטאך, *peccata tua*. Sæpe א & י hoc capite, unum pro altero ſcripta ſunt. Lego חטאך, in tribus Codicibus. ...בצדקה: Optimè Vulgatus, *eleemoſynis*, ſive *beneficentiâ*, quam vim ſæpe habet nomen צדקה, & quam poſtulant hoc loco ענין, *pauperes*. Idem Vulgatus minùs rectè לשלותך, *delictis tuis*; nam ארכא, *ſanatio*, nullibi demonſtrat veniam delictorum. Inſiſtendum eſt in *ſanatione erroris*, quibus verbis notatur hæc mentis abalienatio, per quam Rex ablegabat ſeipſum ab ſocietate humanâ.

28. בפם, *in ore*. Legendum plenè בפום, ut lego in Codice Regio 29. & in Oratorienſi 42.

CAPUT V.

Baltaſar in convivio jubet afferri vaſa Templi Dei, in quibus vina miſcet cum principibus viris & mulieribus. Illicò apparet manus, quæ ſcribit in muro, *Mane, Thecel, Phares*; quæ verba Daniel coram rege interpretatur. Eâdem nocte Baltaſar occiditur.

1. *Baltaſar rex fecit convivium*
magnum optimatibus ſuis mille; vi-
num millibus miniſtrabatur. 2. *Bibe-*
bat Baltaſar, & cùm vino incaluiſſet,
juſſit afferri vaſa aurea & argentea,
quæ aſportaverat Nabuchodonoſor
pater ejus ex Templo Jeruſalem, ut
in eis biberent rex & optimates ejus,
uxores ejus & concubinæ. 3. *Tunc al-*
lata ſunt vaſa aurea, quæ deportata
fuerant ex Templo domûs Dei, quod
fuerat in Jeruſalem, biberuntque in
eis rex, optimates ejus, uxores ejus
& concubinæ. 4. *Vinum bibebant,*
laudabantque unà Deos ſuos aureos,
argenteos, æreos, ferreos, ligneos &
lapideos. 5. *Eâdem horâ exorti ſunt*
digiti humanæ manûs, qui in tectorio
muri palatii regis prope candelabrum
ſcribebant; viditque rex articulos ma-
nûs ſcribentis. 6. *Tum regi mutatus*
eſt color, & mente ejus concuſſâ, com-
pages renum ejus diſſolutæ ſunt; ge-
nua ejus unum ad alterum allideban-

1. בלשאצר מלכא עבד לחם רב
לרברבנוהי אלף · ולקבל אלפא חמרא
שתה : 2. בלשאצר אמר בטעם
חמרא להיתיה למאני דהבא וכספא
די הנפק נבוכדנצר אבוהי מן היכלא
די בירושלם · וישתון בהון מלכא
ורברבנוהי שגלתה ולחנתה : 3.
באדין היתיו מאני דהבא די הנפקו
מן היכלא די בית אלהא די
בירושלם · ואשתיו בהון מלכא
ורברבנוהי שגלתה ולחנתה : 4.
אשתיו חמרא · ושבחו לאלהי דהבא
וכספא נחשא פרזלא אעא ואבנא :
5. בה שעתא נפקו אצבען די יד
אנש וכתבן לקבל נברשתא על
גירא די כתל היכלא די מלכא ·
ומלכא חזה פס ידא די כתבא : 6.
אדין מלכא זיוהי שנוהי · ורעינהי
יבהלונה · וקטרי חרצה משתרין ·
וארכבתה דא לדא נקשן : 7. קרא
מלכא בחיל להעלה לאשפיא כשדיא
וגזריא · ענה מלכא ואמר לחכימי
בבל די כל אנש די יקרה כתבה
דנה ופשרה יחונני · ארגונא ילבש ·

tur. 7. Rex, totis viribus clamans,
jussit adduci magos, Chaldæos &
aruspices, & alloquens sapientes Ba-
bylonis, edixit, ut quicunque homo
legeret hanc scripturam, interpreta-
tionemque ejus aperiret, purpurâ in-
dueretur, haberetque in collo torquem
aureum, & in regno tertius imperaret.
8. Tunc ingressi sunt omnes regis sa-
pientes, qui quidem nec legere scrip-
turam potuerunt, neque ejus interpre-
tationem regi aperire. 9. Tum rex
Baltasar vehementer conturbatus est;
mutabatur color ejus, & optimates
ejus stupebant. 10. Regina, super
eâ re, quæ regi acciderat & optima-
tibus ejus, ingressa est in aulam con-
vivii, eademque regem alloquens ait;
rex in æternum vivat; ne verò cogi-
tationes tuæ te conturbent, nec color
tuus immutetur. 11. Est homo in re-
gno tuo, qui præditus est spiritu Sanc-
torum Deorum. In diebus enim patris
tui reperta est in eo perspicacia & in-
telligentia, & sapientia talis, qualis
est sapientia Deorum, & Nabucho-
donosor rex pater tuus fecit eum prin-
cipem divinorum, magorum, Chaldæo-
rum & aruspicum; 12. Propterea
quòd in eo repertus est spiritus excel-
lens & scientia & intelligentia, cùm
somnia interpretaretur, cùm ænigmata
explicaret & solveret nodos. Hic ille
est Daniel, cui rex nomen fecit Bal-
tassar. Nunc igitur Daniel accersa-
tur; ille aperiet interpretationem.
13. Tum Daniel ad regem introduc-
tus est. Rex autem Danielem allo-
quens; tu, inquit, ille es Daniel, de
captivis Judæis, quem adduxit ex
Judæâ rex pater meus. 14. Ego de te
audivi, esse in te spiritum Deorum,
& compertam fuisse apud te perspica-
ciam & intelligentiam & sapientiam

והמונכא די דהבא על צוארה · ותלתי
במלכותא ישלט : 8. אדין עללין
כל חכימי מלכא · ולא כהלין כתבא
למקרא ופשרא להודעה למלכא :
9. אדין מלכא בלשאצר שגיא
מתבהל · וזיוהי שנין עלוהי · ורברבנוהי
משתבשין : 10. מלכתא לקבל
מלי מלכא ורברבנוהי לבית משתיא
עללת · ענת מלכתא ואמרת · מלכא
לעלמין חיי · אל יבהלוך רעיונך
וזיויך אל ישתנו : 11. איתי גבר
במלכותך די רוח אלהין קדישין בה ·
וביומי אבוך נהירו ושכלתנו וחכמה
כחכמת אלהין השתכחת בה ·
ומלכא נבוכדנצר אבוך רב חרטמין
אשפין כשדאין גזרין הקימה · אבוך
מלכא : 12. כל קבל די רוח
יתירא ומנדע ושכלתנו · מפשר
חלמין ואחוית אחידן ומשרא קטרין
השתכחת בה · בדניאל די מלכא
שם שמה בלטשאצר · כען דניאל
יתקרי · ופשרה יהחוה :
13. באדין דניאל העל קדם
מלכא · ענה מלכא ואמר לדניאל ·
אנתה הוא דניאל די מן בני גלותא
די יהוד · די היתי מלכא אבי מן
יהוד : 14. ושמעת עליך די רוח
אלהין בך · ונהירו ושכלתנו וחכמה
יתירה השתכחת בך : 15. וכען
העלו קדמי חכימיא אשפיא די
כתבה דנה יקרון · ופשרה להודעתני ·
ולא כהלין פשר מלתא להחויה :
16. ואנה שמעת עליך די תוכל
פשרין למפשר וקטרין למשרא ·
כען הן תוכל כתבא למקרא ופשרה
להודעותני · ארגונא תלבש והמונכא
די דהבא על צוארך · ותלתא
במלכותא תשלט :
17. באדין ענה דניאל ואמר
קדם מלכא · מתנתך לך להוין ·
ונבזביתך לאחרן הב · ברם כתבא
אקרא למלכא ופשרא אהודענה :
18. אנתה מלכא אלהא עליא
מלכותא ורבותא ויקרא והדרא יהב

excellentem. 15. *Modò introducti sunt ad me sapientes & magi, ut scripturam hanc legerent, ejusque interpretationem mihi aperirent; nec rem solvere potuerunt, ut eam demonstrarent.* 16. *Sed ego audio de te, te posse explicare quæ explicanda sunt, & res difficiles enodare. Nunc ergo, si potes legere hanc scripturam, & interpretationem ejus mihi aperire, purpurâ induêris, habebis in collo torquem aureum, & in regno tertius imperabis.* 17. *Tum Daniel respondens, coram rege sic locutus est: dona tua tibi sint, vel alterî da munera tua; scripturam autem regi legam, & indicabo ei interpretationem.* 18. *Dedit Deus Altissimus, ô rex, patri tuo Nabuchodonosor, regnum & magnitudinem & gloriam & decorem:* 19. *Et propter magnitudinem, quam ei dederat, pavebant tremebantque in conspectu ejus omnes populi & tribus & Linguæ; nam, quem volebat, interficiebat; quem volebat, in vitâ relinquebat; quem volebat, extollebat; & quem volebat, deprimebat.* 20. *Sed quia cor ejus altiùs erectum est, & spiritus ejus ad superbiam elatus, de solio regni sui dejectus est, & ablata est ab eo gloria ejus.* 21. *Pulsus est ex filiis hominum; cor habuit simile bestiis; fuit cum onagris habitatio ejus; herbæ eum nutriebant, veluti boves; corpus ejus rore cœli tingebatur, donec intelligeret, dominari Deum Altissimum in regnum hominum, & in eo, quem velit, firmare.* 22. *Sed tu, filius ejus, Baltasar, non abjecisti cor tuum, quanquam hæc omnia non ignorabas:* 23. *Sed gloriatus es contra Dominum cœlorum; allata sunt coram te vasa domûs ejus, tuque & tui optimates, & tuæ uxores & concubinæ vinum in eis bibistis, laudans Deos argenteos, aureos, æreos, ferreos, li-*

לנבכדנצר אבוך ׃ 19. ומן רבותא די
יהב לה כל עממיא אמיא ולשניא
הוו זאעין ודחלין מן קדמוהי ׃
די הוא צבא הוה קטל ׃ ודי הוה
צבא הוה מחא ׃ ודי הוה צבא הוה
מרים ׃ ודי הוא צבא הוא משפל ׃
20. וכדי רם לבבה ורוחה תקפת
להזדה ׃ הנחת מן כרסא מלכותה ׃
ויקרה העדיו מנה ׃ 21. ומן בני
אנשא טריד ׃ ולבבה עם חיותא
שוי ׃ ועם ערדיא מדורה ׃ עשבא
כתורין יטעמונה ׃ ומטל שמיא
גשמה יצטבע ׃ עד די ידע די שליט
אלהא עליא במלכות אנשא ׃ ולמן
די יצבא יהקים עליה ׃ 22. ואנתה
ברה בלשאצר לא השפלת לבבך ׃
כל קבל די כל דנה ידעת ׃ 23.
ועל מרא שמיא התרוממת ׃
ולמאניא די ביתה היתיו קדמיך ׃
ואנתה ורברבניך שגלתך ולחנתך
חמרא שתין בהון ׃ ולאלהי כספא
ודהבא נחשא פרזלא אעא ואבנא
די לא חזין ולא שמעין ולא ידעין
שבחת ׃ ולאלהא די נשמתך בידה
וכל ארחתך לה לא הדרת ׃ 24.
באדין מן קדמוהי שליח פסא די
ידא ׃ וכתבא דנה רשים ׃ 25.
ודנה כתבא די רשים ׃ מנא מנא
תקל ופרסין ׃ 26. דנה פשר
מלתא ׃ מנא ׃ מנה אלהא מלכותך
והשלמה ׃ 27. תקל ׃ תקילתא
במאזניא והשתכחת חסיר ׃ 28.
פרס ׃ פריסת מלכותך ויהיבת למדי
ופרס ׃ 29. באדין אמר בלשאצר ׃
והלבשו לדניאל ארגונא והמונכא
די דהבא על צוארה ׃ והכרזו עלוהי
די להוא שליט תלתא במלכותא ׃
30. בה בליליא קטיל בלשאצר
מלכא כשדיא ׃ 31. ודריוש מדיא
קבל מלכותא כבר שנין שתין
ותרתין ׃

gneos

gneos & lapideos, qui nihil vident, nec audiunt, nec cognoſcunt; neque Deum honoraſti eum, qui habet in manu ſuâ ſpiritum tuum, & cujus ſunt univerſæ viæ tuæ. 24. Idcirco ab eo miſſa eſt manus, cujus articuli ſcripturam hanc exaraverunt. 25. Hæc eſt autem ſcriptura, quæ exarata eſt. MANE, THECEL, PHARES, 26. Atque hæc eſt interpretatio verborum: MANE: numeravit Deus tempus regni tui, atque illud finivit. 27. THECEL: appenſus es in lance, & repertus es levior. 28. PHARES: diviſum eſt regnum tuum, traditumque Medis & Perſis. 29. Tum Daniel, jubente Baltaſar, purpurâ indutus eſt, habuit in collo torquem aureum, & homines ante eum clamabant, eum in regno tertium imperaturum. 30. Eâdem nocte interfectus eſt Baltaſar rex Chaldæorum. 31. Et Darius Medus regnum ſuſcepit, cùm natus eſſet annos ferè ſexaginta duos.

---

1. ולקבל אלפא חמרא, *& coram millibus vinum.* Claudimus ſententiam in vocabulo חמרא, ut fecêre Græci Intt. ut deinde veniat שתה בלשאצר, *bibebat Baltaſar*, ſine nexu, qui mos ſcribendi viget in Libro Danielis. Non licuit convertere חמרא שתה, *vinum potûs*; nullibi enim legitur שתה, ſignificans *potum*. Vulgatus, *unuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem*, quæ non eſt interpretatio, vix etiam paraphraſis, quoniam אלפא non ſignificat *ætatem*. Cæterùm hæc verba, *vinum erat coram...* innuunt, convivium tum fuiſſe in menſis ſecundis; nam ſecundis menſis, non primis, vina miniſtrabantur. Scribimus autem Latinè *Baltaſar*, non *Balſaſar*, quanquam abeſt littera ט in Codicibus hodiernis, quia ita conſtanter ſcribunt Veteres, & ipſe Baruch apud Græcos Interpretes, in quibus nomen regis *Baltaſar* idem omnino eſt, ac agnomen Danielis *Baltaſſar*.

5. בה שעתא נפקו אצבען, *eâdem horâ exorti ſunt digiti.* Satis incertum eſt, utrùm illa *hora*, ejuſmodi eſſet, quales poſthâc numeratæ ſunt in die viginti quatuor. Certè horæ illæ diei viginti quatuor non apparent in ſacrorum Codicum Libris Hebraicis. Potuit Daniel intelligere temporis intervallum vel longius, vel brevius noſtris horis hodiernis. ...נפקו: Malè Maſora נפקה, cùm אצבען, ſit numeri pluralis; potiùs legendum נפקן, ut poſteà כתבן, *ſcripſerunt*, perſonâ tertiâ plurali femininâ.

7. והמונכא, *& torques.* Maſora והמניכא, quia ita quidam Codices; ſed alii habent המונכא, alii המנכא, ſine י nec ו. In re incertâ notandum fuerat סביר, *conjicitur*, non autem קרי, *lege*.

8. ולא כהלין כתבא למקרא, *nec potuerunt legere ſcripturam*, quia nimirum ſcripta erat litteris antiquis Samariticis, atque iis, quæ in numiſmatibus adhibebantur, quæque litteris Chaldaicis planè diſſimiles erant. Nam compendia hæc tria, *mane*, *thecel*, *phares*, trium ſententiarum, talia erant, qualia ſolent eſſe numiſmatum.

10. זייך, *color tuus.* Verbum de verbo diceres, *ſplendor tuus*, ſeu vultûs tui ſerenitas; nam זיו Chaldaicè notat *ſplendorem*, *lucem*. Cæterùm rectè Maſora זיוך, extrito altero י, ut ſuprà hoc verſu, & verſu 10. Duo Codices Orat. זיוך, ut Maſora emendat.

11. אבוך מלכא: Vulgatus, *Pater*, *inquam*, *tuus*, *ô rex.* Cur hæc Regina inculcaret, non apparet cauſa probabilis; ſed facilè introſpicitur, cur iterationem hanc *pater tuus*, quam non habuêre Veteres, nunc habeamus. Nimirum אבוך malè geminatum fuit, oculo ſcribæ aberrante ex lineâ ſuperiori ad inferiorem. Idem dixeris de eo מלכא, quod claudit verſum. Niſi fortè aliquid deeſt in Contextu, ad quod pertineret id ultimum אבוך מלכא. Certè hæc verba, in oratione tali, qualis nunc eſt, conſiſtere non poſſunt, cùm nihil habeant quod regant, aut à quo regantur; nam verbum הקימה, *conſtituit eum*, regitur à nominativis, מלכא נבוכדנצר אבוך, quæ præceſſerunt.

16. פשרין: Nos, *quæ explicanda ſunt*, ſive quæ egent explicatione. Nam oppoſita ſunt פשרין למפשר, quomodo & וקטרין למשרא, *& nodos ſolvere.* Peribit hæc oppoſitio, ſi convertes, *explicare explicationes.* Rectè ad ſententiam Vulgatus, *obſcura interpretari*; nos ad ipſam radicem פשר preſſiùs adhæſimus.

19. מחא: Nos, *in vitâ relinquebat*; ut Syrus, מאחא, *ſervans*; ſive legendum מחיא, ſive מחי, ex חיה, vel חיא, *vivere*, ut מ ſit nota Participii *Hiphil*; quod rectè obſervat Grotius; ita ut ſervetur oppoſitio verbi מחיא, *vivificans*, cum verbo קטל, *occidens*; quæ eadem oppoſitio ſervatur in verbis, מרים, *extollens*, & משפל, *deprimens.* Itaque minùs aptè Vulgatus, *percutiebat*, imitans Græcos.

22. ואנתה ברה, *ſed tu*, *filius ejus.* Rectè Maſora, ואנת, ſine ה. Hîc & alibi vocatur Baltaſar filius Nabuchodonoſor, quod quidem nullam habet difficultatem, quia ſæpe vocatur *filius*, ille, qui eſt vel nepos, vel pronepos; niſi enim Genealogiæ texuntur, latè patet *filius.* Sed

hoc loco *filius* dicitur Baltasar regis Nabuchodonosor, honoris causâ, quomodo nunc Galliæ rex aliquando dicitur esse filius Sancti Ludovici; alterum nunc diceretur, propter sanctitatem quam debeant imitari Galliæ reges; alterum dicebatur, propter gloriam & majestatem regis Nabuchodonosor, cujus hæredes esse videbantur Reges Chaldæorum.

25. מנא מנא : Iterationem talem non legebant Veteres. Quam vitiosam esse liquet ex versu inferiore, ubi unum tantùm מנא legitur, & per Danielem explicatur. Error Scribarum natus videtur ex מנא מנה, quod post iteratur, quia unum vocabulum מנא est id, quod explicandum; alterum מנה, id, quo explicatur. ...פרסין : Legendum פרס, ut infra. Quippe tria verba Daniel iterabat eo modo, quo hæc videbat in pariete descripta.

CAPUT VI.

Satrapæ obtinent à rege Dario edictum, ut nefas sit ab alio, quàm ab ipso rege, quidquam postulare per triginta dies. Daniel orat, solito de more, Deum suum, & conjicitur in lacum leonum, qui ei non nocent; deinde lacu educitur, in quem conjiciuntur, qui eum accusaverant.

1. *Visum est Dario, ut regno præ-*
ficeret Satrapas centum & viginti, qui
toto in regno essent; 2. *Et ut super eos*
essent principes tres, quorum unus
erat Daniel, quibus illi Satrapæ ra-
tionem redderent, ne rex molestiam
haberet. 3. *Daniel autem florebat præ*
cæteris principibus & Satrapis, quo-
niam erat in eo spiritus excellens, &
statuerat Rex universo eum regno
præficere. 4. *Intereà principes & Sa-*
trapæ Danielem observabant, si fortè
in iis quæ ad regnum pertinebant, ali-
quam in eo culpam deprehenderent,
nec tamen poterant deprehendere ul-
lum ejus crimen, aut scelus, eò quòd
fidelis esset, nec deprehenderetur in eo
nec error, nec delictum. 5. *Ergo illi*
homines hæc dixerunt: nos in isto Da-
niele nihil delicti deprehendemus, nisi
quid ex lege Dei ejus conquiremus.
6. *Illi igitur principes & Satrapæ ad*
regem convenerunt, sicque eum allo-
cuti sunt. Darius rex in æternum vi-
vat. 7. *Consilium cepêre principes re-*
gni, & magistratus & Satrapæ judi-

1. שפר קדם דריוש והקים
על מלכותא לאחשדרפניא מאה
ועשרין די להון בכל מלכותא : 2.
ועלא מנהון סרכין תלתה די דניאל
חד מנהון · די להון אחשדרפניא
אלין יהבין להון טעמא · ומלכא לא
להוא נזק : 3. אדין דניאל דנה
הוה מתנצח על סרכיא ואחשדרפניא ·
כל קבל די רוח יתירא בה · ומלכא
עשית להקמותה על כל מלכותא :
4. אדין סרכיא ואחשדרפניא הוו
בעין עלה להשכחה לדניאל מצד
מלכותא · וכל עלה ושחיתה לא
יכלין להשכחה · כל קבל די מהימן
הוא · וכל שלו ושחיתה לא השתכחת
עלוהי :
5. אדין גבריא אלך אמרין די
לא נהשכח לדניאל דנה כל
עלה · להן השכחנא עלוהי בדרת
אלהה : 6. אדין סרכיא ואחשדרפניא
אלן הרגשו על מלכא וכן אמרין
לה · דריוש מלכא לעלמין חיי :
7. אתיעטו כל סרכי מלכותא
סגניא ואחשדרפניא הדבריא
ופחותא לקימה קים מלכא
ולתקפה אסר · די כל די יבעא

cesque ac præfecti, ut regis edictum
fiat, atque ut lex hæc valeat; si quis
quidquam petierit vel à Deo, vel ab
homine, per triginta dies, nisi à te,
ô rex, ut conjiciatur in lacum leonum.
8. *Nunc igitur, ô rex, fiat edictum,*
atque id scripto mandetur, ne immu-
tetur, ut sunt leges Medorum & Per-
sarum, quæ abrogari non possunt.
9. *Itaque edictum fecit Darius rex,*
atque illud scripto sancivit. 10. *Da-*
niel autem, ut rescivit scripram fuisse
legem, ingressus est domum suam,
& apertis Jerusalem versùs fenestris
sui cubiculi superioris, tribus quotidie
temporibus genua flectebat, & preces
fundebat, laudans Deum suum; sic
enim anteà facere solebat. 11. *Tum*
homines illi coierunt, & cùm Danie-
lem deprehendissent orantem, & Deo
suo supplicantem; 12. *Illicò accesse-*
runt, regique super edicto hæc dixe-
runt: non-ne tu, ô rex, scripsisti edic-
tum, ut si quis quidquam petierit à
Deo, vel ab homine, per triginta dies,
nisi à te, ô rex, projiciatur in lacum
leonum? Rex eis respondit; rata res
est, ut sunt leges Medorum & Persa-
rum, quæ abrogari non possunt. 13. *Il-*
li repente regi hæc responderunt: Ille
Daniel, qui est de filiis captivorum
Judæorum, tuo, rex, edicto non mo-
vetur; eâ scilicet lege, quam scripsisti;
nam tribus quotidie temporibus defun-
gitur precibus suis. 14. *Eo audito,*
rex gravi dolore affectus est, statuit-
que apud se liberare Danielem, &
donec sol oriretur, mente agitabat
quemadmodum eum salvum præstaret.
15. *Sed regem convenêre illi homines,*
cui dixerunt: scito, rex, legem hanc
esse Medorum & Persarum, ut quod-
cunque rex edictum statutumque fece-
rit, id non mutetur. 16. *Tum rex im-*

בעו מן כל אלה ואנש עד יומין
תלתין להן מנך מלכא יתרמא לגב
אריותא ׃ 8. כען מלכא תקים
אסרא ותרשם כתבא · די לא
להשניה כדת מדי ופרס די לא
תעדא ׃ 9. כל קבל דנה מלכא
דריוש רשם כתבא ואסרא ׃ 10.
ודניאל כדי ידע די רשים כתבא
על לביתה · וכוין פתיחן לה בעליתה
נגד ירושלם · וזמנין תלתה ביומא
הוא ברך על ברכוהי · ומצלא ומודא
קדם אלהה · כל קבל די הוא עבד
מן קדמת דנה ׃ 11. אדין גבריא
אלך הרגשו · והשכחו לדניאל בעה
ומתחנן קדם אלהה ׃ 12. באדין
קרבו ואמרין קדם מלכא על אסר
מלכא · הלא אסר רשמת די כל
אנש די יבעא מן כל אלה ואנש
עד יומין תלתין להן מנך מלכא
יתרמא לגוב אריותא · ענה מלכא
ואמר · יציבא מלתא כדת מדי ופרס
די לא תעדא ׃ 13. באדין ענו
ואמרין קדם מלכא · די דניאל די
מן בני גלותא די יהוד לא שם
עליך מלכא טעם ועל אסרא די
רשמת · וזמנין תלתה ביומא בעא
בעותה ׃ 14. אדין מלכא כדי
מלתא שמע שגיא באש עלוהי ·
ועל דניאל שם בל לשיזבותה ·
ועד מעלי שמשא הוה משתדר
להצלותה ׃ 15. באדין גבריא אלך
הרגשו על מלכא ואמרין למלכא ·
דע מלכא די דת למדי ופרס די
כל אסר וקים די מלכא יהקים לא
להשניה ׃ 16. באדין מלכא אמר ·
והיתיו לדניאל ורמו לגבא די
אריותא · ענה מלכא ואמר לדניאל ·
אלהך די אנתה פלח לה בתדירא
הוא ישיזבנך ׃ 17. והיתית אבן
חדה ושמת על פם גבא · וחתמה
מלכא בעזקתה ובעזקת רברבנוהי ·
די לא תשנא צבו בדניאל ׃ 18.
אדין אזל מלכא להיכלה ובת טות ·
ודחון לא הנעל קדמוהי · ושנתה

peravit, ut adducerent Danielem, & ut eum conjicerent in lacum leonum. Sed enim Danieli rex dixit; Deus tuus, quem tu aſſiduè colis, ille te liberabit. 17. Deinde lapis unus allatus eſt, & poſitus ſuper os lacûs atque etiam ſignatus annulo regis & annulo magiſtratuum, ne id, quod de Daniele placitum fuerat, mutaretur. 18. Deinde rex intravit in palatium, decubuitque incœnatus, nec ad eum allata eſt ſuavitas odorum, fugitque eum ſomnus. 19. Rex igitur, lucente aurorâ, ſurrexit, & ivit feſtinanter ad lacum leonum. 20. Rex, cùm primùm ad lacum acceſſit, lamentabili voce Danielem inclamans, hæc Danieli locutus eſt: Daniel, ſerve Dei viventis, Deus tuus, quem tu aſſiduè colis, potuit-ne te liberare à leonibus? 21. Tum Daniel hæc cum rege locutus eſt: rex in æternum vivat. 22. Miſit Deus meus Angelum ſuum, qui clauſit ora leonum; nec mihi nocuerunt, propterea quòd palam fuit coram eo innocentia mea; ſed neque ego in te, ô rex, ullum admiſi peccatum. 23. Tum rex ſuper eo valdè lætatus eſt, mandavitque ut eum lacu extraherent; quem cùm extraxerunt, compertum eſt, non eum fuiſſe læſum, quoniam ſperaverat in Deum ſuum. 24. Deinde rex mandatum fecit, ut illi homines, qui Danielem accuſaverant, adducerentur, & projicerentur in lacum leonum, tam illi, quàm filii eorum & uxores; qui quidem ad ſolum lacûs nondum devenerant, cùm eos leones arripuerunt, & corpora eorum comminuerunt. 25. Poſteà rex Darius ſcripſit hæc ad omnes populos & Tribus & Linguas, qui ubique terrarum habitabant: pax plurima vobiſcum ſit. 26. Edictum à me conſtituitur, ut in regni mei totâ ditione paveant homines tremantque coram Deo Danielis; quoniam ille eſt Deus vivens, & manens in perpetuum; cujus regnum non delebitur, & poteſtas manet uſque ad finem. 27. Ille eſt liberator & ſalvator, qui facit ſigna & prodigia in cœlo & in terrâ;

גדרת עלוהי : 19. באדין מלכא
בשפרפרא יקום בנגהא · ובהתבהלה
לגבא די אריותא אזל : 20.
וכמקרבה לגבא לדניאל בקל עציב
זעק · ענה מלכא ואמר לדניאל ·
דניאל עבד אלהא חיא אלהך די
אנתה פלח לה בתדירא היכל
לשיזבותך מן אריותא : 21. אדין
דניאל עם מלכא מלל · מלכא
לעלמין חיי : 22. אלהי שלח
מלאכה וסגר פם אריותא · ולא
חבלוני · כל קבל די קדמוהי זכו
השתכחת לי · ואף קדמיך מלכא
חבולה לא עבדרת : 23. באדין
מלכא שגיא טאב עלוהי · ולדניאל
אמר להנסקה מן גבא · והסק דניאל
מן גבא · וכל חבל לא השתכח בה ·
די הימן באלהה : 24. ואמר
מלכא · והיתיו גבריא אלך די אכלו
קרצוהי די דניאל · ולגב אריותא
רמו אנון בניהון ונשיהון · ולא מטו
לארעית גבא עד די שלטו בהון
אריותא וכל גרמיהון הדקו : 25.
באדין דריוש מלכא כתב לכל
עממיא אמיא ולשניא די דארין בכל
ארעא · שלמכון ישגא : 26. מן
קדמי שים טעם די בכל שלטן
מלכותי להון זאעין ודחלין מן קדם
אלהה די דניאל · די הוא אלהא
חיא וקים לעלמין · ומלכותה די לא
תתחבל ושלטנה עד סופא : 27.
משיזב ומצל ועבד אתין ותמהין
בשמיא ובארעא · די שיזב לדניאל
מן יד אריותא : 28. ודניאל דנה
הצלח במלכורת דריוש ובמלכורת
כורש פרסיא :

terrâ ; qui liberavit à leonibus Danielem. 28. Idem ille Daniel floruit in regno Darii & in regno Cyri Perſæ.

---

4. בעין עלה : Verbum e verbo , *quærebant culpam* , ex עלה , Syriacè עלי , *iniquè agere* , vel *fraudulenter* , עליא , *defraudatio* , *oppreſſio* , quales culpæ in regum miniſtros cadunt , cùm vel defraudant regem , vel populum opprimunt. Vulgatus , *occaſionem.* Sed infra jungitur עלה cum השחיתה , quo ultimo verbo ſignificatur *corruptela* , vel *ſcelus ;* ut conſtet עלה eſſe ejuſdem generis , atque adeò notare *ſcelus* , non *occaſionem.*

11. הרגשו : Vulgatus , *curioſiùs inquirentes* , ut Græci Intt. *παρετήρησαν* , *obſervârunt ;* & ut Syrus , נטרו ; quem ſignificatum attribuit Edm. Caſtellus voci *Hiphil* , vel *Aphel* , verbi רגש. Sed rectè plerique הרגשו , *coierunt* , *tumultuati ſunt ;* qui ſignificatus non ſolùm Hebraicæ Linguæ eſt, ſed & Chaldaicæ. Nam verſu 15. legitur , הרגשו על מלכא , *coierunt ad regem.*

17. די לא תשנא צבו בדניאל : Verbum pro verbo , *ne mutaretur voluntas de Daniele* , ſive , ne rex mutaret ſententiam ; nam talem cautionem adhibere poterant Satrapæ , cùm viderunt Danielem , cùm primùm in lacum conjectus eſt , à leonibus non devorari , & velle ut Daniel , ſi non laceraretur , fame periret ; ſive denique , ut Vulgatus , *ne quid fieret contra Danielem* , volente rege , ut lacus leonum lapide ſignato clauderetur , ne principes Danielem à leonibus non interfectum ipſi interficerent. Hæc ultima ſententia magis placet , quia , cùm ipſe rex annulo ſuo ſignet lapidem , ſignificari videtur hoc voluiſſe regem , ne principes nocere Danieli poſſent , quem non dubitabat per Deum ſuum liberatum iri à leonibus.

18. ודחון לא הנעל קדמוהי : Nos , *nec allata eſt ad eum ſuavitas odorum* , ex ſignificatu Arabico vocabuli דחן , *ſuffitus* , *particulæ calami* , *quibus ſuffitur domus* , *& quibus veſtes.* Vide Edm. Caſtellum. Græci Intt. *ἐδέσματα* , *cibi;* quos non dubito ſcripſiſſe *ἡδύσματα* , *ſuavitates*, ſive *aromata*, quomodò convertere ſolent vocabula בשם , סם & alia quædam , quæ *aromata* ſignificant. Quippe דחן apud Veteres Linguas , nihil minùs , quàm *cibum ;* & ſatis inutiliter , *non allatus eſt cibus* , poſteà quàm dictum eſt , *decubuit incœnatus.* Rabbini quidam interpretantur דחון , *lætitia* , quaſi eſſet חדון ; & accipiunt lætitiam , pro cantibus muſicis ; utrumque falsè , cùm nec דחון ſit idem , ac , חדון , nec *lætitia* idem , ac muſici cantus.

28. כורש פרסיא , *Cyri Perſæ.* Maſora פרסאה , ut verſu 1. מדיא , *Medus* , מדאה. Quas Maſoretarum animadverſiones etſi anteà comprobavimus , tamen nunc dubitamus , an eis obſequi debeamus. Etenim tàm ſæpe numerus ſingularis terminatur in יא apud Danielem , ut parùm credibile videatur , in eo deſcribendo tam ſæpe erraſſe Deſcriptores ; & nulla ſatis juſta cauſa eſt , cur Danielis Liber ad Talmudicæ Linguæ normam exigatur.

CAPUT VII.

Daniel videt in ſomnis quatuor animalia , leonem , urſum , leopardum , quartum eis diſſimile , quod habet dentes ferreos. Monetur ab Angelo fore , ut id animal bellum gerat cum ſanctis , utque deinde ipſum pereat.

1. *Anno primo regni Baltaſar re-*
gis Babylonis , Daniel vidit ſom-
nium , cùm decumberet ; idemque
viſa capitis ſui & ſomnium compen-
dio ſcripſit in hunc modum. 2. *Da-*
niel hæc enarravit. Ego vidi in nocte
viſionem ; ecce enim quatuor venti
cœlorum mare magnum agitabant ;
3. *Et exorta ſunt ex mari quatuor*
animalia magna, quæ inter ſe diſſimi-

1. בשנת חדה לבלאשצר מלך
בבל דניאל חלם חזה · וחזוי ראשה
על משכבה · באדין חלמא כתב
ראש מלין אמר : 2. ענה דניאל
ואמר · חזה הוית בחזוי עם ליליא ·
וארו ארבע רוחי שמיא מגיחן לימא
רבא : 3. וארבע חיון רברבן סלקן
מן ימא · שנין דא מן דא : 4.
קדמיתא כאריה · וגפין די נשר לה ·
חזה הוית עד די מריטו גפיה

lia erant. 4. Primum animal erat ve-
lut leo, & habebat alas aquilæ. Ego
id aſpexi, donec evulſæ ſunt alæ ejus,
& de terrâ ſublatum fuit. Illud autem
ſtabat, velut homo, rectus in pedes,
& cor hominis ei datum fuerat. 5. Ec-
ce autem deinde apparuit alterum
animal, quod erat urſo ſimile, quod-
que in unum latus erat erectum; erant
tres fauces in ore ejus intra ejus den-
tes, eique hoc dicebatur: ſurge, co-
mede carnes plurimas. 6. Poſt hæc aſ-
piciebam, & ecce aliud, quaſi par-
dus, quod habebat in dorſo quatuor
alas volucris; idem habebat capita
quatuor, & datum fuit ei imperium.
7. Poſt hæc, vidente me eandem noc-
tis viſionem, ecce apparuit quartum
animal terribile ac horrendum, quod
erat miræ fortitudinis, denteſque ha-
bebat ferreos & ungues æneos. Id de-
vorabat prædas & comminuebat, at-
que earum reliquias pedibus calcabat.
Illud autem nihil ſimile habebat cum
prioribus animalibus; erantque ei cor-
nua decem. 8. Intereà autem dum cor-
nua conſiderabam, ecce in medio eo-
rum exortum eſt aliud cornu parvu-
lum, quo apparente evulſa ſunt tria
ex cornibus prioribus. Ecce verò in eo
cornu extabant oculi, quaſi oculi ho-
minis, atque os ejus grandia loque-
batur. 9. Hæc ego intuebar, cùm
throni poſiti ſunt. Tum ſedit Anti-
quus dierum; amictus ejus erat candi-
dus, ut nix; capilli capitis ejus, ut
lana munda; thronus ejus flammæ
rutilantes; rotæ ejus, ignis urens.
10. Flumen igneum rapidumque à
conſpectu ejus egrediebatur; millia
millium ei miniſtrabant, & decies
mille decem millium ante eum ſta-
bant; judex ſedebat, & libri aperti
erant. 11. Dum ego in obtutu eram,

ונטילת מן ארעא · ועל רגלין כאנש
הקימת · ולבב אנש יהיב לה : 5. וארו
חיוה אחרי תנינה דמיה לדב · ולשטר
חד הקימת · ותלת עלעין בפמה בין
שניה · וכן אמרין לה · קומי אכלי
בשר שגיא : 6. באתר דנה חזה
הוית · וארו אחרי כנמר · ולה גפין
ארבע די עוף על גביה · וארבעה
ראשין לחיותא · ושלטן יהיב לה :
7. באתר דנה חזה הוית בחזוי
ליליא · וארו חיוה רביעיא דחילה
ואמתני ותקיפא יתירה · ושנין די
פרזל לה רברבן · אכלה ומדקה ·
ושארא ברגליה רפסה · והיא משניה
מן כל חיותא די קדמיה · וקרנין
עשר לה : 8. משתכל הוית
בקרניא · ואלו קרן אחרי זעירה
סלקת ביניהון · ותלת מן קרניא
קדמיתא אתעקרו מן קדמיה · ואלו
עינין כעיני אנשא בקרנא דא · ופם
ממלל רברבן : 9. חזה הוית עד
די כרסון רמיו · ועתיק יומין יתב ·
לבושה כתלג חור · ושער ראשה
כעמר נקא · כרסיה שביבין די נור ·
גלגלוהי נור דלק : 10. נהר די
נור נגד ונפק מן קדמוהי · אלף
אלפים ישמשונה · ורבו רבון קדמוהי
יקומון · דינא יתב וספרין פתיחו :
11. חזה הוית באדין מן קל מליא
רברבתא די קרנא ממללא · חזה
הוית עד די קטילת חיותא · והובד
גשמה · ויהיבת ליקדת אשא : 12.
ושאר חיותא העדיו שלטנהון ·
וארכה בחיין יהיבת להון עד זמן
ועדן : 13. חזה הוית בחזוי ליליא ·
וארו עם ענני שמיא כבר אנש
אתה הוא · ועד עתיק יומיא מטה
וקדמוהי הקרבוהי : 14. ולה יהב
שלטן ויקר ומלכו · וכל עממיא
אמיא ולשניא לה יפלחון · שלטנה
שלטן עלם די לא יעדה · ומלכותה
די לא תתחבל :
15. אתכרית רוחי אנה דניאל
בגו נדנה · וחזוי ראשי יבהלנני :

propter sonum grandium verborum,
quæ cornu eloquebatur, vidi, cùm
animal fuit interfectum, corpusque
ejus deletum traditumque flammis
urentibus; 12. Et cùm cætera anima-
lia imperium suum abjecerunt, vitâ
eorum prorogatâ usque ad tempus de-
finitum. 13, Ego etiam in visu noc-
tis hæc vidi: ecce enim media inter
nubila cœlorum advenit quasi filius
hominis, devenitque usque ad Anti-
quum dierum, in conspectumque ejus
adductus est. 14. Simul data est ei
potestas & honor & regnum, ut eum
colerent omnes populi & Tribus &
Linguæ; ut potestas ejus durabilis
esset, nec finem habitura, ut re-
gnum non violabile haberet. 15. Ego
Daniel, hæc tacitâ mente admirabar,
nec apud me eram, adeò me capitis
mei visa turbabant, 16. Accessi ad
unum ex iis, qui adstabant, ex quo
quæsivi, omnia hæc quid certi habitura
essent. Ille mecum locutus est, aperuit-
que mihi rerum interpretationem.
17. Hæc animalia ingentia, quæ sunt
quatuor, quatuor sunt reges, qui de
terrâ exorientur. 18. Deinde sancti,
qui sunt in sublimibus, regnum acci-
pient, quod regnum in sæcula, & do-
nec sæcula erunt, possidebunt. 19. Et
dum anquirebam, quid statuendum
esset de animali quarto, quod ab cæ-
teris animalibus dissimile erat, quod
erat supra modum terribile, dentesque
habebat ferreos, & ungues æreos,
quod prædas vorabat & comminuebat,
quarum reliquias pedibus calcabat;
20. Et quid de cornibus decem, quæ
in capite habebat, & de alio, quod
exortum fuerat, cadentibus ante illud
tribus, quodque ipsum habebat & ocu-
los, & os grandia loquens, staturam-
que cæteris ingentiorem; 21. Vidi, ut illud ipsum cornu bellum gerebat cum

16. קרבת על חד מן קאמיא ·
ויציבא אבעא מנה על כל דנה ·
ואמר לי ופשר מליא יהודעני׃ 17.
אלין חיותא רברבתא די אנין ארבע
ארבעה מלכין יקומון מן ארעא ׃
18. ויקבלון מלכותא קדישי עליונין ·
ויחסנון מלכותא עד עלמא ועד
עלם עלמיא ׃ 19. אדין צבית
ליצבא על חיותא רביעיתא די הות
שניה מן כלהון דחילה יתירה ·
שניה די פרזל וטפריה די נחש ·
אכלה מדקה · ושארא ברגליה
רפסה ׃ 20. ועל קרניא עשר די
בראשה ואחרי די סלקת ונפלו מן
קדמיה תלת · וקרנא דכן ועינין לה
ופם ממלל רברבן וחזוה רב מן
חברתה ׃ 21. חזה הוית · וקרנא
דכן עבדא קרב עם קדישין ויכלה
להן ׃ 22. עד די אתה עתיק
יומיא ודינא יהב לקדישי עליונין ·
וזמנא מטה ומלכותא החסנו
קדישין ׃ 23. כן אמר · חיותא
רביעיתא מלכו רביעיא תהוא
בארעא די תשנא מן כל מלכותא ·
ותאכל כל ארעא ותדושנה
ותדקנה ׃ 24. וקרניא עשר מנה
מלכותה עשרה מלכין יקמון · ואחרן
יקום אחריהן · והוא ישנא מן קדמיא ·
ותלתה מלכין יהשפל ׃ 25. ומלין
לצד עליא ימלל · ולקדישי עליונין
יבלא · ויסבר להשניה זמנין ודת ·
ויתיהבון בידה עד עדן ועדנין ופלג
עדן ׃ 26. ודינא יתב · ושלטנה
יהעדון להשמדה ולהובדה עד סופא׃
27. ומלכותא ושלטנא ורבותא די
מלכות תחות כל שמיא יהיבת
לעם קדישי עליונין · מלכותה מלכות
עלם · וכל שלטניא לה יפלחון
וישתמעון ׃ 28. עד כה סופא
די מלתא · אנה דניאל שגיא רעיוני
יבהלנני · וזיוי ישתנון עלי · ומלתא
בלבי נטרת ׃

ſanctis, & eos ſuperabat; 22. Donec veniret Antiquus dierum, & judicium daret ſanctis, qui ſunt in ſublimibus, quoniam tempus venerat, cùm ſancti regnum poſſeſſuri eſſent. 23. Tum dixit mihi: quartum animal quartum regnum in terrâ futurum eſt, quod cæteris regnis abſimile erit, quodque omnem terram diſperdet, calcabit & comminuet. 24. Cornua decem, decem reges ſunt, qui ex eo regno exiſtent; alius poſt eos orietur, qui abſimilis erit prioribus, quique ſubjiciet tres reges. 25. Ille adversùs Altiſſimum ſermones eloquetur, & machinabitur dolum contra ſanctos, qui ſunt in ſublimibus, cogitabitque mutare tempora, ſtatuta & legem, quæ quidem in manu ejus dimittentur ad tempus, ad duo tempora & ad dimidium tempus. 26. Deinde judex ſedebit, auferetur que ejus poteſtas, ut deleatur & jaceat uſque ad finem. 27. Tum dabitur populo ſanctorum, qui ſunt in ſublimibus, regnum & poteſtas & magnitudo regnorum, quæ ſub cælis ſunt; regnumque ejus regnum erit perpetuum; omnes poteſtates eum colent, & ei obſequentur. 28. Hîc finem habuit ſomnium. Ego autem Daniel fui mente admodùm conturbatus, atque hæc habui recondita in corde meo.

---

2. מגיחן לימא רבא, *agitabant mare magnum.* Eſt לימא, in dandi caſu, more Syriaco, poſt verbum Activum. Mare magnum eſt Aſia, quæ fuit theatrum bellorum, quæ bella Danieli per viſum oſtenduntur; *venti* autem *quatuor*, converſiones rerum & animorum, ex quibus bella orta ſunt.

4. ועל רגלין כאנש הקימת, *& in pedes quaſi homo, ſtabat.* Nimirùm antequàm alæ ejus evellerentur. Hîc notatur ſuperbia regis Nabuchodonoſor, qui ſupra hominem eſſe ſibi videbatur, tanquam animal, quod erigere ſe vellet ad humanam conditionem.

5. ולשטר חד הקימת, *& in unum latus erat erectum*, tanquam paratum irruere in prædam. Nam שטר, *latus*, de ipſo animali dicitur; aliter ignorabitur ad quid pertineat *latus*, ...תלת עלעין, *tres fauces*, ex לוע, *ſugere*, *abſorbere*, unde apud *Job*, *cap. 39. v. 30.* יעלעו דם, *ſugunt ſanguinem.* Mirum profectò, vidiſſe Ariam & alios quoſdam Interpretes, *in ore* animalis *coſtas.* Tres fauces illæ ſunt, quibus Cyrus abſorbuit, habuitque in ſuâ poteſtate tria imperia Chaldæorum, Medorum ac Perſarum. Animalia notant, non tam regna, quàm regnorum Conditores. Nempe verſu 17. dicitur Danieli, *quatuor regna ſunt quatuor* (מלכין) *reges.*

6. כנמר, *ut pardus.* Hic eſt Alexander magnus, cui *datum eſt imperium*, cujus quatuor capita ſunt quatuor imperia, quæ ex eo, tanquam quatuor capita ſeparata, eruperunt, nimirum regna Syriæ, Aſiæ, Ægypti, Macedoniæ. Pardus, quod animal velox eſt, & quatuor alæ ei additæ, notant vincendi celeritatem, ut ſupra in Leone, rege Nabuchodonoſor; quas alas non habuêre illi reges poſteriores, qui imperium Alexandri inter ſe diviſerunt, quia regnorum ſuorum fines non latiùs propagârunt, quàm propagaverat ipſe Alexander Magnus.

7. רברבן, *magnos*; hoc omittunt Græci Intt. in Codice Rom. Nos, pro רברבן, legimus צפרן, *ungues*, & addimus די נחש, *æneos*, ex verſu 19. ubi vide. ...היא משניה מן כל חיותא, *hoc autem* (*animal*) *diverſum erat à cæteris.* Ideò *diverſum*, quia regna quatuor, quæ Alexandro Magno ſucceſſêre, gentes exteras non addebant imperiis ſuis, ut fecerant Chaldæi, Perſæ ac Macedones, ſed tantùm prædas agebant intra regna quatuor, de more beſtiarum, quæ una alteram morſu affligunt & pedibus calcant. ...וקרנין עשר לה, *& habebat cornua decem.* Infrà v. 24. cornua decem ſunt *decem reges*, qui regnaturi ſunt uſque ad *cornu parvulum*, Antiochum Epiphanem; ex quibus ſunt Seleuci quatuor, Antiochi tres, quibus ſi addis Laomedontem, Antigonum & Demetrium, habes numerum *decem.*

8. קרן... זעירה, *cornu... parvulum*; Antiochus Epiphanes, qui fuerat Romæ obſes, quique ex parvis initiis creverat ad ſummum, mortuo Seleuco fratre, excluſo Demetrio ejus filio, & Ptolemæo Philometore coacto Ægypti regnum abdicare. Id cornu *habet oculos*, quia perſpicax, & *magna loquitur*, quia ſuperbiſſimum, quomodò & Judæis infenſiſſimum.

10. וספרין פתיחו, *& libri aperti ſunt*; nimirum accuſatio, teſtimonia, omnia denique juris dicendi inſtrumenta. Nam ſententia lata eſt de cœlo in Antiochum, univerſo orbe ſpectante, cùm vermibus comſumptus expiravit, confitens culpam ſuam, corpuſque ejus igne crematum.

12. העדיו שלטנהון, *abjecerunt imperium ſuum* (*cætera animalia*,) quæ non jam latè dominabantur, ſed partim Romanis ſubjecta erant, partim eos metuebant, nec mutire audebant: quæ res evenerunt proximè poſt mortuum Antiochum Epiphanem.

13.

13. כבר אנש, *quasi filius hominis*, Messias, qui se ipsum sic sæpe nominat in Evangeliis.

18. קדישי עליונין, *sancti*, *qui sunt in sublimibus*. Vocabulo קדישין, notantur Angeli apud Danielem. Sic cap. 4. v. 10. *descendit de cælo* קדיש, *sanctus*, sive Angelus. Jam עליונין, *sublimes*, de aliis, quàm de ipsis Angelis intelligi vix potest. Neque enim Judæi unquam sic nominantur. Versu 27. Judæi dicuntur *populus sanctorum sublimium*, non ipsi *sublimes*. Nec verò etiam fas est credere, Judæos qui post Antiochum vixerunt, regnum obtinuisse, quod *in sæcula perpetua* esset duraturum. Hæc non latuêre Vulgatum, cùm converteret, *Sancti Dei Altissimi*, addens *Dei*; quod tamen fas non fuit, ut neque convertere v. 27. *populo sanctorum Altissimi*, cùm eo etiam versu 27. legatur עליונין, numero plurali; qui numerus non potest accommodari ad Deum unum. Ergo retinendum *sublimes*, sive *qui sunt in sublimibus*. Etenim, quia pugnant Angeli contra *principes & potestates*, *contra spiritualia nequitiæ in cælestibus*, Daniel prædicit futuros esse deinde Angelos Dæmonibus superiores; ita ut populum Judæum sic regant, ut potestas eorum universo orbi palam fiat. Quod quidem evenit per bella continua Machabæorum, quibus Angeli præfuerunt, nec semel apparuerunt. Quo Angelorum præsidio factum est ut regnum populi Judaici fieret regnum durabile, (עד עלמא) utque id regnum diu esset in honore apud exteras gentes. Non jam dicitur versu 27. de regno Judæorum, id fore *ad sæculum & ad sæculum sæculorum*, quibus verbis perpetuitas absoluta, nec tempore finita, demonstratur; hoc tantùm dicitur fore מלכות עלם, *regnum sæculi*, sive diu permansurum; contrà quàm hoc versu 18. prænuntiatur, potestatem Angelorum fore perpetuam, quia nimirum, Angeli Dæmonibus superiores futuri erant, donec *Princeps mundi ejiceretur foras*.

19. וטפריה די נחש, *& ungues ejus ænei*. Nihil de istis unguibus versu 7. ubi eadem bellua primùm describitur; ut facilè credas, hæc verba fuisse ab Scribis omissa versu 7. Neque enim Daniel de istis unguibus, quid significent, certior fieri vellet, nisi eos anteà vidisset; quos si vidit, parùm credibile est omisisse de iis commemorandis; cùm præsertim cætera, quæ nunc memorat, non anteà omiserit.

21. ויכלה להן, *& superabat eos*. Omninò להון, genere masc. dictum de קדישין, *sanctis*. Itaque habent להון Codices Reg. 29. & Orat. 42.

25. ולקדישי עליונין יבלא: Arias, *& sanctos Altissimorum abolebit*, ex mendo יבלא, quod ita castigandum, ut sit יכלא, *machinabitur*, ex נכל. Ita Syrus ponit ipsum verbum נכלא; sic etiam Arabs, יצל, *seducet*, ex צל, Arabico verbo, *seducere*, *decipere*. Greci Intt. παλαιώσει, quod malè Interpres Latinus, *faciet veterascere*, cùm debuisset convertere, *luctabitur*, ex πάλη, *lucta*; vel *supplantabit*, quod postulat series, quasi esset καταπαλαιώσει: sed meliùs quidam Græci Codices, πλανήσει, *ducet in errorem*; cui Græcæ scriptioni accedit autoritas ex Arabe, qui solet adhærere ad Græcos Intt. ...זמנין, *tempora statuta*, hoc est, *dies festos*; *mutare* idem ac, *abrogare*, ut supra vidimus in Edicto regum Medorum. ...עד עדן, *ad tempus*. Notat quidem *tempus* annum hoc loco, sed non tam ex verbi proprietate, quàm ex similitudine temporum Chaldaicorum, sive anni ætatum.

CAPUT VIII.

Daniel videt per visum arietem, cujus unum cornu altero majus est; posteà hircum, qui habet cornu inter oculos, quo debellat arietem, quodque deinde frangitur, & ex quo quatuor cornua oriuntur, quorum unum bella gerit cum sanctis, donec frangatur. Angelus visum, quale sit, Danieli demonstrat.

1. *Anno tertio regni Baltasar regis, ego, Daniel, visum vidi, post illud, quod in principio videram.* 2. *Ego, cùm id visum vidi, eram Susis, in arce, quæ est provinciæ Ælam. Vidi igitur per visum, me esse apud fluvium Ulai;* 3. *Et, su-*

1. בשנת שלוש למלכות בלשאצר המלך חזון נראה אלי אני דניאל אחרי הנראה אלי בתחלה׃
2. ואראה בחזון ויהי בראתי ואני בשושן הבירה אשר בעילם המדינה׃ ואראה בחזון ואני הייתי על אובל אולי׃ 3. ואשא עיני ואראה׃

blatis oculis, videre arietem unum
stantem contra fluvium, qui habebat
duo cornua. Cornua erant procera;
unum tamen altero majus, quod qui-
dem creverat posterius. 4. *Vidi, ut*
aries cornua jactabat ad occidentem,
ad aquilonem & ad meridiem. Nulla
animalia consistere coram eo poterant;
nemo erat, qui hæc ab eo liberaret;
itaque egit quidquid voluit, & ma-
gnus effectus est. 5. *Ego hæc mente*
reputabam; ecce autem ab occidente
hircus caprarum effudit se se in univer-
sam terram, ita ut terram non tangeret;
hircus habebat cornu insigne inter ocu-
los suos; 6. *Devenitque ad arietem*
eum bicornem, quem videram stantem
contra fluvium, & collectis viribus,
immisit se in eum præceps. 7. *Vidi,*
ut cum ariete cominus pugnabat, iras
acuens contra eum, utque eum percus-
sit fregitque illius duo cornua; neque
enim poterat aries coram eo consistere;
itaque eum humi dejecit & conculca-
vit; & nemo erat, qui arietem ab eo
liberaret. 8. *Deinde hircus caprarum*
mirè magnus effectus est. Sed postquàm
invaluisset, fractum est cornu ejus
magnum, & apparuêre in ejus locum
species cornuum quatuor, quæ specta-
bant quatuor cœli plagas. 9. *Ex quo-*
rum uno exiit unum cornu parvulum,
quod deinde crevit mirabiliter ad me-
ridiem, ad orientem & ad occidentem;
10. *Quodque extulit se se usque ad*
exercitum cœlorum, dejecitque in ter-
ram quosdam de exercitu & quasdam
de stellis, & conculavit eas. 11. *Ex-*
tulit etiam se se contra principem mi-
nisterii; ita ut per eum & tolleretur
sacrificium juge, & jaceret locus
sanctuarii ejus. 12. *Insuper enim tra-*
ditum fuit ministerium post juge sa-
crificium, propter iniquitatem; ja-

והנה איל אחד עמד לפני האבל·
ולו קרנים· והקרנים גבהות· והאחת
גבהה מן השנית· והגבהה עלה
באחרנה׃ 4. ראיתי את האיל
מנגח ימה וצפונה ונגבה· וכל חיות
לא יעמדו לפניו· ואין מציל מידו·
ועשה כרצנו והגדיל׃ 5. ואני
הייתי מבין· והנה צפיר העזים בא
מן המערב על פני כל הארץ· ואין
נוגע בארץ· והצפיר קרן חזות בין
עיניו׃ 6. ויבא עד האיל בעל
הקרנים אשר ראיתי עמד לפני
האבל· וירץ אליו בחמת כחו׃ 7.
וראיתיו מגיע אצל האיל· ויתמרמר
אליו· ויך את האיל וישבר את
שתי קרניו· ולא היה כח באיל
לעמד לפניו· וישליכהו ארצה
וירמסהו· ולא היה מציל לאיל
מידו׃ 8. וצפיר העזים הגדיל עד
מאד· וכעצמו נשברה הקרן הגדלה·
ותעלינה חזות ארבע תחתיה לארבע
רוחות השמים׃ 9. ומן האחת
מהם יצא קרן אחת מצעירה· ותגדל
יתר אל הנגב ואל המזרח ואל
הצבי׃ 10. ותגדל עד צבא השמים·
ותפל ארצה מן הצבא ומן הכוכבים
ותרמסם׃ 11. ועד שר הצבא
הגדיל· וממנו הרים התמיד והשלך
מכון מקדשו׃ 12. וצבא תנתן
על התמיד בפשע· ותשלך אמת
ארצה· ועשתה והצליחה׃ 13.
ואשמעה אחד קדוש מדבר· ויאמר
אחד קדוש לפלמוני המדבר· עד
מתי החזון התמיד והפשע שמם
תת וקדש וצבא מרמס׃ 14. ויאמר
אלי· עד ערב בקר אלפים ושלש
מאות ונצדק קדש׃ 15. ויהי
בראתי אני דניאל את החזון·
ואבקשה בינה· והנה עמד לנגדי
כמראה גבר׃ 16. ואשמע קול
אדם בין אולי· ויקרא ויאמר גבריאל·
הבן להלז את המראה׃ 17. ויבא
אצל עמדי· ובבאו נבעתי ואפלה
על פני· ויאמר אלי· הבן בן אדם·

*cuit humi veritas; quidquid molire-
tur, prospere succedebat.* 13. *Posteà
audivi unum de sanctis, qui loque-
batur, quique alterî cuidam sancto,
quîcum loquebatur, hæc dixit: quan-
tùm temporis hæc visio duratura est,
& ad devastationem tradenda iniqui-
tas, & sanctuarium ministeriumque
calcandum?* 14. *Cui responsum fuit:
dies erunt duo millia & trecenti, do-
nec sanctuarium mundetur.* 15. *Cùm
autem ego, Daniel, hæc intuerer,
& visum, quale esset, intelligere
averem, ecce coram me stetit quasi
species hominis.* 16. *Posteà audivi
vocem hominis clamantem de medio
Ulai, & hæc dicentem: Gabriel, fac
ut ille intelligat visionem.* 17. *Ille
igitur venit ad eum locum, ubi adsta-
bam; ego verò, eo veniente, concus-
sus sum, cecidique in vultum meum.
Tum dixit mihi: intellige, filî ho-
minis; nam suo tempore finem habe-
bit visio.* 18. *Intereà autem dum hæc
mecum loquebatur, ego humi jace-
bam stupens; posteà tetigit me, ere-
xitque me, ac steti:* 19. *Dixitque
mihi; ego ostendam tibi, quid sit futurum in temporibus iræ extremis; nam
suo tempore finem habebit visio.* 20. *Aries, quem vidisti habere duo cornua,
reges sunt Medorum atque Persarum.* 21. *Hircus autem caprarum, rex Græ-
ciæ. Cornu magnum, quod est inter oculos ejus, ille est rex primus.* 22. *Quòd
autem, eo fracto, quatuor cornua in ejus locum steterunt, quatuor regna de
gente ejus orientur, sed non tanti roboris.* 23. *Sub postrema tempora regni
eorum, cùm finem habebunt iniquitates, exsurget rex facie impudens &
ænigmatum peritus:* 24. *Qui, quanquam non multi roboris, tamen robore
præstabit; stragesque edet supra modum magnas; quidquid molietur, pros-
perè succedet; vastabit potentes, populumque ipsum sanctorum.* 25. *Excellet
acumine mentis; fiet per dolos superior; magnus sibi videbitur, multos per
fraudem interficiet; quin etiam adversùs Principem principum stare audebit;
sed frangetur sine manibus* 26. *Visio hæc dierum, qui definiti sunt, vera est;
sed tu obsigna visionem; hæc enim erunt post multos dies.* 27. *Ego autem,
Daniel, debilitatus fui & æger aliquot dies; posteà surrexi, & dedi operam
negotiis regis; sed tamen tacitus & stupens, nemine intelligente ita me affec-
tum esse, propter visionem.*

כי לעת קץ החזון ׃ 18. ובדברו
עמי נרדמתי על פני ארצה · ויגע
בי ויעמידני על עמדי ׃ 19. ויאמר ·
הנני מודיעך את אשר יהיה
באחרית הזעם · כי למועד קץ ׃
20. האיל אשר ראית בעל הקרנים ·
מלכי מדי ופרס ׃ 21. והצפיר
השעיר מלך יון · והקרן הגדולה
אשר בין עיניו הוא המלך הראשון ׃
22. והנשברת ותעמדנה ארבע
תחתיה · ארבע מלכיות מגוי
יעמדנה · ולא בכחו ׃ 23. ובאחרית
מלכותם כהתם הפשעים · יעמד
מלך עז פנים ומבין חידות ׃ 24.
ועצם כחו ולא בכחו · ונפלאות
ישחית · והצליח ועשה · והשחית
עצומים ועם קדשים ׃ 25. ועל
שכלו · והצליח מרמה בידו ובלבבו
יגדיל · ובשלוה ישחית רבים · ועל
שר שרים יעמד · ובאפס יד ישבר ׃
26. ומראה הערב והבקר אשר
נאמר אמת הוא · ואתה סתם
החזון · כי לימים רבים ׃ 27. ואני
דניאל נהייתי ונחליתי ימים · ואקום
ואעשה את מלאכת המלך
ואשתומם על המראה · ואין מבין ׃

2. ואראה... ואני הייתי, *& vidi... & ego eram ;* hoc eſt, *videbam me eſſe ;* ita etiam Syrus. Erat in Suſarum arce Daniel, cùm ei objectum eſt hoc viſum, non autem apud flumen Ulai, ſive Eulæum. Sed cùm miſſum fuit à Deo viſum, viſus eſt ſibi eſſe prope *flumen :* nam ſic convertendum ex ſignificatu Chaldaico; non rectè Vulgatus, אובל, *portam.*

6. ויבא עד האיל, *& venit ad arietem ;* nimirum Alexander Magnus ad regem Perſarum, animal unicorne adversùs bicorne; quia Alexander ſolus regnavit ſive in Græciam, ſive in totam Aſiam; Darius autem regnabat in Medos & in Perſas, quæ duæ nationes, poſt Cyrum, ſub imperio fuerunt regum Perſarum.

8. הקרן הגדלה, *cornu magnum.* Idem הגדלה ac ſupra חזות, *inſigne ;* nunc cornu dicitur *magnum* in oppoſitione cum cornibus quatuor, quæ ſequuntur, quæ minora erant; quia quatuor regna, quæ poſt Alexandrum Magnum fuerunt, non æquaverunt ejus magnitudinem, לא בכחו, *non in fortitudine ejus :* vide verſum 22.

9. קרן... מצעירה, *cornu... parvulum ;* idem, quod capite ſuperiori, v. 8. nempe Antiochus Epiphanes: vide ad verſum ſuprà-dictum. ...ואל הצבי: nos, *& ad occidentem ;* ſi non ex ex ipſâ ſcriptione, certè ex ſententiâ. Nam Judæa, quæ hîc agitur, erat ab occidente Aſiæ, in quâ regnabat Antiochus. Convertit Arabs, ואלי אלערב, *& ad occidentem ;* qui ſi non legit הערב, pro הצבי, ſaltem vidit ſic fuiſſe ſcribendum; nihil enim erat, cur crederet vocabulum צבי, Hebraïcum, ſignificare *occidentem ;* neque verò etiam id ullibi ſignificat *terram Iſrael*, ſolitariè poſitum, quanquam id ſibi perſuasêre plerique novi Interpretes. Omiſit צבי Syrus. Idem convertunt Græci δύναμιν, & poſt eos Vulgatus, *fortitudinem*, tametſi nullâ ſententiâ. Nihil erat tam obvium, quàm ut ponerent, *terram Iſrael*, ſi crederent vocabuli הצבי, eſſe poſſe talem ſignificatum. Sed oratio flagitat ipſum vocabulum הערב, *occidentem*, quandoquidem anteceſsêre *meridies & occidens.* Vide, ſi juvat Concordantias Buxtorf. & confer locos citatos, in vocabulo צבי, cum notis noſtris.

10. עד צבא השמים, *ad exercitum cœlorum.* Hæc figura ſermonis accommodata eſt ad ipſum viſum. Nempe videt Daniel id cornu inter cœlum & terram; quod adeò, ſi extollitur, extollitur ad cœlum & ad ſtellas. In re autem, quam ſimilitudo adumbrat, *exercitus cœli* eſt miniſterium, quo ſervitur Deo cœlorum, quod miniſterium ſignificat proprietas ipſa vocabuli צבא; *ſtellæ*, ſunt ſacerdotes; princeps *exercitûs*, ſive *miniſterii*, ſacerdos magnus.

12. וצבא תנתן: Nos, *& traditum fuit miniſterium*, על התמיד, *poſt juge ſacrificium.* Vocabulum צבא, numero plurali, ſolet eſſe femininum; eſſe igitur poteſt etiam in ſingulari femininum; quod niſi ſic accipitur, erit legendum ינתן: neque enim id verbum poteſt alium habere, quàm צבא, nominativum. Vulgatus, צבא, *robur*, & ita Syrus, חילא, ſignificatu ab *exercitu*, malè, ut videtur, derivato; nullibi enim צבא eſt *robur.*

13. ...ויאמר: Lege ויאמר אליו, *& dixit*, vel *dictum eſt ei ;* ſic legunt Veteres Interpretes. ...עד מתי... התמיד, *quantùm temporis... duratura eſt ;* quomodò Græci Intt. ςήσεται, *ſtabit.* Eſt התמיד Infinitum reſpondens pari Infinito תת; non autem, ut anteà, *juge ſacrificium.*

14. ערב בקר, *veſpere ac mane*, id eſt, *dies.* Vide ſi juvat, Edm. Calmet de diebus 2300. qui dies conficiunt annos ſex cum dimidio anno. Tot annos deſertum fuit ſanctuarium, donec idem, Judâ Machabæo Perſas vincente, frequentaretur.

17. כי לעת קץ החזון, *nam ad tempus (erit) finis viſionis.* Significat קץ, *finis*, non ipſum eventum rei per viſionem ſignificatæ; (nam קץ reſpuit talem ſignificatum,) ſed ipſum finem viſionis; in quo *fine* prænuntiatur, ſanctuarium ab Antiocho violatum iri; in vocabulo autem לעת, *ad tempus*, ſignificatur finem viſionis, ſeu ſanctuarii violationem, tempus ſuum habituram. Hæc Angelus Danieli de fine viſionis, quia videbat Danielem perterritum eſſe malis iis, quæ in ſanctuarium imminebant. Hæc enim mala viſio apertè declarabat, quanquam Angelus nondum explicaverat, unde mala hæc impenderent. Eadem ſententia recurrit verſu 19. ubi, poſt קץ, ommittitur החזון, compendii cauſâ, & ubi למועד idem ſignificat, quod hoc verſu 17. לעת. Rem utroque verſu ita eſſe intelligendam, docent hæc verba (v. 19.) באחרית הזעם, *in temporibus iræ extremis*, quæ tempora erant Antiochi regnantis. Hæc tempora extrema erant id, quod maximè ſollicitabat Danielem.

22. מגוי: Legendum מגויו, *de gente ejus ;* ut legebant Græci Intt. qui, ἐκ τοῦ ἔθνους αὐτοῦ, quos imitantur Arabs & Vulgatus. Reſpondet Affixum ו alteri Affixo, quod eſt in בכחו, quod ſequitur.

23. כהתם הפשעים, *cùm finem habebunt iniquitates*, ſive nefanda illa ſcelera Oniæ interfecti, Sacerdotii ſummi pecuniâ venditi & empti, & alia ejuſmodi quæ extiterunt ante tempora prima Machabæorum.

25. ועל שר שרים יעמד, *& adversùs principem principum ſtare audebit.* Intellige adversùs Deum ipſum, qui Antiochum franget *ſine manibus ;* hoc eſt non viribus humanis, ſed vulnere de cœlo inflicto, morbo & putredine viſcerum.

27. ואין מבין: Vulgatus, *& nemo erat qui interpretaretur.* Meliùs Græci Intt. καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιῶν, *& non erat conſcius* mei doloris, ſive cauſæ, quæ attulerat dolorem. Non jam dolere poterat Daniel, quòd nemo interpretaretur viſionem, poſtquàm Angelus omnia explicaverat ſingulatim.

CAPUT

CAPUT IX.

Daniel, lectâ Jeremiæ vaticinatione de captivitate ſeptuaginta annorum, orat Deum ut placabilis fiat, & ut reducat populum ſuum. Cui Gabriel myſterium aperit ſeptuaginta hebdomadarum.

1. *Anno primo Darii, filii Aſ-*
ſueri, de ſemine Medorum, qui im-
peravit in regno Chaldæorum, 2. *An-*
no eo primo regni ejus, ego, Daniel,
animadverti in libris numerum an-
norum, quem prædixerat Dominus
Jeremiæ prophetæ impletum iri, ut
Jeruſalem devaſtata eſſet per annos
ſeptuaginta. 3. *Et converti vultum*
meum ad Dominum Deum, ut eum
implorarem precibus & orationibus,
jejunio & ſacco & cinere. 4. *Et oravi*
Dominum Deum meum, & confeſ-
ſus ſum, & dixi; Domine Deus ma-
gne & terribilis; tu ille, qui ſervas
fœdus & miſericordiam erga eos qui
ſe diligunt, & mandata ſua obſervant.
5. *Peccavimus, iniquè egimus, im-*
piè fecimus & fuimus rebelles, dum
receſſimus à mandatis tuis & judiciis.
6. *Non audivimus ſervos tuos prophe-*
tas, qui tuo nomine locuti ſunt ad re-
ges noſtros, ad principes noſtros, ad
patres noſtros, ad univerſumque terræ
populum. 7. *Tua, Domine, eſt juſ-*
titia, noſtra autem hæc ignominia,
in quâ nunc erubeſcunt homines Ju-
da, & Jeruſalem habitatores, & om-
nis Iſrael, qui proximi ſunt, aut re-
moti, apud regiones, in quas tu eos
diſpuliſti, propter ſcelera hæc, quæ
in te commiſerunt. 8. *Noſtra eſt,*
Domine, ignominia & regum noſ-
trorum principumque & patrum noſ-

1. בשנת אחת לדריוש בן
אחשורוש מזרע מדי אשר המלך
על מלכות כשדים ׃ 2. בשנת
אחת למלכו אני דניאל בינתי
בספרים מספר השנים אשר היה
דבר יהוה אל ירמיה הנביא למלאות
לחרבות ירושלם שבעים שנה ׃ 3.
ואתנה את פני אל אדני האלהים
לבקש תפלה ותחנונים בצום ושק
ואפר ׃ 4. ואתפללה ליהוה אלהי
ואתודה ואמרה · אנא אדני האל
הגדול והנורא שמר הברית והחסד
לאהביו ולשמרי מצותיו ׃ 5. חטאנו
ועוינו והרשענו ומרדנו · וסור
ממצותיך וממשפטיך ׃ 6. ולא
שמענו אל עבדיך הנביאים אשר
דברו בשמך אל מלכינו שרינו
ואבתינו ואל כל עם הארץ ׃ 7.
לך אדני הצדקה · ולנו בשת הפנים
כיום הזה לאיש יהודה ולישבי
ירושלם ולכל ישראל הקרבים
והרחקים בכל הארצות אשר הדחתם
שם במעלם אשר מעלו בך ׃ 8.
אדני לנו בשת הפנים למלכינו
לשרינו ולאבתינו · אשר חטאנו לך ׃
9. לאדני אלהינו הרחמים והסלחות ·
כי מרדנו בו ׃ 10. ולא שמענו
בקול יהוה אלהינו ללכת בתורתיו
אשר נתן לפנינו ביד עבדיו הנביאים ׃
11. וכל ישראל עברו את תורתך
וסור לבלתי שמוע בקלך · ותתך
עלינו האלה והשבעה אשר כתובה
בתורת משה עבד האלהים · כי
חטאנו לו ׃ 12. ויקם את דבריו

trorum, quoniam te offendimus.
9. Domini Dei nostri est misericor-
dia & placabilitas, postquàm nos in
eum fuimus rebelles; 10. Nec audi-
vimus vocem Domini Dei nostri, ut
legibus obsequeremur, quas nobis co-
ram proposuerat per servos suos pro-
phetas. 11. Transgressus est universus
Israel Legem tuam, & aversus est, ne
audiret vocem tuam; propterea effusæ
sunt in nos maledictiones & exsecra-
tiones, quæ in Lege Mosis, servi
Dei, conscriptæ sunt, quoniam in
eum peccavimus. 12. Confirmavit in
nos verba hæc, quæ locutus est adver-
sùm nos, ducesque nostros, qui apud
nos imperabant, ut adduceret in nos
magna hæc mala, quæ in Jerusalem
advenerunt, qualia nunquam sub cæ-
lis evenerunt, 13. Omnia mala hæc
in nos advenerunt, qualia in Lege
Mosis scripta sunt; nos verò Domino
Deo nostro non supplicavimus, ut
averteremur ab iniquitatibus nostris,
veritatemque tuam recogitaremus.
14. Non distulit Dominus adducere
in nos mala; Dominus enim Deus
noster justus est in omnibus operibus
quæ fecit; nos autem vocem ejus non
audivimus. 15. Nunc igitur, Domi-
ne Deus noster, qui eduxisti populum
tuum de terrâ Ægypti per manum
validam, tibique nomen tale, quale
hodie est, fecisti, peccavimus, impiè
fecimus. 16. Domine, pro tuis om-
nibus misericordiis, avertatur, quæ-
so, ab urbe tuâ Jerusalem & à monte
sancto tuo ira tua & furor tuus; ete-
nim propter peccata nostra & iniquita-
tes patrum nostrorum ludibrio est Jeru-
salem populusque tuus omnibus vici-
nis nostris. 17. Audi igitur, Deus nos-
ter, servi tui orationem & deprecationes
nostras; propter temetipsum, Domi-

אשר דבר עלינו ועל שפטינו אשר
שפטונו להביא עלינו רעה גדלה ·
אשר לא נעשתה תחת כל השמים
כאשר נעשתה בירושלם : 13.
כאשר כתוב בתורת משה את כל
הרעה הזאת באה עלינו · ולא חלינו
את פני יהוה אלהינו לשוב מעונינו
ולהשכיל באמתך : 14. וישקד
יהוה על הרעה ויביאה עלינו · כי
צדיק יהוה אלהינו על כל מעשיו
אשר עשה · ולא שמענו בקלו :
15. ועתה אדני אלהינו אשר
הוצאת את עמך מארץ מצרים ביד
חזקה ותעש לך שם כיום הזה ·
חטאנו רשענו : 16. אדני ככל
צדקתיך ישב נא אפך וחמתך
מעירך ירושלם הר קדשך · כי
בחטאינו ובעונות אבתינו ירושלם
ועמך לחרפה לכל סביבתינו : 17.
ועתה שמע אלהינו אל תפלת עבדך
ואל תחנוניו · והאר פניך על מקדשך
השמם למען אדני : 18. הטה
אלהי אזנך ושמע · פקחה עיניך
וראה שממתינו והעיר אשר נקרא
שמך עליה · כי לא על צדקתינו
אנחנו מפילים תחנונינו לפניך · כי
על רחמיך הרבים : 19. אדני
שמעה · אדני סלחה · אדני הקשיבה
ועשה · אל תאחר למענך אלהי · כי
שמך נקרא על עירך ועל עמך :
20. ועוד אני מדבר ומתפלל
ומתודה חטאתי וחטאת עמי ישראל
ומפיל תחנתי לפני יהוה אלהי על
הר קדש אלהי : 21. ועוד אני
מדבר בתפלה · והאיש גבריאל
אשר ראיתי בחזון בתחלה מעף
ביעף נגע אלי כעת מנחת ערב :
22. ויבן וידבר עמי ויאמר · דניאל
עתה יצאתי להשכילך בינה : 23.
בתחלת תחנוניך יצא דבר · ואני
באתי להגיד כי חמודות אתה · ובין
בדבר והבן במראה : 24. שבעים
שבעים נחתך על עמך ועל עיר
קדשך לכלא הפשע ולחתם חטאות

ולכפר עון ולהביא צדק עלמים
ולחתם חזון ונביא ולמשח קדש
קדשים : 25. ותדע ותשכל · מן
מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם
עד משיח נגיד שבעים שבעה ·
ושבעים ששים ושנים תשוב
ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים :
26. ואחרי השבעים ששים ושנים
יכרת משיח ואין לו · והעיר והקדש
ישחית עם נגיד הבא · וקצו בשטף ·
ועד קץ מלחמה נחרצת שממות :
27. והגביר ברית לרבים שבוע
אחד · וחצי השבוע ישבית זבח
ומנחה · ועל כנף שקוצים משמם ·
ועד כלה ונחרצה תתך על שומם :

ne, irradia vultu tuo ſanctuarium
tuum, quod devaſtatum eſt. 18. *In-*
clina, Deus meus, aurem tuam, &
audi; aperi oculos tuos, & conſidera
ruinas noſtras, urbiſque ejus, quæ no-
mine tuo cenſetur. Nam, quòd nos te
ſuppliciter oramus, non freti ſumus
juſtitiâ noſtrâ, ſed tuis, quæ multæ
ſunt, miſerationibus. 19. *Audi Do-*
mine; parce, Domine; eſto exora-
bilis, Domine; fac, quæſo, nec mo-
reris, Deus meus, propter te; quan-
doquidem nomine tuo cenſetur civi-
tas tua & populus tuus. 20. *Ego hæc*
adhuc loquebar, orans & confitens pec-
cata mea & peccata populi mei Iſrael,
& ſuppliciter orans coram Domino Deo meo, pro monte ſancto Dei mei:
21. *Hæc ego adhuc orans, eloquebar, cùm homo, idem ille Gabriel, quem*
anteà in viſione videram, involavit ad me celeriter, acceſſitque ad me circa
horam ſacrificii veſpertini; 22. *Atque hæc mecum ſtans locutus eſt: Daniel*
nunc egreſſus ſum, ut darem tibi intelligentiam. 23. *Datum fuit hoc man-*
datum, cùm primùm fudiſti preces; itaque veni, hæc tibi declaraturus; quo-
niam tu, non modò amabilis, ſed rerum intelligens, & viſionum peritus.
24. *Septuaginta hebdomades definitæ ſunt ſuper populo tuo & urbe ſanctua-*
rii tui, ut cohibeatur peccatum, ut delicta finem habeant, ut expietur ini-
quitas, & adducatur juſtitia ſempiterna; ut obſignentur viſiones & prophetiæ,
& ungatur ſanctum ſanctorum. 25. *Scito igitur & intellige. Ab edicto, quod*
promulgabitur, ut redeatur, & ut Jeruſalem inſtauretur, erunt hedomades
ſeptem. Tum hæc rurſum latè ædificabitur in ſollicitudine & in difficultate
temporum; deinde uſque ad Meſſiam ducem erunt hebdomades ſexaginta
duæ. 26. *Et poſt hebdomadas ſexaginta duas, Meſſias de medio tolletur,*
nec judicium ei dabitur. Deinde urbem & ſanctuarium devaſtabit per ducem,
qui venturus eſt; noviſſima ejus erunt in anguſtiis, & ad belli finem ſtatuta
eſt deſolatio. 27. *Unâ autem hebdomadâ fœdus cum multis ratum faciet, &*
in dimidio hebdomadæ antiquabit ſacrificium munuſque, & erit in Templo
abominatio deſolationis, donec ruina, quæ decreta eſt, ingruat poſt deſola-
tionem.

---

3. לבקש תפלה, *ad quærendum orationem.* Eſt תפלה mendum antiquum, quod quidem, ut erat, Græci Intt. exhibuêre. Sed Syrus, בצלותא, *in oratione;* legebat בתפלה, *in oratione*, ut & legendum; quomodò verſu 21. אני מדבר בתפלה, *ego loquebar in oratione.* Reſpondet præpoſitio ב præpoſitioni poſteriori, quæ legitur in בצום, *in jejunio.*

5. והרשענו, *& impiè fecimus.* Maſora tollit Conjunctionem ו, quam quidem non lego in Codice Orat. 53. ...וסור, *& recedere.* Malè continuatur oratio ex Præterito modo in Infinitum; itaque etiam omnes Veteres ſic interpretantur, quaſi legant, נסור, *receſſimus.* Idem vitium recurrit infra, v. 11. ex pravâ imitatione mendi ſuperioris. Niſi legitur נסור, erit legendum

למור, *ad declinandum*, eodem tenore, qui habetur verſu 10. in ללכת, & verſu 13. in לשוב.

17. למען אדני, *propter Dominum.* Inconſtans hæc ſeries, *oſtende vultum tuum propter Dominum*, præſertim eodem membro. Series erit una & æquabilis, ſi legis למענך אדני, *propter te, Domine*, ut legunt Græci Intt. quos Arabs imitatur. Vulgatus, *propter temetipſum*, omittens *Domine*; ut ſubveniat mendo למען: eâdem de cauſâ Syrus, מטל שמך מריא, *propter nomen tuum, Domine.* Cur Affixum כ omitteretur, occaſio erat in litterâ נ ferè ſimili.

22. ויבן: Vulgatus, *& docuit me*, Græcos imitans, quaſi legeretur, ויבני, non ſine Affixo. Sed incommodè additur *me.* Nondum enim docet Angelus Danielem; hoc tantùm memorat, hoc quidem verſu, ſe veniſſe ut Danielem doceret. Itaque ſtare in oratione non poteſt ויבני, ut neque יבן, ſine caſu. Syrus, ואתא, *& venit*, tanquam legens וילך, quod verbum ſatis eſt ſimile verbo ויבן. Sed nec placet, *& venit*, quia mox dictum eſt, *& appropinquavit ad me.* Verior ſcriptio videtur eſſe ויכן, *& ſtetit*, nimirùm ut cum Daniele loqueretur.

23. כי חמודות אתה, *quia deſideria tu.* Non facilè credet huic ſcripturæ cordatus Lector, poſtquàm legerit cap. 10. v. 11. דניאל איש חמדות, *Daniel, vir deſideriorum*, nec non etiam verſu 19. אל תירא איש חמדות, *noli timere, vir deſideriorum*; poſtquàm denique viderit Græcos interpretari, ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, hoc ipſo verſu. Itaque exiſtimandum, fuiſſe omiſſum איש à Librariis. Cæterùm חמדות, indicat *amabilitatem*, quâ Daniel ſibi amorem conciliabat, non autem *deſideria*, ſeu id, quod Daniel haberet in votis, differtque à vocabulo תאוה, *deſiderium.*

24. שבעים שבעים נחתך, *ſeptuaginta hebdomades definitæ ſunt.* Vellet ſolita concordia numerorum, ut legeretur נחתכו, numero plurali. Tamen haud ſcio an malè נחתך, numero ſingulari, quia talis numerus ſubſequi ſolet numeros deno majores. Poterat Propheta ſcribere שבעים שבעה, ut ſcribitur עשרים שנה, *viginti anni.* Sed quia ſcripſit שבעים, *hebdomades*, numero plur. videtur נחתך ſuſcipere in ſe numerum ſing. quem poſtulat numerus שבעים. Non ſcripſit autem שבעים שבעה, ut vitaret ambiguitatem, & ne crederetur ſignificari *hebdomades ſeptem*, ut ſequenti verſu, quem vide. ...לחתם חטאות, *ut obſignentur peccata.* Rectè Maſora להתם, *ut finem habeant.* Ita lego in Codice Orat 53. & ita omnes Veteres. Erravit de lineâ Scriba, cùm legeret לחתם, lineâ inferiore. ...ולחתם חזון ונביא, *& ut obſignetur viſio & propheta.* Obſignantur res, quæ ſcriptæ ſunt, non perſonæ, quæ ſcripſerunt. Itaque rectè Vulgatus, *& prophetia*, ex ſcriptione נבואה, quæ *prophetia* ejuſdem generis eſt, cujus חזון, *viſio.* ...ולהביא: Potius, ולהובא, *& ut adducatur*, quomodo Vulgatus; nam careret nominativo verbum Activum להביא ‧ ...קדש קדשים: Nos, *ſanctum ſanctorum*, ut alibi paſſim, non verò, *ſanctus ſanctorum*, quaſi hæc duo verba Meſſiam demonſtrarent. Enimverò Meſſias nominatur infra משיח, & quidem bis; ut ſatis appareat, non eum nunc appellari *ſanctum ſanctorum*, nomine alio, eoque ambiguo.

25. שבעים שבעה ושבעים ששים ושנים, *hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta & duæ.* Hoc primum ſignum habemus, mutatum fuiſſe, hoc verſu, ordinem verborum. Nam Sacri Scriptores, cùm dicere volunt, hebdomades *ſexaginta novem*, nuſquam ſcribunt *hebdomades ſeptem & ſexaginta duæ*, diſſociatis ab ſe ſe numeris deno minoribus, ut hoc loco diſſociati ſunt numeri *ſeptem* & *duæ.* Nuſquam reperies tales ſcribendi formas, ut per duos numeros ſeparatos *ſeptem* & *duo* ſignificetur *novem*; ut per *tria* & *quatuor*, *ſeptem*; ut per *tria* & *quinque*, *octo*, & ſic de cæteris. Numeri omnes deno minores, ſive *unitates*, cogi ſolent in unam ſummam, quomodò & omnes numeri denarii, & quomodò centeni, ac milleſimi. Numeri ejuſdem generis tum demum ſeparatè ponuntur, cùm diſtributionem indicant, numero eodem iterato, ut מאה מאה, quod ſignificat *centenos*, non ducentos. Alterum ſignum eſt perturbationis, hæc verba, שבעים שבעה, in quibus declaratur, Jeroſolymam inſtauratum iri poſt *ſeptem hebdomadas*, remota eſſe ab iſtis תשוב ונבנתה רחוב, quæ ſignificant urbis inſtaurationem futuram, nec non malè annecti ad hebdomadas ſexaginta duas, quæ pertinent ad Meſſiam venturum. Quippe is ordo, *uſque ad Meſſiam hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ*, annectit hebdomadas ſeptem ad ſexaginta duas, quaſi dicatur, *hebdomades ſexaginta novem*; ut non jam liceat eaſdem *hebdomadas ſeptem* annectere ad verba hæc, *rurſus ædificabitur platea*; utque adeò, ſi ordinem verborum ſequeris, neſcias quot hebdomades intercedere debeant ab edicto de urbe inſtaurandâ ad urbem inſtauratam. Legitimus ordo eſt, ut, poſtquàm, dictum eſt, *ab edicto, ut ædificetur Jeruſalem...* proximè ſequatur, erunt *hebdomades ſeptem*; atque ut deinde addatur, *ad Meſſiam verò ducem* erunt *hebdomades ſexaginta duæ*; ut denique ſubjungatur, *& poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Meſſias.* Eum quidem ordinem ſequuntur omnes, qui hos Danielis annos computant, ex ſententiæ neceſſitate, ſed invito ordine verborum, atque etiam invitâ Hebr. Linguæ indole, ut ſuprà docuimus. Ergo, poſt ירושלם, retro-agenda ſunt hæc verba, עד משיח נגיד, ut, poſt ירושלם, proximè ſequatur, שבעים שבעה, atque ut deinde veniant hæc verba, ...ועד תשוב ונבנתה & quæ ſequuntur uſque ad finem verſûs, denique ut hæc reſumantur. משיח נגיד שבעים, hoc modo: מן מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם שבעים שבעה ‧ ותשוב תבנתה רחוב בחרוץ ובצוק העתים: ועד משיח נגיד שבעים ששים ושנים: ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח... Vide verſionem. In tali ſerie omnia rectè procedunt, nihil non redolet ſolitum ſcribendi morem. Verſu 24. hebdomades ſeptuaginta tanguntur generatim; verſu verò hoc 25. particulatim. Et primùm quidem hebdomades ſeptem, ſive anni 49. quibus exactis, urbs Jeruſalem ſit inſtauranda; deinde hebdomades ſexaginta duæ, ſive anni poſt Jeruſalem inſtauratam 434. quibus expletis, occidendus ſit Meſſias. Cæterùm pro וחרוץ, legendum בחרוץ, *in ſollicitudine*, ut id reſpondeat pari vocabulo ובצוק, *& in difficultate*, העתים, *temporum.* Sed רחוב vix credas eſſe *plateam.* Neque enim uſquam *platea*, pro *urbe*, legitur. Nos maluimus

latè,

latè, ut ſignificetur urbem totam cum ſuis mœnibus inſtauratum iri; quam ſententiam exſequuntur Græci Intt. Quippe verbum נבנתה femininum habet pro nominativo ירושלם, quod nomen non jam longo intervallo abeſt à verbo ſuo, in ordine eo, quem reſtituimus.

26. ואין לו, *& non ei.* Hæc duo verba quid ſignificent, non oſtendunt Interpretes. Vatablus, *nullus ſtabit pro eo*, bonâ ſententiâ, ſed malâ interpretatione, cùm nulla reperiatur ſcribendi forma talis. Omninò legendum, ואין דין לו, ut legunt Græci Intt. qui, καὶ κρίμα οὐκ ἔςιν ἐν αὐτῷ, *& non eſt in eo judicium*, ſive indictâ cauſâ damnabitur. Vocabulum דין ſæpe ſignificat *judicium* ita, ut rectum judicium, ſeu judicium, quod eſt verum. Malè cohæret ſeries apud Græcos. Sed ex eo ipſo colligitur, eos poſuiſſe id *judicium*, quia id legerent; neque enim ſuo marte adderent ad Contextum ſuum res inter ſe malè cohærentes. Vulgatus, *non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt*, qui, quid legeret, non divino. Crediderim potiùs, eum addidiſſe quædam de ſuo ingenio, ne daret ſine medullâ corticem. ...עם נגיד הבא: Vulgatus, *populus cum duce venturo*, quaſi legeret bis עם עם, *populus cum...* ſed non neceſſe eſt iterari עם, ut id nominativum ſit verbi ישחית; cùm hoc verbum habeat pro nominativo ipſum Meſſiam, qui urbem Jeruſalem ſit everſurus *per ducem venturum*, nempe Titum, Veſpaſiani filium. Sic, verſu inferiore, verbum והגביר, *& confirmabit*, habet pro nominativo eundem Meſſiam. ...וקצו בשטף, *& finis ejus* (*ſanctuarii*) erit *in anguſtiâ*, ex ſignificatu Arabico verbi שטף, à quo ſignificatu non longè abeſt שטף Hebraicum, *inundatio*; quia per inundationem non ſemel ſignificantur res adverſæ, vel anguſtæ.

27. שביע אחד, *hebdomadâ unâ*, idem ac בשבוע, ut ſit notatio temporis, & idem ſtatuimus de verbis ſequentibus וחצי השבועה. Neque enim convenit in *hebdomadam*, ut *confirmet fœdus*; neque ut *abroget ſacrificia.* Hæc conveniunt in perſonam, non in rem. Fœdus ratum fecit cum multis Meſſias per hebdomadam unam, prædicans Evangelium per ſe, deinde per Apoſtolos. Dimidiâ autem hebdomadâ primâ, victimas non quidem *ceſſare fecit* (ישבית) ſed *antiquavit*, ſupponens ſe ipſum victimam pro genere humano in locum victimarum Moſaicæ legis. ...ועל כנף: Nos, *& in Templo*, ut Græci Intt. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν, *& in ſanctum*; quos crediderim potiùs legiſſe קדש, *ſanctum*, quàm vocabulum כנף ſignificare *ſanctum*, vel *Templum*; nam ſi כנף eſt *pinna* Templi, additum oportuerat, vel היכל, vel קדש. ...ועד כלה ונחרצה, *& ad ruinam decreta* eſt (*deſolatio.*) Superfluit ו ante נחרצה, & ſolus id exhibet Vulgatus.

CAPUT X.

Apparet Danieli vir lineis indutus & lumine circumfulgens, qui eum territum poſtquàm recreavit, certiorem facit, ſibi reſtitiſſe Principem Perſarum; unum Michael ſibi adfuiſſe, & Principem Græcorum mox venturum; ſe intereà miſſum fuiſſe, ut nuntiaret ei quæ eventura ſunt.

1. *Anno tertio Cyri, regis Per-*
ſarum, oſtenſum fuit ſecretum Da-
nieli, cui nomen Baltaſſar: quod ſecre-
tum verum fuit; idem erat de magnis
exercitibus, atque id intellexit; erat
enim peritus viſionum. 2. *In diebus*
illis ego, Daniel, tres ſeptimanas
dierum in luctu jacui. 3. *Non edi*
cibos delicatos; caro allata non fuit
ad os meum, ut neque vinum; nec
uſus ſum unguentis, donec abſolviſ-
ſem dierum hebdomadas tres. 4. *Die*
autem vigeſimo quarto menſis primi,

1. בשנת שלוש לכורש מלך
פרס דבר נגלה לדניאל אשר נקרא
שמו בלטשאצר · ואמת הדבר וצבא
גדול · ובין את הדבר · ובינה לו
במראה ׃ 2. בימים ההם אני
דניאל הייתי מתאבל שלשה שבעים
ימים ׃ 3. לחם חמדות לא
אכלתי · ובשר ויין לא בא אל פי ·
וסוך לא סכתי עד מלאת שלשת
שבעים ימים ׃
4. וביום עשרים וארבעה לחדש
הראשון ואני הייתי על יד הנהר
הגדול · הוא חדקל ׃ 5. ואשא

ego eram in ripâ magni fluminis; hic
est Tigris. 5. *Et, sublatis oculis, vi-*
di unum hominem lino indutum, &
cinctum renibus auro obrizo. 6. *Cor-*
pus ejus simile erat chrysolito, vul-
tusque ejus quasi species fulguris;
oculi ejus velut accensæ lampades;
brachia autem & quæ ad pedes, quasi
æs politum videbantur, & sonitus
verborum ejus, tanquam sonitus mul-
titudinis. 7. *Ego autem, Daniel,*
vidi visionem solus; neque enim eam
vidêre homines, qui mecum erant;
etenim eos corripuit magnus horror,
diffugeruntque, ut se se abscònderent.
8. *Ego igitur, cùm relictus essem*
solus, vidi visionem hanc magnam;
sed non supererant in me vires; flos
& robur meum exaruerat, & vires
me deficiebant. 9. *Audivi sonitum*
verborum ejus; quæ cùm audivissem,
jacui exanimatus, vultu in terrâ de-
fixo. 10. *Deinde manus tetigit me,*
commovitque genua mea & articulos
manuum mearum. 11. *Ille autem hæc*
mihi; Daniel, ait, vir amabilis,
attende verba hæc, quæ ego tecum
loquar; erige te & sta; nunc enim
ego ad te missus sum. Dum hæc ille
mecum loquebatur, reliquit me meus
horror. 12. *Et dixit mihi; ne time,*
Daniel: nam ex quo primùm die ap-
plicasti ad intelligentiam animum
tuum, & coram Deo tuo te abjecisti,
verba tua exaudita sunt, & ego tui
causâ hùc veni. 13. *Princeps regni*
Persarum resistit mihi jàm inde à
diebus uno & viginti, sed Michael,
unus de principibus primis venit, ut
mihi auxiliaretur, & ego eum nunc
reliqui in latere regum Persarum.
14. *Et veni, ut te præmonerem de*
iis, quæ populo tuo posteris diebus
adventura sunt; nam visio est de tem-

את עיני · וארא והנה איש אחד
לבוש בדים · ומתניו חגרים בכתם
אופז : 6. וגויתו כתרשיש · ופניו
כמראה ברק · ועיניו כלפידי אש ·
וזרעתיו ומרגלתיו כעין נחשת קלל ·
וקול דבריו כקול המון : 7. וראיתי
אני דניאל לבדי את המראה ·
והאנשים אשר היו עמי לא ראו את
המראה · אבל חרדה גדלה נפלה
עליהם · ויברחו בהחבא : 8. ואני
נשארתי לבדי · ואראה את המראה
הגדלה הזאת · ולא נשאר בי כח ·
והודי נהפך עלי למשחית · ולא
עצרתי כח : 9. ואשמע את קול
דבריו · וכשמעי את קול דבריו
ואני הייתי נרדם על פני · ופני
ארצה : 10. והנה יד נגעה בי ·
ותניעני על ברכי וכפות ידי : 11.
ויאמר אלי · דניאל איש חמדות
הבן בדברים אשר אנכי דבר
אליך · ועמד על עמדך · כי עתה
שלחתי אליך · ובדברו עמי את
הדבר הזה עמדתי מרעיד : 12.
ויאמר אלי · אל תירא דניאל · כי
מן היום הראשון אשר נתת את
לבך להבין ולהתענות לפני אלהיך
נשמעו דבריך · ואני באתי בדבריך :
13. ושר מלכות פרס עמד לנגדי
עשרים ואחד יום · והנה מיכאל
אחד השרים הראשנים בא לעזרני ·
ואני נותרתי שם אצל מלכי פרס :
14. ובאתי להבינך את אשר יקרה
לעמך באחרית הימים · כי עוד חזון
לימים : 15. ובדברו עמי כדברים
האלה נתתי פני ארצה ונאלמתי :
16. והנה כדמות בני אדם נגע
על שפתי · ואפתח פי ואדברה
ואמרה אל העמד לנגדי · אדני
במראה נהפכו צירי עלי · ולא
עצרתי כח : 17. והיך יוכל עבד
אדני זה לדבר עם אדני זה · ואני
מעתה לא יעמד בי כח · ונשמה
לא נשארה בי : 18. ויסף ויגע
בי כמראה אדם ויחזקני : 19.

poribus, quæ adhuc erunt. 15. *Quæ*
cùm ille mecum locutus eſt, dejeci
ad terram vultum meum, & obmu-
tui. 16. *Ecce autem ſpecies quædam*
filii hominis acceſſit ad labia mea;
tum ego aperui os meum, & ad eum,
qui ſtabat contra me, ſic ſum locu-
tus: Domine, compages meæ ad vi-
ſionem diſſolutæ ſunt, & defecit me
robur meum. 17. *Quomodò igitur,*
ſervus tuus talis, poterit Dominum
meum talem alloqui; ecce enim vires meæ non jam conſiſtunt, & vix ſu-
pereſt in me halitus. 18. *Tum verò tetigit me adhuc quaſi ſpecies hominis,*
quæ me corroboravit. 19. *Dixitque mihi: ne time, vir amabilis; pax ſit*
tibi; collige te, & animos reſume. Ille, hæc loquens, addidit mihi robur.
Tum dixi; loquatur Dominus meus, quandoquidem tu me corroboraſti.
20. *Ille autem, viden tu, inquit, quâ de cauſâ ego ad te venerim? Ego*
mox revertar cum Principe Perſarum pugnaturus; etenim, cùm exibam,
venturus jam jam fuit Princeps Græcorum; neque eſt quiſquam, qui jungat
mecum vires contra eos, niſi unus Michael, Princeps veſter. 21. *Sed tamen*
indicabo tibi quod ſcriptum eſt in Libro veritatis.

ויאמר · אל תירא איש חמדות ·
שלום לך · חזק וחזק · ובדברו עמי
התחזקתי ואמרה · ידבר אדני כי
חזקתני ׃ 20. ויאמר · הידעת למה
באתי אליך · ועתה אשוב להלחם
עם שר פרס · ואני יוצא והנה שר
יון בא ׃ 21. אבל אגיד לך את
הרשום בכתב אמת · ואין אחד
מתחזק עמי על אלה כי אם מיכאל
שרכם ׃

---

1. ואמת הדבר וצבא גדול, *& verum verbum, & exercitus magnus;* Hæc videntur eſſe ἐν διὰ δυοῖν; quaſi diceretur; & verum fuit id, quod Danieli oſtendebatur de magnis exercitibus; nimirùm regum Syriæ ac Ægypti, quorum mutua bella capite ſequenti prænuntiantur & deſcribuntur. Hic verſus 1. tituli loco eſt, tumque additus fuiſſe videtur, cùm Danielis prædictiones collectæ ſunt in unum volumen.

3. לחם חמדות, *cibum deſiderii*, ſive *deſiderabilem.* Ita Daniel ſupra nominatus eſt איש חמדות, *vir deſiderii*, ſeu *deſiderabilis*, vel *amabilis.*

8. והודי נהפך, *flos meum & robur exaruerat.* Sic *Prov. cap. 5. v. 9.* ſignificat הוד, *decorem* corporis, ſive coloris bonitatem & firmam valetudinem. Duobus verbis Latinis utimur, quia unum non ſatis erat; ſed duo Hebr. verba, נהפך למשחית, uno verbo Latino, *exaruerat*, exhibemus, quia id ſatis eſſe videbatur.

10. יד נגעה בי ותניעני על ברכי, *manus tetigit me, & commovit me in genua mea (& in articulos manûs meæ;)* id eſt, genua mea & manus ita affecit & commovit, ut redirent in manus & in genua vires, quibus me ab humo erigerem. Verbum נגע, cùm præpoſitione ב, ſignificat, *tangere;* cum præpoſitione אל, vel על, *accedere;* vide cap. 9. v. 21. Vulgatus, ותניעני, *& erexit me*, ex ſententiâ potiùs, quàm ex ipſo verbo.

13. ושר מלכות פרס, *& princeps regni Perſarum.* Non indicat שר *principem*, tanquam *regem;* ut liquet ex eo, quòd Angelus Michael deinde dicitur eſſe *unus de principibus primis.* Itaque intelligendus *princeps*; ut Angelus, qui præſidebat regno Perſarum; Angelus autem malus, quandoquidem adverſabatur bonis Angelis, ut Cyrum regem Perſarum redderet infenſum Judæis. ...ואני נותרתי, *& ego relictus ſum (apud reges Perſarum.)* Hæc ferè pugnant cum eo, quod dicebat Angelus verſu 12. *ego veni propter te.* Itaque verior ſcriptura והותרתיו, quam exhibent Græci Intt. hoc modo: καὶ αὐτὸν κατέλιπον, *& eum reliqui*, ad te veniens; ne, utroque abſente, aliquid moliretur Angelus, princeps Perſarum. Ait Angelus, *apud reges Perſarum*, non *regem*, quia non ſatis erat, Cyrum Judæis favere, ut Rempublicam ſuam Judæi reduces erigerent & firmarent; itaque etiam faverunt Judæis alii Perſarum reges. Providet Angelus, auxilio ſuo, temporibus Judæorum non tantùm præſentibus, ſed etiam futuris.

16. בני אדם: Lege בן אדם, *filii hominis;* ita omnes in Polyglottis. Vide verſum 18.

20. והנה שר יון בא, *ecce autem Princeps Græcorum venturus eſt*, ut mihi adverſetur, concitetque imperium Græcorum adversùm Judæos. Hæc dicit Angelus, cauſam afferens, cur mox ſit reverſurus (ועתה אשוב) quia nimirùm pugnaturus eſt contra Principem Perſarum, dum pugnabit Michael contra Principem Græcorum, brevi adventurum.

21. ...ואין אחד, *& nemo...* Hæc, & quæ ſequuntur, anneſtimus ad finem verſûs ſuperioris, unde hæc trajecta eſſe non dubitamus. Nam cauſam alteram iſtam addit Angelus, cur à Daniele mox ſit diſceſſurus, & rediturus ad præliandum cum Principe Perſarum. En, inquit, jam jam venit Princeps Græcorum, & nemo mihi auxiliatur, præter Michaelem; itaque brevi abibo, ne Michaeli pugnandum ſit ſoli cum duobus Angelis noſtris adverſariis; ſed priuſquàm abeo, nunc tibi declarabo, quid ſcriptum ſit in Libro veritatis. Talis ordo ſponte naſcitur ex ſerie orationis. In hoc ordine hodierno, *venit princeps Græcorum; ſed indicabo tibi, quod ſcriptum eſt... & nemo mihi adeſt contra eos...* facile eſt videre, ſeriem abrumpi per verba hæc, *ego indicabo tibi*, &c.

CAPUT XI.

Angelus oſtendit Danieli, quales futuræ ſint in Ægypto & in Perſide rerum converſiones, & quæ bella geſturi ſint utriuſque regni reges; quæ mala unus ex Perſarum regibus allaturus ſit in gentem Judæorum, donec intereat.

1. *Ego, anno primo Darii Medi, adfui continuo ſubſidio, ut eum corroborarem.* 2. *Nunc ego tibi oſtendam veritatem. En igitur adhuc exiſtent in Perſide reges tres, deinde quartus divitias comparabit, pluſquàm cæteri omnes, & fretus divitiis ſuis, omnia concitabit contra regna Græciæ* 3. *Poſteà exiſtet rex potens, qui latè dominabitur, & aget, quidquid volet.* 4. *Eo ſtante, frangetur regnum ejus, dividеturque ad quatuor cœli plagas, ſed non poſteris ejus; neque erit tantæ poteſtatis, quanta ejus fuerit; quippe in alios etiam, quàm in iſtos quatuor, diſtrahetur regnum ejus.* 5. *Poſteà rex Auſtri erit potens; ſed tamen unus de principibus ejus fiet illo potentior, & habebit Dominatum Dominatu ejus longè majorem.* 6. *Iidem, ſuccedentibus annis, contrahent affinitatem; adducetur ad regem Aquilonis regis Auſtri filia, ut fœdera æqua inter ſe faciant. Hæc autem non erit ſuperior viribus & poteſtate, nec ſtabit ſemen ejus; & erunt tempora, cùm*

1. ואני בשנת אחת לדריוש
המדי עמדי למחזיק ולמעוז לו :
2. ועתה אמת אגיד לך · הנה עוד
שלשה מלכים עמדים לפרס ·
והרביעי יעשיר עשר גדול מכל ·
וכחזקתו בעשרו יעיר הכל את
מלכות יון : 3. ועמד מלך גבור ·
ומשל ממשל רב · ועשה כרצונו :
4. וכעמדו תשבר מלכותו ותחץ
לארבע רוחות השמים · ולא
לאחריתו ולא כמשלו אשר משל ·
כי תנתש מלכותו ולאחרים מלבד
אלה : 5. ויחזק מלך הנגב · ומן
שריו ויחזק עליו · ומשל ממשל רב
ממשלתו : 6. ולקץ שנים יתחברו ·
ובת מלך הנגב תבוא אל מלך
הצפון לעשות מישרים · ולא תעצר
כוח הזרוע · ולא יעמד וזרעו · ותנתן
היא ומביאיה והילדה ומחזקה
בעתים : 7. ועמד מנצר שרשיה
כנו · ויבא אל החיל · ויבא במעוז
מלך הצפון · ועשה בהם והחזיק :
8. וגם אלהיהם עם נסכיהם עם
כלי חמדתם כסף וזהב בשבי יבא
מצרים · והוא שנים יעמד ממלך
הצפון : 9. ובא במלכות מלך
הנגב ושב אל אדמתו : 10. ובנו
יתגרו

tradetur ipsa, & filius ejus, & qui
eam adduxerant, eique opem ferebant.
7. Sed existet surculus de stirpe radi-
cum ejus, qui veniet cum exercitu,
quique aggredietur munitiones regis
Aquilonis; & quidquid faciet contra
eas, erit superior. 8. Ille etiam Deos
eorum & statuas fusiles, & vasa pre-
tiosa argentea & aurea in Ægyptum
deportabit inter prædas; erit enim
duplò potentior rege Aquilonis. 9. Et
veniet rex Austri in regnum suum,
reverteturque ad terram suam. 10. Sed
filii ejus bella miscebunt, magnosque
exercitus conscribent. Erit, qui ve-
niet incedens, & transibit consistetque
omnia latè inundans; ille digladiabi-
tur, quantùm viribus valebit. 11. Et
rex Austri irritabitur, ipseque exi-
bit, pugnaturus cum rege Aquilonis;
excitabit exercitum ingentem, trade-
turque multitudo in manum ejus.
12. Et exercitum assumens, eriget
animum suum, & decem millia pros-
ternet, nec tamen erit potentior.
13. Nam revertetur rex Aquilonis,
& conficiet copias prioribus majores
& expleto annorum spatio veniet, im-
minebitque cum magno exercitu mul-
tisque divitiis. 14. Atque illis tempo-
ribus adversùs regem austri multi in-
surgent; grassatores, qui filii populi
tui erunt, efferentur, ut habeat visio
eventum suum, & cadent. 15. Veniet
igitur rex Aquilonis, & ducet agge-
rem, & capiet urbes munitas, nec
brachia Austri ei obsistent, & milites
ejus delecti deficientur viribus, neque
consistent. 16. Faciet, contra eum
veniens, quidquid volet, nemo ei
resistere audebit; deinde subsistet in
terrâ occidentali, quæ per eum orna-
bitur. 17. Posteà convertet vultum
suum, ut adveniat cum omnibus re-

יתגרו ואספו המון חילים רבים ·
ובא בוא ושטף ועבר · וישב ויתגרו
עד מעזה ׃ 11. ויתמרמר מלך
הנגב · ויצא ונלחם עמו עם מלך
הצפון ׃ והעמיד המון רב · ונתן
ההמון בידו ׃ 12. ונשא ההמון
ירום לבבו · והפיל רבאות ולא יעוז ׃
13. ושב מלך הצפון והעמיד המון
רב מן הראשון · ולקץ העתים שנים
יבוא בוא בחיל גדול וברכוש רב ׃
14. ובעתים ההם רבים יעמדו על
מלך הנגב · ובני פריצי עמך ינשאו
להעמיד חזון ונכשלו ׃ 15. ויבא
מלך הצפון וישפך סוללה ולכד עיר
מבצרות · וזרעות הנגב לא יעמדו
ועם מבחריו · ואין כח לעמד ׃ 16.
ויעש הבא אליו כרצונו · ואין עומד
לפניו · ויעמד בארץ הצבי · וכלה
בידו ׃ 17. וישם פניו לבוא בתקף
כל מלכותו · וישרים עמו ועשה ·
ובת הנשים יתן לו להשחיתה · ולא
תעמד ולא לו תהיה ׃ 18. וישב
פניו לאיים · ולכד רבים · והשבית
קצין חרפתו לו בלתי חרפתו ישיב
לו ׃ 19. וישב פניו למעוזי ארצו ·
ונכשל ונפל · ולא ימצא ׃ 20.
ועמד על כנו מעביר נוגש הדר
מלכות · ובימים אחדים ישבר · ולא
באפים ולא במלחמה ׃ 21. ועמד
על כנו נבזה · ולא נתנו עליו הוד
מלכות · ובא בשלוה והחזיק מלכות
בחלקלקות ׃ 22. וזרעות השטף
ישטפו מלפניו וישברו · וגם נגיד
ברית ׃ 23. ומן התחברות אליו
יעשה מרמה · ועלה ועצם במעט
גוי ׃ 24. בשלוה ובמשמני מדינה
יבוא · ועשה אשר לא עשו אבתיו
ואבות אבתיו · בזה ושלל ורכוש
להם יבזור · ועל מבצרים יחשב
מחשבתיו ועד עת ׃ 25. ויער
כחו ולבבו על מלך הנגב בחיל
גדול ומלך הנגב יתגרה למלחמה
בחיל גדול ועצום עד מאד · ולא
יעמד · כי יחשבו עליו מחשבות ׃

gni sui viribus; præ se feret fœdera &
molietur, dabitque ei filiam suam
pulcherrimam feminarum, ut nectat
dolos; Sed hæc elabetur, nec ei fave-
bit. 18. *Tum vultum suum convertet*
ad insulas, & capiet multas; sed erit
dux, qui ponet modum ejus in se
contumeliis, perficietque ne eandem
iteret in se contumeliam. 19. *Deni-*
que convertet vultum suum ad terræ
suæ munitiones, corruetque deinde
& cadet, nec reperietur. 20. *In ejus*
locum succedet ille, qui ad sedem
regibus honoratam mittet exactorem;
idemque paucis diebus frangetur,
non tamen per iram, nec per certamen.
21. *Cujus in locum succedet homo*
contemptus, cui non tribuentur regni
honores, qui adveniet fraudulenter,
occupabitque regnum per blanditias.
22. *Et brachia quæ strenuè pugna-*
bant, infirmabuntur, & coram eo,
simul cum fœderis duce, frangentur.
23. *Cum quo inibit societatem, aget-*
que perfidiosè; imminebitque &
superior erit cum paucis copiis:
24. *Regionem invadet pacatam &*
pinguissimam, & faciet quæ ejus nec
patres, nec patres patrum fecerant;
spoliabit, diripiet, dissipabitque
ejus divitias; machinabitur contra
Ægyptum & molietur, sed ad tempus.
25 *Eriget vires suas & cor suum in*
regem Austri cum exercitu ingenti;
tum rex austri miscebit cum eo certa-
men copiis magnis & infinitis, nec
tamen stare poterit; inibunturque in
eum consilia dolosa. 26. *Qui cibum*
cum eo sument, frangent eum, viresque
que ejus debilitabunt, & cadent mul-
ti vulnerati. 27. *Reges illi duo pecto-*
ra infensa gestabunt; in mensâ eâdem
loquentur dolos; neque id succedet,
neque enim hæc finem habebunt, us-

26. ואכלי פתבגו ישברוהו וחילו
ישטוף ונפלו חללים רבים : 27.
ושניהם המלכים לבבם למרע · ועל
שלחן אחד כזב ידברו · ולא תצלח ·
כי עוד קץ למועד : 28. וישב
ארצו ברכוש גדול · ולבבו על ברית
קדש · ועשה ושב לארצו : 29.
למועד ישוב ובא בנגב · ולא תהיה
כראשנה וכאחרונה : 30. ובאו
בו ציים כתים · ונכאה ושב · וזעם
על ברית קודש ועשה · ושב ויבן
על עזבי ברית קדש : 31. וזרעים
ממנו יעמדו · וחללו המקדש המעוז ·
והסירו התמיד · ונתנו השקוץ
משמם : 32. ומרשיעי ברית
יחניף בחלקות · ועם ידעי אלהיו
יחזקו ועשו : 33. ומשכילי עם
יבינו לרבים · ונכשלו בחרב ובלהבה
בשבי ובבזה ימים : 34. ובהכשלם
יעזרו עזר מעט · ונלוו עליהם רבים
בחלקלקות : 35. ומן המשכילים
יכשלו לצרוף בהם ולברר וללבן
עד עת קץ כי עוד למועד : 36.
ועשה כרצנו המלך · ויתרומם
ויתגדל על כל אל · ועל אל אלים
ידבר נפלאות · והצליח עד כלה
זעם · כי נחרצה נעשתה : 37. ועל
אלהי אבתיו לא יבין ועל חמדת
נשים · ועל כל אלוה לא יבין · כי
על כל יתגדל : 38. ולאלה מעזים
על כנו יכבד · ולאלוה אשר לא
ידעהו אבתיו יכבד בזהב ובכסף
ובאבן יקרה ובחמדות : 39. ועשה
למבצרי מעזים עם אלוה נכר אשר
הכיר ירבה כבוד · והמשילם ברבים ·
ואדמה יחלק במחיר : 40. ובעת
קץ יתנגח עמו מלך הנגב · וישתער
עליו מלך הצפון ברכב ובפרשים
ובאניות רבות · ובא בארצות ושטף
ועבר : 41. ובא בארץ הצבי ·
ורבות יכשלו · ואלה ימלטו מידו ·
אדום ומואב וראשית בני עמון :
42. וישלח ידו בארצות · וארץ
מצרים לא תהיה לפליטה : 43.

ומשל במכמני הזהב והכסף ובכל
חמדות · מצרים ולבים וכשים
במצעדיו : 44. ושמעות יבהלהו
ממזרח ומצפון · ויצא בחמא גדלה
להשמיד ולהחרים רבים : 45. ויטע
אהלי אפדנו בין ימים להר צבי
קדש · ובא עד קצו · ואין עוזר לו :

que ad tempus ſtatutum. 28. *Ille ad terram ſuam revertetur cum divitiis magnis & inimico pectore in fœdus ſanctuarii ; & , factâ expeditione , revertetur ad terram ſuam.* 29. *Tempore ſtatuto redibit , imminebitque in Auſtrum , ſed ſimilia non erunt poſteriora prioribus.* 30. *Quippe adversùs eum venient naves Cethim ; frangeturque ac revertetur , & plenus irarum contra fœdus ſanctuarii cogitata perficiet , & quicunque ſanctuarii fœdus deſerent , eis favebit.* 31. *Erunt brachia , quæ ab eo ſtabunt , quæque arcem ſanctuarii profanabunt , tollentque juge ſacrificium , ſtatuentque abominationem deſolationis.* 32. *Et fœdifragos corrumpet blanditiis ; ſed illi de populo , qui Dei ſui ſcientiam habebunt , valebunt & proficient.* 33. *Multos docebunt illi , qui erunt in populo ſapientes ; ſed iidem cadent gladio & flammâ ; captivi erunt & ſpoliati ad tempus.* 34. *Qui dum cadent , auxilio tamen parvo aderunt , & multi ad eos per media pericula ſe ſe adjungent.* 35. *Pars eorum , qui ſcientiam habebunt , cadent , ut explorentur , ut purgentur & dealbentur uſque ad tempus ; neque enim hæc finem habebunt , uſque ad tempus ſtatutum ,* 36. *Etenim rex , ut volet , ſic facturus eſt ; extollet ſe ſe , & gloriabitur contra omnem Deum , & ſtupenda eloquetur adversùs Deum Deorum , & ſuccedet , donec irarum ſit finis , poſtquàm quæ decreta fuerunt , facta fuerint.* 37. *Neque verò ille patrum ſuorum Deos curabit ; quippe in concupiſcentiâ feminarum nullos curabit Deos , & ſupra omnia ſe ſe extollet.* 38. *Sed tamen Deum Maozim colet in loco eorum , & quem Deum non noverant patres ejus , eum colet auro , argento , gemmis rebuſque pretioſis ; hanc viam tenebit.* 39. *Idem ſacerdotibus Maozim , ut pote Dei alieni , quem fecerit ſuum , tribuet magnos honores , atque eos conſtituet multorum Dominos , & terram pretio dividet.* 40. *In fine igitur temporum prœliabitur cum eo rex Auſtri , exſurgetque in eum rex Aquilonis , cum curribus & equitibus & navibus plurimis , venietque in regiones , quas permeans latè inundabit ;* 41. *Ingredieturque deinde in terram occidentalem , ubi multi ſuccumbent ; ſed illi ejus manibus elabentur , Edom , Moab & præcipua pars filiorum Ammon.* 42. *Extendet manum in regiones , neque effugiet terra Ægypti.* 43. *Potieturque theſauris auri & argenti , & rebus pretioſis Ægypti , & Lybiæ & Æthiopiæ , quocunque ingredietur.* 44. *Sed conturbabunt eum rumores , qui ab oriente & ab aquilone venient , egredieturque vehementer iratus , ut multos perdat , & internecione deleat* 45. *Et figet tentorium ſuum in Aphadno inter duo maria , versùs montem ſanctuarii occidentalem , & cùm ad finem ſuum devenerit , nemo ei auxiliabitur.*

---

1. למעזו לו , *ut eum corroborarem ;* nempe Darium Medum , qui mox anteceſſit. Præcipuum robur Darii Medi fuit ex Cyro ; itaque præcipua cura Angeli , ut Darium roboraret , videtur fuiſſe jungendæ inter eos ſocietatis , ut Perſæ ac Medi , junctis viribus , populos eos debellarent , qui erant inimici Judæorum.

2. יעיר הכל את מלכות יון, *concitabit omnia contra regna Græciæ.* Idem videtur את, ac אל, *versùs*, nisi meliùs על, cujus significatum in versione sequimur. Ille rex quartus est Xerxes, cujus pater Darius, Hystaspis filius, fecerat contra Græciam belli apparatus, ut se de Marathoniâ pugnâ ulcisceretur; quo mortuo, Xerxes filius ejus, expeditionem suscepit contra Græcos. Tres reges superiores non nominantur, quia ille quartus fuit præcipuus autor bellorum & odii mutui Græcos inter & Persas, ex quibus odiis flamma exarsit in oriente, quâ flammâ sæpe Judæi conflagrârunt.

3. & 4. מלך גבור, *rex potens;* Alexander Magnus. ...ולא לאחריתו, *sed non posteris ejus.* Nam regnavit nomine, non re, filius Alexandri, & tota ejus familia brevi interiit. ...ולאחרים מלבד אלה, *& in alios, quàm in istos quatuor.* Addimus *quatuor*, ut perspicuitati serviamus. Nam אלה, in serie, pertinet ad רוחות, *plagas*, & dicitur de illis quatuor regibus qui, post Alexandrum, Ægypto, Syriæ, Asiæ & Macedoniæ imperârunt; לאחרים autem de aliis quibusdam, qui provincias quasdam, quibus, superstite Alexandro, præfuerant, eo mortuo retinuerunt;

5. ויחזק מלך הנגב, *& potens erit rex Austri:* Ptolemæus, Lagi filius. ...ומן שריו ויחזק, *& unus de principibus ejus* (Alexandri) *potentior erit;* lege יחזק sine ו, ut legunt Græci Intt. Ille *potentior* fuit Seleucus Nicator, qui obtinuit Syriam, Babyloniam, Mediam, &c.

6. יתחברו, *affinitate jungentur*, tradente Ptolemæo Philadelpho filiam suam Berenicem Antiocho, cognomine Deo, in matrimonium. ...ולא תעצר, *nec superior erit* hæc *filia* Ptolemæi, quia uxorem suam Laodicen Antiochus, quam dimiserat, ut duceret Berenicem, ad se revocabit, Berenices pertæsus. Itaque peribit & Berenice & filius ejus, & omnes Ægyptii, qui ei favebunt. ...וזרעו: Lege זרעו, sine conjunctione.

7. ...מנצר, *de stirpe...* Ptolemæus Evergetes, Berenices frater, qui veniet ex Ægypto sororem suam liberaturus; quam cùm vidit fuisse interfectam, multas devastavit Syriæ provincias, Seleuco Callinico, Syriæ rege, imparato, nec audente cum eo confligere. Porrò legendum ויבא את, *& venit cum*, החיל, *exercitu;* non verò אל החיל. Itaque Syrus, convertit, ואתא בחילא. ...במעוז; Lege במעוזי, *contra munitiones;* sic vult Affixum להם, quod sequitur, numeri pluralis.

8. שנים, *annos;* ita Arias. Sed meliùs Syrus, חד תרין *duplò.* Injurias suas duplò ultus est...

10. ובנו: Rectè Masora, ובניו, *& filii ejus;* ita etiam Codex Orat. 42. ...יתגרו עד מעוזה: Adhuc rectè Masora, יתגרה עד מעוזו, *digladiabitur, quantùm viribus valebit:* Antiochus scilicet Magnus cum Ptolemæo Philopatore, quem devicit ad Beryti fauces.

11. ...ויתמרמר, *& irritabitur...* His duobus versibus 11. & 12. iidem, qui anteà, reges aguntur, nempe Antiochus Magnus & Ptolemæus Philopator. Versu 12. tangitur prælium quod apud Raphia factum est, versùs Ægypti fines, in quo prælio superior fuit Philopator, occiditque Syrorum רבבות (non רבאות) *decem millia;* sed quia victoriâ uti nescivit, addit Angelus, ולא יעוז, *nec roborabitur.*

13. ולקץ העתים שנים, *& in fine temporum annorum*, sive, *post aliquos annos*, (qui vulgò creduntur fuisse septemdecim) rediit idem Antiochus Magnus, pugnaturus cum Ptolomæo Epiphane, Philopatoris filio, adhuc puero, & vicit Scopam Ægyptiorum ducem, ad Panium, prope fontes Jordanis.

14. ובני פריצי עמך, *& filii grassatorum populi tui...* Illi sunt, qui ad Antiochum victorem se contulerunt, atque eum intra mœnia Jerusalem duxerunt, ut arcem oppugnaret, quam copiæ Scopæ adhuc tenebant. ...להעמיד חזון, *ut confirment visionem*, dum regibus Persarum se subjicient, per quos mala hæc Judæis inferentur, quæ in visionibus his demonstrantur.

16. ויעש הבא: Potiùs ויעש לבוא, *& faciet veniens.* Agitur idem, qui suprà, Antiochus Magnus; itaque non rectè הבא, *is qui veniet*, quasi alius quidam, præter Antiochum, esset venturus. ...בארץ הצבי, *in terrâ occidentali;* vide ad caput 8. versu 9. ...וכלה בידו, *& per eum ornabitur.* Quippe כלה in bonam partem usurpatur. Etenim, ut observat Grotius, Antiochus Magnus beneficus fuit erga Judæos, quos voluit vivere ex Legibus suis. Vide, si juvat, epistolam Antiochi apud Josephum.

17. ובת הנשים יתן לו, *& filiam feminarum tradet ei.* Quid sit *filia feminarum*, non explicant Interpretes. Ego non dubito, quin olim scriptum fuerit יפת; propterea autem sequitur הנשים, in gignendi casu, ut sigificetur Modus superlativus. Credo etiam non omissum fuisse בת, *filiam*, quo substantivo uteretur adjectivum יפת; itaque legendum esse, בת יפת הנשים. Tradidit Antiochus Ptolemæo Epiphani filiam suam Cleopatram, ut illi per eam insidiaretur. Sed maluit Cleopatra juveni marito favere, quàm patri.

18. וישב, *& convertit* (*vultum suum.*) Masora וישם, *& posuit*, sine causâ & contra Codicum veterum fidem. Nimirum rectè וישב, indicans iterationem, postquàm superiori versu dictum est, וישם; nec verò sollicitat Masora alterum וישב, quo incipit subsequens versus. Dux Romani exercitûs L. Scipio, Africani pater, vicit Antiochum Magnesiæ, prope Sipilum, atque eum coegit cedere insulis, quas ceperat populi Rom. sociis. Itaque *cessare fecit ignominiam ejus*, (Antiochi) לו, *erga se* (Scipionem) *ne ignominiam ejus iteraret in se;* hoc est, ita ut non ampliùs posset iterare eandem nominis Romani contumeliam; cùm clauderetur intra montis Tauri limites. Alii convertunt, *quin etiam convertet ignominiam ejus in eum;* qui quidem aberrant à significatu adverbii בלתי, in quo negatio includitur; quam negationem non exhibet *quin etiam.* Itaque vertendum בלתי ישיב, *ne iteret*, vel *iterare possit.*

19.

19. ולא ימצא, *nec reperietur.* His verbis demonstratur violenta mors, quam attulere Antiocho populi barbari, quorum Templa expilaverat Antiochus.

20. מעביר נוגש הדר מלכות, *qui transire faciet exactorem gloriæ regnorum;* sive qui mittet Heliodorum, ut per vim rapiat thesauros, qui erunt in Templo ab regibus honorato. Memorat Liber Machabæorum, Templum Jerusalem fuisse eo tempore in summo honore apud omnes gentes. Miserat Heliodorum Seleucus Philopator, Antiochi magni filius, qui ab eo Heliodoro fuit per insidias interfectus.

21. נבזה, *contemptus;* Antiochus Epiphanes, qui fuerat Romæ obses, quique erat propter vesaniam contemptu dignus, nominatusque per contumeliam *Epimanes*, sive insanus. *Non fuit ei datus honor regni;* quia hæres regni legitimus erat Demetrius, Seleuci filius, quem pater miserat Romam, ut ibi esset obses, in locum Antiochi, quem Seleucus ad se revocaverat.

22. ...וזרעות, *& brachia...* Ipse Heliodorus, qui, Seleuco interfecto, regnum Syriæ invaserat. ...נגיד ברית, *dux fœderis*, Ptolemæus Epiphanes, qui Syriæ partem in ditionem suam redigere meditabatur, quique Heliodoro favebat; quos duos compresserunt Eumenes & Attalus, qui Antiocho favebant. ...השטף, *quæ strenuè pugnabant*, ex significatu Arab. ישטפו, *infirmabuntur*, ex significatu Hebraico.

23. יעשה מרמה, *faciet fraudulenter*, simulans se favere Philometori juveni, filio Epiphanis; sed meditans invadere in *Ægyptum*; qui posteà vicit Ægyptios in pugnâ Pelusiacâ, cum paucis copiis, במעט גוי, & Ægypto potitus est.

24. ועל מבצרים יחשב, *& contra munitiones machinabitur.* Græci Intt. καὶ ἐπ' Αἴγυπτον, *& contra Ægyptum;* legunt על מצרים, quod multò melius, quàm מבצרים. Antiochus, postquàm Ægypto potitus esset, adhuc *machinabatur* contra Ægyptum; quia Ægyptii regem fecerant Ptolomæum Evergetem, postquàm frater ejus Philometor tradiderat se Antiocho in clade Pelusiacâ.

25. ולא יעמד, *& non stabit*, Evergetes, non Philometor; (etenim jam tradiderat se Antiocho Philometor;) qui Evergetes non fuit superior Antiocho, nec Philometori, quia *inibantur* adversùm eum *consilia dolosa*, Antiocho armante fratrem contra fratrem, in quorum mutuis bellis *vulnerati multi ceciderunt*, versu 26.

27. ושניהם המלכים, *& reges illi duo*, Antiochus & Philometor; qui Philometor, detectis Antiochi fraudibus, egit de pace cum fratre Evergete; quâ pace conciliatâ, simul ambo in Ægyptum regnaverunt. ...כי עוד קץ למועד, *quia adhuc finis ad tempus statutum*, quia nondum finem habebant bella cum Syris Ægyptiorum. *Tempus statutum* fuit tum, cùm Legati Romani Antiochum cohibuerunt, ne invaderet in regnum Ægyptiorum.

28. ולבבו על ברית קדש, *& cor ejus contra fœdus sanctuarii*, quia Judæi lætati fuerant, cùm Jerusalem perlatus est falsus rumor, periisse Antiochum, cùm Alexandriam obsideret; causa rumoris fuerat, quòd obsidionem solverat Antiochus, cogitans satius fore armare fratrem in fratrem. Antiochus, cùm *revertebatur in terram suam*, Jerusalem expugnavit, magnasque in eâ edidit strages, & abstulit Templi vasa & thesauros.

30. ובאו בו ציים כתים, *& venient contra eum naves Cethim*, seu Macedonum, quibus utentur Legati Romani, qui Antiochum jubebunt ab Ægypto abstinere. Tum Antiochus relegens iter suum, & per Jerusalem transiens, multa mala intulit Judæis, adjuvitque Legis desertores Jasonem, Menelaum, &c. Significat ויבן על, *& cogitabit de...* sive *curæ habebit*, vel *favebit*. Per homines tales posuit Antiochus Idolum Jovis in Templo, quod Idolum nominatur (v. 31.) *abominatio desolationis.*

33. ימים, *diebus.* Quidam Codices addunt רבים, *multis;* ex quibus Syrus אלפא, *mille*, nisi aliâ quâdam ex scriptione. Rectè ימים, sine addito, notans aliquod tempus.

34. בחלקלקות: Verbum de verbo, *per lubrica;* quod nos, *per media pericula;* quia imminebant Persarum exercitus in parvam manum, quam secum habebant Machabæi.

35. קץ כי עוד: Sequimur, interpretando, eundem ordinem, qui habetur versu 27. ut sit, כי עוד קץ למועד, *quia adhuc finis usque ad tempus statutum.*

36. ועשה כרצנו, *&, ut volet, facturus est;* in rebus iis, quæ ad Religionem pertinebunt, quæque aguntur in consequentibus rebus. Nam cohibebant Antiochum Romani, ne bellum gereret cum Ægyptiis, de ejus religione non curabant.

37. ועל חמדת נשים, (*non curabit Deos*) *nec desiderabilem feminarum.* Grotius observat, cùm ו sequitur negationem, illud idem valere, atque *nec*, quod quidem negari non potest. Itaque intelligit, Antiochum non curaturum feminas amabiles, atque in hanc rem allegat cædes, ut hominum, ita & mulierum, ab Antiocho Jerosolymæ factas. Perinde quasi non posset Antiochus, mulieres interficiens, unam aliquam, aut verò plures reservare, quarum forma ipsi placeret. Ecquid verò etiam istæ mulieres cum Diis promiscuè veniunt, quasi dixerit Propheta, non curasse Antiochum nec Deos, nec mulieres? Præterea constat, impudicissimum fuisse Antiochum Epiphanem. Creantur Lectoribus isti errores, ex isto ועל, in quo Scribæ perperam posuerunt ו, quia antecessit prius על, & quia deinde venit alterum ועל. Nam si legis, על חמדת נשים, sine ו, plana est series; *non curabit Deos... propter amorem feminarum:* Deos autem *patrum suorum*, quia per mulieres alienigenas, quas deperibit, avertetur à cultu Deorum suorum patriorum ad alios Deos; puta ad Deum *Maozim* qui mox memoratur.

39. ועשה, *& faciet.* Id verbum ad sequentia necti non potest; nam sequitur verbum ירבה, sine nexu ו; ut planum sit verbum ירבה non habere ante se aliud verbum. Sed optimè ועשה,

collocatur versu 38. desinente, quomodo versu 32. desinente, legitur ועשו, *& facient*, vel *sic facient*, aut *proficient*; nos ועשה exsequimur in eandem sententiam, *hanc viam tenebit*, tanquam *sic faciet*. ...למבצרי מעוזים, *custodibus Maozim*, ex בצר, significatu Arabico, *videre*, *esse intelligentem*, ut significentur Sacerdotes, qui Dei istius cultum callebant, atque in eo populum instituebant. Liquet ex verbo המשילם, *Dominos faciet eos*, notari in vocabulo מבצרי, personas, non *munitiones*.

40. ובעת קץ, *in fine igitur temporum*, de quibus Angelus loquitur; nam vaticinatio hæc desinit in tempora Antiochi Epiphanis & Machabæorum. Angelus redintegrat summatim, quæ de illo Antiocho prædixit; neque enim Antiochus Judæos iterum divexavit post gesta hæc, quæ suprà vidimus, neque etiam altera bella gessit cum Ægyptiis, postquàm eum Romani minis deterruerant.

44. ושמעות יבהלהו, *& rumores eum conturbabunt*, quippe audiet, rebellionem parare provincias regni sui *orientales*, Artaxiam verò Armeniæ regem, *ad aquilonem*. ...בחמא: Rectè Masora בחמה, *in irâ*.

45. אפדנו בין ימים; *Aphedno*, *inter maria*. Accipimus *Aphedno*, ut nomen loci, in montibus situm, in quibus montibus narrat Liber Machabæorum Antiochum occidisse. Hic locus erat *inter duo maria*, nimirum mare Caspium & Pontum Euxinum, in Armeniâ ipsâ, ubi rebellionem parabat Artaxias. Legimus אהלו, *tentorium suum*, ut legunt omnes Veteres, non אהלי, in statu constructo; quo ex mendo credidêre Interpretes esse *Aphedno* aliquod tentorii genus. ...להר צבי קדש, *versùs montem occidentalem sanctuarii*, quia Antiochus, æger & jam jam moriturus, orabat Deum Judæorum, *à quo non esset veniam impetraturus*.

CAPUT XII.

Michael stabit pro Judæis, qui vexabuntur. Daniel jubetur signare Librum. Apparent duo alii in fluminis ripâ utrâque; quibus jurat is, qui lino indutus est, hæc tandiu duratura, donec compleantur tempus, duo tempora & dimidium temporis.

1. *Eodem tempore exsurget Mi-*
chael princeps magnus, qui præsidet
populi tui filiis, & erit tempus an-
gustiæ talis, qualis non fuerit, ex
quo gens esse cœpit usque ad illud
tempus; & per idem tempus illi de
populo tuo salvi erunt, quicunque in
Libro scripti reperientur. 2. *Et multi*
qui humo & in pulvere dormierint,
evigilabunt, alii ad salutem perpe-
tuam, alii ad ignominiam contemp-
tumque sempiternum. 3. *Illi, qui in-*
telligentiam habuerint, fulgebunt,
ut fulget firmamentum; illi autem
qui multos ad justitiam duxerint, ut
stellæ, ad perpetuitatem. 4. *Tu verò,*
Daniel, claude verba, & obsigna
Librum, donec veniat finis; multi hæc
investigabunt, & scientia augebitur.

1. ובעת ההיא יעמד מיכאל
השר הגדול העמד על בני עמך ·
והיתה עת צרה אשר לא נהיתה
מהיות גוי עד העת ההיא · ובעת
ההיא ימלט עמך כל הנמצא כתוב
בספר : 2. ורבים מישני אדמת
עפר יקיצו · אלה לחיי עולם · ואלה
לחרפות לדראון עולם : 3.
והמשכילים יזהרו כזהר הרקיע ·
ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם
ועד :
4. ואתה דניאל סתם הדברים
וחתם הספר עד עת קץ · ישטטו
רבים ותרבה הדעת : 5. וראיתי
אני דניאל · והנה שנים אחרים
עמדים · אחד הנה לשפת היאר
ואחד הנה לשפת היאר : 6. ויאמר
לאיש לבוש הבדים אשר ממעל
למימי היאר · עד מתי קץ הפלאות :

5. Ego, Daniel, aſpiciebam; ecce au-
tem alii duo ſteterunt, unus in ripâ unâ
fluminis, alter in alterâ. 6. Tum dixi
homini lineis induto, qui ſtabat ſuper
aquas fluminis: quando hæc ſtupen-
da finem habebunt? 7. Tum audivi
hominem lineis indutum, qui ſtabat
ſuper aquas fluminis, cùm ſuſtulit
ad cœlum manum ſuam dexteram &
ſiniſtram, & cùm juravit per eum qui
æternùm vivit, hæc fore ad tempus,
ad duo tempora & ad dimidium tem-
poris, & finem tum habitura, cùm
populi ſancti non ampliùs eſſent fractæ
vires. 8. Ego hæc audivi, nec intel-
lexi, dixique; Domine mî, quid-
nam poſt hæc futurum eſt? 9. Ille
autem mihi: abi, inquit, Daniel;
verba enim clauſa & obſignata ſunt,
donec venerit finis. 10. Multi purgabuntur & dealbabuntur & explorabuntur,
cùm intereà impii impiè agent; neque enim impii quidquam intelligent;
ſed qui ſcientiam habebunt, illi intelligent. 11. Ex quo autem ablatum
fuerit juge ſacrificium & ſtatuta abominatio deſolationis, erunt dies mille
ducenti & nonaginta. 12. Beatus ille, qui præſtolabitur, devenietque ad dies
mille trecentos & triginta quinque. 13. Tu verò abi ad ſtationem tuam;
quieſce, & in tuâ ſorte conſiſte uſque ad finem dierum tuorum.

7. ואשמע את האיש לבוש הבדים
אשר ממעל למימי היאר · וירם
ימינו ושמאלו אל השמים · וישבע
בחי העולם כי למועד מועדים וחצי ·
וככלות נפץ יד עם קדש תכלינה
כל אלה ׃ 8. ואני שמעתי ולא
אבין · ואמרה · אדני מה אחרית
אלה ׃ 9. ויאמר · לך דניאל · כי
סתמים וחתמים הדברים עד עת קץ ׃
10. יתבררו ויתלבנו ויצרפו רבים ·
והרשיעו רשעים · ולא יבינו כל
רשעים והמשכילים יבינו ׃ 11.
ומעת הוסר התמיד ולתת שקוץ
שמם ימים אלף מאתים ותשעים ׃
12. אשרי המחכה ויגיע לימים
אלף שלש מאות שלשים וחמשה ׃
13. ואתה לך לקץ · ותנוח ותעמד
לגרלך לקץ הימין ׃

---

1. ...ימלט עמך כל הנמצא, *ſalvabitur populus tuus; omnis qui reperietur* (*ſcriptus in Libro.*) Hæc ferè pugnant. Enimverò *populus* ſignificat populi univerſitatem, cùm contrà hæc verba, *omnis qui reperietur*, eos tantùm demonſtret, qui ſcripti erunt in Libro, atque adeò apertè declaret, non omnes ſcriptum iri. Syrus, ונשתוזב מן בני עמך, *& ſalvabitur de filiis populi tui*, addens *de filiis*, ſive quia videbat non rectè fluere orationem, ſive, quod credibilius eſt, quia legebat ימלט מבני: Niſi legitur מבני, non recuſandum eſt, quin legatur מעמך, *de populo tuo*, ut ſola littera מ addatur, quæ facillimè exciderit ponè litterram ט. Porrò *in Libro ſcripti* intelligi videntur illi Judæi, qui ab Dei veri cultu non defecerint, nec ſe ipſos per apoſtaſiam ſuam deleverint ex numero Dei ſervorum.

2. & 3. ורבים מישני אדמת עפר יקיצו, *& multi qui dormient in terrâ pulveris evigilabunt.* Ne hi duo verſus de reſurrectione mortuorum intelligantur, obſtat vocabulum ipſum רבים, *multi*, quod de hominum magno numero uſurpatur, non de omnibus; nam omnes, non tantùm *multi*, reſurrecturi ſunt. Ex quo ſequitur, verbum מישני, *dormientes*, non eſſe de morte intelligendum, quoniam *dormient* omnes, non tantummodò *multi*. Neque verò hæc verba, *dormire in terrâ pulveris*, uſquam reperiuntur, ut ſignificent ſtatum mortuorum. Multò minùs urgeri debet vocabulum דראון, quod habet propriè *fœtorem*, tranſlatè *contemptum*, utrumque ad præſentem vitam accommodatum, non ad futuram. Itaque inſiſtendum in temporibus Machabæorum, quorum temporum ſeries hoc capite continuatur. Illi *multi*, qui *dormient in terrâ pulveris*, ſunt Judæorum magna multitudo, qui, ſævientibus Antiochi Præfectis, diffugerunt in locos Judææ & Arabiæ deſertos & arenoſos, & condiderunt ſe in ſpeluncis; hoc quidem negari non poteſt. Sed intelligendi etiam ſunt *multi*, de illis ſceleratis hominibus, qui ab Religione defecerant, contulerantque ſe ſe ad cultum Græcorum, quos Machabæi, ſicubi reperiebant, morte plectebant; ut ipſi etiam cogerentur fugere in ſpeluncas, quia non jam eis præſidio eſſe poterant Perſæ debellati à Machabæis. Tangi utroſque in vocabulo רבים, liquet ex eo, quòd, confecto bello, alii ſic recreantur, ut in gloriâ ver-

ſentur ; alii contrà , ut in ignominiâ. ...והמשכילים , *& illi qui intelligentiam habuerint.* Illi , alii ſunt ab eis, qui מצדיקי הרבים , *ad juſtitiam duxerint multos ;* nam utrorumque ſunt diſſimiles honores ; alii fulgebunt *ut firmamentum ;* alii, ut ipſæ *ſtellæ* , quibus illuminatur firmamentum. Itaque alii ſunt pars hæc Judæorum , quæ retinebit Dei ſui religionem ; alii , ipſi Machabæi , quos habebit plebs fidelis doctores & hortatores.

4. וחתם הספר , *& ſigna librum* , ſive hanc totam vaticinationem de ſtatu Judæorum futuro ſub regibus Græcorum ; quæ quidem tum intelligetur , cùm unaquæque res habebit eventum ſuum. Ex quò ſequitur Judæos , qui tempore Machabæorum vivebant , dubitare non debuiſſe , quin Deus eſſet eos liberaturus , quoniam eventum ſuum jam habuerant cæteræ partes vaticinationis.

6. ויאמר : Nos , *& dixi* , quia legimus , ואמר , ut Vulgatus. Etiam Græci in Codice Alex. εἶπον , quod licet interpretari , *dixi.* Daniel ait verſu 8. *Ego audivi* , quo ſignificat , ſibi reſponſum fuiſſe , atque adeò ſe interrogaſſe & dixiſſe, *quando hæc finem habebunt.*

7. ...למועד , *ad tempus ſtatutum* (*ad duo tempora*) Notantur hîc anni tres cum dimidio anno , per involucra verborum. Itaque non rectè argumentaretur qui ex hoc loco colligeret, nomen מועד ſignificare *annum.*

9. עד עת קץ , *donec venerit finis* , annorum ſupra-dictorum. Addit enim Angelus, ſequenti verſu , fore ut multi per eos annos explorentur.

11. ימים אלף מאתים ותשעים , *dies mille ducenti & nonaginta* , poſt ſtatutam in Templo abominationem deſolationis ; quâ temporis notatione, quodam modo explicabatur , quid ſignificarent *tempus tempora & dimidium temporis.* Nam dies 1290. ſunt anni tres & menſes circiter octo ; quos dies facile erat computare , poſtquàm Idolum Jovis fuerat in Templo collocatum.

12. ...אשרי המחכה , *beatus qui expectabit* (*uſque ad dies 1335.*) hoc eſt uſque ad dies 1290. poſt incœptam cædem ſanctorum. Duravit cædes dies 1290. adde dies 45. habebis numerum 1335. Itaque videtur , poſitum fuiſſe in Templo Idolum Jovis diebus 45. ante incœptam cædem.

13. לקץ : Hoc verbum omittunt Græci Intt. & poſt eos Arabs ; quod expedire Syrus non potuit , niſi diſcederet ab ipſis verbis. Vulgatus , *ad præfinitum* , obſcurè , neque convenienter ; quia *præfinitum* dicitur de temporibus ſuprà notatis , de quibus nihil pertinuit ad Danielem , quandiu vixit. Arbitramur legendum eſſe לכנך , *ad locum tuum* , quo vocabulo ſæpe uſus eſt Daniel in ante-dictis. Suſpicamur etiam , הימין *diebus* , legendum הימיך , *dierum tuorum.* De mendo admonet terminatio ין , quæ Chaldiaca eſt , cùm tamen hoc capite omnia ſint Hebraica. Significatur , Danielem tranquillè victurum , donec compleverit *dies ſuos* , & mala , quæ mox ei demonſtrata fuerunt , longo tempore poſt eum eſſe adventura.

הושע

OSEE.

CAPUT I.

Osee, Deo jubente, capit uxorem meretricem cum ejus filiis, ex quâ suscipit filium, quem nominat Jezrahel, deinde filiam, quam nominat, *misericordiam non consecutam*; posteà filium, quem vocat, *non populus meus.*

1. *Verbum Domini, quod fuit ad Osee, filium Beeri, in diebus Oziæ, Joatham, Achaz & Ezechiæ, regum Juda, & in diebus Jeroboam, filii Johas, regis Israel.* 2. *Hoc fuit initium verborum Domini ad Osee. Dixit Dominus Osee; vade, sume tibi uxorem meretricem filiosque ejus adulterinos, quandoquidem recessit à Domino terra, ut mœcharetur.* 3. *Ille ivit, cepitque Gomer, filiam Debelaim, quæ concepit peperitque ei filium.* 4. *Dixitque ei Dominus; voca nomen ejus* Jezrahel; *nam brevi erit tempus, cùm ego ulciscar sanguinem Jezrahel in domum Jehu, & cùm domûs Israel regnum delebo.* 5. *Eo tempore fracturus sum arcum Israel, in valle Jezrael.* 6. *Posteà concepit adhuc,*

1. דבר יהוה אשר היה אל הושע בן בארי בימי עזיה יותם אחז יחזקיה מלכי יהודה ובימי ירבעם בן יואש מלך ישראל : 2. תחלת דבר יהוה בהושע · ויאמר יהוה אל הושע · לך · קח לך אשת זנונים וילדי זנונים · כי זנה תזנה הארץ מאחרי יהוה : 3. וילך ויקח את גמר בת דבלים · ותהר ותלד לו בן : 4. ויאמר יהוה אליו · קרא שמו יזרעאל · כי עוד מעט ופקדתי את דמי יזרעאל על בית יהוא · והשבתי ממלכות בית ישראל : 5. והיה ביום ההוא ושברתי את קשת ישראל בעמק יזרעאל : 6. ותהר עוד ותלד בת · ויאמר לו · קרא שמה לא רחמה · כי לא אוסיף עוד ארחם את בית ישראל · כי נשא אשא להם : 7. ואת בית יהודה ארחם והושעתים

peperitque filiam ; dixitque ei , voca
nomen ejus , cui non tribuitur miseri-
cordia ; *neque enim ego adhuc tri-*
buam misericordiam domui Israel , ut
eis adhuc sim parciturus. 7. *Sed do-*
mui Juda misericordiam tribuam , &
per Dominum Deum ipsorum serva-
bo eos ; neque enim eos servabo per
arcum , aut per gladium , neque in
prœliis per equos & per equites.
8. *Deinde ablactavit filiam* , cui non
tribuitur misericordia , *& concepit ,*
peperitque filium. 9. *Dixitque ei ;*
voca nomen ejus, non populus meus ;
vos enim non estis populus meus , neque ego Deus vester. 10. *Sed numerus*
filiorum Israel talis futurus est , qualis arena maris , quæ sine mensurâ est ,
nec numeratur ; & , cùm anteà eis dictum fuerit , non populus meus vos , eis
dicetur , filii estis Dei viventis. 11. *Et filii Juda cum filiis Israel simul*
congregabuntur , constituentque sibi unum omnium ducem , & terram relin-
quent ; nam magna erit dies Jezrael.

ביהוה אלהיהם · ולא אושיעם בקשת
ובחרב ובמלחמה בסוסים ובפרשים :
8. ותגמל את לא רחמה · ותהר
ותלד בן : 9. ויאמר · קרא שמו
לא עמי · כי אתם לא עמי ואנכי
לא אהיה לכם : 10. והיה מספר
בני ישראל כחול הים אשר לא
ימד ולא יספר · והיה במקום אשר
יאמר להם · לא עמי אתם · יאמר
להם · בני אל חי : 11. ונקבצו בני
יהודה ובני ישראל יחדו ושמו להם
ראש אחד ועלו מן הארץ · כי גדול
יום יזרעאל :

---

2. וילדי זנונים , *& filios fornicationum.* Vulgatus addit , *fac tibi ;* quasi juberetur Osee adire ad mulierem meretricem , & suscipere ex eâ filios adulterinos , cùm crederet filios Osee , qui mox memorantur , esse eosdem qui nunc nominantur *filii fornicationum.* Ne ita converteret , obstabat verbum קח , *cape* , quod adhibetur quidem in ducendâ uxore , non autem in liberis ex eâ procreandis ; itaque etiam nemo ex veteribus addidit , *fac tibi.* Mandatum accipit Osee accipere pro uxore mulierem , quam noverit fuisse meretricem , & ducere domum suam non modò uxorem , sed etiam ejus filios adulterinos , ut per matrimonium tam singulare demonstret , non Dei esse filios regni Israel cives , quomodò non erant Osee filii , spuria hæc soboles , quam uxor ejus domum suam introducebat. Itaque תזנה non significat *fornicabitur* , sed *fornicata est ;* & particula כי convertit , ut sæpe aliàs , Futurum in Præteritum. Quomodò enim nata erat spuria proles , cùm Osee duxit uxorem , ita significatur , regni Israel cives esse jam filios adulterinos , non autem fore. Status eorum præteritus ac præsens exhibetur in filiis jam natis ; futurus status demonstrabitur in filiis nascendis.

5. בעמק יזרעאל , *in valle Jezrahel.* Fractus fuit arcus regni Israel , sed per clades varias & temporum diversorum ; non autem uno ictu *in valle Jezrahel.* Est igitur annominatio in his verbis ; quasi diceretur : clades regni Israel futura est talis , qualis fuit clades vallis Jezrahel.

6. כי נשא אשא להם : Vulgatus , *sed oblivione obliviscar eorum* , ex Radice נשה , *oblivisci.* Sed rectè כי נשא , *ut parcam* , להם , *illis ;* quippe vult dandi casum personæ verbum נשא , *parcere.* Sic *Gen. cap. 18. v. 26.* ונשאתי לכל המקום , *parcam omni loco.*

7. ואת בית יהודה ארחם , *sed domum Juda miserebor.* Hæc vaticinatio est de temporibus iisdem ; nam quo tempore extinctum fuit regnum Israel , Deus protexit regnum Juda ope miraculorum , *non arcu & gladio* , regnante Ezechiâ , contra eosdem populos , qui regnum Israel deleverant.

9. קרא שמו לא עמי , *voca nomen ejus , non populus meus.* Hoc ultimo Osee filio ejusque cognomine prænuntiatur ultima clades regni Israel , quâ decem Tribus captivæ ductæ sunt ab Assyriis , quomodò in primo filio notabatur prima clades , cùm Tribus regni Israel aquilonares jugum subière Assyriorum. ...ואנכי לא אהיה לכם , *& ego non ero vobis* , seu *vester.* Quanquam ità veteres legebant , tamen series orationis postulat , ut legatur , ואנכי לא אלהיכם , *ego autem non Deus vester* , quoniam anteà dictum est in oppositione sententiæ , אתם לא עמי , *vos non populus meus.* Sic alibi passim opponuntur duæ istæ sententiæ. Satis apparet verbum אהיה , ex mendo fuisse scriptum , ex eo quòd in priori membro legitur , אתם לא עמי , sine verbo הייתם. Ex אלהיכם , verâ scriptione , nata fuerit falsa אהי לכם , quæ constat ex iisdem litteris ; ex falsâ אהי לכם , hodierna אהיה לכם.

10. והיה מספר : Nos , *sed erit numerus...* nam copula ו , sæpe est adversativa. Transit Pro-

pheta ex minis ad promiſſiones, qui mos eſt Prophetarum, ne credant Judæi, poſt minas completas, nihil jam de ſuâ gente Deum curaturum. Promiſſiones autem iſtæ videntur eſſe de ultimo ſtatu Judæorum, cùm ſe *ad unum caput* Meſſiam aggregaturi ſunt, ut de iis dicatur, *filii eſtis Dei viventis.* Nam difficile eſt verba hujus loci ad reditum ex Babylonicâ captivitate accommodare. Illi Judæi, qui Babylone redierunt, non erant Judaicæ gentis ne pars quidem centeſima; nedum eſſent *ſicut arenâ maris*; neque illi *unum caput*, ſibi conſtituerunt. Erat dux eorum Zorobabel, ſed non ſolus, & Reſpublica eorum fuit poſthac Ariſtocratica, non Monarchica; nec reges habuerunt, niſi tum demum, cùm non jam digni eſſent, qui dicerentur, *filii Dei viventis.* Porro במקום אשר non tam ſignificat *in loco ubi*, quàm *pro eo ut*, vel *cùm* Latinum, in quo ineſt oppoſitio, ut Gallicè dicimus, *au lieu que.* Nam Judæos eſſe *filios Dei viventis* dicetur non uno tantùm aliquo *in loco*, ſed ubique gentium.

11. ועלו מן הארץ, *& aſcendent è terrâ*, ſive ex omnibus locis, quos habitabant, ut confluant in Judæam, ſuam antiquam habitationem. ...כי גדול יום יזרעאל, *nam magna erit dies Jezrahel.* Hæc verba claudunt eas, quæ anteceſſêre, promiſſiones. Itaque *Jezrahel* in bonam partem accipitur, nec jam demonſtrat, ut verſu 5. locum magnæ cladis. Sed Propheta, quia hoc nomen ſupra uſurpavit, occaſione datâ utitur, ut hujus nominis exhibeat ipſam medullam. Nam יזרעאל, ſignificat, *ſeminabit Deus*, Itaque vaticinatur de eo die magno, cùm Judaica gens habitura eſt ſatorem Deum, & cùm *planta* erit Patris cæleſtis, quæ non *eradicabitur.*

C A P U T II.

Mater Iſrael, quia ſecuta eſt Deos alienos, ut meretrix amatores, nudabitur & in ignominiâ erit; in poſterum reſumenda uxor, & cumulanda omnibus bonis ex cœlo & ex terrâ profectis.

1. *Nominate fratres veſtros, po-*
pulum qui meus eſt; & ſororem veſ-
tram, quæ obtinuit miſericordiam.
2. *Objurgate matrem veſtram, ob-*
jurgate; neque enim mea uxor eſt,
nec ego vir ejus; auferat ex vultu
ſuo meretricios ornatus, de medio ube-
rum ſuorum adulteros ſuos. 3. *Ne for-*
tè ego nuditatem ejus palàm faciam,
reddens eam talem, qualis erat, cùm
nata eſt; ne redigam eam in ſolitu-
dinem, faciamque eam ſimilem ari-
dæ terræ, & eam ſiti exſtinguam.
4. *Nec verò etiam filiorum ejus mi-*
ſerebor, quandoquidem filii ſunt
adulterini. 5. *Quoniam mater eorum*
ſcortata eſt; quæ eos peperit igno-
miniâ cooperta eſt, cùm dixit; ego
ibo poſt amatores meos, qui panem
meum & aquam meam mihi ſuppedi-
tant, qui lanam meam mihi & linum
meum, qui oleum meum & quæcunque

1. אמרו לאחיכם עמי ולאחותיכם
רחמה ׃ 2. ריבו באמכם ריבו ·
כי היא לא אשתי · ואנכי לא אישה ·
ותסר זנוניה מפניה ונאפופיה מבין
שדיה ׃ 3. פן אפשיטנה ערמה
והצגתיה כיום הולדה · ושמתיה
כמדבר · ושתיה כארץ ציה והמתיה
בצמא ׃ 4. ואת בניה לא ארחם ·
כי בני זנונים המה ׃ 5. כי זנתה
אמם · הובישה הורתם · כי אמרה ·
אלכה אחרי מאהבי נתני לחמי
ומימי צמרי ופשתי שמני ושקויי ׃
6. לכן הנני שך את דרכך בסירים ·
וגדרתי את גדרה · ונתיבותיה לא
תמצא ׃ 7. ורדפה את מאהביה
ולא תשיג אתם · ובקשתם ולא
תמצא · ואמרה · אלכה ואשובה
אל אישי הראשון · כי טוב לי אז
מעתה ׃ 8. והיא לא ידעה כי
אנכי נתתי לה הדגן והתירוש
והיצהר · וכסף הרביתי לה וזהב
עשו לבעל ׃ 9. לכן אשוב ולקחתי

desidero. 6. Ideò ego itinera ejus sentibus obstruam, septumque ejus vallabo, ut non possit recognoscere semitas suas. 7. Sequi volet amatores suos, nec eos assequetur; requiret eos, nec reperiet; ut demum dicat; ego redibo ad virum meum priorem; nam tum meliùs, quàm nunc, mecum agebatur. 8. Hæc enim oblita est, me dedisse sibi & frumentum & vinum & oleum, & multum fecisse id argentum & id aurum, quæ insumpta sunt in Baal. 9. Itaque ego revertar resumamque in tempore suo frumentum meum, & in tempore etiam suo vinum meum; ego eripiam & lanam meam & linum meum, ne obtegant ejus nuditatem. 10. Ego turpitudinem ejus actutùm palam faciam in oculis amatorum ejus, neque erit quisquam, qui eam liberet de manu meâ. 11. Ego finem constituam omnibus ejus gaudiis, & festo & Neomeniæ & Sabbato, universisque conventibus ejus. 12. Ego ejus vites & ficus, de quibus dixit, hæc sunt dona quæ dederunt mihi mei amatores, devastabo redigamque in sylvam, quam bestiæ terræ depascent. 13. Nam rependam ei dies illos, quibus thura incendit Baalim, & ornans se inaure ac monilibus, secuta est amatores suos, meique oblita est; dicit Dominus. 14. Ecce enim ego lactabo eam, ducamque in solitudinem, deinde loquar ad cor ejus. 15. Posteà redditurus sum ei vineas suas, quæ devastatæ fuerant, & vallem Achor, ut in spem ingrediatur; atque ibi cantabit, ut in diebus adolescentiæ suæ, cùm ex terrâ Ægypti egrediebatur. 16. Eritque in die illâ, dicit Dominus, ut dicat: tu vir meus es; nec dicet adhuc, tu Dominus meus. 17. Simul auferam de ore ejus nomina Baalim, ut nominum eorum non ampliùs recordetur. 18. In die illâ faciam pro eis fœdus cum bestiis agri & cum cœli volucribus terræque reptilibus, &

דגני בעתו ותירושי במועדו · והצלתי
צמרי ופשתי לכסות את ערותה :
10. ועתה אגלה את נבלתה לעיני
מאהביה · ואיש לא יצילנה מידי :
11. והשבתי כל משושה חגה
חדשה ושבתה וכל מועדה : 12.
והשמתי גפנה ותאנתה אשר אמרה ·
אתנה המה לי · אשר נתנו לי
מאהבי · ושמתים ליער · ואכלתם
חית השדה : 13. ופקדתי עליה
את ימי הבעלים אשר תקטיר להם ·
ותעד נזמה וחליתה · ותלך אחרי
מאהביה · ואתי שכחה · נאם
יהוה : 14. לכן הנה אנכי מפתיה
והלכתיה המדבר · ודברתי על
לבה : 15. ונתתי לה את כרמיה
משם ואת עמק עכור לפתח
תקוה · וענתה שמה כימי נעוריה
וכיום עלותה מארץ מצרים :
16. והיה ביום ההוא · נאם יהוה ·
תקראי אישי · ולא תקראי לי עוד
בעלי : 17. והסרתי את שמות
הבעלים מפיה · ולא יזכרו עוד
בשמם : 18. וכרתי להם ברית
ביום ההוא עם חית השדה ועם
עוף השמים ורמש האדמה · וקשת
וחרב ומלחמה אשבור מן הארץ ·
והשכבתים לבטח : 19. וארשתיך
לי לעולם · וארשתיך לי בצדק
ובמשפט ובחסד וברחמים : 20.
וארשתיך לי באמונה · וידעת את
יהוה : 21. והיה ביום ההוא
אענה · נאם יהוה · אענה את השמים
והם יענו את הארץ : 22. והארץ
תענה את הדגן ואת התירוש ואת
היצהר · והם יענו את יזרעאל : 23.
וזרעתיה לי בארץ · ורחמתי את לא
רחמה · ואמרתי ללא עמי · עמי אתה ·
והוא יאמר אלהי :

arcum

arcum frangam ; & bella in terrâ & gladium compescam , faciamque ut tutas sedes habeant. 19. *Ego desponsabo te mihi ad perpetuitatem ; desponsabo te mihi per justitiam & judicium, per benevolentiam & per amorem.* 20. *Desponsabo te mihi per fidem , tuque Dominum cognosces.* 21. *Eodem tempore , dicit Dominus , ego exaudiam cœlos , illique exaudient terram ;* 22. *Terra exaudiet frumentum & vinum & oleum ; hæc autem exaudient Jezrael.* 23. *Ego enim mihi ipse in terrâ sementem faciam, & miserebor ejus , quæ non obtinuerat misericordiam ; dicamque populo , qui meus non erat : tu populus meus ; ille autem mihi dicet : tu Deus meus.*

---

1. אמרו לאחיכם עמי , *nominate fratres vestros , populum qui meus est.* Fratres sunt duo illi , qui ex legitimo matrimonio nati sunt. Idem dicendum de sorore ; neque enim aguntur filii *Debelaim* , ex stupro nati. Illi enim filii priores exhibebant priores Judæos , adulterinos , sive Idololatras ; cùm contrà posteriores , qui ex Osee nati sunt , exhibeant Judæos posteriores , qui brevi erant in captivitatem ducendi , nec posteà Diis alienis servituri ; eosdem verò in statu duplici ; nimirum in eo , in quo non futuri essent populus Dei , & in eo , in quo , postquàm misericordiam consecuti essent , populus Dei futuri erant ; quos duos status demonstrabat versus 10. capitis superioris. Illos duos status Judaicæ gentis Paulus Apostolus sic distinguebat , ut prior esset Judæorum à fide Evangelii alienorum , in quo statu adhuc sunt Judæi ; posterior verò eorum , qui Evangelio credituri sunt , postquàm Deus abstulerit *velamen de cordibus eorum.* Vaticinatur Osee de totâ gente Judæorum ; itaque etiam Paulus Apostolus explicabat de totâ gente nomina hæc duo Judæorum , *populus meus* , & *non populus meus ;* quomodò etiam de universitate gentium , quæ jam tum fidem profitebantur , quam eandem ultimis sæculis Judæi amplectentur.

2. זנוניה מפניה : Nos , *meretricios ornatus de vultu suo* , quia *ornatus* ad *vultum* accommodantur. Non conveniunt vultui *fornicationes* , quanquam ita Vulgatus ; ut neque *adulteria , mediis uberibus.* Propterà convertimus נאפופיה , *adulteros suos.* Sed tamen dubitamus an id vocabulum significet aliquod ornamentum , quod in sinum apertum demitterent mulieres procaces , ut viros venarentur. Hoc נאפופיה semel tantùm legitur , ut non mirum sit , ejus significatum fuisse parùm cognitum Lexicographis.

3. פן אפשיטנה ערמה : Verbum pro verbo , *ne expandam eam nudam* , ex significatu Chaldaico & Syriaco , *pandere , explicare , propalare.* Parùm aptus est huic loco significatus *spoliare ;* non spoliatur , si jam *nuda est.* ...ושתה : Ita Athiana *Vander Hooght ;* meliùs Athiana *Leusden* ושתיה , *& ponam eam* , ut Veteres interpretantur.

5. ושקויי , *& quæcunque desidero* , ex שוק , *avere , concupiscere.* Eâdem sententiâ Græci Intt. *καὶ πάντα ὅσα μοι καθήκει* , *& quæcunque mihi necessaria sunt.* Non conveniebat illud , *potum meum* , quod Vulgatus , postquàm dictum est , *aquas meas.*

6. דרכך : Lege דרכה , *viam ejus ;* sic vult גדרה , quod sequitur , & sic legebant Syrus & Græci Intt.

8. וזהב עשו. Hæc seriem non habent , absente nexu ו ante עשו. Græci Intt. iterant כסף ante זהב , ut dicant *argentum & aurum facta sunt pro Baal.* Sed quoniam non antecessit alterum זהב , meliùs non iteratur כסף , & proximè jungitur וזהב cum כסף , ut deinde legatur ועשו , *& facta sunt.* Talem ordinem exsequitur Syrus ; quem vide.

9. לכסות , *ad tegendum.* Series postulat , vel מכסות , vel מלכסות , *ne tegant* , ut legunt Græci Intt. qui *τοῦ μὴ καλύπτειν.* Vulgatus , *quæ operiebant* , ex sententiâ , non ex ipso verbo לכסות. Syrus mendum evitans , addidit , *quod dederam* , ut locum habere posset , *ad operiendum.* Sic sæpe Syrus & Vulgatus , cùm menda sentiant , neque mendum , unde ortum fuerit , videant , sententiam exsequuntur , quam non videre non possunt.

14. הנה אנכי מפתיה , *en ego lactabo eam* , sive *decipiam ;* nam פתה ubique venit in malam partem , & ita esse hoc loco , declarant hæc , quæ sequuntur , *ducam eam in desertum ;* quæ verba revocant memoriam deserti , in quo erraverant Israelitæ annis quadraginta , & omnes ij perierant , qui ad vigesimum ætatis annum venerant , cùm eò intrarent ; ita ut vicinæ gentes crederent Israelitas fuisse à Deo suo deceptos , & per miracula in desertum seductos , ut ibi perirent. Itaque , hoc versu , mala hæc denuntiantur , quæ Judaica gens perpessura est , donec Deus *loquatur ad cor ejus* , sive donec resipiscat ; versibus autem sequentibus bona , quibus cumulabitur , postquàm resipuerit.

15. ואת עמק עכור , *& vallem Achor* , prope Jericho , fertilissimam. ...לפתח תקוה , *ad ostium spei.* Sic Paulus Apostolus , *Act. cap. 14. v. 26. gentibus aperuisset ostium fidei.* Græci Intt. *σύνεσιν* , legunt תבונה , *intelligentiam ;* sed rectè תקוה , *spei.* Tum Judæi ingredientur in spem proximæ salutis , cùm in habitationes suas antiquas revertentur ; tum *cantabunt* , ut cecinêre , trajecto mari rubro , canticum Mosis & Mariæ.

LIIIIII

16. תקראי אישי, *vocabis me virum tuum*, *non jam* בעלי *Dominum*... quia diliges me; non jam te, ut anteà dimiſeram, dimiſſurum; & mihi ſervies per amorem, non per timorem,

17. והסרתי את שמות הבעלים מפיה, *& auferam nomina Baalim de ore ejus.* Non ſervierunt *Baalim* Judæi poſt Babylonicam captivitatem; neque tamen hæc eorum tempora hîc prænuntiantur. Nam ſequitur, *in die illâ faciam pro eis fœdus*, &c. quæ vaticinantur de Judæorum perpetuâ tranquillitate, felicitate, fide, quæ certè non conveniunt id Judæos Babylone reduces, nec non apertè demonſtrant Judaicæ gentis ultimum reditum.

22. והם יענו את יזרעאל, *& illa exaudient Jezrael*, ſive *ſementem Dei*, quod ſignificat vocabulum יזרעאל. Eſt enim *annominatio*, ut capite ſuperiori, verſu 11. ad quem vide quæ diximus. Id etiam oſtendit illud וזרעתיה, quod ſequitur, quo verbo tranſitus fit ab ipſo nomine *Jezrael* ad rem ſignificatam.

CAPUT III.

Jubetur Oſee amare mulierem amoribus irretitam, diuque eam detinere, ne cuiquam homini ſe tradat: quâ muliere deſignantur Judæi, diu futuri ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, deinde ad Deum reverſuri.

1. *Dominus autem mihi dixit ad-*
huc: vade, ama mulierem ſceleri de-
ditam & adulteram, ſicut diligit Do-
minus filios Iſrael, dum illi Deos
reſpiciunt alienos, & amant acinos
uvarum. 2. *Ego igitur conduxi eam*
mihi quindecim argenteis & Gomor
hordei & Latach vini. 3. *Et dixi*
ei: Tu mihi dies multos manebis;
noli mœchari; non eris ullius homi-
nis, neque ego etiam tuus ero. 4. *Ni-*
mirum dies multos filii Iſrael mane-
bunt ſine rege, ſine principe, ſine ſa-
crificio, ſine altari, ſine Ephod &
ſine Theraphim. 5. *Sed poſteà rever-*
tentur filii Iſrael, & quærent Do-
minum Deum ſuum & David regem ſuum, & ſtupebunt in Domino poſ-
tremis diebus, & in beneficentiâ ejus.

1. ויאמר יהוה אלי עוד · לך ·
אהב אשה אהבת רע ומנאפת ·
כאהבת יהוה את בני ישראל · והם
פנים אל אלהים אחרים ואהבי
אשישי ענבים : 2. ואכרה לי
בחמשה עשר כסף וחמר שערים
ולתך שערים : 3. ואמר אליה ·
ימים רבים תשבי לי · לא תזני ולא
תהיי לאיש · וגם אני אליך : 4. כי
ימים רבים ישבו בני ישראל אין
מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ·
ואין אפוד ותרפים : 5. אחר ישבו
בני ישראל · ובקשו את יהוה
אלהיהם ואת דויד מלכם · ופחדו
אל יהוה ואל טובו באחרית הימים :

1. אלי עוד · לך, (*dixit Dominus*) *mihi adhuc; vade.* Leviter interpungimus poſt עוד, quia id adverbium ſubſequi verbum ſolet. ...אהב אשה, *dilige mulierem*, ſive fac ei, ut faciunt homines mulieribus, quas diligunt, & ſibi deſponſare volunt; neque enim jubetur Oſee amore proſequi mulierem nequam, & corpus ſuum quæſtui habentem; itaque hoc unum fecit Propheta, ut ei donum faceret, tanquam pro ſponſalibus. ...אשישי ענבים, *acinos uvarum*, ſive nucleos grani uvarum, qui ſunt duri & ſine ſucco; forſan ex אשש, Chaldaico, *firmare*, *obdurare*, unde התאשש, *firmari*, *corroborari.*

2. ואכרה: Exiſtimat Lud. Cappellus, Græcos Intt. legiſſe ואשכרה, quoniam interpretantur, *καὶ ἐμισθωσάμην*, *& conduxi.* Sed כרה ſignificat *parare*, ſic ferè ut *locare*, *conducere*, ita-

que tam legerint Græci ואכרה, quàm ואשכרה. Hieronymus, *& fodi*, & in Commentario suo, » *fodi*, inquit; ostendit vineam, quæ à Domino plantata est. « Tamen nihil in Contextu de *vineâ*; itaque longè petitum, *fodi*. ...וחמר שערים ולתך שערים, *& Gomor hordei*, *& Latach hordei*. Insolita videtur iteratio hæc *hordei*; neque enim solent Sacri Scriptores, cùm mensuram frugum earumdem aliam post aliam addunt, iterare nomen ipsum frugum. Quapropter anteferimus תירוש, *vini*, quod pro altero שערים, legere videntur Græci Intt. qui quidem convertunt, *καὶ νέβελ οἴνου*, & *lagenam vini*. Huic scripturæ favet vocabulum לתך, *Lecythus*, quod vas est liquidorum, non aridorum, & quod idem significat, ac נבל, *uter*, quod legere etiam videntur Græci Intt. Sed retinemus לתך, quod certam mensuram demonstrat, oppositam alterì mensuræ *Gomor*, quam proprietatem non habet vocabulum נבל.

3. ימים רבים תשבי לי, *tu mihi dies multos manebis*. Abundat לי, ut nostrum *mihi*. Non enim credimus significari *apud me*. Nam si hæc mulier apud Prophetam in custodiâ futura esset, non ei diceretur, *tu non eris viri ullius*, qoniam id non jam liberum esset mulieri, quanquam libidinosæ. Adde id, quod caput est, non esse imperatum Prophetæ cum hâc muliere matrimonium, sed tantùm sponsalia, nec sponsas habitasse apud futuros maritos. Atque illa ipsa causa est, cur Propheta mulierem monet, ne cogitet de altero viro, cùm non sit alium custodem habitura, quàm debitam Prophetæ gratiam & fidem. ...וגם אני אליך, *neque ego etiam tuus ero*. Supplemus ex ante-dictis negationem, quam reticeri innuit וגם, quod significat, *neque verò etiam*. Etenim particula hæc sæpe adhibetur, ut notetur agendi similitudo; quasi dicat Propheta, ut tu non eris alterius, sic ego non ero tuus. Fortè olim legebatur לך, non אליך; nisi לא לך, in dandi casu, ut anteà לאיש.

4. ...כי ימים רבים, *nam multos dies* (*sedebunt filii Israel*...) Hæc spectant ad ultimum statum Judæorum, in quo nunc sunt *fine rege*, *sine principe*, &c. non verò ad Babylonicam captivitatem; neque enim talem loquendi formam Prophetæ usurpant, cùm de Bab. captivitate vaticinantur; & talem interpretationem recusant, quæ subsequuntur. ...ואין מצבה, *& sine statuâ*. Scriptionem, ואין מזבח, *& sine altari*, quam sequimur, habuêre omnes Veteres, præter Chaldæum. ...ותרפים, *& Theraphim*. Hieronymus hæc habet in hunc locum » Theraphim autem propriè appellantur *μορφώματα*, id est *figuræ* & *simulachra*, quæ nos possumus in præsenti duntaxat loco *Cherubim* & *Seraphim*, sive alia, quæ in Templi ornamenta fieri jussa sunt, dicere. « Cur *possimus*, non deinde explicat, nec usquam legimus vocabulum *Theraphim* de Templi ornatibus usurpatum. *Theraphim*, hoc loco, adjungitur ad *Ephod*, quod *Ephod* cultum religiosum notat. Theraphim autem, si religionem indicat, indicat falsam. Itaque videtur Theraphim notare Idololatriam, & hoc dicere Propheta; Judæos diu fore sine vero cultu & sine falso, seu non fore, neque Idololatras, nec Dei veros cultores. Non aliam sententiam habere posse videtur *Theraphim*, hoc quidem loco.

5. אחר ישבו, *posteà revertentur*. Series postulat ואחר, non sine nexu ו, quem veteres Codices habebant. ...ואת דויד מלכם, *& David regem suum*, sive Messiam, confitente ipso Chaldæo. Vide quæ diximus ad *Jerem. cap. 23. v. 5.* ...ופחדו, *& stupebunt*, sive admirabuntur Dei sui providentiam & fidem, qui post tot sæcula eos collegerit, ut videatur illorum status, tanquam *resurrectio ex mortuis*.

CAPUT IV.

Objurgat populum regni Israel, præsertim sacerdotes, quos denuntiat amotum iri. Hortatur Judam, ne imitetur Israelem, & ne deficiat ad ejus idololatriam.

1. *Audite verbum Domini, filii Israel; etenim lis est Domino cum terræ habitatoribus, quia non est in terrâ fides, non misericordia, non cognitio Dei.* 2. *Erupêrunt exsecratio & mendacium & homicidium & furtum & adulterium; cædes cædi proximè succedit.* 3. *Propterea luget*

1. שמעו דבר יהוה בני ישראל ·
כי ריב ליהוה עם יושבי הארץ · כי
אין אמת ואין חסד ואין דעת אלהים
בארץ ׃ 2. אלה וכחש ורצח וגנב
ונאף פרצו · ודמים בדמים נגעו ׃
3. על כן תאבל הארץ ואמלל כל
יושב בה בחית השדה ובעוף
השמים · וגם דגי הים יאספו ׃ 4.

bit terra, & languebunt in eâ omnes
habitatores, ſimul beſtiæ agri & aves
cœlorum, & ſubtrahent ſe piſces ma-
ris. 4. *Ne verò arguat homo homi-*
nem, aut reprehenſione utatur; nam
populus tuus ſequitur rebellionem ſa-
cerdotum. 5. *Tu cades per diem, ca-*
dent per noctem prophetæ populi tui,
& Metropolim tuam exſcindam.
6. *Concidit populus meus, quia non*
habet ſcientiam. Quoniam tu ſcien-
tiam aſpernatus es, ego te aſpernabor,
ne pro me imperium exerceas; tu le-
gem Dei tui oblitus es, oblivi ſcar
ego quoque filios tuos. 7. *Ut multi*
facti ſunt ſacerdotes, ita me maximè
offenderunt; ideò ego illorum gloriam
ignominiâ mutabo. 8. *Edunt hoſtias*
populi mei, & per ſcelus ſuum ani-
mum ejus confirmant. 9. *Ergo, ut*
populo, ſic fiet ſacerdoti; ut fuerunt
viæ ejus, ita eum tractabo, & opera
ei ſua rependam. 10. *Edent, nec*
ſaturabuntur; mœchabuntur, nec
ſoboleſcent, quoniam Domino ad-
hærere neglexerunt. 11. *Scortatio &*
vinum muſtumque mentem eripiunt.
12. *Populus meus lignum ſuum ſciſ-*
citatur; reſponſum dat ei baculus
ſuus; nam abripiuntur æſtu adulterii,
&, relicto Deo ſuo, mœchantur. 13. *In*
cacuminibus montium ſacra faciunt,
in collibus thura incendunt ſub omni
quercu & populo & therebintho, quia
ſuavis eſt umbra ejus. Non aliam ob
cauſam filiæ veſtræ ſcortantur, novæque nuptæ adulterantur. 14. *Non-ne*
ego animadvertam in filias veſtras, poſteaquàm ſcortatæ ſunt; non-ne ego in
novas nuptas, poſteaquàm mœchatæ ſunt; cùm ipſi etiam cum meretricibus
ſecedant, & cum publicis ſcortis ſacra faciant, ut populus, qui excors eſt,
labatur. 15. *Si tu, Iſrael, ſcortaris, ſaltem ne delinquat Juda; nolite ire*
in Galgala; nolite aſcendere in Bethel; nolite jurare, vivit Dominus.
16. *Etenim Iſrael averſus eſt, quaſi vitula indocilis, cùm tamen eos Do-*
minus, velut agnum, in lato paſcuo enutriverit. 17. *Addictus eſt Idolis*
Ephraim; dimitte eum. 18. *Avertit eos ebrietas, non intermittunt ſcorta-*
tiones,

אך איש אל ירב ואל יוכח איש ·
ועמך כמריבי כהן : 5. וכשלת
היום · וכשל גם נביא עמך לילה ·
ודמיתי אמך : 6. נדמו עמי מבלי
הדעת · כי אתה הדעת מאסת
ואמאסאך מכהן לי · ותשכח תורת
אלהיך אשכח בניך גם אני : 7.
כרבם כן חטאו לי · כבודם בקלון
אמיר : 8. חטאת עמי יאכלו · ואל
עונם ישאו נפשו : 9. והיה כעם
ככהן · ופקדתי עליו דרכיו ומעלליו
אשיב לו : 10. ואכלו ולא ישבעו ·
הזנו ולא יפרצו · כי את יהוה עזבו
לשמר : 11. זנות ויין ותירוש
יקח לב : 12. עמי בעצו ישאל
ומקלו יגיד לו · כי רוח זנונים התעה ·
ויזנו מתחת אלהיהם : 13. על
ראשי ההרים יזבחו · ועל הגבעות
יקטרו תחת אלון ולבנה ואלה · כי
טוב צלה · על כן תזנינה בנותיכם
וכלותיכם תנאפנה : 14. לא
אפקוד על בנותיכם כי תזנינה ועל
כלותיכם כי תנאפנה · כי הם עם
הזנות יפרדו ועם הקדשות יזבחו ·
ועם לא יבין ילבט : 15. אם זנה
אתה ישראל אל יאשם יהודה · ואל
תבאו הגלגל · ואל תעלו בית און ·
ואל תשבעו חי יהוה : 16. כי
כפרה סררה סרר ישראל · עתה
ירעם יהוה ככבש במרחב : 17.
חבור עצבים אפרים · הנח לו : 18.
סר סבאם · הזנה הזנו · אהבו הבו
קלון מגניה : 19. צרר רוח אותה
בכנפיה · ויבשו מזבחותם :

tiones, ignominiam diligunt ejus optimates. 19. *Involvet eos turbo in vorticibus suis, & de sacrificiis suis erubescent.*

---

1. בני ישראל, *filii Israel.* Hæc propheta ad regnum Israel, ut & cætera, quæ sequuntur usque ad ultimos versus hujus capitis, in quibus prænuntiatur excidium regni Israel.

3. בחית השדה, *cum bestiis agri*, ut rectè Græci Intt. σὺν τοῖς θηρίοις; nam sæpe venit ב, pro עם, indicans societatem. Optimè hæc Grotius: » Etiam pecudes & aves languebunt, » non frugibus tantùm sed & herbis omnibus comesis aut corruptis ab exercitu & ab equis » hostium... Lacuum pisces ad ripas ejicientur, aquis sanguine corruptis. « Nos, יאספו, *subtrahent se* (*pisces*,) propter aquas sanguine tinctas, & in foramina maris salsi, vel Genesareth, longè remota se se recipient, ut nihil piscari possint piscatores.

4. ועמך כמריבי כהן: Verbum pro verbo, *nam populus tuus ut rebelliones sacerdotis.* Erant maximo odio, apud veros Dei cultores, & infamiâ flagrabant illæ familiæ sacerdotum, quæ non se in Judam, cum cæteris sacerdotibus receperant, quæque addixerant se ministerio vituli Bethel. Eos sacerdotes indicat Propheta, cùm dicit, populum Israel non jam moveri reprehensionibus, sed similem esse sacerdotibus. Non licuit convertere cum Vulgato, *sicut hi qui contradicunt sacerdoti*, quia, cùm Propheta sermonem habeat ad populum Israel, indicat ejus populi sacerdotes hoc versu, ut & posteà w. 9 & 10. quibus sacerdotibus contradicere, non erat scelus; imò scelus erat non contradicere, quoniam erant sceleris hortatores, & cultûs Bethel fautores.

5. וכשלת, *& cades.* Hæc ad populum Israel. Cadit *per diem*, populus; *per noctem*, Propheta, quia ruinam unius sequitur alterius ruina; tum cadunt post populum Prophetæ, cùm, populo deleto, constat Prophetas fuisse mentitos, dum prospera omnia vaticinabantur. ...אמך, *matrem tuam*, sive *Metropolim*, Samariam.

6. ואמאסאך: Lege ואמאסך, *& aspernabor te*; tertium א circulo superno castigatur in Codicibus. ...מכהן לי, *ne pro me imperium exerceas*, ex significatu *ministrare*, *præesse*, cujus derivata sunt *sacerdos* & *princeps.* Loquitur Deus ad populum, non ad sacerdotes; etenim sequitur, *oblivisćar filios tuos*, nec sunt homines de populo *filii sacerdotum*, in sacris Codicibus; propterea non conveniebat, *ne sacerdotio fungaris mihi*, quanquam ita Vulgatus.

7. כרבם כן: Non dubitabit attentus Lector, quin sit legendum, כרב כהן כן, *ut multus fuit sacerdos*, *sic* (*me offenderunt.*) Quippe necesse est, nominari, hoc versu, sacerdotes, quia de illis, sequente versu, dicitur, *edunt populi mei hostias*, nec licet carere nominativo verbum אכלו, *edunt.* Pronum fuit ut omitteretur כהן prope כן. Adde, vocabulum כבודם, *gloriam eorum*, solis convenire posse sacerdotibus, qui sacerdotes non anteà nominabuntur, nisi additur כהן.

8. ואל עונם, *& per scelus suum.* Scelus agitur sacerdotum, quorum est Affixum ם, ut & verbum יאכלו, ejusdem numeri, & deinde ישאו. Sed נפשו, *animum ejus*, pertinet ad עמי; utrumque numeri singularis. Confirmant populum sacerdotes in cultu vituli Bethel, quia ejus cultûs sunt suasores.

13. על כן, *non aliam ob causam.* Causa hæc tangitur in verbis antecedentibus, *quia suavis est umbra ejus.* Commodius videbatur feminis delicatis ire ad proximum collem, atque ibi adesse sacrificiis suis in umbrâ patulæ arboris, quàm ire ad Templum longè remotum, atque ibi versari in medio æstu ac nidore victimarum.

14. לא אפקוד, *nonne animadvertam*, ex scripturâ הלא, vel הלוא. Cur omitteretur ה interrogans, occasionem dedit alterum ה, quod antecedit. Sic legere videntur Græci Intt. qui convertunt, καὶ οὐ μὴ ἐπισκέψωμαι, *& nunquid non visitabo.* Non interrogat לא, sine ה, in principio sententiæ.

16. עתה, *cùm tamen.* Legendum ועתה, quia sit transitus à sententiâ in aliam sententiam, eamque contrariam. ...ירעם, *pascebat.* Futurum pro Imperfecto, ut sæpe. *Pascuum* regni Israel dicitur *latum*, qui erat decem Tribuum, cùm regnum Juda duas tantùm Tribus haberet.

18. אהבו הבו: Arias, *dilexerunt afferte*, quod non minùs absurdum Latinè, quàm Hebraicè. Fuit הבו malè geminatum ex אהבו; itaque id omittunt Græci Intt. & post eos Syrus & Arabs. Subveniebat mendo Vulgatus, cùm poneret, *dilexerunt afferre.* Alii sic accipiunt הבו, *afferte*, tanquam *dona*, quæ afferuntur, quæ tamen loquendi forma nec alibi reperitur, nec est hujus loci, in quo agitur de scortatione & de ebrietate, non de *donis.*

CAPUT V.

Regibus, Sacerdotibus & populo Israel judicia Dei denuntiantur ; peribit Ephraim, peribit etiam Juda ; Deus erit erga eos, ut leo rapiens, nemine eripiente.

1. *Audite hæc sacerdotes ; attendi-*
te, domus Israel; præbete aures, domus
Regis ; adest enim vobis judicium,
quoniam laqueus fuistis in Maspha,
rete expansum in Thabor. 2. *Quicun-*
que errant, in profunda scelerum de-
venerunt ; ego eos omnes vocabo ad
disciplinam. 3. *Ego novi, qualis sit*
Ephraim ; nihil me celare potuit Is-
rael ; nunc enim Ephraim mœcha-
tur ; nunc Israel contaminatus est.
4. *Non suscipiunt cogitationem, ut*
ad Deum suum revertantur ; nam
tenet præcordia eorum spiritus adul-
terii, nec Dominum cognoscunt.
5. *Arrogantia Israel proditur in vultu*
ejus; cadent Israel & Ephraim propter
scelus suum ; cadet etiam cum eis Ju-
da. 6. *Venient cum suis ovibus & bo-*
bus, ut Dominum requirant, quem
non reperient, quia discessit ab eis.
7. *Rebellionem contra Dominum fe-*
cerunt, quia genuerunt filios alienos;
nunc igitur hæreditatem eorum ab-
sumet rubigo. 8. *En tubâ clangitur*
in Gabaa ; en clangor in Rama ;
fiunt ululatus in Bethaven à tergo
tuo, Benjamin. 9. *Ephraim devas-*
tabitur, cùm dies aderit reprehensio-
nis. Ego in Tribubus Israel notam
faciam veritatem meam. 10. *Prin-*
cipes Juda similes sunt illis, qui ter-
minos revellunt ; ego in eos effun-
dam, velut aquas, furorem meum.

1. שמעו זאת הכהנים · והקשיבו
בית ישראל · ובית המלך האזינו ·
כי לכם המשפט · כי פח הייתם
למצפה ורשת פרושה על תבור :
2. ושחטה שטים העמיקו · ואני
מוסר לכלם : 3. אני ידעתי אפרים ·
וישראל לא נכחד ממני · כי עתה
הזנית אפרים · נטמא ישראל : 4.
לא יתנו מעלליהם לשוב אל
אלהיהם · כי רוח זנונים בקרבם ·
ואת יהוה לא ידעו : 5. וענה גאון
ישראל בפניו · וישראל ואפרים
יכשלו בעונם · כשל גם יהודה
עמם : 6. בצאנם ובבקרם ילכו
לבקש את יהוה ולא ימצאו · חלץ
מהם : 7. ביהוה בגדו · כי בנים
זרים ילדו · עתה יאכלם חדש את
חלקיהם :
8. תקעו שופר בגבעה · חצצרה
ברמה · הריעו בית און אחריך בנימין :
9. אפרים לשמה תהיה ביום
תוכחה · בשבטי ישראל הודעתי
נאמנה : 10. היו שרי יהודה
כמסיגי גבול · עליהם אשפוך כמים
עברתי : 11. עשוק אפרים רצוץ
משפט · כי הואיל הלך אחרי צו :
12. ואני כעש לאפרים וכרקב
לבית יהודה : 13. וירא אפרים
את חליו ויהודה את מזרו · וילך
אפרים אל אשור וישלח אל מלך
ירב · והוא לא יוכל לרפא לכם ·
ולא יגהה מכם מזור : 14. כי
אנכי כשחל לאפרים וככפיר לבית
יהודה · אני אני אטרף ואלך · אשא

ואין מציל ׃ 15. אלך אשובה אל
מקומי עד אשר יאשמו ובקשו פני ·
בצר להם ישחרנני ׃

11. *Opprimetur Ephraim, judicio*
frangetur, quandoquidem libuit ei,
ut vana ſectaretur. 12. *Ego ero quaſi*
vermis Ephraim, velut putredo do-
mui Juda. 13. *Videbit Ephraim debilitatem ſuam, & Juda vulnus ſuum. Ibit*
autem Ephraim ad Aſſur, mittetque ad regem ultorem legatos; ille autem non
poterit vos ſanare; neque à vobis vulnus recedet. 14. *Ego enim futurus ſum*
quaſi leæna Ephraim, velut catulus leonis domui Juda; ego, ego dila-
niabo & abibo, prædam tollens, quam nemo eripiet, 15. *Ego abibo &*
ad locum meum revertar, donec ſe ſe expiaverint, & vultum meum requi-
rant; tum me requirent, cùm erunt in anguſtiis.

---

1. כי פח הייתם למצפה, *quia laqueus fuiſtis in Maſpha.* Ex hoc loco, vel uno, colligi poteſt, fuiſſe in *Maſpha* ultra Jordanem, & citra in *Thabor*, ſeu vitulos aureos, ſeu alia Idola, quorum cultibus faverent& Reges & Sacerdotes. Memorant *Kimki* & *Jarrhi*, poſuiſſe Jeroboam duo caſtra militum in *Thabor* & in *Maſpha*, quibus iter ad Jeruſalem intercluderetur. Sed ſi talia caſtra Oſee in mente habuiſſet, dixiſſet potiùs vim apertam fieri veris Dei cultoribus, quàm expandi retia & laqueos.

2. ...ושחטה : Statuit Edm. Calmet legendum ושחתה, cui non poſſumus non aſſentiri, quandoquidem nec שחטה in ſocietate eſſe poteſt cum verbo העמיקו, nec eſt nomen ſubſtantivum, ut eſſe deberet, ſi eſſet caſus verbi העמיקו. Idem accipit שחתה ut *foveam*, in quam principes & ſacerdotes populum trudant. Sed quia ſignificatus *fovea*, parùm convenit in ſequentia verba, *ego erudiam eos*, nos antetulimus ſignificatum *corruptela*, propter quam Deus מוסר *caſtigaturus eſt* & principes & ſacerdotes. In eandem ſententiam legimus cap. 9. v. 9. העמיקו ...משטמה, *profundum fecerunt odium...* ſive *ad ultima odia devenerunt:* Vide dicta ad eum locum.

3. הזנית : Lege הזנה, *mœchatur*, perſonâ tertiâ, ut legunt omnes Veteres, & ut poſteà נטמא, *pollutus eſt.*

7. עתה יאכלם חדש, *nunc comedet eos menſis.* Ita Arias, ex duplici mendo. Omnino eſt legendum, ועתה יאכל החסל, *nunc igitur abſumet rubigo (hæreditatem eorum.)* Ita Græci Intt. qui legunt החסל; etenim interpretantur, ἐρυσίβη, *rubigo.* Verba hæc, *comedet eos menſis*, nihil ſententiæ habere poſſunt, & malè *eos*, ubi ſequitur, *hæreditatem*, verbi caſus. Syrus hæc omittit, quæ videret nihili eſſe. Menda duo in proclivi erant, ut ש ex ס fieret, & ut ד ex ל trajectis litteris.

8. תקעו שופר : Nos, *tubâ clangitur;* verbum è verbo, *clangunt tubâ*, non autem, *clangite tubâ.* Perſonam hanc ſecundam non convenire, monet ipſe Vulgatus, qui deinde ſic pergit, *ululate in Bethaven, poſt tergum tuum, Benjamin*, quæ verba ſeriem non habent. Clangitur tubâ in Gabaa & in Rama, quæ urbes ſunt Tribûs Benjamin, ut moneatur Benjamin appropinquare hoſtes, & ingruere in Tribum Ephraim, Tribûs Benjamin vicinam; ululatus fiunt in Bethaven, urbe conterminâ duarum Tribuum, quia hoſtes adveniunt; fiunt autem *poſt tergum* Benjamin; non igitur ab ipſo Benjamin; ut conſiſtere in oratione non poſſit perſona hæc ſecunda, *ululate... Benjamin;* ſed oratio liquidè fluit, ſi omnia verba ſunt perſonæ tertiæ.

9. נאמנה, *veritatem.* Addimus *meam*, interpretando, perſpicuitatis causâ, ut ſignificetur veritas Dei, in minis ad eventum perducendis.

11. רצוץ משפט, *judicio frangetur;* nam legendum במשפט, ut Syrus בדינא, *judicio.* Ita etiam Vulgatus; & meliùs id quidem, quàm Græci Intt. qui, κατεπάτησε τὸ κρίμα, *conculcavit judicium.* Quippe רצוץ eodem nominativo utitur, quo עשוק, nec alibi uſurpatur in judiciis, ſed attribui ſolet vel perſonis, quæ opprimuntur, vel rebus aut materiis, quæ franguntur. ...ואני : הלך אחרי צו: Omnes, præter Vulgatum, ſic legunt: הלך אחרי שוא ׃ ואני, *ire poſt vanitatem; ego autem...* Error natus eſt ex duobus וא, quæ erant in duobus verbis שוא & ואני, & ex ſimili ſono litterarum ש & צ. Vulgatus legebat צואה, *ſordes.* Arias, *poſt jube;* quod, quanquam ridiculum, non tamen meliùs poterit, qui volet illud צו retinere.

13. ירב, *ultorem*, eundem *regem Aſſur*, qui anteceſſit; nimirum Theglatphalaſar. ...ולא יגהה מכם, *neque recedet à vobis (vulnus)* ex ſignificatu Æthiopico & Arabico, *recedere, abſtinere.* Vide Edm. Caſtellum in verbo גהה, aut גהגה. Eum ſignificatum adhibent Græci Intt. qui, διαπαύσῃ, *ceſſabit;* atque eo Lexica augenda ſunt; neque enim, *ſanare*, hujus loci eſſe poteſt, cùm ſequatur מכם, *ex vobis*, neque Hebraicè dicatur, *ſanare vulnus ex aliquo*, ut nec Latinè.

CAPUT VI.

Quid faciam tibi Ephraim ?... Misericordia mihi magis placet, quàm sacrificium. Galaad, urbs sanguine plena; Ephraim Sacerdotes homicidæ. . . Juda etiam captivus abducetur.

1. *Et dicent: venite, & ad Domi-*
num revertamur; qui enim contudit,
idem nos sanaturus est; qui percussit,
idem medicabitur. 2. *Post duos dies*
afferet nobis salutem; die tertio eriget
nos, & in conspectu ejus vivemus.
3. *Conveniamus igitur & studiosè*
quæramus scientiam Domini. Ut
auroræ imminentis, sic erit exitus
ejus; veniet nobis, velut pluvia; ut
serotinus imber irrigans terram.
4. *Quid faciam tibi, Ephraim;*
quid faciam tibi, Juda, ut adsit vo-
bis misericordia, velut matutina nu-
bes, & ut ros, qui mane effunditur?
5. *Certè ego, quod volui, feci pro-*
phetis vestris; interfeci eos per ver-
ba oris mei, & ex judiciis de te meis
lux orietur. 6. *Enimverò ego miseri-*
cordiam volo, & non sacrificia; &
scientiam Dei, præ holocaustis.
7. *Illi autem, ut cæteri homines,*
transgressi sunt fœdus, & in eo rebelles in me fuerunt. 8. *Galaad civitas*
est hominum facinorosorum, sanguine conspersa. 9. *Sicut hominem latrones*
expectant, ita sacerdotes coeunt, & viatorem apud Sichem trucidant, ut suum
scelus exsequantur. 10. *Ego in domo Israel vidi scelus nefandum; ego ibi*
Ephraim mœchantem, Israel contaminatum. 11. *Tibi verò etiam Juda*
messis parata est tum, cùm ego abducam populum meum captivum.

1. לכו ונשובה אל יהוה · כי
הוא טרף וירפאנו · יך ויחבשנו : 2.
יחיינו מימים · ביום השלישי יקמנו
ונחיה לפניו : 3. ונדעה נרדפה
לדעת את יהוה · כשחר נכון מצאו ·
ויבוא כגשם לנו · כמלקוש יורה
ארץ : 4. מה אעשה לך אפרים ·
מה אעשה לך יהודה · וחסדכם
כענן בקר וכטל משכים הלך : 5.
על כן חצבתי בנביאים · הרגתים
באמרי פי · ומשפטיך אור יצא :
6. כי חסד חפצתי ולא זבח · ודעת
אלהים מעלות : 7. והמה כאדם
עברו ברית · שם בגדו בי : 8.
גלעד קרית פעלי און · עקבה מדם :
9. וכחכי איש גדודים חבר כהנים ·
דרך ירצחו שכמה · כי זמה עשו :
10. בבית ישראל ראיתי שעריריה ·
שם זנות לאפרים · נטמא ישראל :
11. גם יהודה שת קציר לך ·
בשובי שבות עמי :

---

1. לכו : Nos, *& dicent, venite.* Omnes Veteres addunt, *& dicent*, vel *dicentes*, præter unum Vulgatum, sive quia series postulabat, ut adderetur id verbum, quod Hebr. Lingua solet reticere, sive quia legunt ואמרו; quod verbum excidisse non mirandum esset, cùm Scribæ malè sejunxêre hæc, quæ antecedunt, ab iis quæ subsequuntur, ut aliud caput notarent. Codices vacuum locum relinquunt, quantum ואמרו occupare posset, alii quidem ante לכו, alii ante להם; quem vacuum locum facilè credas esse vestigium verbi ואמרו omissi. ה'א טרף..., *ille*

ille contudit, וירפאנו, *& sanabit nos*. Ejusdem generis sanitas intelligenda, cujus fuit malum. Verbum טרף indicat Reipublicæ Judaicæ vulnera; ergo ירפאנו demonstrat eorum vulnerum sanationem, quam Deus tum facturus est, cùm Rempublicam Judæorum restaurabit, Assyriorum Chaldæorumque jugo liberatam; neque hæc de sanatione per Evangelium factâ intelligi possunt, nisi vis afferatur verbo טרף.

2. מימים · ביום השלישי, *post duos dies, die tertio*. Hæc indicant tempus proximum in rebus futuris, quomodò in præteritis תמול ושלשום, *heri & nudiustertius*. Et revera recuperatio libertatis Judæorum proxima tum futura erat, cùm Judæi intellexerunt, se captivos fuisse factos propter Idololatriam suam, cùmque adeò apud se statuerunt, ut non alium Deum colerent, quàm Deum suum. ...יקמנו, *eriget nos*, seu Rempublicam nostram. Difficile est credere, Apostolum Paulum ad hunc locum nos allegasse, cùm diceret, *resurrexit tertiâ die secundùm scripturas*; cùm constet Affixum נו significare, hoc loco, *nòs*, non *eùm*.

3. ונדעה, *& cognoscamus*. Parùm commodè, *cognoscamus*, ubi sequitur, *& persequamur cognitionem*. Propterea non dubitamus, quin Osee scripserit ונועדה, *& conveniamus*, ut deinde aptè veniat, *& sequamur*, sive *curramus ad cognoscendum Dominum*. ...מצאו: Duo Codices מוצאו, plenè, *exitus ejus*. Hanc orationem dirigit populus pœnitens ad formam promissorum, quorum exitus sæpe exhibetur ut ita certus, si Deum suum Israelitæ non relinquent, ùt certus est reditus auroræ. Per eandem similitudinem memoratur *pluvia* & *imber serotinus*, cujus est frequens commemoratio in Dei promissionibus.

4. מה אעשה לך, *quid faciam tibi*. Redit oratio ad easdem denuntiationes, quæ initium habuerunt capite superiore. & ex quarum occasione prædicta fuit, prioribus versibus, oratio populi pœnitentis. ...וחסדכם, *ut misericordia vestra*... seu *vobis facta*. Est Passivum Affixum כם, quomodò & sequente versu משפטיך, *judicia tua*, sunt *judicia de te facta*. Mox speravit populus pœnitens, Deum sibi affuturum, tanquam *auroram egredientem*; nunc respondetur eìdem populo nondum pœnitenti; quid faciam tibi, ut possim deinde misereri tui, & afferre aliquam salutem, quomodò nubes matutina spem affert pluviæ, quæ expectatur: similitudine ductâ ex tempestate cœli matutinâ, sicut anteà ex aurorâ.

5. חצבתי בנביאים: Vulgatus, *dolavi in prophetis*. Verbum חצבתי non habet pro casu בנביאים, cùm id sit Activum, nec utatur præpositione ב, nisi ut notet instrumentum, quo aliqua res *cædatur*, vel *doletur*. Itaque abest casus; cujus quidem absentia dat mendi suspicionem. Auget etiam suspicionem ipsum *dolavi*, quod usurpatur arboribus aut lapidibus cædendis, non autem personis morte multandis; ut similitudo hìc dura & incredibilis esse videatur. Ita Symmacho videbatur, qui convertit, *ὀυκ ἐφεισάμην*, *non peperci*, ne diceret, *dolavi*. Græci Intt. *ἀπεθέρισα*, *messui*, cùm legerent חצרתי, ex חצד Chaldaico, *metere*, nec meliore scripturâ. Nos existmamus germanam scriptionem esse חפצתי; ita ut hæc duo, *volui in prophetis*, *interfeci*, sint *ἓν διὰ δυοῖν*, pro *volui*, vel *statui interficere* נביאיך, *prophetas tuos*, cum Affixo, quod non abesse debere demonstrat משפטיך; nam posterius respondere debet priori. Nec omittunt *ὑμῶν*, *vestros*, Græci Intt. Quippe agitur de falsis prophetis, quos Deus in regnis Israel & Juda interfecerat, jusseratque interficiendos. ...ומשפטיך, *& ex judiciis de te meis* (*lùx orietur*;) lux ea, quam sperabis *auroræ imminentis*, sive recuperatæ tuæ libertatis.

7. שם, *ibi*, sive in ipso fœdere, quo tenebantur, & quod ruperunt. Non licet accipere שם, *ibi*, de Jerusalem, quia non suprà nominata est Jerusalem; neque etiam de loco, ubi Propheta vaticinabatur, propter eandem causam.

8. עקבה מדם, *notata vestigiis sanguinis*, non jam urbs refugii, ut esse debuerat, sed cædis domicilium.

9. חבר כהנים, *coitio sacerdotum*, sive *coeunt sacerdotes*; כי זמה עשו, *ut suum scelus exsequantur*. Intelligi videtur *scelus*, per quod illi homines de regno Israel, qui Deum verum colebant, ne Jerusalem irent, prohibebantur, & si qui latenter ire vellent, & deprehenderentur, trucidabantur. Forsan ex hoc loco Rabbini collegerunt, fuisse duo castra citra & ultra Jordanem per Jeroboam collocata, ut hominum religiosorum iter ad Jerusalem interciperetur.

CAPUT VII.

Ephraim, ut clibanus accensus; ut columba seducta non habens cor: expandetur super eum rete, & fiet Ægypti fabula & ludibrium.

1. *Cùm ego sanare vellem Israel,*
prodidit se iniquitas Ephraim, &
scelus Samariæ; nam perfidiosè ege-
runt; fur intrabat spoliaturus, latro
aderat foris. 2. *Nec est, cur dicant*
in cordibus suis, me omnium præ-
teritorum scelerum memoriam retine-
re; nunc enim scelera eorum ipsis
undique adhærent, & in conspectu
meo sunt. 3. *Regem oblectant nequi-*
tiâ suâ, & mendaciis suis Principes.
4. *Omnes adulterio flagrant, velut*
clibanus à pistore accensus; cessavit
subigere massam, qui depsebat, do-
nec fermentaretur. 5. *Die natali nos-*
tri regis incipiunt Principes vino in-
calescere; ille cum Derisoribus jun-
git manum suam. 6. *Cor eorum æs-*
tuat, quasi clibanus; totam noctem
fumat per spiracula furor eorum, qui
mane ardet velut ignis scintillans.
7. *Omnes conflagrabunt, velut cli-*
banus; absumentur Judices eorum;
omnes Reges eorum cadent; nemo est
ex eis, qui me imploret. 8. *Ephraim*
permiscuit se se cum populis; E-
phraim erit subcinericius panis, qui
non versabitur. 9. *Absument alieni*
robur ejus, nec ipse animadvertet;
quamvis aspersa est super eum cani-
ties, ne sic quidem animadvertet.
10. *Arrogantia Israel proditur in*
vultu ejus, nec ad Dominum Deum
suum revertentur, nec post hæc om-
nia eum requirent. 11. *Similis est*

1. כרפאי לישראל ונגלה עון
אפרים ורעות שמרון · כי פעלו
שקר · וגנב יבוא פשט גדוד בחוץ :
2. ובל יאמרו ללבבם · כל רעתם
זכרתי · עתה סבבום מעלליהם · נגד
פני היו : 3. ברעתם ישמחו מלך
ובכחשיהם שרים : 4. כלם מנאפים
כמו תנור בערה מאפה · ישבות
מעיר מלוש בצק עד חמצתו : 5.
יום מלכנו החלו שרים חמת מיין ·
משך ידו את לצצים : 6. כי
קרבו כתנור לבם · בארבם כל
הלילה ישן אפהם · בקר הוא בער
כאש להבה : 7. כלם יחמו כתנור ·
ואכלו את שפטיהם · כל מלכיהם
נפלו · אין קרא בהם אלי : 8.
אפרים בעמים הוא יתבולל · אפרים
היה עגה בלי הפוכה : 9. אכלו
זרים כחו · והוא לא ידע · גם שיבה
זרקה בו · והוא לא ידע : 10. וענה
גאון ישראל בפניו · ולא שבו אל
יהוה אלהיהם · ולא בקשהו בכל
זאת : 11. ויהי אפרים כיונה
פותה אין לב · מצרים קראו · אשור
הלכו : 12. כאשר ילכו אפרוש
עליהם רשתי · כעוף השמים
אורידם · איסירם כשמע לעדתם :
13. אוי להם · כי נדדו ממני · שד
להם כי פשעו בי · ואנכי אפדם
והמה דברו עלי כזבים : 14. ולא
זעקו אלי בלבם · כי יילילו על
משכבותם על דגן ותירוש · יתגוררו
יסורו בי : 15. ואני יסרתי · חזקתי
זרועתם ואלי יחשבו רע : 16.
ישובו לא על · היו כקשת רמיה ·

Ephraim columbæ , quæ decipitur ,
& cor non habet ; advocant Ægyp-
tios , vadunt ad Aſſyrios. 12. *Ego*
autem , cùm ibunt , expandam rete meum ſuper eos ; ut aves cœli , dejiciam
eos ; ego eos tum caſtigabo , cùm conſiliis ſibi datis obſequentur. 13. *Væ*
illis , quia longè à me receſſerunt ; imminet in eos devaſtatio , quia in me re-
belles fuerunt ; ego eos redimere parabam ; illi intereà contra me falſa lo-
quebantur. 14. *Neque ex animo me implorant ; ſed ululant in cubilibus prop-*
ter frumenti & vini penuriam ; exaſperantur , & adverſùm me conſilia ineunt.
15. *Sed ego caſtigabò eos. Ego reficiebam vires eorum , illi autem in me*
mala meditabantur. 16. *Iterum ſuſceperunt , ut ſine jugo eſſent ; facti ſunt*
ut arcus fallax ; cadent gladio principes eorum ; propter procacitatem lin-
guæ ſuæ ludibrio erunt in terrâ Ægyptiorum.

יפלו בחרב שריהם מזעם לשונם ·
זו לעגם בארץ מצרים :

---

2. כל רעתם , *omnium ſcelerum eorum.* Nos , in verſione , *præteritorum* , ut ſermo Latinus planus ſit. Nam ſunt in oppoſitione *omnia ſcelera* cum præſentibus ; præſentia declarantur in his verbis , עתה סבבום ; *nunc circumfundunt eos...* Itaque in verbo , *omnia* , præterita ſignificantur ; ſed præſentia ſunt , quæ deinde memorantur , mendacia & adulteria , quæ flagitioſi homines Regi ac principibus renarrabant , ut eos oblectarent , quia ex eorum numero erant , qui *per riſum operantur ſcelus.*

4. מנאפים כמו תנור , *flagrant adulterio* , *velut clibanus.* Ita interpretamur , ut exhibeamus ſimilitudinem adulterii cum clibano ardente ; ducitur enim ſimilitudo ex ſcelere , non ex pœnâ ſceleris. ...מעיר : Sive convertas , *ex civitate* , ſive *excitans* , ſive *vigilans* , ſententiam non extundes , quæ expediat orationem. Græci Intt. hæc verba duo , ישבת מעיר , exhibent per hæc verba Græca , *κατακαύματος ἀπὸ τῆς φλογὸς* , *exuſtionis à flammâ ;* non divino quid legerint. Nos מעיר credimus fuiſſe olim , vel ממעיך , *à ſubigendo* , ex מעך ; vel מעיק , ex עיק , *ſtringere* , *ſubigere* , qui ſignificatus benè quadrat in מלוש , *maſſam :* verbum de verbo , *deſiit à ſubigendo maſſam* , בצק , *qui depſebat ;* ut continuetur incœpta ſimilitudo ex clibano , qui ita accenditur , ut calor ejus tum ſit opportunus ad panes coquendos , cùm maſſa ſubacta eſt. Syrus , cùm legeret ut nunc legimus , ſic interpretabatur ; *deſinet ab urbe ſubigens maſſam* , *donec fermentetur ;* quaſi notetur in prioribus verbis *deſinet ab urbe* , pœna adulterorum , in poſterioribus *ſubigens* , &c. ipſe adulter , qui alienas ſubigat uxores , donec eas alieno fermento inferciverit. Sed liquet notari hoc verſu ſcelus adulterii , non pœnam ſceleris quæ deinde notabitur verſu 7. itaque non ſuo in loco dici , *deſinet ab urbe* , ſive *exſcindetur.*

5. יום מלכנו : Nos , *die natali regis noſtri ;* nam , ut obſervat Vatablus , intelligi poteſt vel dies natalis , vel dies , quo factus eſt rex. Vulgatus , *dies regis noſtri* , *cæperunt* , nullâ ſerie , ſed forſan ex Latino mendo *dies* , pro *die.* ...את לצצים , *cum Deriſoribus.* Vera ſcriptio לצים , Litterâ צ non duplicatâ ; paſſim legitur לצים , nullibi לצצים , niſi hoc loco. *Deriſores* ſunt , non modò Idololatræ , ſed etiam omnium legum inimici , qui omnia commodis ſuis & voluptate metiuntur.

6. כי קרבו כתנור לבם : Vulgatus , *quia applicuerunt* , *quaſi clibanum* , *cor ſuum* , exhibens mendum קרבו , nullam adeò ſententiam. Græci Intt. *ἀνεκαύθησαν* , *ſuccenſa ſunt* , quia legunt חרבו , veram ſcriptionem , quam etiam ſequitur Syrus , in vocabulo יחמא , *incaluit.* Negabat Buxtorfius Junior , legendum חרבו : » Cur (inquit) in hujuſmodi locis , in quibus manifeſtè » apparet , illos reddidiſſe *ſenſum* , non *verba* , variæ ſtatim lectiones Codicum Hebraicorum » ſunt fingendæ ? Et , ſi aliter legerunt in ſuo Codice , quâ autoritate dicentur legiſſe חרבו ? » Ubi חרבו , ſignificat *inflammati ſunt* ? Cedò locum... Si lectio fingenda , meliori ſpecie diceretur , illos legiſſe קדחו , cujus vocis ſcriptio etiam eſt aliquo modo affinis. Adde , ſi ex diſ» crepanti verſione nova varia lectio condenda , dicendum etiam erit , illos in ſuo Codice » legiſſe , non לבם , ſed לבותם , *corda eorum* , quia reddiderunt *αἱ καρδίαι αὐτῶν* , in plurali » numero. Quis ſic emendandi Codicem Hebræum tandem erit finis ? « Hæc Buxtorfius diſputans contra Lud. Cappellum ; qui , ſi vita ei ſuperſtes fuiſſet , reſpondiſſet 1°. fieri non potuiſſe , ut Græci Intt. ſi legebant קרבו , converterint , *accenſa ſunt* , quia non modò non *verba* , ſed ne *ſenſum* quidem rediddiſſent ; nam ſolius erat Buxtorfii , ſtatuere idem eſſe *applicuerunt* , atque *accenderunt ;* neque verò etiam convenit *applicuerunt* , quia non additur , ad quam rem applicuerint (*cor ſuum.*) 2°. קדח , quamvis uſurpatur in rebus iis , quæ ignem concipiunt , alieno igne admoto , ut clibanus , tamen veriſimilius eſſe , Græcos legiſſe חרבו , ut pote verbum ſimilius mendo קרבו , quàm verbum קדחו. 3°. Fruſtrà dicere Buxtorfium , *cedò locum* , quia ſatis eſt , verbum חרב , ſignificare *æſtum* , *calorem* , & ad *clibanum* ,

ex quo ſimilitudo ducitur, eſſe accomodatum. 4°. Non ſtatuendum, Græcos legiſſe לבותם; quia, *corda eorum*, & *cor eorum*, unum & idem ſunt, & quia *manifeſtè apparet, illos reddidiſſe ſenſum.* Denique *ſic emendandi Codicem Hebræum* hunc finem eſſe, cùm bonas ſcriptiones exprompſeris ex Veterum verſionibus in locum pravarum, quæ ſint inexplicabiles. בארבם... ישן אפהם: Nos, *per ſpiracula eorum... fumat furor eorum*; nam pro ישן, *dormit*, legimus עשן, *fumat*, quam ſcriptionem flagitat בארבם, *per caminum eorum*, in quo verbo continuatur ſimilitudo ex clibano ducta, quam ſimilitudinem deſerit Vulgatus, cùm vertit, *cùm inſidiaretur eis*; nam *clibano* quid commune eſſe poteſt cum *inſidiis?* Factum videtur ישן, ex עשן, vel parte litteræ ע ex vetuſtate deletâ, vel ex אשן mendo antiquiori, ex quo natum fuerit ישן, quia litteræ א & י ſimili ſono enuntiabantur. Denique ישן, *dormit*, conſociari non poteſt, neque cum *inſidiis*, neque cum *camino*, neque cum *clibano*; quid multa, neque cum ipsâ ſententiâ. Nam *furor*, qui mox dicitur erumpere in flammas ardentes, non eſt furor *dormiens*; ſed eſt potiùs furor, qui magis magiſque accenditur, ut poſt fumum evomat flammas.

7. כלם יחמו כתנור, *omnes conflagrabunt, ut clibanus.* Nunc ſcelerum pœna deſcribitur, ſervatâ ſimilitudine eâdem, quâ ſcelus adumbrabatur; quaſi dicat Propheta: quia flagrârunt vino & adulteriis, tanquam clibanus, conflagrabunt, ut clibanus, igne eodem, quem accenderunt; quo igne *abſumentur judices eorum*, &c.

8. היה עגה, *erit ſubcinericius panis.* Accommodata eſt hæc altera ſimilitudo ad verbum יתבולל, quod ſignificat *miſcere* cibos varios, vel liquores, quibus ſubcinericii panes conficiebantur, ut deinde in clibano concoquerentur, operti cineribus & prunis. Ephraim autem dicitur *miſcere ſe ſe cum gentibus*, partim quia gentium Deos faciebat ſuos, partim quia cum gentibus fœdera jungebat, ut, gente unâ premente, altera opem ferret.

11. כיונה פותה, *ut columba decepta*, ſeu quam venator quibuſve inſidiis intercipit. Decipiebatur autem Ephraim conſiliis fatuis eorum hominum, qui mox dicti ſunt habere caput canitie conſperſum, qui nunc dabant conſilium eundi ad Ægyptios, nunc autem ad Aſſyrios: quibus conſiliis cùm utebatur Ephraim, fieri non poterat; quin ſe ſe illaquearet, quoniam gentes inimicæ erant Aſſyrii & Ægyptii; ut cum unâ gente jungere dextras non poſſent, quin alterius odia & arma in ſe concitarent.

12. איסירם כשמע לעדתם, *cædam eos ſecundùm auditionem cœtûs eorum.* Ita Vulgatus. Nos, ſic.. איסרם כשמעם לעצתם, *caſtigabo eos, cùm auſcultabunt conſiliis ſuis*, ſeu *ſibi datis*; nimirum ex Chaldæo; nam Chaldæus ſic habet, על דשמעו לעצתהון, *quia ſint obſecuti conſiliis ſuis*; hoc eſt; quia opem implorant nunc Ægyptiorum, nunc Aſſyriorum, ego caſtigabo eos, per eas ipſas gentes, ex quibus auxilium ſibi adfuturum confidebant. Græci Intt. non legebant לעדתם; nam convertunt, τῆς θλίψεως αὐτῶν, *oppreſſionis eorum.* Poſſet quidem עדה, *cœtus*, accipi pro *conſilio cœtûs.* Sed ad verbum שמע, *auſcultare*, multò accommodatius videtur לעצתם, quàm לעדתם.

13. דברו עלי כזבים, *falſa contra me loquebantur*; ſeu palàm dictitabant, ſe, tametſi ad me redirent, meque unum Deum colerent, tamen præſidium in me non habituros contra vicinas gentes, eaſque potentiſſimas.

14. יסורו בי: Vulgatus, *receſſerunt à me.* Tamen בי ſignificat *in me*, vel *contra me*; neutrum illorum convenit cum *receſſerunt.* Nihil tam obvium, quàm ut legatur יסודו בי, meliùs יסדו, *conſilium ceperunt contra me*, ut anteà dictum eſt, *contra me falſa loquebantur.* In eandem ſententiam Syrus, ומרדו עלי, *& rebellârunt contra me.*

16. ישובו לא על: Optimè Vulgatus, *reverſi ſunt ut eſſent abſque jugo*; modò tamen legatur ללא על, *ad non jugum*, ut verbum ישובו præpoſitione ל non defraudetur præfixâ caſui לא על, *non jugo*, ſeu indocilitati. Iſtam præpoſitionem ל exhibet Syrus in præpoſitione על, quam non omittit: vide eum.

CAPUT

CAPUT VIII.

Domus Juda rupit fœdus ; ſine meo numine fecit ſibi regem ;
exſcindetur. Abjicietur vitulus Samariæ ; Ephraim in gentes
diſſipabitur ; Judæ munitæ urbes evertentur.

1. Inſonet tuba in ore tuo contra
domum Juda, quia fœdus meum de-
ſeruerunt, & Legem meam violave-
runt. 2. Clament ad me, & dicant ;
Deus Iſrael, nos te agnoſcimus.
3. Iſrael averſatur bonum ; perſeque-
tur eum inimicus. 4. Illi regem,
ſine meo numine, fecerunt ; illi,
principes, quos ego non nôram ; illi
de argento & auro idola ſibi confece-
runt, propterea ut exſcinderentur.
5. Ardet in eos furor meus. Quo-
uſque innocentiam non ſuſcipient ?
6. Abjicietur vitulus tuus, Samaria;
ille enim autorem habuit Iſrael ; eum
artifex fabricatus eſt, neque hic
Deus eſt ; ergo vitulus Samariæ flam-
mis delebitur. 7. Quia ventum ſemi-
navêre, tempeſtatem demetent ; cul-
mus erit ſine granis ; non progignet
farinam ; quam, ſi progigneret,
alieni devorabunt. 8. Actum eſt de
Iſrael ; nunc evadunt ſicut gentes ;
ſicut vaſa, quæ nullo uſui eſſe poſ-
ſunt. 9. Quandoquidem abeunt ad
Aſſyrium, etſi nihil eſt Aſſyrius,
niſi ferus onager. 10. Ephraim mittit
amatoria munera ; quoniam hæc mi-
ſerunt, ego eos actutùm colligam
apud gentes ; ſcilicet ab onere regis
ac principum paululùm recreabuntur.

1. אל חכך שפר כנשר על
בית יהוה • יען עברו בריתי ועל
תורתי פשעו : 2. לי יזעקו אלהי
ידענוך ישראל : 3. זנח ישראל
טוב • אויב ירדפו : 4. הם המליכו
ולא ממני • השירו ולא ידעתי •
כספם וזהבם עשו להם עצבים
למען יכרת : 5. זנח עגלך שמרון •
חרה אפי בם • עד מתי לא יוכלו
נקין : 6. כי מישראל • והוא חרש
עשהו • ולא אלהים הוא • כי שבבים
יהיה עגל שמרון : 7. כי רוח
יזרעו וסופתה יקצרו • קמה אין לו
צמח • בלי יעשה קמח • אולי יעשה •
זרים יבלעהו : 8. נבלע ישראל •
עתה היו בגוים ככלי אין חפץ בו :
9. כי המה עלו אשור פרא בודד
לו • אפרים התנו אהבים : 10. גם
כי יתנו בגוים עתה אקבצם • ויחלו
מעט ממשא מלך שרים : 11. כי
הרבה אפרים מזבחות לחטא • היו
לו מזבחות לחטא : 12. אכתוב
לו • רבו תורתי כמו זר נחשבו :
13. זבחי הבהבי יזבחו בשר ויאכלו •
יהוה לא רצם • עתה יזכור עונם
ויפקד חטאתם • המה מצרים ישובו :
14. וישכח ישראל את עשהו •
ויבן היכלות • ויהודה הרבה ערים
בצרות • ושלחתי אש בעריו ואכלה
ארמנתיה :

11. Quoniam Ephraim fecit multas aras, ad peccatum, erunt ei aræ in
loco peccati. 12. Et ſic eum inſcribam : qui legum mearum magiſtri erant,
pro extraneis habentur. 13. Sacrificiorum munera carnem immolabunt,

Oooooo

quam edent ; Dominus autem non placabitur eis : nunc iniquitatis eorum viget memoria ; nunc peccato eorum digna rependuntur : illi porrò in Ægyptum redeant. 14. *Quandoquidem Iſrael oblitus eſt conditorem ſuum & palatia extruxit, & Juda numerum auxit urbium munitarum, ego ignem injiciam in urbes ejus, qui arces ejus abſumet.*

---

1. כנשר, *ſicut aquila.* Hoc, quale ſit, ex Vulgato intelligi poteſt, ita interpretante, *in gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini*, & quaſi clamante, ſe reddere menda, non ſententias. Nam quid commune eſſe poteſt *tubæ* cum *aquilâ* ? Quid *aquilæ*, cum *domo Domini* ? Non affulget lux ex Veteribus. Tamen vidit Chaldæus, poſt hæc verba, *in gutture tuo tuba*, verbum in oratione requiri, quod ſignificet ſonum, vel tubæ, vel gutturis; itaque addidit, אכלי, *clama.* Sed vocabulum כנשר, *ſicut aquila*, non potuit aliter expedire, quàm per longam Paraphraſin, eamque non parùm ridiculam. Nos, pro כנשר, legimus ימשך, *protendatur*, vel *edat protractum ſonum*, שופר, *tuba.* Sic *Exodi cap. 19. v. 13.* & *Joſue, cap. 6. v. 5.* verbum משך ſignificat *clangere, edere clangorem.* Jam verbum יהוה, non dubitamus ſcriptum fuiſſe mendosè, pro יהודה (*domum*) *Juda.* Nimirum ſequitur, *trangreſſi ſunt fœdus meum*, quæ tranſgreſſio eſt *domûs Juda.* Adde, vaticinari Prophetam hoc verſu & tribus ſequentibus, contra, domum Juda, non contra domum Iſrael. Enimverò verſu 4. dicitur, illi *autem regem fecerunt, non ex me*, in quibus verbis exprobratio eſt ſimilis ei, quæ legitur, *I. Sam. cap. 8. v. 7. non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*, & poſteà v. 18. *non exaudiet vos Dominus... quia petiſtis vobis regem.* Nec verò etiam diceret Deus, *non ex me*, de regno Iſrael conſtituto, & ab regno Juda ſeparato, poſtquàm dixerat Semeias Propheta regi Roboam, *noli bellare cum fratribus tuis, à me enim factum eſt verbum hoc*, & poſtquàm Deus Salomoni, *ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo.* I. Reg. cap. 11. v. 11. Denique verſu ultimo mala ultimùm denuntiantur, non modò Iſraeli, ſed & *Judæ*, (ויהודה) per redintegrationem antedictorum ; ut negari non poſſit, vaticinari Prophetam *contra domum Juda.*

2. אלהי ידענוך ישראל, *Deus meus, novimus te Iſrael.* Verus ordo eſt אלהי ישראל ידענוך, *Deus Iſrael, novimus te.* Omisêre ישראל Syrus & Græci Intt. cùm crederent id ſuperfluere, nec trajectum fuiſſe animadverterent. Fruſtra Caſtalio, *ô mî Deus, nos te novimus, Iſraelitæ*, cùm pluralis numerus, *novimus*, recuſet ſocietatem pronominis *mî*, vel *meus*, ſingularis ; quo ipſo ſignificatur, eſſe אלהי, ſtatum conſtructum, & velle proximè jungi cum *Iſrael.*

4. למען יכרת, *ut exſcindantur.* Potiùs הכרת, in Modo Infinito *Hophal.* Nam יכרת, numerus ſingularis non convenit in להם, plurale, *illis.*

5. & 6. זנח עגלך שמרון, *projectus eſt vitulus tuus, Samaria.* Hæc verba rejicimus ad initium verſûs ſexti ; nam intercipiunt ſeriem orationis, quæ continuatur ex ſuperiore verſu, hoc modo ; *fecerunt ſibi idola ; accenſus eſt furor meus in eos*, (בם.) Iſtud בם plurale ; non poteſt convenire cum *vitulo*, (עגלך) ſingul. numeri ; neque cum perſonâ ſecundâ *tuo* ; per quas & numeri & perſonæ diſcordias perturbatio ordinis quaſi digito monſtratur. Sed ordinem eum, quem reſtituimus, flagitat ipſa ſeries, quæ talis eſt : *abjectus eſt vitulus tuus, Samaria, nam ex Iſrael ille*, non ex me ; ſic ferè, ut anteà dictum eſt, *regem fecerunt, non ex me* ; legimus הוא, ſine nexu ו, quomodò legit Syrus.

9. אשור פרא : Tot ferè hîc ſunt interpretationes, quot interpretes ; nec ſententiam expedire aliter poſſis, quàm ſi, poſt עלו אשור, addas alterum ואשור, quod fuit omiſſum ex ſimilitudine ; vide Verſionem. Deridet Propheta ſtultitiam Iſraelitarum, qui ab Aſſyriis auxilium ſperent adfuturum, cùm tamen Aſſyrius nihil aliud ſit, quàm ferus onager, nihil præter ſe ipſum curans. Intercedere debet interpunctio major inter לו & אפרים. Pertinet לו ad Aſſyrium ; in אפרים autem alia exoritur ſententia hæc : *Ephraim dat amatoria*, נתנו, non התנו. Reſpondet נתנו alteri verbo יתנו, quod jacet verſu 10.

10. יחלו, *dolebunt.* Tamen ſeries vult ינחו, *quieſcent*, vel *retreabuntur*, ממשא *ab onere regis* ושרים, *& principum*, addito nexu ו, quem lego in Codice Orat. 42. *Onus* intelligendum de tributis, quæ populo imponebantur ad ſubſidia bellorum, quibus agitabatur regnum Iſrael. Eſt, hoc loco, Ironia, quam nos exhibemus in adverbio *ſcilicet.*

11. מזבחות לחטא, *altaria ad peccatum.* Retinemus verbi חטא ambiguitatem ; nam primo loco notat *victimam pro peccato*, ita ut notet etiam *peccatum* ; altero loco ipſum unum *peccatum.*

12. אכתוב : Rectè Maſora, אכתב, ſine ו. ...רבו תורתי ; Rectè etiam Maſora רבי, *magiſtri legis meæ* (*pro extraneis habentur* ;) quia, ut dictum eſt v. 8. facti ſunt ad nullam rem utiles, velut vaſa quaſſata & obſoleta. Quippe Judæos Deus propterea tuebatur, ut veram Religionem ipſi tuerentur ; quam perſonam, quia non jam ſuſtinebant, nihil erat ampliùs, cur eos Deus tueretur contra vicinos reges.

13. יזכור : Meliùs יזכר alii Codices. ...המה מצרים ישובו, *illi in Ægyptum redeant.* Alluditur ad Iſraelitas in deſerto agentes, qui non ſemel in Ægyptum redire voluerunt ; quaſi di-

cat Deus ; ego non curabo eos ampliùs ; abeant quò volent, ut olim voluêre in Ægyptum reverti.

14. ארמנתיה, *arces ejus* ; Omninò ארמנותיו, cum Affixo maſculino, ut anteà עריו, *urbes ejus.*

CAPUT IX.

Ephraim iturus eſt ad Aſſyrios, ibique immundum cibum ſumpturus ; abiturus ad Ægyptios, ibique ſepeliendus. Quia ſprevit Dominum, vagus erit apud gentes.

1. *Noli lætari, Iſrael; noli exſulta-*
re, more gentium, poſtquàm defeciſti à
Deo tuo, & adulterii mercedem
quæſiiſti ex omnibus frumenti areis.
2. *Non paſcet eos, nec area, nec torcu-*
lar ; ſpem eorum vina fallent. 3. *Nec*
habitabunt in terrâ Domini; Ephraim
in Ægyptum revertetur, edetque im-
mundum cibum apud Aſſyrios. 4. *Nec*
vina Domino libabunt, nec ei place-
bunt victimæ eorum, quæ ſic ſunt eis
ut cibi iniquitatis ; quos qui edunt,
immundi ſunt : propterea ſi quos ci-
bos pro ſuâ ſalute offerent, illi non
intrabunt in domum Domini. 5. *Quid*
facturi eſtis in die conventûs, in die
ſolemnitatis Domini ? 6. *Ecce enim*
propter vaſtatorem fugient ; colliget
eos Ægyptus ; Memphis ſepeliet
eos ; pretioſa, quæ argento emerint,
poſſidebunt ſentes ; creſcet carduus
in tentoriis eorum. 7. *Advenêre dies*
animadverſionis ; advenêre dies retri-
butionis ; hæc videbit ſtultus Iſrael,
hæc amens propheta ; hæc quiſquis
multâ tuâ nequitiâ fuit afflatus, &
magna odia concitavit. 8. *Ephraim*
ſic egit cum Deo meo, ut ſpeculator;
propheta inſidians per omnia itinera
ſua tendit laqueos, ad domûs Dei ſui
odia ultima devenerunt. 9. *Corrupti*

1. אל תשמח ישראל · אל גיל
בעמים · כי זנית מעל אלהיך · אהבת
אתנן על כל גרנות דגן : 2. גרן
ויקב לא ירעם · ותירוש יכחש בה :
3. לא ישבו בארץ יהוה · ושב
אפרים מצרים · ובאשור טמא
יאכלו : 4. לא יסכו ליהוה יין ולא
יערבו לו זבחיהם · כלחם אונים
להם · כל אכליו יטמאו · כי לחמם
לנפשם לא יבוא בית יהוה : 5.
מה תעשו ליום מועד וליום חג
יהוה : 6. כי הנה הלכו משד ·
מצרים תקבצם · מף תקברם · מחמד
לכספם קימוש יירשם · חוח
באהליהם : 7. באו ימי הפקדה ·
באו ימי השלם · ידעו ישראל אויל
הנביא משגע איש הרוח על רב
עונך ורבה משטמה : 8. צופה
אפרים עם אלהי · נביא פח יקוש
על כל דרכיו · משטמה בבית
אלהיו : 9. העמיקו · שחתו כימי
הגבעה · יזכור עונם יפקוד חטאותם :
10. כענבים במדבר מצאתי
ישראל · כבכורה בתאנה בראשיתה
ראיתי אבותיכם · המה באו בעל
פעור וינזרו לבשת · ויהיו שקוצים
כאהבם : 11. אפרים כעוף יתעופף
כבודם מלדה ומבטן ומהריון : 12.
כי אם יגדלו את בניהם ושכלתים
מאדם · כי גם אוי להם בשורי
מהם : 13. אפרים כאשר ראיתי

לצור שתולה בנוה • ואפרים להוציא
אל הורג בניו : 14. תן להם
יהוה • מה תתן • תן להם רחם
משכיל ושדים צמקים : 15. כל
רעתם בגלגל • כי שם שנאתים על
רע מעלליהם • מביתי אגרשם • לא
אוסף אהבתם • כל שריהם סוררים :
16. הכה אפרים • שרשם יבש •
פרי בלי יעשון • גם כי ילדון והמתי
מחמדי בטנם : 17. ימאסם אלהי •
כי לא שמעו לו • ויהיו נדדים
בגוים :

*ſunt, ut erant in diebus Gabaa; in
memoriâ erit iniquitas eorum; aderit
ultio ſceleris eorum.* 10. *Ego Iſrael
in deſerto repereram, tanquam uvas;
ego vidi patres eorum, ut primas fi-
cus, cùm primùm matureſcunt; illi
autem abierunt ad Beel-phegor, ſe-
ceſſerunt ad Deos nefandos, quos cùm
dilexêre, deteſtabiles facti ſunt.*
11. *Abibit, velut avis fugiens, glo-
ria, quam habuit Ephraim de partu
& de utero & de conceptu.* 12. *Nam,
quamvis enutrient filios ſuos, ego eos
delebo ex hominibus per orbitatem; nam væ illis, cùm ego ab eis avertar.*
13. *Ille Ephraim, qui, cùm aſpexi eum, fuit ut rupes plantata in loco
amœno, educet ad interfectorem filios ſuos.* 14. *Da eis, Domine; quid
autem dabis? Da illis matricem, quæ abortum patiatur, & ubera, quæ non
turgeſcant.* 15. *Omne eorum ſcelus eſt Galgalis; nam ibi mihi exoſi fue-
runt, propter flagitioſa inſtituta eorum; ego eos domo meâ ejiciam, neque
adhuc diligam eos; omnes principes eorum ſunt contumaces.* 16. *Percutietur
Ephraim; areſcet radix eorum, nec fructum ferent; quòd ſi filios genera-
bunt, ego fructus uteri eorum cariſſimos enecabo.* 17. *Aſpernatur eos Deus
meus, quia non ei obedierunt; itaque vagi erunt apud gentes.*

---

1. אהבת אתנן על כל גרנות: Duplex eſſe poteſt interpretatio; *dilexiſti meretricia munera præ omnibus areis (frumenti;)* ſatius tibi viſum eſt ſervire Diis, tanquam maritis alienis, quàm uti abundantiâ frugum, quam tibi promiſeram; in quâ ſententiâ non ſatis apparet, qualis ſit, *meretricia merces* (אתנן.) Etenim aliud eſt *meretricari*, ſive ſervire Diis alienis, aliud habere cultûs Deorum mercedem. Quamobrem potior videtur hæc altera interpretatio, *dilexiſti munera... ſuper areas frumenti*, ſeu voluiſti habere mercedem paratam tibi *ex omnibus* frumenti *areis*, ut pro munere Idololatriæ tuæ haberes frumenti decumas, quæ Deo tuo ſolvendæ eſſent, ſi tu ei ſervires. In eandem ſententiam ſubditur, *non paſcet te area;* quaſi diceretur: quia dilexiſti, & tibi habuiſti areæ proventus, ego te privabo ipſis areæ tuæ proventibus.

2. יכחש בה, *mentietur in eâ.* Legendum בם, *in eos.* Sic lego in uno Codice Regio & in uno Oratorienſi; nec aliter legunt Veteres.

3. ושב אפרים מצרים, *& revertetur Ephraim in Ægyptum.* Cùm Salmanazar decem Tribus fecit captivas, qui victorem effugere potuerunt, in Ægyptum abierunt, cujus opem contra Aſſyrium advocaverant. ...טמא יאכלו, *edent immundum.* Ex hoc loco colligi poteſt, decem Tribus, quamvis ad Idololatriam prolapſas, tamen, priuſquàm captivæ eſſent, obſervaſſe leges de non edendis immundis cibis; etenim hæc dicuntur per comminationem.

4. כלחם אונים להם, *quaſi panis iniquitatis eis.* Sic intelligendum כלחם, ut infrà לחם לנפשים, *panis pro animâ ſuâ*, ſive pro ſuâ ſalute oblatus; itaque לחם אונים, dicitur pro *ſacrificio iniquitatis*, ſeu iniquorum, ſeu victimæ partæ per fraudem ac furtum, quo ſacrificio polluitur, non mundatur is, à quo offertur. Quæ ſacrificia *non intrabunt in domum Domini*, quanquam hæc miſſuri ſunt Iſraelitæ, ut, ruinâ regni ſui imminente, Deum iratum placent, quia hæc non admittent in Templum ſacerdotes regni Juda. Plerique אונים interpretantur de *luctu* funeris; forſan quia πένθος, hoc loco, Græci Intt. qui quidem hoc tantùm loco ſic interpretantur. Neque aliud exemplum vidimus, in quo אונים de *luctu* funeris videatur eſſe accipiendum. Nam quod exemplum affertur ex *Deut. cap. 36. v. 14.* ubi legitur באוני, illud indicat *laborem*, non *luctum*, qui luctus poſteà notatur in fine ejuſdem verſûs: vide quæ diximus ad eum locum.

5. ליום מועד, (*quid facturi eſtis*) *in die conventûs?* Vatablus accipit diem conventûs pro tempore,

tempore, quo Deus ſumet pœnas de decem Tribubus, ſententiâ à vocabulo מעוד prorſus alienâ. Meliùs Edm. Calmet feſtos ipſos Judæorum dies intelligi putat, quos ſuo more decem Tribus celebrabant, quanquam non ibant ad Templum Jeruſalem. Atque ex hoc etiam loco colligitur, ſummo ſtudio eos feſtos dies retinuiſſe decem Tribus, quandoquidem Deus comminatur de illis feſtis apud Ephraim non jam celebrandis.

6. מחמד לכספם: Nos, *pretioſa, quæ argento emerant*, ex ſententiâ potiùs, quàm ex ipſis verbis. Suſpicamur deeſſe quidpiam. Græci Intt. pro מחמד convertunt Μαχμάς, *Machmas*, quaſi legant מכמש. Sed, ſi agitur urbs, agitur urbs Ægypti, non verò *Machmas*, quæ urbs eſt terræ Juda, non longè ab Jeruſalem. Cæterùm, quanquam verba obſcura ſunt, ſatis planum fit ex circumſtantibus rebus, ſignificari pretioſam ſupellectilem, quam terræ infoſſuri ſunt Iſraelitæ, cùm tentoria ſua deſerent, hoſte adveniente.

8. & 9. משטמה בבית אלהיו: העמיקו. Interpunctionem majorem rejicimus poſt העמיקו, ut fecêre Græci Intt. Nam verbum העמיק, *Hiphil*, ſocietatem deſiderat, aut nominis, aut verbi ſubſequentis. Verbum pro verbo, *odium in domum Dei ſui profundum fecerunt.* Græci Intt. μανίαν, *inſaniam*, quia, pro משטמה, legunt משטה.

12. בשורי מהם, *cùm ego ab eis avertar;* nam legendum בסורי, ut legebat Vulgatus, qui, *cùm receſſero.* Etiam legere licet בשובי, eâdem ſententiâ. Græci Intt. σάρξ μου, *caro mea*, ex pravâ ſcriptione שארי.

13. ראיתי: Potiùs ראיתיו, *vidi eum;* neque enim ſubeſt alius huic verbo caſus. Verbum לצור, quod ſequitur, demonſtrat ſimilitudinem, quaſi eſſet כצור, *ut rupes;* ſic ſæpe ל, pro כ, uſurpatur.

15. מביתי אגרשם, *domo meâ ejiciam eos;* non quidem totâ ex terrâ, quam promiſi patribus eorum, ut Grotius interpretatur; neque enim uſquam terra Iſrael venit pro domo Dei. Sed domus Dei ſic accipienda, ut ipſa *domus;* quia decem Tribus domûs Dei pars aliqua erant, quoniam Dei leges multas retinuerant, nec ejus cultum penitus abjecerant; ita ut populis extraneis viderentur adhuc eſſe populus, vel domus Dei.

16. בלי יעשון: Rectè Maſora בל, ſine י, *non facient.* Nam בלי, præpoſitio, eſt *ſine*, cum nomine ſubſequente; בל autem negatio, *non*, verbo comitante.

C A P U T X.

Iſrael, vitis fœcunda, tot habuit aras, quot vineæ fructus. Auferentur vituli aurei, & Aſſyrio tradentur. Ephraim vitula, triturare amans, ſub jugum mittetur; urbes ejus deſtruentur.

1. *Vitis fœcunda fuit Iſrael, quam*
eandem æquiparabant fructus ejus.
Quàm multi ejus fructus fuerunt,
tam multas exſtruxit aras; ut bona
fuit terra ejus, ita inſignes fecit ſta-
tuas. 2. *Lubricum & mobile cor eo-*
rum; jam jam devaſtabuntur; ever-
tet Dominus aras eorum, ſtatuas eo-
rum demolietur. 3. *Quandoquidem*
nunc dicunt; nemo eſt qui nobis im-
peret; nam Dominum non timemus;
ecquid verò etiam nobis rex facturus
eſt? 4. *Verba proferunt, ut jurent*
inaniter & fœdus faciant; propterea
judicium exorietur, velut cicuta in

1. גפן בוקק ישראל פרי ישוה
לו • כרב לפריו הרבה למזבחות •
כטוב לארצו הטיבו מצבות : 2.
חלק לבם • עתה יאשמו • הוא יערף
מזבחותם • ישדד מצבותם : 3. כי
עתה יאמרו • אין מלך לנו • כי לא
יראנו את יהוה • והמלך מה יעשה
לנו : 4. דברו דברים אלות שוא •
כרת ברית • ופרח כראש משפט
על תלמי שדי : 5. לעגלות בית
און יגורו שכן שמרון • כי אבל
עליו עמו • וכמריו עליו יגילו על
כבודו • כי גלה ממנו : 6. גם
אותו לאשור יובל מנחה למלך ירב
בשנה אפרים יקח • ויבוש ישראל

מעצתו ׃ 7. נדמה שמרון ׃ מלכה
כקצף על פני מים ׃ 8. ונשמדו
במות און חטאת ישראל ׃ קוץ
ודרדר יעלה על מזבחותם ׃ ואמרו
להרים כסונו ׃ ולגבעות נפלו עלינו ׃
9. מימי הגבעה חטאת ישראל ׃
שם עמדו לא תשיגם בגבעה
מלחמה על בני עלוה ׃ 10. באותי
ואסרם ׃ ואספו עליהם עמים באסרם
לשתי עינתם ׃ 11. ואפרים עגלה
מלמדה אהבתי לדוש ׃ ואני עברתי
על טוב צוארה ׃ ארכיב אפרים ׃
יחרוש יהודה ׃ ישדד לו יעקב ׃ 12.
זרעו לכם לצדקה ׃ קצרו לפי חסד ׃
נירו לכם ניר ׃ ועת לדרוש את יהוה
עד יבוא ויורה צדק לכם ׃ 13.
חרשתם רשע ׃ עולתה קצרתם ׃
אכלתם פרי כחש ׃ כי בטחת בדרכך
ברב גבוריך ׃ 14. וקאם שאון בעמיך ׃
וכל מבצריך יושד כשד שלמן בית
ארבאל ביום מלחמה ׃ אם על בנים
רטשה ׃ 15. ככה עשה לכם בית
אל מפני רעת רעתכם ׃

*ſulcis agri. 5. Pro vitulis Bethaven
timuêre Samariæ habitatores ; luget
enim pro eâ populus ejus ; ſacerdotes
ejus cruciantur , quia transfertur
ab eo gloria ejus. 6. Hæc enim de-
portabitur cum eo ad Aſſyrios pro
munere regi ultori. Ephraim laqueo
capietur , erubeſcetque Iſrael de con-
ſiliis ſuis. 7. Periit Samaria; rex ejus,
quaſi ſpuma ſuper ſummas aquas.
8. Deſtruentur excelſa Bethaven,
in quibus peccavit Iſrael; creſcent ſu-
per aras eorum ſpina & carduus , &
dicent montibus ; operite nos , & col-
libus , cadite ſuper nos. 9. Jam inde
ab diebus Gabaa viget peccatum Iſ-
rael , à quo ſi tum abſtinuiſſent , non
fuiſſent in Gabaa laceſſiti bello , prop-
ter homines ſceleratos. 10. Ego ve-
niam , & caſtigabo eos ; coibunt ad-
versùm eos gentes , cùm ego eos
propter duo ſcelera ſua caſtigabo.
11. Ephraim vitula trituræ , quam
diligit , aſſuefacta ; ego autem collum
ejus jugo ſubmittam ; ego Ephraim domitam habebo ; arabit ſibi Juda ;
Jacob franget ſibi glebas. 12. Sementem facite vobis cum æquitate ; meſſem
facite cum beneficentiâ ; novate vobis novale , & requirite etiam atque etiam
Dominum , donec veniat , & doceat vos juſtitiam. 13. Araſtis per impie-
tatem ; per ſcelus meſſuiſtis , mendacii fructus exediſtis. 14. Quoniam tu
præſidens fuiſti in viis tuis & in multâ fortitudine tuâ , exorietur perturba-
tio apud populum tuum , & omnia tua munimenta ſic devaſtabuntur , ut de-
vaſtata fuit Salmon per manum Jerobaal in die pugnæ ; mater ſimul cum
filiis allidetur. 15. Sic fiet vobis , domus Iſrael , propter nequitiam conſi-
liorum veſtrorum.*

---

1. גפן בוקק , *vitis fœcunda ;* ita plerique Veteres , ex ſignificatu Arabico verbi בק , *multam prolem peperit ; & fœcunda fuit* femina.

2. הוא יערף : Utrumque id vocabulum in mendo eſſe credimus. Nam pronomen הוא pertinet ad Deum , qui tamen non nominatus eſt , ex quo incœpit nova ſententia & novum caput ; ut facilè credas , pro הוא , legendum eſſe יהוה. Jam verbum יערף caſum מזבחות habere vix poteſt. Quippe ערף dicitur de animalibus , & ſignificat *collum frangere* , vel *occidere* , qui ſignificatus non conveniunt in *aras.* Græci Intt. cùm dicant κατασκάψει , *evertet* , opinionem afferunt , ſe legiſſe יהרס ; nam ſic ſolent convertere verbum הרס , nec alibi ſic convertunt verbum ערף. Niſi legitur יהרס , erit legendum יעקר , *eradicabit* , vel *evellet.*

4. כרת : Anteceſſit דברו , *loquuntur* , & ſubſequi debet vel כרתו , *faciunt* , ברית , *fœdus ;* vel certè לכרת , *ad faciendum...* Cæterùm deducimus אלות ex אלה , *juramentum.* Græci Intt. προφάσεις , *prætextus* , quaſi ex עלילות. ...ופרח כראש משפט : Verus ordo eſt , ופרח משפט כראש,

& germinabit judicium, *ut cicuta* (*in ſulcis.*) Eum ordinem exhibet Syrus. *Sulci* pertinent ad *cicutam*, non ad *judicium.*

5. אבל עליו עמו, *luget pro eâ populus ejus :* Nihil erat tam obvium, quàm ut ſic converteremus. Pertinet Affixum ו, in עליו, ad ipſam Bethaven, quæ generis eſt maſculini. Idem Affixum, in עמו, dicitur etiam de *Bethaven*, ubi erant vituli, vel vitulæ Samariæ. Quod ſi attendiſſet Druſius, non ſic dixiſſet : » hic locus facit pro iis, qui putant Enallagen eſſe in voce עגלות. « Eſſet verò Enallage duplex, una generis, altera numeri, ſi עליו pertineret ad עגלות. Itaque etiam eam duplicem Enallagen Vatablus ſic excuſare ſe putat : » *Propter vitulas.* Fem. genere dixit, & mox relativum maſc. poſuit, quòd Imagines careant » ſexu : præterea numero plurali, quòd vitulus, qui colebatur *in Bethel* eſſet præcipuus. « Sic ſæpe Interpretes conferunt in Hebr. Linguam ſuos errores, & interpretandi ſolecismos. Sic etiam Rabbini mendum יגילו, *exſultabunt*, per fabulam, quam fingunt, excuſant, quam renarrat Edm. Calmet ; idemque vidit legendum eſſe יחילו, *dolent*, optimâ conjecturâ ; cum facile eſſet, ut Scribæ litteras ח & ג, quæ ſunt *gutturales*, unam pro alterâ ſcriberent. Aliis tamen fortaſſe videbitur, legendum eſſe ילילו, *ululabunt*, quo verbo uſus eſt Oſee in ſimili ſententiâ cap. 7. v. 14.

6. ירב, *ultori*, ut cap. 5. v. 13. ...בשנה אפרים יקח : Vulgatus, *confuſio Ephraim capiet.* Ne ſic converteremus, hæ cauſæ fuerunt. 1°. Non alibi legitur בשנה, *confuſio*, vel *dedecus.* 2°. Nec verbum לקח uſquam conſociatur cum nomine בשת, *pudor ;* quod nomen uti ſolet verbis לבש, *induere*, כסה, vel עטה, *operire*, *induere*, 3°. Genera non conveniunt verbi יקח, maſculini, & nominis בשנה, ſi nomen eſt, feminini. Nos, ex conjecturâ ברשת, *laqueo* (*capietur Ephraim.*) Græci Intt. ἐν δόματι, *in dono ;* non divino, quid legerint : forſan במשא. Rectè ad ſententiam, *laqueo ;* nam laqueus Ephraim fuerunt conſilia hæc ſua, de quibus mox dicitur fore, ut erubeſcant.

9. שם עמדו : Nos, *à quo* (*peccato*) *ſi tum abſtinuiſſent*, ut eliciamus ex obſcuro loco, nec non mendoſo, nonnullam ſententiam. Significari videtur, Iſraelitas, cùm ſcelus Gabaa ulciſcerentur, non fuiſſe à Benjamitis bis cæſos, antequàm vincerent, ſi tot aras & tot ſtatuas non jam erexiſſent. Adverbium שם de tempore accipiendum, ut alibi non ſemel : quaſi diceretur, ſi tum, cùm ſcelus Benjamitarum ulciſci voluerunt, *illic ſtetiſſent*, ſeu non ampliùs coluiſſent aras ſuas, ſtatim victores fuiſſent, nec duas clades accepiſſent. Forſan omiſſum fuit אם, *ſi*, ante שם, aut certè legendum videbitur, ...ושם עמדו · ולא, ut per duplicem nexum ו res ex conditione futuræ exprimantur ; quam conditionem exhibemus in Pluſquamperfectis *ſtetiſſent*, *fuiſſent laceſſiti ;* Deo dicente, futurum fuiſſe ut Benjamitæ traderent ad necem homines ſuos, qui ſcelus perpetrârant ; ſed Benjamitas propterea noluiſſe eos tradere, ut per Tribum Benjamin Deus ulciſceretur ſcelus Ephraim, antequàm per Ephraim plecteret ſcelus Benjamitarum. ...עלוה : Lege, עולה, *iniquitatis ;* ita duo ex meis Codicibus. Iidem aguntur *filii iniquitatis*, qui *Jud. cap. 19. v. 22.* nominantur, *filii Belial.*

10 באותי, Vulgatus, *juxta deſiderium meum.* Non ſic licebat per nexum ו, quod habet ואסרם ; itaque omiſit nexum Vulgatus. Vera ſcriptio באתי, *venio.* Poſtea legendum עונותם, ut Maſora emendat ; nam עינתם, mendum exploratum. *Duæ iniquitates* Ephraim ſunt duo vituli *Dan & Bethel.*

11. אהבתי, *quæ diligit.* Supervacaneum י. Diligit *trituram* vitula Ephraim, ut oppoſitam arationi ; hoc eſt amat prædas non ſuo labore partas, ſeu triturare frumenta non ſua, atque hæc liberè edere, quia non alligabatur os bovi trituranti. Sæpe agebat prædas Iſrael ex Juda. ...טוב, mendum apertum, pro מוט, *vectem*, idem atque מוטה, *jugum.* Continuatur ex vitulâ ducta ſimilitudo. Amat vitula trituram, non arationem ; ideò ſub *jugum* mittetur, jugum autem Aſſyriorum. Id quod additur, *arabit Juda*, *franget ſibi glebas Jacob*, hoc ſignificat : non jam pro Iſrael arabit Juda, ſed pro ſe ; quia curabo, ne Iſrael de Juda prædas faciat.

12. לפי חסד, *cum beneficentiâ*, ſive ſpicilegia pauperi & viduæ relinquentes, ut Lex veſtra imperat. ...ועת לדרוש. Legimus ועתו, & interpretamur ex ſignificatu Arabico verbi עתה, *ſtudioſus*, *cupidus fuit* doctrinæ ; qui ſignificatus apprimè rectè convenit cum לדרש, *ad requirendum ;* verbum è verbo, *ſtudioſi eſte ad requirendum Dominum.* Liquet nihil ſententiæ erui poſſe ex ſcriptione ועת, *& tempus.* Græci Intt. φῶς γνώσεως, *lumen ſcientiæ*, quia legunt ניר דעת. Sed nihil pertinere poteſt de lumine ſcientiæ ad ſimilitudinem, quæ ducitur ex ſeminatione & ex meſſe.

14. בית ארבאל : Optimè Grotius, ביד ירבעל, *per manum Jerobaal*, ſive *Gedeonis.* Legitur in Codice Alex. Ἱεροβαάλ. ...שלמן, *Salmon*, urbs de nomine ducis *Salmana*, quem Gedeon prælio ſuperavit. Cæterùm וקאם, Arabiſmus eſt, quales in Codice Hod. quidam reperiuntur ; legendum וקום.

15. בית אל : Nos, בית ישראל, ut Græci Intt. Fortè olim legebatur בית בית אל, *domus Bethel*, per annominationem junctam cum exprobratione.

CAPUT XI.

Quanquam ego Israel à puero educavi, tamen illi à me recesserunt; ibunt ad Assyrios, & sic faciam eis, ut Adamæ & Seboim; sed furori meo non satisfaciam, & reducam eos ad suas domos.

1. *Mane peribunt, peribit & rex*
Israel. Etenim, cùm puer esset
Israel, ego dilexi eum, & ex Ægyp-
to vocavi filium meum. 2. *Ut eos*
vocavi, ut à me recesserunt; iidem
sacra fecerunt Baalim, & sculptili-
bus thura incenderunt. 3. *Ego E-*
phraim incedere docebam, portabam-
que eos in ulnis meis; illi inte-
reà non videbant se habere ex me sa-
nitatem. 4. *Ego funiculis hominum,*
vinculis amoris, trahebam eos; sic
fui apud eos, quasi allevans jugum
in maxillis eorum. 5. *Ego eum le-*
niter ad me adduxi; non revertetur
in terram Ægypti, sed erit rex ejus
Assyrius, quia resipiscere noluerunt.
6. *Ferrum vulnera infliget in urbibus*
ejus, & vectes ejus comminuet, &
fructus consiliorum suorum exedent.
7. *Et populus meus, intereà dum*
aversus ero, quasi tenui filo pende-
bit; simul ad jugum devocabitur,
quod non auferetur. 8. *Qualem te*
reddam, Ephraim? Quonam te pac-
to protegam? Qualem te reddam?
Ego te tractabo sicut Adama & Se-
boim. Conturbatum est in me cor meum, simul commota sunt viscera mea.
9. *Ego tibi non omnia facturus sum, quæ suadet ira mea, nec iterum disper-*
dam Ephraim; ego enim sum Deus, non homo; ego in medio tui Sanctus,
nec veni, à te discessurus. 10. *Futurum est, ut Dominum sequantur, cùm*
rugiet quasi leo; etenim rugiet, & pisces maris trepidabunt. 11. *Ex Ægypto*
cum trepidatione venient, velut aves, & velut columbæ de terrâ Assyriorum,
& dabo eis in domibus suis sedem, dicit Dominus.

1. בשחר נדמה · נדמה מלך
ישראל · כי נער ישראל ואהבהו ·
וממצרים קראתי לבני : 2. קראו
להם כן הלכו · מפניהם לבעלים
יזבחו · ולפסלים יקטרון : 3. ואנכי
תרגלתי לאפרים קחם על זרועתיו ·
ולא ידעו כי רפאתים : 4. בחבלי
אדם אמשכם בעבתות אהבה ·
ואהיה להם כמרימי על על לחיהם ·
ואט אליו אוכיל : 5. לא ישוב
אל ארץ מצרים · ואשור הוא מלכו ·
כי מאנו לשוב : 6. וחלה חרב
בעריו וכלתה בדיו · ואכלה
ממועצותיהם : 7. ועמי תלואים
למשובתי · ואל על יקראהו יחד לא
ירומם : 8. איך אתנך אפרים
אמגנך ישראל · איך אתנך · כאדמה
אשימך כצבאים · נהפך עלי לבי · יחד
נכמרו נחומי : 9. לא אעשה חרון
אפי · לא אשוב לשחת אפרים · כי אל
אנכי ולא איש · בקרבך קדוש · ולא
אבוא בעיר : 10. אחרי יהוה
ילכו כאריה ישאג · כי הוא ישאג ·
ויחרדו בנים מים : 11. יחרדו
כצפור ממצרים וכיונה מארץ אשור ·
והושבתים על בתיהם · נאם יהוה :

1. בשחר נדמה : Nos, *mane peribunt*, numero plurali, quem habuêre in suo Codice Græci Intt. & quem postulat Affixum plurale, quod antecessit in רעתכם. Vulgatus, quia legebat כשחר, convertit, *sicut mane transiit*, non bonâ sententiâ. Etenim quæ res pereunt, cum aurorâ similitudinem habere nullam possunt, quæ non perit, sed quotidie redit & fulget, & cujus lumen eundo crescit. *Mane* idem, ac *citò*, de decem Tribubus dictum in oppositione cum Tribu Juda, quæ periit serò, id est satis diu post decem Tribus.

2. קראו להם. Optimè Græci Intt. καθὼς μετεκάλεσα αὐτὺς, *sicut vocavi eos*, quia legunt כקראי להם. Adverbio כ similitudinis respondet alterum adverbium כן. Fuit autem omissum כ prope ק, ex similitudine pronuntiandi. Respondet etiam קראי, *vocare me*, personæ primæ קראתי, quæ antecessit. ...הלכו מפניהם : Adhuc rectè Græci Intt. ἀπῴχοντο ἐκ προσώπυ μυ. αὐτὸ... *abierunt à facie meâ ; ipsi...* cùm orationem sic distinguunt הלכו מפני · הם ; ita ut הם pertineat ad verbum יזבחו, *illi sacra fecerunt ;* sed meliùs והם, *illi autem*, non sine nexu ו, quem exhibet Syrus.

3. תרגלתי. Non negat Buxtorfius, esse hoc *Præteritum irregulare*, *&* ת *esse loco* ה, *ab initio, præter normam.* Sed ideò ת præter normam, quia mendosè scriptum, pro הרגלתי, *assuefeci ad eundum*, in voce *Hiphil.* ...זרועתיו. Tolle Affixum ו, ut sit זרועתי, *brachiis meis*, quam personam primam exhibent omnes Veteres, præter Chaldæum, qui tamen ipse Affixum prætermisit. Fuit ו malè iteratum, propter vicinum ו, quod est in ולא.

4. ואט אליו אוכיל : Malè Arias, *& declinabo ad eum cibum.* Nusquam legitur אוכיל ; *cibus ;* nusquam etiam *declinare cibum*, pro *cibo nutrire.* Similitudo ducitur, hoc quidem versu, ex homine, qui animal domesticum ducit, jugum ejus allevans, & placido gradu comitatur ; de quâ similitudine nihil pertinet ad *cibum.* Quòd si אוכיל convertes, *nutriebam ;* carebit suo accusandi casu id verbum ; ut non dubium sit, scriptum fuisse אליו אוכיל, pro אלי איליכו, *deducebam eum ad me*, ex Radice ילך. Græci Intt. δυνήσομαι αὐτῷ, *prævalebo ei ;* quasi *eum domabo ;* legebant אוכל, non meliore scripturâ ; nam præposterum est istud *domabo*, postquàm dictum est, *jugum allevans ;* in quibus verbis describitur animal ad jugum ligatum, atque adeò jam domitum.

6. וחלה. Potius, וחללה, ut legit Symmachus, *& vulnerabit.* ...ואכלה, *& comedet (gladius.)* Veriùs Græci Intt. ואכלו, καὶ φάγονται, *& edent*, dictum de populo.

8. נכמרו נחומי : Vulgatus, *commota est pœnitudo mea.* Non potuit meliùs, ex mendo נחומי, quod deviavit ex רחמי, verâ scripturâ, quam sequitur Syrus. Sic *Gen. 43. 30. & I. Regum 3. 26.* vocabulum רחמים consociatum legitur cum verbo נכמרו. Parallela sunt *cordi viscera ;* non item, *cordi pœnitudo.*

9. ולא אבוא בעיר, *& non intrabo in urbem.* Quæritur, quam urbem ; neque enim de aliquâ urbe superiùs dictum fuit. Nec agitur urbs Jerusalem ; nam vaticinatur Propheta contra Ephraim, non contra Judam. Omninò difficile est, excusare à mendo istud בעיר. Modo dixit Deus, se non penitus deleturum Ephraimitas, quia Deus sit, non homo. Ex quâ oppositione hominis cum Deo, altera oppositio nasci videtur habitatoris cum viatore. Habitator demonstratur in illis verbis, בקרבך קדוש, *in medio tui (ego) sanctus ;* id est, sedem habeo apud populum meum mihi adidctam & sacratam ; posteà viator in his verbis ולא אבוא העבר, *nec veni transiens*, vel לעבר, *ad transeundum ;* hoc est, non sum velut viator, ad quem nihil pertinet de statu civitatis, in quam ingreditur, ex eâ mox abiturus ; ad quem nihil de regno eo, quod peragrat ; parcam igitur populo meo, quia meus est, nec eum penitus delebo. Hæc sententia, quæ plana est, eademque ad ea, quæ antecedunt, accommodata, nascitur ex levi mutatione τῦ בעיר, in τὸ העבר, vel לעבר.

10. בנים מים, *filii maris.* Ita plerique ; tamen de mendo admonebat status absolutus בנים ; & præterea nescitur quinam sint isti *filii maris*, vel *filii ex mari*, si legendum בני, non בנים ; nec ullibi tale quidquam legitur. Sed *Ezech. cap. 38. v. 20.* legimus ורעשו מפני דגי הים, *& cohorrescent ex me pisces maris*, sententiâ eâdem, quæ hîc habebitur, si leges ויחרדו דגי הים, *& trepidabunt pisces maris.*

CAPUT XII.

Ephraim paſcit ventum ; pangit fœdus cum Aſſyriis , & oleum mittit in Ægyptum... Lis eſt etiam Domino cum Juda. Iram Dei provocavit Ephraim ; rejicietur in eum ſanguis ejus , & ignominiam ſubibit.

1. *Ephraim circumvenit me men-*
dacio ; fraude , domus Iſrael ; ſed
Juda teſtis eſt apud Deum contra
eos , & populus ſanctorum fidelis.
2. *Ephraim paſcit ventum , ſectatur*
ventum urentem ; totâ die mentitur ,
& rapinis addit rapinas ; faciunt
fœdus cum Aſſyrio , cùm intereà
oleum in Ægyptum devehitur.
3. *Lis eſt etiam Domino cum Juda ,*
ut animadvertat in Jacob juxta vias
ejus , & ſua illî conſilia rependat.
4. *Supplantavit in utero fratrem*
ſuum , & per robur ſuum fuit Deo
ſuperior. 5. *Luctatus eſt cum Ange-*
lo , & cùm fuiſſet fortitudine ſupe-
rior , eîdem ſupplex fuit ; offenderat
eum in Bethel , & ibi cum eo locutus
eſt ; 6. *Et nomen habuit de nomine*
Domini Dei exercituum. 7. *Tu igi-*
tur revertere ad Deum tuum ; be-
neficentiam cole ac æquitatem , &
ſpera ſine intermiſſione in Deum
tuum. 8. *Chanaan tenet manu lances*
fraudulentas , & diligit rapinas.
9. *Et dixit Ephraim ; certè ego*
factus ſum dives ; reperi facultates ;
meus erit labor meus , nec deprehen-
detur iniquitas , in quâ peccaverim.
10. *Ego Dominus Deus tuus eduxi te*
de terrâ Ægypti, donec ſedem tibi da-
rem in tentoriis talem , qualem habes
in die ſolemnitatis. 11. *Ego locutus*
ſum per prophetas; ego plurimas dedi viſiones, & per prophetas propoſui para-

1. סבבני בכחש אפרים ובמרמה
בית ישראל · ויהודה עד רד עם
אל · ועם קדושים נאמן ׃ 2.
אפרים רעה רוח ורדף קדים · כל
היום כזב ושד ירבה · וברית עם
אשור יכרתו · ושמן למצרים יובל ׃
3. וריב ליהוה עם יהודה · ולפקד
על יעקב כדרכיו · כמעלליו ישיב
לו ׃ 4. בבטן עקב את אחיו ·
ובאונו שרה את אלהים ׃ 5. וישר
אל מלאך ויכל בכה ויתחנן לו ·
בית אל ימצאנו ושם ידבר עמנו ׃
6. ויהוה אלהי הצבאות יהוה זכרו ׃
7. ואתה באלהיך תשוב · חסד
ומשפט שמר · וקוה אל אלהיך
תמיד ׃ 8. כנען בידו מאזני מרמה
לעשק אהב ׃ 9. ויאמר אפרים ·
אך עשרתי מצאתי און · לי כל
יגיעי · לא ימצאו לי עון אשר חטא ׃
10. ואנכי יהוה אלהיך מארץ
מצרים עד אושיבך באהלים כימי
מועד ׃ 11. ודברתי על הנביאים ·
ואנכי חזון הרביתי · וביד הנביאים
אדמה ׃ 12. אם גלעד און אך
שוא היו בגלגל · שורים זבחו · גם
מזבחותם כגלים על תלמי שדי ׃
13. ויברח יעקב שדה ארם · ויעבד
ישראל באשה ובאשה שמר ׃ 14.
ובנביא העלה יהוה את ישראל
ממצרים · ובנביא נשמר ׃ 15.
הכעיס אפרים תמרורים · ודמיו עליו
יטוש · וחרפתו ישיב לו אדניו ׃

bolas. 12. *Si erat in Galaad vana religio, certè in Galgala vani sunt;*
immolant boves; itaque aræ eorum sic erunt, ut sparsa rudera per agri sul-
cos. 13. *Fugit Jacob in campos Syrios, Israel servivit propter mulierem,*
& propter mulierem detentus est; 14. *Propter prophetam duxit Dominus*
Israel ex Ægypto, & propter prophetam detentus est. 15. *Ephraim concitavit*
iras usque ad atrocitatem. Sanguis ejus in eum respergetur; reddet ei Do-
minus ejus contumeliam suam.

---

1. ויהודה עד רד, *& Juda testis descendit.* Ità quidem Vulgatus. Sed enim *testem descendere*, pro *esse testem*, non est Hebraica loquendi forma; nec additur, contra quos Juda sit testis; quod quidem, ut non fuerat ommittendum, ita non jam omittetur, si pro רד, leges בם, *contra eos.* Verbum בם, arroserit vetustas, ut fieret רד, quæ mutilatio est verbi בם. Syrus, ex hodiernâ scripturâ, convertit, *donec descenderet populus Dei*, in quibus verbis nihil est ad seriem accommodatum. Græci Intt. νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ θεὸς, *nunc novit eos Deus*, cùm legerent, עתה ידעם אל, non meliore scriptione, quàm est hodierna.

2. רעה רוח, *pascit ventum*, seu vana fœdera sectatur, modò cum Ægyptiis, modò cum Assyriis. ...קדים, *ventum urentem*, velut animal, quod afflat naribus calidas auras, quibus intùs uratur... Interpretamur שד, *rapinas*, non ut plerique, *vastationem;* hoc est regni Israel perniciem, quia *mendacium* parallelum est *rapinis*, non item *vastatio*, sumpta pro vastatione regni Israel. Intelligendæ videntur *rapinæ*, de prædis, quas agebant reges Israel, nunc de regno Juda, nunc de cæteris gentibus vicinis. ...ושמן למצרים יובל, *& oleum in Ægyptum devehitur.* Hæc erat fraus, hoc mendacium, quòd Israelitæ, qui siti erant inter Assyrios & Ægyptios, inter quos populos erant perpetua bella & odia, fœdera secreta jungebant cum his & cum illis; ita ut, quo tempore in fœdere erant cum Assyriis, mitterent in Ægyptum merces suas, quibus emerent societatem Ægyptiorum. Sic eis suprà cap. 7. v. 11. exprobratum est, quòd *advocent Ægyptios, vadant ad Assyrios.*

3. ולפקד: Græci Intt. τοῦ ἐκδικῆσαι, *ut ulciscatur;* non legebant conjunctionem ו, quæ impedit orationem.

4. 5. & 6. בבטן עקב את אחיו, *in utero supplantavit fratrem suum.* Continetur in iis verbis, non vituperatio Jacob fratrem supplantantis, sed commemoratio fortitudinis ejus, cujus ope, Deo dante, superior fratre fuit, superior etiam Angelo cum eo luctante; nec non fiduciæ ejus in Deo suo, per quam dignus fuit ut à Deo, cùm ei supplicabat, exaudiretur, & ut cum eo misceret sermones; denique ut Dei nomine cohonestaretur, & *Israel* nominaretur. Subjungit Propheta, versu 6. *revertere... & spera sine intermissione in Deum tuum;* quasi diceret populo; si tu ad Deum tuum adhærebis, & in eum sperabis, dabitur tibi fortitudo hæc, quæ non defuit Patri tuo Jacob, ut superior sis inimicis tuis, nec indigebis auxilio, vel Assyriorum, vel Ægyptiorum, quod tu frustrà imploras, dum non speras in Deum tuum. Versu 4. pro בכה, *plorans*, legimus בכח, *in fortitudine.* Non legitur Jacob fudisse lacrymas, cum Angelo luctantem. Non exhibet Syrus nec בכה, nec ויכל. Græci verò legebant, בכו; nam convertunt, ἔκλαυσαν, *fleverunt.* Itaque hoc verbum, cùm fuerit olim alio atque alio modo scriptum, eligendum videtur בכח, abjiciendum בכה, quod non habet ex Sacrâ Historiâ autoritatem. Cæterùm, pro עמנו, *nobiscum*, legimus עמו, *cum eo* (*Jacob.*) Ostendit Lud. Cappellus, non promi posse ex *nobiscum* bonam sententiam. Idem à Buxtorfio rectè reprehenditur, quod crediderit עמנו, significare posse *cum eo;* nam semper legitur עמו, *cum eo;* sic Græci Intt. in Codice Alex. πρὸς αὐτὸν, *ad eum;* ita etiam Syrus, עמה, *cum eo.* Versu 5. זכרו, *memoriale*, indicat nomen *Israel*, quo Jacob fuit ab Angelo nominatus. Denique ibidem, pro altero יהוה, legimus יהיה, quomodò Græci Intt. ἔσται, & interpretamur *fuit*, post ו conversivum, quod præfixum est priori יהוה, initio versûs.

7. באלהיך תשוב: Omninò שוב לאלהיך, *revertere ad Deum tuum*, ut legit Syrus, qui præpositionem ל exhibet per præpositionem לות, *ad*, Syriacam.

8. כנען, *Chanaan.* Sic nominatur Ephraim, quia imitatur fraudulenta commercia mercatorum; ludit oratio in ambiguo; nam significat etiam כנען *mercatorem.*

9. חטא, *peccavit.* Sine dubio אחטא, ut Syrus, חטית, *peccaverim*, & ut Vulgatus. Legitur ἥμαρτεν apud Græcos, quos non dubium est scripsisse ἥμαρτον, *peccavi.*

10. ואנכי יהוה אלהיך מארץ מצרים, *& ego Dominus Deus tuus ex terrâ Ægypti.* Ita Vulgatus. Sed cæteri addunt, *eduxi te* (*ex terrâ*) quia, post אלהיך, legebant אהליכך, verbum simile, quod ex similitudine ipsâ videtur fuisse prætermissum. Rectè Futurum pro Præterito, post ו conversivum. Deus erat Deus populi Israel, antequàm Israel in Ægypto ageret; non rectè igitur, *Deus ex terrâ;* nec non etiam malè præpositio *ex*, quæ tempus debet indicare, adjungitur ad locum. Itaque etiam barbara est hæc loquendi forma, *ex terrâ*, ut significetur, *ex quo tu eras in terrâ.*

12. אם גלעד און, *si Galaad vanitas.* Anteferendum בגלעד, cum præpositione, quam le-

git Syrus; quia sequitur בגלגל, item cum præpositione. *Vanitas* est, hoc loco, cultus vanus, in quo non est præsidium contra inimicos. Tribus ultra Jordanem sitæ, in quarum unâ erat Galaad, jam subactæ fuerant à Rege Theglatphalasar, cùm Propheta hæc loquebatur. Denuntiat igitur Propheta sic futurum de Galgala, ubi erant etiam vani cultus citra Jordanem.

13. & 14. ובאשה שמר, *& propter mulierem detentus est.* Sic accipimus שמר, ut *Paoul*, nisi meliùs נשמר, ut versu inferiore. Non assequimur, quid innuat Propheta, hæc de Jacob memorans, & suspicamur aliquam ordinis perturbationem; nam anteà dictum fuit de Jacob; & quæ de eodem nunc adduntur, non sunt apta ex antecedentibus rebus, neque ad sequentes facilè nectuntur. Hoc tantùm apparet, in verbis באשה & בנביא, esse aliquam similitudinem sententiarum, aut verò oppositionem; neutram expediunt Interpretes.

15. יטוש, *projicietur.* Legendum יטשו, numero plur. quandoquidem antecessit דמיו, ejusdem numeri.

CAPUT XIII.

Ephraim citò interibit, quia sculptilia fecerunt; nec eis sui reges auxiliabuntur; dedi regem in irâ meâ, auferam in furore... Ubi est mors stimulus tuus?...

1. *Dum Ephraim edicta promul-*
gabat, primum locum tenuit apud
Israel; deinde pro Baal peccavit, &
interiit, 2. *Nunc verò cumulant*
peccatum suum; faciunt sibi de ar-
gento suo sculptilia, in similitudi-
nem Idolorum, quæ omnia opus sunt
artificum; iidemque de illis dicunt;
adorentur vituli, victimæ hominum.
3. *Propterea sic erunt, ut matutina*
nubes, & ut ros qui mane evanescit;
ut stipula, quæ ex areâ turbine abri-
pitur, ut ex camino fumus. 4. *Ego*
enim sum Dominus Deus tuus, qui
eduxi te de terrâ Ægypti; nec alium,
præter me, esse Deum videbis,
nec alium, præter me, liberatorem.
5. *Ego eos pavi in deserto; in terrâ*
sitienti. 6. *Illi verò in pascuis suis*
saturati sunt; saturati sunt, & erec-
tum est cor eorum, ideòque me obliti
sunt. 7. *Ergo ego illis sic futurus*
sum, tanquam leo; sic tanquam leo-
pardus, in viâ, quæ ducit ad Assy-
rios. 8. *Ego eis occurram, velut ur-*

1. כדבר אפרים רתת נשא
הוא בישראל • ויאשם בבעל וימת :
2. ועתה יוספו לחטא • ויעשו להם
מסכה מכספם בתבונם עצבים
מעשה חרשים כלה • להם הם
אמרים • זבחי אדם עגלים ישקון :
3. לכן יהיו כענן בקר וכטל
משכים הלך • כמץ יסער מגרן
וכעשן מארבה : 4. ואנכי יהוה
אלהיך מארץ מצרים • ואלהים זולתי
לא תדע ומושיע אין בלתי : 5.
אני ידעתיך במדבר בארץ תלאובת :
6. כמרעיתם וישבעו שבעו וירם
לבם • על כן שכחוני : 7. ואהי
להם כמו שחל • כנמר על דרך
אשור : 8. אפגשם כדב שכול
ואקרע סגור לבם • ואכלם שם
כלביא • חית השדה תבקעם : 9.
שחתך ישראל • כי בי בעזרך :
10. אהי מלכך אפוא ויושיעך
בכל עריך • ושפטיך אשר אמרת •
תנה לי מלך ושרים : 11. אתן
לך מלך באפי • ואקח בעברתי :
12. צרור עון אפרים • צפונה
חטאתו : 13. חבלי יולדה יבאו
לו :

ſus, amiſſis fœtibus; ègo eorum du-
rum pectus dilaniabo; tum devorabo
eos, ut leo; beſtia agri diſcerpet eos.
9. *Ego perdam te, Iſrael; nam quis tibi*
auxiliabitur? 10. *Ubi nunc eſt rex*
tuus, ut te liberet in omnibus urbibus
tuis, & tui illi Judices, de quibus
dixeras; da mihi regem & principes.
11. *Ego verò dabo tibi regem in irâ*
meâ, & auferam eum in furore meo.

לו · הוא בן לא חכם · כי עת לא
יעמד במשבר בנים ׃ 14. מיד
שאול אפדם ממורת אגאלם · אהי
דבריך מורת · אהי קטבך שאול ·
נחם יסתר מעיני ׃ 15. כי הוא
בין אחים יפריא · יבוא קדים · רוח
יהוה ממדבר עלה · ויבוש מקורו
ויחרב מעינו · הוא ישסה אוצר כל
כלי המדה ׃

12. *Alligata eſt in faſciculum iniquitas Ephraim; peccatum ejus in depo-*
ſito ſervatur. 13. *Advenient ejus causâ dolores parturientis; ſed ille infans*
ſtultus eſt; nec enim ſiſtet ſe ubi ſit eruptio filiorum. 14. *An ego eos ex In-*
ferni faucibus eripiam? An ego eos à morte redimam? Ubi eſt mors ſtimu-
lus tuus? Ubi eſt morſus tuus, Inferne? Quem pœnitebit, is latebit oculis
meis. 15. *Nam, quia ille floruit inter fratres ſuos, ingruet ventus urens;*
ventus Domini ex deſerto imminebit, qui ſiccabit venam ejus, fontemque
ejus arefaciet; idem theſauros & vaſa quæque pretioſa expilabit.

---

1. רתת: Hoc vocabulum non alibi legitur. Lexica convertunt *terrorem*, quaſi ex רטט. Sed carent alterius loci autoritate, cùm רתת ſit ſine altero exemplo. Carent verò etiam, hoc quidem loco, probabili ſententiâ; nam hæc ſeries, *cùm loquitur Ephraim*, *terror*, cortex eſt, ſine medullâ. Quòd ſi, pro רתת, leges דתות, *edicta*, *leges*, reddes cortici medullam. Cùm Regnum Ephraim, ſeu decem Tribuum, Deo ſic volente, fuit regnum à regno Judæ ſeparatum, & cùm regni ſui novi jura conſtituit, obtinuit primum locum, & fuit potentius regno Judæ. Sed cùm primùm ſervivit Baal, inclinatæ res ejus fuerunt, & pronæ ad interitum; hoc ſignificat וימת, dictum de perſonâ Ephraim per ſimilitudinem. Nos, *interiit*, ſive paulatim decrevit, vergens ad interitum ſuum.

2. זבחי אדם, *victimæ hominis* (*vituli adorentur.*) Sive, adorate vitulos, quanquam vituli ſunt victimæ, quibus abutuntur homines, cùm Deos colunt. Propheta Ephraim facit inſanè loquentem, ut Ephraim intelligat, quàm inſanum ſit, adorare id, quod immoles.

4. אלהיך, *Deus tuus.* Adde אהליכך *eduxi te*, ut legunt, præter Vulgatum, omnes Veteres, & vide dicta cap. ſuperiore ad verſum 9. Vide etiam, ſi juvat, quæ adduntur apud Græcam Verſionem. ...לא תדע, *non cognoſces*; ſive, futurum eſt ut cognoſcas, non alium, præter me, eſſe Deum, nec alium auxiliatorem, cùm me ulciſcente, interibis. Futurum לא תדע, rem futuram demonſtrat, non autem imperium, *ne cognoſcas*, quod imperium non eſt hujus loci.

5. ידעתיך, *cognovi te*; ita Vulgatus. Meliùs Græci Intt. ἐποίμαινον, *pavi*; quia id parallelum eſt verbo מרעיתם, *paſcuis ſuis*, quod mox ſequetur. Ita etiam cæteri Intt. Nos רעתים *pavi eos*, cum Affixo perſonæ tertiæ, quia incipit nova ſententia, quæ deinde continuatur per Affixa perſonæ tertiæ.

6. כמרעיתם, *juxta paſcua ſua*; melius. ...ב, *in* (*paſcuis ſuis.*) Nam כ ſolitariè poſitum, exhibet ſimilitudinem, non vicinitatem. Nec ſimilitudo eſt inter *paſcua* & *ſaturati ſunt*, quæ eſſet, ſi legeretur, *pingues facti ſunt*, quia pinguedo eſt & hominum & paſcuorum. ...וישבעו שבעו; verus ordo eſt, שבעו · וישבעו; vide verſionem.

8. סגור לבם, propriè, *membranam cordis eorum* (*laniabo.*) Aliter quædam legunt Græci Intt. aliter etiam quædam Syrus; quos vide in Polyglottis. Convenit huic loco Radix Arabica סגר, ex quâ derivantur *demens*, *ſtolidus*... *durus*; vide Caſtellum.

9. שחתך ישראל, *perditio tua*, *Iſrael.* Ita Vulgatus, quanquam ſententia inchoata relinquitur, ubi שחתך nihil quidquam regit in oratione, ut neque ipſum regitur. Optimè Syrus, *perdidi te Iſrael*, *quis auxiliabitur tibi?* cùm legeret, השחתיך ישראל · כי מי בעזרך. Legunt etiam מי, *quis*, Græci Intt. pro בי, *in me*, quod verbum nihili eſt ante בעזרך, *in auxilio tuo.*

10. אהי מלכך: Lege איה... *ubi rex tuus.* Buxtorfius docet in Lexico ſuo, eſſe אהי, *quaſi pro* איה *poſitum*, faciens exceptionem, ad mendi normam, ut aliàs non ſemel. Non enim alterum exemplum affert, præter illud, in quo nunc ſumus.

11. אתן לך, *dabo tibi.* Retinemus Futurum *dabo*, quia id accipi poteſt, tanquam reſponſio actutùm facta petitioni mox memoratæ, *da regem.*

13. יבאו לו : Nos, *venient ejus causâ* (*dolores parturientis*,) non, ut Vulgatus; *venient ei.* Quippe Ephraim ſimilis dicitur, non matri parturienti, ſed infanti, qui fruſtra conatur utero materno exire, dum non ſiſtit ſe ad os vulvæ. ...עת : Lege עתה, *nunc.* Idem ſonat Hebraicum כי עתה, ac Latinum *quandoquidem.*

14. מיד שאול אפדם, *an ego eos Inferni faucibus eripiam?* Hæc enuntiamus per interrogationem, quia non dubitamus, quin legendum ſit המיד; quod ה interrogans inter duas litteras מ, quarum una antecedit, altera ſequitur, facillimè fuerit prætermiſſum; non enim promiſſiones hîc continentur, ſed minæ, quæ etiam continuantur uſque ad finem capitis. ...איה דבריך : Legendum, ut legit Paulus Apoſtolus, איה דרבנך, *ubi eſt ſtimulus tuus;* nam דבריך, ſi *verba* interpretêre, non conveniet cum קטבך, *morſus tuus*, vocabulo parallelo : quòd ſi vertas דבריך, *peſtes tuæ* (*ô mors*,) induces *peſtes mortis*, rem inauditam. Cùm dicit Deus, *ubi eſt...* minatur, mortem advocans, ut ſuo imperio famuletur, tanquam non parciturus; propterea ſequitur, נחם יסתר מעיני, *quem pœnitebit, ille abſcondetur ab oculis meis.* Non rectè Vulgatus *conſolatio;* nec meliùs illi, qui *pœnitudo*, ſi eam accipiunt pro Dei ipſius pœnitudine. Quid enim hoc ſibi vellet, *pœnitudo mea abſcondita erit ab oculis meis.* Hæc abſconduntur ab oculis, quæ extrà ſunt, & in aliis, non quæ intra, & in nobiſmetipſis. Eâdem de causâ non congruit *conſolatio*, quæ conſociari cum *oculis* vix poteſt. Sed rectè, *quem pænitebit, ille abſconditus erit*, quia pœnitentiâ non movebor, & ſi quos pœnitebit, eos non reſpiciam. His annotatis, planum eſt minari Deum, non autem facere promiſſiones; non igitur dictum fuiſſe ſuprà per affirmationem, *redimam eos.* Hoc non latuit Hieronymum, qui propterea non parùm laborabat, quomodò hæc accomodaret ad verſum 55. capitis 15. primæ ad Corinthios Epiſtolæ. » Quod ille (inquit) in reſurrectionem Domini interpretatus » eſt, nos aliter interpretari, nec poſſumus, nec audemus. « Tamen Paulus Apoſt. cum Prophetâ Oſee facilè conciliatur, ſi obſervatur, apud utrumque Deum induci, ut habentem ſupremum mortis vitæque imperium. In Prophetæ verbis, Deus advocat mortem cum imperio, ut interficiat homines Idololatras; in Apoſtolo Paulo Deus mortem coercet, ut mortui ad vitam revocentur. Utitur Apoſtolus iiſdem Prophetæ verbis, ſed aliam in ſententiam; eam tamen ex ſententiâ Prophetæ derivatam.

15. יפריא, *floruit.* Alluditur ad nomen אפרים, quod ex פרה, *floreſcere*, deductum eſt; itaque eadem ſimilitudo continuatur in reliquo verſu.

CAPUT XIV.

Devaſtabitur Samaria... Revertere, Iſrael, ad Deum tuum; ſanabit Deus averſionem tuam; florebit Iſrael velut arbor Libani... Quis ſapiens, & intelliget hæc?

1. *Devaſtabitur Samaria, quia
rebellis fuit in Deum ſuum; erit
cùm gladio cadent, & cùm infantes
eorum elidentur, dividenturque prægnantes.* 2. *Revertere, Iſrael, ad Do-
minum Deum tuum; nam cecidiſti
propter impietatem tuam.* 3. *Sumite
vobiſcum ductores, & revertimini ad
Dominum; dicite ei quotquot eſtis:
dimitte iniquitatem, ut bona recipia-
mus, & ut fructus labiorum noſtro-
rum reddamus.* 4. *Non afferet nobis
Aſſyrius ſalutem; non conſcendemus
in equos, neque adhuc opus manuum
noſtrarum nominabimus Deum noſ-*

1. תאשם שמרון כי מרתה
באלהיה · בחרב יפלו · ענליהם
ירטשו · והריותיו יבקעו : 2. שובה
ישראל עד יהוה אלהיך · כי כשלת
בעונך : 3. קחו עמכם דברים
ושובו אל יהוה · אמרו אליו כל ·
תשא עון · וקח טוב ונשלמה פרים
שפתינו : 4. אשור לא יושיענו ·
על סוס לא נרכב · ולא נאמר עוד
אלהינו למעשה ידינו · אשר בך
ירחם יתום : 5. ארפא משובתם ·
אהבם נדבה · כי שב אפי ממנו :
6. אהיה כטל לישראל · יפרח
כשושנה · ויך שרשיו כלבנון : 7.
ילכו יונקותיו · ויהי כזית הודו · וריח

לו כלבנון ׃ 8. ישבו ישבי בצלו ·
יחיו דגן ויפרחו כגפן · זכרו כיין
לבנון ׃ 9. אפרים מה לי עוד
לעצבים · אני עניתי · ואשורנו אני
כברוש רענן · ממני פריך נמצא ׃
10. מי חכם ויבן אלה נבון וידעם ·
כי ישרים דרכי יהוה · וצדקים ילכו
בם · ופשעים יכשלו בם ׃

trum, ut misericordiam per te conse-
quatur pupillus. 5. Ego curabo re-
bellionem eorum; ego eos meâ sponte
diligam; aversus est enim ab eo fu-
ror meus. 6. Ego futurus sum erga
Israel velut ros; florescet tanquam
lilium, & extendet, velut Libanus,
radices suas. 7. Virescent surculi
ejus; erit, quasi olivæ, decor ejus,
& sparget odorem, velut Libanus. 8. Revertentur, & in umbrâ ejus sede-
bunt; vivent tritico, &, quasi vinea, germina edent; laudabitur, ut vinum
Libani. 9. Dicet Ephraim: quid mihi deinceps cum sculptilibus? Ego
exaudiam eum; ego eum in altum efferam, velut abietem virescentem;
orientur ex me tui fructus. 10. Si quis sapiens est, hæc intelliget; si quis
cordatus, hæc animadvertet; etenim viæ Domini rectæ sunt; per eas justi
gradientur, in eis impii corruent.

---

1. והריותיו : Lege והריותיהם ; *prægnantes eorum;* neque enim Affixum ו convenit in שמרון, *Samariam*, quæ generis est feminini.

3. קחו עמכם דברים : Nos, *sumite vobiscum ductores.* Maluimus *ductores*, ex דבר, *deducere*, quàm *verba;* quia *sumere secum verba*, non videtur nobis Hebraica loquendi forma. Quòd si quæris, quinam futuri sint illi *ductores;* respondeo illos fore, quos assument qui olim dicturi sunt, *reddemus fructus labiorum nostrorum*, seu, ut Paulus Apostolus, *Epist. ad Hebr. cap. 13. fructum labiorum confitentium nomini ejus.* Nimirum vidit Apostolus, hæc pertinere ad novam Legem; quoniam, postquàm dictum est, *bona recipiemus*, gratiæ redduntur, non victimarum, sed laudum. Ergo *ductores* sunt, non Scribæ, nec veteris Legis sacerdotes, sed Legis novæ promulgatores. ...אמרו אליו כל, *dicite ei omnes.* Idem כל, ac כלכם, *vos omnes.* Vulgatus, *omnem aufer iniquitatem.* Tamen כל non pertinere ad עון, docet verbum תשא, quod utrumque separat. Neque enim unquam sejungitur pronomen כל ab suo nomine substantivo. ...תשא עון, *dimittes iniquitatem.* Sic Moyses *Exod. cap. 32. v. 32.* אם תשא חטאתם, *si dimittis peccatum eorum.* ...וקח טוב : In verbo אמרו, quod antecessit, initium habuit dialogus Israel cum Deo. Nunc loquitur Israel, qui quidem non dixerit Deo, *accipe bonum.* Omninò legendum, נקח, *accipiemus*, non וקח, *& accipe;* ut posteà eâdem personâ veniat, ונשלמה, *& reddemus;* hæc enim sibi invicem respondent. ...פרים, *fructus*, non *vitulos.* Status absolutus errorem creavit Vulgato, ut converteret *vitulos.* Sed sæpe recurrit status absolutus, pro statu constructo.

4. אשר בך ירחם יתום, *ut per te misericordiam consequatur pupillus.* Non aliam interpretationem hæc habere possunt. Qui aliter convertunt, verba deserunt; puta Vulgatus, qui unum vocabulum אשר convertit, *quia ejus qui...* Græci Intt. *ὁ ἐν σοὶ*, *qui in te est* (*miserebitur pupilli*,) quæ verba Græca nihil sonant, si populus loquitur, & si *in te*, pertinet ad *Deum.* Loquitur verò populus, hoc loco, non Deus, ut docet ירחם personâ tertiâ positum; nam Deus personâ primâ deinde loquitur in verbo ארפא, *sanabo*, & sic posteà w. 6. & 9.

5. כי שב אפי ממנו, *nam aversus est furor meus ab eo* (*Ephraim.*) Malim tamen ממנם, *ab eis*, quomodò Chaldæus & Syrus מנהון.

6. ויך שרשיו : Nos, *& extendet radices suas;* nam vix dubitamus, quin sit legendum ויט, ex נטה, non verò ויך, quasi ex נכה. Nimirum *percutere radices*, non modò non alibi reperitur, sed non nihil etiam absurdum videtur, cùm parùm intelligatur, quomodo verbum *percutere* adjungi possit ad casum, *radices.*

7. ילכו יונקותיו, *virescent surculi ejus.* Ita interpretamur, quia legimus ילחו, ex לחה, vel לח, *humidum esse*, aut *virens.* Sic ferè Syrus, ונשוחון, *& pullulabunt.* Est ילכו mendum manifestum. Nam verbum ילך usurpatur de incessu animalium, aut de progressione rerum, quæ sunt mobiles, & eundo situm mutant, minimè verò de proventu, vel incremento plantarum. Id mendum ex pronuntiatione ortum videtur; nam duæ litteræ ח & כ, sunt gutturales; propterea unam pro alterâ non semel scriptam vidimus.

8. ישבו ישבי בצלו יחיו דגן, Arias, *revertentur sedentes in umbrâ ejus, vivificabunt triticum.* Si leges, ישובו וישבו בצלו · יחיו בדגן, ut legunt Græci Intt. erit sententia plana & sine solecismo. Est יחיו, *vivent*, in voce *Kal;* בדגן, *tritico*, ut anteà בצלו : vide versionem, & adi, si juvat,

ad Syrum, qui Græcos imitatur. ...זכרו כיין, *memoria ejus ; ut vini*, sive sermone celebrabitur, ut vina generosa celebrantur & laudantur ; verbum pro verbo, *commemoratio ejus, ut vini...*

9. אפרים : Nos, *dicet Ephraim*, ex Syro & ex Chaldæo qui exprimunt verbum אמר, tanquam id legerent ante *Ephraim*, & ne omittamus vocabulum אפרים ; quod tamen suspicamur ex margine intrasse in Contextum ; cùm in margine id positum fuisset, ut Lector doceretur, sequentia verba מה לי, &c. esse Ephraim loquentis. Meliùs omitteretur Ephraim ; nam suprà dialogus habuit cursum suum, non adscriptis nominibus ; ut alibi non semel. ...עניתי : Meliùs עניתיו, *exaudiam eum*, cum Affixo, quod non omittunt Syrus & Græci Intt. ...ואשורנו, *& eum in altum efferam*, ex significatu Arabico verbi אשר, *lætior in altum se se extulit* planta, qui significatus mirè quadrat in *abietem virescentem*, & ex quo derivatur אשר, *lucus*.

יואל

JOEL.

CAPUT I.

Reſiduum erucæ comedit locuſta... Imminet in Judam gens fortis, cujus dentes dentes leonis... Lugete ſacerdotes, quia defecit oblatio; languent agri; ignis paſcua deſerti devoravit.

1. *Verbum Domini, quod fuit*
ad Joel, filium Phatuel. 2. *Audite*
hoc ſenes; aures præbete, univerſi
terræ habitatores. An quidquam tale
accidit in diebus veſtris; an quidquam
tale in diebus patrum veſtrorum?
3. *Hoc narrate filiis veſtris; hoc*
filii veſtri filiis ſuis; hoc filii eorum
generationi venturæ. 4. *Reſiduum*
erucæ comedit locuſta; reſiduum lo-
cuſtæ comedit bruchus: reſiduum bru-
chi comedit attelabus. 5. *Expergiſ-*
cimini ebrii, & flete; ululate uni-
verſi, qui vinum bibitis; quia pa-
lato veſtro dulcia vina deficiunt.
Ecce enim invadet in terram meam
gens potens & innumerabilis, cujus
dentes ſunt dentes leonis; cui ſunt
molares, tanquam leænæ. 7. *En vi-*
neam meam devaſtat; en quaſſat fi-
cus meas; en penitus denudat eas &

1. דבר יהוה אשר היה אל
יואל בן פתואל׃ 2. שמעו זאת
הזקנים והאזינו כל יושבי הארץ ·
ההיתה זאת בימיכם ואם בימי
אבתיכם׃ 3. עליה לבניכם ספרו ·
ובניכם לבניהם ובניהם לדור אחר׃
4. יתר הגזם אכל הארבה · ויתר
הארבה אכל הילק · ויתר הילק
אכל החסיל׃ 5. הקיצו שכורים
ובכו · והילילו כל שתי יין על עסיס ·
כי נכרת מפיכם׃ 6. כי גוי עלה
על ארצי · עצום ואין מספר · שניו
שני אריה ומתלעות לביא לו׃ 7.
שם גפני לשמה ותאנתי לקצפה ·
חשף חשפה והשליך · הלבינו
שריגיה׃ 8. אלי כבתולה חגרת
שק על בעל נעוריה׃ 9. הכרת
מנחה ונסך מבית יהוה · אבלו
הכהנים משרתי יהוה׃ 10. שדד
שדה · אבלה אדמה · כי שדד דגן ·
הוביש תירוש · אמלל יצהר׃ 11.

הבישו אכרים · הילילו כרמים על
חטה ועל שעורה · כי אבד קציר
שדה : 12. הגפן הובישה והתאנה
אמללה · רמון גם תמר ותפוח כל
עצי השדה יבשו · כי הביש ששון
מן בני אדם :
13. חגרו וספדו הכהנים · הילילו
משרתי מזבח · באו לינו בשקים
משרתי אלהי · כי נמנע מבית
אלהיכם מנחה ונסך : 14. קדשו
צום · קראו עצרה · אספו זקנים כל
ישבי הארץ בית יהוה אלהיכם ·
וזעקו אל יהוה : 15. אהה ליום ·
כי קרוב יום יהוה וכשד משדי
יבוא : 16. הלא נגד עינינו אכל
נכרת · מבית אלהינו שמחה וגיל :
17. עבשו פרדות תחת מגרפתיהם ·
נשמו אצרות · נהרסו ממגרות · כי
הביש דגן : 18. מה נאנחה בהמה ·
נבכו עדרי בקר · כי אין מרעה
להם · גם עדרי הצאן נאשמו : 19.
אליך יהוה אקרא · כי אש אכלה
נאות מדבר ולהבה להטה כל עצי
השדה : 20. גם בהמות שדה
תערוג אליך · כי יבשו אפיקי מים ·
ואש אכלה נאות המדבר :

viduat fructibus ; en albi sunt rami
ejus. 8. *Plange, velut puella, quæ*
saccum induit, amisso viro suæ pu-
bertatis. 9. *Sublatum est de domo*
Domini munus & libamen, lugent
sacerdotes, qui Domino ministrant.
10. *Vastatus est ager, luget tellus,*
quia devastatum est frumentum ; exa-
ruêre fructus autumnales, languent
oleæ. 11. *Erubescunt agricolæ ; eju-*
lant vinitores, tritico & hordeo defi-
ciente, quia perdita est messis agrorum.
12. *Exaruêre vites, languet ficus ;*
punica malus & palma & malus, om-
nes denique agri arbores exaruerunt ;
ablata sunt gaudia ex filiis hominum.
13. *Accingite vos, & plangite, sacer-*
dotes ; ejulate, qui altari ministratis ;
venite, noctem ducite in saccis, qui
Deo meo servitis, quandoquidem ar-
centur à domo Dei vestri munus & li-
bamen. 14. *Indicite jejunium, vocate*
cœtum ; congregate senes, universi ter-
ræ habitatores, in domum Domini
Dei vestri, & mittite ad Dominum
clamores. 15. *Heu, quem & qualem*
diem ! Nam proximus est dies Do-
mini, & quasi tempestas ingruit ab Omnipotente. 16. *En ante oculos nostros*
cibi tolluntur ; tollitur de domo Dei nostri gaudium & exsultatio. 17. *Com-*
putrescunt semina sub glebis suis ; cellæ destructæ sunt, eversa horrea,
postquàm frumenta exaruerunt. 18. *Proh quales pecorum gemitus ! Quales*
fremitus armentorum ! Scilicet desunt eis pascua ; dispereunt etiam greges
ovium. 19. *Imploro ego te, Domine ; ignis enim absumpsit pascua deserti ;*
flamma incendit omnes agri arbores. 20. *Ipsæ te bestiæ agri gemitu implo-*
rant, quia rivi aquarum exaruerunt, & ignis absumpsit pascua deserti.

---

4. יתר הגזם... הילק, *residuum erucæ... bruchi.* Probabiles causas affert Sam. Bochartus *de Animal. Sacr. Tom. II. l. 5. cap. 1.* cur credamus, quatuor Hebr. verba, גזם, ארבה, ילק & חסיל, notare quatuor locustarum species. Sed quia desunt Latina verba, quibus quatuor illæ species distinguantur, necesse habuimus uti verbis iisdem, quibus utitur Vulgatus; cùm præsertim nihil dici possit, cur non credatur גזם esse *erucam*, & ילק, *bruchum.* Hoc tantùm ad sententiam necessarium videtur, ut גזם, quod animal primo loco nominatur, sit animal quoddam, quod primo vere arrodat fruges; ut ארבה, quod secundo loco, sit *locusta* quædam quæ, post erucam, devastet arbores, aut fruges; ut ילק sit tertium animalculum, quod ingruere post locustam soleat; ut denique חסיל, quartum animalculum, quod immineat post *bruchum.* Meliùs חסיל, accipitur pro locustæ specie, quàm pro *rubigine*, quia id quartum vocabulum parallelum est prioribus tribus, quibus animalcula significantur. Propterea

nos, *attelabus*, ſeu locuſtæ ſpecies, quæ caret alis. Cæterum rectè negat Sam. Bochartus, vocabulum גזם deduci ex Radice גז, vel גזז, *amputare*, & ם eſſe *ſervile*; quanquam Hebræi ſic volunt. Nam, inquit, » ſimile Nomen nullum proferunt. Quippe חנם, *gratis*, » ריקם, *fruſtrà*. ...יומם, *interdiu*, אמנם, *verè*, quæ hîc citant, non ſunt Nomina, ſed Ad- » verbia. Itaque vera Radix eſt Verbum גזם, quod Talmudici in *abſcindendi* & *amputandi* » notione quandoque uſurpant. « Quòd verò inde colligit Bochartus, nomen גזם erucæ minùs convenire, quàm locuſtæ, cujus fortior eſt morſus, id non negatur; modò tamen concedatur, id convenire etiam quadantenùs erucæ, quia non multùm differunt, *abſcindere* & *arrodere*, quod ultimum convenit in erucam.

6. כי גוי עלה על ארצי, *nam gens aſcendit in terram meam*; nimirum Aſſyrii, ut rectè Grotius. Nam fruſtrà quidam exiſtimant, *gentem* dici allegoricè de multitudine locuſtarum, quoniam aliis in locis locuſtæ ſimiles eſſe dicuntur genti, aut exercitui. Quippe anteà nominatæ ſunt locuſtæ propriis ipſarum nominibus; ut non jam conveniat, poſt ipſam rerum ſignificationem, induci earumdem nudam adumbrationem: Vide dicta ad cap. 2. v. 1.

7. ותאנתי לקצפה: Verbum pro verbo, *& ficus meas in quaſſationem*, ex ſignificatu Arabico verbi קצף, *frangere quaſſando*. Liquet ſignificatum *ſpumam*, quem unum vocabulo קצפה Lexica tribuunt, non convenire huic loco. Idem dixeris de ſignificatu, *projecit*, verbi והשליך, quod ſequitur. Etenim Propheta ſubjungit, *albi ſunt rami ejus*. Non deploraret ficum albam factam, ſeu cortice nudatam, ſi anteà dixiſſet eandem eſſe avulſam humo, & proſtratam. Itaque interpretandum והשליך, ex ſignificatu Arabico verbi שלך, *exactè perquiſivit*, de arboribus dictum, vel de vineis, quarum omnes fructus diligenter perquiruntur & decerpuntur, ut nullus in arbore, aut in vite, relinquatur; qui ſignificatus verbi שלך, idem eſt ac verbi עלל, *racemare*, *ſpicilegium facere*. Itaque Arabs Erpen. utitur eo verbo שלך *Lev. cap. 9. v. 10.* & *Deut. cap. 24. v. 21.* ut interpretetur verbum עלל, Hebraicum. Nos, *viduat fructibus*, in eandem ſententiam. Appoſitè deinde ſubditur, *albi ſunt rami ejus*, poſtquàm dictum eſt, ficum fuiſſe quaſſatam & viduatam fructibus, quia hoſtes, qui decerpunt ficus, non parcunt ramis, & ficum arborem relinquunt laceram & cortice ramorum denudatam.

8. אלי, *plange*; ita Vulgatus, quia legebat, vel הילילי, ut legitur verſu 5. הילילו; vel אבלי, ut verſu 9. אבלו. Etenim Imperativum אלי nullâ lege formari poteſt, neque ex ילל, neque ex אבל.

10. הוביש תירוש: Nos, *exaruêre fructus autumnales*, quem ſignificatum uſurpat Aquila *Deut. cap. 7. v. 13.* ubi ponit ὀπωρισμὸν, *fructum autumnalem*. Non convenit ſignificatus, *vinum*, cum verbo הוביש, *exaruit*.

12. הביש ששון, *exaruit gaudium*. Ideò *exaruit*, quia hoc verbum anteà uſurpatum eſt, & quia continuatur oratio per ſimilitudinem ante-dictorum, ut ſignificetur *ablata ſunt* (*gaudia.*)

15. יום יהוה, *dies Domini*; ſive ultimus dies, quo die judicaturus eſt Deus populum ſuum, & urbem Jeruſalem funditùs everſurus; ſic paſſim *dies Domini* adhibetur, ad notandum ultima mala & ultimas pœnas, quæ à Deo infliguntur.

16. נכרת: Chaldæus, ספ · פסק, *deſiit*, *deficit*, qui bis legit נכרת; quod niſi bis continenter legitur, claudicabit ſeries orationis. Nam in priore membro נגד עינינו, *coram oculis noſtris*, & in poſteriore, מבית אלהינו, *ex domo Dei noſtri*, ſunt in diverſo regimine. Atqui ejuſdem regiminis eſſe deberent, ſi unum tantùm נכרת pro verbo communi haberent.

18. נבכו: Rectè Vulgatus, *mugierunt*, cùm legeret ויבבו, ex יבב, *ululare*. Suſpectum eſſe debuerat נבכו, ſi ex בכה, *lugere*, quia id verbum non legitur in voce *Niphal*; quòd ſi ex בוך, *perplexum eſſe*, id non eſt parallelum verbo נאנחה, *ingemit*.

CAPUT II.

Clangite buccinâ, quia prope eſt dies Domini, dies tenebrarum; veniet populus innumerabilis, qui omnia devaſtabit. Scindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. Dominus reddet vobis fruges, quas abſumpsêre bruchus & locuſta... Poſteà effundet ſpiritum ſuum in omnem carnem, antequàm veniat dies Domini magnus & terribilis.

1. *Clangite tubâ in Sion; vociferamini in monte ſancto meo; contremiſcite univerſi terræ habitatores, quia venit dies Domini; quia proximus eſt dies tenebrarum & caliginis, dies nubilus & tenebricoſus.* 2. *En ſuper montes ſe ſe expandit, quaſi aurora, populus multus & potens, cui ſimilis non fuit, ex quo ſæcula exiſtunt; nec talis poſt eum futurus eſt, quandiù erunt anni & generationes.* 3. *Antegredietur eum ignis vorans; eum ſequetur flamma excurens; terra, quæ ante eum fuit quaſi hortus deliciarum, poſt eum erit deſerta & vaſta; nec patietur eſſe quidquam reſiduum.* 4. *Aſpectus ejus, quaſi aſpectus equitatûs; erunt ad curſum celeres, ſic tanquam equites.* 5. *Qualis eſt ſonitus curruum, qui ſubſiliunt in ſummis montibus, qualis ſtrepitus flammæ ſtipulam vorantis, talis erit populus potens, & ad bellum paratus.* 6. *Cohorreſcunt coram eo populi; omnes vultus contrahunt ſqualorem.* 7. *Currunt, velut gigantes; ut viri bellatores mœnia ſuperant: vadit quiſque per viam ſuam, à recto itinere non avertuntur.* 8. *Non premit alter alterum: ſuam quiſque ſemitam ingreditur: ruunt per tela, nec vulnerantur.* 9. *Effundunt ſe ſe per civita-*

1. תקעו שופר בציון והריעו
בהר קדשי · ירגזו כל ישבי הארץ ·
כי בא יום יהוה כי קרוב : 2. יום
חשך ואפלה · יום ענן וערפל ·
כשחר פרש על ההרים עם רב
ועצום · כמהו לא נהיה מן העולם ·
ואחריו לא יוסף עד שני דור ודור :
3. לפניו אכלה אש ואחריו תלהט
להבה · כגן עדן הארץ לפניו ואחריו
מדבר שממה · וגם פליטה לא
היתה לו : 4. כמראה סוסים
מראהו · וכפרשים כן ירוצון : 5.
כקול מרכבות על ראשי ההרים
ירקדון · כקול להב אש אכלה קש ·
כעם עצום ערוך מלחמה : 6.
מפניו יחילו עמים · כל פנים קבצו
פארור : 7. כגבורים ירוצון ·
כאנשי מלחמה יעלו חומה · ואיש
בדרכיו ילכון · ולא יעבטון ארחותם :
8. ואיש אחיו לא ידחקון · גבר
במסלתו ילכון · ובעד השלח יפלו
לא יבצעו : 9. בעיר ישקו · בחומה
ירצון · בבתים יעלו · בעד החלונים
יבאו כגנב : 10. לפניו רגזה ארץ ·
רעשו שמים · שמש וירח קדרו
וכוכבים אספו נגהם : 11. ויהוה
נתן קולו לפני חילו · כי רב מאד
מחנהו · כי עצום עשה דברו · כי
גדול יום יהוה ונורא מאד · ומי
יכילנו : 12. וגם עתה · נאם יהוה ·
שבו עדי בכל לבבכם ובצום ובבכי
ובמספד : 13. וקרעו לבבכם ואל
בגדיכם ·

tem, per mœnia discurrunt : scan-
dunt domos per fenestras: quasi latro,
imminent. 10. *Eorum adventu terra*
concutitur, cœli commoventur : sol
& luna obscurantur, retrahunt stellæ
fulgorem suum. 11. *Dominus ante*
exercitum suum dabit vocem suam,
quia innumerabiles erunt turmæ ejus,
quia validus erit, ut imperata faciat :
magnus enim dies Domini, & valdè
terribilis : quis eum sustinebit ?
12. *Nunc autem, dicit Dominus,*
revertimini ad me in toto corde vestro,
in jejunio & in fletu & in planctu.
13. *Scindite corda vestra, & non ves-*
timenta vestra, & redite ad Domi-
num Deum vestrum, quandoquidem
clemens est & misericors, tardus ira-
rum & abundans benignitate, & in infe-
rendo malo placabilis. 14. *Quis reco-*
gitabit reverteturque ac resipiscet, ut re-
linquat superstitem sibi benedictionem
& munus & libamen pro Domino Deo
vestro ? 15. *Clangite tubâ in Sion ;*
indicite jejunium, vocate cœtum.
16. *Advocate populum, mundate*
conventum, convocate senes, congre-
gate pueros ubera sugentes ; exeat
sponsus ex suo penetrali, sponsa ex
suo cubili. 17. *Inter vestibulum &*
altare plorent sacerdotes, qui Domi-
no ministrant, & dicant : parce, Do-
mine, populo tuo, nec sinas hæredi-
tatem tuam esse in opprobrio, ut ei
gentes dominentur. Cur enim apud
populos diceretur, ubi est Deus eo-
rum ? 18. *Æmulator sit Dominus*
pro terrâ suâ, & populi sui misereatur.
19. *Tum Dominus respondebit, di-*
cetque populo suo ; ego ad vos mittam
frumentum & vinum & oleum, &
saturabimini eis, nec sinam ampliùs
vos esse in opprobrio apud gentes.
20. *Ego igitur istum, qui est ab*

בגדיכם · ושובו אל יהוה אלהיכם ·
כי חנון ורחום הוא · ארך אפים ורב
חסד ונחם על הרעה : 14. מי
יודע ישוב ונחם · והשאיר אחריו
ברכה מנחה ונסך ליהוה אלהיכם :
15. תקעו שופר בציון · קדשו
צום · קראו עצרה : 16. אספו
עם · קדשו קהל · קבצו זקנים · אספו
עוללים ויונקי שדים · יצא חתן
מחדרו וכלה מחפתה : 17. בין
האולם ולמזבח יבכו הכהנים משרתי
יהוה · ויאמרו · חוסה יהוה על עמך ·
ואל תתן נחלתך לחרפה למשל בם
גוים · למה יאמרו בעמים · איה
אלהיהם : 18. ויקנא יהוה לארצו ·
ויחמל על עמו : 19. ויען יהוה
ויאמר לעמו · הנני שלח לכם את
הדגן והתירוש והיצהר ושבעתם
אתו · ולא אתן אתכם עוד חרפה
בגוים : 20. ואת הצפוני ארחיק
מעליכם · והדחתיו אל ארץ ציה
ושממה · את פניו אל הים הקדמני ·
וספו אל הים האחרון · ועלה באשו
ותעל צחנתו · כי הגדיל לעשות :
21. אל תיראי אדמה · גילי ושמחי ·
כי הגדיל יהוה לעשות : 22. אל
תיראו בהמות שדי · כי דשאו נאות
מדבר · כי עץ נשא פריו · תאנה
וגפן נתנו חילם : 23. ובני ציון
גילו ושמחו ביהוה אלהיכם · כי נתן
לכם את המורה לצדקה · ויורד
לכם גשם מורה ומלקוש בראשון :
24. ומלאו הגרנות בר · והשיקו
היקבים תירוש ויצהר : 25.
ושלמתי לכם את השנים אשר
אכל הארבה הילק והחסיל והגזם ·
חילי הגדול אשר שלחתי בכם :
26. ואכלתם אכול ושבוע · והללתם
את שם יהוה אלהיכם אשר עשה
עמכם להפליא · ולא יבשו עמי
לעולם : 27. וידעתם כי בקרב
ישראל אני · ואני יהוה אלהיכם ואין
עוד · ולא יבשו עמי לעולם :
28. והיה אחרי כן אשפוך את

aquilone longè à vobis auferam ; ego
eum propellam in terram sitientem &
desertam ; prima agmina ejus ad mare
orientale , extrema ad mare occiden-
tale ; solvetur in putredinem , & fœtor
ejus diffundetur , quia superbè egit.
21. *Terra , ne time ; exsulta & læ-*
tare , quia mirabilia facturus est Do-
minus. 22. *Nè timete , bestiæ agro-*
rum ; nam virentia erunt pascua de-
serti ; arbores ferent fructus suos ;
ficus & vinea exerent robur suum.
23. *Vos verò, filii Sion, exsultate &*
lætamini in Domino Deo vestro ;
dabit enim vobis doctorem justitiæ ; demittet in vos , ut in principio , im-
bres & vernos & autumnales. 24. *Horrea frumento implebuntur ; vino &*
oleo torcularia redundabunt. 25. *Ego redditurus sum vobis annos eos , quos*
absumpsêre locusta & bruchus & attelabus & eruca , exercitus ille magnus ,
quem ego in vos emisi. 26. *Cibum edetis & saturabimini , & celebrabitis no-*
men Domini Dei vestri , qui fecerit apud vos res mirabiles , neque in per-
petuum erubescet populus meus. 27. *Et scietis , me esse apud Israel , meque*
esse Dominum Deum vestrum , neque existere , præter me , alium , ut popu-
lus meus non erubescat in perpetuum. 28. *Posteà effundam spiritum meum*
in omnem carnem , & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ ; senes vestri
somnia somniabunt , & juvenes vestri visiones videbunt. 29. *Etiam in servos*
& in ancillas effundam in diebus illis spiritum meum. 30. *Et dabo prodi-*
gia in cœlo & in terrâ , sanguinem & ignem & columnas fumi. 31. *Sol in*
tenebras vertetur , & luna in sanguinem , antequàm veniat dies Domini
magnus & terribilis ; 32. *Et quicunque invocaverit nomen Domini , salvus*
erit. Nam in monte Sion & in Jerusalem aderit salus , sicut Dominus lo-
cutus est , & in residuis , quos vocaverit Dominus.

רוחי על כל בשר • ונבאו בניכם
ובנתיכם • זקניכם חלמות יחלמון •
בחוריכם חזינות יראו ׃ .29 וגם
על העבדים ועל השפחות בימים
ההמה אשפוך את רוחי ׃ .30
ונתתי מופתים בשמים ובארץ •
דם ואש ותמרות עשן ׃ .31
השמש יהפך לחשך והירח לדם •
לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא ׃
.32 והיה כל אשר יקרא בשם
יהוה ימלט • כי בהר ציון ובירושלם
תהיה פליטה • כאשר אמר יהוה •
ובשרידים אשר יהוה קרא ׃

---

2. ...כשחר פרש על ההרים , *quasi aurora expandit se se super montes* (*populus multus.*) Rectè Grotius sic : » quàm latè Aurora se expandit super montes , tam latè se expandet Assyrio- » rum exercitus. ...עם רב ועצום , *populus multus & potens.* Quidam Interpretes , ex quorum numero est Edm. Calmet , *populum* credunt esse locustas , de quibus dictum est capite supe- riore , versu 4. & quarum adventus toto in hoc capite describatur. Sed nobis videntur sa- pientius fecisse illi , qui hoc caput referunt ad Assyrios , Sennacherib duce , advenientes & omnia devastantes. Ne hoc caput de locustis intelligatur hæc obstant : 1°. Hæc verba , *clan- gite tubâ ;* neque enim solent homines tubâ clangere adversùs locustas imminentes ; & frus- tra quidam causantur , clangi tubâ , ut excitetur populus ad pœnitentiam. Etenim tubæ clangor ad pœnitentiam notatur infra versu 15. sed hoc versu & sequentibus nihil de pœni- tentiâ ; & liquet mandatum fieri de tubæ clangore contra hostes advenientes. 2°. Obstant hæc verba , *dies Domini* , quæ difficile est credere , significare adventum locustarum. 3°. Hæc verba , versu 5. *potens & paratus ad bellum* , cùm *bellum* conveniat hominibus , non item ani- malibus , nisi per similitudinem. 4°. Hæc verba , versu 8. *ruunt per tela* , vel *gladios* , *nec vulnerantur ;* neque enim telis gladiisve bellum geritur cum locustis. 5°. Hæc verba , versu 20. *eum , qui est ab aquilone* , הצפוני numero singulari , qui numerus non convenit in collu- viem locustarum. Adde advenire solitas fuisse ab oriente locustas , non ab aquilone. 6°. Hæc

verba, *superbè egit*, eodem versu 20. Quid commune cum superbiâ locustis? Denique, versu 21. hæc verba, *mirabilia facturus est*, quæ certè miraculum indicant magnum & insperatum, nihil minùs verò, quàm actas in fugam, per aliquem ventum, locustas. Ergo de his capitibus duobus primis sic potiùs statuendum videtur: Joel capite priore, versu 4. summatim descripsit vastitatem, quam locustæ nuper attulerant. Deinde versibus 6. & 7. summatim descripsit adventum Assyriorum, qui post plagam locustarum proximè adventuri erant, ut post famem, bellum sequeretur, ut reverà secutam fuisse, per Isaiam docemur. Posteà reliquo capite primo descripsit mala, quibus afflictum fuit regnum Juda per irruptionem locustarum; ut hoc capite secundo persequatur mala, quæ Assyrii mox allaturi sint; sed ita, ut ex occasione locustarum, quæ Assyrios antecesserant, exhibeat Assyrios per similitudinem locustarum.

3. פליטה: Nos, *residuum*, non autem, *qui effugiet*; neque enim hoc dicitur de hominibus, sed de terræ frugibus, ut liquet ex antecedentibus rebus.

7. כגבורים....כאנשי מלחמה, *ut gigantes.... ut viri bellatores*. Nota similitudinis כ videtur attulisse opinionem, hæc non dici de viris bellatoribus, sed de locustis, quæ similes eis videantur. Sed particula כ, ut indicat similitudinem, ita & convenientiam; quasi diceretur; ut sunt viri fortes & bellatores, ita se præstabunt, ita current, &c.

8. לא יבצעו: Omninò לא יפצעו, *non vulnerantur*. Nullibi legitur בצע, *vulnerare*; neque ex hoc loco satis erat autoritatis, ut talem significatum Lexica verbo בצע tribuerent, præsertim in eo significatu, qui frequentissimus est, & alibi non semel recurreret, si esset Hebraicus.

10. & 11. רעשו שמים, *cœli commoventur*, sive sonitu armorum quatiuntur, vocibusque hominum & hinnitu equorum & fragore curruum. Sed quomodò cæli commoveantur per locustas advenientes, non facilè explicant, qui opinionem defendunt advenientium locustarum. Drusius explicat *motos cœlos*, de tonitru, quia inferiore versu dicitur, *dabit Dominus vocem suam*. Ordinem rerum intervertit. Si enim tonitru causa est, cur cœli moveantur, dici debuerat priùs de tonitru, quàm de concussis cœlis. Nec verò etiam vox Dei indicat, hoc loco, tonitrua. Quippe Deus ideò *dat vocem suam*, quia videt, *exercitum suum magnum esse & ad sibi obsequendum paratum*. Quæ causa vocis Dei, ut ad tonitrua aptari non potest, ita facilè accommodatur ad exercitum Dei jussu advenientem in regnum Judæ, & munitas urbes expugnantem, donec ad mœnia Jerusalem venerit; ubi tandem Deus delet exercitum istum suum, quia contra se *superbè egit*.

14. מי יודע ישוב: Vulgatus, *quis scit, si convertatur*... Non sic licuit, quia si Deus est, qui *convertitur*, malè consociabitur *Deus* cum *Domino Deo vestro*. Itaque vertendum fuerat, *quis intelliget*, &c. ut Propheta hortetur ad pœnitentiam, quam quidem describit versibus sequentibus.

19. ויען יהוה, *tum Dominus respondebit*, postquàm nimirum sic oraveritis, & pœnitentiam egeritis. Itaque egit populus pœnitentiam, componens se ad exemplum Ezechiæ regis.

20. אל הים הקדמני, *ad mare orientale*. Sic accidere solebat locustis, ex quibus ducitur similitudo, cùm per ventum vehementem tollebantur, & in maria demergebantur. Non poterant locustæ abripi eodem vento ad mare orientale & ad occidentale; quo ipso significatur non tangi locustas, sed homines ex similitudine locustarum; ut ostendatur exercitum Assyriorum quaquaversùs dissipatum iri.

23. את המורה לצדקה, *doctorem ad justitiam*, Ezechiam, nisi mavis Isaiam. Quidam putant intelligi Messiam; sed enim obstant quæ sequuntur, *demittet imbres... horrea implebuntur*. Nam promissiones tales veteris Legis sunt, non novæ. Cæterùm non inferior hæc interpretatio, *pluviam justâ mensurâ*, quæ frugibus maturandis & abundè proferendis satis sit, ut explicat Liveleus; hanc sententiam tuetur reliqua pars versûs; eliget Lector. ...בראשון, *in principio*. Legendum כראשון, *sicut in principio*. Ita legunt omnes Veteres, præter Chaldæum, qui posuit, *in mense Nisan*; quasi significaretur primus anni mensis, quanquam obstabat במלקוש, quod indicat pluviam *serotinam*, seu autumnalem.

25. ...השנים אשר אכל הארבה, (*reddam vobis*) *annos quos absumpsit locusta*; de quibus annis dictum est capite superiore, *residuum erucæ comedit locusta*. Reddidit Deus terræ fertilitatem, postquàm pepulit ex Judæâ populum aquilonarem, sive exercitum Sennacherib, qui advenerat, postquàm locustæ Judæam devastaverant, ut prædixit Propheta, capite superiore, versu 6.

28. אחרי כן אשפוך רוחי, *posteà effundam spiritum meum*. Petrus Apostolus hæc dicta fuisse interpretabatur de spiritu sancto in terras effuso, neque hæc ad aliud tempus spectare possunt; cùm nihil tale evenerit, quandiu duravit Lex vetus; neque ulla difficultas est in adverbio אחרי כן, *posteà*. Quippe id Adverbium potest demonstrare tempora remota, quomodò & proxima, ubi nihil est in oratione, quod demonstret tempus proximum.

29. על העבדים ועל השפחות, *in servos & in ancillas*, in eandem sententiam, in quâ dixit Paulus Apostolus, *non est liber*, *neque servus*. Additur *meos* & *meas*, in Actibus Apostolorum, ubi accipiendum *meos* & *meas*, ut *populi mei*, ut observat Drusius; sive, eos ex populo meo, qui conditione servi erunt; atque idem dicendum de ancillis.

30. & 31. ונתתי מופתים, *& dabo prodigia*. Idem sentiendum de conjunctione ו, quod de Adverbio אחרי כן. Joel vaticinatur de rebus, quæ aliæ post alias eventuræ sunt, non tamen in proximis temporum intervallis. Vaticinatur autem de *prodigiis*, מופתים, non de

rebus, quæ effectum suum habituræ sint per causas, ut aiunt, secundas. Itaque deridendum se præbet, hoc loco, Grotius, ita exponens: » solent magnas rerum conversiones præce» dere cometæ, gladii ardentes, aliaque signa ejusmodi. Agitur autem hìc de adventu Nabu» chodonosori, qui Judæam sanguine inundavit; incensis autem urbibus, vicis & villis cuncta » implevit sanguine & fumo. « Quæ cùm dicebat Grotius, immoderatè abutebatur facilitate Lectorum. Nusquam legitur מופת, nisi de miraculo usurpatum. Atqui miracula, qualia hìc describuntur, non evenêre adventante in Judæam rege Nabuchodonosor. Nec talia evenerunt temporibus Machabæorum, nec denique tum, cùm Christus Dominus in cruce pendebat. Nam versus est sol in tenebras à sextâ horâ usque ad horam nonam, sed non *luna in sanguinem.* Quippe erat tum luna plena, atque adeò sub terrâ latebat per horas supra-dictas. Ergo hæc prodigia futura sunt ultimorum mundi temporum, & antequàm veniat dies Domini *magnus & terribilis*, sive ultimi Judicii. Nam is dies *magnus & terribilis*, qui, post spiritum sanctum servis & ancillis datum, sit adventurus, non alius potest esse, quàm dies Judicii supremi, quem diem antecedet luna, non *obscurata*, ut alibi sæpe legitur, sed *in sanguinem versa*, sive *erubescens*, ut *Is. cap. 24. v. 23.* quod prodigium in Sacris Codicibus reservatur ad ultima mundi tempora.

32. כל אשר יקרא בשם יהוה, *quicunque invocaverit nomen Domini.* Ita omnes convertunt. Sed licet etiam convertere, *quicunque nomine Dei censebitur*, seu nomen habebit de Dei nomine, ut Christiani, qui ex Christo Domino nomen habent. Promittitur salus Judæis *residuis*, seu illis qui superstites erunt in eâ mundi ætate, in quâ fidem amplexuri sunt, & in terram suam reversuri. Hæc minimam partem completa fuêre, Apostolis Evangelium prædicantibus, maximam complenda, postquàm Elias converterit corda *filiorum ad patres.*

CAPUT III.

Postquàm reduxero captivos Juda, congregabo gentes in valle Josaphat, & rependam eis mala, quibus affecerunt populum meum. Dominus rugiet de Jerusalem, quæ deinceps habitabitur.

1. *Ecce autem post illos dies & illud tempus, cùm reduxero captivos Juda & Jerusalem,* 2. *Congregabo universas gentes, deducamque eas in vallem Josaphat, cum eis ibi disceptaturus super populo meo & hæreditate meâ Israel, quoniam eum dissipaverint apud populos, & partiti sint terram meam;* 3. *Et in populum meum sortem jecerint, dederintque puerulum pro scorto, & pro vino, quod biberent, puellulam vendiderint.* 4. *Ecquid verò mihi est vobiscum, Tyre ac Sidon, cæterique tractus Philistæorum? An vos mutuam mihi vicem rependitis? Quòd si eam vicem mihi reddere videmini, ego eandem rependam citò & celeriter in caput vestrum;* 5. *Quoniam argentum*

1. כי הנה בימים ההמה ובעת
ההיא אשר אשוב את שבות יהודה
וירושלם : 2. וקבצתי את כל
הגוים והורדתים אל עמק יהושפט •
ונשפטתי עמם שם על עמי ונחלתי
ישראל • אשר פזרו בגוים ואת
ארצי חלקו : 3. ואל עמי ידו
גורל • ויתנו הילד בזונה • והילדה
מכרו ביין וישתו : 4. וגם מה
אתם לי צר וצידון וכל גלילות
פלשת • הגמול אתם משלמים עלי •
ואם גמלים אתם עלי • קל מהרה
אשיב גמלכם בראשכם : 5. אשר
כספי וזהבי לקחתם • ומחמדי הטבים
הבאתם להיכליכם : 6. ובני יהודה
ובני ירושלם מכרתם לבני היונים •
למען הרחיקם מעל גבולם : 7.
הנני מעירם מן המקום אשר
מכרתם אתם שמה • והשבתי
גמלכם

meum & aurum meum tulistis , &
si quid erat apud me bonum & pretio-
sum , in Templa vestra id intulistis ;
6. *Et filias Juda filiosque Jerusalem*
vendidistis filiis Græcorum , ut eos
ab finibus suis procul amandaretis.
7. *En ego eosdem excitabo ex illo*
loco, in quo eos vendidistis , & debi-
tam vicem in caput vestrum rependam.
8. *Ego , per manum filiorum Juda ,*
venditurus sum filios vestros filiasque
vestras , ut vendantur Sabæis , apud
gentem longè remotam ; ego enim ,
Dominus , hæc loquor. 9. *Promul-*
gate hoc apud gentes , indicite bel-
lum ; excitate viros fortes ; accedant,
veniantque universi viri bellatores.
10. *Excudite in gladios ligones ves-*
tros , & in lanceas falces vestras ;
dicat qui debilis est , ego vir fortis.
11. *Congregamini & venite omnes*
vicinæ gentes , & convenite ; ibi de-
jiciet Dominus fortes vestros.
12. *Exoriantur veniantque gentes in*
vallem Josaphat ; ego enim illic sum
sessurus , ut judicem omnes vicinas
gentes. 13. *Mittite falcem , quando-*
quidem matura est messis; venite, cal-
cate ; nam plenum est torcular , re-
dundat prælum , quia crevit impro-
bitas eorum. 14. *Parati sunt in val-*
le excisionis recensiti milites ; dies
enim Domini propè aderit in valle
excisionis. 15. *Sol & luna obscura-*
buntur , & stellæ retrahent fulgorem
suum. 16. *Dominus de Sion rugiet ,*
& de Jerusalem dabit vocem suam ;
concutientur cœli & terra ; Dominus spes erit populi sui , & robur filiis
Israel. 17. *Et scietis me esse Dominum Deum vestrum , qui habitem in*
Sion , monte sancto meo. Erit Jerusalem sancta , nec adhuc per eam alie-
nigenæ transitum habebunt. 18. *Erit in die illâ , cùm montes dulcia vina*
stillabunt , cùm lacte manabunt colles , cùm aquæ ibunt per omnes torrentes
Juda , & cùm fons de domo Domini exorietur , & irrigua erit vallis cedro-
rum. 19. *Redigetur Ægyptus ad vastitatem : erit Edom , ut vasta solitudo ,*

גמלכם בראשכם : 8. ומכרתי
את בניכם ואת בנתיכם ביד בני
יהודה ומכרום לשבאים אל גוי
רחוק · כי יהוה דבר :
9. קראו זאת בגוים · קדשו
מלחמה · העירו הגבורים · יגשו יעלו
כל אנשי המלחמה : 10. כתו
אתיכם לחרבות ומזמרותיכם
לרמחים · החלש יאמר · גבור אני :
11. עושו ובאו כל הגוים מסביב
ונקבצו · שמה הנחת יהוה גבוריך :
12. יעורו ויעלו הגוים אל עמק
יהושפט · כי שם אשב לשפט את
כל הגוים מסביב : 13. שלחו
מגל · כי בשל קציר · באו רדו כי
מלאה גת · השיקו היקבים · כי רבה
רעתם : 14. המנים המנים בעמק
החרוץ · כי קרוב יום יהוה בעמק
החרוץ : 15. שמש וירח קדרו ·
וככבים אספו נגהם : 16. ויהוה
מציון ישאג ומירושלם יתן קולו ·
ורעשו שמים וארץ · ויהוה מחסה
לעמו ומעוז לבני ישראל : 17.
וידעתם כי אני יהוה אלהיכם שכן
בציון הר קדשי · והיתה ירושלם
קדש · וזרים לא יעברו בה עוד :
18. והיה ביום ההוא יטפו ההרים
עסיס · והגבעות תלכנה חלב · וכל
אפיקי יהודה ילכו מים · ומעין מבית
יהוה יצא והשקה את נחל השטים :
19. מצרים לשממה תהיה · ואדום
למדבר שממה תהיה מחמס בני
יהודה אשר שפכו דם נקיא
בארצם : 20. ויהודה לעולם תשב
וירושלם לדור ודור : 21. ונקיתי
דמם לא נקיתי · ויהוה שכן בציון :

quia divexavêre filios Juda, quorum innoxium sanguinem in terram eorum fuderunt. 20. *Juda in perpetuum habitabitur, & Jerusalem ad perpetuas generationes.* 21. *Ego sanguinem eorum ulciscar, nec parcam, & habitabit Dominus in Sion.*

---

1. בימים ההמה : Nos, *post illos dies*, ut *Num. cap. 28. v. 26.* בשבעתיכם, *post hebdomadas vestras*, & ut alibi non semel. Non licuit convertere, *in diebus illis*, quia vaticinatio hæc non spectat ad ea tempora, de quibus anteà vaticinatus est Joel. Nam agitur ultio, quam sumpturus sit Deus de Tyro, de Sidone & de Idumæis, per Judæos ex captivitate reduces; in fine autem capitis superioris dictum est de spiritu sancto in terras effuso, & de ultimis mundi temporibus. Non possunt accommodari hæc verba, *in diebus illis*, ad tempora tam diversa, & tanto sæculorum intervallo separata. Multò verò etiam minùs in eadem tempora supra-dicta convenit nostra interpretatio, *post dies illos*. Sed adjungimus *post dies illos* ad ea, quæ superiori capite prædicta sunt de exercitu Sennacherib delendo, & de abundantiâ frugum post famem secuturâ, usque ad versum 27. ut postquàm prædixit Joel de ultimis miraculis, quæ Deus facturus sit in regno Judæ, antequàm Judæi captivi fiant & serviant Chaldæis, nunc prænuntiet, quibus miraculis Deus regnum Judæ post captivitatem sit erecturus, ut erectum fuit per Machabæos, usque ad Romana bella duraturum. Quòd si quibusdam videtur parùm credibile, Prophetam in media hæc tempora inculcasse vaticinationem de spiritu sancto in terras fundendo, & de ultimis mundi temporibus, nos ad eorum judicium facilè ascribimus etiam nostrum. Nam ea, quæ capite superiore proximè antecesserunt, post versum 27. quæque in Editis Libris caput sunt tertium, quinque tantùm versiculorum, videntur nobis descripta fuisse in ordine non suo; quem quidem ordinem tueri non sinunt hæc verba בימים ההם, quomodocunque hæc interpretêre. Legitimus ordo est scriptionis idem, qui fuit temporum; qui ordo restituetur, si ad calcem Prophetiæ Joel hæc rejiciantur, quæ antecesserunt post versum 27. capitis superioris, usque ad finem ejusdem; ut, postquàm vaticinatus est Joel de Veteris Legis temporibus postremis, claudat vaticinationem suam in Legis Novæ temporibus & primis & postremis. In tali ordine, post versum 27. capitis superioris, commodè hæc sequuntur, כי הנה בימים ההמה, *ecce autem post dies illos*... particulâ כי nectente orationem sic ferè ut *cæterùm* apud Latinos. Nam כי sæpe nihil aliud habet, quàm nexum orationis, quomodò & Latinum *cæterùm*. ...אשוב : Rectè Masora אשיב, *reducam*.

2. וקבצתי את כל הגוים, *& congregabo universas gentes*. Non latè sumitur *universas*, ut ostendunt hæc verba, *quæ partitæ sunt terram meam*. Itaque intelligendum כל, *de gentibus vicinis*, גוים מסביב, ut versu 12. huic parallelo. ...אל עמק יהושפט, *in vallem Josaphat*, sive *judicii*, ut posteà *vallis excisionis*, per Annominationem, & eam quidem sumptam ex re simili, sive ex victoriâ quam reportavit Josaphat ex Ammonitis, Moabitis & Syris.

7. מן המקום אשר מכרתם אתם, *ex illo loco, in quo eos vendidistis*. Mox dictum est, venditos fuisse Judæos Græcis. Itaque intelligendus *locus* præsertim de Græciâ, unde Judæi aliquando accurrent ad Machabæos, auditis eorum victoriis.

11. גבורך : Legendum גבוריכם, *fortes vestros*; sic ferè Syrus, גנבריתכון, *fortitudinem vestram*. Nulla persona est singularis in ante-dictis, ad quam referri possit Affixum ך singulare; proptereà Chaldæus posuit גבריהון, *fortium eorum*.

12. כי שם אשב, *nam hîc sedebo* (*ad judicandum.*) Eadem est Annominatio, quæ suprà, v. 2. Id est, sic agam cum gentibus vicinis, ut egi, quando eas Josaphat delevit.

13. שלחו מגל, *mittite falcem*. Hæc Deus ad populum suum. *Messis matura* sunt vicinæ gentes ab Judæis mox demetendæ. ...רדו, *descendite*; non dubium, quin דרכו, *calcate*, ut Græci Intt. πατεῖτε; nam cùm plenum est torcular, nihil superest nisi, ut calcetur.

14. המנים המנים, *parati sunt recensiti milites*; utrumque ex מנה, *parare*, *numerare*; quasi diceretur, jam structæ sunt acies & paratæ ad præliandum.

17. וזרים לא יעברו בה עוד, *& alieni non transibunt per eam ampliùs*; sive jus non habebunt per eam transeundi, & transmittendi exercitûs, ut per propriam Dominationem.

18. כל אפיקי יהודה ילכו מים, *omnes torrentes Judæ deducent aquas*; sive non jam exhaurientur torrentes ab hostium exercitibus, neque ab siccitate. Idem dicendum de fonte, qui egreditur de Templo, & irrigat את נחל שטים, *vallem cedrorum*, sive eam vallem, quæ interjacebat inter urbem Jerusalem & hortos Salomonis, qui vocabantur *saltus Libani*, quia ibi plantaverat Salomon cedros, quales fert Libanus.

19. דם נקיא, *innoxium sanguinem*, quia Judæi nihil læserant eos, à quibus venditi fuerunt Græcis. Solent quidem Samaritani scribere נקיא, in Pentateucho; sed forma Hebraica est נקי, sine א.

עמוס

AMOS.

CAPUT I.

Ulciſcetur Dominus peccata tria & quatuor Damaſci, Gazæ, Tyri, Edom & Ammon; urbes eorum inflammabit, & exſcindet habitatores.

1. *Hæc ſunt, quæ vidit ſuper Iſrael*
Amos, qui erat inter paſtores The-
cuenſes, regnante Oziâ in Judam,
& Jeroboam, filio Johas, regnante in
Iſrael, biennio ante terræ motum.
2. *Et dixit: Dominus de Sion ru-*
giet, & de Jeruſalem dabit vocem
ſuam; in luctu erunt habitacula paſ-
torum, & cacumen Carmeli exareſcet.
3. *Hæc dicit Dominus: ego, poſt tria*
ſcelera Damaſci, quod fuit quartum
non ſuſtinebo, quoniam Galaad tri-
bulis ferreis trituráverunt. 4. *Mittam-*
que in domum Hazael ignem, qui
arces Benadad abſumet. 5. *Ego fran-*
gam Damaſci vectes, & delebo ex
valle On habitatores, & eum etiam,
qui cum ſceptro imperat ex domo
amœnitatis; & populus Syriæ in
Cyrenen deportabitur, dicit Domi-
nus. 6. *Hæc dicit Dominus: ego,*

1. דברי עמוס אשר היה בנקדים
מתקוע · אשר חזה על ישראל בימי
עזיה מלך יהודה ובימי ירבעם בן
יואש מלך ישראל שנתים לפני
הרעש ׃ 2. ויאמר · יהוה מציון
ישאג ומירושלם יתן קולו · ואבלו
נאות הרעים · ויבש ראש הכרמל ׃
3. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי דמשק ועל ארבעה לא
אשיבנו · על דושם בחרצות הברזל
את הגלעד ׃ 4. ושלחתי אש
בבית חזאל ואכלה ארמנות בן
הדד ׃ 5. ושברתי בריח דמשק ·
והכרתי יושב מבקעת און ותומך
שבט מבית עדן · וגלו עם ארם
קירה · אמר יהוה ׃
6. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי עזה ועל ארבעה לא אשיבנו ·
על הגלותם גלות שלמה להסגיר
לאדום ׃ 7. ושלחתי אש בחומת
עזה ואכלה ארמנתיה ׃ 8. והכרתי

יושב מאשדוד ותומך שבט
מאשקלון · והשיבותי ידי על עקרון
ואבדו שארית פלשתים · אמר אדני
יהוה :
9. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי צר ועל ארבעה לא אשיבנו ·
על הסגירם גלות שלמה לאדום ·
ולא זכרו ברית אחים : 10.
ושלחתי אש בחומת צר ואכלה
ארמנותיה :
11. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי אדום ועל ארבעה לא
אשיבנו · על רדפו בחרב אחיו ושחת
רחמיו ויטרף לעד · אפו ועברתו
שמרה נצח : 12. ושלחתי אש
בתימן ואכלה ארמנות בצרה :
13. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי בני עמון ועל ארבעה לא
אשיבנו · על בקעם הרות הגלעד
למען הרחיב את גבולם : 14.
והצתי אש בחומת רבה ואכלה
ארמנותיה בתרועה ביום מלחמה
בסער ביום סופה : 15. והלך
מלכם בגולה הוא ושריו יחדו · אמר
יהוה :

poſt tria ſcelera Gazæ, quod quartum
fuit non ſuſtinebo, quoniam capti-
vos omninò omnes abduxerunt, ut eos
traderent Idumæis. 7. *Mittamque in*
mœnia Gazæ ignem, qui arces ejus
abſumet. 8. *Et exſcindam de Azoth*
habitatores, eum etiam, qui ex Aſca-
lon cum ſceptro imperat; & manum
meam reducam contra Accaron, peri-
buntque reliquiæ Philiſtæorum, dicit
Dominator Dominus. 9. *Hæc dicit*
Dominus: ego, poſt tria ſcelera Ty-
ri, quod quartum fuit non ſuſtine-
bo, quoniam captivos omninò omnes
tradiderunt Idumæis, & fraterni fœ-
deris immemores fuerunt. 10. *Mit-*
tamque in mœnia Tyri ignem, qui
arces ejus abſumet. 11. *Hæc dicit*
Dominus: ego, poſt tria ſcelera
Edom, quod quartum fuit non ſuſti-
nebo, quoniam perſecutus eſt gladio
fratrem ſuum, delevitque eos, qui
ejus miſerebantur, furore ejus in per-
petuum rapiente, & retinente odia
ſempiterna. 12. *Mittamque in The-*
man ignem, qui arces Boſræ conſu-
met. 13. *Hæc dicit Dominus: ego, poſt tria ſcelera filiorum Ammon,*
quod quartum fuit non ſuſtinebo, quoniam prægnantes Galaad diviſerunt,
ut latiùs extenderent fines ſuos. 14. *Accendamque ignem in mœnibus Rabba,*
qui arces ejus abſumet inter ululatus in die pugnæ, inter procellas in die
tempeſtatis. 15. *Abibit rex eorum inter captivos, &, cum eo, principes*
ejus, dicit Dominus.

---

3. על שלשה פשעי.. ועל ארבעה, *ob tria ſcelera & ob quatuor*, vel *quartum*; quod ultimum nos interpretando exſequimur; nam id *quartum* ſcelus, quale extiterit, declarant, hæc, quæ ſequuntur, על דושם בחרצות, *quia trituraverunt tribulis*, &c. Ut conſtet hanc Hebraicam loquendi formam non ſimilem eſſe huic Latinæ, *ô terque quaterque beati*, quanquam ſic ſtatuunt plerique Interpretes. Quippe Latinum, *terque quaterque*, vel tenet locum ſuperlativi gradûs, ut in hoc exemplo Virgiliano, vel indicat multitudinem, aut crebritatem, ut in hoc altero exemplo, *terque quaterque manu pectus percuſſa decorum.* Aliter ſe res habet in hâc formâ Hebraicâ, *ob tria... & ob quatuor*, vel *ob quartum*, quia id *quartum* ſic adhibetur, ut in eo ſit caput ſententiæ, & ut ſignificetur, tria ſcelera fuiſſe quarto cumulata, & id quartum fore cauſam præcipuam cur Deus prioribus tribus non ſit parciturus. Sed, quia eadem loquendi forma infrà recurrit in exprobrationibus, quæ fiunt Gazæ, Tyro, Idumæis & Ammonitis, hoc jure ſtatuitur, non eſſe ad vivum reſecandos numeros *tria*, & *quatuor*, & per numerum *tria*, notari ſcelera priora, per numerum autem *quatuor*, vel *quartum*, ultimum ſcelus, propter quod in ſcelera priora Deus ſit animadverſurus. Adhuc longiùs aberravêre illi Interpretes, qui credidêre, per *tria* & *quatuor*, demonſtrari *ſeptem*, ſive *plurimos* ex

Hebraico more ; quippe nihil minùs est ex Hebr. Linguæ indole, quàm ut numeri, qui sunt deno minores, enuntientur minutatim, ut ex partibus minutis exsurgat totum deno numero minus. Hebræi, cùm dicere volunt *novem*, utuntur uno vocabulo תשעה, *novem*, non verò duobus vocabulis diversis, puta *quinque & quatuor*, vel *sex & tres*. Distributio talis numerorum tum duntaxat adhibetur, cùm numeri notandi sunt alii deno minores, alii majores ; vel cùm alii centenis, alii millesimis.. ..לא אשיבנו : Nos, *non sustinebo*, vel *non patienter feram*. Sic Græci Intt. aliquandò convertunt verbum שוב, ἐνδίδωμι, *remitto*, οἰκτείρω & ἐλέεω, *misereor* ; vide, si juvat, Concordantias Græcas Trommii. Affixum נו pertinet ad ארבעה, *quartum* ; verbum pro verbo, *propter quartum non sustinebo illud*. Ostendit masculinum genus נו, non dici נו de דמשק, *Damasco*, quæ urbs est feminini generis. Sic infra versu 6. non pertinet נו ad עזה, *Gaza*, quæ etiam generis est feminini, ut liquet ex ארמנתיה, *arces ejus*. Idem dicendum de eo אשיבנו, quod recurrit versu 9. ubi *Tyrus* agitur ; nam צר, *Tyrus*, etiam nomen femininum ; vide versum 10. Verba dant Lectoribus, qui volunt illud נו, referri ad *decretum* ; quasi diceretur, *non revocabo illud decretum*, cùm non compareat in ante dictis istud *decretum*. Vulgatus, *non convertam eum*, obscurè ; nec minùs obscurè alii Veteres, quos vide in Polyglottis.

5. מבקעת און, *ex valle On*. Nomine proprio interpretamur און, ut fecêre Græci Intt. Minùs placet illud *de campo Idoli*, quod Vulgatus ; quia hæc videtur esse mera loci appellatio, non autem exprobratio cultûs Idolorum ; quâ exprobratione uti non solent Prophetæ, cùm contra Syros vaticinantur. ...מבית עדן, *de domo amœnitatis*, non *Eden* ; nam hæc notant palatium regum Damascenorum, in quo erant horti amœni. Dicitur Damascus ab quibusdam scriptoribus Græcis παράδεισος, ob loci amœnitatem.

11. ושחת רחמיו, *& delevit eos, qui ejus miserebantur*, vel *qui suscipiebant clientelam ejus*, ex significatu Arabico. ...ויטרף, *& rapuit* ; non malè, sed non malè etiam Syrus, ונטר, *& servavit (iram)* ex scriptione ויטרד, *& durare fecit* ; nisi ex וינטר, ut legitur *Jerem. cap. 3. v. 5.*

15. מלכם, *rex eorum*. Quidam *Melchom*, qui Deus erat Ammonitarum. Sed ושריו, *& principes ejus*, quod sequitur, non sinit dubitare, quin notetur rex Ammonitarum ; quippe verba parallela esse solent, *rex & principes ejus*.

CAPUT II.

Ulciscetur Deus peccata tria & quatuor Moab, Juda & Israel. Israel propinat vinum Nazaræis, & dicit Prophetis ; nolite prophetare. Deus conteret eum, nec effugiet.

1. *Hæc dicit Dominus : ego, post*
tria scelera Moab, quod quartum
fuit non sustinebo, quoniam ossa re-
gis Edom calce combusserunt. 2. *Mit-*
tamque in Moab ignem, qui absumet
arces Carioth. Concidet Moab cum
sonitu inter ululatus & tubæ clangores ;
3. *Et eripiam de medio ejus Guber-*
natorem, principesque ejus omnes
cum eo interficiam, dicit Dominus.
4. *Hæc dicit Dominus : ego, post*
tria scelera Judæ, quod quartum
fuit non sustinebo, quia Legem Do-
mini posthabuerunt nec custodierunt
statuta ejus, sed abrepti sunt ad

1. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי מואב ועל ארבעה לא
אשיבנו · על שרפו עצמות מלך
אדום לשיד : 2. ושלחתי אש
במואב ואכלה ארמנות הקריות ·
ומת בשאון מואב בתרועה בקול
שופר : 3. והכרתי שופט מקרבה ·
וכל שריה אהרוג עמו · אמר יהוה :
4. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי יהודה ועל ארבעה לא
אשיבנו · על מאסם את תורת יהוה
וחקיו לא שמרו · ויתעום כזביהם
אשר הלכו אבותם אחריהם : 5.
ושלחתי אש ביהודה ואכלה ארמנות
ירושלם :

6. כה אמר יהוה · על שלשה
פשעי ישראל ועל ארבעה לא
אשיבנו · על מכרם בכסף צדיק
ואביון בעבור נעלים : 7. השאפים
על עפר ארץ בראש דלים ודרך
ענוים יטו · ואיש ואביו ילכו אל
הנערה · למען חלל את שם קדשי :
8. ועל בגדים חבלים יטו אצל
כל מזבח · ויין ענושים ישתו בית
אלהיהם : 9. ואנכי השמדתי את
האמרי מפניהם אשר כגבה ארזים
גבהו וחסן הוא כאלונים · ואשמיד
פריו ממעל ושרשיו מתחת : 10.
ואנכי העליתי אתכם מארץ מצרים ·
ואולך אתכם במדבר ארבעים שנה
לרשת את ארץ האמרי : 11.
ואקים מבניכם לנבאים ומבחוריכם
לנזרים · האף אין זאת בני ישראל ·
נאם יהוה : 12. ותשקו את
הנזרים יין · ועל הנביאים צויתם
לאמר · לא תנבאו : 13. הנה אנכי
מעיק תחתיכם כאשר תעיק העגלה
המלאה לה עמיר : 14. ואבד
מנוס מקל · וחזק לא יאמץ כחו ·
וגבור לא ימלט נפשו : 15. ותפש
הקשת לא יעמד · וקל ברגליו לא
ימלט · ורכב הסוס לא ימלט נפשו :
16. ואמץ לבו בגבורים ערום
ינוס ביום ההוא · נאם יהוה :

*cultus mendaces , quos eosdem secuti
fuerant patres ipsorum : 5. Mittam-
que in Judam ignem , qui arces Jeru-
salem absumet. 6. Hæc dicit Domi-
nus : ego , post tria scelera Israel ,
quod quartum fuit non sustinebo ,
quia justum pretio vendiderunt , &
pauperem pro calceamentis. 7. Cal-
cant in terræ pulvere caput pauperum ,
& mansuetorum avertunt vias ; eunt
ad puellam eandem filius & pater
ejus , ut violent nomen sanctum meum.
8. In stragulis pro pignore acceptis
fusi jacent prope omnes aras , & in
ædibus Deorum suorum bibunt vinum
eorum , quos multâ multârunt. 9. Ta-
men ego delevi ante eos Amorrhæum ,
qui excelsus erat ut celsa cedrus , &
robore æquabat quercus , evellique &
fructus ejus sublimes , & imas radi-
ces. 10. Ego idem sum , qui eduxi
vos de terrâ Ægypti , deduxique vos
in deserto per annos quadraginta , ut
Ammorrhæi terram possideretis ;
11. Et suscitavi ex filiis vestris
prophetas , & ex juvenibus vestris
Nazaræos. Non-ne hæc sunt ita , filii
Israel , dicit Dominus. 12. Vos verò
vinum propinatis Nazaræis ; vos
prophetis mandatum facitis , dicentes ;
nolite prophetare. 13. Ego igitur istum locum , ubi estis , ita calcabo , ut
calcat manipulos plaustrum plenum. 14. Ego fugam eripiam ab eo , qui levis
est ; non consistet robur ejus , nec vir potens liberabit animam suam. 15. Qui
tractat arcum , subsistere non audebit ; qui pedes habet celeres , non fugiet ;
qui sedet in equo , non liberabit animam suam. 16. Qui cor suum firmaverat
inter bellatores , fugiet nudus in die illâ , dicit Dominus.*

---

1. על שלשה פשעי , *post tria scelera* ; De hâc scribendi formâ vide dicta capite superiore. ...לשיד , *ad calcem* , ut ne cineres quidem ossium superessent , vel ut à calce distingui non possent. Vulgatus , *usque ad cinerem* , Græcos imitans , qui posuêre *κονίαν* , *pulverem* ; quem significatum non amplectimur , tum quia incertus videtur , tum quia minuit scelus Moabitarum ; quod quidem quando , vel ubi Moabitæ admiserint , Interpretes ignorant.

3. והכרתי שופט מקרבה , *& delebo Suffetem* , sive *Gubernatorem* , *ex eo* ; nam legendum מקרבו , ut affixum ו , pertineat ad *Moab* , non autem ad urbem *Carioth* ; quippe *Suffetes* imperabat in totam regionem Moab , non in unam urbem *Carioth*. Sic posteà legendum , ושריו , *& principes ejus* (*Moab* ,) ut liquet ex עמו , *cum eo* , ejusdem generis.

6. בעבור נעלים ; *pro calceamentis.* Aiunt Interpretes esse *pro calceamentis*, tanquam *pro re vili.* Verùm id pugnat cum vocabulo parallelo בכסף, *pro argento*, vel *pretio.* Præthereà inducunt novum Hebraismum, *calceamenta*, pro *re vili.* Itaque intelligendum potiùs *calceamentum* propriè dictum, seu corium ad calceos conficiendos, quod emerent Israelitæ vicinis ex gentibus, per commercia pauperum, aut verò servorum, quos ex prædâ venderent.

7. השאפים : Lege, השופים, *conterentes*, ex שוף ; nam illud א, in *Benoni*, Arabismus est ex Scribis Orientalibus profectus ; propterea circulo superno Codices animadvertunt. Buxtorfius Pater in suis Concordantiis convertit, *qui anhelant*, tanquam ex שאף ; sed nihil dicit *anhelant*, hoc quidem loco. ...אל הנערה, *ad puellam.* Addimus *eandem*, cum Græcis Intt. qui, *τὴν αὐτὴν* ; nam hoc ipsum scelus est, quod exprobrat Propheta. Poterant filius & Pater, si ad puellam non eandem ibant, suam quisque deinde in matrimonio habere ; non item, si ad eandem, ne nuptiæ incestæ viderentur.

13. הנה אנכי מעיק תחתיכם, *en ego calcans locum, in quo estis* ; nam præpositio תחת, *sub*, cum personæ affixo, notat locum, in quo quis est, ut alibi sæpe.

CAPUT III.

Non rugit leo sine prædâ... non advenit calamitas, nisi quam Deus adduxerit, & quam anteà prædixerit per suos Prophetas ; peribit Samaria, diruentur ejus pulchræ & amplæ ædes.

1. *Audite hoc verbum, quod lo-*
quitur Dominus de vobis, filii Israel.
Ego, inquit, omnem familiam eduxi
de terrâ Ægypti. 2. *Ego ex omni-*
bus terræ familiis neminem novi,
præter vos ; propterea etiam in vos
ego ulturus sum omnes iniquitates
vestras. 3. *An duo simul iter facient,*
nisi primùm convenerint ? 4. *An leo*
in sylvâ rugiet, nisi habebit prædam ?
An catulus leonis de suo cubili dabit
vocem suam, nisi aliquid ceperit ?
5. *An cadet volucris in laqueum hu-*
mi positum, si nemo erit, qui aucu-
petur ? An laqueus ex humo tollitur,
nisi aliquid captum fuit ? 6. *An tuba*
in urbe classicum canet, nec cives
trepidabunt ; aut erit in urbe calami-
tas, quam non adduxerit Dominus ?
7. *Neque verò etiam quidquam facit*
Dominator Dominus, nisi patefece-
rit secretum suum servis suis Prophe-
tis. 8. *Rugit leo, quis non timebit ?*
Loquitur Dominator Dominus, quis
non prophetabit ? 9. *Ferte nuntium*

1. שמעו את הדבר הזה אשר
דבר יהוה עליכם בני ישראל · על
כל המשפחה אשר העליתי מארץ
מצרים לאמר : 2. רק אתכם
ידעתי מכל משפחות האדמה · על
כן אפקד עליכם את כל עונתיכם :
3. הילכו שנים יחדו בלתי אם
נועדו : 4. הישאג אריה ביער
וטרף אין לו · היתן כפיר קולו
ממענתו בלתי אם לכד : 5. התפול
צפור על פח הארץ ומוקש אין לה ·
היעלה פח מן האדמה ולכוד לא
ילכוד : 6. אם יתקע שופר בעיר
ועם לא יחרדו · אם תהיה רעה
בעיר ויהוה לא עשה : 7. כי לא
יעשה אדני יהוה דבר · כי אם גלה
סודו אל עבדיו הנביאים : 8. אריה
שאג · מי לא יירא · אדני יהוה דבר ·
מי לא ינבא : 9. השמיעו על
ארמנות באשדוד ועל ארמנות
בארץ מצרים · ואמרו · האספו על
הרי שמרון וראו מהומת רבות
בתוכה ועשוקים בקרבה : 10. ולא
ידעו עשות נכחה · נאם יהוה ·
האצרים חמס ושד בארמנותיהם :

11. לכן כה אמר אדני יהוה · צר
וסביב הארץ והוריד ממך עזך ·
ונבזו ארמנותיך : 12. כה אמר
יהוה · כאשר יציל הרעה מפי הארי
שתי כרעים או בדל אזן · כן ינצלו
בני ישראל הישבים בשמרון בפאת
מטה ובדמשק ערש : 13. שמעו
והעידו בבית יעקב · נאם אדני
יהוה אלהי הצבאות : 14. כי ביום
פקדי פשעי ישראל עליו · ופקדתי
על מזבחות בית אל · ונגדעו קרנות
המזבח ונפלו לארץ : 15. והכיתי
בית החרף על בית הקיץ · ואבדו
בתי השן · וספו בתים רבים · נאם
יהוה :

ad arces Azoth , & ad arces , quæ
sunt in terrâ Ægypti , & dicite ; con-
gregamini in montibus Samariæ , &
videte quàm multi sint in eâ tumul-
tus , quàm multæ apud eam opressio-
nes. 10. *Neque enim sciunt agere*
cum æquitate , dicit Dominus , &
recondunt in arcibus suis prædas &
rapinas. 11. *Propterea hæc dicit Do-*
minator Dominus : inimicus terram
circumsedebit , teque de tuâ potentiâ
dejiciet , & tuæ arces expilabuntur.
12. *Hæc dicit Dominus : ut pastor*
eripit ex leonis ore duo crura , vel
auriculam extremam , sic eripientur
filii Israel, qui decumbunt Samariæ
in angulo spondæ , in lecti linteis. 13. *Audite , & testes este in domo Ja-*
cob, dicit Dominator Dominus, Deus exercituum. 14. *Nam cùm ego ani-*
madvertam in scelera Israel , animadvertam etiam in aras Bethel ; aræ cor-
nua excidentur , & humi jacebunt. 15. *Simul dejiciam ædes & hybernas &*
æstivas , & domus eburneæ dissipabuntur , nec laxæ ædes ampliùs erunt , dicit
Dominus.

---

3. בלתי אם נועדו , *nisi primùm convenerint.* Eandem sententiam habet hæc similitudo , quam habent cæteræ , quæ subsequuntur ; ut significetur , non sine Deo volente ac puniente , advenire calamitates ; non sine Deo loquente , vaticinari prophetas. Vulgatus , *nisi convenerit eis* , ex sententiâ potiùs , quàm ex ipso verbo נועדו. Nimirum verbum יעד , significat *congressum* , in voce *Niphal* ; non autem *pacta conventa.*

6. ועם לא יחרדו , *nec cives trepidabunt.* Retinemus ambiguitatem verbi חרד , quod significat *trepidare* , vel tanquam *pavere* , vel tanquam *discurrere* , ut in hoc exemplo Virgiliano , *dum trepidant alæ , saltusque indagine cingunt.*

7. כי אם גלה סודו אל עבדיו הנביאים , *nisi patefecerit secretum suum servis suis prophetis.* Hæc sic sunt accipienda ut sonant , & ut generatim dicta. Nulla enim fuit magna rerum conversio , sive in regnis Judæ ac Israel , sive in gentibus vicinis , quam Dei Prophetæ non prædixerint ; ut videlicet Judæi Deum semper haberent in memoriâ , vel tanquam remuneratorem , vel tanquam ultorem.

11. צר וסביב הארץ : Vulgatus , *tribulabitur & circuietur terra.* Ne sic converteret , genera obstabant ; nam הארץ est femininum , וסביב , masculinum. Obstabat similiter vox *Hiphil* verbi והוריד , ne converteret *& detrahetur.* Legendum צר הסביב , *hostis circumsidens* , vel in Futuro , *circumsedebit* , ut continuetur idem tenor orationis in verbo והוריד , *& dejiciet.*

12. ובדמשק ערש : Nos , *in lecti linteis* , ex significatu Arabico , verbi דמשק , *velum , peplum* , quod idem est ac Hebraicum המעטף : Vide Arabem apud Polyglotta , ad Isaiam , *cap. 3. v. 22.* Non satis est autoritatis in Aben-Ezra , cur credamus , significare דמשק , *angulum ;* cùm talis significatus non sit nec Hebr. Linguæ , nec verò etiam veterum Linguarum. Non rectè Vulgatus , *in Damasci grabato ;* nam si דמשק , esset genitivi casûs , positum fuisset post , non ante ערש.

CAPUT

CAPUT IV.

Audite, vaccæ Basan, quæ estis in monte Samariæ; Deus extrahet vos uncis & projiciet vos in sagenas; dedi panis penuriam, nec tamen ad me rediistis; parate vos ad occursum Dei mox adfuturi.

1. *Audiant verbum hoc, vaccæ*
Basan, quæ in monte Samariæ te-
nues opprimunt, & pauperes dive-
xant, quæque dicunt Dominis suis;
afferte, ut bibamus. 2. *Juravit Do-*
minator Dominus per sanctitatem
suam: ecce enim vobis imminent dies,
cùm extrahet vos contis, posteritatem-
que vestram hamis piscatûs. 3. *Et*
egrediemini per aperturas unaquæque
sibi obvias, & in sagenas projicie-
mini, dicit Dominus. 4. *Ite ad Be-*
thel, scelus facite in Galgala; ne
parcite sceleribus; afferte mane vic-
timas vestras, & tribus diebus decu-
mas vestras, & ex fermento suffimenta.
5. *Nuntiate sacrificium laudis, di-*
vulgate sponte oblata, quoniam hæc
est libido vestra, filii Israel, dicit
Dominator Dominus. 6. *Ego verò*
attuli vobis dentium munditiem in
cunctis urbibus vestris, & in omnibus
locis vestris, panis egestatem, neque
tamen ad me rediistis, dicit Domi-
nus. 7. *Ego à vobis subtraxi plu-*
viam, tres menses totos ante messem;
misi imbres in urbem unam, in alte-
ram non misi; una hæreditas fuit ri-
gata imbre, altera non fuit, & exa-
ruit. 8. *Discurrerunt ad unam civi-*
tatem duæ ac tres civitates, ut aquam
biberent, nec satiatæ sunt; neque ta-
men ad me rediistis, dicit Dominus.
9. *Afflixi vos uredine ac rubigine;*

1. שמעו הדבר הזה פרות
הבשן אשר בהר שמרון העשקות
דלים הרצצות אביונים · האמרות
לאדניהם · הביאה ונשתה : 2.
נשבע אדני יהוה בקדשו · כי הנה
ימים באים עליכם · ונשא אתכם
בצנות ואחריתכן בסירות דוגה :
3. ופרצים תצאנה אשה נגדה ·
והשלכתנה ההרמונה · נאם יהוה :
4. באו בית אל ופשעו הגלגל ·
הרבו לפשע · והביאו לבקר זבחיכם ·
לשלשת ימים מעשרתיכם : 5.
וקטר מחמץ · תודה וקראו · נדבות
השמיעו · כי כן אהבתם בני ישראל ·
נאם אדני יהוה : 6. וגם אני נתתי
לכם נקיון שנים בכל עריכם וחסר
לחם בכל מקומתיכם · ולא שבתם
עדי · נאם יהוה : 7. וגם אנכי
מנעתי מכם את הגשם בעוד
שלשה חדשים לקציר · והמטרתי
על עיר אחת ועל עיר אחת לא
אמטיר · חלקה אחת תמטר · וחלקה
אשר לא תמטיר עליה תיבש : 8.
ונעו שתים שלש ערים אל עיר
אחת לשתות מים · ולא ישבעו · ולא
שבתם עדי · נאם יהוה : 9. הכיתי
אתכם בשדפון ובירקון · הרבות
גנותיכם וכרמיכם ותאניכם וזיתיכם
יאכל הגזם · ולא שבתם עדי · נאם
יהוה : 10. שלחתי בכם דבר
בדרך מצרים · הרגתי בחרב בחוריכם
עם שבי סוסיכם · ואעלה באש
מחניכם ובאפכם · ולא שבתם עדי ·
נאם יהוה : 11. הפכתי בכם

absumpsit eruca plurimos hortos ves-
tros, & vineas, & ficûs, & olivas;
neque tamen ad me rediistis, dicit
Dominus. 10. *Misi in vos pestilen-*
tiam in viâ Ægypti; occidi gladio
juvenes vestros simul cum equis, quos
ceperatis; induxi in nares vestras
castrorum vestrorum fœtorem; neque
tamen ad me rediistis, dicit Domi-
nus. 11. *Ego ruinam vobis adduxi*
talem, qualem Deus adduxit Sodomæ
ac Gomorrhæ; ita ut essetis tanquam titio ex incendio ereptus; neque ta-
men ad me rediistis, dicit Dominus. 12. *Nunc autem quid faciam tibi,*
Israel, postquàm tibi hæc feci? Para te ad occursum Dei tui, Israel.
13. *Ecce enim adest qui formavit montes, qui spiritum creavit; qui ho-*
mini demonstrat, quales sint ejus cogitationes; qui fecit auroram & cre-
pusculum, graditurque super excelsos terræ locos; cujus est nomen Dominus
Deus exercituum.

כמהפכת אלהים את סדם ואת
עמרה · ותהיו כאוד מצל משרפה ·
ולא שבתם עדי · נאם יהוה : 12.
לכן כה אעשה לך ישראל · עקב
כי זאת אעשה לך · הכון לקראת
אלהיך ישראל : 13. כי הנה יוצר
הרים וברא רוח ומגיד לאדם מה
שחו עשה שחר עיפה ודרך על
במתי ארץ · יהוה אלהי צבאות
שמו :

---

1. שמעו : Nos, *audiant;* non *audite*, quia tertia persona meliùs quadrat in Affixum tertiæ personæ, quod est in לאדניהם, *Dominis earum*, & quod legendum לאדניהן, ut posteà, v. 2. ואחריתכן in genere feminino. Posterius mendum, לאדניהם, natum fuerit ex priori שמעו, quod fuerat scribendum שמען, *ut Gen. cap. 4. v. 23.* Nam שמעו, in modo Imperandi, generis est tantùm masculini, atque adeò pugnat in ratione generis cum פרות, feminini. ...הביאה; *affer;* omnes Veteres legunt הביאו, *afferte*, sed non malè הביאה, quia singulæ uxores hæc loquuntur ad singulos maritos.

2. עליכם, *ad vos.* Observat Grotius esse כם, pro כן. Rectè, si voluit dicere, esse usitatum כם, ut & כן, in genere feminino. Nos non semel monuimus, Affixum ם, esse generis communis. ...ונשא אתכם בצנות, *& extrahet vos contis.* Exhibet Propheta mulieres Samariæ, in urbe deliciis affluentes, tanquam pisces qui medio in stagno lasciviunt, quos piscatores extrahunt contis recurvis, conjiciuntque ex retibus in sagenas, ut in receptacula comportentur. Nec mirum videri debet talem similitudinem adhiberi, postquàm mulieres illæ appellatæ sunt *vaccæ Basan*, quia hoc erat nudum cognomen, ut *tauri Basan*, Psalmo 22. non autem similitudo.

3. ופרצים תצאנה : Hæc generum discordia mendum quasi digito monstrat. Legendum בפרצים, *per aperturas*, ut legere videtur Vulgatus. Nec omittit præpositionem Syrus, qui ולתורעתא, *& per scissuram.* Græci Intt. γυμναὶ, quasi legerent פרעים, cum solecismo eodem, quem reprehendimus in פרצים... Sequitur ההרמונה, quod vocabulum veteres non expediunt; nec verò id expedietur, si ut jacet, relinquetur. Non dubitamus, quin sit legendum החרמים, *in sagenas.*

4. & 5. לשלשת ימים, *tribus diebus;* fortè, per anni tria tempora. Licet tamen intelligere *tres dies*, qui essent continui & præscripti ad decumas persolvendas. ...וקטר מחמץ, *& suffimentum ex fermento.* Hæc ad superiora jungimus, sublato puncto majori, quod antecedit; hæc enim societatem recusant rerum subsequentium. Pravæ interpunctioni occasionem dederit וקראו, quod fuerat scribendum קראו, sine nexu, ut posteà השמיעו, item sine nexu.

8. שתים שלש : Omninò שתים ושלש, ut Græci Intt. δύο καὶ τρεῖς, *duæ ac tres*, & ut Vulgatus; neque enim Hebraismus est *duæ tres*, pro *duæ, vel tres*, etsi Grammatici quidam ita sanxêre.

10. ובאפכם : Tolle ו, quod solus exhibet Chaldæus, quodque intercipit seriem orationis; ascendit fœtor *in nares*, nimirum ex *pestilentiâ*, de quâ suprà.

12. כה אעשה לך, *sic faciam tibi.* Optimè Chaldæus, מה אעביד לך, *quid faciam tibi*, ut sequatur, *postquàm hæc feci tibi*, ut alibi legitur. ...הכון לקראת אלהיך, *para te ad occursum Dei tui*, qui non jam immittet calamitates, ut anteà fecit, sed ipse veniet, ultimas de te pœnas sumpturus.

13. עיפה : Lege, ועיפה *& crepusculum*, quomodò Græci Intt. ὄρθρον καὶ ὁμίχλην; τὸ עיפה oppositum est τῷ שחר, auroræ.

CAPUT V.

Peribunt Galgala & Bethel... Væ iis, qui desiderant diem Domini. Non offerebatis mihi sacrificia in Deserto, sed gestabatis vobiscum tabernacula Moloch & imaginem Astri, qui erat Deus vester.

1. *Audite hoc verbum, hoc car-*
men flebile, quod ego assumo super
vos, domus Israel. 2. *Cecidit, neque*
adhuc resurget virgo Israel; relicta est
humi jacens, nemo est qui eam erigat.
3. *Hæc enim dicit Dominator Do-*
minus: si qua civitas ex domo Israel
emittebat mille homines, superstites
habebit centum; si qua emittebat cen-
tum, superstites habebit decem.
4. *Proptereà hæc dicit Dominus do-*
mui Israel; quærite me, ut vivatis.
5. *Ne quærite Bethel, ne ite ad*
Galgala, ne transite ad Bersabee;
nam Galgala captiva ducetur, ad
nihilum deveniet Bethel. 6. *Quærite*
Dominum, ut vivatis; ne fortè ir-
ruat, velut ignis, in domum Joseph;
ne devoret, & nemo sit, qui eum
exstinguat in domo Israel. (10.) *O-*
derunt in portâ reprehensorem; ab-
horrent ab eo, qui recta loquitur.
7. *Convertunt judicium in absyn-*
thium, & humi sternunt æquitatem.
8. *Relinquunt eum, qui fecit Arc-*
turum & Oriona; qui vertit in lucem
tenebras, & diem in noctem opacam;
qui vocat aquas maris, atque eas in
terram effundit, cujus est nomen Do-
minus; 9. *Qui eum, qui vexatur,*
reddit tyranno fortiorem, ut qui ve-
xatur, intret in munitiones. 11. *Quo-*
niam igitur tenuem calcastis, & pro
tritico fœnus ab eo accipitis, quas

1. שמעו את הדבר הזה אשר
אנכי נשא עליכם קינה בית ישראל :
2. נפלה · לא תוסף קום בתולת
ישראל · נטשה על אדמתה · אין
מקימה : 3. כי כה אמר אדני
יהוה · העיר היצאת אלף תשאיר
מאה · והיוצאת מאה תשאיר עשרה
לבית ישראל : 4. כי כה אמר
יהוה לבית ישראל · דרשוני וחיו :
5. ואל תדרשו בית אל · והגלגל
לא תבאו · ובאר שבע לא תעברו ·
כי הגלגל גלה יגלה · ובית אל יהיה
לאון : 6. דרשו את יהוה וחיו ·
פן יצלח כאש בית יוסף · ואכלה
ואין מכבה לבית אל : 7. ההפכים
ללענה משפט · וצדקה לארץ הניחו :
8. עשה כימה וכסיל והפך לבקר
צלמות ויום לילה החשיך · הקורא
למי הים וישפכם על פני הארץ ·
יהוה שמו : 9. המבליג שד על
עז · ושד על מבצר יבוא : 10.
שנאו בשער מוכיח · ודבר תמים
יתעבו : 11. לכן יען בושסכם
על דל ומשאת בר תקחו ממנו ·
בתי גזית בניתם ולא תשבו בם ·
כרמי חמד נטעתם ולא תשתו את
יינם : 12. כי ידעתי רבים פשעיכם
ועצמים חטאתיכם · צררי צדיק לקחי
כפר ואביונים בשער הטו : 13.
לכן המשכיל בעת ההיא ידם · כי
עת רעה היא : 14. דרשו טוב
ואל רע למען תחיו · ויהי כן יהוה
אלהי צבאות אתכם כאשר אמרתם :
15. שנאו רע ואהבו טוב · והציגו

ædes secto lapide ædificastis, eas non habitabitis; quas amœnas vites plantastis, earum vinum non bibetis.
12. *Novi enim scelerum vestrorum principes, & peccatorum fautores vestrorum, qui justum premunt, qui munus capiunt, & in portâ pauperes supplantant.* 13. *Ergo, eo tempore, qui prudentes sunt, tacebunt; quoniam hoc tempus erit calamitatis.* 14. *Persequimini bonum, non malum, ut vivatis; tum vobis aderit Dominus Deus exercituum, sicut petistis.* 15. *Detestamini malum, & diligite bonum, & statuite in portâ judicium, si fortè reliquias Joseph misereatur Dominus Deus exercituum.* 16. *Certè hæc dicit Dominus Deus exercituum, Dominus meus; erit planctus in omnibus plateis; in omnibus vicis, eheu! eheu! plangetur: ad planctum vocabunt agricolam, ad lamentum eos, qui sciunt lamentari.* 17. *Erit plangor in omnibus vinetis; ego enim per te transibo, dicit Dominus.* 18. *Væ illis, qui desiderant diem Domini! Quorsum enim istud vos, cùm dies Domini sit dies tenebrarum, non lucis;* 19. *Talisque ut, si homo, leonem fugiens,*

בשער משפט · אולי יחנן יהוה אלהי
צבאות שארית יוסף : 16. לכן
כה אמר יהוה אלהי צבאות אדני ·
בכל רחבות מספד ובכל חוצות
יאמרו הו הו · וקראו אכר אל אבל
ומספד אל יודעי נהי : 17. ובכל
כרמים מספד · כי אעבר בקרבך ·
אמר יהוה : 18. הוי המתאוים
את יום יהוה · למה זה לכם יום
יהוה · הוא חשך ולא אור : 19.
כאשר ינוס איש מפני הארי ופגעו
הדב · ובא הבית וסמך ידו על
הקיר ונשכו הנחש : 20. הלא
חשך יום יהוה ולא אור · ואפל ולא
נגה לו : 21. שנאתי מאסתי
חגיכם · ולא אריח בעצרתיכם : 22.
כי אם תעלו לי עולות ומנחתיכם
לא ארצה · ושלם מריאיכם לא
אביט : 23. הסר מעלי המון שריך ·
וזמרת נבליך לא אשמע : 24.
ויגל כמים משפט · וצדקה כנחל
איתן : 25. הזבחים ומנחה הגשתם
לי במדבר ארבעים שנה בית
ישראל : 26. ונשאתם את סכות
מלככם ואת כיון צלמיכם · כוכב
אלהיכם אשר עשיתם לכם : 27.
והגלתי אתכם מהלאה לדמשק ·
אמר יהוה · אלה צבאות שמו :

in ursum incurrat; vel si, domum intrans, innitatur manu ad parietem, & mordeat eum coluber. 20. *Certè dies Domini dies est tenebrarum, non lucis; dies caliginis, non splendoris.* 21. *Odi & abominor solemnitates vestras, nec delector odoribus festorum vestrorum.* 22. *Quòd si igitur afferetis ad me holocausta cum muneribus vestris, ego non placabor, nec opima respiciam, quæ mihi persolvetis.* 23. *Aufer à me tumultum carminum tuorum; ego non audiam nabliorum tuorum musicos sonos.* 24. *Devolvetur, velut aqua, judicium, & debita merces, velut torrens vehemens.* 25. *An vos mihi in Deserto, per annos quadraginta, victimas & munera obtulistis, domus Israel?*
26. *Imò vos vestri Moloch tabernaculum circumferebatis, & imaginem idolorum vestrorum, Astri ejus, quem Deum vobis fecistis.* 27. *Ego autem vos transportabo ultra Damascum, dicit Dominus, cujus nomen est Deus exercituum.*

---

5. ובאר שבע לא תעברו, *& per Bersabee ne transite.* Ideò *transite*, quia Bersabee non erat in regno

gno Iſrael. Colligi poteſt ex hoc loco, ſuſceptas fuiſſe ex regno Iſrael in regnum Juda peregrinationes ad Berſabee, atque ibi uſitatos fuiſſe cultus vanos & redolentes Idololatriam. Mox dictum eſt fore, ut pereant Bethel & Galgala; non idem dicitur de Berſabee, quia vaticinatur Amos contra regnum Iſrael, non contra regnum Juda, ut planum fit ex verſu inferiore, ubi nominat Propheta *domum Joſeph;* neque enim ſic nominari ſolet regnum Juda. Itaque non fuit cauſa, cur crederet Hieronymus, vaticinari, hoc capite, Amos contra Judæenſes, non contra Iſraelitas.

6. לבית אל, *in Bethel.* Legendum לבית ישראל, ut legunt Græci Intt. qui, τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, *domui Iſrael;* nam parallela hæc ſunt, *domus Joſeph*, & *domus Iſrael.* Non explet ſententiam *Bethel*, quia loquitur Amos ad univerſum Iſrael, & prænuntiat excidium, non modò Bethel, ſed & Galgalæ & totius regni.

8. עשה כימה, *qui fecit Arcturum.* Nihil eſt in oratione quod annectat verſûs 8. & 9. ad ea, quæ antecedunt & quæ ſubſequuntur, quia poſt verbum הניחו, omiſſum fuit alterum הניחו, quod legebat Chaldæus; qui quidem prius הניחו exhibet per verbum רמשו, *projiciunt;* poſterius autem per altera verba שבקו, *relinquunt*, vel *deſinunt*, למדחל, *timere.* Quo verbo הניחו iterato, rectè procedit ſeries, *relinquunt eum, qui fecit Arcturum;* ut pergat Propheta objurgare Iſraelitas, qui deſerant ſtellarum conditorem, adorent ſtellas, ut fecerant in Deſerto patres eorum: vide verſum 26. Syrus adjunxit verbum הניחו ad ſequentia, quippe qui ſentiebat orationis id vitium, quod mox reprehendimus; ſed quia non iteravit verbum הניחו, mancam reliquit orationem in fine verſûs 7. vide eum. ...לילה: Lege ללילה, *in noctem*, ut legunt omnes Veteres. Reſpondet ללילה verbo, לבקר, membri prioris.

9. המבליג: Græci Intt. ὁ διαιρῶν, ex ſcripturâ המפליג, ſed pravâ. Hodierna bona eſt, ex בלג, *reſpirare*, in *Hiphil* autem, *recreare*, *confirmare;* quam vocem quia deſerit Vulgatus, dixit obſcuriſſimè, *qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum.* Eſt שד, *vexatus*, non *vexatio*, vel *vaſtitas*, ut liquet ex oppoſito עז, quod indicat *robuſtum*, non *robur.*

10. שנאו: Nos hunc verſum totum collocamus in noſtrâ Verſione ante verſum 7. quia poſt eum appoſitè venit verſus 7. initium habens in Participio ההפכים, cum præfixo ה demonſtrativo, quo ſignificatur, anteà dictum fuiſſe de iis, *qui convertunt*, etſi de iiſdem nihil anteà dictum eſt verſibus ſuperioribus: vide Verſionem. Eum ordinem reſtituendum eſſe, vidit, ante me, eruditus Georgius Coſtard Oxonienſis, qui miſit ad me obſervationes ſuas criticas in Prophetas minores.

11. ומשאת בר: Verbum pro verbo, *onus tritici*, ſive fœnus gravè pro tritico commodato. Sic maluimus interpretari, quàm dicere, cum Vulgato, *prædam electam*, vel cum Græcis & Syro, *munera ſelecta*, quas interpretationes Hebraica verba vix patiuntur.

12. רבים פשעיכם: Verbum de verbo diceres, *qui augent ſcelera veſtra*, ועצמים, *& qui roborant...* In verbis duobus רבים & עצמים, tangi perſonas, non res, liquet ex verbis ſequentibus צררי, *qui premunt*, & לקחי, *qui capiunt*, quæ pertinent ad perſonas; propterea non convertimus רבים, *multa*, nec עצמים, *fortia*, ut fecit Vulgatus. Status ſunt abſoluti in priore membro, conſtructi in poſteriore. ...הטו, *declinare faciunt*, ſive *ſubvertunt*, aut, quod idem eſt, *ſupplantant.*

16. ומספד אל: Potiùs ואל מספד, *& ad lamentum*, ut Syrus & Vulgatus; ſic anteà אל אבל, *ad planctum.*

17. כי אעבר בקרבך, *ego enim per te tranſibo*, injurias meas ipſe ulturus; non, ut anteà, mittens peſtilentiam, aut famem. In eandem ſententiam dictum eſt capite ſuperiore, verſu 12. *para te ad occurſum Dei.*

26. כיון: Nos, *imaginem*, cum Vulgato, ex Radice כון, *ſtatuere*, *formare;* nam reſpondet τὸ כיון τῷ סכות, ut non dubium ſit, id eſſe nomen appellativum, non autem nomen proprium, *Saturnum*, ut quidam interpretantur; qui quidem non facilè perſuadent, cognitam fuiſſe Iſraelitis, in deſerto agentibus, ſtellam Saturni.

27. מהלאה לדמשק, *ultra Damaſcum. Actorum, cap. 7. v. 43.* Stephanus Diaconus dicit *ultra Babylonem*, fortè rem magis ſpectans, quàm verba, ut obſervat Grotius. Per Damaſcum via erat in Aſſyriam, quò deportatæ ſunt decem Tribus. Non diſertè declarat Amos, in quem locum ducendi ſint Iſraelitæ; hoc tantùm prænuntiat, exilium eorum fore in regionibus longè remotis, non jam *Damaſci*, quò eos aſportabant Syriæ reges, à quibus anteà ſæpe victi fuerant, & captivi abducti.

CAPUT VI.

Væ iis, qui confidunt in monte Samariæ, qui decumbunt in lectis eburneis... captivi ducentur primi; gens, quam adducam, devastabit eos.

1. *Væ iis, qui contemnunt Sion, &*
in monte Samariæ confidunt, quique
præcipuarum gentium cognomina
sibi ascifcunt apud domum Israel.
2. *Transite in Chalane & videte,*
atque inde divertite ad Emath ma-
gnam, & descendite in Geth Philistæo-
rum; an regna illa vobis meliora
sunt? An terminus eorum termino
vestro latior? 3. *Longè avertunt*
diem calamitatis; sed Sabbatum ani-
mo præcipiunt ad vim faciendam.
4. *Decumbunt in cubilibus eburneis,*
& super strata sua luxuriantur;
edunt agnos de grege, & de mediâ
saginâ vitulos. 5. *Voce modulantur*
ad nablium; musica instrumenta, sic
ut David, excogitant. 6. *Bibunt*
vinum in pateris; unguentis optimis
perfunduntur, nec de vulnere Joseph
dolorem accipiunt. 7. *Propterea tem-*
pus adest, cùm abducentur primi
inter captivos, & cùm luxuriantium
strepitus auferetur. 8. *Juravit Domi-*
nus per semetipsum, dicit Dominus
Deus exercituum; ego Jacob gloriam
detestor; exosa mihi sunt ejus pala-
tia; ego, & urbem, & qui eam com-
plent, sum traditurus. 9. *Si supere-*
runt in unâ domo homines decem, illi
in eâdem morientur. 10. *Efferet*
suum quisque consanguineum, cum
suo pollinctore, ut ossa deportet ex
ædibus, & dicet ei, qui erit in angulo

1. הוי השאננים בציון והבטחים
בהר שמרון · נקבי ראשית הגוים
ובאו להם בית ישראל : 2. עברו
כלנה וראו · ולכו משם חמת רבה ·
ורדו גרת פלשתים · הטובים מן
הממלכות האלה · אם רב גבולם
מגבלכם : 3. המנדים ליום רע ·
ותגישון שבת חמס : 4. השכבים
על מטות שן וסרחים על ערשתם
ואכלים כרים מצאן ועגלים מתוך
מרבק : 5. הפרטים על פי הנבל ·
כדויד חשבו להם כלי שיר : 6.
השתים במזרקי יין · וראשית שמנים
ימשחו · ולא נחלו על שבר יוסף :
7. לכן עתה יגלו בראש גלים ·
וסר מרזח סרוחים :
8. נשבע אדני יהוה בנפשו ·
נאם יהוה אלהי צבאות · מתאב
אנכי את גאון יעקב וארמנתיו
שנאתי · והסגרתי עיר ומלאה : 9.
והיה אם יותרו עשרה אנשים בבית
אחד ומתו : 10. ונשאו דודו
ומסרפו להוציא עצמים מן הבית ·
ואמר לאשר בירכתי הבית · העוד
עמך · ואמר אפס · ואמר הס · כי
לא להזכיר בשם יהוה : 11. כי
הנה יהוה מצוה · והכה הבית הגדול
רסיסים והבית הקטן בקעים : 12.
הירצון בסלע סוסים · אם יחרוש
בבקרים · כי הפכתם לראש משפט
ופרי צדקה ללענה : 13. השמחים
ללא דבר · האמרים · הלא בחזקנו
לקחנו לנו קרנים : 14. כי הנני
מקים עליכם בית ישראל נאם

domûs : est-ne adhuc aliquis tecum ? Qui cùm respondebit, nemo est, dicet ; preme hæc silentio, quandoquidem nihil attinet invocare nomen

יהוה אלהי הצבאות גוי ׃ ולחצו אתכם מלבוא חמת עד נחל הערבה ׃

Domini. 11. *Ecce enim Dominus mandatum dedit. Amplæ ædes frangen-*
tur ruinis ; ædes minores, scissuris. 12. *An equi current in acutâ rupe ? An*
hæc bobus arabitur ; quòd vos judicium in absynthium convertitis, & in
amaritudinem justitiæ fructus ; 13. *Dum sine causâ exsultatis, dicitisque :*
non-ne nos per fortitudinem nostram fecimus nobis hunc splendorem ? 14. *Er-*
go hæc dicit Dominus Deus exercituum ; ego in vos, domus Israel, susci-
tabo gentem, quæ opprimet vos ab Emath, usque ad torrentem Deserti.

---

1. הוי השאננים בציון : Vulgatus, *væ qui opulenti estis in Sion.* Alii convertunt, *qui confidunt in Sion.* Utramque interpretationem ejiciunt hæc, quæ sequuntur, *& confidunt in monte Samariæ.* Nam, cùm extiterit inter Sion & Samariam perpetua rivalitas, non potuêre iidem homines confidere & in Sion, & in Samariâ. Planum est autem ex serie hujus versûs, nec non totius capitis, sermonem fieri ad eosdem homines, nempe ad regni Israel cives. Ergo, pro השאננים, quod hodie legitur, legendum השאטים, *qui contemnunt*, בציון, *Sionem.* Construi solet verbum שאט, cum præpositione ב ante casum suum : vide *Ezech. cap. 25. v. 6. & 15.* Ita legebant Græci Intt. qui, ἐξουθενοῦσι, *contemnunt ;* ita etiam Syrus, qui, לדשיטין, *iis, qui spernunt.* Erat cur Samaria sperneret Sionem, quoniam tum florebat regnum Samariæ, cujus limites recuperaverat Jeroboam secundus *ab Emath usque ad torrentem Deserti*, ut ex versu ultimo docemur, cùm intereà regnum Juda conclusum erat limitibus angustis Tribuum Judæ & Benjamin. ...נקבי : Hoc nomen sic habemus, ut substantivum, vel *nomina*, vel, ex Arab. Linguâ, *dignitates ;* quod nomen casus sit verbi יבאו, *adducunt*, quod meliùs videtur, quàm ובאו, verbum de verbo, *dignitates primitiarum gentium adducunt sibi in domo Israel ;* sive, ambiunt gentium, quæ in in honore sunt, magna nomina & dignitates, quibus ornent se apud Israel, & superbè incedant. Eandem ferè sententiam persequitur Vulgatus. Dicitur ראשית הגוים, non de aliquâ unâ gente, sed generatim, quomodò v. 6. ראשית שמנים, *præcipua unguenta.* ...בית ; meliùs בבית, *apud domum* (*Israel.*)

2. הטובים מן הממלכות האלה : Arias, *numquid bonæ præ regnis istis ?* Nullâ sententiâ. Nos sic legimus, הטובים מכם ממלכות האלה, *an meliora sunt vobis regna ista ;* nisi mavis. ...הטוב מכם לממלכות, *an meliùs est, quàm vobis, regnis* (*istis ?*) Hoc modo, series in priori membro talis constituitur, qualis est in posteriori. Altera interrogatio אם, membri posterioris, non sinit dubitare, quin ה interroget in vocabulo הטובים. Illud verò מגבולכם, *præ termino vestro*, flagitat illud מכם, quod restituimus ; nam utrobique comparatio instituitur inter regna suprà nominata & regnum Israel. Videtur Amos exprobrare Israelitis, quòd accersant ex gentibus vicinis, vel præsidia, vel dignitates, cùm regnum Israel sit majus, nec non majori gloriâ floreret, si præsidium Dei sibi conciliaret.

3. המנדים ליום רע, *longè avertunt diem calamitatis ;* sive omnem lapidem movent, ut ruinam suam, quæ eis denuntiatur, vel evitent, vel in tempora longinqua removeant ; ותגישון שבת חמס, *sed mente præcipiunt Sabbatum, ad vim faciendam.* Ex ipsis verbis diceres, *Sabbatum violentiæ.* Verbum תגישון, *appropinquare facitis*, idem sonat ac, *avide expectatis*, donec Sabbatum venerit, ut, quos homines vultis spoliare, opprimatis imparatos. Sunt in oppositione *dies malus*, & *Sabbatum*, quomodò *avertunt*, & *mente præcipiunt.* Colebatur Sabbatum in regno Israel, ut & multæ aliæ Mosaicæ Leges, quæ longè à Templo Jerosolymitano servari poterant.

7. מרזח, *strepitus.* Ita Græci Intt. θίασοι, *strepitus convivantium*, *Jerem. cap. 16. v. 5.* Id vocabulum in usu est, non tantùm ad convivia funerum, sed etiam ad compotationes hominum per vina lascivientium, & significat Chaldaicè *sodalitium*, *societas*, ut observat Lud. Cappellus in hunc locum.

10. ונשאו : Vulgatus, *& tollet eum.* Nescitur ad quam personam pertineat pronomen *eum ;* neque id verbum expediunt Veteres. Ego non dubito, quin post נשאו, omissum fuerit איש, ob nonnullam utriusque similitudinem. *Efferent quisque consanguineum suum.* Sic construi solet cum numero plurali vocabulum איש, distributè usurpatum. ...ומסרפו, *& pollinctor ejus.* sive cui cura mandata est corporum cremandorum. Vera scriptio est משרפו, quam reperio in Codice Orat. 42. Rabbini interpretantur מסרף, *avunculum ;* qui significatus, tametsi bonus esset, tamen in hunc locum non quadraret ; quia non est Hebraica hæc distributio, *cognatus & avunculus*, ut significentur in genere *cognati.* ...כי לא להזכיר, *quia nihil attinet invocare* (*nomen Domini.*) Ita Symmachus, οὐ γάρ ἐστιν ἀναμνῆσαι, *non enim est, cur memoretur...*

12. כי הפכתם לראש משפט, *quòd convertitis in absynthium judicium;* quasi dicat Propheta; convertitis usus rerum in contrarios usus; nam judicia constituta cùm sint ad recreandos homines, qui opprimuntur, vos iisdem utimini ad eos opprimendos; quomodò si quis bobus abutatur ad petræ arationem. Græci Intt. pro אם יחרוש בבקרים, legere videntur, אם יחרשו בנקבה, *an placidi erunt cum feminâ* (*equi.*) Vide eos.

CAPUT VII.

Videt Propheta in visione locustas... ignem... Deum super murum cum libellâ... Amasias Sacerdos accusat Amos apud Regem, quòd rebellionem faciat; cui denuntiat Amos, uxorem ejus violatum iri, filios interfectum iri...

1. *Hæc mihi ostendit Dominator*
Dominus: ecce enim factum est ag-
men locustarum, tempore eo, quo
fœnum-chordum exoriebatur; exortum
autem fuerat, postquàm tonsi fuis-
sent Regis greges. 2. *Locustæ ruris*
gramina cùm devorassent, ego dixi;
ô Dominator Domine, parce, quæ-
so; nam quis eriget Jacob? Ille
enim parvulus est. 3. *Dominus super*
eâ re mutavit sententiam; hæc non
evenient, inquit Dominus. 4. *Hæc*
mihi ostendit Dominator Dominus;
ecce enim ignem vocabat Dominator
Dominus, ut ageret causam suam;
voravit ignis abyssum magnam, &
consumpsit agros. 5. *Tum dixi: ô*
Dominator Domine, parce, quæso;
nam quis eriget Jacob? Ille enim
parvulus est. 6. *Dominus super eâ*
re mutavit sententiam; hæc non eve-
nient, inquit Dominator Dominus.
7. *Hæc etiam mihi ostendit; ecce*
enim stabat Dominus super murum
erectum ad libellam, libellam manu
tenens. 8. *Et dixit mihi Dominus:*
quid vides, Amos? Ego respondi,
libellam. Tum Dominus; ego, inquit,
libellam dimittam in medio populi
mei Israel, neque in gratiam ejus ad-

1. כה הראני אדני יהוה · והנה
יוצר גבי בתחלת עלות הלקש ·
והנה לקש אחר גזי המלך : 2.
והיה אם כלה לאכול את עשב
הארץ ואמר · אדני יהוה סלח נא ·
מי יקום יעקב · כי קטן הוא : 3.
נחם יהוה על זאת · לא תהיה · אמר
יהוה :
4. כה הראני אדני יהוה · והנה
קרא לרב באש אדני יהוה · ותאכל
את תהום רבה ואכלה את החלק :
5. ואמר · אדני יהוה חדל נא · מי
יקום יעקב · כי קטן הוא : 6. נחם
יהוה על זאת · גם היא לא תהיה ·
אמר אדני יהוה :
7. כה הראני · והנה אדני נצב
על חומת אנך · ובידו אנך : 8.
ויאמר יהוה אלי · מה אתה ראה
עמוס · ואמר אנך · ויאמר אדני ·
הנני שם אנך בקרב עמי ישראל ·
לא אוסיף עוד עבור לו : 9. ונשמו
במות ישחק ומקדשי ישראל יחרבו ·
וקמתי על בית ירבעם בחרב :
10. וישלח אמציה כהן בית אל
אל ירבעם מלך ישראל לאמר ·
קשר עליך עמוס בקרב בית
ישראל · לא תוכל הארץ להכיל
את כל דבריו : 11. כי כה אמר
עמוס · בחרב ימות ירבעם · וישראל
גלה יגלה מעל אדמתו :

12.

12. ויאמר אמציה אל עמוס ·
חזה לך · ברח לך אל ארץ יהודה ·
ואכל שם לחם ושם תנבא : 13.
וביתאל לא תוסיף עוד להנבא ·
כי מקדש מלך הוא ובית ממלכה
הוא : 14. ויען עמוס ויאמר אל
אמציה · לא נביא אנכי ולא בן נביא
אנכי · כי בוקר אנכי ובולס שקמים :
15. ויקחני יהוה מאחרי הצאן ויאמר
אלי יהוה · לך · הנבא אל עמי
ישראל : 16. ועתה שמע דבר
יהוה · אתה אמר · לא תנבא על
ישראל ולא תטיף על בית ישחק :
17. לכן כה אמר יהוה · אשתך
בעיר תזנה · ובניך ובנתיך בחרב
יפלו · ואדמתך בחבל תחלק · ואתה
על אדמה טמאה תמות · וישראל
גלה יגלה מעל אדמתו :

huc transibo, 9. *Diruta erunt loca Excelsa Isaac, & Sanctuaria Israel devastabuntur, & in domum Jeroboam cum gladio insurgam.* 10. *Misit autem Amasias, sacerdos Bethel, ad Jeroboam, regem Israel, hæc dicens; rebellionem facit contra te Amos apud domum Israel; terra non poterit ferre universos ejus sermones.* 11. *Quippe hæc dicit Amos; Jeroboam gladio peribit, & certissimè deportabitur ex terrâ suâ Israel.* 12. *Dixitque Amasias ad Amos: cave tibi; fuge citò in terram Juda; comede ibi panem tuum, & ibi vaticinare.* 13. *Et noli vaticinari adhuc in Bethel, quia hòc est regis sanctuarium, atque hæc regia domus.* 14. *Amos, Amasiæ respondens, hœc locutus est; ego non sum propheta, nec filius prophetæ; ego eram pastor & curabam sycomoros;* 15. *Cùm Dominus tulit me, agentem post greges, & dixit mihi; vade, & vaticinare contra domum Israel.* 16. *Tu verò nunc audi verbum Domini. Tu dicis, noli vaticinari ad Israel; noli verba facere ad domum Isaac.* 17. *Propterea hæc dicit Dominus: uxor tua in urbe violabitur; filii tui & filiæ tuæ gladio cadent; terra tua fune dividetur; tuque ipse in terrâ immundâ moriêre; certissimè enim deportabitur ex terrâ suâ Israel.*

---

1. והנה יוצר גבי, *ecce enim factum est agmen locustarum.* גבי, meliùs גובי, Codex Orat. 42. Ex גוב, *locusta*, formari potest גובי, *agmen locustarum*; ut ex שבה, *captivum facere*, formatur שבי, *agmen captivorum.* Porrò יוצר, in Futuro *Hophal*, idem est ac הוצר, *formatus*. ...אחר גזי המלך; Vulgatus, *post tonsionem regis.* Novi Interpretes obsequuntur Chaldæo, ut verbum גזי, de fœnis demessis intelligant, quanquam גזי, non habet alibi talem significatum. Sed sæpe hoc verbo notatur tonsio ovium; propterea nos, interpretando, secuti sumus autoritatem exemplorum; cùm præsertim ferè eâdem anni ætate tondeantur oves, & fœnum-chordum exoriatur calidis in regionibus.

2. מי יקום, *quis eriget.* Lege יקים, in *Hiphil*, ut etiam legendum versu 5. nam יקום, cum ו in medio, esset in *Kal*, Verbum neutrum; series postulat vocem Activam. Scriptum fuit יקים, manu priori, in Codicibus quibusdam, in quibus fuit י manu posteriori productum, ut ex י fieret ו.

4. והנה קרא לרב באש: Arias, *& ecce vocans ad litem in igne.* Meliùs legas, קרא לריב לאש, *vocat ad litem ignem*, ut לאש, sit casus rei, quæ vocatur, præfixo ל, ut solet ante casum verbi קרא. Vulgatus, *ad ignem*; legere videtur לאש. Verbum תאכל, quod sequitur, de igne dicitur, qui *vorat*; ut non dubium sit, vocari non *litem*, sed *ignem*, ad devorandum.

7. & 8. על חומת אנך: Verbum de verbo, *super murum libellæ*, sive libellâ erectum ad perpendiculum, ut sit firmus. Deus exhibetur, ut erigens, vel ut resarciens Israel, tanquam murum, ne agat ruinas. Nam Deo uno providente steterat hactenus regnum Israel, quanquam Idololatriæ deditum, & fuerat, regnante Jeroboam secundo, resarcitum. Posteà (v. 8.) denuntiat Deus, se libellam dimissurum apud Israel; hoc est, regnum Israel propriis consiliis & armis ab se dimissum iri, nec se ampliùs transiturum apud Israelitas, quasi eos reparaturus. Deus sic dicitur *transire*, ut in Novo Testamento dicitur, *transiit benefaciendo*...

9. במות ישחק: Vulgatus, *excelsa Idoli.* Melius, *excelsa Isaac*; nam respondent sibi invicem *Isaac* & *Israel.* Idem est ad sententiam ישחק, atque יצחק, quod verum est nomen Isaac, quia

utrumque ſignificat *riſum.* Fortè mutationem levem facit Amos in verbo יצחק, ut oſtendat ſe in verbo ludere, & deſignare riſus & choreas, quæ in excelſis locis coram idolis agitabantur. Niſi quid tale innuiſſet propheta, vix intelligi potuiſſet, quid ſignificarent *excelſa loca Iſaac.*

11. בחרב ימות ירבעם, *Jeroboam gladio morietur.* Non legitur ſuprà, hoc dixiſſe Amos; & quia Monumenta Sacra non docent, Jeroboam ſecundum gladio periiſſe, credere licet, Amaſiam, cùm hæc diceret, fuiſſe mentitum.

14. לא נביא אנכי, *ego non ſum propheta*; id eſt, non ſoleo agere prophetam; non hæc mea eſt vitæ conditio, atque adeò fruſtrà tu mihi autor es, ut eam ad Judam vaticinaturus; hoc ſemel tantùm ſuſcepi perſonam prophetæ, quia tale fuit Dei ad me mandatum. Ex hâc reſponſione colligere licet, non prophetaſſe Amos temporibus vitæ ſuæ aliis atque aliis, ſed quæ nunc habemus de ejus vaticinationibus, fuiſſe iiſdem ferè temporibus pronuntiata. Nam ſi ſæpiùs Amos egerat prophetam, non reſponderet, *non ſum propheta.* ...ובולס: Nos, *& curabam*, in genere dictum; nam proprietas hujus Verbi, qualis ſit, ſatis ignoratur; nec alibi legitur בלס.

17. תזנה: Nos, *violabitur.* Non placet, *fornicabitur*, (quanquam ita Vulgatus,) quaſi ex propriâ libidine; quia ſequentia indicant ſtuprum per vim oblatum.

CAPUT VIII.

Videt per viſum fructus autumnales in caniſtro, & monetur, appropinquare finem Iſrael; increpat avaros & fraudulentos; vaticinatur de futurâ fame, non modò panis, ſed audiendi verbum Domini.

1. *Hæc oſtendit mihi Dominator*
Dominus: apparuêre in caniſtro
fructus ultimæ ætatis: 2. *Et dixit;*
quid vides, Amos? Ego reſpondi,
poma ultimæ ætatis in caniſtro. Et
dixit mihi Dominus: imminet ulti-
mus finis in populum meum Iſrael;
nec ego in gratiam ejus adhuc tranſibo.
3. *Ululabunt in die illâ Palatii can-*
tatrices, dicit Dominator Dominus;
multa cadavera in omni loco jacebunt;
& dicetur: projice hæc, & tace. 4. *Au-*
dite hæc, qui pauperem calcatis, &
mites terræ opprimitis, 5. *Dicentes;*
quandò præteribit novi-lunium, ut
vendamus cibos; quandò Sabbatum,
ut aperiantur frumenti horrea, &
minuamus Ephi, ſiclumque augea-
mus, & lancem ad fraudem incline-
mus; 6. *Atque ut emamus argento te-*
nuem plebem & pauperem pro cal-
ceamentis, & ut deterius triticum

1. כה הראני אדני יהוה · והנה
כלוב קיץ : 2. ויאמר · מה אתה
ראה עמוס · ואמר כלוב קיץ · ויאמר
יהוה אלי · בא הקץ אל עמי ישראל ·
לא אוסיף עוד עבור לו : 3. והילילו
שירות היכל ביום ההוא · נאם אדני
יהוה · רב הפגר בכל מקום · השליך
הס :

4. שמעו זאת השאפים אביון
ולשבית ענוי ארץ : 5. לאמר ·
מתי יעבר החדש ונשבירה שבר
והשבת ונפתחה בר · להקטין איפה
ולהגדיל שקל ולעות מאזני מרמה :
6. לקנות בכסף דלים ואביון
בעבור נעלים · ומפל בר נשביר :
7. נשבע יהוה בגאון יעקב · אם
אשכח לנצח כל מעשיהם : 8.
העל זאת לא תרגז הארץ ואבל כל
יושב בה · ועלתה כאר כלה ונגרשה
ונשקה כיאור מצרים :

9. והיה ביום ההוא · נאם אדני
יהוה · והבאתי השמש בצהרים ·

והחשכתי לארץ ביום אור ׃ 10.
והפכתי חגיכם לאבל וכל שיריכם
לקינה · והעליתי על כל מתנים שק
ועל כל ראש קרחה · ושמתיה כאבל
יחיד ואחריתה כיום מר ·
11. הנה ימים באים · נאם אדני
יהוה · והשלחתי רעב בארץ · לא
רעב ללחם ולא צמא למים · כי אם
לשמע את דברי יהוה ׃ 12. ונעו
מים עד ים ומצפון ועד מזרח ·
ישוטטו לבקש את דבר יהוה · ולא
ימצאו ׃ 13. ביום ההוא תתעלפנה
הבתולות היפות והבחורים בצמא ׃
14. הנשבעים באשמת שמרון
ואמרו · חי אלהיך דן · וחי דרך באר
שבע · ונפלו ולא יקומו עוד ׃

vendamus. 7. *Juravit Dominus per*
gloriam Jacob, ſe nunquam tot fa-
cinora oblitürum. 8. *Non-ne enim*
propter hæc terra contremiſcet & lu-
gebunt univerſi ejus habitatores, &
ſuper eam totam quaſi flumen aſcen-
det, & dirumpetur, & veluti fluvio
Ægypti abſorbebitur? 9. *Hæc etiam*
evenient in die illâ, dicit Dominator
Dominus: ego in meridie abſcondam
cœlos, & in die fulgente obducam
terræ tenebras; 10. *Convertamque in*
luctum ſolemnitates veſtras, omnia
cantica veſtra in lamentum; omnes
humeros ſacco induam, & omne ca-
put calvitie; ego eam ſic reddam,
ut cùm plangitur unicus filius, &
noviſſima ejus, ut diem acerbiſſimum. 11. *Ecce dies veniunt, dicit Domi-*
nator Dominus, cùm mittam in terram famem, nec famem duntaxat panis,
aut aquæ ſitim, ſed etiam audiendi verbum Domini. 12. *Et pererrabunt ab*
occidente ad meridiem, ab aquilone ad orientem, diſcurrentque, ut verbum
Domini requirant, nec reperient. 13. *In die illâ ſiti exanimabuntur & pul-*
chræ virgines & lecti etiam illi juvenes, 14. *Qui jurant in ſcelere Sama-*
riæ, dicentes; vivit Deus tuus, Dan; vivit Deus tuus, Berſabee; &
cadent, neque adhuc reſurgent.

---

1. & 2. כלוב קיץ : Verbum è verbo, *caniſtrum fructûs autumnalis*; nos, *fructus ultimæ ætatis (anni.)* Deinde הקץ, *finis ultimus*, ut per iterationem Adjectivi, *ultimus*, exhibeamus luſum verborum קיץ & הקץ, quo ſignificatur, quemadmodùm poſt fructus autumnales, nulli alii fructus ex terrâ generantur, ſic futurum ut Iſrael regnum nullos adhuc ferat fructus, nec annis conſequentibus refloreat. Poſt Jeroboam ſecundum, omnia in pejus ruerunt, donec regnum Iſrael extingueretur.

3. שירות היכל, *Palatii cantatrices*; nam legimus שרות, ſine י. Non convenit הילילו, *ululabunt*, in *cantica*; hoc enim verbum uſurpatur de iis qui lamentantur, non de lamentis. Intelligimus *Palatium* regis Iſrael; quippe alienum huic loco *Templum*, vaticinante Prophetâ contra Iſrael, non contra Judam. Confer hos duos verſus cum verſibus 8. & 9. capitis ſuperioris.

4. השאפים : Legendum השופים, *qui calcatis*: vide ad cap. 2. v. 7. ...ולשבית. Iſte Modus Infinitus intrare in ſeriem non poteſt, neque anteceſſit alter Modus Infinitus huic parallelus. Vult oratio Participium alterum, quod reſpondeat primo, השופים, quodque exhibent Græci Intt. qui convertunt, καὶ καταδυναστεύοντες, *& qui opprimitis*, quique legere videntur, vel והעשקים, vel והכבשים; nam ſic non ſemel utrumque verbum convertunt. Anteferimus ultimam ſcripturam והכבשים, ut potè hodierno mendo ſimiliorem; minùs placet והשבתים, *qui ceſſare facitis*, quod legere videtur Vulgatus.

5. חדש, *novi-lunium*, menſis ejus, quo primùm vendi ſolebant hornæ fruges. ...והשבת, *& Sabbatum*, ſive annus Sabbaticus, ut intellexit Chaldæus. Etenim, ut obſervat Grotius, anno » eo exacto, ii qui ſatis pecuniæ non habuerant, ut ante eum annum ſibi proſpice-» rent, cogebantur ab iis qui apothecas habebant carò emere res ad vitam neceſſarias. ...ולהגדיל שקל, *ſiclumque augeamus*, qui ſolvitur pro emptis frugibus, leviorem facientes lancem, in quâ ſicli ponderantur.

7. נשבע יהוה בגאון יעקב, *juravit Dominus per gloriam Jacob*, ſive per hæc beneficia, quibus contulit gloriam Jacob ejuſque poſteris. Hoc loco גאון, accipitur in bonam partem; quaſi dicat Deus; ut filios Jacob gloriâ cumulavi, ſic eorum ſcelera non obliviſcar.

8. . .העל זאת, *non-ne propter hæc (contremiſcet terra ?)* Prædicitur is terræ motus, de quo dictum eſt initio hujus Libri, & quem ſenſit non modò regnum Iſrael, ſed & regnum Juda. ...כאר: Lege כיאר, *ut flumen*, quomodò legitur loco parallelo, verſu 5. capitis ſequentis. Etiam legendum ונשקעה, ut Maſora emendat, & ut ושקעה, loco ſuprà-dicto, *& abſorbebitur.* ...ונגרשה, *dirumpetur*, vi aquarum magnas terræ moles abripientium, terræ motu ſuccutiente aquas maris, & eas propellente in oras terræ extremas.

9. והבאתי השמש בצהרים: Licet convertere, *& occidere faciam ſolem in meridie.* Sed quia ſequitur והחשכתי, *& inducam tenebras (in terram,)* meliùs legitur cum Chaldæo והחבאתי, *& abſcondam;* nimirum Chaldæus, ואכסי שמשא, *& abſcondam ſolem.*

11. לא רעב ללחם, *non famem panis... (ſed audiendi verbum Domini.)* Eadem eſt figura ſermonis, atque illa, *miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Prænuntiat Propheta, futurum ut, cùm fame enecabuntur, requirant Prophetas, ex quibus verbum Domini audiant, atque ut Prophetæ, vel non compareant, ſi qui erunt, vel nihil habeant, quod renuntient ex Dei verbis, Deo tam diu ſilente, quàm diu graſſabitur fames.

12. מים עד ים, *à mari ad mare.* Non dubium quin ſit legendum עד ימן, *ad meridiem*, ut quatuor mundi plagæ nominentur, & ne bis nominetur oriens; etenim *oriens* nominatur in מזרח, & iterum nominabitur in alterutro ים, ſi hodierna ſcriptio retinebitur; nam alterum ים erit *mare* ſalſum, ad orientem; alterum *mare* magnum ad occidentem. Vocabulum מים, ſine addito, ſignificare ſolet *à mari*, magno, ſive ab occidente. Qui habitant ad occidentem, diſcurrunt, fame efferati, ad meridiem(עד ימן;) qui autem ad aquilonem, exerrant ad orientem.

14. ...וחי דרך, *& vivit via (Berſabee.)* Hæc *via* nihil habet, quod parallelum poſſit eſſe *Deo tuo.* Præterea *vivit via*, nihil reſonat. Omnino, pro דרך, iterum legendum אלהיך, ut legebant Græci Intt. qui ſic habent, *καὶ ζῇ ὁ θεός σȣ Βηρσαβέε*, *& vivit Deus tuus, Berſabee.* Vide dicta ad cap. 5. v. 5.

CAPUT IX.

Deus, aſtans prope altare, denuntiat ſe omnes gladio interfecturum, & ſi qui evadent, eos perquiſiturum; diſſipatum iri Iſrael apud omnes gentes, ſed tabernacula David, poſtquàm ceciderant, ſe erecturum, ut populus ſuus ex terrâ ejus non adhuc deportetur.

1. *Vidi Dominum ſtantem prope altare, qui dixit mihi; percute ſuperliminare, & limina ſuccutientur; ego enim eos omnes in capite vulnerabo, poſteroſque eorum gladio interficiam; ſi quis ex illis fugerit, non effugiet; ſi quis ex eis evaſerit, non evadet.*
2. *Si effoderint ſibi profundas ſedes, inde eos arripiet manus mea; ſi uſque ad cœlum aſcenderint, inde eos deturbabo.* 3. *Si abſconderint ſe ſe in vertice Carmeli, ego eos requiram, & inde arripiam; ſi latebunt longè ab oculis meis in fundo maris, ego inde mandatum dabo colubro, ut eos mordeat.* 4. *Quòd ſi captivi demigra-*

1. ראיתי ארת אדני נצב על
המזבח · ויאמר · הך הכפתור וירעשו
הספים · ובצעם בראש כלם ·
ואחריתם בחרב אהרג · לא ינוס
להם נס · ולא ימלט להם פליט :
2. אם יחתרו בשאול משם ידי
תקחם · ואם יעלו השמים משם
אורידם : 3. ואם יחבאו בראש
הכרמל משם אחפש ולקחתים ·
ואם יסתרו מנגד עיני בקרקע הים
משם אצוה את הנחש ונשכם : 4.
ואם ילכו בשבי לפני איביהם משם
אצוה את החרב והרגתם · ושמתי
עיני עליהם לרעה ולא לטובה : 5.
ואדני יהוה הצבאורת הנוגע בארץ
ותמוג · ואבלו כל יושבי בה · ועלתה
כיאר

bunt ante inimicos ſuos, ego mandabo
ferro, ut eos interficiat; ego in eis
defigam oculos meos, non ut eis benè,
ſed ut malè faciam. 5. Etenim Do-
minator Dominus exercituum ille
eſt, quo percutiente, terra reſolvitur,
lugentque omnes ejus habitatores, &
ſuper eam totam velut fluvius exun-
dat, & quaſi Ægypti flumine abſor-
betur. 6. Ille eſt, qui ſibi ædificavit
in cœlo ſublimem ſedem; qui penum
ſuam in terrâ fundavit; qui vocat
aquas maris, & in terram effundit
eas; cujus nomen Dominus. 7. Non-
ne, ut filii Æthiopum, vos eſtis mi-
hi, filii Iſrael, dicit Dominus?
Non-ne, ut ego Iſrael eduxi de terrâ
Ægypti, ita & Philiſtæos de Caph-
tor, & de Cyrene Syros? 8. Etenim
oculi Dominatoris Domini, ſi quod
regnum prævaricatur, in illud in-
tenti ſunt; ego illud de terrâ eripiam;
nec tamen penitus deleturus ſum do-
mum Jacob, dicit Dominus. 9. Sed
ego actutùm mandatum dabo, ut agite-
tur apud omnes gentes domus Iſrael,
quomodo agitatur in cribro triti-
cum; neque decidet in terram lapil-
lus; 10. Quicunque de populo meo
prævaricati ſunt, gladio peribunt;
quanquam dicunt; non adveniet in
nos calamitas, nec nos antevertet.
11. Eodem tempore, ego tentorium
David, quod dejectum fuerat, eri-
gam; ego ejus claudam ſciſſuras, &
erigam ruinas, illudque, ut olim fuit, reædificabo; 12. Ut poſſideant & reli-
quias Edom, & cæteras gentes quæ de meo nomine nuncupatæ fuerunt,
dicit Dominator Dominus, qui hæc eſt facturus. 13. En veniunt dies, di-
cit Dominus, cùm arator meſſorem ponè ſequetur; cùm calcator uvæ, ſe-
mina mittentem, & cùm defluent dulcia vina ex montibus, colleſque om-
nes emollientur. 14. Etenim reducturus ſum populi mei Iſrael captivos,
qui urbes dirutas erigent & habitabunt; qui plantabunt vites, & vinum earum
bibent; qui hortos facient, & fructibus eorum veſcentur. 15. Ego dabo eis

כיאר כלה · ושקעה כיאר מצרים :
6. הבונה בשמים מעלותו ואגדתו
על ארץ יסדה · הקרא למי הים
וישפכם על פני הארץ · יהוה שמו :
7. הלוא כבני כשיים אתם לי בני
ישראל · נאם יהוה · הלוא את
ישראל העליתי מארץ מצרים
ופלשתיים מכפתור וארם מקיר :
8. הנה עיני אדני יהוה בממלכה
החטאה · והשמדתי אתה מעל פני
האדמה · אפס כי לא השמיד
אשמיד את בית יעקב · נאם יהוה :
9. כי הנה אנכי מצוה והנעותי
בכל הגוים את בית ישראל כאשר
ינוע בכברה · ולא יפול צרור ארץ :
10. בחרב ימותו כל חטאי עמי
האמרים · לא תגיש ותקדים בעדינו
הרעה : 11. ביום ההוא אקים את
סכת דויד הנפלת · וגדרתי את
פרציהן · והרסתיו אקים · ובניתיה
כימי עולם : 12. למען יירשו את
שארית אדום וכל הגוים אשר נקרא
שמי עליהם · נאם יהוה עשה זאת :
13. הנה ימים באים · נאם יהוה ·
ונגש חורש בקוצר ודרך ענבים
במשך הזרע · והטיפו ההרים עסיס ·
וכל הגבעות תתמוגגנה : 14.
ושבתי את שבות עמי ישראל ·
ובנו ערים נשמות · וישבו ונטעו
כרמים ושתו את יינם · ועשו גנות
ואכלו את פריהם : 15. ונטעתים
על אדמתם · ולא ינתשו עוד מעל
אדמתם אשר נתתי להם · אמר
יהוה אלהיך :

in terrâ suâ firmam sedem ; & quam eandem terram dedero eis , ex eâ non adhuc eripientur , dicit Dominus Deus tuus.

---

1. על המזבח , *prope altare.* Quoniam vaticinatio hæc est contra regnum Israel , credere licet , hoc *altare* fuisse Idololatriæ destinatum , cùm præsertim Deus prope illud ideò appareat , ut prænuntiet ejus ruinam. Jubetur Amos percutere הכפתור , *spherulam* , quæ erat insculpta in medio superliminari vestibuli altaris , prædicente Deo fore ut , cùm percussum fuerit superliminare , limina succutiantur ; ut intelligat Amos , eo succussu significari altaris ruinam futuram , & ruinâ ipsâ altaris , regni Israel excidium. Hæ rerum futurarum significationes tollentur , si statuitur hoc *altare* fuisse altare Templi Jerusalem. ...ובצעם : hoc verbum non expediunt Veteres , quia in mendo positum. Alterum verbum אהרג , *interficiam* , in personâ primâ ; postulat ואבצעם , *& concidam eos* , idem ac ואפצעם , *& vulnerabo* , in primâ item personâ.

6. אגדתו , *penum suam.* Assentimur Lud. Cappello in notis suis criticis sic observanti : » אגדה , *fasciculum* & *sarcinulam* significat ; hîc autem pro apothecis quibus sarcinæ gravioraque impedimenta reponuntur , metonymicè sumi videtur... Qui latè habitant in amplis ædibus , cœnacula sua habent in excelsiori ædium parte....... in inferiore verò...... habent cellas & apothecas varias , quibus...... sarcinæ...... reponuntur , atque conduntur. Sic Deo cœlum est , quasi pro cœnaculo..... terra verò est illi id quod sunt in amplâ domo cellæ.

7. כשיים : Unus Codex Orat. כושיים , *Æthiopum* , ut fuerat scribendum. ...ופלשתיים. Illud ו notat similitudinem , quomodo *sicut in cœlo & in terrâ.* Docemur ex hoc loco , Deum eduxisse Ægypto Israelitas , non quòd eos diligeret , sed aliis de causis , iisque majoribus , quas stupidi Judæi non intelligebant ; nihil esse igitur cur Judæi glorientur , quòd ipsos Deus per tot miracula Ægypto eduxerit ; neque eos , cùm Ægyptum relinquerent , fuisse Deo cariores , quàm Philistæos , aut quàm Syros.

9. כאשר ינוע , *quomodo agitatur (triticum.)* Addimus cum Vulgato *triticum* , quia ducitur similitudo ex tritico , quod in areâ purgatur. Fortè non aberat בר , ex antiquis Codicibus , quod prope בכברה , fuerit omissum , ex similitudine litterarum.

11. פרציהן : Græci Intt. *πεπτωκότα αὐτῆς* , *quæ ceciderunt ex eâ ;* legunt פרציה , ut & legendum ; nam sequitur ובניתיה , *& ædificabo illud (tentorium.)* Sic etiam legendum והרסתיה , *& ruinas ejus* , cum Affixo feminino , quod exhibent Græci Intt. in pronomine *αὐτῆς.*

13. & 14. הנה ימים באים , *ecce dies veniunt.* Hæc vaticinatio non spectat ad eadem tempora , de quibus suprà , nec verò ad tempora veteris Legis , quandoquidem deinde dicitur , *nec adhuc ex terrâ suâ eripientur* , quod promissum est absolutum , nec aptum ex conditione , *si in pietate perstabunt* , ut vult Grotius. Erepti sunt ex terrâ suâ Judæi quàm plurimi , regnantibus in Ægypto Ptolemæis , deinde universi , Adriano Imperante. Propterea Jacobus Apostolus , *Actorum cap. 15. v. 16.* de novâ Lege & de vocatione Gentium dicta hæc fuisse interpretatur ; quia in *tabernaculo David* significatur Ecclesia , quæ non modò est Judæorum , sed & Gentium. Pars aliqua vaticinationis eventum suum habuit tempore Apostolorum & deinceps , per Evangelii lucem allatam & Judæis & Gentibus ; totâ vaticinatione tum demum complendâ , cùm *populus Israel* revertetur in terram suam , & *ædificabit domos* , *plantabitque vineas & hortos ;* hæc enim ultima verba spectant ad promissionem temporalem nec ad statum spiritualem Ecclesiæ accommodari possunt , nisi verbis ipsis vis affertur. Vix reperias in sacris Codicibus ullum locum , in quo dona Gratiæ & Evangelii prænuntientur per similitudinem domorum , & hortorum & vinearum. ...פריהם , *fructus eorum.* Meliùs פריהן ; nam גנות , *hortos* , hoc loco , habet genus femininum.

עובדיה

ABDIAS.

Idumeæ ſuperbia reprimetur ; decipient eam qui fœdus cum eâ fecerunt. Ne lætetur Edom de ruinâ Jeruſalem. Venient ad Sion Liberatores, qui judicabunt montem Eſaü, regionemque ejus poſſidebunt.

1. *Viſio Abdiæ. Hæc dicit ad*
Edom Dominator Dominus ; fa-
mam audivimus à Domino ; miſſus
eſt ad gentes Legatus ; agite, bello
eum laceſſamus. 2. *Ego te gentium*
minimam feceram ; tu eras contemp-
tiſſima. 3. *Traxit te in errorem tui*
cordis ſuperbia. Qui habitat in ca-
vernis rupium, ſedemque habet ex-
celſam, dixit in corde ſuo ; quis me
dejiciet ad terram ? 4. *Etiamſi tu,*
velut aquila, in ſublimi eſſes, etiamſi
poneres inter ſtellas nidum tuum,
ego te inde dejiciam, dicit Domi-
nus. 5. *Cùm veniunt ad te fures, cùm*
nocturni prædatores, quomodò ſomno
indulges ? Non-ne diripient, quan-
tùm ſatis videbitur ? Cùm venient in
te vindemiatores, non-ne nihil relin-
quent racemorum ? 6. *Quomodò ſcru-*
tabuntur Eſaü ! Quomodò inquirent
in ejus theſauros ! 7. *Ad limites tuos*
emiſerunt te omnes homines, qui te-
cum in fœdere erant ; deceperunt te,

1. חזון עבדיה · כה אמר אדני
יהוה לאדום · שמועה שמענו מאת
יהוה · וציר בגוים שלח · קומו
ונקומה עליה למלחמה : 2. הנה
קטן נתתיך בגוים · בזוי אתה מאד :
3. זדון לבך השיאך · שכני בחגוי
סלע מרום שבתו אמר בלבו · מי
יורידני ארץ : 4. אם תגביה
כנשר · ואם בין כוכבים שים קנך ·
משם אורידך · נאם יהוה : 5. אם
גנבים באו לך אם שדדי לילה איך
נדמיתה · הלוא יגנבו דים · אם
בצרים באו לך הלוא ישאירו
עללות : 6. איך נחפשו עשו ·
נבעו מצפניו : 7. עד הגבול
שלחוך כל אנשי בריתך · השיאוך
יכלו לך אנשי שלמך · לחמך ישימו
מזור תחתיך · אין תבונה בו : 8.
הלוא ביום ההוא · נאם יהוה ·
והאבדתי חכמים מאדום ותבונה
מהר עשו : 9. וחתו גבוריך
תימן · למען יכרת איש מהר עשו
מקטל : 10. מחמס אחיך יעקב
תכסך בושה · ונכרת לעולם : 11.

tibique illuserunt quibuscum tibi pax erat; illi qui panem tuum edebant indaginem sub te posuerunt; non tua est prudentia. 8. Certè enim in die illâ, dicit Dominus, eripiam de Edom eos, qui sapientiâ præstabant, & de monte Esaü prudentiam. 9. Et fortes tui, Theman, pavebunt, ut deleatur homo de monte Esaü. 10. Tu propter homicidia & injurias tuas in fratrem tuum Jacob, coopertus eris ignominiâ, & in æternùm peribis. 11. Tu contrà stabas, cùm copias ejus alieni captivas faciebant; cùm extranei ad portas ejus veniebant, jactis in Jerusalem sortibus, tu quasi unus ex eis eras. 12. Noli spectaculo habere eum diem, cùm frater tuus pro alieno habebitur; noli lætari de filiis Juda, cùm peribunt, nec magna loqui in die calamitatis. 13. Noli appropinquare ad portas populi mei, cùm dies aderit ruinæ ejus; noli tu quoque spectaculo habere illius calamitatem, cùm peribit; cave mittaris contra ejus exercitum, cùm aderit ruina ejus. 14. Noli stare in anfractibus, ut perdas eos, qui effugient, nec tradere eos, qui superstites erunt in die calamitatis. 15. Imminet enim dies Domini omnibus gentibus; ut fecisti, sic tibi fiet; retributio tua revertetur in caput tuum.

ביום עמדך מנגד ביום שבות זרים
חילו · ונכרים באו שערו ועל ירושלם
ידו גורל · גם אתה כאחד מהם :
12. ואל תרא ביום אחיך · ביום
נכרו · ואל תשמח לבני יהודה ביום
אבדם · ואל תגדל פיך ביום צרה :
13. אל תבוא בשער עמי ביום
אידם · אל תרא גם אתה ברעתו
ביום אידו · ואל תשלחנה בחילו
ביום אידו : 14. ואל תעמד על
הפרק להכרית את פליטיו · ואל
תסגר שרידיו ביום צרה : 15. כי
קרוב יום יהוה על כל הגוים ·
כאשר עשית יעשה לך · גמלך
ישוב בראשך : 16. כי כאשר
שתיתם על הר קדשי ישתו כל
הגוים תמיד · ושתו ולעו · והיו כלוא
היו : 17. ובהר ציון תהיה פליטה
והיה קדש · וירשו בית יעקב את
מורשיהם : 18. והיה בית יעקב
אש ובית יוסף להבה · ובית עשו
לקש · ודלקו בהם ואכלום · ולא
יהיה שריד לבית עשו · כי יהוה
דבר : 19. וירשו הנגב את הר
עשו והשפלה את פלשתים · וירשו
את שדה אפרים ואת שדה שמרון
ובנימן את הגלעד : 20. וגלת
החל הזה לבני ישראל אשר כנענים
עד צרפת וגלת ירושלם אשר
בספרד ירשו את ערי הנגב : 21.
ועלו מושיעים בהר ציון לשפט את
הר עשו · והיתה ליהוה המלוכה :

16. Ut enim vinum meum potandum dedi in monte sancto meo, ita bibent omnes gentes vinum meum; bibent, & epotabunt, & sic fient, quasi nunquam fuissent. 17. Sed reliquiæ erunt in monte Sion, qui sanctus habebitur, & domus Jacob eos, qui se possederant, possidebit. 18. Erit domus Jacob ignis; domus Joseph, ut flamma, domus verò Esaü tanquam stipula. Eos illi incendent & devorabunt, nec supererit quisquam de domo Esaü, quia Dominus locutus est. 19. Possidebuntque in meridie montem Esaü, & in planitie Philistæos; possidebunt agrum Ephraim & agrum Samariæ, & Benjamin & Galaatidem. 20. Atque illi ipsi filii Israel, qui captivi fuerant apud Chananæos usque ad Sarepta, & captivi Jerusalem, qui fuerint in Sephrad, meridionales urbes obtinebunt. 21. Et Liberatores ascendent in montem Sion, ut judicent montem Esaü, & Domini erit regnum.

3. השיאך : Græci Intt. ἐπῆρέν σε, *extulit te*, quod Lud. Cappello melius videbatur, quàm *decepit te*, quia hoc loco arguit Propheta faſtum Idumæorum. Nos verò, ut Vulgatus, *decepit te*, vel *traxit in errorem*, quia faſtus Idumæorum ſatis demonſtratur in verbo זדון, *ſuperbia*, & quia mox dicetur, deceptum iri Idumæos. ...שכני, *habitans*. Superfluit י; neque enim ſtatus eſt conſtructus, ut liquet ex præpoſitione ſubſequente, quæ eum ſtatum reſpuit; neque verò י paragogicum eſt, præſertim in tertiâ, in quâ illud eſt, perſonâ.

4. שים : Omnes Veteres legunt תשים, *ponas*, quam perſonam poſtulat verbum תגביה, parallelum; nec licet convertere, *poſitus fuerit* (*nidus tuus*) cùm ſit Activum שים, non Paſſivum. Omiſſum fuerit ת pone ם, litteram ſatis ſimilem.

5. נדמיתה : Hoc verbum non expediunt illi, qui convertunt; *ſiluiſti*; quippe דמה, in *Kal*, ſignificat *ſilere*, non item נדמה, in *Niphal*, in quâ voce nunquam non habet, *deleri*, *exſtingui*. Chaldæus interpretatur, איכדין הויתא דמיך, *quomodò ſoporatus es*; legit נרדמת, *dormiiſti*; optimâ ſcripturâ, & accommodatiſſimâ ad id, quod ſequitur, *non-ne furabuntur?* ...הלוא שאירו, *non-ne relinquent* (*racemos?*) Series vult, *non-ne non relinquent*, poſtquàm dictum eſt, *non-ne furabuntur*, *quantùm ſufficiet ſibi?* Itaque legendum הלוא לא, *non-ne non...* Omiſſum fuit לא, poſt הלוא, vel ex ſimilitudine, vel ex Scribæ hallucinatione, qui crederet unum poſt alterum fuiſſe malè additum, nec attenderet ad ſimilitudinem membrorum.

7. לחמך, *qui edebant tecum*. Emendat Lud. Cappellus, ut ſit לחמיך, quem numerum vult verbum ישימו, quod ſequitur. ...בו : Legendum בך, *in te*, ut legit Chaldæus; id poſtulat לחמיך, perſonæ ejuſdem; id etiam תחתיך, *ſub te*.

9. & 10. מקטל : ומחמס, *propter homicidium & injuriam*. Hæc malè ſeparantur per interpunctionem majorem, quæ ponenda eſt ante מקטל, quomodò erat in Codice Græcorum Intt. & Syri: vide eos.

11. שערו : Rectè Maſora שעריו, *portas ejus*, ſive *urbes ejus*. ...ועל ירושלם ידו גורל, *& contra Jeruſalem jecerunt ſortes*. Sortes illæ aguntur, de quibus *Ezechiel*, *cap. 21. v. 26.* cùm Nabuchodonoſor jecit in bivio ſortes Sagittarum, quibus ſortibus ductus eſt, ut Judæ Regnum priùs oppugnaret, quàm vicinas regiones. Qui ſortes eas intelligunt, quæ jaciendæ erant, ut præda Jeruſalem jam captæ divideretur, contradicunt verſibus 12. 13 & 14. in quibus interdicitur Idumæis, ne eant ad Jeruſalem, cùm proxima erit ruina ejus; ne patiantur ſe mitti ab extraneis *contra exercitum ejus*, vel *murum ejus*; ne denique lætentur de ejus ruinâ; quæ omnia non interdicerentur, ſi Jeruſalem jam tum fuiſſet expugnata; neque verò hæc interdici, dubitare ſinit particula אל, *ne*, quæ iteratur tribus verſibus ſuprà-dictis, tametſi eam Vulgatus convertit *non*, quaſi eſſet לא. Conſiderat Amos Chaldæos urbi Jeruſalem imminentes, & ex populis vicinis, præſertim ex Idumæis, auxilia conquirentes; & in eo rerum cardine monet Idumæos, ne ſe ſe ad hoſtes Jeruſalem adjungant.

13. ואל תשלחנה בחילו, *& ne mittaris contra exercitum ejus*, vel *murum ejus*. Legendum תשלחה, extrito נ, ut habeas perſonam ſecundam ſingularem; nam תשלחנה eſſet ſecunda pluralis feminina, quam nihil regit in ante-dictis. Illud ה, in quod deſinit תשלחה, notat Modum Imperandi; docetque adeò, dicere Prophetam, *ne mittaris*, non autem, *non emittêris*, in Futuro, ut convertit Vulgatus.

16. שתיתם, *bibiſtis* (*in monte ſancto meo.*) Incommodè *bibiſtis*, converſâ oratione ad populum Jeruſalem, ubi de eo populo non agitur, & ubi Propheta non ceſſat alloqui Idumæos. Alterum incommodum eſt in verbo תמיד, *jugiter*, cùm præſertim non addatur, quid gentes bibituræ ſint *jugiter*. Ego in animum induxi meum, olim ſcriptum fuiſſe חמרי, *vinum meum*, non תמיד, quod nihil aliud videtur, quàm חמרי, depravatum, & pro שתיתם, legendum eſſe, vel שתו עמי, *bibit populus meus*; vel שתיתי עמי, *potandum dedi populo meo* (*vinum meum*, ita ut חמרי, quod reſtituimus, ſit commune utrîque membro: vide, & attende.

20. וגלת החל הזה : Vulgatus, *& tranſmigratio exercitûs hujus*; quaſi החל idem eſſet, ac החיל. Græci Intt. ἀρχὴ αὐτὴ, *principium iſtud*, quaſi ex החל, *incipere*. Syrus, קדמיתא, *prior*. Chaldæus, עמא הדין, *populi hujus*. Omnes divinant, ut fieri ſolet, mendis interpretandis. Nihil tam obvium, quàm ut, pro החל הזה, legatur הלזה, *illa ipſa* (*tranſmigratio*;) Prophetâ rem vaticinante ferè incredibilem; nimirum fore, ut illi ipſi Judæenſes, qui captivi abducentur, poſſideant omnes regiones, quæ hîc nominantur, præſertim regiones Idumæorum, quorum regnum ſint deleturi. Quæ quidem eventum ſuum habuerunt, imperantibus Machabæis, ut omnes confitentur. ...אשר כנענים : Legendum אשר בכנענים, *qui fuerint apud Chananæos*, ut poſteà legitur, אשר בספרד, *qui in Sephrad*.

יונה

JONAS.

CAPUT I.

Jonas, Niniven à Deo miſſus, fugit Joppen, & navem conſcendit. Coortâ tempeſtate, nautæ ſortes jaciunt, quæ Jonam reum declarant. Jonas projicitur in mare.

1. *Fuit ad Jonam, filium Amathi,*
verbum Domini hæc mandantis;
2. *Surge, vade ad Ninivem urbem*
magnam, & contra eam vaticinare;
quippe improbitas eorum aſcendit
uſque ad conſpectum meum. 3. *Sed*
Jonas ſurrexit præ metu Domini, ut
Tharſum fugeret; deſcenditque in
Joppen, & repertâ navi, quæ Thar-
ſum ibat, dedit naulum & in eam
deſcendit, Dominum evitans, &
cum eis Tharſum iturus. 4. *Tum Do-*
minus excitavit in mari ventum ve-
hementem, fuitque in mari magna
tempeſtas, ita ut navis propè eſſet,
ut frangeretur. 5. *Nautæ obſtupe-*
facti ſuum quiſque Deum clamore
invocabant, & ſarcinas navis in mare
projiciebant, ut navigium levarent;
Jonas verò in latera carinæ deſcen-
dens, decubuit ibi, & gravi ſopore

1. ויהי דבר יהוה אל יונה בן
אמתי לאמר : 2. קום · לך אל
נינוה העיר הגדולה וקרא עליה · כי
עלתה רעתם לפני : 3. ויקם יונה
לברח תרשישה מלפני יהוה · וירד
יפו וימצא אניה באה תרשיש · ויתן
שכרה · וירד בה לבוא עמהם
תרשישה מלפני יהוה : 4. ויהוה
הטיל רוח גדולה אל הים · ויהי סער
גדול בים · והאניה חשבה להשבר :
5. וייראו המלחים · ויזעקו איש
אל אלהיו · ויטילו את הכלים אשר
באניה אל הים · להקל מעליהם ·
ויונה ירד אל ירכתי הספינה ·
וישכב וירדם : 6. ויקרב אליו
רב החבל ויאמר לו · מה לך נרדם ·
קום · קרא אל אלהיך אולי יתעשת
האלהים לנו · ולא נאבד : 7.
ויאמרו איש אל רעהו · לכו ונפילה
גורלות · ונדעה בשלמי הרעה הזאת
לנו · ויפלו גורלות · ויפל הגורל על

mersus est. 6. Accessit autem ad eum
clavi gubernator, eique dixit: Quid
tu hîc somno indulges? Surge, invo-
ca Deum tuum, si fortè Deus cogi-
tet de nobis, ut non pereamus. 7. In-
tereà unus ad alterum dicebant; con-
jiciamus sortes, ut sciamus, propter
quem venerit in nos hoc malum. Illi
igitur sortes jecerunt, & sors cecidit
in Jonam. 8. Tunc ei dixerunt: in-
dica nobis, propter quam causam
venerit in nos hoc malum. Quale est
artificium tuum? Unde venis?
Quænam est terra tua, & cujus po-
puli es? 9. Ille eis respondit: Ego
sum Hebræus, & colo Dominum
Deum cœlorum, qui fecit mare &
aridam tellurem. 10. Homines mi-
rum in modum territi, sic ei loquuti
sunt: quid igitur fecisti? Etenim
sciebant, illum fugere præ metu Do-
mini; ille enim hoc eis indicaverat.
11. Itaque dixerunt ei; quid facie-
mus tibi, ut mare desinat à nobis;
nam mare crescebat & æstuabat.
12. Ille eis respondit: arripite me,
& projicite me in mare, & mare de-
sinet à vobis; ego enim scio, propter
me venisse in vos hanc magnam tempestatem. 13. Nihilominus homines remi-
gabant, ut ad terram redirent, quod non potuerunt, quia mare adversùm eos
ibat, & intumescebat. 14. Ergo inclamantes Dominum, hæc dixerunt:
Quæsumus, Domine, ne nunc propter animam hominis hujus pereamus,
neque in nos innoxium sanguinem rejicias; nam tu, Domine, ut voluisti,
sic fecisti. 15. Deinde arripuerunt Jonam, & in mare eum projecerunt, &
mare deferbuit. 16. Homines autem maximo timore Domini perculsi sunt,
& immolaverunt victimas Domino, & votum voverunt.

יונה : 8. ויאמרו אליו · הגידה נא
לנו באשר למי הרעה הזאת לנו ·
מה מלאכתך · ומאין תבוא · מה
ארצך ואי מזה עם אתה : 9.
ויאמר אליהם · עברי אנכי · ואת
יהוה אלהי השמים אני ירא אשר
עשה את הים ואת היבשה : 10.
וייראו האנשים יראה גדולה ויאמרו
אליו · מה זאת עשית · כי ידעו
האנשים כי מלפני יהוה הוא ברח ·
כי הגיד להם : 11. ויאמרו אליו ·
מה נעשה לך וישתק הים מעלינו ·
כי הים הולך וסער : 12. ויאמר
אליהם · שאוני והטילני אל הים
וישתק הים מעליכם · כי יודע אני
כי בשלי הסער הגדול הזה עליכם :
13. ויחתרו האנשים להשיב אל
היבשה · ולא יכלו · כי הים הולך
וסער עליהם : 14. ויקראו אל
יהוה ויאמרו · אנה יהוה אל נא
נאבדה בנפש האיש הזה · ואל תתן
עלינו דם נקיא · כי אתה יהוה
כאשר חפצת עשית : 15. וישאו
את יונה ויטלהו אל הים · ויעמד
הים מזעפו : 16. וייראו האנשים
יראה גדולה את יהוה · ויזבחו זבח
ליהוה · וידרו נדרים :

---

2. וקרא עליה, *& clama contra eam*, sive *prædica;* idem ac *vaticinare.*
3. תרשישה, *Tharsum;* ita Josephus; cui, ut antiquissimo Scriptori potiùs adhibenda fides, quàm cæteris Interpretibus, qui alium quemvis locum huc adducunt, ex suo arbitratu. מלפני... יהוה, *præ metu Domini.* Quid metueret Jonas, declaratur infrà, cap. 4. v. 2. Idem sperabat, si longiùs discederet, fore ut alium Prophetam Deus mitteret, ad prædicandam in urbe Ninive pœnitentiam.
4. חשבה להשבר: Verbum pro verbo, *putabatur fractum iri.* חשבה, idem ac השבה, in *Paoul;* itaque inscitè Arias, *putabat conteri.*
5. להקל מעליהם: Adhuc inscitè Arias, *ad alleviandum super eis;* nam להקל, Passivum est, quasi

quaſi dicas ; *ut levius fieret*, vel *ut alleviarentur*. ...הספינה. Suprà *navis* nominata eſt אניה. Propterea videtur verbo הספינה, ſignificari non tam navem, quàm infimam partem navis, in quâ eſt ſaburra, ſive *carinam*.

7. ונפילה גורלות, *& conjiciamus ſortes*. Conferunt ſe nautæ ad ſortes, quia in hâc tempeſtate vident eſſe aliquid ſupra naturam, cùm fortè auræ illæ ſpirarent, quibus mare fieri infeſtum non ſoleret. Propterea credunt, eſſe in navi aliquem ſceleratum hominem, qui naviget Deo irato. ...ויפל הגורל על יונה, *& cecidit ſors in Jonam*. Deus ſic temperat ſortes, ut Jonas reus eſſe deprehendatur, non quò faveat Ethnicorum vanis ſortibus, ſed ut, poſtquàm Jonas aperuerit nautis, Deum cæli & terræ, quem colit, immiſiſſe eam tempeſtatem, tum demum intelligant Deum verum eſſe unum ſortium moderatorem ; quod quidem nautæ intellexerunt, ut apparet ex fine hujus capitis.

12. והטילני, *& projicite me*. Codices Reg. 29. & Orat. 42. והטילוני, ut fuerat ſcribendum ; ſic verſu 14. legendum והטילוהו, *& projecerunt eum*.

CAPUT II.

Jonas in viſceribus piſcis canticum canit ſuper eâ ſpe, quam habet, ſe rediturum domum Domini, atque ibi vota ſua perſoluturum.

1. *Paraverat autem Dominus piſ-*
cem grandem, ut abſorberet Jonam ;
fuitque Jonas in viſceribus piſcis dies
tres & tres noctes. 2. *Et oravit Jonas*
Dominum Deum ſuum in viſceribus
piſcis. 3. *Dixitque : ego imploro*
Dominum ex anguſtiis meis, ut
exaudiat me ; ego clamo de inferni
penetralibus ; audi vocem meam.
4. *Tu projeciſti me in profundum*
cor maris, & fluctus me circumdant ;
omnes tempeſtates tuæ & fluctus tui
ſuper me tranſeunt. 5. *Ego dixi ;*
projectus ſum à conſpectu oculorum
tuorum ; verumtamen adhuc videbo
Templum ſanctum tuum. 6. *Circum-*
dant me aquæ uſque ad animam ;
abyſſus vallat me, alga involvit ca-
put meum. 7. *Deſcendi ad ima mon-*
tium ; claudit me terra vectibus ſuis
ſempiternis ; tu tamen excitabis de in-
teritu animam meam, Domine Deus
meus. 8. *Dum deficiebat in me ſpi-*
ritus meus, recordatus ſum Domini,
venitque ad te oratio mea ad Templum ſanctum tuum. 9. *Qui ſectantur*
vana & inania, benefactorem ſuum reliquerunt : 10. *Ego verò cum voce*

1. וימן יהוה דג גדול לבלע
את יונה · ויהי יונה במעי הדג
שלשה ימים ושלשה לילות ׃ 2.
ויתפלל יונה אל יהוה אלהיו ממעי
הדגה ׃ 3. ויאמר · קראתי מצרה
לי אל יהוה ויענני · מבטן שאול
שועתי · שמעת קולי ׃ 4. ותשליכני
מצולה בלבב ימים ונהר יסבבני ·
כל משבריך וגליך עלי עברו ׃ 5.
ואני אמרתי · נגרשתי מנגד עיניך ·
אך אוסיף להביט אל היכל קדשך ׃
6. אפפוני מים עד נפש · תהום
יסבבני · סוף חבוש לראשי ׃ 7.
לקצבי הרים ירדתי · הארץ ברחיה
בעדי לעולם · ותעל משחת חיי
יהוה אלהי ׃ 8. בהתעטף עלי
נפשי את יהוה זכרתי · ותבוא אליך
תפלתי אל היכל קדשך ׃ 9.
משמרים הבלי שוא חסדם יעזבו ׃
10. ואני בקול תודה אזבחה לך ·
אשר נדרתי אשלמה · ישועתה
ליהוה ׃ 11. ויאמר יהוה לדג ·
ויקא את יונה אל היבשה ׃

laudis ſacrificabo tibi ; quæ vota feci , perſolvam : Domini eſt ſalus mea.
11. *Poſteà Dominus mandatum dedit piſci , qui Jonam evomuit in aridam tellurem.*

---

3. שועתי ...קראתי , *imploro... clamo.* Hæc verba potiùs per Præſens , quàm per Præteritum interpretamur , quia illas preces fudit Jonas , cùm eſſet במעי הדגה , *in viſceribus piſcis* , exhibens in illâ oratione ſtatum ſuum præſentem. Propterea שמעת ſic accipimus , ut שמעה , *audi.*

4. ותשליכני , *& projeciſti me.* Nexus ו , vel non legendus , ut neque id legunt Græci Intt. qui , ἀπέῤῥιψας , *projeciſti* , omiſſo καὶ , *&* ; vel ſic habendus , ut *quidem* Latinum , ut cum Interprete Latino Chaldæi dicas , *tu quidem projeciſti me.* ...כל משבריך , *omnes tempeſtates tuæ* ; hæc ſumpta ſunt ex Pſalmo 42. v. 8.

5. נגרשתי , *projectus ſum.* Eadem loquitur Pſaltes , *Pſ. 31. v. 22.* ...אך אוסיף להביט , *verumtamen adhuc videbo* (*Templum.*) Jonas hìc affirmat , non tantùm ſperat ; nam , cùm videt ſe in viſceribus piſcis ſanum eſſe ac incolumem , non jam dubitat , qualia ſint Dei de ſe conſilia.

6. מים עד נפש , (*circumdant me*) *aquæ uſque ad animam.* Hæc etiam leguntur Pſalmo 69. v. 1. ...סוף חבוש לראשי , *alga involuta eſt in capite meo.* Hæc loquitur Jonas in viſceribus piſcis , ut anteà vidimus. Itaque abs re quidam ſtatuunt , hæc loqui Jonam in fundo maris , antequàm à ceto devoretur. Cetus Jonam ſorbuit , cùm primùm jacuit in fundo maris , algâ , in quam deciderat , involutum.

7. בעדי לעולם , *ſuper me in ſempiternum.* Hæc ſententia pugnat cum his , quæ addit Jonas , *tu tamen excitabis de interitu vitam meam* , quæ credere non ſinunt , dixiſſe Jonam terræ vectes *eſſe ſuper ſe in ſempiternum.* Itaque jungendum eſt *in ſempiternum* cum terræ vectibus , quod fecêre Græci Intt. & poſt eos Arabs , & legendum , ordine mutato , הארץ בעדי , *terra ſuper me eſt* , ut ſequatur , בריחיה לעולם , *cujus vectes ſunt ſempiterni.* Omiſerunt בעדי , Græci Intt. quia id non poterant expedire , in ordine eo , in quo id legebant ; neque id expediunt ſacri Intt. quia ordinem non mutant.

9. משמרים הבלי שוא , *qui ſectantur vana & inania.* Hæc eadem extant Pſalmo 31. v. 7. quæ quidem accommodat Jonas ad nautas , de quibus iiſdem ſubjungit , חסדם יעזבו , *benefactorem ſuum deſeruerunt* , quia oraverant Deos ſuos antequàm ſcirent Deum cœli & terræ , qui excitaverat procellam , eundem eſſe , qui eam ſedavit.

10. אזבחה לך , *ſacrificabo tibi* , non aliis Diis , ut nautæ Diis ſuis. ...ישועתה ליהוה , *ſalus eſt Domini* , non eorum Deorum , quibus nautæ vota perſolvere ſolent. Legitur in Codice Alex. σωτήριόν μου , *ſalus mea* , ex ſcripturâ ישועתי , quam antetulimus , cùm præſertim mendum oleat ישועתה , nec alibi legatur , quàm hìc , & *Pſ. 3. v. 3.* Vide quæ ibi diximus.

CAPUT III.

Jonas, Deo iterum jubente, denuntiat urbi Ninive ruinam ejus poſt quadraginta dies futuram. Ninivitæ reſipiſcunt, & Deum iratum placant.

1. *Fuit autem iterum ad Jonam*
verbum Domini , hæc mandantis.
2. *Surge , vade ad Ninivem ur-*
bem magnam , & prædica ſuper eâ
hæc eadem , quæ tibi mandavi ut præ-
dicares. 3. *Surrexit Jonas , perrexit-*
que Niniven , ut juſſerat Dominus.
Erat autem Ninive civitas maxima ,

1. ויהי דבר יהוה אל יונה שנית
לאמר : 2. קום · לך אל נינוה
העיר הגדולה · וקרא אליה את
הקריאה אשר אנכי דבר אליך :
3. ויקם יונה · וילך אל נינוה
כדבר יהוה · ונינוה היתה עיר גדולה
לאלהים מהלך שלשת ימים : 4.
ויחל יונה לבוא בעיר מהלך יום

itinere trium dierum. 4. *Cœpit Jonas*
procedere in urbe, itinere diei unius,
prædicavitque, hæc dicens: adhuc
quadraginta dies, & Ninive subver-
tetur. 5. *Homines Ninive Deo cre-*
diderunt, & jejunio indicto, saccos
induerunt tam magnates, quàm in-
fima plebs. 6. *Eâ re ad regem Nini-*
vis perlatâ, surrexit rex è solio suo,
& veste regiâ exutâ, induit se sacco,
& sedit in cinere. 7. *Simul promul-*
gatum fuit in Ninive edictum Regis
ejusque Magnatum, his verbis: nihil
degustent homines; sed nec jumenta,
nec armenta, nec greges pascant,
aut aquam bibant. 8. *Et operiantur*
saccis homines & jumenta, & cla-
ment ad Deum fortiter; recedat quis-
que ex viâ suâ pravâ; ab iniquitate,
quæ est in manibus ejus. 9. *Si fortè*
Deus revertatur, & mutet senten-
tiam, & avertat iram suam, ne pereamus. 10. *Vidit Deus opera eorum,*
cùm ex viâ suâ pravâ recesserunt; itaque revocavit sententiam suam, nec
eos affecit malis, quæ erat eis facturus.

אחד · ויקרא ויאמר · עוד ארבעים
יום ונינוה נהפכת : 5. ויאמינו
אנשי נינוה באלהים · ויקראו צום
וילבשו שקים מגדולם ועד קטנם :
6. ויגע הדבר אל מלך נינוה ·
ויקם מכסאו ויעבר אדרתו מעליו ·
ויכס שק וישב על האפר : 7.
ויזעק ויאמר בנינוה מטעם המלך
וגדליו לאמר · האדם והבהמה הבקר
והצאן אל יטעמו מאומה · אל ירעו
ומים אל ישתו : 8. ויתכסו שקים
האדם והבהמה · ויקראו אל אלהים
בחזקה · וישבו איש מדרכו הרעה
ומן החמס אשר בכפיהם : 9. מי
יודע ישוב ונחם האלהים · ושב
מחרון אפו · ולא נאבד : 10. וירא
האלהים את מעשיהם כי שבו
מדרכם הרעה · וינחם האלהים על
הרעה אשר דבר לעשות להם · ולא
עשה :

---

3. מהלך שלשת ימים, *itinere trium dierum.* Hodie non sic solet demonstrari urbium magnitudo, quia urbes hodiernæ ita ædificatæ ac distributæ sunt, ut earum omnes vicos peragrare vix possis, quin eadem urbis spatia sæpiùs relegas. Erat Ninive rotunda, & non nihil oblonga, ut docemur ex Diodoro Siculo, qui viderat ejus descriptionem; cujus viæ si muris parallelæ erant, ita ut illæ, quæ muris proximæ erant, tanquam lineæ excentricæ essent aliis viis, quæ centro urbis erant propiores, facilè intelligitur, quomodò urbs peragrari non posset, nisi itinere trium dierum, ita ut eædem viæ non relegerentur; si præsertim paucissimæ viæ erant, quæ ex centro ad muros iter facerent. Paucas autem fuisse credibile est, quia inter vias erant horti & arva culta, quomodò Babylone.

4. מהלך יום אחד, *itinere diei unius.* Satis erat, Jonam prædicare in Ninive, diem tantùm unum, ut ejus prædicationis fama per urbem totam diffunderetur. Itaque sine causâ statuunt quidam Interpretes, Jonam pluribus diebus prædicasse. Potuit Jonas, postquàm unum diem prædicasset, expectare paulisper, an Ninivitæ resipiscerent; qui, quoniam citò resipuerunt, tum quievit Jonas, nec diutiùs prædicavit. ...ארבעים, *quadraginta:* Græci Intt. τρεῖς, *tres*, ex errore Scribæ Græci, qui, cùm legerer τσρτ, aut aliud simile compendium verbi Græci τεσσαράκοντα, nec videret esse compendium, crediderit se legere τρεῖς.

5. מגדולם ועד קטנם, *à magno eorum, usque ad minimum eorum.* Oppositionem habent hæc verba conditionum vitæ, non hominum ætatum. Nam, versu 7. וגדליו, notat *Magnates*, qui regi assidebant, non autem natu majores; ut planum sit vocabulum קטנם, non notare pueros infantes. Quòd si igitur jejunavêre in urbe Ninive pueri & lactentes, ut quibusdam Ecclesiæ Patribus visum est, id probari non poterat ex hoc loco.

8. ויתכסו, *& operiantur (saccis.)* Ita Vulgatus; atque id meliùs videtur, quàm *& operti sunt*, ut convertêre Græci Intt. qui, καὶ περιεβάλλοντο. Nam hæc verba pars sunt edicti Regis, cujus tenor continuatur, versu inferiore in his verbis, ...מי יודע, *quis scit...* qui tenor dissipabitur, si hoc versu 8. continentur verba, non jam regii Edicti, sed Sacri Scriptoris, rem gestam narrantis. ...והבהמה, *& jumenta.* Mirum quibusdam videtur, jumenta operiri saccis, quod tamen non magis mirandum, quàm in hodiernis funerum pompis vestiri equos nigris ephippiis. Observandum est, *jumenta*, versu 7. distingui ab armentis & à gregibus; itaque hoc versu 9. notari animalia tantùm domestica.

CAPUT IV.

Jonas, Ninive non pereunte, graviter dolet, & extra urbem ſedet ſub ricino, quo deinde arefacto, mori optat; cui Deus ſignificat, non ſuum eſſe, ut urbem magnam deſtruat pœnitentem.

1. *Sed Jonas accepit magnum dolorem, & contriſtatus eſt;* 2. *Et oravit Dominum his verbis: Quæſo, Domine, non-ne hoc illud eſt, quod dixeram, cùm adhuc eſſem in terrâ meâ? Itaque etiam præoccupavi, ut Tharſum fugerem; ſciebam enim ut tu Deus es clemens & miſericors, tardus irarum & abundans benignitate, & revocans minas.* 3. *Nunc igitur, Domine, tolle à me, quæſo, animam meam; nam melius eſt mihi mori, quàm vivere.* 4. *Dominus autem dixit ei: ſatis-ne juſta cauſa eſt, cur contriſteris?* 5. *Jonas ex urbe egreſſus eſt, & ante urbem ſubſiſtens, ibi aptavit ſibi tentoriolum, in cujus umbrâ ſedit, donec videret, quid urbi accideret.* 6. *Etenim paraverat Dominus Deus ricinum, qui ſuper caput Jonæ aſſurrexerat, capiti ejus umbram præbens, ut eriperet ei dolorem ſuum; propter quem ricinum Jonas fuerat vehementer lætatus.* 7. *Sed Deus paravit vermem, qui, poſterâ aurorâ exoriente, læſit ricinum, & exaruit.* 8. *Et, orto ſole, paravit Deus ventum orientalem æſtuoſum, tetigitque ſol caput Jonæ, & exanimatus eſt, deſideravitque morte relinquere animam ſuam, dicens; melius eſt mihi mori, quàm vivere.* 9. *Tum Deus Jonæ; ſatis-ne juſta, inquit, cauſa eſt, cur*

1. וירע אל יונה רעה גדולה ·
ויחר לו : 2. ויתפלל אל יהוה
ויאמר · אנה יהוה הלוא זה דברי
עד היותי על אדמתי · על כן קדמתי
לברח תרשישה · כי ידעתי כי אתה
אל חנון ורחום · ארך אפים ורב חסד
ונחם על הרעה : 3. ועתה יהוה
קח נא את נפשי ממני · כי טוב
מותי מחיי : 4. ויאמר יהוה ·
ההיטב חרה לך : 5. ויצא יונה
מן העיר וישב מקדם לעיר · ויעש
לו שם סכה · וישב תחתיה בצל
עד אשר יראה מה יהיה בעיר :
6. וימן יהוה אלהים קיקיון · ויעל
מעל ליונה להיות צל על ראשו
להציל לו מרעתו · וישמח יונה על
הקיקיון שמחה גדולה : 7. וימן
האלהים תולעת בעלות השחר
למחרת · ותך את הקיקיון וייבש :
8. ויהי כזרח השמש וימן אלהים
רוח קדים חרישית · ותך השמש על
ראש יונה ויתעלף · וישאל את נפשו
למות ויאמר · טוב מותי מחיי : 9.
ויאמר אלהים אל יונה · ההיטב חרה
לך על הקיקיון · ויאמר היטב · חרה
לי עד מות : 10. ויאמר יהוה ·
אתה חסת על הקיקיון אשר לא
עמלת בו ולא גדלתו · שבן לילה
היה ובן לילה אבד : 11. ואני לא
אחוס על נינוה העיר הגדולה אשר
יש בה הרבה משתים עשרה רבו
אדם אשר לא ידע בין ימינו
לשמאלו ובהמה רבה :

contriſteris

contriſteris propter iſtum ricinum. Ille reſpondit ; juſtus eſt dolor meus, donec moriar. 10. *Cui Dominus ; tu, inquit, ricino indulgebas, quem non elaborâras, nec nutrieras ; quique unâ nocte creverat, & unâ nocte periit.* 11. *Ego non parcam magnæ urbi Ninivi, in quâ hominum ſunt pluſquàm duodecim myriades, quæ dexteram ſuam ab ſuâ ſiniſtrâ non dignoſcunt, & quàm plurima jumenta ?*

---

1. ויחר לו, *& contriſtatus eſt.* Ita Syrus hoc verſu, & Græci Intt. verſu 4. quod quidem meliùs, quàm *iratus eſt.* Verbum חרה notat, modò *iram*, ſed ſæpe etiam *dolorem.* Sic *II. Sam. cap. 6. v. 8.* poſtquàm Deus Ozam percuſſerat, de David dicitur, ויחר לדוד, *& contriſtatus eſt David :* vide exemplum parallelum, *I. Paral. cap. 13. v. 11.*

4. ההיטב חרה לך, *ſatis-ne juſta cauſa eſt, cur contriſteris.* Jonas graviter dolebat, poſtquàm Ninive non peribat, ſe commiſiſſe, ut falſus propheta eſſe crederetur ; ergo ex eo quodam modo quærit Deus, an fama ejus ſit tanti, ut propter eam tuendam, perire debeant tot millia hominum, qui reſipiſcunt. Sed neque fama Jonæ periclitabatur, quoniam Ninivitæ non dubitabant, quin miſſus fuiſſet ab Deo ſuo Jonas ; quandoquidem *Deo crediderunt*, & ſatis intellexerunt, Jonâ tacente, fore ut, ſi reſipiſcerent, non delerentur.

6. וימן... יהוה, *etenim paraverat... Dominus (ricinum.)* Idem verbum וימן, ſuprà vidimus, cùm dictum eſt, paratum fuiſſe à Deo piſcem grandem ; ut non dubium ſit, notari utrobique miraculum, non rem naturalem. Eſt verò etiam ſupra naturam, ut unâ nocte planta exoriatur creſcatque ad altitudinem talem, ut homini umbram præbeat ; hoc ſentiebat Jonas, & propterea ſubditur, eum fuiſſe vehementer lætatum, cùm videret ſe Deo ſuo curæ eſſe, quanquam ratum non fecerat oraculum ſuum de Ninive ſubvertendâ. ...להציל לו : Legendum להצילו, *ad liberandum eum.* Nam verbum הציל ſemper habet perſonam in accuſandi caſu.

8. חרישית, *æſtuoſum ;* verbum de verbo, *ſilentem ;* qualis eſt ventus calidus, cujus æſtus ſentitur, ſtrepitus non auditur. Mox Deus oſtenderat Jonæ, per ricini ortum mirabilem, ſibi eum curæ eſſe, poſtquàm mandata ſua exſecutus eſt ; nunc ei oſtendit, ricini umbram eripiens, non propter Jonam miraculum fuiſſe factum ; ut intelligat Jonas, Deum mittentem prophetas, conſulere decretis ſuis, non autem commodis, aut famæ prophetarum.

10. חסת על הקיקון, *pepercisti ricino*, ſive optaſti, ut ricino parceretur. Legendum חוסת ; nam radix eſt חום, non חסה, ut liquet ex præpoſitione על, quæ ſubjungi ſolet verbo חום, non item verbo חסה. Deus Jonæ dolorem confutat ex ſimilitudine. Tu acquieſcebas in eo ricino, qui tibi umbram præſtabat ; ego acquieſco in pœnitentiâ Ninivitarum ; ergo non dolendum tibi eſt, quòd eis parcam ; niſi fortè meam tu gloriam & voluntatem commodis tuis, aut famæ tuæ, poſtponis. Jonam eſſe Allegoricam perſonam, non ſinit dubitare Chriſtus Dominus, qui, cùm Jonam docebat fuiſſe ſuæ typum reſurrectionis, ſimul tempus demonſtrabat, cùm eventum ſuum habitura eſſent quæ per Allegoriam ſignificabantur. Ut enim per miracula, quæ in miſſione Jonæ acciderunt, naſcentis Eccleſiæ miracula prænuntiabantur*, ſic in indole Jonæ ſignificabatur indoles futura Judæorum, qui gloriam propriam quærent, eique ſalutem gentium poſtponent ; qui adversùm gentes invidiâ flagrabunt, quanquam ex ipſis Judæis orta fuerit ſalus gentium ; quos Judæos non deſerturus eſt Deus, etiam tum cùm recedent ab illis qui ad Deum convertentur, ut non deſeruit Jonam ab urbe Ninive recedentem ; ſed tamen quorum Deus non curabit invidiam, cùm Legi ſuæ antiquatæ, tanquam ligno arido, indultum fuiſſe volent, quoniam gentium multitudinem non deſeret ad ſe revertentem, ut Judæi ipſi olim fiant gentium imitatores. Per Allegoriam talem, quæ habet ex ipſo Chriſto Domino autoritatem, miracula hæc, quæ hîc narrantur, habent dignum vindice nodum.

מיכה

MICHÆAS.

CAPUT I.

Adversùs Samariam & adversùs Jerusalem. Samaria fiet ut tumulus, in quo plantantur vites; sculptilia ejus frangentur. Usque ad Judam perveniet plaga ejus.

1. *Verbum Domini, quod fuit ad*
Michæam Morasthiten, in diebus
Joatham, Achaz & Ezechiæ, regum
Juda: Hæc sunt quæ vidit super
Samariâ & super Jerusalem. 2. *Au-*
dite populi omnes; attende terra,
& quidquid in eâ est, & testis erit
adversùm vos Dominator Dominus;
Dominus de Templo sancto suo.
3. *Ecce enim Dominus egredietur*
de loco suo, & descendet, calcabit-
que editos terræ locos. 4. *Montes*
subter eum colliquescent; valles, ut
cera, præsente igne, resolventur; &
ut aquæ, quæ in clivo decurrunt.
5. *Omnia hæc erunt propter scelus*
Jacob, & propter scelus domûs Israel.
Quod est scelus Jacob? non-ne Sa-
maria? Quod est peccatum Juda?
non-ne Jerusalem? 6. *Ego igitur sic*
reddam Samariam, ut tumulum

1. דבר יהוה אשר היה אל
מיכה המרשתי בימי יותם אחז
יחזקיה מלכי יהודה · אשר חזה על
שמרון וירושלם : 2. שמעו עמים
כלם · הקשיבי ארץ ומלאה · ויהי
אדני יהוה בכם לעד · אדני מהיכל
קדשו : 3. כי הנה יהוה יצא
ממקמו · וירד ודרך על במותי
ארץ : 4. ונמסו ההרים תחתיו ·
והעמקים יתבקעו כדונג מפני
האש · כמים מגרים במורד : 5.
בפשע יעקב כל זאת ובחטאות בית
ישראל · מי פשע יעקב · הלוא
שמרון · ומי במות יהודה · הלוא
ירושלם : 6. ושמתי שמרון לעי
השדה למטעי כרם · והגרתי לגי
אבניה · ויסדיה אגלה : 7. וכל
פסיליה יכתו · וכל אתנניה ישרפו
באש · וכל עצביה אשים שממה ·
כי מאתנן זונה קבצה ועד אתנן
זונה ישובו : 8. על זאת אספדה

ואיליל · אילכה שילל וערום ·
אעשה מספד כתנים ואבל כבנות
יענה : .9 כי אנושה מכותיה ·
כי באה עד יהודה נגע · עד שער
עמי עד ירושלם : .10 בגת אל
תגידו · בכו אל תבכו · בבית לעפרה
עפר התפלשתי : .11 עברי לכם
ישבת שפיר עריה בשת לא יצאה
יושבת צאנן מספד · בית האצל
יקח מכם עמדתו : .12 כי חלה
לטוב יושבת מרות · כי ירד רע
מאת יהוה לשער ירושלם : .13
רתם המרכבה לרכש יושבת לכיש ·
ראשית חטאת היא לבת ציון · כי
בך נמצאו פשעי ישראל : .14
לכן תתני שלוחים על מורשת גת
בתי אכזיב לאכזב למלכי ישראל :
.15 עד הירש אבי לך יושבת
מרשה · עד עדלם יבוא כבוד
ישראל : .16 קרחי וגזי על בני
תענוגיך · הרחבי קרחתך כנשר · כי
גלו ממך :

agri, ad plantandas vineas; ego in
vallem lapides ejus detraham, &
fundamenta ejus retegam. 7. *Omnia*
ſculptilia ejus comminuentur; omnia
ejus amatoria dona igne comburen-
tur; omnia ſimulachra ejus redigam
ad ſolitudinem; quæ, quoniam ex
cultu meretricio collecta ſunt, ad
quæſtum meretricium revertentur.
8. *Ob eam rem plangam & lamen-*
tabor; ingrediar ſpoliatus & nudus;
edam planctus, veluti dracones; lu-
gebo, velut feminæ ſtruthiones.
9. *Nam lethale erit vulnus ejus;*
etenim plaga uſque ad Judam ve-
niet, uſque ad portam populi mei,
ad Jeruſalem. 10. *Nolite hæc in*
Geth nuntiare; nolite edere flebiles
ſonos; conſperge te pulvere in domo
ipsâ pulveris. 11. *Cura, quæ habitas*
Saphir, ut demigres nuda & plena
dedecoris. Non exibit ad planctum,
quæ habitat Sanan; tolletur à vobis
domus Beth-Eſel, dum ipſa ſtabit. 12. *Ægra eſt enim ad interitum*
quæ habitat in Meroth; quoniam calamitas à Domino advenit uſque ad
portam Jeruſalem. 13. *Alligatus eſt currus ad equos, quæ habitas Lachis;*
tu ſceleris princeps fuiſti filiæ Sion; nam in te excogitata ſunt ſcelera Iſ-
rael. 14. *Propterea munera mittes contra Mareſâ, in Geth, domum men-*
dacii, ut fallas reges Iſrael. 15. *Donec ego in te mittam hæredem eam, quæ*
habitat Mareſa; donec uſque ad Odollam perveniat gloria Iſrael. 16. *Evelle*
capillos tuos, propter filios tuos delicatos; dilata, quaſi aquila, calvitiem
tuam; etenim à te captivi abeunt.

---

2. עמים כלם, *populi omnes; omnes*, non tantùm utriuſque regni populi; nam hæc verba tam latè patent, quàm parallela hæc, ארץ ומלאה, *terra & plenitudo ejus*, quibus univerſa terra ſignificatur. Itaque hoc loco abutuntur, qui ex eo probare ſe poſſe putant, vocabulo עמים, plurali, ſignificari aliquando unam & ſolam gentem Judæorum. Nam, quamvis Propheta ſermonem habet ad unos Judæos, tamen verba ejus ipſa notant omnes terræ populos, quia proverbio utitur, & eo quidem, quod eſt omnium ferè linguarum; ut nos, cùm Gallicè dicimus, *toute la terre ſçaura que...* hoc tantùm ſignificare volumus, fore ut quàm plurimi audiant... במותי ארץ, *excelſa terræ.* Maſora יתיר ו, *ſupervacaneum*, ו; ſine causâ; nam uſitatiſſimum במות, cum ו, etiam in ſtatu conſtructo: vide, ſi juvat, Concordantias Buxtorfianas.

4. יתבקעו: Vulgatus, *ſcindentur;* meliùs Græci Intt. τακήσονται, *reſolventur;* nam cera, præſente igne, *reſolvitur*, non *ſcinditur;* quo exemplo docemur, verbum בקע, de liquidis rebus uſurpari, ut & de aridis.

5. ומי במות יהודה, *& quæ ſunt excelſa Judæ?* Videram pro במות, legendum eſſe חטאת, antequàm irem ad Græcos Intt. in quibus legitur, καὶ τίς ἡ ἁμαρτία, *& quod peccatum?* Quip-

pe

pe in hoc altero membro verba eadem, quæ in primo sunt, redintegrantur. Nunc dicitur מי פשע, *quod est scelus;* quia suprà dictum est, בפשע, *propter scelus.* Ergo similiter dicendum, ומי חטאת, *& quod peccatum;* quia dictum est anteà ובחטאות, *& propter peccata:* (meliùs בחטאת, numero sing.) Hanc interrogationem, *& quæ excelsa Judæ*, nihil est quod introducat in orationem, ubi de *excelsis* nihil anteà dictum fuit. Significant *scelus* & *peccatum*, causam sceleris & peccati, quam dabant Samaria & Jerusalem, quoniam earum exemplum tota natio sequebatur. *Jacob* in distributione, quæ hìc adhibetur, indicat regnum Israel; regnum autem Juda, *domus Israel*, sed in aliis prophetis *Jacob*, distributè usurpatum, solet notare regnum Juda.

7. וכל עצביה אשים שממה, *& omnia simulachra ejus redigam ad solitudinem;* sive faciam, ut cultoribus suis careant, & circùm ea sit solitudo. Non convertimus שממה, *destructionem*, quia subditur, eadem simulachra reditura esse *ad quæstum meretricium;* sive reversura esse ad Assyrios, qui hæc dabunt Idolis suis, ut fiat ex eis quæstus meretricius; sive, ut eorum Templis dona offerant, qui hæc adorabunt. Intelligi etiam potest quæstus ex mulieribus, quæ corpora sua vulgabant in honorem Deorum quorumdam suorum. Cæterùm, pro קִבָּצָה, legendum קבצו, ut legunt Veteres, & ut posteà ישובו.

8. שילל: Rectè Masora, שולל, *spoliatus*, ut lego in Codice Reg. 29.

10. התפלשתי: Etiam rectè Masora, התפלשי, *consperge te.* בבית לעפרה, (potius העפרה...) *in domo pulveris.* Lusus est in verbo עפרה, quod notat urbem *Aphra*, vel *Aphron*, sitam in Tribu Juda, quam rex Sennacherib erat vastaturus. Hæc enim, ut & quæ sequuntur, spectant ad regnum Juda, & explicant id, quod mox dictum fuit, plagam perventuram esse usque ad portam Jerusalem, urbibus vicinis ab rege Sennacherib devastatis. Propterea dicit Propheta, *ne nuntiate hæc in Geth;* nam urbs Geth Philistæorum vicina erat Tribui Judà.

11. עברי לכם...: De hoc versu hæc habet Hieronymus: » Multùm Hebraicum à LXX. » interpretatione discordat, & tantis tam mea quàm illorum intepretatio difficultatibus in» voluta est, ut si quando indigemus spiritu Dei... nunc vel maximè eum adesse cupiamus. « Sed eundem versum novi Interpretes, quanquam intelligere se putant, non faciunt, ut sui Lectores intelligant. Nos, pro לכם, legimus לך, ut Syrus, qui ponit לכי, *tibi;* nam id postulat עברי, *transi*, numero singulari. Perperam Drusius credit, dictum esse לכם, *respectu multitudinis*, post numerum, *transi*, singularem; nec ullum puto esse in sacris Codicibus tale exemplum. Additum fuerit ם ex litterâ כ malè duplicatâ, & ferè simili. ...ישבת שפיר, *quæ habitas in Saphir.* Intelligi videtur urbs *Saphir*, quam collocat Eusebius in Tribu Juda, inter Eleutheropolim & Ascalonem, quam Sennacherib erat expugnaturus, & captivos ex eâ nudos abducturus. מספד, Potius לספד, vel למספד, *non exibit ad planctum quæ habitat Sanam*, (quæ urbs Tribûs Juda nominatur צנן, sine א, *Jos. cap. 15. v. 37.*) fortasse quia ex eâ urbe accersi solebant funerum lamentatrices; quæ quidem non accersentur, quia urbs *Sanan*, vel obsessa erit, vel jam capta. ...בית האצל יקח מכם, *domus Beth-Esel tolletur à vobis.* sic nominari videtur Jerusalem, cui vicinus erat locus nomine אצל, *Esel*, ut apparet ex *Zach. cap. 14. v. 5.* Sed luditur in verbo אצל, quod notat *separationem;* significante Prophetâ, non speratum iri ab urbe Jerusalem auxilium, quia Jerusalem timebit sibi ipsi, & quia separabit eam ab urbe *Saphir*, ad quam sermo est, exercitus Assyriorum. ...עמדתו: Hoc verbum non expediunt novi Interpretes. Propiùs ad sententiam Vulgatus, *quæ stetit sibimet.* Credimus legendum esse בעמדתו, *dum stabit;* tanquam diceret Propheta; quanquam stabit Jerusalem, tu tamen in eâ nihil præsidii habebis.

12. כי חלה לטוב: Lege למות, *quia ægra est ad mortem*, ut legitur *II. Reg. cap. 20. v. 1.* Ratio affertur cur *Beth-Esel*, sive Jerusalem, non poterit opem ferre urbi *Saphir;* quia videlicet *ægra erit ipsa*, & mox peritura, nisi eam Deus per miraculum liberabit, ut eam liberavit, delens excercitum Assyriorum. Vocatur Jerusalem יושבת מרות, *habitans Meroth*, sive *rebellionem*, per annominationem similem eis, quæ antecesserunt. Ideò Jerusalem *ægra est ad mortem*, quia Dominus plagam advexit *usque ad portam Jerusalem.*

13. רתם המרכבה: Nos, *alligatus est currus;* nihil enim obstat, quin מרכבה sit masc. generis. Nunc denuntiat Propheta obsidionem urbi Lachis, quam obsidionem fecit Sennacherib, antequàm iret ad Jerusalem. ...ראשית חטאת היא. Omnino legendum, ראשית חטאת אתה היא, *principium peccati tu ipsa fuisti;* nam sequitur בך, *in te*, quod monet, pronomen היא esse personæ secundæ. Omissum fuerit אתה post את, vocabuli חטאת, & ante ה pronominis היא.

14. על מורשת, *contra Maresa.* Nomine proprio interpretamur, quia versu 15. legitur יושבת מרשה, quæ verba notant urbem *Maresa.* Erant in Tribu Juda urbes duæ *Lachis*, & *Maresa.* Cur *Lachis*, dum obsidetur, munera mittat in *Geth*, Historia Sacra non explanat. Fortasse opem Geth implorabat Lachis, & pollicebatur Gethæis operam suam, postquàm obsidione liberata esset, ut urbem Maresa oppugnarent, eamque eriperent regibus Israel, sive regibus Juda. Nam, Sennacherib regnante, eversum erat regnum Israel. Propterea subjungitur, *ad decipiendos reges Israel.*

15. עד הירש אבי לך: Rectè Masora אביא; *donec mittam ad te*, (*ô Lachis*,) *hæredem eam, quæ habitat Maresa;* sive donec ego eosdem cives Maresa, quos tu voluisti vendere Gethæis, mittam, tua mœnia occupaturos, postquàm dissipatus fuerit exercitus Assyriorum, & postquàm gloria Israel pervenerit usque ad *Odollam*, vel extenderit fines suos usque ad Odollam, urbem sitam in parte meridionali Tribûs Juda, versùs mare mortuum. Favent huic sen-

tentiæ hæc, quæ ſequuntur, in quibus prædicitur, habitatores Lachis abductum iri captivos. Nam, urbe civibus viduatâ, mittendi erant in eam novi habitatores, quos rex Ezechias miſerit ex *Maresâ*, urbe vicinâ urbi Lachis. Non legitur, Regem Sennacherib cepiſſe urbem *Mareſa*; ut non mirum ſit, voluiſſe eam vendere Gethæis Lachis habitatores.

CAPUT II.

Væ eis, qui ſpoliant domos, & rapiunt hæreditates; nam ſpoliabuntur, neque in hæreditate Domini partem habebunt. Surgite, abite, neque enim hîc habetis requiem.

1. *Væ iis, qui excogitant iniqui-*
tatem, & ſcelus moliuntur in cubili-
bus ſuis; quique deinde illud ſum-
mo mane perpetrant, quoniam ſibi
hæc licentia datur. 2. *Cùm deſiderant*
agros, eos rapiunt; cùm domos, eas
eripiunt, & per vim pellunt hunc
ſuâ ex æde, illum ſuâ ex hæreditate.
3. *Propterea hæc dicit Dominus:*
en ego contra iſtam familiam mala
hæc meditor, ex quibus colla veſtra
non liberabitis, neque erectâ cervice
incedetis; quoniam hoc tempus erit
calamitatis. 4. *In die illâ tolletur ſu-*
per vos hoc proverbium; qui ſcit lamen-
tari lamentabitur, hæc dicens; en
funditus everſi ſumus; patrimonium
populi mei libella dimenſa eſt, &
nemo ſe commovit, ut eam à me
averteret; partita eſt agros noſtros.
5. *Ergo nemo erit, qui, jactis ſorti-*
bus, funem pro te extendat apud cœ-
tum Domini. 6. *Nolite vaticinari.*
Atqui vaticinabuntur. Saltem nolite
hæc vaticinari; regni limites non
amovebuntur. 7. *Nimirum hæc dicit*
domus Jacob: An ſpiritus Domini
factus eſt anguſtior? An opera ejus
ejuſmodi eſſe ſolent? Non-ne verò
verba mea bona ſunt cum eo, qui in-
greditur rectam viam? 8. *Sed popu-*

1. הוי חשבי און ופעלי רע על
משכבותם · באור הבקר יעשוה ·
כי יש לאל ידם : 2. וחמדו
שדות וגזלו · ובתים ונשאו · ועשקו
גבר וביתו ואיש ונחלתו : 3. לכן
כה אמר יהוה · הנני חשב על
המשפחה הזאת רעה · אשר לא
תמישו משם צוארתיכם ולא תלכו
רומה · כי עת רעה היא : 4. ביום
ההוא ישא עליכם משל ונהה נהי
נהיה אמר · שדוד נשדנו · חלק עמי
ימיר איך ימיש לי לשובב שדינו
יחלק : 5. לכן לא יהיה לך משליך
חבל בגורל בקהל יהוה : 6. אל
תטיפו · יטיפון · לא יטיפו לאלה · לא
יסג כלמות : 7. האמור בית
יעקב · הקצר רוח יהוה · אם אלה
מעלליו · הלוא דברי ייטיבו עם
הישר הולך : 8. ואתמול עמי
לאויב יקומם · ממול שלמה אדר
תפשטון · מעברים בטח שובי
מלחמה : 9. נשי עמי תגרשון
מבית תענגיה · מעל עלליה תקחו
הדרי לעולם : 10. קומו ולכו · כי
לא זאת המנוחה בעבור טמאה ·
תחבל וחבל נמרץ : 11. לו איש
הלך רוח ושקר כזב אטף לך ליין
ולשכר · והיה מטיף העם הזה :
12. אסף אאסף יעקב כלך קבץ
אקבץ · שארית ישראל יחד אשימנו
כצאן בצרה · כעדר בתוך הדברו

תהימנה מאדם ׃ 13. עלה הפרץ
לפניהם · פרצו ויעברו שער ויצאו
בו · ויעבר מלכם לפניהם ויהוה
בראשם ׃

lus meus nuper erexit ſe ſe, velut inimicus. Vos, veſte ablatâ, diripitis & pallium; qui ſecurè iter faciebant, ut bello capti abducuntur. 9. *Vos populi mei mulieres ædibus pellitis, quibus delectabantur; vos ex earum filiolis gloriam meam in perpetuum tollitis.* 10. *Surgite & abite; neque enim veſtra hæc eſt requies, quandoquidem immunda facta eſt. Tu fœdata es; hæret tibi infixa fœditas.* 11. *Si quis habet ſpiritum vanum, & adhibet mendacium ad fraudem, ille tibi pro vino & ſicerâ vaticinatur; ille habetur populi hujus propheta.* 12. *Omninò ego te, omnis Jacob, congregabo; ego reliquias Iſrael in unum colligam; ego eos curæ habebo, ut oves Boſra; tumultuabuntur præ multitudine hominum, velut grex in caulis ſuis.* 13. *Aſcendet ante eos qui pandet iter; turmatim venient, & per januam exibunt; rex eorum ante eos agmen ducet; Dominus erit in capite eorum.*

---

1. כי יש לאל ידכם : Verbum pro verbo, *quia id eſt ad manum eorum.* Sic *Prov. cap. 3. v. 27.* legitur, בהיות לאל ידיך לעשות, *dum id facere in tuâ eſt poteſtate.* Vulgatus, *quia contra Deum eſt manus eorum.* Non naſcitur ex ante-dictis iſtud, *contra Deum;* & לאל, ſignificat potiùs *ad Deum*, quàm *contra Deum.*

4. חלק עמי : Hunc locum, ut nunc jacet, inextricabilem, reſarcimus ex Græcis Intt. Nam, cùm nunc ſic legatur, חלק עמי ימיר איך ימיש לי לשובב, *partem populi mei mutavit, quomodò removit mihi ad reſtituendum*, ut Arias interpretatur, ex hodiernis mendis, Græci Interpretes ſic legebant, חלק עמי ימד באנך · אין ימיש לי לשבבו, *pars populi mei funiculo* (vel *libella*,) *dimenſa eſt; & non fuit, qui moveret ſe pro me, ut averteret eum.* Adi, ſi juvat, ipſos Græcos. Nos reſtituimus אנך, ſine præpoſitione ב, ut verbum ימד, *menſa eſt*, utatur nomine אנך, *libellâ*, ut nominativo ſuo. Ortum eſt mendum איך, ex ſimili vocabulo אנך; deinde אין omiſſum poſt אנך, ferè ſimile. ...אין ימיש לי, *nemo ſe commovit pro me*, לשבבו, *ut averteret eam* (libellam;) ſive nemo prohibuit, ne hoſtes dividerent inter ſe agros noſtros. Vulgatus, *quomodò recedet à me, cùm revertatur*, non modò obſcurè, ſed & parùm fideliter; neque enim ימיש לי, ſignificat, *recedet à me.*

5. ...לכן לא יהיה, *ergo nemo erit...* Nunc Deus loquitur; nam Proſopopæia, quæ incepit verſu 4. continuatur uſque ad verſum 7. loquente alternis vicibus, nunc populo, nunc Deo.

6. לא יסג כלמות : Vulgatus, *non comprehendet confuſio*, quia ſic habuit יסג tanquam ישג; quanquam aliud eſt verbum נסג, aliud verbum נשג. Duæ res perſuadent, eſſe in mendo vocabulum כלמות; una, deeſſe Affixum, quo notetur, *cujus* ſit *confuſio;* altera, nullibi conſociari nomen כלמות, cum verbo נסג; ſed alibi paſſim adjungi ad verbum לבש, vel כסה, vel עטה, *induere*, *operire.* Non dubitabit prudens Lector, quin olim ſcriptum fuerit מלכות, *regnum*, quod commodè jungitur cum verbo נסג, quod adhibetur in limitibus, qui amoventur. Populus, qui nunc loquitur dicit, *nolite ſaltem talia in nos vaticinari*, *non auferentur*, vel *amovebuntur regni limites*, ut illud invadant alienigenæ.

7. האמור : Potiùs, ואמרו, *& dicit* (*domus Jacob*,) quæ *domus* eſt regnum Iſrael, ut capite ſuperiore vidimus.

8. ממול שלמה אדר : Verbum de verbo, *coram veſte pallium* (*diripitis;*) ſive, hoc & illam uno eodemque latrocinio tollitis. Legendum אדרת; omiſſum fuit ת, ex altero ת, quod ſequitur; nuſquam legitur אדר, ſignificans *pallium;* paſſim אדרת : Vide Concordantias. שובי ...מלחמה : Plerique convertunt, *redeuntes ex bello*, quamvis non legitur ממלחמה, cum præpoſitione. Prætereà mirum videri debet, eos qui ex bello revertuntur, quique adeò non ſunt inermes, tam facilè ſpoliari & veſte, & pallio. Hæc incommoda oriuntur ex unâ litterulâ trajectâ; nam ſi pro שובי, legitur שבוי, *captivi*, optima exſurgit ſententia : qui placidè ac ſecurè iter faciebant, abducuntur, ut ex bello captivi.

9. תקחו הדרי לעולם, (*ex filiolis*) *aufertis gloriam meam in perpetuum;* quia domos cùm diripitis, pueros tollitis, ut eos vendatis extraneis, neque adhuc filii mei cenſeantur, quia Diis extraneorum ſervient.

10. & 11. קומו, *ſurgite... non habetis hìc requiem.* Hic ſermo fit ad veros Dei cultores, qui habitabant in regno Iſrael, quique pars erant ejus *omnis Jacob*, quem Deus, v. 12. dici-

tur esse congregaturus. Non alios, quàm homines religiosos hîc compellari, docent hæc verba, *quia immunda est;* hoc est, quia homines puri & religiosi non possunt habere in terrâ impurâ domicilium suum. Hæc autem, quæ sequuntur, תחבל וחבל נמרץ : לו, sic distinguenda sunt, ut punctum majus rejiciatur post לו, quomodo apud Int. Syrum. Sed malè Syrus retinuit לו, genere masculino; cum טמאה, ad quod verbum pertinet לו, sit femininum. Procul dubio legendum לך; ut sic convertas, *fœdata es, & corruptio*, vel *fœditas*, *inhærens est tibi*; & ut id prius לך, respondeat alterî לך, quod sequitur; alterâ sententiâ in his verbis incipiente, איש הלך רוח, quæ quidem verba sic sunt legenda, איש הבל רוח, *vir vanus spiritu;* nam הבל parallelum verbum est verbo שקר, ut *Prov. cap. 31. v. 30.* Denique, pro אטף, legendum הטף, *stillat*, לך, *tibi:* vide Versionem. Emendationes, quas hîc facimus, ut sunt levissimæ, ita etiam ad sententiam accommodatissimæ. Vulgatus ex mendis introduxit hoc Prophetæ votum, *utinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer, stillabo tibi in vinum*, quod votum & sine exemplo est in Sacris Codicibus, & prorsus incredibile.

12. תהימנה, *tumultuabuntur;* non malè in genere fem. plur. quia id pertinet ad שארית, *reliquias*, femininum collectivè usurpatum. His duobus ultimis versibus prænuntiantur tempora ultima novi fœderis, cùm pastor idemque *rex* (מלכם) ovium suarum pandet iter ante eas, cùm ibunt in eam *requiem*, de quâ versus 10. Esse hoc loco promissiones, easque magnificas, non autem comminationes, membrana ipsa loquitur; nec diceret Propheta מלכם, *rex eorum*, עלה הפרץ לפניהם, *ascendet pandens iter ante eos*, de rege victore, qui oves abigeret bello captas. Sic solent Prophetæ, postquàm mala ultima & Reip. Judaicæ interitum denuntiaverunt, prædicere liberationem malorum, ne Judaica gens credat, se ab Deo deseri, antequàm promissiones patribus ipsorum factæ habuerint eventum suum.

CAPUT III.

Principes qui populum spoliant & devorant, in die malâ non exaudientur, cùm Deum implorabunt. Tum prophetæ vani obmutescent. Jerusalem fiet ut ager, qui aratur.

1. *Et dixi; audite nunc, principes Jacob, & Optimates domûs Israel. Non-ne vestrum erat nosse judicium;* 2. *Qui aversamini bonum, malumque diligitis; qui pellem ab eis detrahitis, & ab ossibus eorum carnem ipsorum.* 3. *Qui carnem populi mei voratis; qui, cùm pellem ab eis detraxistis, & ossa fregistis, deinde carnes effunditis tanquam in ollam, vel in ahenum.* 4. *Erit, cùm Dominum invocabunt, nec exaudiet eos; eo enim tempore abscondet ab eis vultum suum, quoniam opera sua prava reddiderunt.* 5. *Hæc loquitur Dominus ad prophetas, qui decipiunt populum meum, qui mordent dentibus suis; pacem quidem prædicant, sed si quis nihil in os eorum injicit, bellum contra eum decernunt.* 6. *Prop-*

1. ואמר · שמעו נא ראשי יעקב וקציני בית ישראל · הלוא לכם לדעת את המשפט : 2. שנאי טוב ואהבי רעה · גזלי עורם מעליהם ושארם מעל עצמותם : 3. ואשר אכלו שאר עמי ועורם מעליהם הפשיטו · ואת עצמתיהם פצחו · ופרשו כאשר בסיר וכבשר בתוך קלחת : 4. אז יזעקו אל יהוה ולא יענה אותם · ויסתר פניו מהם בעת ההיא · כאשר הרעו מעלליהם :

5. כה אמר יהוה על הנביאים המתעים את עמי הנשכים בשניהם וקראו שלום · ואשר לא יתן על פיהם וקדשו עליו מלחמה : 6. לכן לילה לכם מחזון · וחשכה לכם מקסם · ובאה השמש על הנביאים · וקדר עליהם היום : 7. ובשו החזים וחפרו הקסמים · ועטו על שפם

שפם כלם · כי אין מענה אלהים :
8. ואולם אנכי מלאתי כח את רוח
יהוה ומשפט וגבורה להגיד ליעקב
פשעו ולישראל חטאתו :
9. שמעו נא זאת ראשי בית
יעקב וקציני בית ישראל · המתעבים
משפט ואת כל הישרה יעקשו :
10. בנה ציון בדמים וירושלם
בעולה : 11. ראשיה בשחד ישפטו ·
וכהניה במחיר יורו · ונביאיה בכסף
יקסמו · ועל יהוה ישענו לאמר ·
הלא יהוה בקרבנו · לא תבוא עלינו
רעה : 12. לכן בגללכם ציון שדה
תחרש וירושלם עיין תהיה · והר
הבית לבמות יער :

tereà orietur vobis ex visione ipsâ nox, tenebræque ex divinatione. Sol occidet super prophetas, dies erit eis plenus tenebrarum. 7. Erubescent qui habebant visiones; in ignominiâ erunt qui divinabant; omnes operient vultum suum; quippe Deus nihil eis responsurus est. 8. Ego verò, per spiritum Domini plenus ero fortitudinis & judicii & alacritatis, ut annuntiem Jacob scelus suum, & Israel peccatum suum. 9. Nunc audite hæc, principes domûs Jacob, & Optimates domûs Israel, qui judicium aversamini, &, si quid rectum est, id pervertitis. 10. Sion per sanguinem ædificatur; Jerusalem, per iniquitatem. 11. Principes ejus pro munere judicant; sacerdotes ejus docent pro mercede, & prophetæ ejus pro argento divinant. Iidem Domino nituntur, & dicunt: certè habitat apud nos Dominus, nihil in nos mali adveniet. 12. Ergo, propter vos ipsos, Sion fiet ager, qui arabitur; erit Jerusalem moles ruderum, & mons Templi, ut cacumen sylvestre.

---

1. ואמר: Ita Vulgatus, & meliùs, quàm Græci Intt. qui, ἐρεῖ, *dicet*, (*Dominus*;) quasi continuaretur series ex fine capitis superioris; nihil enim pertinere possunt promissiones, quæ habentur superiore cap. desinente, ad minas, & ad denuntiationes, quæ hoc capite 3. continentur.

2. עורם מעליהם, *pellem eorum ab eis.* Hæc Affixa pluralia pertinent ad ישראל & ad יעקב, quæ antecesserunt versu 1. itaque nihil deest in Contextu.

3. כאשר בסיר וכבשר, *sicut in lebete, & sicut carnem.* Hæc verba nihil dicunt, quia mendosè scriptum fuit כאשר, pro כשאר, quod legunt Græci Intt. qui ponunt ὡς σάρκας, *ut carnes*; quod vocabulum parallelum est vocabulo וכבשר, *& sicut carnem*; quibus duobus nominibus utitur, ut casu, verbum ופרשו, *& effundunt.* Quòd si relinquitur כאשר, *sicut*, duplex vitium in oratione relinquetur; primum, ut careat casu suo verbum פרשו in membro priore, quo non caret in posteriore; alterum, ut adverbio כאשר respondeat adverbium כ, cùm tamen iterari debuerit כאשר; neque enim unquam parallela sunt in oratione כאשר & כ. Nos verò, quanquam in Contextum revocamus כשאר, ut τῷ כבשר parallelum, tamen semel tantùm exhibemus *carnem*, quia Latina Lingua caret altero verbo, quod significet *carnem*, ut est Græcum κρέας, idem ac σάρξ, *caro.*

7. כי אין מענה אלהים, *quia Deus nihil eis responsurus est.* Objurgat Propheta, non falsorum Deorum vates, sed eos, qui præ se ferebant se esse Dei veri prophetas, & Dei nomine falsa vaticinabantur; propterea prædicit, non jam expectatum iri ullum Dei responsum, quia mendaciis eorum jam patefactis, non audebunt mendacia sua prætexere Dei responsionibus.

12. ציון שדה תחרש, *Sion fiet ager, qui arabitur.* Nihil obstat, quin hoc spectare videatur ad Jerosolymæ primam cladem; quamvis enim fundamenta murorum ejus relicta fuerint, tamen intra urbem multæ ædes eversæ fuerant tum à Chaldæis, tum ab ipsis Judæis, qui earum materiis uti potuêre, ad sarciendas per longam obsidionem murorum ruinas; ut non mirum sit aratrum sulcâsse ædium & hortorum locos, ut eis semina mandarentur. Primam Jerosolymæ eversionem indicat בגללכם, *propter vos*, (*Prophetas.*) Nihil enim pertinet de illis prophetis ad ultimum Jerosolymæ excidium.

CAPUT IV.

Posteris diebus mons domûs Domini eminebit supra capita montium, & de Sion exibit Lex, & ad eum confluent omnes gentes. Interim filia Sion Babylonem deportabitur, unde posteà liberabitur, & calcabit gentes; denique obsidebitur, cùm percussus fuerit in maxillâ Judex Israel.

1. *Posteris autem diebus stabit in*
vertice montium mons domûs Domi-
ni, eritque excelsior collibus, & con-
fluent ad eum gentes. 2. *Populi mul-*
ti advenientes hæc dicent; venite,
ascendamus ad montem Domini, ad
domum Dei Jacob, ut doceat nos
vias suas, & ut in semitis ejus gra-
diamur; etenim de Sion exibit Lex,
& verbum Domini de Jerusalem.
3. *Jura dividet multis gentibus, &*
arguet populos potentes & longè re-
motos, & conflabunt gladios suos in
ligones, & in falces lanceas suas.
Non movebit gens contra gentem gla-
dium, nec ampliùs ad bella exerce-
buntur. 4. *Et sedebunt sub suâ quis-*
que vite & sub suâ ficu, nec erit qui
exterreat; nam loquitur os Domini
exercituum. 5. *Ut enim omnes popu-*
li nomen Dei sui sequuntur, sic nos
sequemur nomen Dei nostri ad tem-
pus perpetuum. 6. *In illâ die, ego,*
dicit Dominus, eam quæ debilis
erat, resumam; ego recipiam quam
pepuleram, vel malè tractaveram.
7. *Dabo posteros ei, quæ debilis*
erat; ei, quæ repulsa fuerat, mul-
tam gentem; & regnabit in eos Do-
minus in monte Sion ex hoc tempore
usque in sæculum. 8. *Tu verò, turris*

1. והיה באחרית הימים יהיה הר
בית יהוה נכון בראש ההרים ונשא
הוא מגבעות · ונהרו עליו עמים :
2. והלכו גוים רבים ואמרו · לכו
ונעלה אל הר יהוה ואל בית אלהי
יעקב · ויורנו מדרכיו ונלכה בארחתיו ·
כי מציון תצא תורה ודבר יהוה
מירושלם : 3. ושפט בין עמים
רבים · והוכיח לגוים עצמים עד
רחוק · וכתתו חרבתיהם לאתים
וחניתתיהם למזמרות · לא ישאו גוי
אל גוי חרב · ולא ילמדון עוד
מלחמה : 4. וישבו איש תחת
גפנו ותחת תאנתו · ואין מחריד ·
כי פי יהוה צבאות דבר : 5. כי
כל העמים ילכו איש בשם אלהיו ·
ואנחנו נלך בשם יהוה אלהינו
לעולם ועד : 6. ביום ההוא נאם
יהוה · אספה הצלעה · והנדחה
אקבצה ואשר הרעתי : 7. ושמתי
את הצלעה לשארית והנהלאה לגוי
עצום · ומלך יהוה עליהם בהר ציון
מעתה ועד עולם :
8. ואתה מגדל עדר עפל בת
ציון עדיך תאתה · ובאה הממשלה
הראשנה ממלכת לבת ירושלם :
9. עתה למה תריעי רע · המלך
אין בך · אם יועצך אבד · כי החזיקך
חיל כיולדה : 10. חולי וגחי בת
ציון כיולדה · כי עתה תצאי מקריה
ושכנת בשדה ובאת עד בבל · שם

gregis, clivus filiæ Sion, ornatu tuo
vestieris, venietque regnum pristi-
num, regnum filiæ Jerusalem.
9. Nunc igitur quid causæ est, cur
clames miserabiliter? An non est in
te rex? An periit consiliarius tuus;
quòd te apprehendit dolor, tanquam
parturientis. 10. Dole, & enitere,
filia Sion, velut parturiens; nunc
enim urbe egressura es, & in agro
habitatura, ut deinde pergas Baby-
lonem. Tum demum liberabere; tum
redimet te Dominus ab inimicis tuis.

תנצלי׃ שם יגאלך יהוה מכף איביך׃
11. ועתה נאספו עליך גוים רבים
האמרים׃ תחנף ותחז בציון עינינו׃
12. והמה לא ידעו מחשבות יהוה
ולא הבינו עצתו׃ כי קבצם כעמיר
גרנה׃ 13. קומי ודושי בת ציון׃
כי קרנך אשים ברזל ופרסתיך
אשים נחושה׃ והדקות עמים רבים׃
והחרמתי ליהוה בצעם וחילם לאדון
כל הארץ׃ 14. עתה תתגדדי
בת גדוד׃ מצור שם עלינו׃ בשבט
יכו על הלחי את שפט ישראל׃

11. Nunc igitur congregabunt se se adversùm te multæ gentes, quæ dic-
turæ sunt: tu contaminata es, & Sion spectaculo habebit oculus noster.
12. Illæ enim cogitationes Domini non cognoscent, nec consilium ejus
reputabunt; nam eas Dominus ita collecturus est, ut in aream manipulos.
13. Surge, & tritura, filia Sion; ego enim cornu tuum dabo esse ferreum,
& ungulas tuas æneas, ut comminuas populos multos, & ut prædas eorum Do-
mino devoveas; opes eorum, Dominatori universæ terræ. 14. Tu tamen
vastabere, filia vastatrix; en obsidione cingeris; quia maxillam Judicis Is-
rael virgâ percusserunt.

---

1. באחרית הימים, *posteris diebus*; id est, post ea, quæ mox prædicta sunt de excidio Jerusalem, & postquàm *de Sion exierit Lex* (v. 2.) Atqui exiit Lex de Sion ante ultimum excidium Jerosolymitanum; ergo in fine cap. superioris prænuntiabatur primum excidium, ut mox diximus: vide dicta ad locum parallelum, *Is. cap. 2. v. 2.*

6. & 7. אספה הצלעה, *eàm quæ debilis erat, resumam.* Sic apud Hexapla צלעה *Ps. 35. v. 15.* convertitur ἀσθένεια, *infirmitas*, qui significatus accommodatior est huic loco, quàm *claudam*, quia claudicatio non solet esse causa sterilitatis in mulieribus. Imò significare צלעה, ipsam debilitatem quæ affert *sterilitatem*, vel facit *sterilem*, demonstrat id, quod sequitur, ושמתי לשארית..., *& ponam (eam) in reliquias*; sive, *dabo ei posteros.* Supersunt verò etiam in Arab. Linguâ reliquiæ talis significatûs; quippe Arabicè צלע, significat *locum*, *qui nihil producit herbarum*, & צליע, montem *nudum plantis*: vide Golium.

8. ואתה מגדל עדר, *tu verò turris gregis.* Mutat Propheta nomen Jerusalem, utiturque nomine topographico *turris gregis*, quæ turris fortè erat prope piscinam gregis, vel *probaticam*, & nomine *clivi* (עפל,) ut significet se jam vaticinari de futuro statu, eoque temporali, urbis ipsius Jerusalem. Nimirum, postquàm prædixit, novam Legem in Jerusalem exordium suum habituram, nunc & usque ad finem capitis prænuntiat, quæ rerum conversiones futuræ sint in Republicâ & in regno Judæorum usque ad lucem per Evangelium futuram. Dixerat, capite superiore desinente, Jerusalem aratro subactum iri; nunc addit, ordinem temporum resumens, fore ut *ad filiam Jerusalem pristinum regnum revertatur*, (הממלכה הראשנה.) Hæc autem verba עדיך תאתה, sic legenda sunt עדיך תעטה, *ornatu tuo vestieris.* Nam *ad te veniet*, nihil habet sententiæ, & caret nominativo verbum תאתה. Nec licet convertere, *ornatus tuus veniet*, non modò quia עדיך masculinum est, תאתה femininum, sed etiam quia *veniet* non quadrat in *ornatum.*

9. עתה למה תריעי רע, *nunc cur clamas miserabiliter?* Melius ועתה, ut Græci Intt. Καὶ νῦν, *nunc autem*, ut transitus fiat, per nexum ו, ad oppositam sententiam; quasi dicat Propheta; quid causæ est cur clames, & doleas ut parturiens, cùm tamen promittatur tibi, regnum tuum ad te reversurum.

10. & 11. חולי, *dole.* Est cur doleas, quandoquidem Babylonem deportabere, nec liberatorem habitura es, nisi post tuam Babylone captivitatem. (v. 11.) ועתה נאספו גוים, *nunc enim futurum est*, *ut coeant adversùm te multæ gentes*: Babylonii & cæteræ gentes cum eis fœderatæ.

12. ...והמה לא ידעו, *ſed illæ non nôrunt...* Nam futurum eſt ut tu eas gentes *tritures* per Machabæos, qui Rempublicam tuam & regnum ſunt inſtauraturi.

13. והחרמתי : Lege cum veteribus, והחרמת, ſine ׳, *& anathemate devovebis* (*prædas eorum.*) Hoc fecêre Machabæi & eorum ſucceſſores.

14. עתה תתגדדי : Adhuc legendum ועתה, ut Arabs, ואלאן, *nunc autem ;* & hic verſus ultimus eſſe debet hujus capitis, ut notatur in Concordantiis Buxtorf. non autem primus capitis ſequentis, ut apud Vulgatum. Nam hîc terminatur ultimum fatum Judæorum ; qui, poſtquàm, regno ſuo inſtaurando, prædas multas egerint de populis vicinis, tandem peribunt, cùm *percuſſerint in maxillâ Judicem Iſrael* Chriſtum Dominum. Itaque in his verbis, מצור שם עלינו, prædicitur ultimum excidium Jeruſalem. Sed, pro עלינו בשבט, legendum, עליך כי בשבט, *contra te, quia virgâ* (*percuſſerunt ;*) nam perſona ſecunda viget in ante-dictis, & neceſſarius eſt, hoc loco, nexus כי, qui facilè exciderit poſt עליכ, ut olim ſcriptum fuerat.

CAPUT V.

Ex Bethlehem orietur Dominator Iſrael, cujus egreſſus ab æternitate. Reliquiæ Jacob erunt ut leo rapiens ; deſtruentur deinde ejus currus, & urbes diruentur, Domino ſe ulciſcente.

1. *Tu verò, Bethlehem Ephrata,*
nequaquam minima es in millibus
Juda ; ex te enim mihi orietur, qui
erit Dominator in Iſrael ; cujus
egreſſus dudum fuerunt, & à ſæculis
antiquis : 2. *Quos quidem peregit,*
donec pepererit puerpera, & donec exi-
mii ejus fratres habitent apud filios
Iſrael. 3. *Ille enim conſiſtet, paſcet-*
que oves ſuas cum poteſtate Domini,
cum magnificentiâ gloriæ Domini
Dei ſui, ut ſedem habeant ; nam fu-
turum eſt, ut gloriam habeat uſque ad
ultimos terræ fines, atque hæc demum
pax erit. 4. *Poſtquàm venerit Aſſy-*
rius in terram noſtram, & pervaſerit
arces noſtras, excitabuntur contra
eum ſeptem paſtores, & octo populi
Magnates, 5. *Qui depaſcent terram*
Aſſur gladio, & terram Nemrod acie
ejus, liberabuntque nos ab Aſſyrio,
cùm venerit in terram noſtram, li-
miteſque noſtros peragrârit. 6. *Erunt*
deinde reliquiæ Jacob in medio gen-
tium multarum tanquam ros, quem
mittit Dominus, velut ſuper herbam

1. ואתה בית לחם אפרתה צעיר
להיות באלפי יהודה · ממך לי יצא
להיות מושל בישראל · ומוצאתיו
מקדם מימי עולם : 2. לכן יתנם
עד עת יולדה ילדה · ויתר אחיו
ישובון על בני ישראל : 3. ועמד
ורעה בעז יהוה בגאון שם יהוה
אלהיו וישבו · כי עתה יגדל עד
אפסי ארץ : 4. והיה זה שלום ·
אשור כי יבא בארצנו · וכי ידרך
בארמנותינו · והקמנו עליו שבעה
רעים ושמנה נסיכי אדם : 5. ורעו
את ארץ אשור בחרב ואת ארץ
נמרוד בפתחיה · והציל מאשור · כי
יבוא בארצנו וכי ידרך בגבולנו :
6. והיה שארית יעקב בקרב עמים
רבים כטל מאת יהוה · כרביבים
עלי עשב · אשר לא יקוה לאיש
ולא ייחל לבני אדם : 7. והיה
שארית יעקב בגוים בקרב עמים
רבים כאריה בבהמות יער · ככפיר
בעדרי צאן אשר אם עבר · ורמס
וטרף ואין מציל : 8. תרם ידך
על צריך · וכל איביך יכרתו :
9. והיה ביום ההוא · נאם יהוה ·
והכרתי סוסיך מקרבך · והאבדתי
מרכבתיך :

levis imber, qui quidem homini non
præstolatur, nec expectat opem filio-
rum hominum. 7. *Nam reliquiæ Ja-*
cob inter gentes, in medio populorum
multorum, sic erunt, ut leo in edi-
tis sylvæ locis, ut catulus leonis in
caulis gregum, qui cùm ingreditur,
calcat & discerpit, & nemo est, qui
eripiat. 8. *Manus tua efferetur super*
hostes tuos; omnesque inimici tui
peribunt. 9. *Sed hæc erunt in die illâ, dicit Dominus: ego à te auferam*
equos tuos, & currus tuos delebo. 10. *Ego exscindam terræ tuæ urbes, &*
omnia tua munimenta destruam. 11. *Ego auferam amuleta de manibus tuis;*
neque° habebis præstigiatores. 12. *Ego tollam de medio tui sculptilia tua &*
statuas tuas, neque adhuc opera manuum tuarum adorabis. 13. *Ego ex-*
stirpabo de medio tui lucos, & urbes tuas diruam. 14. *Ego enim ulciscar*
memetipsum cum irâ & cum furore, de gentibus, quæ me non audierint.

מרכבתיך : 10. והכרתי ערי ארצך ·
והרסתי כל מבצריך : 11. והכרתי
כשפים מידך · ומעוננים לא יהיו
לך : 12. והכרתי פסיליך ומצבותיך
מקרבך · ולא תשתחוה עוד למעשה
ידיך : 13. ונתשתי אשיריך מקרבך ·
והשמדתי עריך : 14. ועשיתי באף
ובחמה · נקם את הגוים אשר לא
שמעו :

---

1. צעיר להיות, *parvulus ad existendum.* Mendum להיות patefacit ordo præposterus; nam legitimus ordo esset, להיות צעיר, ut post legitur להיות מושל. Legitima scriptura est צעיר לא היית, *nequaquam minima es*, quam habuêre Scribæ illi, quos consuluit rex Herodes. Fucum fecerit Librario illud להיות, quod legebat in lineâ inferiore. ...ומוצאתיו מקדם, *& egressus ejus jam olim.* Quales fuerint illi *egressus* ejusdem Dominatoris, qui posteà in Bethlehem natus est, probè intelligebant Veteres Ecclesiæ Patres, qui statuebant, Patriarchis Judæorum non alium apparuisse, quàm Dei filium. Sed verbum מוצאתיו, est intelligendum, non modò de *apparitionibus*, sed etiam de rebus mirabilibus, quibus idem, qui cum Abraham & cum Mose loquebatur, manifestabat numen suum & supremam suam potestatem. Sic sæpe in Scripturis Sacris Deus dicitur *exire*, vel *exire de loco suo*, ut significetur Deum per miracula fieri manifestum, vel facere in terris magnas rerum conversiones. Alii intelligunt מוצאתיו, de generatione æternâ Filii Dei, alii de revelatione, seu Dei verbis homini patefactis. Qui primum defendunt, non afferunt exemplum, quo probent, *egressum*, idem esse atque *generationem*; nec verò etiam Deus Pater exit ex se se, cùm generat filium; qui pro altero stant, carent etiam exemplis, quibus confirment, vocabulum מוצאתיו, de prolato verbo usurpari, ubi non additur דבר, *verbum.*

2. לכן יתנם : Nos, *quos quidem peregit.* Nam credimus, Affixum ם pertinere ad מוצאתיו, dicente Prophetâ, præsentiam suam manifestasse olim Dominatorem Israel, *donec pepererit puerpera*, sive donec ipse à virgine pariatur. ...ויתר אחיו, *& eximii fratres ejus*, ex significatu vocabuli יתר, *excellens*, *excellentia.* Illi *fratres* sunt Apostoli, qui quidem erant potiùs *primitiæ* fratrum Christi Domini, quàm *reliquiæ.* ...ישובון, *habitent*, ex scripturâ ישבון, ut reverà habitavêre Apostoli *apud filios Israel*; apud filios, inquam, & *ex carne*, & *ex fide*; nam filii *ex fide* potissimùm intelligendi sunt in hâc vaticinatione, quæ tota est de adventu Messiæ in terras. Si convertis ישובון, *revertentur*, quæritur quâ id sententiâ. Quomodocunque intelligas *filios Israel*, parùm intelligitur, quomodò *fratres* Messiæ, qui erant ipsi de Israel filiis, *reversi fuerint ad filios Israel.*

3. ועמד, *ille enim consistet.* Dicitur *consistet*, in oppositione sententiæ cum מוצאתיו, *egressus ejus.* Non erunt tantùm manifestationes identidem factæ Dominatoris Israel, sed erit commoratio ejusdem in terris. ...ורעה, *& pascet.* Deest verbi casus, quem supplemus ex Græcâ Versione, in quâ legitur, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, *& pascet gregem suum.* Græci legebant ורעה עדרו. Legebant etiam וראה, *& videbit*, *ante* ורעה, *& pascet*; sed וראה videtur iteratio mendosa & inutilis verbi ורעה. Pavit Messias gregem suum *cum magnificentiâ gloriæ Dei*, sive per continuam seriem miraculorum. ...וישבו, *ut sedem habeant.* Hoc verbum pertinet ad עדר, nomen collectivum, quod in Contextum revocamus.

4. והיה זה שלום, *atque hæc demum pax erit.* Hæc adjungimus ad ea, quæ antecedunt, quia in iis clauditur vaticinatio de adventu Messiæ, & de Evangelii luce per eum allatâ. ...אשור כי יבא, *cùm venerit Assyrius.* Nunc redit Michæas ad ultima tempora Reip. Judæorum, quæ agebantur in fine capitis superioris, & post ruinam Assyriorum prænuntiat regnum septem Magorum in Perside, posteà octo ducum, quorum unus fuit Darius, filius Hystaspis,

per quem Resp. Judæorum rediit in antiquum splendorem. Vide, si juvat, Edm. Calmet in hunc locum. ...והקמנו: Legendum והוקמו, *& suscitabuntur.* Ita Græci Intt. qui, ἐπεγερθήσονται.

5. בפתחיה, *acie ejus*, חרב, *gladii*; quo utroque vocabulo notatur instrumentum, quo terra Assur sit devastanda. Interpretamur רעו, *depascent*, quia lusus est in verbis רעים & רעו, quod utrumque significat *pascere* & *depascere*, seu *vastare*. ...והציל, sine casu, non habet seriem. Legendum והצילונו, *& liberabunt nos.* Affixum נו respondet duobus alteris נו, quæ sequuntur. Ita Syrus, qui, ונפצין, *& liberabit nos*, quomodò & Chaldæus, וישזבננא; quanquam malè uterque numero singulari.

6. לא יקוה לאיש, *qui quidem homini non præstolabitur.* Hæc, usque ad versum 9. de Machabæis, qui freti auxilio Divino & sine militibus extraneis, cum exiguâ manu magnos exercitus straverunt, fueruntque in bellis suis, *ut leones & catuli leonum.*

9. והיה ביום ההוא, *hæc erunt in die illâ*, sive in eâdem temporis intercapedine, quæ fuit inter primum & ultimum Jerosolymæ excidium. Nam eo temporis intervallo Judæi non coluerunt Deos alienos, nec habuerunt falsorum Deorum vates; quo intervallo desinente, Romani eorum urbes ceperunt, & Rempublicam jusque regni everterunt.

14. אשר לא שמעו, *qui non audierunt.* Græci Intt. in Codice Alex. εἰσήκουσάν μου, *audierunt me*, addito casu; ut credam, eos legisse שמעוני; nam nimiùm nudè *audierunt*, sine casu; ubi non legitur anteà, quid dictum fuerit hominibus, qui non audierunt.

CAPUT VI.

Popule meus, quid feci tibi?... Non placent Deo millia arietum. Nihil petit à te Deus, nisi ut cum æquitate agas, & cum Deo ambules.

1\. *Nunc audite quæ dicit Domi-*
nus; surge, discepta causam meam
apud montes, & audiant colles vocem
tuam. 2. *Audite, montes, causam*
Domini, & valles in terræ imis se-
dibus; hæc enim lis est Domino cum
populo suo, & sic arguit populum
Israel. 3. *Popule meus, quid feci*
tibi, aut in quo molestus fui tibi?
Responde mihi. 4. *Ego enim eduxi*
te de terrâ Ægypti; ego te redemi
ex domo servitutis, misique ante te
Moysen, Aaron & Mariam. 5. *Re-*
cordare, popule meus, id consilium,
quod ceperat Balac, rex Moab, &
quid ei responderit Balaam, filius
Beor, ex Setim usque ad montanos
locos, ut Domini beneficentiam de-
nique cognoscas. 6. *Quibus donis oc-*
curram Domino, & supplex ero
Deo meo excelso? An ei occurram
cum holocaustis, cum juvencis anni
filiis? 7. *An placent Domino mil-*

1\. שמעו נא את אשר יהוה אמר ·
קום · ריב את ההרים · ותשמענה
הגבעות קולך : 2. שמעו הרים
את ריב יהוה והאתנים מוסדי ארץ ·
כי ריב ליהוה עם עמו · ועם ישראל
יתוכח : 3. עמי מה עשיתי לך ·
ומה הלאתיך · ענה בי : 4. כי
העלתיך מארץ מצרים · ומבית
עבדים פדיתיך · ואשלח לפניך את
משה אהרן ומרים : 5. עמי זכר
נא מה יעץ בלק מלך מואב · ומה
ענה אתו בלעם בן בעור מן השטים
עד הגלגל · למען דעת צדקות
יהוה : 6. במה אקדם יהוה אכף
לאלהי מרום · האקדמנו בעולות
בעגלים בני שנה : 7. הירצה
יהוה באלפי אילים ברבבות נחלי
שמן · האתן בכורי פשעי פרי בטני
חטאת נפשי : 8. הגיד לך אדם
מה טוב · ומה יהוה דורש ממך · כי
אם עשות משפט ואהבת חסד
והצנע לכת עם אלהיך :
9\. קול יהוה לעיר יקרא ותושיה

יראה שמך · שמעו מטה · ומי יעדה ׃
10. עוד האש בית רשע אצרות
רשע ואיפת רזון זעומה ׃ 11. האזכה
במאזני רשע ובכיס אבני מרמה ׃
12. אשר עשיריה מלאו חמס
וישביה דברו שקר · ולשונם רמיה
בפיהם ׃ 13. וגם אני החליתי
הכותך השמם על חטאותיך ׃ 14.
אתה תאכל ולא תשבע · וישחך
בקרבך · ותסג ולא תפליט · ואשר
תפלט לחרב אתן ׃ 15. אתה
תזרע ולא תקצור · אתה תדרך זית
ולא תסוך · שמן ותירוש ולא תשתה
יין ׃ 16. וישתמר חקות עמרי
וכל מעשה בית אחאב · ותלכו
במעצותם · למען תתי אתך לשמה
וישביה לשרקה · וחרפת עמי
תשאו ׃

lia arietum ; an myriades ovium sa-
ginatarum ? An dabo primogenitum
meum pro scelere meo ; fructum ute-
ri mei , pro expiatione animæ meæ ?
8. *Aperiam tibi , ô homo , quid sit*
bonum. Quid petit à te Dominus ,
nisi ut agas cum æquitate , ut miseri-
cordiam diligas , & paratus sis ingre-
di cum Deo tuo ? 9. *Vox Domini cla-*
mat ad civitatem , ut salus sit ei ,
qui timebit nomen ejus. Audierunt
eum increpantem ; sed quis eum ad-
huc cognoscit ? 10. *Dum sunt in do-*
mo impii thesauri iniquitatis ; dum
Ephi gracile ac detestandum. 11. *An*
ego utar lance fraudulentâ , & lapi-
dibus dolosi ponderis , ut absolvam
urbem eam , 12. *Cujus divites pleni*
sunt fraudis , cujus habitatores lo-
quuntur mendacia ; qui ore gestant linguam fallacem ? 13. *Propterea ego te*
percutere incipiam , & propter peccata tua te devastare. 14. *Tu edes , nec*
saturaberis ; tenebræ apud te erunt , proripies te , nec effugies ; & si quis
evaserit , ego eum gladio tradam. 15. *Tu semina mittes , nec metes ; tu*
calcabis oleas , nec oleo ungêris ; tu vindemiam , nec vinum bibes ; 16. *Quan-*
doquidem servas Amri instituta , & omnia opera domûs Achab , & consilia
eorum sequeris , ut ego te redigam ad vastitatem , & habitatores tuos sibilo
proponam , & ut populi mei opprobrium feras.

---

2. והאתנים מוסדי ארץ : Vulgatus , *& fortia fundamenta terræ.* Nihil ad rem *fortia ;* & ordine præpostero , cùm antecedat *fortia* substantivum suum, quod subsequi deberet ; nam hæc perpetua lex est Hebraici sermonis. Vera scriptio est העמקים , quam exhibent Græci Intt. in verbo Græco *φάραϒγες , valles.*

5. עד הגלגל , *usque ad montanos locos* , quò Barac duxit Balaäm , ut inde populo Israel malediceret. Radix est גל , *tumulus.* Erat Balac ultra Jordanem , ad ripam ejus orientalem , ubi non legitur fuisse locus *Galgala* nominatus ; nam *Galgala* , ubi Arca dudum fuit , sita erat citra Jordanem. Hæc observabat Ed. Calmet , cui videbatur , significare גלגל , *irrigua* , Jordanis. Sed quoniam irrigua loca sunt depressæ valles , non editi loci , non potest aptari ad historiam hæc interpretatio Calmetiana , quandoquidem Balac duxit Balaam ad editos locos , non ad valles.

6. לאלהי מרום : Quanquam interpretamur , *Deo excelso* , tamen non placet hæc scriptura , tum quia מרום non solet esse Dei attributum , tum etiam quia מרום caret Affixo , quo non debet carere post אלהי , quod habet Affixum suum. Fortasse olim scriptum fuerit מרימי , *exaltanti me* , quod esset oppositum verbo אכף , *supplex ero.*

7. נחלי שמן : Arias , *torrentium olei* , ex mendò נחלי ; nam fuerat scribendum רחלי , *ovium* , ut legebant Græci Intt. qui ponunt *χιμάρων , hircorum* , quos imitatur Vulgatus. Cæterùm hoc tantùm loco vertunt רחל *χίμαρος* ; alibi passim , *πρόβατον , ἀμνὸς , ovis , agnus.*

8. הגיד לך , *indicat tibi* (*Deus.*) Multò meliùs אגיד , *indicabo* , personâ primâ , ut Syrus , חויתך , *indico tibi.* Sic Arabs , אחברתך , *indicavi tibi ;* eandem personam exhibet Vulgatus. והצנע לכת... , *& paratus sis ingredi ;* meliùs ללכת , ut sit Modus Infinitus. Græci Intt. *καὶ ἕτοιμον ἐιναι τοῦ πορεύεσθαι* , quos sequimur interpretando. Usitatissimus apud veteres Linguas significatus verbi צנע , *parare , paratum esse* , qui quidem magis arridet , quàm *humilem esse ;* qui ultimus significatus non bellè quadrat cum *ad eundum.*

9. & 10. יראה שמך : Series poſtulat, ליראה שמו (*& ſalus eſt*) *ei, qui timet nomen ejus.* Ita Græci, ὄνομα αὐτοῦ ; nam יהוה, quod anteceſſit, perſonæ eſt tertiæ. ...מטה : Arias, (*audite*) *virgam*, & ita Caſtalio; non meliùs quàm Vulgatus, *audite Tribus.* Videtur *virga*, non *auditur;* nec verò Hebraica loquendi forma hæc eſt, *audite Tribus;* nec unam Tribum objurgat Propheta, ſed Tribus decem. Nos, ex conjecturâ emendamus, ut ſit מוכיח, *objurgantem;* ut ſupra יתוכח, verſu 2. Deinde hæc verba, ומי יעדה : עוד, quæ nemo explicare potuit, ſic legimus, ומי ידעו עוד, *& quis cognoſcit eum adhuc?* Hic locus jam olim fuit depravatus, quem Græci Intt. cùm ſic convertant, καὶ τίς κοσμήσει πόλιν, oſtendunt ſe, pro עוד, legere עיר, *urbem;* ſed altero mendo; nihil enim hoc loco hæc ſignificant, *quis autem ornabit civitatem?* Sequitur, v. 10. האש, *ignis*, vel *ignem*, de quo *igne* nihil pertinet ad ſeriem orationis. Chaldæus, pro האש, ponit האית, *num extat;* legit היש; quæ ſcriptio ſit optima, ſi tollis interrogationem, ut ſit, ויש, *& eſt*, vel *cùm ſit...* vide Verſionem.

12. עשיריה, *divites ejus*, urbis; nam Affixum ה, pertinet ad עיר, *urbem*, ad quam ſermo eſt, in his verſibus.

14. וישחך בקרבך : Vulgatus, *& humiliatio tua in medio tui*, ex mendo ישחך. Græci Intt. καὶ σκοτάσει ἐν σοὶ, *& tenebræ erunt in te*, ex genuinâ ſcriptione ויחשך. Sine altero exemplo eſt ישח, nomen ſubſtantivum.

16. וישתמר חקות : Arias, *& cuſtoditum eſt ſtatuta*, ſoleciſſans ex mendi neceſſitate. Rectè Græci Intt. καὶ ἐφύλαξας, Vulgatus, *& cuſtodiſti*, ex ſcripturâ, ותשמר; quæ ſecunda perſona ſingularis reſpondet plurali ותלכו, mutato numero, ut fieri ſolet, mutando membro orationis; quomodò poſteà אתך, *te*, numeri ſingularis, reſpondet plurali תשאו, *feretis.* ...וישביה, *& habitatores ejus.* Omnino וישביך, *& habitatores tuos;* ſic vult אתך, *te*, quod anteceſſit. Syrus, ut evitaret diſcordiam perſonarum, ſic eſt interpretatus אתך, quaſi legeret אתה, *illam.*

CAPUT VII.

Deficit in terrâ vir ſanctus, omnes fraudem moliuntur; inimici hominis domeſtici ejus. Noli lætari, adverſatrix; cùm cecidero, reſurgam. Pavebunt gentes, & pulverem lingent, & confluent ad Deum noſtrum, cùm demerſerit in profundum mare peccata noſtra.

1. *Hei mei! Quoniam ſimilis*
ſum eis, qui collecturi erant fructus
æſtivos, & ei quæ decerptura vin-
demiam; non ſunt botri, quos
edam, nec primi fructus, quos ap-
petebam. 2. *Periit ex terrâ ſanctus;*
nemo juſtus eſt inter homines; ſan-
guini omnes inſidiantur; homo ho-
minem ad interitum venatur. 3. *Ad*
malum paratæ ſunt manus, non ad
bonum; poſcit Princeps, & propter
eum poſtulat Judex; qui magnus eſt
palàm profert animæ ſuæ nequitiam,
& deteſtantur eum. 4. *Optimus*
eorum, quaſi paliurus; qui rectus eſt
inter eos, quaſi ſpina. En dies adeſt,
cùm introſpicieris; venit tempus,
cùm viſitaberis; nunc tandem aderit
plaga tua. 5. *Ne credite amico;*

1. אללי לי · כי הייתי כאספי
קיץ כעללת בציר · אין אשכול
לאכל בכורה אותה נפשי : 2.
אבד חסיד מן הארץ וישר באדם
אין · כלם לדמים יארבו · איש את
אחיהו יצודו חרם : 3. על הרע
כפים להיטיב · השר שואל והשפט
בשלום · והגדול דבר הות נפשו
הוא ויעבתוה : 4. טובם כחדק ·
ישר ממסוכה · יום מצפיך · פקדתך
באה · עתה תהיה מבוכתם : 5.
אל תאמינו ברע · אל תבטחו באלוף ·
משכבת חיקך שמר פתחי פיך :
6. כי בן מנבל אב · בת קמה
באמה כלה בחמתה · איבי איש
אנשי ביתו : 7. ואני ביהוה אצפה ·
אוחילה לאלהי ישעי · ישמעני אלהי :
8. אל תשמחי איבתי לי · כי נפלתי
קמתי · כי אשב בחשך יהוה אור
לי :

duci ne confidite ; cave coram eâ,
quæ in ſinu tuo recubat, os tuum ape-
rias. 6. Nam patrem decipit filius ;
filia in matrem inſurgit ; nurus, in
ſocrum : inimici hominis domeſtici
ejus. 7. Ego verò Dominum reſpi-
ciam, ego ſperabo in Deo, qui ſalus
mea eſt, & exaudiet me Dominus.
8. Noli tu, quæ me odiſti, de me læta-
ri ; nam poſtquàm cecidero, reſurgam;
poſtquàm ſedero in tenebris, Dominus
lux mea erit. 9. Ego iram Domini
portabo ; nam futurus ſum ei victima
pro peccato, donec agat cauſam
meam, & faciat de me judicium ;
educet me in lucem, & videbo juſti-
tiam ejus. 10. Hanc etiam videbit
quæ me averſatur, & ignominiâ coo-
perietur quæ dixerat mihi, ubi eſt
Dominus Deus tuus. Eam oculi
mei ſpectaculo habebunt ; mox enim
calcabitur, ut lutum platearum.
11. Quem diem tu ſepta tua repara-
bis, ille idem dies jus tuum longè
removebit. 12. Ille dies adducet hoſ-
tes tuos, ut ex Aſſyriâ, ita & de
Ægypto ; ut de Ægypto, ita & de
flumine, & de mari ad mare, & de
monte ad montem. 13. Et terra de-
vaſtabitur cum ſuis habitatoribus ;
hunc fructum habebunt operum ſuo-
rum. 14. Paſce cum virgâ tuâ populum tuum, gregem tuæ hæreditatis ;
paſcant Baſan & Galaad, ut in diebus antiquis, qui ſeorſum habitant ſyl-
vam in medio Carmelo. 15. Ego, quemadmodùm cùm Ægypto egreſſus
eſt, oſtendam ei res admirabiles. 16. Videbunt gentes, & de omni poten-
tiâ ſuâ erubeſcent ; ori ſuo manum apponent, aureſque eorum obſurdeſcent.
17. Lingent pulverem, velut coluber ; velut reptilia terræ trepidabunt de
clauſtris ſuis ; pavebunt ad Dominum Deum noſtrum, & te reverebuntur.
18 Quis Deus eſt tui ſimilis, peccata ignoſcens, & reliquiarum hæredi-
tatis ſuæ ſceleribus parcens, qui non retineat in perpetuum iram ſuam,
quia miſericordiâ delectetur, quique iterum miſereatur, & comprimat ini-
quitates noſtras. 19. Tu enim omnia peccata noſtra in profundum mare
demerges. 20. Tu præſtabis fidem Jacob & beneficentiam Abraham, de quâ
juráſti patribus noſtris in diebus antiquis.

לי : 9. זעף יהוה אשא • כי חטאתי
לו עד אשר יריב ריבי ועשה
משפטי • יוציאני לאור אראה
בצדקתו : 10. ותרא איבתי •
ותכסה בושה האמרה אלי • איו
יהוה אלהיך • עיני תראינה בה • עתה
תהיה למרמס כטיט חוצות : 11.
יום לבנות גדריך יום ההוא ירחק
חק : 12. יום הוא ועדיך יבוא
למני אשור וערי מצור ולמני מצור
ועד נהר וים מים והר ההר : 13.
והיתה הארץ לשממה על ישביה
מפרי מעלליהם :
14. רעה עמך בשבטך צאן
נחלתך שכני לבדד יער בתוך
כרמל • ירעו בשן וגלעד כימי עולם :
15. כימי צאתך מארץ מצרים
אראנו נפלאות : 16. יראו גוים
ויבשו מכל גבורתם • ישימו יד על
פה • אזניהם תחרשנה : 17. ילחכו
עפר כנחש • כזחלי ארץ ירגזו
ממסגרתיהם • אל יהוה אלהינו יפחדו
ויראו ממך : 18. מי אל כמוך
נשא עון ועבר על פשע לשארית
נחלתו • לא החזיק לעד אפו • כי
חפץ חסד הוא : 19. ישוב ירחמנו •
יכבוש עונתינו • ותשליך במצולות
ים כל חטאתם : 20. תתן אמת
ליעקב חסד לאברהם • אשר נשבעת
לאבתינו מימי קדם :

1. כעללת בציר, *ut quæ decerptura eſt vindemiam*, genere fem. quia ſolent mulieres colligere vineæ racemos, dum viri, qui fortiores ſunt, calcant uvas. Non eſt Nomen עללת, ſed Verbum, quod habet pro verbo parallelo אספי; itaque non rectè Vulgatus עללת, *racemos.* Vulgatus interpretatur בכורה, *præcoquas ficus*, forſan quia Chriſtus Dominus, quem Propheta inducit loquentem, non reperit in ficulneâ ficus. Sed בכורה, non aliud ſignificat, quàm primos anni fructus. Reſpondent ſibi invicem אשכול & בציר, ut & בכורה & קיץ, quo ultimo verbo notantur in genere, *fructus æſtatis.*

2. חרם: Legendum לחרם, *ad interitum;* ita Vulgatus legit, nec non Syrus, qui לאבדנא, *ad interitum;* ſic anteà legitur לדמים, *ſanguini*, non ſine ל.

3. להיטיב: Idem hîc mendum habemus, quod capite ſuperiore, verſu 1. caſtigavimus, ubi להיות fuit ſcriptum pro לא היית, omiſſo לא prope ל. Sic nunc legendum לא להיטיב, *non ad benefaciendum.* Sic Syrus, ולא מטאבין, *nec benefaciunt.* ...השר, *princeps.* Altera hîc ſententia exordium habet. ...והשפט בשלום: Arias, *& judex* (*poſtulat*) *propter retributionem.* Si ſententia eſſet talis, non hunc ordinem haberemus, *princeps poſtulat, & judex propter retributionem*, qui ordo non eſt Hebraici ſermonis; ſed duo nomina, *princeps* & *judex*, poſita fuiſſent unum prope alterum. Sed ne res ita ſe habeat, quid medullæ hæc habent, *princeps poſtulat propter retributionem.* Certè mendosè ſcriptum fuit בשלום, pro בשלמו, *propter eum;* nimirum exigit pecunias Judex propter regem, qui populo imperat munera, vel tributa. ...הוא ויעבתוה: Vulgatus, *& conturbaverunt eam;* quâ id ſententiâ, non divino. Eſt עבת, Nomen multis in locis, nullibi Verbum. Syrus habet, ואסליו, *& abominati ſunt*, quia legebat Verbum תעב, in ſuo Codice, ex quo exoritur optima ſcriptura, ויתעבוהו, *& deteſtantur eum* (*Magnum*,) quia *palam profert nequitiam ſuam.* Pertinet הוא, *ipſe*, ad *Magnum*, per ſermonis redundantiam, quæ ſolet uſurpari, cùm locum habet Emphaſis.

4. ישר ממסוכה: Lege ישרם כמסוכה, *rectus eorum*, vel *ex illis, quaſi ſpina*, ut legit & interpretatur Vulgatus. Eodem tenore anteà dictum eſt, טובם כחדק, *optimus eorum, quaſi paliurus.* ...יום, *dies*, vel *diem;* neſcitur enim cujus caſûs ſit יום. Credo equidem omiſſum fuiſſe הנה, *ecce* (*dies*,) poſt ממסוכה, quod verbum ſimiliter definit, ac הנה. Verbum באה, non eſt nominativus communis nominibus duobus יום & פקדתך, quandoquidem duo hæc nomina non junguntur per nexum ו: vide & attende. ...תהיה מבוכתם: Græci Intt. κλαυθμοὶ αὐτῶν, *fletus eorum:* Legunt מבכותם. Sed non quadrat Affixum ם in Affixa duo ך, quæ antecedunt. Eodem vitio laborat hod. ſcriptura מבוכתם, *perplexitas eorum.* Optimè legas, עתה תהיה מכותך, *nunc erit plaga tua*, vel etiam meliùs, מכותכם, *plaga veſtra.*

7. ואני ביהוה אצפה., *ego verò Dominum reſpiciam.* Pergit loqui idem Dominus, qui dixit in Evangelio, *inimici hominis domeſtici ejus*, quique Reſurrectionem ſuam apertè hîc prænuntiat, quomodò & Paſſionem.

9. כי חטאתי לו. Noluimus interpretari, *quoniam peccavi ei*, non modò quia confeſſio talis non convenit in Meſſiam loquentem, ſed etiam quia nihil tam frequens eſt in Sacris Codicibus, quàm notare in vocabulo חטא, *expiationem peccati*, vel *obnoxium eſſe expiationi* faciendæ: vide Verſionem.

11. יום ההוא ירחק חק, *dies ille longè removebit jus*, ſive ſtatutas apud te leges, jura regni & Templi. Contineri minas hoc loco, non promiſſiones, perſuaſum habebit Lector, qui attendet ad ea, quæ ſequuntur; præſertim ad hæc, *terra erit in vaſtitatem.* Tum Judæi jura ſua & regni leges amiſerunt, cùm *ſepta ſua* vixdum inſtauraverant, Herode regnante, qui Templum inſtaurârat & amplificârat, & urbes munierat.

12. יום ההוא ועדיך יבוא, *dies ille & ad te veniet* (*uſque ab Aſſur ad urbes munitas*) Hæc, ut nunc jacent, nihil dicunt; itaque etiam omnes Veteres deſeruêre Contextum ſuum. Græci Intt. mirè diſcrepant, nec ſatisfaciunt. Nos optimam ſententiam reperimus, ſi pro ועדיך יבוא, legitur עריך יביא, (*dies ille*) *hoſtes tuos adducet*, ut ſequatur *ab Aſſur, uſque ad Ægyptum*, (ועד מצור) ut poſteà legitur, ועד נהר, *uſque ad flumen.* Utitur Propheta nominibus locorum, quæ, cùm ſcribit, nota ſunt. Venerunt copiæ Romanæ adversùm Judæos & ex Ægypto, & ex regionibus Orientis, quæ olim ſubditæ fuerant Aſſyriis. ...וים מים והר ההר. Series poſtulat ומים לים ומהר להר, *& de mari ad mare, & de monte ad montem*, ut eodem tenore nominentur loci, unde adveniunt copiæ hoſtium ad Judæos debellandos; qui tenor ſervatur in ante-dictis; nam præpoſitio מ reſpondet præpoſitioni למני, & præpoſitio ל, præpoſitioni ועד.

14. & 15. רעה עמך, *paſce populum tuum.* Hæc verba ſunt Prophetæ ad eundem, qui anteà dixit ſe, poſtquàm ceciderit, reſurrecturum; quem conſiderans ut paſtorem, orat ut paſcat in pinguibus locis gregem ſuum; hoc enim ſignificant *Baſan & Galaad*, tranſlatè uſurpata, quomodò & *Carmelus.* Itaque orat Propheta pro ovibus illis, de quibus dixit Chriſtus Dominus, *oves meæ vocem meam audiunt.* Verſu 15. reſpondet Deus Prophetæ; itaque, pro צאתך, *cùm exires* (*ex Ægypto*,) legendum צאתו, *cùm exiret* (עם, *populus.*) Sic Syrus נפכו, *exierunt* tertiâ perſonâ, quam poſtulat אראנו, *oſtendam ei*, (*populo.*)

16. יראו גוים, *videbunt gentes.* Nunc Propheta loquitur uſque ad finem capitis, prædicens naſcentis Eccleſiæ miracula, & veniam peccatorum, quam daturus eſt Meſſias.

19. ותשליך, *nam projicies.* Hîc inchoamus verſum 19. quia verba orationis tranſeunt ex perſonâ tertiâ in ſecundam, quæ viget etiam verſu 20. ne ſine neceſſitate mutemus ותשליך in והשליך, *& projiciet*, ut legere videtur Syrus.

נחום

NAHUM.

CAPUT I.

Onus Ninive. Deus ultor eſt ; graditur in turbine , nubes ſunt pulvis pedum ejus. Quia iniiſti conſilia contra Dominum , uno ictu peribis ; nomen tuum abolebitur , & tugurium erit ſepulcrum tuum.

1. *Onus Ninive. Liber viſionis*
Nahum Elceſæi. 2. *Deus æmulator*
eſt & ultor ; ultor eſt Dominus , &
concepit iram ; ulciſcitur Dominus
hoſtes ſuos ; ſervat iram inimicis ſuis.
3. *Idem Dominus , qui tardus eſt ad*
iram , magnus eſt fortitudine ; nemi-
nem ſinet abire inultum. Dominus
graditur in turbine ac tempeſtate ;
nubes pulvis eſt pedum ejus. 4. *Incre-*
pat mare , & areſacit illud , omnia-
que flumina exſiccat ; languet Baſan
& Carmelus , languet Libani viridi-
tas. 5. *Per eum montes ſuccutiun-*
tur , & colles liqueſcunt ; coram eo
tellus deſolatur ; orbis , & qui habi-
tant eum. 6. *Quis conſiſtet ante iram*
ejus ? Quis ibit contra ejus furorem ?
Effunditur , velut ignis , ira ejus ;
coram eo petræ diſſolvuntur. 7. *Bo-*
nus eſt Dominus ei , qui ſperat in

1. משא נינוה · ספר חזון נחום
האלקשי ׃ 2. אל קנוא ונקם יהוה ·
נקם יהוה ובעל חמה · נקם יהוה
לצריו ונוטר הוא לאיביו ׃ 3. יהוה
ארך אפים וגדול כח · ונקה לא
ינקה · יהוה בסופה ובשערה דרכו ·
וענן אבק רגליו ׃ 4. גוער בים
ויבשהו וכל הנהרות החריב · אמלל
בשן וכרמל · ופרח לבנון אמלל ׃
5. הרים רעשו ממנו והגבעות
התמגגו · ותשא הארץ מפניו ותבל
וכל יושבי בה ׃ 6. לפני זעמו מי
יעמוד · ומי יקום בחרון אפו · חמתו
נתכה כאש · והצרים נתצו ממנו ׃
7. טוב יהוה למעוז ביום צרה ·
וידע חסי בו ׃ 8. ובשטף עבר ·
כלה יעשה מקומה · ואיביו ירדף
חשך ׃ 9. מה תחשבון אל יהוה ·
כלה הוא עשה · לא תקום פעמים
צרה ׃ 10. כי עד סירים סבכים
וכסבאם סבואים אכלו כקש יבש

מלא ׃ 11. ממך יצא חשב על
יהוה רעה יעץ בליעל ׃ 12. כה
אמר יהוה אם שלמים וכן רבים
וכן נגוזו ועבר · וענתך לא אענך
עוד ׃ 13. ועתה אשבר מטהו
מעליך · ומוסרתיך אנתק ׃ 14.
וצוה עליך יהוה לא יזרע משמך
עוד · מבית אלהיך אכרית פסל ·
ומסכה אשים קברך · כי קלות ׃

eum in die anguſtiæ ; curæ habet il-
los , qui ſibi confidunt. 8. *Tranſit*
inundans , penitùs delens eos , qui ſi-
bi reſiſtunt , inimicoſque ejus tene-
bræ perſequuntur. 9. *Quare conſilia*
initis contra Dominum ? Illius eſt
ultimùm delere, ut alteri cladi non ſit
locus. 10. *Nempe illi , qui circùm*
pocula ſedent , & largè convivantur ,
velut arida ſtipula , conſumentur.
11. *Quare exiit ex te , qui adversùs Dominum prava meditabatur , &*
perditis conſiliis utebatur ? 12. *Hæc dicit Dominus ad eos , qui dominantur*
in aquas multas ; aquæ , ut multæ ſunt , ita eripientur & vada fient. Ego
ſic te affligam , ut iterum non ſim afflicturus. 13. *Ego fracturus ſum ju-*
gum , quod imponebas , & quibus ligabas , vincula rupturus. 14. *Atque hoc*
eſt de te decretum Domini : non erit poſthàc ſemen de nomine tuo. Ego de
domo Dei tui auferam ſimulachrum , & tugurium faciam ſepulcrum tuum ,
quoniam factus es vilis.

---

5. ותשא הארץ , *& deſolatur tellus ;* nam Radix eſt שאה , nec ullibi legitur תשא , pro תשאה , Buxtorfio ipſo confitente. Itaque legendum תשאה , invito Buxtorfio , quoniam , quidquid dicant Magiſtri ejus Rabbini , verbum נשא non ſignificat *vaſtare , deſolare.*

7. טוב יהוה למעוז : Arias , *bonus Dominus ad robur ,* ex mendo למעוז , quod olim ſcriptum fuerit לעוז בו , vel לעוז , *ei qui in eo confidit.* Sic Græci Intt. τοῖς ὑπομένϐσιν αὐτόν , *eis qui expectant eum ;* & ſic poſteriore membro legitur חסי בו , *qui ſperant in eum.* Appoſitè hæc Propheta , vaticinans contra Niniven , poſt cladem exercitûs Sennacherib , & ſalutem factam Ezechiæ regi , qui ſpem habuerat in Deum ſuum.

8. מקומה : Arias , *loci ejus ,* obſequens Vulgato. Sed nihil eſt in oratione , ad quod pertinere poſſit Affixum ה femininum. Legendum בקומיו , *in eos qui inſurgunt in ſe ,* cui verbo reſpondet verbum ſubſequens , ואיביו , *& inimicos ejus.* Non dubium eſt , Græcos legiſſe קומים ; nam convertunt , τὑς ἐπεγειρομένους , *eos qui inſurgunt ;* ſed קומים , ſine Affixo , mancum eſt & inchoatum.

9. מה תחשבון אל יהוה , *quare initis conſilia contra Dominum.* Potius על , ut verſu 11. quàm אל ; nempe על ſignificat *contra ;* quod adverbium poſtulat ſententia. Hoc Propheta ad Ninivitas , qui cladem exercitûs Sennacherib reparare velle videbantur , & invadere in Judæam. Maximè credibile eſt , Nahum , cùm hæc prædiceret , fuiſſe Ninive captivum , ut erat Tobias , aut in vicinis locis.

10. & 11. כי עד סירים סבכים וכסבאם סבואים : Hæc menda non explicant Recentiores Interpretes ; alia quædam menda legebant Veteres , nec lucem afferunt. Credimus ſic olim fuiſſe ſcriptum , כי על סירים סבבים ובסבאם סובאים , *nam qui ad pocula ,* (vel *ollas*) *circùm ſedent , & in conviviis ſuis convivantur ,* (*conſumentur.*) Ejicit *ſpinas* ipſa ſententia ; nam ſequitur , *conſumentur velut ſtipula.* Non diceret Propheta , *ſpinæ conſumentur velut ſtipula.* ...יבש מלא : Adhuc mendum in verbo מלא. Nam ſi vertes cum Vulgato , *ariditate plena ,* pugnabis cum ipſo vocabulo יבש , quod ſignificat *aridum ,* non *ariditatem.* Quod ſi habeas מלא , *plenum ,* quaſi *totum ,* ut convertas , *arida tota ,* erit vocabulum nihili iſtud *tota ,* de ſtipulâ dictum , & additum poſt *arida ,* quo adjectivo ſententia expletur. Credibile eſt , pro מלא , ſcriptum fuiſſe למה , *cur ,* ממך יצא , *ex te exiit ,* puncto majori poſito ante למה. Ut anteà dixit Propheta , מה תחשבון , *quid cogitatis ,* ſic nunc , pari exprobratione , dicit , *quare exiit ex te cogitans malum ,* indicans regem Sennacherib , qui contumeliam fecerat Deo , in epiſtolâ , quam miſerat ad Ezechiam.

12. אם שלמים וכן רבים וכן נגוזו ועבר : Adhuc menda hîc ſcatent , quæ ſic exhibet Arias , *num pacifici , & certè multi , & certè exſcindentur , & tranſibit.* Nobis quidem ſic videtur emendandum... אל משלי המים רבים · כן רבים וכן נגוזו ועברו , (*hæc dicit Dominus*) *ad eos , qui dominantur in aquas multas ; certè multæ ſunt , ſed certè exſcindentur , & præteribuntur.* Nihil magis ſententiæ Prophetæ adverſatur , quàm iſtud שלמים , *pacifici.* Græci Intt. legunt משל , nam convertunt , κατάρχων , *imperans ;* ſed Syrus legere videtur illud ipſum משלי , plurale , quod reſtituimus ,

quippe

quippe interpetatur רישי, *capita*, vel, *qui imperant*; legunt etiam Græci & Syrus מים, *aquas*. Illi enim convertunt, ὑδάτων; hic, מיא, *aquarum*. Vocat Propheta populos *aquas*, ut alibi non semel nominantur, & quia non ita pridem illæ *aquæ* inundaverant regiones Judææ vicinas & ipsam Judæam.

13. אשבר מטהו מעליך, *frangam jugum ejus à te*. Propheta loquitur ad regem Assyriorum, cùm dicit מעליך, *à te*; id liquet ex suprà & ex infrà dictis; itaque stare in oratione non potest *jugum ejus*, cum Affixo *ejus*. Ergo pro מטהו, legendum מוטך, *jugum tuum*, & sic intelligendum *tuum*, ut *quod imponebas*, quomodo & מוסרותיך, *vincula tua*, de vinculis dicitur, quibus ligabat captivos suos rex Assyriorum. Sunt parallela מוסרותיך & מוטך, & unum est ex altero emendandum.

14. ומסכה אשים קברך, *& tugurium ponam sepulcrum tuum*, deducto מסכה ex סכך, *tegere*; non autem ex נסך, *fundere*, *liquare*, unde מסכה, *sculptile*; nam *scuptile* consociari nequit cum *sepulcro*. Denuntiat Nahum, regem Sennacherib, qui occidendus est, non habiturum regiam sepulturam, sed in tugurio sepultum iri ab interfectoribus. Malè Interpretes separant nomen מסכה, à verbo אשים. Nam cùm dicant, *ponam sepulcrum tuum*, separatè, nihil dicunt. Porrò absolvimus hoc caput versu 14. cum Athianâ Editione, quia versum 15. Concordantiæ Buxtorfianæ citant ut versum 1. capitis sequentis.

CAPUT II.

Ecce in montibus pedes annuntiantis pacem. Dum Ninive parabit se ad obsidionem depellendam, valvæ undarum aperientur, & ipsa undis desolabitur, & diripientur thesauri ejus innumerabiles.

1. *Ecce in montibus pedes læta nuntiantis, pacis nuntium afferentis. Celebra, Juda, festa tua; vota tua persolve; neque enim per te adhuc transibit Belial; periit, excisus est.*
2. *Ingreditur adversùs eum vastator; obsidionem molitur, iter explorat; firma sunt latera ejus & validæ vires.*
3. *Restituit enim Dominus gloriam Jacob, ut & gloriam Israel, postquàm eos exhauserunt vastatores, propaginesque eorum corruperunt.*
4. *Clypei fortium ejus rutilant, purpurâ fulgent viri bellatores; currus, ut parati sunt, velut ignis scintillant, quatiuntur lanceæ abiegnæ.*
5. *Currus per vias impetu feruntur, & succutiuntur in plateis; aspectus eorum velut lampades, ut fulgura discurrunt.*
6. *Superbè incedunt ejus Magnates, cum fastu viam tenent, properant ad murum, ubi paratum est tentorium.*
7. *Valvæ fluviorum rum-*

1. הנה על ההרים רגלי מבשר
משמיע שלום · חגי יהודה חגיך ·
שלמי נדריך · כי לא יוסיף עוד
לעבור בך בליעל · כלה נכרת :
2. עלה מפיץ על פניך נצור
מצורה · צפה דרך · חזק מתנים
אמץ כח מאד :
3. כי שב יהוה את
גאון יעקב כגאון ישראל · כי בקקום
בקקים וזמריהם שחתו :
4. מגן
גבוריהו מאדם · אנשי חיל מתלעים ·
באש פלדות הרכב ביום הכינו ·
והברושים הרעלו :
5. בחוצות
יתהוללו הרכב · ישתקשקון ברחבות ·
מראיהן כלפידים · כברקים ירוצצו :
6. יזכר אדיריו · יכשלו בהליכותם ·
ימהרו חומתה והכן הסכך :
7.
שערי הנהרות נפתחו · וההיכל
נמוג :
8. והצב גלתה העלתה ·
ואמהתיה מנהגות כקול יונים
מתפפות על לבבהן :
9. ונינוה
כברכת מים · מימי היא והמה ·
נסים עמדו · ואין מפנה :
10.
בזו כסף בזו זהב · ואין קצה לתכונה ·

כבד מכל כלי חמדה : 11. בוקה
ומבוקה ומבלקה · ולב נמס ופיק
ברכים · וחלחלה בכל מתנים · ופני
כלם קבצו פארור : 12. איה מעון
אריות ומרעה הוא לכפרים · אשר
הלך אריה לביא · שם גור אריה
ואין מחריד : 13. אריה טרף בדי
גרותיו · ומחנק ללבאתיו · וימלא
טרף חריו ומעונתיו טרפה : 14.
הנני אליך · נאם יהוה צבאות ·
והבערתי בעשן רכבה וכפיריך
תאכל חרב · והכרתי מארץ טרפך ·
ולא ישמע עוד קול מלאככה :

puntur , & Regia ſublapſa ruit.
8. *Aſcendit Regina in fornicem*
ſuum , & qualis eſt vox columbarum ,
ſic gemunt ancillæ ejus , pectora ſua
percutientes. 9. *Fit Ninive quaſi re-*
ceptaculum aquarum , ſubvertunt
eam aquæ ejus ; qui fugiebant ſub-
ſiſtunt ; ſubſiſtunt , & non ſupereſt
quò fugiant. 10. *Diripuêre argen-*
tum , diripuêre aurum ; innumerabile
eſt pondus eorum ; pluris ſunt , quàm
omnia vaſa pretioſa. 11. *Exhauſta*
eſt , penitus exhauſta eſt & depopula-
ta ; cor deficit , genua labant ; ægri
ſunt lumbi omnes ; omnes vultus nigredinem contraxerunt. 12. *Ubi eſt habi-*
taculum leonum , ubi paſcuum catulorum leonis , quò ibat leo , quò leæna , quò
catulus leonis , nemine exterrente. 13. *Rapiebat leo , quantùm ſatis erat catulis*
ſuis , enecabat pro leænis ſuis , implebat prædis cavernas ſuas , & luſtra
ſua carnibus laniatis. 14. *En ego ad te , dicit Dominus exercituum.*
Ego aduram fumo ſedile tuum , & catulos tuos gladius abſumet ; eripiam
de terrâ prædas tuas , nec ſupererit ulla fama operum tuorum.

---

1. כלה נכרת , *periit , exſciſus eſt.* Hæc interpretamur tanquam dicta per ἀσυνδέτον , pro כלה ונכרת , de *Belial* , ſivè de Sennacherib ejuſque exercitu , nec non de regno ejus , per interitum Ninivis mox abolendo.

2. על פניך : (*Aſcendit vaſtator*) *contra faciem tuam.* Legendum על פניו , *contra faciem ejus* (*Belial* ,) de quo mox dictum eſt , & de quo eodem dicitur , v. 4. גבוריהו , *fortes ejus* , cum Affixo tertiæ perſonæ. Si retineretur פניך , id eſſet accipiendum de *Juda* , cui mox dicebat Propheta , *redde* , נדריך , *vota tua.* Sed liquet ex verſu 3. aſcendere vaſtatorem , non contra Judam , ſed contra ipſos Aſſyrios ; ideò enim *redditur Jacob & Iſraël ſua gloria* , quia hoſtes ejus Aſſyrii mox delendi ſunt à *vaſtatore.*

3. גאון יעקב כגאון ישראל , *gloriam Jacob , ut gloriam Iſrael.* Gloria *Jacob* dicitur par gloriæ *Iſrael ;* itaque aliud *Jacob* , aliud *Iſrael.* Jam inſtauraverat Deus gloriam Judæ , per exercitum Sennacherib deletum ; mox inſtaurabit gloriam Iſrael per ruinam Ninivis , & interitum regni Ninivitarum ; ita ut in gloriâ futuri ſint captivi regni Iſrael , cùm apparebit Deum Iſrael ultum fuiſſe populi ſui injurias.

4. באש : Legendum כאש , *ut ignis* (*lampadis.*) Ita legunt Græci Intt. Chaldæus & Vulgatus. והברושים הרעלו... : Vulgatus , *& agitatores conſopiti ſunt* , quia ſequitur ſcriptionem והפרשים , *& equites* , quam Græci exhibent. Sed non convenit *conſopiti ſunt* in magnificos belli apparatus , qui verſibus his tribus deſcribuntur , uſque ad verſum 7. quique in ipsâ Nivive fiunt contra hoſtes advenientes. Itaque inſiſtimus in ſcripturâ הברושים , *abietes* , ſeu *tela abiegna* , ut verbum הרעלו , ſignificet hæc tela quati , ſeu agitari , erecta in curribus , qui feruntur præcipites , atque hæc , currendo , ſuccutiunt.

5. מראיהן , *aſpectus eorum* (*curruum.*) Lege , מראיהם cum Affixo maſculino , quo in genere leguntur cætera verba , quæ pertinent ad הרכב , *currum.*

6. יזכר , *recordabitur.* Non apparet , quo nominativo utatur hoc verbum ; quod quidem omnes Veteres , præter Vulgatum , numero plur. exhibent. Sed ſi vertas , *recordabuntur* , ne ſic quidem bona exſurget ſententia , nec appoſitè ſequetur , יכשלו , *corruent ;* quod ultimum verbum videtur pugnare cum ימהרו , *properabunt.* Syrus , pro יזכר , legit ילכדו , *capientur.* Nos arbitramur antiquam ſcripturam fuiſſe יזדו , *ſuperbiunt* , cui verbo reſpondebat ישכלו , non ut hodie , יכשלו ; ſeu verbum ישכלו ſignificet , *prudenter agunt* , *præ ſe ferunt prudentiam* ; ſeu potiùs *faſtuoſi ſunt* (*in viis ſuis ;*) quem ſignificatum retinuit in muliere , quæ habet præſtantiam & inceſſum nobilem , verbum Arab. שכל : vide Golium & Caſtellum. Tales ſignificatus apprimè rectè congruunt cùm deſcriptione , quæ hìc fit , hominum Ninivis bellatorum , qui properant cum armis & magno comitatu ad muros , ubi tentorium habent paratum , ut eos defendant.

7. שערי הנהרות נפתחו, *valvæ fluviorum aperiuntur*, ſive moles, quibus aquæ detinebantur, ne in campos urbi Ninivi ſubjectos irruerent. Additur, verſu 9. factam eſſe Ninivem quaſi *receptaculum aquarum*; quæ quidem vix credibile eſt tranſlatè dici, per ſimilitudinem priori ex Ninivis ruinâ ductam; nam rem ipſam verba ſacra exhibent, non tantùm rei ſimilitudinem. Non tamen propterea ſtatuendum, ut Edmundo Calmet videbatur, bis periiſſe & captam fuiſſe Ninivem per Tigris inundationem; primùm Sardanapalo regnante, & obſidentibus Beleſi & Arbace; iterum autem, obſidentibus Aſtiage & Nabopolaſſare. Nam, quia hiſtoria Græcorum valdè incerta eſt ante æram Nabopolaſſaris, fieri potuit ut Græci Scriptores de primâ Ninivis ruinâ dixerint ea, quæ acciderint in ſecundâ, de quâ Nahum vaticinatur.

8. והצב גלתה העלתה: Arias, *& Huſſab captiva ducta eſt, juſſa aſcendere eſt.* Non aliter potuit hæc menda interpretari. Vulgatus, pro הצב, ponit *miles*, quia מצב, quod fortè legit, ſignificat *præſidium militum.* Sed quæ ſocietas eſſe poteſt *militi* cum ואמתיה, *& ancillæ ejus?* Illæ *ancillæ ejus* apertè declarant fuiſſe anteà dictum de *Reginâ*; itaque etiam Chaldæus ponit, ומלכתא, *& Regina.* Hunc locum optimè ſic legas, והשגל צבה עלתה, *& Regina in fornicem ſuum aſcendit*, ſive in tectum cubiculi ſui planum & camerâ ſubnixum, ut ibi cum ancillis ſuis de urbis ſuæ ruinâ lamentetur.

9. מימי היא והמה: Hæc etiam menda ſunt, quæ nemo potuit interpretari. Mendum מימי prodit ſtatus conſtructus. Vulgatus, *aquæ ejus*, mendo, quod ſentiebat, ſubveniens. Legendum videtur, מימיה יהמוה, *aquæ ejus conturbant eam*, vel *evertunt.* Sequitur, נסים עמדו, *qui fugiunt ſubſiſtunt*, ut nimirum circumſpiciant, quâ viâ fugere poſſint; poſteà עמדו ואין מפנה, *ſubſiſtunt, & nemo reſpicit.* Cauſa expectatur, cur fugere non poſſint; quam cauſam non habemus in his verbis, *& nemo reſpicit*; habebimus, ſi legemus, ואין מנוסה, *& non eſt effugium*, quia fugam intercludunt aquæ inundantes.

10. לתכונה: Lege לתכונו, *ponderi ejus*, nempe argenti & auri; ſic poſteà כבד, *multum eſt*, dicitur genere maſc. de auro & de argento.

12. אריה לביא: Nexus ו inter utrumque neceſſarius eſt, ut convertas, *leo & leæna*; quippe duo hæc nomina, ſimul juncta, nunquam demonſtrant unum & idem animal.

14. רכבה: Vulgatus, *quadrigas tuas*; cui ſententiæ obſtant *leunculi tui*; nam ſimilitudo continuatur ducta ex leonibus. Græci Intt. πλῆθός σου, *multitudinem tuam*, cùm legerent רבבך; ſed *multitudo* hæc poſt notatur per verbum *leunculos*; & præterea verbum בערתי, *aduram*, convenit potiùs loco, quàm animali. Vera ſcriptura eſt, רבבך, vel מרבבך, *cubile tuum*, ſive locum, ubi recubas.

CAPUT III.

En ego ad te, Ninive meretrix & præſtigiatrix, quæ pelliciebas omnes Gentes. Non tu melior es No-Ammon, quæ captiva facta eſt; tu etiam venundabere, & diſſipabere apud gentes.

1. *Væ civitati ſanguinum, quæ*
tota perfidioſa eſt, & plena ferocita-
tis, unde non abſcedunt rapinæ.
2. *Sonitus adeſt flagelli, ſonitus rotæ*
ſtrepentis, ſonitus equi currentis, &
quadrigæ ſubſilientis. 3. *Appropin-*
quat eques & fulgens gladius & haſ-
ta rutilans: fit magna internecio;
ſurgit cadaverum moles, corpora ca-
dunt ſuper corpora, nec eorum eſt
numerus. 4. *Propterea quòd multæ*
fuêre ſcortationes meretricis illius

1. הוי עיר דמים · כלה כחש ·
פרק מלאה · לא ימיש טרף : 2.
קול שוט וקול רעש אופן · וסוס
דהר ומרכבה מרקדה : 3. פרש
מעלה ולהב חרב וברק חנית · ורב
חלל וכבד פגר · ואין קצה לגויה ·
יכשלו בגויתם : 4. מרב זנוני זונה
טובת חן בעלת כשפים · המכרת
גוים בזנוניה ומשפחות בכשפיה :
5. הנני אליך · נאם יהוה צבאות ·
וגליתי שוליך על פניך · והראיתי
גוים מערך וממלכות קלונך : 6.

pulchræ ac decoræ, magiſtræque maleficiorum, quæ feſellit gentes ſcortationibus ſuis, & maleficiis ſuis nationes. 5. En ego ad te, dicit Dominus exercituum. Ego rejiciam in vultum tuum fimbrias tuas, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, regniſque pudenda tua. 6. Ego projiciam ſuper te immundas ſordes, & te dehoneſtabo, reddamque fimo ſimilem. 7. Quicunque te videbunt, à te fugient, dicentque: vaſtata eſt Ninive, quis eam miſerabitur? Unde ego accerſam tibi conſolatores? 8. An tu melior es, quàm No-Ammon, quæ habitabat apud fluvios, quam aquæ undique ambiebant, cujus munimentum erat mare, quæ habebat mare pro mœnibus. 9. Erant robur ejus & Æthiopes & Ægyptii innumerabiles; aderant ſubſidio ejus Afri & Lybii. 10. Ea tamen ivit abducta inter captivos; parvuli ejus alliſi fuerunt in capitibus omnium platearum; jacta eſt ſors in ejus Nobiles, & Magnates ejus vincti fuerunt compedibus. 11. Ergo tu quoque pretio emêris, & notâ imprimêris, & ſubſidium requires ab inimico. 12. Omnia tua munimenta erunt velut ficus onuſta primis fructibus, quæ ſi excutitur, illi cadunt in os devorantis. 13. En populus tuus qui apud te eſt, velut mulieres; aditus terræ tuæ aperti ſunt hoſtibus tuis; vectes tuos ignis abſumit. 14. Cura ut haurias aquas ad obſidionem; permuni arces tuas; ingredere in cœnum, ſubige argillam, & laterem apprehende. 15. Tum enim devorabit te ignis, perdet te gladius, & bruchi more, te abſumet. 16. Auge colluviem tuam, velut bruchorum; creſce uſque ad numerum locuſtarum. Tu negotiatores tuos plures feciſti ſtellis cœlorum: bruchus expandet ſe, & avolabit. 17. Tui duces, velut locuſtæ, tui principes, quaſi attelabus, commorantur in vepribus in die frigoris; orietur ſol, & diſſipabuntur, neque locus, ubi erant, cognoſcetur. 18. Dormiunt tui paſtores, ô rex Aſſyriæ; Nobiles tui decumbunt; diſperſi tecum ſunt mediis in montibus, nec adeſt,

והשלכתי עליך שקצים ונבלתיך ·
ושמתיך כראי ׃ 7. והיה כל ראיך
ידוד ממך ואמר · שדדה נינוה · מי
ינוד לה · מאין אבקש מנחמים לך ׃
8. התיטבי מנא אמון הישבה
ביארים · מים סביב לה · אשר חיל
ים מים חומתה ׃ 9. כוש עצמה
ומצרים ואין קצה · פוט ולובים היו
בעזרתך ׃ 10. גם היא לגלה
הלכה בשבי · גם עלליה ירטשו
בראש כל חוצות · ועל נכבדיה
ידו גורל · וכל גדוליה רתקו בזקים ׃
11. גם את תשכרי · תהי נעלמה ·
גם את תבקשי מעוז מאויב ׃ 12.
כל מבצריך תאנים עם בכורים ·
אם ינועו ונפלו על פי אוכל ׃ 13.
הנה עמך נשים בקרבך · לאיביך
פתוח נפתחו שערי ארצך · אכלה
אש בריחיך ׃ 14. מי מצור שאבי
לך · חזקי מבצריך · באי בטיט
ורמסי בחמר · החזיקי מלבן ׃ 15.
שם תאכלך אש · תכריתך חרב ·
תאכלך כילק · התכבד כילק ·
התכבדי כארבה ׃ 16. הרבית
רכליך מכוכבי השמים · ילק פשט
ויעף ׃ 17. מנזריך כארבה וטפסריך
כגוב גובי · החונים בגדרות ביום ·
קרה שמש זרחה ונודד · ולא נודע
מקומו אים ׃ 18. נמו רעיך מלך
אשור · ישכנו אדיריך · נפשו עמך
על ההרים · ואין מקבץ ׃ 19. אין
כהה לשברך · נחלה מכתך · כל
שמעי שמעך תקעו כף עליך · כי
על מי לא עברה רעתך תמיד ׃

qui

qui eos colligat. 19. *Nemo eſt, qui de plagâ tuâ capiat dolorem; acerbum eſt vulnus tuum. Quicunque de te audient, complodent ſuper te manibus; nam quis eſt, ad quem non pervaſit ſine intermiſſione improbitas tua?*

---

3. וכבד פגר: Verbum pro verbo, *& multam erit cadaver.* Sequentia oſtendunt, adhiberi פגר pro mole cadaverum. ...יכשלו, *cadunt.* Maſora, וכשלו, non malè, quanquam non malè etiam יכשלו, ſine nexu, ſive relativum אשר ſubauditur, ſive hoc ultimum membrum disjunctè venit, ut ſæpe fit in fine ſententiæ.

4. המכרת גוים, *quæ fefellit gentes*, ex ſignificatu Arab. verbi מכר, *ſtruere dolos*, *machinari*, *fallere*; qui ſignificatus videtur ad ſententiam multò accommodatior, quàm *vendidit.* Falluntur homines ſcortationibus & maleficiis mulierum; ſed parùm liquet, quomodò iiſdem *vendantur*, ubi non additur *cui?*

6. שקצים, *immundas ſordes*; ita Syrus טנפותא, *ſordes*, cui verbo reſpondet ſimile verbum ראי, *fimus.*

9. היו בעזרתך, *erant ſubſidio ejus*; nempe legendum בעזרתה, ut anteà legitur עצמה, *robur ejus.* Loquitur Propheta de No-Ammon Ægypti urbe, quæ fœderata erat cum Æthiopibus & Lybiis. Græci Intt. *βοηθοὶ ἀυτῆς*, *auxiliatores illius*, cùm legerent בעזרתה. Ita etiam legebat Syrus, quem vide. Itaque malè Chaldæus & Vulgatus, *auxilio tuo.* Etenim Niniven alloquitur Nahum, cùm perſonâ ſecundâ utitur, quam urbem nemo dixerit fuiſſe in fœdere cum Æthiopibus & Lybiis.

11. גם את תשכרי, *tu quoque pretio emêris*, vel *mercede conducta eris*, ut ſervias, & ut ſervitus tua cedat in lucrum eorum, qui te captivam fecerint. Non licuit convertere, *tu quoque inebriabere*, quia non anteà dictum eſt, urbem No-Ammon, cui Ninive comparatur, fuiſſe inebriatam. Sed dictum eſt, fuiſſe captivam factam; itaque appoſitè *pretio emêris*, ut ſervi emuntur, aut locantur pactâ mercede. Sequitur, ותהיה נעלמה, quæ verba convertimus, *& notâ imprimêris*, ex ſignificatu Arabico verbi עלם, *ſignum*, vel *notam*, in vultu *imprimere*, ut olim ſervi notâ imprimebantur in parte corporis aſpectabili, ne vel ab aliis Dominis raperentur, vel fugerent Dominos ſuos. Non convenit, *deſpecta eris*, quia ſententiam minuit, cùm augere debeat; neque enim poteſt non deſpecta eſſe ſervitus; & minus malum eſt contemni, cùm ſervus ſis, quàm ſervire, cùm anteà liber fueris.

17. אים, *ubi illi.* Anteceſſit מקומו, *locus ejus*; poſtulat pronomen *ejus*, ut dicatur *ubi ille*; itaque legendum, vel אי זה, vel איו, *ubi ille.*

19. אין כהה לשברך, *nemo eſt, qui capiat dolorem de plagâ tuâ*, ex ſignificatu Chaldaico verbi כהה, *dolore afficere*, *dolore affici*; quem ſignificatum malè omisêre Lexica Hebraica; is enim commodè venit in aliis locis, in quibus iiſdem incommodè, *caligare*, *rugas contrahere*, quos unos duos ſignificatus poſuit Buxtorfius in Lexico ſuo.

חבקוק

HABACUC.

CAPUT I.

Quare, Domine, non exaudis me, & judicia prava ſemper verſantur ante oculos meos.... Advenient Chaldæi, gens velox & terribilis, quæ ſagenâ ſuâ intercipit omnes gentes; nec parcit ſanguini.

1. *Onus, quod vidit Habacuc*
Propheta. 2. *Quouſque, Domine,*
clamabo, nec exaudies; vociferabor
apud te propter oppreſſiones, nec affe-
res ſalutem? 3. *Quare poſuiſti ante*
oculos meos iniquitatem, & cogis me
intueri ſcelus; obverſantur mihi ra-
pinæ & oppreſſiones; exiſtunt lites,
rixæque exſurgunt. 4. *Frigent verò*
etiam jura legum, nec ad optatum
finem pervenit judicium; nam juſtum
circumvenit impius, adeòque judicia
perverſa exeunt. 5. *Videte, præva-*
ricatores; conſiderate & obſtupeſcite.
Stupete; nam in diebus veſtris fiet
opus, quod, cùm nuntiabitur, non
credetis. 6. *Ecce enim ego excitatu-*
rus ſum Chaldæos, gentem velocem,
quæ accelerabit gradum, venietque &
in vaſtas ingruet regiones, ut habita-

1. המשא אשר חזה חבקוק
הנביא : 2. עד אנה יהוה שועתי
ולא תשמע · אזעק אליך חמס ולא
תושיע : 3. למה תראני און ועמל
תביט · ושד וחמס לנגדי · ויהי ריב
ומדון ישא : 4. על כן תפוג תורה
ולא יצא לנצח משפט · כי רשע
מכתיר את הצדיק · על כן יצא
משפט מעקל : 5. ראו בגוים
והביטו והתמהו · תמהו כי פעל פעל
בימיכם לא תאמינו כי יספר : 6.
כי הנני מקים את הכשדים הגוי
המר · והנמהר ההולך למרחבי ארץ
לרשת משכנות לא לו : 7. אים
ונורא הוא · ממנו משפטו ושאתו
יצא : 8. וקלו מנמרים סוסיו ·
וחדו מזאבי ערב · ופשו פרשיו ·
ופרשיו מרחוק יבאו · יעפו כנשר
חש לאכול : 9. כלה לחמס יבוא ·
מגמת פניהם קדימה · ויאסף כחול

cula non ſua poſſideat. 7. *Hæc ferox eſt*
& terribilis ; hæc dat ipſa ſibi ſua judi-
cia & ſua auguria. 8. *Equi ejus pardis*
ſunt velociores , veſpertiniſque lupis
alacriores ; equites ejus glomerantur ;
veniunt procul equites ejus , volant ,
quaſi aquila velox ad prædam. 9. *Om-*
nes veniunt , ut vim afferant ; ante-
greditur eos ventus urens, qui colligit
captivos , velut arenam. 10. *Ille lu-*
dibrio habebit reges , ludet tyrannos ;
ridebit omnem munitionem , & ag-
gere congeſto , eam expugnabit.
11. *Deinde mutabitur ſpiritus ejus ,*
& abibit , & reus fiet qui Deo ſuo
confidebat. 12. *Tu enim , Domine*
Deus meus, Sancte meus, Deus veri-
tatis , Domine , jam olim deſtinâſti
eum ad judicium ; tu hoſtem vali-
dum feciſti , ut eum coargueres.

שבי ׃ 10. והוא במלכים יתקלס ·
ורזנים משחק לו · הוא לכל מבצר
ישחק · ויצבר עפר וילכדה ׃ 11.
אז חלף רוח ויעבר · ואשם זו כחו
לאלהו ׃ 12. הלוא אתה מקדם
יהוה אלהי קדשי לא נמות יהוה
למשפט שמתו · וצור להוכיח יסדתו ׃
13. טהור עינים מראות רע והביט
אל עמל לא תוכל · למה תביט
בוגדים · תחריש בבלע רשע צדיק
ממנו ׃ 14. ותעשה אדם כדגי
הים · כרמש לא משל בו ׃ 15.
כלה בחכה העלה יגרהו בחרמו ·
ויאספהו במכמרתו · על כן ישמח
ויגיל ׃ 16. על כן יזבח לחרמו
ויקטר למכמרתו · כי בהמה שמן
חלקו ומאכלו בראה ׃ 17. העל
כן יריק חרמו ותמיד · להרג גוים
לא יחמול ׃

13. *Tu habes mundos oculos , ne ſcelus reſpicias , nec tuum eſt favere impie-*
tati ; quare igitur faves prævaricatoribus ; taces , dum juſtiorem ſe oppri-
mit impius ; 14. *Et hominem reddis , ut piſces maris , & ut reptilia , quæ*
principem non habent ? 15. *Ille omnes hamo extrahit , pertrahitque in rete*
ſuum , quos poſteaquàm collegit in ſagenam ſuam , inde lætatur & exſultat.
16. *Ideò etiam victimas offert reti ſuo , & ſagenæ ſuæ thura incendit , quo-*
niam ſortitus eſt pingue pecus , & cibum habet ſaginatum. 17. *Itaque ſage-*
nam ſuam continuò vacuam facit , nec parcit mactare gentes.

---

3. ועמל תביט , *& cogis me intueri ſcelus.* Ita convertimus ex ſententiâ , & ex ſcriptione תביטני , cum Affixo , quod deſiderat תראני , verbum parallelum ; ex quo Affixo , quod olim legebatur , natum fuerit ו , quod , ante שד , ſupervacaneum eſt.

4. ולא יצא לנצח משפט , *nec ad victoriam pervenit judicium* , ſive *ad optatum finem* , ne innocens opprimatur. Simili orationis formâ legimus apud Iſaiam , *cap. 42. v. 3.* לאמת יוציא משפט , *ad veritatem educet judicium.*

5. ראו בגוים : Vulgatus , *aſpicite in gentibus.* Nihil habet ſententiæ iſtud *in gentibus.* Legendum בגדים , ut legebant Græci Intt. qui , καταφρονηταὶ , *contemptores* , quique vocabulum בגד , ſic interpretantur , *Prov. cap 13. v. 15.* & *Oſ. cap. 6. v. 7.* Ita etiam hunc locum citat Paulus Apoſtolus , *Act. cap. 13. v. 41.*

6. המר , *amaram* : Lege מהר , *velocem* , ita Chaldæus. Eſt מהר in ſocietate cum והנמהר , quod ſequitur. Sententia vertitur in *celeritate* Chaldæorum , non verò in *amaritudine* , vel *atrocitate.*

7. ושאתו , *& auguria ſua.* Sic ferè Græci Intt. λῆμμα , *aſſumptio* , idem atque *onus* , quod Vulgatus , vel *augurium.* Sententia eſt , Chaldæos rapere quidquid ſuum eſſe debere judicant , & pro omine habere ſuam ipſorum voluntatem.

9. מגמת : Hoc verbum nec alibi legitur , neque id Veteres interpretantur. Soli Græci Intt. convertunt , ἀνθεστηκότας , *reſiſtentes* , cùm fortè legant קומים ; ſed neque apud eos quidquam ſignificat *reſiſtentes.* Buxtorfius in Lexico ſuo ex Rabbinis interpretatur , *hauſtus (faciei ipſorum ,)* quaſi ex גמא , *abſorbere* ; idemque , *hauſtus faciei* , quid ſignificet , nequicquam conatur explicare. Nos , pro מגמת , legimus מקדם ; *ante* , פניהם , *facies eorum* , קדימה , *ventus urens* ;
quæ

quæ ſententia benè conſociatur cum ſequentibus verbis, *& colligit*, *velut arenam*, *captivos*. Sed anteà, pro כלה....יבוא, legendum כלם....יבאו, *omnes venient*, ut Syrus, כלהון אתין; & ita etiam Chaldæus & Vulgatus. Eſt כלה, feminini generis, mendum manifeſtum, quod idem non concordat cum יבוא, maſculino.

11. אז חלף רוח, *deinde mutat*, vel *mutabit ſpiritum*. Sic non ſemel אז, notat tempus, non præſens, ſed proximè futurum, ut Latinum *deinde*. Vaticinatur Propheta de rege Nabuchodonoſor, qui cor beſtiæ habiturus eſt, ואשם, *& reus futurus*, ſive ob ſuperbiam plectendus. ...ויעבר, *& tranſibit*, ſive regiam ſuam relinquet, in agris, more ferarum, habitaturus.

12. לא נמות, *non moriamur*. Ita quidem Vulgatus, poſt Græcos Interpretes. Sed videat Lector, quid pertineat de iſtâ ſententiâ, *non moriamur*, ad antecedentes res & ad conſequentes. Syrus, *non ſubditus es legi*; Chaldæus, *verbum tuum permanet in ſæcula.*. Neque hic, neque ille habuit certum quid, quod ſequeretur; ſed uterque evitabat verba לא נמות, quæ videbant intrare in ſeriem non poſſe. Nos, pro לא נמות, legimus אל אמת, *Deus veritatis*, appoſitè ad hæc, quæ ſequuntur, *poſuiſti eum ad judicium* ſubeundum; nam Propheta oſtendit fore, ut quæ de rege Chaldæorum prædicta fuêre, vera eſſe comprobentur.

13. טהור עינים, *mundus oculis*. Deum alloquitur Propheta, quem dicit habere oculos mundos. Itaque legendum eſt, טהור עינך, *mundus eſt oculus tuus*; non omittit Affixum Syrus, ut neque Vulgatus.

15. כלה: Potiùs כלו, maſc. genere; niſi כלם, *omnes*, dictum de piſcibus. . העלה, *aſcendere fecit*, vel extraxit aquis; hoc verbum habet pro nominativo nomen רשע, quod anteceſſit verſu 13..

16. בראה: Codex Reg. 29. בריאה, *pinguedo*, ut fuerat ſcribendum; reſpondet *pingui* (שמן) hæc *pinguedo*.

17. העל כן יריק חרמו, *num propter hoc evacuabit ſagenam ſuam*. Abit interrogatio hæc in contrariam ſententiam; quia ſic interrogat, ut neget, cùm tamen ſit affirmandum; itaque etiam nemo interrogat apud Veteres. Omninò legendum ועל כן, *ideò etiam*; id eſt, ut pinguibus cibis veſcatur, quotidie aliquid extrahit è ſagenâ ſuâ. Poſteà legendum תמיד, ſine nexu ו; id enim adverbium pertinet ad verbum יריק.

CAPUT II.

Jubetur Habacuc ſcribere in libro viſionem.... Qui ſpoliabat gentes, ſpoliabitur. Væ ei, qui ædificat domum ſuam ſanguine. Qui alios inebriat, calicem Domini bibet, & in ignominiâ erit. Væ ei, qui confidit in ligno & in ſculptilibus.

1. *Ego ſtabam in cuſtodiâ meâ, &*
in propugnaculo morabar, aſpicie-
bamque, ut viderem quid Dominus
in me loqueretur, & meæ expoſtu-
lationi quid reſponderet; 2. *Cùm Do-*
minus me allocutus eſt, dixitque:
ſcribe viſionem & in tabulis planè
exara, ut qui leget, expeditè legat.
3. *Adhuc enim ad tempus ſtatutum*
viſio, quæ aſpirat ad finem, nec
ſpem fallet; ſi tardabit, expecta
eam; nam certè habebit eventum
ſuum, nec diu differetur. 4. *Si quis*
autem ſe ſubducet, non vincet anima

1. על משמרתי אעמדה ואתיצבה
על מצור · ואצפה לראות מה ידבר
בי ומה אשיב על תוכחתי : 2.
ויענני יהוה ויאמר · כתב חזון ובאר
על הלחות · למען ירוץ קורא בו :
3. כי עוד חזון למועד · ויפח לקץ
ולא יכזב · אם יתמהמה חכה לו · כי
בא יבא לא יאחר : 4. הנה עפלה
לא ישרה נפשו בו · וצדיק באמונתו
יחיה : 5. ואף כי היין בוגד גבר
יהיר ולא ינוה · אשר הרחיב כשאול
נפשו והוא כמות ולא ישבע · ויאסף
אליו כל הגוים ויקבץ אליו כל
העמים : 6. הלוא אלה כלם עליו

ejus ; ſed qui conſtans erit , in fide
ſuâ vivet. 5. *Ille enim , tametſi con-*
temptor eſt & potens & ſuperbus , non
eſt tamen requiem habiturus. Poſt-
quàm dilataverit , velut Infernus ,
animam ſuam, & veluti mors, non fue-
rit ſatiatus , collegeritque ad ſe om-
nes gentes , & ad ſe aggregaverit om-
nes populos ; 6. *Futurum eſt , ut*
propter hæc omnia exoriatur de eo
proverbium , ut parabola propter eum
uſurpetur , dicaturque : væ ei , qui uſ-
que eò coacervavit quæ non ſua erant,
& torquem ſuum denſiorem fecit &
graviorem. 7. *Non-ne enim ſubitò*
exorientur , qui te mordebunt ? Non-
ne exſurgent , qui te exagitabunt , &
præda eorum fies ? 8. *Quoniam tu*
ſpoliaviſti gentes multas , ſpoliabunt
te reliquiæ illæ populorum , quæ de
ſanguine humano reſtant ; quæ de
ſpoliis terræ & urbis , & omnium ejus
habitatorum. 9. *Væ ei , qui impro-*
bum quæſtum colligit pro domo ſuâ ,
qui ponit in excelſo nidum ſuum , ut
à malo liberetur. 10. *Tu conſilium*
cepiſti ad domûs tuæ ignominiam ; tu
concidiſti populos multos , ut noxam
induceres in animam tuam. 11. *Ni-*
mirum clamabit lapis de pariete , &
tignum de contignatione hæc ei reſ-
pondebit : 12. *Væ ei qui ædificat ſu-*
per ſanguinem civitatem ; qui urbem
exſtruit ſuper improbitatem. 13. *Cer-*
tè enim à Domino exercituum hoc
futurum eſt , ut populi pro igne laboraverint , ut gentes pro re inani labo-
rem profuderint. 14. *Etenim terra ſcientiâ gloriæ Domini implebitur , quo-*
modo aquæ maria inundant. 15. *Væ ei , qui potum dat amico ſuo fæcem*
iræ ſuæ , quique eum inebriat , ut aſpiciat ejus nuditatem. 16. *Bibe tu quo-*
que ad ſaturitatem ignominiam in loco gloriæ , & denudare ; ad te enim ca-
lix dexteræ Domini revertetur , & gloriæ tuæ ignominia ſuccedet. 17. *Sci-*
licet rejicientur in te prædæ in Libano factæ & pecorum direptiones , & quæ-
cunque reliquiæ erunt de humano ſanguine & de ſpoliis & terræ & urbis &
omnium ejus habitatorum. 18. *Quid prodeſt ſculptile , cùm ſculpſit illud ar-*

משל ישאו · ומליצה חידות לו
ויאמר · הוי המרבה לא לו עד מתי
ומכביד עליו עבטיט : 7. הלוא
פתע יקומו נשכיך ויקצו מזעזעיך ·
והיית למשסות למו : 8. כי אתה
שלות גוים רבים · ישלוך כל
יתר עמים מדמי אדם וחמס ארץ
קריה וכל ישבי בה : 9. הוי בצע
בצע רע לביתו · לשום במרום קנו ·
להנצל מכף רע : 10. יעצת בשת
לביתך · קצות עמים רבים · וחוטא
נפשך : 11. כי אבן מקיר תזעק ·
וכפים מעץ יעננה : 12. הוי בנה
עיר בדמים · וכונן קריה בעולה :
13. הלוא הנה מאת יהוה צבאות ·
וייגעו עמים בדי אש · ולאמים בדי
ריק יעפו : 14. כי תמלא הארץ
לדעת את כבוד יהוה · כמים יכסו
על ים : 15. הוי משקה רעהו
מספח חמתך ואף שכר · למען
הביט על מעוריהם : 16. שבעת
קלון מכבוד שתה גם אתה והערל ·
תסוב עליך כוס ימין יהוה וקיקלון
על כבודך : 17. כי חמס לבנון
יכסך ושד בהמות יחיתן מדמי
אדם וחמס ארץ קריה וכל ישבי
בה : 18. מה הועיל פסל כי פסלו
יצרו · מסכה ומורה שקר · כי בטח
יצר יצרו עליו לעשות אלילים
אלמים : 19. הוי אמר לעץ הקיצה ·
עורי לאבן דומם · הוא יורה · הנה
הוא תפוש זהב וכסף וכל רוח אין
בקרבו : 20. ויהוה בהיכל קדשו ·
הם מפניו כל הארץ :

tifex ejus? Quid conflatile & doctrina mendacii, ut qui finxit ejus effi-
giem, in eo spem habeat, dum fabricatur Deos mutos? 19. *Væ ei, qui dicit*
ligno, expergiscere; qui lapidi muto, evigila. Num enim eum tu magis-
trum habebis, qui conspersus auro & argento, non habet apud se spiritum?
20. *Dominus verò in Templo sancto suo est; quo præsente, silet omnis*
terra.

---

1. ומה אשיב, *& quid respondeam*, עַל תוכחתי, *expostulationi meæ.* Si retinetur אשיב, *respondeam*, sic erit accipiendum *expostulationi meæ*, tanquam *mihi factæ.* Atqui expostulabat cum Deo ipse Habacuc in fine capitis superioris; itaque intelligenda expostulatio Prophetæ cum Deo, atque adeò legendum ישיב, *respondebit*, (*Deus*, ad quem facta est expostulatio.) Tertiam personam legunt omnes Veteres, præter Græcos, quos Arabs sequitur. Cæterùm expostulaverat cum Deo Propheta, non quòd rex Babylonis (Nabuchodonosor) Judæos esset domiturus & oppressurus; non nesciebant enim Judæi, talem pœnam se fuisse commeritos, & ruinam Regni sui fuisse ab suis Prophetis prænuntiatam; sed quòd Rex impius tam prosperâ fortunâ uteretur, debellassetque vicinas gentes, quia prosperitas tanta religionem labefactabat in cordibus Judæorum. Sic ferè dicebat Psaltes, *Ps. 73. mei autem penè moti sunt pedes....pacem peccatorum videns.* Nunc Deus respondet Prophetæ, non breviter & ænigmaticè, ut capite superiore, versu 11. sed apertè ac prolixè, futurum brevi, ut Nabuchodonosor pœnas luat suæ improbitatis.

3. לא יאחר, *non diu differetur.* Parallelum est verbum אחר, verbo יתמהמה, quod indicat *morari* & *procrastinare*; itaque אחר, significat *diu differre*; quasi dicat Deus; si aliquam moram faciet, non faciet longam.

4. הנה עפלה, *en qui subducet se.* Potius העפל, retro-acto ה; nam id verbum masculinum esse declarat id נפשו, quod sequitur cum Affixo masc. ...לא ישרה, *non vincet* (*anima ejus in ipso*,) sive non habebit exitum felicem; sic posteà יחיה, *vivet*; nam duo verba ישרה & יחיה, similis sunt sententiæ. ...וצדיק, *& qui constans erit*, ex Arab. significatu, quem alibi non semel adhibuimus, cuique respondet באמונתו, *in fide suâ.* Idem monitum habemus hoc loco, quod sæpe legimus apud Jeremiam; si quis, captâ Jerusalem, *subducet se*, & in Ægyptum ibit, fugiens Chaldæos, non id prosperè cessurum; sed salutem habituros eos, qui post cladem Jerusalem, in Judæâ relicti fuerint, si non discedant, & si agros colant.

5. ואף כי היין בוגד גבר יהיר, *& etiam quia vinum prævaricans vir superbus.* Hæc Arias, menda porrigens; nec meliùs alii, quos vide apud Criticos Sacros. Sententiam habebis, si leges, ואף כי יהיה בוגד וגבור ויהיר, *& quamvis erit contemptor, & potens & superbus.* Nihil de *vino* ad sententiam pertinet, neque illud memorant nec Græci Intt. nec Syrus, nec Arabs; neque illud exprimere potuit Vulgatus, nisi desereret Contextum suum.

6. הלוא אלה: Legendum חלוא אל אלה, *non-ne propter hæc* (*omnia;*) neque enim habet אלה in oratione, quod regat, aut à quo regatur; nec dicitur אלה de עמים, *populis*, cum adjuncto כלם; id enim barbarum est & sine exemplo, ut dicatur *illi ipsi omnes*, posito כלם post אלה. ...ומכביד עבטיט: Vulgatus, *& aggravat super se densum lutum.* Rabbini accipiunt *densum lutum* pro *sepulchro*; quasi diceretur, *reddit sibi terram gravem.* Nam, inquiunt, » Consuetudinis olim erat apud Romanos, ut imprecantes alicui, ei terram gravem imprecarentur, & levem optabant, cui precabantur benè; quomodo apud Poetam, *sit tibi terra levis.* « Sed sententiam talem excludit Pagina Sacra, quæ ponit sub eodem genere, *coacervare non sua*, & *aggravare densum lutum.* Criminis in loco ponit, *coacervare non sua*; ergo de pari crimine intelligendum id quod Vulgatus convertit, *aggravare densum lutum*; cùm præsertim הוי, *væ*, de utroque dicatur, & cum *væ* continere soleat criminis exprobrationem; non autem criminis pœnam, ut pœna esset, *reddere sibi terram gravem.* Denique versu inferiore denuntiatur pœna criminis; ut necesse sit nunc notari criminis ipsam exprobrationem. His de causis amplectimur & scripturam & sententiam, quam exhibent Græci Intt. qui, cùm convertant, καὶ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς, *& aggravat torquem suum spissè*, ostendunt se legere, non עליו, *super se*, sed חליו, *torquem suum.* Nam, quia torques erat insigne regiæ majestatis, quò rex erat potentior, eò graviorem vel auro, vel gemmis, torquem gerebat. Hoc verò erat ipsum crimen regis Babylonis, qui augebat rapinis suam potentiam & majestatem. Buxtorfius in Lexico suo docet, עבטיט, *densum lutum*, esse periphrasin *Divitiarum*, *vel Pecuniæ.* Sed caret autoritate exemplorum, & multò meliùs Græci Intt. στιβαρῶς, *spissè*, ex Radice Syriacâ עבט, *crassus*, *densus.*

8. שלות....ישלוך: In utrumque verbum circulo animadvertit Codex Orat. 42. rectè; nam legendum שללת....ישללך, *spoliasti....spoliabit te*; non debet privari altero ל, verbum שלל, *spoliare.*

9. להנצל מכף רע, *ut à malo liberetur*, sivè ab excidio urbis suæ & Imperii, quod excidium Prophetæ Israel in ejus regno captivi denuntiabant.

10. וחוטא נפשך: Legendum להחטיא נפשך, *ad peccare faciendum*, sive ad obligandam pœ-

nâ peccati *animam tuam.* Habet Vulgatus, *& peccavit anima tua ;* ſed genera diſcordant. Nam נפש femininum eſt, ſignificans *animam ;* nec maſculinum eſt, niſi indicat *corpus*, vel *cadaver.*

14. תמלא הארץ לדעת, *implebitur terra ad cognoſcendum ;* ſive *habebit ſcientiam plenam & perfectam* (*gloriæ Domini ;*) cùm Babylon evertetur, quia Prophetæ Domini excidium Babylonicum prædixerant.

15. חמתך : Lege חמתו, *fel ſuum*, ut legit Vulgatus; ſic vult רעהו, cum Affixo tertiæ perſonæ, *proximum ſuum :* in quo *proximo* intelligi videntur vicinæ gentes, quas Chaldæi, ut obſervat Grotius, fœderibus illiciebant, ut deinde eas tractarent ignominioſiſſimè.

16. והערל, *& denudare* (*tu quoque ;*) quippe ערל habet, *præputium retegere*, vel *nudare*, ut Chaldaicè ערטל, *nudus.* Hæc ſcriptura melior, quàm והרעל, quod legit Vulgatus, *conſopire ;* quia dictum fuit anteà de *nuditate* aliorum, quam Chaldæi aſpexerant, non autem de *ſopore.*

17. יחיתן : Hoc verbum nihili eſt. Veteres legunt יחיתך, *terrebit te*, vel *conteret...* non meliori ſcripturâ. Hic verſus parallelus eſt verſui 8. ubi legitur יתר עמים מדמי ; itaque legendum (מדמי) והיותר, *& reliquiæ* (*de ſanguine :*) vide verſionem, & confer utrumque verſum.

18. מסכה ומורה שקר, *conflatile & doctrinam mendacii*, quia ibatur ad illas ſtatuas, ut oracula conſulerentur, ſacerdotibus, pro ſtatuâ, clam reſpondentibus. Græci Intt. ומורה, *φαντασίαν, imaginem ;* non ſubit mihi, quid legerent, niſi תמונה, quomodo & verſu 19. יורה, quod ſimiliter convertunt ; ſed non malè מורה, *docens*, ut id reſpondeat verbo יורה, verſûs inferioris.

19. הוא יורה : Rectè Vulgatus, *numquid ipſe docere poterit ?* Et legendum ההוא, cum interrogatione, quæ præparet ad negationem ſubſequentem, *non eſt in eo ſpiritus ...* תפוש : Hoc verbum Caſtellus interpretatur, *texit*, in verbo תפש, Veterum interpretationibus deceptus ; qui, cùm verterint, *tectus, obductus*, non vidit eos legiſſe מפוש, ex פיש, *ſpargere*, *effundere*, ut fuerat ſcribendum, ut liceat convertere, *ſparſus auro*, vel *conſperſus*, *obductus.*

CAPUT III.

Oratio Habacuc. Domine, poſt iram, miſericordiæ recordaberis ; renova miracula, quibus populum tuum liberaſti. Contremui, cogitans me abductum iri ad populum terræ meæ vaſtatorem ; tamen exſulto in Deo ſalutis meæ.

1. *Oratio Habacuc Prophetæ : pro*
cantione erraticâ. 2. *Domine, au-*
divi famam tuam, & timui ; Domi-
ne, opus tuum notum fac intra hos
annos ; intra hos annos declara illud ;
poſtquàm iratus es, miſericordiæ re-
cordare. 3. *Dominus ex Theman ve-*
niet ; veniet Sanctus ex monte Pha-
ran, cujus gloriâ cœli cooperti ſunt ;
cujus laude plena eſt terra. 4. *Ut*
lux erit ſplendor ejus, radiabitque
illis fulgoribus, in quibus latet ma-
jeſtas ejus. 5. *Exit ante eum man-*
datum ; ad pedes ejus erumpit ignis.
6. *Stetit & concuſſit terram ; aſpexit*
& diſſolvit gentes, & diſſiluêre an-
tiqui montes, colles æterni humiles

1. תפלה לחבקוק הנביא על
שגינות : 2. יהוה שמעתי שמעך ·
יראתי יהוה פעלך · בקרב שנים
חייהו · בקרב שנים תודיע · ברגז
רחם תזכור : 3. אלוה מתימן
יבוא וקדוש מהר פארן · סלה ·
כסה שמים הודו ותהלתו מלאה
הארץ : 4. ונגה כאור תהיה
קרנים מידו לו ושם חביון עזה :
5. לפניו ילך דבר · ויצא רשף
לרגליו : 6. עמד וימדד ארץ ·
ראה ויתר גוים · ויתפצצו הררי עד ·
שחו גבעות עולם · הליכות עולם
לו : 7. תחת און ראיתי אהלי
כושן · ירגזון יריעות ארץ מדין :
8. הבנהרים חרה יהוה · אם
בנהרים אפך · אם בים עברתך · כי
תרכב

facti sunt : sempiterni sunt incessus
ejus. 7. Tremefacta vidi tentoria
Æthiopiæ ; contremuêre pelles terræ
Madian. 8. An tu , Domine , flu-
minibus irascebaris ; an tua ira in
fluvios ferebatur , vel in maria furor
tuus , cùm tu in equos tuos ascende-
bas , cùm tuæ quadrigæ afferebant sa-
lutem ? 9. Tu exeruisti arcum tuum ,
& satiasti jacula pharetræ tuæ ; tu
in terrâ coercuisti fluvios. 10. Mon-
tes te aspexerunt & perculsi sunt ;
dilapsa est moles aquarum , dedit
abyssus vocem suam , sustulit manus
suas. 11. Sol fuit in sublimi ; stetit
luna in mansione suâ ; homines præ-
cipitabant ad lucem sagittarum tua-
rum , ad splendorem fulgurantis has-
tæ tuæ. 12. Tu in irâ terram pera-
grabas ; tu in furore conterebas gentes.
13. Tu egressus es ad salutem populi
tui , ad salutem unctorum tuorum.
Tu delevisti principem de domo im-
pii , & fundamenta ejus usque ad pe-
tram denudasti. 14. Tu sceptro tuo
transverberasti caput principum ejus ,
qui cum impetu ruebant , ut me dis-
perderent , quique exsultabant , quasi pauperem clam devoraturi. 15. Edu-
xisti ad mare equos tuos , & aquæ multæ glomeratæ sunt. 16. Audivi , &
contremuit venter meus ; palpitavêre ad vocem tuam labia mea ; subiit tabes
ossa mea , & corripuit me horror , quoniam egressurus sum in die angustiæ
ad populum , qui nos devastavit. 17. Non enim ficus florebit ; non erunt
fructus in vineis ; spem fallet oleæ proventus , nec arva cibum suppedita-
bunt ; ejicietur ex caulâ pecus , nec armenta erunt in præsepibus. 18. Ego
tamen in Domino lætabor ; exsultabo in Deo salutis meæ. 19. Dominator
Dominus fortitudo mea est ; qui pedes meos similes faciet pedibus cerva-
rum , & efferet me ad montium cacumina , ut vincam cantico meo.

תרכב על סוסיך מרכבתיך ישועה :
9. עריה תעור קשתך · שבעות
מטות אמר · סלה · נהרות תבקע
ארץ : 10. ראוך יחילו הרים · זרם
מים עבר · נתן תהום קולו רום
ידיהו נשא : 11. שמש ירח עמד
זבלה · לאור חציך יהלכו לנגה ברק
חניתך : 12. בזעם תצעד ארץ ·
באף תדוש גוים : 13. יצאת
לישע עמך · לישע את משיחך ·
מחצת ראש מבית רשע · ערות
יסוד עד צואר · סלה : 14. נקבת
במטיו ראש פרזו יסערו להפיצני ·
עליצתם כמו לאכל עני במסתר :
15. דרכת בים סוסיך · חמר מים
רבים : 16. שמעתי ותרגז בטני ·
לקול צללו שפתי · יבוא רקב בעצמי
ותחתי ארגז · אשר אנוח ליום צרה
לעלות לעם יגודנו : 17. כי תאנה
לא תפרח ואין יבול בגפנים · כחש
מעשה זית · ושדמות לא עשה
אכל · גזר ממכלה צאן · ואין בקר
ברפתים : 18. ואני ביהוה אעלוזה ·
אגילה באלהי ישעי : 19. יהוה
אדני חילי · וישם רגלי כאילות · ועל
במותי ידרכני למנצח בנגינותי :

---

1. על שגינות , *pro cantione erraticâ.* Sic interpretamur in quibusdam titulis Psalmorum , ex conjecturâ ; nihil enim certum habemus de hujus vocabuli significatu.

2. פעלך בקרב שנים חייהו , *opus tuum notum fac intra hos annos* , quos duratura est Babylonica captivitas. *Opus tuum* indicat ex illâ captivitate liberationem , quam prædixerant ante Habacuc alii Prophetæ. Legimus cum Lud. Cappello הודו , *notum fac* , ut id respondeat pari verbo תודיע , vel potius תודיעו , *declara illud.* Huic emendationi adversatur Buxtorfius in *Anticriticâ* suâ ; idemque cum Lud. Cappello sic expostulat : » Quid enim cogit aut requirit »

» ut ejus ſit (חוהו) ſynonymum ? Quis Critico dixit, Prophetam, cùm hæc ſcriberet, duo » ſynonyma adhibuiſſe ? « Buxtorfio reſpondetur, hunc eſſe metricæ orationis morem perpetuum, atque eundem exhiberi toto in hoc Cantico ; & prætereà ſtare non poſſe חייהו, *vivifica illud*, adjunctum ad פעלך, *opus tuum ;* 1°. quia *opus* illud non ſunt Iſraelitæ, qui nunquam ſic nominantur, ſed redemptio futura populi Dei ; 2°. Quia inuſitatum eſt & ſine exemplo *opus vivificare*, pro *perducere ad eventum ſuum.*

3. אלוה מתימן יבוא, *Deus ex Theman veniet*, &c. Petit exempla ex Deſerti miraculis, quaſi dicat : ſic adveniet Deus ad liberandum populum ſuum, ut olim eum duxit per Deſertum ex Theman & ex Pharan, ad terram Chanaan, per multam vim miraculorum ; quæ miracula deinde poeticè deſcribit.

4. ונגה : Omnes Veteres ונגהו, *& ſplendor ejus*, non ſine Affixo, quod malè omittitur in hod. Codicibus. ...קרנים מידו לו : Admonet de mendo ipſum vitium orationis. Si enim ſententia hæc eſſet, *cornua in manibus ejus*, legeretur, vel ביד לו, vel בידו, ſine לו ; non verò מידו לו, *ex manibus ejus ei*, quæ verba ſunt mera barbaries. Factum fuit מידו ex כידוד, quod olim legebatur, ut legitur *Job cap. 41. v. 11.* כידודי אש, *ſcintillæ ignis.* Verbum pro verbo ſic dicas, *cornua ſcintillationis ei ſunt*, ſive habitat in igne radiante, in quo abſcondita eſt עזו, *fortitudo ejus*, ut Maſora emendat, non עזה. Deſcribit Propheta ignem, qui apparuit in monte Sinai.

5. לפניו ילך דבר, *ante eum exit mandatum :* Ita Græci Intt. λόγος, *verbum*, ſive decem mandata, quæ promulgavit Deus, cùm ad pedes ejus erumpebat רשף, *ignis.* Non convenit ſpectaculo montis Sinai, quod hîc exhibetur, nec *mors*, nec *Diabolus*, quanquam ita Vulgatus.

6. עמד וימדד ארץ : Vulgatus, *ſtetit, & menſus eſt terram*, ex ſcripturâ ימדד, quam non credimus eſſe germanam, tum quia nihil ad rem, *terram menſus eſt*, tum etiam quia id parùm congruit cum reliquo verſu. Græci Intt. καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ, *& concuſſa eſt terra ;* legunt תרגז ; nos וירגז, *& concuſſit ;* etiam legi poſſet, וירדד, *& ſubjecit*, vel *depreſſit.*

7. תחת און, *pro iniquitate* (*vidi tentoria Æthiopiæ.*) Quid hæc ſignificent, non opinor intelligere Lectorem. Subditur deinde, *tremuerunt pelles... Madian ;* ex quo colligi debet, ſub mendo תחת און, aliquid latere, quod reſpondeat verbo *tremuerunt*, ut eſt illud חתתים, *tremefacta*, quod reſtituimus, ut id adjungatur ad אהלי, *tentoria.*

8. חרה יהוה, *iraſcebatur Dominus.* Hæc efferuntur in tertiâ perſonâ, ut deinde tranſeatur in ſecundam אפך, *ira tua ;* qui tenor ſæpe recurrit in Pſalmis, cùm orationis membra mutantur. Sed nos, Latinæ Linguæ ſervientes, omnia extulimus perſonâ ſecundâ, quæ viget uſque ad finem verſûs. Propheta ſic interrogans, oſtendit Deum non aliam ob cauſam feciſſe miracula & in mari & in Jordane, quàm ut populo ſuo afferret ſalutem ; itaque animos erigit ad ſpem futuræ liberationis, in quâ ſpe commemorandâ deſinit hoc Canticum.

9. עריה תעור : Vulgatus, *ſuſcitans ſuſcitabis* (*arcum tuum*,) cùm legeret העיר תעיר, quam ſcripturam amplectimur. In mendo etiam ſunt ſequentia hæc, שבעות מטות אמר, quæ Arias non potuit aliter interpretari, quàm *juramenta Tribuum dictum.* Nihil pertinet de *juramento* ad *arcum ;* nec *juramenta Tribuum* ſunt juramenta facta Tribubus, ut neque אמר ſignificat, *quæ locutus es ;* quibus Latinis verbis Vulgatus mendis Hebraicis, ut poterat, ſubveniebat. Tota ſimilitudo inſiſtit in arcu, in pharetrâ & in ſagittis. Propterea interpretamur שבעות, tanquam שבעת, *ſatiaſti*, ſic ferè ut Syrus, ונשבעון גזיא, *& ſaturabuntur ſagittæ ;* poſtea מטות, *jacula.* Sed אמר mutamus in אשפתך, *pharetræ tuæ.* Ut ſic emendaremus præibat nobis unus apud Hexapla, qui ſic convertit, ἐχόρτασας βολίδας τῆς φαρέτρας ἀυτȣ̃, *ſatiaſti jacula pharetræ ejus*, cùm legeret אשפתו. Nos אשפתך, quia ſic vult קשתך, quod anteceſſit. ...נהרות תבקע ארץ, *tu in terrâ coercuiſti fluvios :* quippe legimus בארץ, *in terrâ.* Hæc autem ultima verba verſum 10. meliùs inchoarent, quàm verſum 9. abſolvunt ; in iis enim incipit Propheta deſcribere tranſitum Jordanis, quomodo in ſuperioribus, per arcum & ſagittas, indicabat bella geſta cum regibus Sehon & Og.

10. זרם מים עבר, *moles aquarum dilapſa eſt*, ſive aquæ Jordanis, poſtquàm in magnam molem & altitudinem aſſurrexerant, dilapſæ ſunt, & in conſueto alveo defluxerunt. נתן ...תהום קולו, *dedit abyſſus vocem ſuam*, miraculum admirans tranſitûs Jordanis. רום ידיהו, *extulit manus ſuas*, præ admiratione, quomodo in Pſalmo, *flumina plaudent manu.* In verbo ידיהו abſolvimus verſum & ſententiam, ut abſolvitur in Græcâ Verſione, in quâ verba hæc, ἐπήρθη ὁ ἥλιος, *elevatus eſt ſol*, exhibent hæc duo Hebr. verba, נשא שמש, quæ malè diſſociantur per interpunctionem majorem, quæque exhibent miraculum ſolis, qui ſtetit ſuper Gabaon.

11. זבלה : Veteres legunt בזבלו, *in manſione ſuâ*, ut eſt legendum, additâ præpoſitione, & cum Affixo maſculino, cujus generis eſt ירח, *luna.* ...יהלכו, Nos, *homines præcipitabant*, ſive *cùm impetu ruebant*, vel *cadebant*, ex ſignificatu Arab. verbi הלך. Verbum יהלכו, dicitur de hoſtibus Iſrael, qui fugiebant & cadebant territi & oppreſſi fulguribus & grandine lapidum. Eandem cladem deſcribunt hæc verba, *tu in irâ terram peragrabas*, &c. v. 12.

13. משיחך : Codex Alex. τȣ̀ς χριςȣ̀ς σȣ, *unctos tuos ;* ita etiam unus apud Hexapla, τȣ̀ς ἐκλεκτȣ̀ς σȣ, *electos ſuos*, ex ſcriptione משיחך, quam adſciſcimus, ut legitur in Pſalmo, *nolite tangere Chriſtos meos.* ...מחצת ראש, *vulneraſti caput ;* hæc de primogenito filio Pharaonis ; nam ſeriem miraculorum abſolvit Propheta in tranſitu maris rubri, & egreſſione ex

Ægypto, poſtquàm memoravit miracula, quæ ſubſecuta erant ...עד צואר, *uſque ad collum.* Optimè Lud. Cappellus, עד צור, *uſque ad petram*, in quâ fundamenta locantur; ſcripturam talem flagitant duo verba בית & יסוד, *domus & fundamentum.*

14. נקבת במטיו, *tranſverberaſti ſceptro tuo*, ראש, *caput.* Pro במטיו, legimus במטך, ita ut præpoſitio ב notet inſtrumentum; nam caſus verbi נקבת eſt ראש; nec licuit Vulgato convertere, *maledixiſti ſceptris ejus*, cùm verbum נקב, *maledicere*, ſocietatem recuſet præpoſitionis ב, adjunctæ ad caſum ſuum.

15. חמר: Legendum, vel חמרו, *turbidæ factæ ſunt (aquæ,)* vel חמרת, *turbaſti*, ut anteà דרכת, *duxiſti.*

16. לקול, *ad vocem.* Series poſtulat לקולך, *ad vocem tuam*, nam vox eſt ejus, quem audivit Propheta, qui modò dixit, שמעתי, *audivi;* nempe vox Dei per ſuos Prophetas denuntiantis, ituros eſſe Judæos in Chaldæam ad ſuos victores. ...לעלות ...אנוח, *requieſcam... ad eundum.* Si *requieſcet*, ergo non *ibit*, ad populum victorem; ergo etiam non fuit cur corriperet eum horror, cùm audivit fore ut *requieſceret.* Omninò legendum אגוח, *exibo.* Labi ſolebant Scribæ Judæi in deſcribendis verbis, quorum non erat uſus frequens; cujuſmodi lapſuum quàm plurima exempla jam vidimus, quorum unum exemplum eſt ſuprà, in verbo כידוד, quod reſtituimus.

19. במותי: Meliùs במות, ſine Affixo, quod quidem non legunt Græci Intt. ...למנצח בנגינותי, *ad victoriam in Cantico meo*, ſive ut vincam, cùm hæc, quæ cano, habuerint eventum ſuum.

צפניה

SOPHONIAS.

CAPUT I.

Exterminabo ex Jerusalem Sacerdotes Baal, & eos, qui simul jurant per Dominum & per Melchom. Prope est dies Domini magnus, dies tenebrarum & caliginis.

1. *Verbum Domini, quod fuit ad*
Sophoniam, filium Chusi, filii
Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezechiæ,
in diebus Josiæ, filii Amon,
regis Judæ. 2. *Ego omnia erepturus*
sum de terrâ, dicit Dominus.
3. *Eripiam hominem & jumentum,*
eripiam aves cœlorum & pisces maris;
afferam ruinam impiis, & delebo
de terrâ homines, dicit Dominus.
4. *Et extendam manum meam*
contra Judam & contra Jerusalem
habitatores; eripiam ex hoc loco &
reliquias Baal & nomen æditorum
& sacerdotum; 5. *Et eos, qui adorant*
super tecta militiam cœlorum,
atque illos adoratores, qui, cùm per
Dominum jurant, jurant etiam per
Melchom; 6. *Et eos, qui à Domino*
recedunt; qui Dominum non
curant, nec eum requirunt. 7. *Sileant*

1. דבר יהוה אשר היה אל
צפניה בן כושי בן גדליה בן
אמריה בן חזקיה בימי יאשיהו
בן אמון מלך יהודה : 2. אסף
אסף כל מעל פני האדמה · נאם
יהוה : 3. אסף אדם ובהמה · אסף
עוף השמים ודגי הים · והמכשלות
את הרשעים · והכרתי את האדם
מעל פני האדמה · נאם יהוה : 4.
ונטיתי ידי על יהודה ועל כל יושבי
ירושלם · והכרתי מן המקום הזה
את שאר הבעל את שם הכמרים
עם הכהנים : 5. ואת המשתחוים
על הגגות לצבא השמים ואת
המשתחוים הנשבעים ליהוה
והנשבעים במלכם : 6. ואת
הנסוגים מאחרי יהוה ואשר לא
בקשו את יהוה ולא דרשהו : 7.
הס מפני אדני יהוה · כי קרוב יום
יהוה · כי הכין יהוה זבח הקדיש
קראיו : 8. והיה ביום זבח יהוה

homines à conſpectu Domini Dominatoris; nam proximus eſt dies Domini; paravit Dominus ſacrificium, deſtinavit quos ad illud invitet. 8. Hæc autem evenient in die ſacrificii Domini; ego animadvertam in principes & in regis filios, & in omnes eos, qui veſtibus peregrinis induuntur. 9. Ego, in illâ die, animadvertam in eos, qui limen ſaltu tranſiliunt, quique implent domum Domini ſui rapinâ & fraude. 10. Eritque in die illâ, dicit Dominus, ſonitus clamoris ex portâ piſcium, & ejulationis ex Miſnâ, & ex collibus, magnæ cladis. 11. Vlulate qui habitatis in Machtas; nam ſilet omnis grex mercatorum, periêre omnes, qui argentum portabant. 12. Ego enim in die illâ ſcrutabor Jeruſalem lucernis, & animadvertam in eos omnes, qui ſepſerunt ſe apothecis ſuis, quique dicunt in corde ſuo; Dominus, nec benè faciet, nec malè. 13. Erunt divitiæ eorum ad prædam, ædes eorum ad ruinam; domos ædificavêre, quas non habitabunt; vineas conſeruêre, quarum vinum non bibent. 14. Appropinquat dies Domini magnus, appropinquat & citò imminebit; acerbum erit nuntium diei Domini; in eâ ejulabitur vir fortis. 15. Dies iræ dies illa, dies afflictionis & anguſtiæ; dies vaſtitatis & deſolationis, dies obſcuritatis & tenebrarum, dies nubis & caliginis; 16. Dies tubæ inſonantis contra urbes munitas, & contra excelſos terræ tractus. 17. Ego hominem redigam ad anguſtias; cœcorum more gradientur, quia in Dominum peccaverunt; ſanguis eorum, ut pulvis, effundetur; ut ſtercora, caro eorum. 18. Neque enim poterit eos liberare, in die iræ Domini, nec argentum ſuum, nec aurum; abſumetur omnis terra, furore ejus deſæviente; nam deleturus eſt penitus & citò univerſos terræ habitatores.

ופקדתי על השרים ועל בני המלך
ועל כל הלבשים מלבוש נכרי : 9.
ופקדתי על כל הדולג על המפתן
ביום ההוא · הממלאים בית אדניהם
חמס ומרמה : 10. והיה ביום
ההוא · נאם יהוה · קול צעקה משער
הדגים ויללה מן המשנה ושבר
גדול מהגבעות : 11. הילילו ישבי
המכתש · כי נדמה כל עם כנען ·
נכרתו כל נטילי כסף : 12. והיה
בעת ההיא אחפש את ירושלם
בנרות · ופקדתי על האנשים
הקפאים על שמריהם · האמרים
בלבבם · לא ייטיב יהוה ולא ירע :
13. והיה חילם למשסה ובתיהם
לשממה · ובנו בתים ולא ישבו ·
ונטעו כרמים ולא ישתו את יינם :
14. קרוב יום יהוה הגדול · קרוב
ומהר מאד · קול יום יהוה מר · צרח
שם גבור : 15. יום עברה היום
ההוא · יום צרה ומצוקה · יום שאה
ומשואה · יום חשך ואפלה · יום ענן
וערפל : 16. יום שופר ותרועה
על הערים הבצרות ועל הפנות
הגבהות : 17. והצרתי לאדם ·
והלכו כעורים · כי ליהוה חטאו ·
ושפך דמם כעפר ולחמם כגללים :
18. גם כספם גם זהבם לא יוכל
להצילם ביום עברת יהוה · ובאש
קנאתו תאכל כל הארץ · כי כלה
אך נבהלה יעשה את כל ישבי
הארץ :

---

3. אסף... עוף השמים ודגי הים, *eripiam... aves cœlorum & piſces maris* (*de terrâ*;) nimirum de

terrâ *Juda*, quæ versu inferiore nominatur; quæ, ab hostibus circumsessa, non jam copiam habitura est piscium maris, qui ad mercatus advehebantur, nec avium cœlorum. והמכשלות את הרשעים..., *& offendicula cum impiis:* ita Arias, ex mendo המכשלות, quod sic est corrigendum, ut habeas והכשלתי, *& cadere faciam*, verbum simile verbo והכרתי, quod sequitur. Græci Intt. καὶ ἀσθενήσουσιν, *& infirmabuntur*, ex scripturâ ויכשלו, multò meliori quàm המכשלות, sed quam non amplectimur, quia non benè hæc cohærent, (*pisces maris*) *cadent cum impiis.*

9. על כל הדולג, *in omnem, qui saltu transilit*, ut narratur *I. Sam. cap 5. v. 5.* Philistæos limen Templi Dagon saltu transilire. Ex quo tamen non sequitur, Prophetam vaticinari contra Philistæos, cùm nihil sit neque in suprà, neque in infrà dictis, quod pertinere videatur ad Philistæos. Potuêre hunc superstitiosum morem imitari Judæi, cùm Gazophylacium Templi ingrediebantur, ut in eo deponerent divitias per fraudem ac per vim comparatas. Vulgatus, *qui arroganter ingreditur*, quia pro הדולג, legebat הגודל.

10. מן המשנה, *ex Misnâ*, sive ex secundâ urbe, quam ædificaverat Manasses. Hæc *Misna* commemoratur, *II. Par. cap. 34. v. 22.*

11. ישבי המכתש, *qui habitatis in Machtas.* Possis interpretari, *in rupe.* Sequentia demonstrant locum urbis, ubi habitabant mercatores & argentarii, quique fortè sic nominabatur ex rupe quâdam, quæ hîc sita esset, & in viâ emineret.

12. הקפאים על שמריהם: Vulgatus, *defixos in fæcibus suis.* Nihil est in oratione, quod præparet ad istam similtudinem, ductam ex *fæcibus*, & קפאים in Hebr. significatu habet potiùs *congelatos*, quàm *defixos.* Neutrum congruere videtur. Itaque insistimus in vulgari significatu, qui ducitur ex שמר, *servare*, *asservare*, ut שמריהם notet, vel divitias asservatas, vel potiùs *apothecas*, in quibus asservabantur, & verbum קפאים interpretamur ex Syr. Linguâ, in quâ קפא, significat *claudere*, *retinere.* Licet etiam קפא interpretari ex Sam. Linguâ, *confirmare.* Describit Propheta homines, qui, cùm confidant divitiis suis, parùm curant minas Prophetarum, & tuti sibi videndur esse, dum sedent prope thesauros. suos.

13. ולא ישבו, *& non habitabunt.* Addendum videtur בם, ut legunt Græci Intt. qui, ἐν αὐταῖς, *in eis;* ita etiam Syrus. Sic posteà ינם, non omisso Affixo ם.

17. ולחמם, *& caro eorum*, ex significatu Arab. quem antea non semel adhibuimus.

CAPUT II.

Desolabuntur urbes Philistæorum, quas posteà reliquiæ Juda occupabunt. Væ Moab & filiis Ammon. Æthiopes gladio vulnerabuntur; Assur peribit; Ninive subvertetur.

1. *Adeste undique & convenite,*
gens sine scientiâ; 2. *Antequàm*
abripiamini, velut stipula, cùm ve-
nerit dies; dum ira Domini ad vos
nondum pervenit; dum nondum vo-
bis imminet dies iræ Domini. 3. *Quæ-*
rite Dominum omnes mansueti terræ,
judicia ejus servate; quærite justi-
tiam, quærite mansuetudinem, si
fortè in die iræ Domini absconditi
esse possitis. 4. *Ecce enim Gaza de-*
relinquitur, Ascalon devastatur,
Azoth per meridiem diripitur, &
Accaron eradicatur. 5. *Væ iis, qui*
habitant oram maris, genti Cerethim.
Hoc est verbum Domini ad vos, Cha-

1. התקוששו וקושו הגוי לא
נכסף׃ 2. בטרם לדת חק כמוץ
עבר יום׃ בטרם לא יבוא עליכם
חרון אף יהוה׃ בטרם לא יבוא
עליכם יום אף יהוה׃ 3. בקשו
את יהוה כל ענוי הארץ אשר
משפטו פעלו׃ בקשו צדק׃ בקשו
ענוה׃ אולי תסתרו ביום אף יהוה׃
4. כי עזה עזובה תהיה ואשקלון
לשממה׃ אשדוד בצהרים יגרשוה׃
ועקרון תעקר׃
5. הוי ישבי חבל הים גוי
כרתים׃ דבר יהוה עליכם כנען
ארץ פלשתים׃ והאבדתיך מאין
יושב׃ 6. והיתה חבל הים נות
כרת רעים וגדרות צאן׃ 7. והיה

nanæi, terra Philistæorum; ego te
ita exscindam, ut non supersit habi-
tator. 6. Et fiet ora maris habitatio
opportuna pastoribus, & caulæ gre-
gum. 7. Eandem oram obtinebunt
reliquiæ domûs Juda; illæ pascent
apud eos in ædibus Ascalon, in occi-
dente recubabunt; eos enim visitabit
Dominus Deus suus, & reducet
eorum captivos. 8. Audivi contume-
lias Moab & opprobria filiorum Am-
mon, cùm populum meum ignomi-
niâ affecerunt, & cùm insolenter gloria-
ti sunt in finibus eorum. 9. Propterea,
vivo ego, dicit Dominus exerci-
tuum, Deus Israel; Moab fiet ut
Sodoma; filii Ammon, ut Gomor-
rha, locus relictus urticæ & suffosus,
ut salinæ, & vastitas sempiterna;
eos populi mei reliquiæ prædæ habe-
bunt; qui de gente superstites erunt,
eos possidebunt. 10. Hæc eis erunt
pro superbiâ ipsorum, quia contume-
liosi fuerunt, & quia contra popu-
lum Domini exercituum gloriati
sunt. 11. Terribilis erit contra eos
Dominus; etenim dissipaturus est
universos terræ Deos, & adorabunt
eum ex suo quisque loco universæ insulæ nationum. 12. Vos etiam, Æ-
thiopes, gladio meo vulnerabimini. 13. Et extendet manum suam contra
aquilonem, & disperdet Assur, & Ninivem rediget ad vastitatem & ad
deserti ariditatem. 14. Recubabunt in medio ejus greges omnis generis
animalium; pelicanus & ericius noctem ducent in sculpturis ejus; per fe-
nestram audietur vox avium, corvus in limine sedebit, quia laquearia
cedrina nuda erunt. 15. Talis erit illa civitas, quæ plena erat gaudiis &
securè habitabat, dicebatque apud semetipsam: Ego illa sum, nec alia præter
me est. Quomodo redacta est ad vastitatem, evasitque in lustrum ferarum,
ut quisquis transit præter eam, sibilet & moveat manum suam.

חבל לשארית בית יהודה • עליהם
ירעון בבתי אשקלון • בערב ירבצון •
כי יפקדם יהוה אלהיהם ושב
שבותם ׃ 8. שמעתי חרפת מואב
וגדפי בני עמון אשר חרפו את
עמי ויגדילו על גבולם ׃ 9. לכן
חי אני • נאם יהוה צבאות אלהי
ישראל • כי מואב כסדם תהיה ובני
עמון כעמרה • ממשק חרול ומכרה •
מלח ושממה עד עולם • שארית
עמי יבזום • ויתר גוי ינחלום ׃ 10.
זאת להם תחת גאונם • כי חרפו
ויגדלו על עם יהוה צבאות ׃ 11.
נורא יהוה עליהם • כי רזה את כל
אלהי הארץ • וישתחוו לו איש
ממקומו כל איי הגוים ׃ 12. גם
אתם כושים חללי חרבי המה ׃
13. ויט ידו על צפון • ויאבד את
אשור • וישם את נינוה לשממה
ציה כמדבר ׃ 14. ורבצו בתוכה
עדרים כל חיתו גוי • גם קאת גם קפד
בכפתריה ילינו • קול ישורר בחלון
חרב בסף • כי ארזה ערה ׃ 15.
זאת העיר העליזה היושבת לבטח •
האמרה בלבבה • אני ואפסי עוד •
איך היתה לשמה מרבץ לחיה • כל
עובר עליה ישרק • יניע ידו ׃

1. התקוששו וקושו, *adeste undique, & convenite.* Est קשש, & Hebraicè & Arabicè, *colligere aliquid*, vel *conquirere undique* rem, puta stipulas, aut res ad victum necessarias; sed hoc exemplo docemur, id verbum usurpari etiam de hominibus, qui congregantur. Sed verbum וקושו, sive id deducas ex קשש, seu ex קוש, aut קשה, aut denique ex יקש, non significat *congregare* in *Kal*, neque adeò in *Hitphael*, positum, *congregari*, seu *convenire.* Itaque legendum וכנשו, ut legit Vulgatus, qui vertit, *convenite.* Græci Intt. συνδέθητε, *colligamini* vel *vinciamini*, ex

ex קשר , ſed non bonâ ſententiâ. ...הגוי לא נכסף , *gens non amabilis.* Nuſquam Prophetæ Judæos , quos objurgant , nominant , *gens non amabilis* , nec verò uſquam legitur נכסף , dictum de amabilitate hominis. Meliùs legas לא נסכן , ut legunt Græci Intt. qui , *ἀπαίδευτον* , *inerudita* , ut alibi legitur , *gens abſque conſilio & ſcientiâ* , ſive quam non poſſis doctrinâ manſuefacere , ac reddere obſequentem.

2. בטרם לדת חק כמוץ עבר יום : Hæc menda ita convertit Arias : *ante parere ſtatutum ut gluma , tranſit die ;* nec meliùs Vulgatus , qui ſic , *priuſquàm pariat juſſio* , &c. Nos ſic emendamus , בטרם הדחכם כמוץ בעבר יום , *antequàm diſpellamini ut ſtipula , cùm tranſibit dies ;* quam quidem emendationem duæ res maximè commendant ; quarum una eſt , maxima cognatio litterarum cum litteris , quæ in mendo ſunt ; altera , ſententia planiſſima & ad rem tractatam accommodatiſſima. Facile eſt videre , Vulgatum non tam interpretari , quàm menda exſequi. Græci Intt. legebant , בטרם היותכם כציץ עבר , *antequàm ſitis ut flos pertranſiens ;* ſed omittunt יום , quod idem non expedit Vulgatus.

3. אשר משפטו פעלו : Nos , *judicia ejus ſervate* , omiſſo אשר , quod relativum omittunt Græci Intt. Syrus & Arabs ; Vulgatus , *qui judicium ejus eſtis operati.* Vult פְּעָלוּ , vel *operati ſunt* , vel *operamini ;* ſed quia non omittebat אשר , *qui* , quod Pronomen habet pro Antecedente perſonam ſecundam , non potuit non dicere , *eſtis operati.* Non licet retineri אשר , niſi poſteà legas כמשפטו , ut convertas (*facite*) *quod eſt ſecundùm judicium ejus.* Sed ne id quidem placet , & credimus potiùs , vocabulum אשר , eſſe iterationem mendoſam vocabuli הארץ.

4. כי עזה עזובה , *ecce enim Gaza derelinquitur ;* quaſi dicat Propheta : nunc expugnantur à populo victore urbes Philiſtæorum ; itaque appropinquat veſtra clades. Poſt Pſammithicum Ægypti regem , qui ceperat urbes Philiſtæorum , venit Nechao filius ejus , qui abduxit regem Joachaz vinculis onuſtum. ...יגרשוה , *diripient eam* , ex ſignificatu Arab. *diripuit* rem , *opportuna comparavit* familiæ : vide Caſtellum.

7. לשארית בית יהודה , *reliquiis domûs Juda* , nimirum Machabæis , qui regionem obtinuêre Philiſtæorum. ...שבותם , *captivitatem eorum.* Malè Maſora reſpuit שבותם , ut ſupponat שביתם , cùm utrumque ſit uſitatum.

11. כי רזה את כל אלהי הארץ , *nam attenuabit omnes Deos terræ.* Solus Vulgatus ſic ; cæteri omnes , *perdet* , *diſperdet* , qui videntur legere כלה , non רזה. Nos , זרה *diſſipabit.* Omninò incommodè רזה , quod ſignificat *maciem contrahere* , vel *afferre* , cùm ſtatuæ Deorum , quanquam ad eas victimæ non afferuntur , non propereà maciem contrahant. ...וישתחוו .. כל איי הגוים , *& adorabunt... omnes inſulæ gentium.* Appoſitè & ſuo loco notatur vocatio gentium ad fidem , quæ in ordine temporum proximè venit poſt regnum Machabæorum.

12. אתם... המה , *vos... illi.* Difficile eſt pronomina hæc duo conſociare , cùm alterum ſit perſonæ ſecundæ , alterum tertiæ ; ut non mirum ſit , omittere המה omnes Veteres. Nihil tam obvium , quàm ut , pro המה , legatur תהיו , ut Græci Intt. ἐςὲ , vel ἔσεσθε , *eritis.*

14. כל חיתו גוי : Neque hæc verba interpretari poſſis , niſi legas , כל גוי חיות , *omnia genera animalium.* Vulgatus , גוי , *gentium ;* ſed גוי in ſtatu abſoluto , ſignificat *gentis* , non *gentium.* ...חרב , *gladius ;* lege ערב , *corvus* , ut Græci Intt. *κόρακες* , *corvi.* Ideò corvi dicuntur *in limine* ſeſſuri , quia non jam erunt laquearia cedrina , in quorum eminentiis deliteſcant , aut in foraminibus nidum ponant. Quamvis legimus hodie in Vulgatâ , *corvus* , tamen Hieronymus in ſuo Commentario non negat legi in Hebræo חרב ; ſed memoriâ labitur , in eo quod addit » HAREB ſecundùm lectionis diverſitatem vel *ſiccitas* , vel *gladius* , vel *corvus* accipitur. « Etenim per *diverſitatem lectionis* intelligit diverſum pronuntiandi modum , cùm tamen , quomodocunque pronuntietur חרב , non ſignificetur *corvus* ; nec etiam , quomodòcunque pronuntietur ערב , ſignificetur , vel *gladius* , vel *ſiccitas.*

CAPUT III.

Judicium faciet Deus de Jerusalem, ut de cæteris gentibus; postea dabit populis labium mundum, & servient ei humero uno. Canticum canet filia Sion, postquàm Deus eam resumpserit, & erit in magnâ gloriâ apud gentes.

1. *Væ ei, quæ provocat iram, &*
contaminata est; civitati oppresso-
rum; 2. *Quæ nec audit vocem,*
nec suscipit disciplinam, nec in
Domino spem habet, neque appro-
pinquat ad Deum suum; 3. *Cujus*
principes sunt in eâ leones rugientes,
cujus judices lupi vespertini, qui ad
mane non quiescunt. 4. *Prophetæ*
ejus homines vani & perfidiosi; sa-
cerdotes ejus Sanctuarium commacu-
lant, Legi vim faciunt. 5. *Dominus*
apud eam jura exercet, nec iniquum
quidquam facit; quotidie mane ju-
dicia sua in lucem profert, quæ nun-
quam deficiunt; sed nescit erubes-
cere prævaricator. 6. *Ego delevi gen-*
tes, atque earum tractus devastati
sunt; desertas feci earum plateas,
per quas nemo est qui transeat; urbes
earum desolatæ & desertæ sunt, ne-
que in eis est habitator. 7. *Propte-*
reà cogitabam fore ut hæc me time-
ret, ut susciperet disciplinam, nec
perirent propter ejus impietatem om-
nia hæc, quæ apud eam in deposito
habui; sed enim cunctati non sunt
adorare Deos suos vanos. 8. *Ergo*
expectate me, dicit Dominus, usque
ad eum diem, cùm testis exsurgam.
Etenim statui colligere gentes, &
regna congregare, ut effundam in eos
iram meam totam, quanta est; at-
que adeò, irâ meâ fervente, universa

1. הוי מוראה ונגאלה העיר
היונה : 2. לא שמעה בקול · לא
לקחה מוסר · ביהוה לא בטחה · אל
אלהיה לא קרבה : 3. שריה
בקרבה אריות שאגים · שפטיה
זאבי ערב · לא גרמו לבקר : 4.
נביאיה פוחזים אנשי בגדות · כהניה
חללו קדש · חמסו תורה : 5. יהוה
צדיק בקרבה · לא יעשה עולה ·
בבקר בבקר משפטו יתן לאור ·
לא נעדר · ולא יודע עול בשת :
6. הכרתי גוים · נשמו פנותם ·
החרבתי חוצותם מבלי עובר · נצדו
עריהם מבלי איש מאין יושב : 7.
אמרתי · אך תיראי אותי · תקחי
מוסר · ולא יכרת מעונה כל אשר
פקדתי עליה · אכן השכימו השחיתו
כל עלילותם : 8. לכן חכו לי ·
נאם יהוה · ליום קומי לעד · כי
משפטי לאסף גוים לקבצי ממלכות
לשפך עליהם זעמי כל חרון אפי ·
כי באש קנאתי תאכל כל הארץ :
9. כי אז אהפך אל עמים שפה
ברורה · לקרא כלם בשם יהוה ·
לעבדו שכם אחד : 10. מעבר
לנהרי כוש עתרי בת פוצי · יובלון
מנחתי : 11. ביום ההוא לא
תבושי מכל עלילותיך אשר פשעת
בי · כי אז אסיר מקרבך עליזי
גאותך · ולא תוספי לגבהה עוד
בהר קדשי : 12. והשארתי בקרבך
עם עני ודל · וחסו בשם יהוה :
13. שארית ישראל לא יעשו
עולה ולא ידברו כזב · ולא ימצא

terra conſumetur. 9. *Poſteà autem*
effundam in populos labium mundum,
ut omnes invocent nomen Domini,
eique humero uno ſerviant. 10. *Ultra*
flumina Æthiopiæ, quos ego hùc diſ-
perſero, mihi ſupplicabunt, & ad me
munus afferent. 11. *In die illâ non*
erit cur erubeſcas propter omnia opera
tua, quibus in me peccaſti; tum
enim de medio tui auferam eos, qui
ſuperbiam tuam erigebant, nec poſt-
hac futurum eſt, ut in monte ſancto
meo ſuperbias. 12. *Populum enim*
apud te relicturus ſum, qui erit man-
ſuetus & humilis, & in nomine Do-
mini ſperabunt. 13. *Reliquiæ Iſrael*
nihil ſceleris admittent, nec menda-
cium loquentur, nec linqua fallax in
eorum ore deprehendetur: paſcent
enim & recubabunt ita, ut non ſit
qui exterreat. 14. *Exſulta, filia*
Sion; exclama, Iſrael; lætare &
exhilara temeptipſam, filia Jeruſalem, quantùm potes. 15. *Abſtulit Do-*
minus animadverſiones, quibus utebatur; avertit inimicos tuos. Rex Iſrael
Dominus apud te eſt, neque adhuc mala experiêre. 16. *In die illâ dice-*
tur Jeruſalem, noli timere; ne concidant tuæ manus, ô Sion. 17. *Domi-*
nus Deus tuus apud te fortis eſt. Ille afferet ſalutem; ille de te gaudebit
& lætabitur, redintegrabit amorem ſuum, & exſultabit de te in cantico,
velut in ſolemnitate. 18. *Ego auferam eos, qui te opprimebant; illi abs*
te aberunt, ne tibi opprobrium inferant. 19. *Ecce enim opprimam in die*
illâ omnes eos, qui te affligebant. Ego eam, quæ debilis erat, præſtabo
incolumem, & expulſam reſumam, proponamque eas ad laudem & ad
gloriam in omni terrâ, in quâ erubuerant. 20. *Ego vos eo tempore adductu-*
rus ſum; ego, eo tempore, vos ſum congregaturus, & daturus vobis lau-
dem & gloriam apud omnes terræ populos, cùm vos ego in oculis eorum redu-
xero, dicit Dominus.

בפיהם לשון תרמית · כי המה ירעו
ורבצו ואין מחריד : 14. רני בת
ציון · הריעו ישראל · שמחי ועלזי
בכל לב בת ירושלם : 15. הסיר
יהוה משפטיך · פנה איבך · מלך
ישראל יהוה בקרבך · לא תראי רע
עוד : 16. ביום ההוא יאמר
לירושלם אל תיראי · ציון אל ירפו
ידיך : 17. יהוה אלהיך בקרבך
גבור יושיע · ישיש עליך בשמחה ·
יחריש באהבתו · יגיל עליך ברנה :
18. נוגי ממועד אספתי · ממך היו
משאת עליה חרפה : 19. הנני
עשה את כל מעניך בעת ההיא ·
והושעתי את הצלעה והנדחה אקבץ ·
ושמתים לתהלה ולשם בכל הארץ
בשתם : 20. בעת ההיא אביא
אתכם ובעת קבצי אתכם · כי אתן
אתכם לשם ולתהלה בכל עמי
הארץ בשובי את שבותיכם לעיניכם ·
אמר יהוה :

1. מוראה: Vulgatus, *provocatrix*, non quod deduceret מוראה ex מרה, *exacerbare*, nam id nullo eſt exemplo; & reſpuit litteram א verbum מרה. Exiſtimamus potiùs eum legiſſe מקנאה, *zelum*, vel *iram provocans;* hæc enim eſt optima ſcriptura. Sed מוראה, quid hîc ſignificet, nec ego video, nec vidêre Veteres Interpretes, quos adi, ſi juvat, in Polyglottis. Grotius expedire ſe poſſe ſententiam putavit, ſi converteret, *væ inſpectatæ;* hoc enim, inquit, dici ſolet de feminis proſtituti pudoris. Sed nihil eſt in oratione, quod ſimilitudinem talem demonſtret; nec invehitur Propheta in adulteria Jeruſalem, ſed in rapinas & in oppreſſiones; propterea ſubjungit עיר היונה, *civitas opprimens.* Vulgatus יונה, *columba*, quaſi *olim columba;* ita enim Hieronymus in commentario ſuo, ut probabilem reddat ſuam interpretationem.

Multò meliùs Recentiores, *opprimens*, ex ינה, *vexare, opprimere*, quia principes Jerusalem posteà nominantur *leones; judices, ursi.*

3. לא גרמו לבקר: Arias, *non exossârunt in mane*, nullâ sententiâ, quia ex scriptione גרמו, mendosâ. Syrus convertit, ולא מכתרין, *& non expectant;* legebat ידמו, quod significat, non modò *expectant*, sed etiam *quiescunt;* quem significatum eligimus scriptionis ידמו. Comparat Propheta Judices Jerusalem *lupis vespertinis*, quia, quanquam vespere prædari incipiunt, tamen totâ nocte prædantur, & usque ad mane. Græci Intt. οὐχ ὑπελίποντο, *non relinquebant;* non legebant גרמו, sed forsan יותרו, bonâ quidem sententiâ, sed scriptione hodiernæ non tam simili, quàm ידמו.

5. בבקר בבקר, *quotidie mane*, hoc est, ut observat Grotius, » Quotidie aliquod insigne » edit judicium in illos Principes, Prophetas, sacerdotes. Allusio ad morem Judæorum & » vicinarum gentium, apud quos judicia tantùm mane exercebantur.

7. & 8. תיראי: Supervacaneum est ' in fine; nam persona tertia est, ut liquet ex מעונה, *propter impietatem ejus.* Itaque scribendum fuit תירא, & sic posteà תקח, sine ', *timebit.....suscipiet* Jerusalem; cui nihil profuêre exempla nationum vicinarum, quas Deus mox deleverat. Etiam supervacaneum est ', in לקבצי, versu 8. cui verbo parallelum est לאסף, sine ' scriptum.

9. כי אז אהפך, *posteà autem effundam.* Ita convertimus, quia legimus אשפך, quod verbum subsequi solet præpositio אל, vel על, ante personæ casum; non item verbum אהפך, nisi fortè in malam partem accipitur. Vulgatus, *reddam*, quia non potuit aliter exsequi mendum אהפך. Eadem vaticinatur Sophonias, quæ prædixerat Joel his verbis, *effundam spiritum meum super servos meos...* Non dederat Deus *labium mundum* Judæis ante novam Legem; ergo non dixerit, *reddam.*

10. עתרי בת פוצי: Hæc verba nemo, ut sunt, interpretatur; hæc saltu omittit Syrus. Legendum videtur, עתרו לי נפוצי, *supplicabunt mihi dispersi mei*, sive *quos dispersèram.* Verbum עתר, *supplicare*, construi solet cum præpositione ל, vel אל: vide Concord. Buxt. Legi etiam potest, מנפצי, *dispersi mei;* quæ forma legitur *Is. cap. 27. v. 9.*

11. עליזי גאותך, *qui superbiam tuam erigebant;* nempe Sacerdotes & Scribæ Judæorum, qui contra Messiam gloriati sunt, in quorum locum suppositus est *populus mansuetus & humilis* Christianorum.

17. & 18. יחריש באהבתו: Vulgatus, *silebit in dilectione suâ*, quasi similitudo duceretur ex amatore, qui, quam diligit, stupens intuetur, & in ejus amore acquiescit. Sed sequitur, *exsultabit de te in cantico;* itaque parùm opportunè advenit amoris *silentium;* & ad *canticum* multò accommodatior est scriptura יחדש, *renovabitur* (*in amore suo*,) quæ autoritatem habet ex Græcis Intt. qui convertunt, καινιεῖ σε, *innovabit te*, cùm legerent יחדשך; sed meliùs יחדש, *innovabitur in amore suo*, nam propterea subditur versu 19. *expulsam resumam...* ברנה נוגי: ממועד: Hæc verba sic legenda & interpungenda sunt cum Græcis Interpretibus, ברנה כמועד: נוגיך, *cum cantico, ut in solemnitate. Eos, qui te affligebant*, אספתי, *congregabo*, vel *retraham, auferam.* Vulgatus, נוגי, *nugas*, quem sic convertisse non crederemus, nisi in ejus Commentario hæc legeremus. » Id quod diximus *nugas*, sciamus in Hebræo ipsum latinum esse ser» monem, & propterea à nobis, ut in Hebræo erat, positum: ut nosse possimus Linguam » Hebraicam omnium Linguarum esse matricem, quod non est hujus temporis edisserere. » Oportet Hieronymum legisse נוגים, addito ם; aliter non dixisset, esse in Hebræo ipsum Latinum sermonem. Imò, cùm supra dixerit Hieronymus: » *Nugas*, sive ut Aquila inter» pretatus est, *translatos;* liquet Hieronymum legisse נסגי, (nam נסגי, significat *translatos.*) Sed credidisse, licere sibi trajicere unam litteram, ut extraheret verbum Latinum *nugas* ex נסגי, tanquam ex נגים. Ut ut sit, dormitabat Magnus Hieronymus, ut aliquandò bonus Homerus, cùm hæc scriberet, ...ממך היו, *illi abs te aberunt;* nam præpositio מ habet negationem, ut posteà משאת, *ne inferant*, עליך חרפה, *in te opprobrium;* non עליה, *in eam*, ut hodie legitur. Syrus, עליכי, *de te*, cùm legeret עליך.

19. את הצלעה: Plerique *claudam;* nos, *debilem;* cur autem sic interpretemur, vide suprà *ad Michæam, cap. 4. v. 6.*

20. ובעת קבצי: Superfluit ו, & seriem intercipit, ut videre licet apud Vulgatum. Vel tollendum ו, vel, cum Chaldæo, legendum, ובעת ההיא קבצתי, *& tempore illo congregabo* (*vos;*) iterato ההיא, ut iteratur apud Chaldæum. Hæc spectant ad ultimum reditum Judæorum, à versu 13. usque ad hunc capitis finem, quomodò superiora spectabant ad Ecclesiam nascentem Christianorum; nam *Sion & Jerusalem* indicant gentem Judæorum, quæ *non adhuc mala experietur*, ut experta est in excidio ultimo Jerosolymitano. ...לעיניכם, *in oculis vestris.* Legendum לעיניהם, *in oculis earum* (*gentium;*) ita Syrus לעיניהון.

חגי

AGGÆUS.

CAPUT I.

Anno ſecundo Darii regis vaticinatur Aggæus, & hortatur ad Templum ædificandum. Huic auſcultant Zorobabel & Jeſu ſummus Pontifex; omnes accingunt operi, & domum Dei ædificant.

1. *Anno ſecundo Darii regis,*
menſe ſexto, die menſis primâ, fuit
verbum Domini per Aggæum Pro-
phetam ad Zorobabel, filium Sala-
thiel, ducem Juda, & ad Jeſum,
filium Joſedech, Sacerdotem ma-
gnum, cum his mandatis: 2. *Hæc*
dicit Dominus exercituum: hic po-
pulus dicit, nondum tempus eſt;
nondum venit tempus domûs Domi-
ni ædificandæ. 3. *Itaque hoc fuit*
verbum Domini per Aggæum Pro-
phetam. 4. *An venit vobis tempus*
habitandi veſtras ædes laqueatas, dum
domus iſta deſerta eſt? 5. *Nunc igi-*
tur hæc dicit Dominus exercituum;
applicate cor veſtrum ad vias veſtras.
6. *Seminaſtis multùm, & parùm*
collegiſtis; comeditis, nec ſaturami-
ni; bibitis, nec ſitim reſtinguitis;
qui veſtem induit, non eſt calefac-

1. בשנת שתים לדריוש המלך
בחדש הששי ביום אחד לחדש
היה דבר יהוה ביד חגי הנביא אל
זרבבל בן שאלתיאל פחת יהודה
ואל יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול
לאמר : 2. כה אמר יהוה צבאות
לאמר · העם הזה אמרו · לא עת
בא עת בית יהוה להבנות : 3.
ויהי דבר יהוה ביד חגי הנביא
לאמר : 4. העת לכם אתם לשבת
בבתיכם ספונים · והבית הזה חרב :
5. ועתה כה אמר יהוה צבאות ·
שימו לבבכם על דרכיכם : 6.
זרעתם הרבה והבא מעט · אכול
ואין לשבעה · שתו ואין לשכרה ·
לבוש ואין לחם לו · והמשתכר
משתכר אל צרור נקוב : 7. כה
אמר יהוה צבאות · שימו לבבכם
על דרכיכם : 8. עלו ההר ·
והבאתם עץ ובנו הבית · וארצה בו
ואכבד · אמר יהוה : 9. פנה אל

rus ; qui lucrum facit, lucrum mittit
in loculos pertuſos. 7. *Hæc dicit*
Dominus exercituum : applicate cor
veſtrum ad vias veſtras. 8. *Aſcendite*
in montem , & advehite ligna , &
domum ædificate ; ego propter eam
placabor & honorabor , dicit Domi-
nus exercituum. 9. *Multùm ſperaba-*
tis , & ecce parùm , quod vos ut do-
mum importâſtis , ego illud diſſipavi.
Propter quam cauſam , dicit Domi-
nus. Propter domum meam , quia hæc
deſerta eſt , dum vos curritis ad ſuam
quiſque domum. 10. *Ideò cœli cohi-*
bent ſuper vos rorem , & retinet terra
fructus ſuos. 11. *Ideò vocavi ſicci-*
tatem in terram , & in montes , & in
triticum , in vinum , & in oleum , &
in omnia quæ terra profert , & in ho-
mines & in jumenta , & in cunctos ma-
nuum labores. 12. *Auſcultavêre Zoro-*
babel , filius Salathiel , & Jeſus , fi-
lius Joſedech , Sacerdos magnus , &
omnes qui de populo ſuperſtites erant ,
voci Domini Dei ſui , & verbis Ag-
gæi Prophetæ , cùm eum miſit Do-
minus Deus ipſorum , & populus Dominum veritus eſt. 13. *Tum Aggæus ,*
quem Dominus miſerat propter opus Domini , dixit populo : ego vobiſcum ,
dicit Dominus. 14. *Et ſuſcitavit Dominus ſpiritum Zorobabel filii Sala-*
thiel , ducem Juda , & ſpiritum Jeſu , filii Joſedech , Sacerdotis magni , &
ſpiritum populi qui ſuperſtes erat , & venerunt , incubueruntque operi domûs
Domini exercituum , Dei ſui , die vigeſimâ quartâ menſis ſexti , anno ſe-
cundo Darii regis.

הרבה והנה למעט · והבאתם הבית
ונפחתי בו · יען מה · נאם יהוה
צבאות · יען ביתי אשר הוא חרב ·
ואתם רצים איש לביתו ; .10 על
כן עליכם כלאו שמים מטל · והארץ
כלאה יבולה ; .11 ואקרא חרב
על הארץ ועל ההרים ועל הדגן
ועל התירוש ועל היצהר ועל אשר
תוציא האדמה ועל האדם ועל
הבהמה ועל כל יגיע כפים ; .12
וישמע זרבבל בן שלתיאל ויהושע
בן יהוצדק הכהן הגדול וכל שארית
העם בקול יהוה אלהיהם ועל דברי
חגי הנביא כאשר שלחו יהוה
אלהיהם · וייראו העם מפני יהוה ;
.13 ויאמר חגי מלאך יהוה במלאכות
יהוה לעם לאמר · אני אתכם · נאם
יהוה ; .14 ויער יהוה את רוח
זרבבל בן שלתיאל פחת יהודה
ואת רוח יהושע בן יהוצדק הכהן
הגדול ואת רוח כל שארית העם ·
ויבאו ויעשו מלאכה בבית יהוה
צבאות אלהיהם ; .15 ביום
עשרים וארבעה לחדש בששי
בשנת שתים לדריוש המלך ;

---

1. פחת יהודה ...אל זרבבל , *ad Zorobabel... ducem Juda.* Nominatur Zorobabel פחת , *dux* , quæ appellatio non convenit regi , ſed duci qui à rege conſtituitur , ut videre licet , *I. Regum cap. 20. v. 24.* ubi legitur , ושים פחות תחתיהם , *& pone duces ſub illis (regibus.)* Hæc obiter notamus contra eos , qui detorquent in Zorobabel vaticinationes quaſdam , in quibus prædicitur , Iſrael reductum iri , & ſerviturum *David regi ſuo ;* quæ quidem vaticinationes conveniunt in unum Meſſiam *regem.*

2. לא עת בא , *nondum tempus eſt.* Hæc Judæi tum dictitabant , non quòd negarent expletos eſſe annos ſeptuaginta duos , quibus expletis Prophetæ prædixerant , Templum inſtauratum iri ; nam eos annos computare facillimum erat ; ſed quia timebant regem Perſarum , & malebant tempori ſervire , quàm Religioni.

4. העת לכם אתם : Arias , *an tempus vobis vos ;* cùm non videret , pro אתם , legendum אתה , *venit* , ut ſupra dicitur , *non venit tempus.* Reſpondet verbum אתה , verbo בא , verſûs 2.

6. משתכר אל צרור נקיב , *lucrum mittit in loculos pertuſos* , quia quæ lucratus eſt , cogitur ſubitò impendere ad victum , & carè emere. Cæterùm non congruit אכול , Participium , vel

Infinitum, cum שתו, Præterito plurali, ut neque שתו, cum לבוש. Veteres hæc tria verba exhibent in Præterito plurali, *editis*, *bibitis*, *induimini veſte*, quoniam videbant claudicare ſeriem. Optimè legas אכלו, *comedunt*, ut habeas verbum parallelum שתו, *bibunt*; poſteà לבשו, *veſtem induunt*, ut ſequatur ואין לחם להם, *& non ad calefaciendum eis.*

8. ואכבד, *& honorabor.* Sine causâ Maſora, ואכבדה; nam iſtud ה, quod addit, ſupervacaneum eſt. Eſſet potiùs legendum ואכבד בו, *& honorabor in eâ*, ut convertit Syrus; itaque etiam iſtud קרי; non eſt omnium Codicum, ſed eorum tantùm in quibus relictum fuerat ſpatium vacuum poſt ואכבד, ut relictum eſt in Athianâ Editione; quod ſpatium multò meliùs ſuppletur per verbum בו, quod ſuperiori בו reſpondet, quàm per literam ה.

9. פנה, *reſpicere.* Sine dubio פנת, *reſpexiſti*, perſonâ ſecundâ, quam exhibent omnes Veteres in numero plurali, quia ſequitur והבאתם, *& importâſtis.*

13. במלאכות יהוה, *propter opus Domini.* Qanquam non malè vocatur *opus Domini* inſtauratio Templi, tamen optimè legas, במלאכות בית יהוה, *propter opus domûs Domini*, quia ſic legitur verſu inferiore: facilè omiſſum fuerit בית, pone כות, litteras ferè ſimiles.

17. ביום עשרים וארבעה, *die vigeſimâ quartâ.* Malè hæc ſeparantur ab ſuperioribus rebus per interpunctionem majorem, & malè in Vulgatâ & in Polyglottis hæc attribuuntur capiti inferiori. Pravæ huic diſtributioni occaſionem dederit ſpatium, vacuum relictum in Editis Hebræis inter verſum 14. & verſum 15.

CAPUT II.

Bono animo eſtote.... erit gloria domûs iſtius poſterioris major, quàm prioris; nec jam coerceo terræ fruges. Zorobabel mihi eſt, ut annulus ſignatus; ego eum elegi, dicit Dominus exercituum.

1. *Menſe ſeptimo, die menſis vi-*
geſimâ prmâ, fuit ad Aggæum Pro-
phetam verbum Domini, hæc man-
dantis. 2. *Loquere nunc ad Zoroba-*
bel, filium Salathiel, ducem Juda, &
ad Jeſum, filium Joſedech, Sacerdo-
tem magnum, & ad populum qui ſu-
perſtes eſt, & dic eis. 3. *Quis ſupereſt*
apud vos, qui viderit hanc domum
in gloriâ ſuâ priore? Qualem nunc
eam videtis? Non-ne hæc præ illâ
quaſi nihil videtur? 4. *Tu tamen*
bono animo eſto, Zorobabel, dicit
Dominus; bono animo eſto, Jeſu,
filî Joſedech, Sacerdos magne; bono
animo ſit omnis populus terræ, dicit
Dominus, & operi incumbite.
5. *Ego enim, dicit Dominus exer-*
cituum, adducam vobis id, quod
vobiſcum pepigi, cùm Ægypto egre-
deremini; ſpirituſque meus manebit

1. בשביעי בעשרים ואחד לחדש
היה דבר יהוה ביד חגי הנביא
לאמר : 2. אמר נא אל זרבבל
בן שלתיאל פחת יהודה ואל יהושע
בן יהוצדק הכהן הגדול ואל שארית
העם לאמר : 3. מי בכם הנשאר
אשר ראה את הבית הזה בכבודו
הראשון · ומה אתם ראים אתו · עתה
הלוא כמהו כאין בעיניכם : 4.
ועתה חזק זרבבל · נאם יהוה · וחזק
יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול וחזק
כל עם הארץ · נאם יהוה · ועשו ·
כי אני אתכם · נאם יהוה צבאות :
5. את הדבר אשר כרתי אתכם
בצאתכם ממצרים · ורוחי עמדת
בתוככם · אל תיראו : 6. כי כה
אמר יהוה צבאות · עוד אחת מעט
היא · ואני מרעיש את השמים ואת
הארץ ואת הים ואת החרבה : 7.
והרעשתי את כל הגוים · ובאו
חמדת כל הגוים · ומלאתי את הבית

in medio vestrûm ; nolite timere.
6. Hæc enim dicit Dominus exerci-
tuum ; adhuc exiguum tempus supe-
rest ; deinde commovebo & cœlum &
terram , & mare & aridam tellurem ;
7. Et concutiam omnes gentes , & ad-
venient pretiosa quæque omnium
gentium , & implebo hanc domum
gloriâ , dicit Dominus exercituum.
8. Meum est argentum , & meum
aurum , dicit Dominus exercituum.
9. Gloria domûs istius posterioris
major erit , quàm prioris , dicit Do-
minus exercituum ; ego in loco isto
faciam pacem , dicit Dominus exer-
cituum. 10. Die vigesimâ quartâ
mensis noni , anno Darii secundo ,
fuit ad Aggæum Prophetam verbum
Domini , hæc mandantis : 11. Hæc
dicit Dominus exercituum : Scisci-
tare nunc de Lege Sacerdotes , &
dic eis : 12. Si quis homo tollit in
sinu pallii sui carnem sanctam , tan-
gitque hoc sinu panem , aut pulmen-
tum , aut vinum , aut oleum , aut
quemcunque cibum , an sancta hæc
erunt ? Sacerdotes responderunt di-
centes , non sancta erunt. 13. Tum
dixit Aggæus : si quis ex funere im-
mundus omnia hæc tetigerit , an im-
munda erunt ? Sacerdotes responde-
runt dicentes ; immunda erunt.
14. Quibus hæc respondit Aggæus :
talis est iste populus , tale hoc genus
hominum coram me , dicit Dominus ;
talia sunt opera manuum eorum , &
quodcunque hîc offerunt pro immundo
habetur. 15. Nunc igitur cogitate ani-
mis vestris hodiernum diem & supe-
riores , cùm in Templo Domini non-
dum positus erat lapis super lapidem ;
16. Et cùm ibatis ad acervum talem ,
qualis est acervus viginti modiorum ,
in quo tamen non erant plus quàm

הזה כבוד · אמר יהוה צבאות : 8.
לי הכסף ולי הזהב · נאם יהוה
צבאות : 9. גדול יהיה כבוד הבית
הזה האחרון מן הראשון · אמר יהוה
צבאות · ובמקום הזה אתן שלום ·
נאם יהוה צבאות :
10. בעשרים וארבעה לתשיעי
בשנת שתים לדריוש היה דבר
יהוה ביד חגי הנביא לאמר : 11.
כה אמר יהוה צבאות · שאל נא
את הכהנים תורה לאמר : 12.
הן ישא איש בשר קדש בכנף בגדו
ונגע בכנפו אל הלחם ואל הנזיד
ואל היין ואל שמן ואל כל מאכל
היקדש · ויענו הכהנים ויאמרו · לא :
13. ויאמר חגי · אם יגע טמא
נפש בכל אלה היטמא · ויענו
הכהנים ויאמרו · יטמא : 14. ויען
חגי ויאמר · כן העם הזה וכן הגוי
הזה לפני · נאם יהוה · וכן כל מעשה
ידיהם ואשר יקריבו שם · טמא
הוא : 15. ועתה שימו נא לבבכם
מן היום הזה ומעלה · מטרם שום
אבן אל אבן בהיכל יהוה : 16.
מהיותם בא אל ערמת עשרים
והיתה עשרה · בא אל היקב לחשף
חמשים פורה והיתה עשרים : 17.
הכיתי אתכם בשדפון ובירקון ובברד
את כל מעשה ידיכם · ואין אתכם
אלי · נאם יהוה : 18. שימו נא
לבבכם מן היום הזה ומעלה · מיום
עשרים וארבעה לתשיעי למן היום
אשר יסד היכל יהוה · שימו לבבכם :
19. העוד הזרע במגורה · ועד הגפן
והתאנה והרמון ועץ הזית לא נשא ·
מן היום הזה אברך : 20. ויהי דבר
יהוה שנית אל חגי בעשרים
וארבעה לחדש לאמר : 21. אמר
אל זרבבל פחת יהודה לאמר · אני
מרעיש את השמים ואת הארץ : 22.
והפכתי כסא ממלכות · והשמדתי
חזק ממלכות הגוים · והפכתי
מרכבה ורכביה · וירדו סוסים
ורכביהם איש בחרב אחיו : 23.
ביום

ביום ההוא · נאם יהוה צבאות ·
אקחך זרבבל בן שאלתיאל עבדי ·
נאם יהוה · ושמתיך כחותם · כי בך
בחרתי · נאם יהוה צבאות :

decem, & ad torcular, inde haufturi
amphoras quinquaginta, in quo ta-
men erant tantùm decem. 17. *Ego*
percuffi vos ardore ac rubigine, gran-
dineque omnia opera manuum vef-
trarum, nec tamen ad me reverfi eftis, dicit Dominus. 18. *Nunc autem re-*
cordamini cum animis veftris hos dies, qui effluxerunt ufque hodie, ex die
vigefimâ quartâ menfis noni, quo die primùm jacta funt fundamenta Tem-
pli Domini; hæc recordamini cum animis veftris. 19. *Num femen adhuc*
in culmo eft? An vinea & ficus, & malo granatum & lignum oleæ nihil adhuc
proferunt? Nimirum ex illo die benedixi eis. 20. *Fuit autem iterum, die men-*
fis vigefimâ quartâ, verbum Domini ad Aggæum, hæc mandantis. 21. *Hæc*
dicito Zorobabel, duci Juda; ego commovebo & cœlum & terram. 22. *Et*
fubvertam folium regnorum, & diffipabo vires regnorum gentium, & ever-
tam currus eorum, & aurigas, cadent equi & equites, alii aliorum gladiis.
23. *In die illâ, dicit Dominus exercituum, affumam te, Zorobabel, filî*
Salathiel, ferve meus, dicit Dominus, & ponam te ut annulum figna-
tum, quoniam ego elegi te, dicit Dominus exercituum.

---

3. כמהו: Hoc verbum non expediunt Veteres, ut pote mendofum. Germana fcriptura eft, מנהו, vel ממנו, *præ illâ* (*domo.*) Comparatur Templum pofterius cum priore, de quo priore dicitur מנהו. Si accipies כמהו, tanquam dictum de Templo pofteriore, ut fic convertas, *non-ne ficut illud eft, quafi nihil eft*, tolles utriufque comparationem, & prætereà aberrabis ab ufu loquendi; qui ufus eft ut præpofitio כ, in כמהו, notet, non rem ipfam, de quâ fermo eft, fed aliam rem ei fimilem.

4. & 5. כי אני אתכם, *nam ego adducam vobis*, ex אתה, *venire*, in *Hiphil* verò, *adducere.* Ita conftruitur cum fuo Affixo verbum אתה, *Job, cap. 3. v. 25.* ubi legitur, ויאתיני, *& advenit mihi.* Verbum אתכם, habet pro cafu rei את הדבר, *verbum*, à quo cafu malè fejungitur per interpunctionem majorem; nifi enim adjungitur הדבר ad אתכם, nefcietur in quo cafu fit הדבר, quo quidem nomine non utitur, ut nominativo fuo, verbum עמדת, quod recufat focietatem nominis הדבר. Quid fit Deus adducturus, mox fubditur his verbis, *& fpiritus meus manebit in medio veftrûm*, ut manfit in feptuaginta viris, quos Deus in Deferto fpiritu fuo afflavit; quibus verbis promittit Deus, fore ut Judæi præfentem fe Deum cognofcant, fi Templum ædificabunt.

7. ובאו חמדת כל הגוים, *& advenient pretiofa quæque omnium gentium*, quæ Templum decorabunt muneribus maximis, ut in fummo honore fit apud omnes gentes: quo in honore fuiffe fub Oniâ Sacerdote, narratur in Libro Machabæorum; propterea Deus hæc addit, *meum eft argentum & aurum.* Vulgatus, *veniet defideratus cunctis gentibus;* non fic licebat per verbum ובאו, numeri pluralis, quo numero id legunt omnes Veteres. Prætereà feries orationis excludit ab hoc loco Meffiæ adventum, ad quem Meffiam nihil pertinet de his verbis, *meum eft argentum...*

14. וכן הגוי הזה, *& tale hoc genus hominum.* Significat גוי, non modò *gentem*, fed etiam *genus*, aut *fpeciem:* Sententia talis eft: nulla eis affertur fanctitudo per victimas fanctas, quas quotidie tangunt & edunt, fed eas fœdant contactu fuo immundo, feu morum improbitate.

16. מהיותם: Lege מהיותך, *ex quo tu eras*, בא, *veniens.* Omnes Veteres id verbum efferunt perfonâ fecundâ; fed tamen plurali, quia oratio per pluralem numerum exorfa eft; quâ in re nos eos imitamur, quia Latina Lingua non capit iftam numerorum, mutando membro, mutationem. ...פורה, *torcular.* Non alium habet פורה fignificatum. Sed mox dictum eft de *torculari*, (היקב.) Prætereà notatur hoc loco menfura quædam, ut liquet ex חמשים, *quinquaginta.* Itaque legendum videtur פוכה, *amphoras*, ut Græci Intt. *μετρητας*, *metretas.* Eft פוכה idem ac פך, *lagena*, ex פכה, *defluere.* Refpondent *amphoræ modiis;* quos modios exhibent Vulgatus & Græci Intt. quique in Contextu defiderantur; in quo סאה, omiffum fuerit ante והיתה, fimiliter definens. Certè pleniorem fcripturam habuêre Græci Intt. apud quos legimus, *εἰς κυψέλην κριθῆς εἴκοσι σάτα*, *ad cypfelen hordei, vigenti fata*, cùm legerent, אל ערמת שערים עשרים סאה. Nos non adfcifcimus שערים, *hordei*, quia nihil poft legitur, quod refpondeat *hordeo.*

19. אברך : Melius אברכם, *benedixi eis.* Exhibent Affixum Syrus, & Græci Intt. in Codice Alex. Nos, *benedixi*, non *benedicam :* quia comparatio inſtituitur ſterilitatis, quæ Templi ædificationem anteceſſit, cum fertilitate, quæ ſubſequitur, poſtquàm Templum ædificatur; niſi enim eſſet fertilitas præſens, & jam inchoata, non relinqueretur locus comparationi.

22. והפכתי כסא ממלכות, *& evertam ſolium regnorum.* Prænuntiatur converſio regnorum, ex quâ futurum ſit ut Zorobabel videatur tanquam *annulus ſignatus*, ſive annulus regius, quem violare nemo audeat. Itaque hæc ſpectant ad tempora ipſius Zorobabel, & converſiones eas indicant, quæ accidêre in regno Perſarum, poſt mortuum Cambyſem uſque ad Darium, filium Hyſtaſpis, quo regnante], licentiam habuit Zorobabel conſtituendæ apud Judæos Reipublicæ & Religionis.

זכריה

ZACHARIAS.

CAPUT I.

Zacharias vaticinatur anno ſecundo Darii regis. Apparet ei nocte vir equo inſidens, comitatus aliis equitibus, qui Angelo aſtanti nuntiant, omnia tranquilla eſſe in terrâ. Orat Angelus pro Jeruſalem, & exauditur. Apparent quatuor cornua; quid hæc ſignificent.

1. Menſe octavo, anno Darii ſe-
cundo, fuit verbum Domini ad Za-
chariam, filium Barachiæ, filii
Addo, prophetam, hæc dicentis.
2. Ira Domini exarſit in patres veſ-
tros. 3. Hæc igitur eis dices: hæc
dicit Dominus exercituum; reverti-
mini ad me, dicit Dominus exerci-
tuum, & revertar ad vos, dicit Do-
minus exercituum. 4. Ne ſimiles ſitis
patribus veſtris, ad quos prophetæ
priores ſic loquebantur: hæc dicit
Dominus exercituum: revertimini ab
viis veſtris pravis & à pravis inſtitu-
tis, quique non audierunt, nec mihi
auſcultaverunt, dicit Dominus.
5. Ubi nunc ſunt patres veſtri?
Prophetæ verò an vivent in perpe-

1. בחדש השמיני בשנת שתים
לדריוש היה דבר יהוה אל זכריה
בן ברכיה בן עדו הנביא לאמר :
2. קצף יהוה על אבותיכם קצף :
3. ואמרת אלהם · כה אמר יהוה
צבאות · שובו אלי · נאם יהוה
צבאות · ואשוב אליכם · אמר יהוה
צבאות : 4. אל תהיו כאבותיכם
אשר קראו אליהם הנביאים
הראשנים לאמר · כה אמר יהוה
צבאות · שובו נא מדרכיכם הרעים
ומעליליכם הרעים · ולא שמעו ולא
הקשיבו אלי · נאם יהוה : 5.
אבותיכם איה הם · והנבאים הלעולם
יחיו : 6. אך דברי וחקי אשר
צויתי את עבדי הנביאים הלוא
השיגו אבתיכם · וישובו ויאמרו ·
כאשר זמם יהוה צבאות לעשות

tuum? 6. Certè verba & decreta, quæ
mandaveram ſervis meis. Prophetis,
hæc evenerunt patribus veſtris; qui,
cùm reſipuêre, hæc dixerunt; ſicut
ſtatuerat Dominus exercituum facere
nobis, ut fuerant viæ noſtræ & noſtra
inſtituta, ſic fecit nobis. 7. Die vi-
geſimâ quartâ undecimi menſis (hic
erat menſis Sabath) anno Darii ſe-
cundo, fuit verbum Domini ad Za-
chariam, filium Barachiæ, filii
Addo, prophetam, dixitque: 8. Ego
nocte aſpiciebam, cùm apparuit homo
ſedens in equo rufo, ſtetitque inter
myrthos, qui erant in depreſſâ valle,
& à tergo ejus erant equi rufi, cine-
rei & albi. 9. Et dixi; quid hæc ſunt,
Domine? Tum Angelus qui apud
me loquebatur; ego, inquit, oſten-
dam tibi, quid hæc ſignificent.
10. Deinde homo, qui ſtabat inter
myrthos, hæc locutus eſt: hi ſunt,
quos miſit Dominus, terram peragra-
turos. 11. Illi autem Angelo Domi-
ni, qui ſtabat inter myrthos, dixe-
runt: nos terram peragravimus, &
terra quieſcebat, & tranquilla erat.
12. Tum Angelus Domini hæc lo-
cutus eſt: quouſque, Domine, exer-
cituum non miſereberis Jeruſalem &
urbium Juda, quibus iraſceris ab
annis ſeptuaginta? 13. Dominus
Angelo, qui apud me loquebatur,
bona verba reſpondit & plena conſola-
tionis. 14. Deinde dixit mihi Ange-
lus, qui apud me loquebatur; clama
hæc dicens; hæc dicit Dominus exer-
cituum; ego æmulator ſum pro Jeruſa-
lem; ego magnus æmulator. 15. Ego
irâ magnâ inflammatus ſum in gen-
tes iſtas, quæ eam contemnunt; quæ,
poſtquàm iræ meæ poſuerâm modum,
addidêre ad ejus mala. 16. Propte-
reà hæc dicit Dominus: ego ad Je-

לנו כדרכינו וכמעללינו כן עשה
אתנו :
7. ביום עשרים וארבעה לעשתי
עשר חדש · הוא חדש שבט · בשנת
שתים לדריוש היה דבר יהוה אל
זכריה בן ברכיהו בן עדוא הנביא
לאמר : 8. ראיתי הלילה · והנה
איש רכב על סוס אדם · והוא עמד
בין ההדסים אשר במצלה · ואחריו
סוסים אדמים שרקים ולבנים : 9.
ואמר · מה אלה אדני · ויאמר אלי
המלאך הדבר בי · אני אראך מה
המה אלה : 10. ויען האיש העמד
בין ההדסים ויאמר · אלה אשר
שלח יהוה להתהלך בארץ : 11.
ויענו את מלאך יהוה העמד בין
ההדסים ויאמרו · התהלכנו בארץ ·
והנה כל הארץ ישבת ושקטת :
12. ויען מלאך יהוה ויאמר · יהוה
צבאות עד מתי אתה לא תרחם
את ירושלם ואת ערי יהודה אשר
זעמתה זה שבעים שנה : 13.
ויען יהוה את המלאך הדבר בי
דברים טובים · דברים נחמים :
14. ויאמר אלי המלאך הדבר
בי · קרא לאמר · כה אמר יהוה
צבאות · קנאתי לירושלם ולציון
קנאה גדולה : 15. וקצף גדול
אני קצף על הגוים השאננים · אשר
אני קצפתי מעט והמה עזרו לרעה :
16. לכן כה אמר יהוה · שבתי
לירושלם ברחמים · ביתי יבנה בה ·
נאם יהוה צבאות · וקוה ינטה על
ירושלם : 17. עוד קרא לאמר ·
כה אמר יהוה צבאות · עוד
תפוצנה ערי מטוב · ונחם יהוה עוד
את ציון ובחר עוד בירושלם :
18. ואשא את עיני וארא · והנה
ארבע קרנות : 19. ואמר אל
המלאך הדבר בי · מה אלה · ויאמר
אלי · אלה הקרנות אשר זרו את
יהודה את ישראל וירושלם : 20.
ויראני יהוה ארבעה חרשים : 21.
ואמר · מה אלה באים לעשות ·
ויאמר

ויאמר לאמר · אלה הקרנות אשר
זרו את יהודה כפי איש לא נשא
ראשו · ויבאו אלה להחריד אתם ·
לידות את קרנות הגוים הנשאים
קרן אל ארץ יהודה לזרותה ׃

rusalem revertor cum misericordiâ ;
domus mea in eâ instaurabitur , dicit
Dominus exercituum , & super Je-
rusalem funis extendetur. 17. *Tu ad-*
huc clama, hæc dicens : hæc dicit Do-
minus exercituum ; urbes meæ adhuc
bonis affluent ; adhuc Dominus consolabitur Sion ; adhuc eliget Jerusalem.
18. *Posteà , sublatis oculis , aspiciebam , cùm apparuêre cornua quatuor.*
19. *Et dixi Angelo , qui apud me loquebatur : quid hæc sunt ? Responditque*
mihi ; hæc sunt cornua , quæ jactabant se se in Judam , in Israel & in Jeru-
salem. 20. *Deinde ostendit mihi Dominus quatuor fabros.* 21. *Et dixi : isti*
autem quid facturi veniunt ? Tum mihi respondit hæc dicens ; hæc sunt cor-
nua , quæ jactabant se se in Judam ; ita ut nemo tollere auderet caput ; illi
igitur venerunt , ut hæc recurvent , ut labefactent cornua gentium , quæ jac-
tabant se se in terram Juda , ut eam dissiparent.

---

5. אבותיכם איה הם , *patres vestri ubi sunt ?* Hoc *ubi* significat , sepulcrum patrum non esse in Judæâ , quia patres mortui sunt captivi in terrâ alienâ , quod erat probro ac dedecori patrum filiis. Itaque illud , *ubi sunt* , non hoc vult , *mortui sunt :* neque enim in pœnæ loco esse poterat , mortuos esse patres eorum quos alloquitur Zacharias , postquàm effluxerant anni septuaginta. הלעולם יחיו... , *an in perpetuum vivent (Prophetæ ?)* Nunquam defecerant Prophetæ apud Israel , usque ad reditum ex Babylonicâ captivitate. Iidem defecêre post Zachariam & Malachiam , usque ad Christum natum. Itaque innuit Propheta fore brevi , ut non jam mittat Deus ad populum suum Prophetas.

7. בן עדוא , *filii Addo.* Legendum עדו , sine א , ut versu 1. Ita etiam Syrus , hoc versu 7. Additum fuerit א , ex pronuntiatione.

8. במצולה : Ita legendum , non במצלה , sine ו , quod est Radicis , *in profundo* , quod nos *in depressâ valle :* Myrthus amat locos umbrosos & irriguos.

15. השאננים : Nihil ad rem illud *pacatas* , quod Arias ; neque etiam *opulentas* , quod Vulgatus. Meliùs Græci Intt. ἐπιτιθέμενα , *quæ impositæ sunt* , vel *imperitant* , ex scripturâ השאטים. Nos idem השאטיה , *quæ contemnunt eam (Jerusalem ;)* nisi mavis , *de ruinâ ejus lætantur ;* ut deinde appositè veniat קצפתי מעט , *posui modum iræ meæ* , & deinde עזרו לרעה , *addidêre ad mala ejus ;* sive mala in eam plura meditantur , quàm ego decreveram , cùm non patiuntur instaurari Templum & urbes Juda. Significatum verbi עזרו , petimus ex Arabicâ Linguâ , in quâ עזר habet , *multiplicare* , *multum reddere* , *esse vehementem* , *durum* , *gravem.* Vide Golium & Castellum. Non convenit huic loco significatus Hebraicus , *auxiliari.*

16. וקוה : Rectè Masora וקו , *& funiculus ;* non alibi legitur cum ה , nisi *I. Reg. cap. 7. v. 23.* ubi etiam Masora castigat ה.

17. תפוצנה , *dispergentur.* Lege תפרצנה , *affluent* , ut legit Vulgatus. In eâdem sententiâ Chaldæus , יתמלין , *implebuntur.* Promi non potest bonus significatus ex verbo פוץ , quia in malam partem venit , cùm contrà hoc loco polliceatur Deus bona , non mala denuntiet.

18. ארבע קרנות , *quatuor cornua* , sive quatuor Imperia , quæ Judæos vexaverant , aut vexatura erant ; quâ de re vide , si juvat , Edmundum Calmet in hunc locum.

20. ארבעה חרשים , *quatuor fabros* , sive tot eversores regnorum , quot regna fuerunt , quæ Judæos vexaverunt.

21. להחריד אתם : Vulgatus , *deterrere ea* , alii *terrere ;* qui significatus non conveniunt in *fabros.* Propterea nos , *ut hæc recurvent* , ex Arabico חרד , *incurvare* , *flectere.* Veniunt fabri ut recurvent quatuor cornua , ut non jam possint lædere ac lacerare , cùm cornua erunt intus recurvata.

CAPUT II.

Videt hominem parantem ſe ad metiendum Jeruſalem, deinde Angelum nuntiantem fore, ut Jeruſalem habeat Dominum pro muro igneo, & Dominum in eâ, in columnâ lucis, habitaturum.

1. Deinde, ſublatis oculis, aſ-
piciebam, cùm apparuit homo, qui
habebat in manu funem menſoris.
2. Cui dixi; quo vadis? Ille autem
mihi; vado, ait, Jeruſalem metatu-
rus, ut videam quanta ſit latitudo
ejus, & quanta longitudo. 3. Ecce
autem, cùm egrediebatur Angelus,
qui apud me loquebatur, alter Ange-
lus ei venit obviam; 4. Qui ei dixit:
curre, & hæc juveni illî nuntia: Je-
ruſalem abſque muro habitabitur,
præ multitudine hominum & jumen-
torum, quæ in eâ erunt. 5. Ego au-
tem ero illî pro muro igneo circùm
eam, dicit Dominus; intra eam au-
tem, columna lucis. 6. Adeſte,
adeſte, & fugite de terrâ aquilonis,
dicit Dominus; ego enim ſic vos diſ-
ſeminabo, ut quatuor ventos cœlo-
rum, dicit Dominus. 7. Adeſto,
Sion, fuge, quæ habitas apud filiam
Babylonis. 8. Hæc enim dicit Do-
minus exercituum: qui habitat in co-
lumnâ lucis miſit me ad gentes, quæ
vos diripuêre; quiſquis enim vos tan-
get, tanget oculi mei pupillam. 9. Ecce
enim extendam in eos manum meam,
& prædæ erunt eis, qui ſibi ſervie-
bant; & cognoſcetis miſſum me fuiſſe
à Domino exercituum. 10. Exſulta
& lætare, filia Sion; Ego enim ven-
turus ſum & in medio tui habitaturus, dicit Dominus. 11. Et applicabunt ſe
ſe ad Dominum in die illâ multæ gentes, & populus meus erunt, & ha-

1. ואשא עיני וארא • והנה איש •
ובידו חבל מדה : 2. ואמר • אנה
אתה הלך • ויאמר אלי • למד את
ירושלם • לראות כמה רחבה וכמה
ארכה : 3. והנה המלאך הדבר
בי יצא • ומלאך אחר יצא לקראתו :
4. ויאמר אלו • רץ • דבר אל הנער
הלז לאמר • פרזות תשב ירושלם
מרב אדם ובהמה בתוכה : 5.
ואני אהיה לה • נאם יהוה • חומת
אש סביב ולכבוד אהיה בתוכה :
6. הוי הוי ונסו מארץ צפון • נאם
יהוה • כי כארבע רוחות השמים
פרשתי אתכם • נאם יהוה : 7. הוי
ציון • המלטי יושבת בת בבל : 8. כי
כה אמר יהוה צבאות • אחר כבוד
שלחני אל הגוים השללים אתכם •
כי הנגע בכם נגע בבבת עינו : 9.
כי הנני מניף את ידי עליהם • והיו
שלל לעבדיהם • וידעתם כי יהוה
צבאות שלחני :
10. רני ושמחי בת ציון • כי הנני
בא ושכנתי בתוכך • נאם יהוה :
11. ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום
ההוא • והיו לי לעם • ושכנתי
בתוכך • וידעת כי יהוה צבאות
שלחני אליך : 12. ונחל יהוה
את יהודה חלקו על אדמת הקדש •
ובחר עוד בירושלם : 13. הס כל
בשר מפני יהוה • כי נעור ממעון
קדשו :

bitabo in medio tui, & cognosces, missum me ad te fuisse à Domino exercituum. 12. *Et possidebit Dominus Juda hæreditatem suam in terrâ sanctâ, & adhuc Jerusalem electurus est.* 13. *Sileat omnis caro à conspectu Domini, postquàm surrexerit ex habitaculo sancto suo.*

---

4. אלו : Rectè Masora, אליו, *ad eum.* ...פרזות תשב, *per vicos habitabitur*, aut, *per vicos separatos*; ferè idem quod nos, ex Vulgato, *absque muro.* Hæc dicit Angelus alter ab eo, qui parat se ad Jerusalem fune metiendam, ut intelligatur, hanc vaticinationem notare Jerusalem alteram ab eâ, quæ posteà reparavit muros suos. Frustra hæc de urbe Jerusalem dicta esse interpreteris, quæ posteà multùm creverit; cùm constet Jerusalem, postquàm creverat, auctam fuisse mœnibus ac munitionibus, nec Deum fuisse ei *pro muro igneo*, imperantibus Asiæ Græcis ac Romanis. Itaque ipsa verba Sacri Contextûs cogunt hæc intelligere de *Jerusalem novâ, quæ descendit de cælo à Deo*: vide *Apocalypsim*, *cap.* 21. *v.* 2.

5. ולכבוד... בתוכה, *& columna lucis... intra eam.* Sic intepretamur כבוד, quia sic non semel nominatur columna lucis, in quâ gloria Dei habitabat. Opponitur pars interior urbis Jerusalem muris ejus. Circùm Jerusalem futurus est *murus igneus*; atque adeò intra Jerusalem requiritur aliquid simile muro igneo, ut erat columna nubis, seu *gloria Domini* in Deserti profectionibus; huic oppositioni non satisfacit *gloria*, sumpta generatim.

6. פרשתי אתכם, *disseminabo vos*, כארבע רוחות, *sicut quatuor ventos.* Sequimur hodiernam scriptionem כארבע, ut prænuntietur, gentem Judæorum non fore ampliùs sub unâ gente, aut in unâ regione captivam, sed licitum fore ei, postquàm domitores ejus domiti fuerint, ire quocunque volent in orbem terrarum, & caros Deo fore Judæos, *ut oculi pupillam*; ut accidit tempore Mardochæi, cùm Judæi in toto imperio Persarum ulti sunt inimicos suos, & posteà magno in honore fuerunt apud gentes. Vulgatus & Syrus legunt לארבע, *in quatuor* (*ventos dispersêram vos*,) quæ scriptura non placet, quia Judæis mandatur, ut exeant *ex terrâ aquilonis*; mandaretur ut *ex quatuor ventis cœlorum*, si diceret Deus, Judæos fuisse dispersos ad quatuor mundi plagas. Eodem vitio laborat scriptio מארבע, *ex quatuor...* quam sequuntur Græci Intt.

8. אחר כבוד שלחני : Legimus, אחז כבוד, *qui possidet gloriam*, (vel *habitat in columnâ lucis*) *misit me.* Multùm sudant Interpretes, ut duo verba אחר כבוד edisserant; sed inutili labore. Grotius ariolabatur, cùm statuebat, significari Angelum Michaelem, qui nominetur *effulgentia gloriæ.* Edm. Calmet, qui Grotium vellicat, non est eo felicior, cùm vult, *post gloriam*, idem esse atque, post gloriam quâ affeci gentes, cùm sit כבוד, sine Affixo, quo notetur cujus sit ea gloria; & præsertim, cùm anteà nihil dictum fuerit de gentibus. Adhuc pejor ejusdem conjectura est, significari verbo כבוד, *onus*, sive iram gravem, quâ ego vos Judæos oneravi; neque enim כבוד, usquam legitur in tali significatu, quasi esset משא, *onus*, sive calamitas quæ denuntiatur.

12. ובחר עוד בירושלם, *& adhuc eliget Jerusalem.* Cùm superiora, versibus 10. & 11. spectent ad fidem gentium futuram, difficile est hos duos versus non intelligere de statu ultimo Judæorum, in quo Deus acquiescet in Jerusalem, ad quam recens ædificatam Judæi confluent, ibique Christo Domino servient, & per fidei suæ exemplum, gentium fidem redintegrabunt. Dici non potest Christum Dominum, *elegisse Jerusalem*, quia verbum בחר, notat delectum amoris & benevolentiæ; neque adeò satis est Christum habitâsse in Jerusalem, & in eâ prædicâsse; quo munere cùm defungeretur, non tam eligebat Jerusalem, quàm perniciem ejus parabat. Denique Propheta, hæc addens, *silete à conspectu Domini, cùm surrexerit ex habitaculo sancto suo*, considerat Christum, ut agentem in cœlis, non autem in terris jacentem; simulque vaticinatur, excitatum iri de cœlis Christum Messiam, ut per miracula stupenda convertat ad fidem & Judæos & omnes gentes.

CAPUT III.

Satan à dextris Jeſu Sacerdotis , ut ei adverſetur ; monetur Jeſus , homines , qui cum eo ſunt , eſſe homines portentoſos , adventurumque GERMEN , Dei ſervum , lapidem , quem ſignabit Deus.

1. Poſteà oſtendit mihi Jeſum Sa-
cerdotem magnum ſtantem coram
Angelo Domini ; & Satan ſtabat ad
dexteram ejus , ut ei adverſaretur.
2. Et dixit Dominus ad Satan : Do-
minus coercebit te , Satan ; coercebit
te Dominus , qui Jeruſalem elegit ;
non-ne enim hic eſt torris ereptus ex
incendio ? 3. Erat autem Jeſus ſor-
didâ veſte indutus , & coram An-
gelo ſtabat. 4. Itaque illis , qui ſibi
aderant , hoc dedit mandatum : tollite
ab eo veſtes ſordidas. Deinde eum
compellans , vide , inquit ; abſtuli à
te iniquitatem tuam , & induo te veſ-
tibus mutatoriis. 5. Poſteà hæc man-
davit : imponite capiti ejus cidarim
mundam ; & impoſuerunt capiti ejus
cidarim mundam , indueruntque eum
veſtibus ſuis , Angelo Domini aſtan-
te. 6. Tum Angelus Domini conteſ-
tatus eſt Jeſum his verbis. 7. Hæc
dicit Dominus exercituum ; ſi tu in
viis meis incedes , & miniſterium
meum ſervabis ; tu in domo meâ
jura dabis , & atrii mei cuſtos eris ,
& per me habebis liberum inceſſum
inter eos aſtantes. 8. Audi nunc , Je-
ſu , Sacerdos magne , tu & tui ſoda-
les , qui coram te ſedent ; quippe illi
homines ſunt portentoſi. Ego enim
adducturus ſum ſervum meum , GER-
MEN. 9. Nam hic eſt lapis , quem
pono ante Jeſum ; ſunt in eodem lapide oculi ſeptem ; ego eum inſculpam
ſculpturâ

1. ויראני את יהושע הכהן הגדול
עמד לפני מלאך יהוה · והשטן עמד
על ימינו לשטנו : 2. ויאמר יהוה
אל השטן · יגער יהוה בך השטן ·
ויגער יהוה בך הבחר בירושלם ·
הלוא זה אוד מצל מאש : 3.
ויהושע היה לבוש בגדים צואים ·
ועמד לפני המלאך : 4. ויען
ויאמר אל העמדים לפניו לאמר ·
הסירו הבגדים הצאים מעליו · ויאמר
אליו · ראה העברתי מעליך עונך
והלבש אתך מחלצות : 5. ואמר ·
ישימו צניף טהור על ראשו · וישימו
הצניף הטהור על ראשו · וילבשהו
בגדים · ומלאך יהוה עמד : 6.
ויעד מלאך יהוה ביהושע לאמר :
7. כה אמר יהוה צבאות · אם
בדרכי תלך ואם את משמרתי
תשמר · וגם אתה תדין את ביתי ·
וגם תשמר את חצרי · ונתתי לך
מהלכים בין העמדים האלה : 8.
שמע נא יהושע הכהן הגדול אתה
ורעיך הישבים לפניך · כי אנשי
מופת המה · כי הנני מביא את
עבדי צמח : 9. כי הנה האבן
אשר נתתי לפני יהושע · על אבן
אחת שבעה עינים · הנני מפתח
פתחה · נאם יהוה צבאות · ומשתי
את עון הארץ ההיא ביום אחד :
10. ביום ההוא · נאם יהוה צבאות ·
תקראו איש אל רעהו אל תחת גפן
ואל תחת תאנה :

ſculpturâ ſuâ , dicit Dominus exercituum , & abſtergam in die unâ terræ iſtius iniquitatem. 10. *In die illâ , dicit Dominus exercituum , vocabitis ſuum quiſque ſocium ad umbram vitis , & ad umbram ficûs.*

---

1. לשטנו , *ut ei adverſaretur* , ne Templum ædificaret ; ſperans ſe poſſe ejus conſiliis obſiſtere , quia tum reus erat culpæ alicujus gravis , cujus mox dederat pœnas , & ſic evaſerat , ut titio ex igne ereptus.

4. והלבש אתך : Aut legendum ואלבש אתך , aut והלבשתיך , *& induo te (veſte mutatoriâ.)* Aliter carebit nominativo illud הלבש , quod eſt perſonæ tertiæ.

7. ונתתי לך מהלכים , *& dabo tibi inceſſum* , vel *liberum aditum (ad eos aſtantes)* Angelos ; tu particeps eris conſiliorum eorum ad Rempublicam meam gubernandam , & adjutor ad erigendam. Vulgatus , *ambulantes de his* ; quaſi legeret מבין , pro בין. Sed deceptus fuit per verbum מהלכים , quod pro Participio habuit , cùm ſit Nomen , *ambulatio* , *inceſſus.*

8. אנשי מופת , *homines prodigii* , ſive prodigii ſimiles , ut Latinè dicitur de homine ſcelerato , *ô ſcelus , ô portentum !* De quibus aſſeclis Sacerdotis magni hoc prænuntietur , ſequentia verba hæc declarant , *adducam ſervum meum* GERMEN , quæ Meſſiam prædicunt. Nam , quia particula כי , nectit ſententiam , non dubium eſt , eadem tempora notari *hominum prodigii* , & *Germinis* advenientis ; itaque iſtos homines eſſe Sacerdotes eos ſceleratos & hypocritas , qui Chriſto Domino , quandiù prædicavit , adverſati ſunt. De *Germine* vide quæ diximus ad *Iſaiam , cap. 4. v. 2.* & ad *Jerem. cap. 23. v. 5.* Idem *Germen* & *Lapis* , cui ſunt *oculi ſeptem* ; quia cordium ſcrutator eſt ; quem Deus *inſculpit ſculpturâ ſuâ* ; quomodò apud Joannem Evang. *hunc enim Pater ſignavit Deus* ; ſive inſignivit eum donis ac virtutibus , quas Meſſiæ fore proprias Prophetæ prædixerunt ; per quem in cruce mortuum Deus abſterſit *unâ die... iniquitatem* ; cùm intereà vocabat *ſocium quiſque ſuum ad umbram vitis* , ſive cùm alta pax erat in orbe terrarum.

CAPUT IV.

Videt candelabrum aureum exporrectum in ſeptem lampadas , & duas oleas ex utrâque parte cum olei infundibulis , & docetur ab Angelo , quid hæc ſignificent.

1. *Rurſum autem Angelus , qui
apud me loquebatur , excitavit me
tanquam hominem , qui excitatur ex
ſomno ſuo.* 2. *Et dixit mihi ; quid
vides ? Cui reſpondi ; ego aſpicie-
bam , cùm apparuit candelabrum au-
reum totum , in cujus ſummitate erat
receptaculum ; & in quo erant ſeptem
lucernæ , & ſeptem canales pro ſep-
tem lucernis , quæ erant ad caput ejus.*
3. *Prope illud erant duæ oleæ ; una
ad dexteram receptaculi , altera ad
ejus ſiniſtram.* 4. *Poſteà dixi Ange-
lo , qui apud me loquebatur ; quid
hæc ſunt , Domine ?* 5. *Et Ange-*

1. וישב המלאך הדבר בי ·
ויעירני כאיש אשר יעור משנתו :
2. ויאמר אלי · מה אתה ראה ·
ויאמר ראיתי · והנה מנורת זהב
כלה וגלה על ראשה ושבעה
נרתיה עליה שבעה · ושבעה מוצקות
לנרות אשר על ראשה : 3. ושנים
זיתים עליה · אחד מימין הגלה ואחד
על שמאלה : 4. ואען ואמר אל
המלאך הדבר בי לאמר · מה אלה
אדני : 5. ויען המלאך הדבר בי
ויאמר אלי · הלוא ידעת מה המה
אלה · ואמר · לא אדני : 6. ויען
ויאמר אלי לאמר · זה דבר יהוה
אל זרבבל לאמר · לא בחיל ולא

בכח · כי אם ברוחי · אמר יהוה
צבאות : 7. מי אתה הר הגדול
לפני זרבבל למישור · והוציא את
האבן הראשה תשאות חן חן לה :
8. ויהי דבר יהוה אלי לאמר :
9. ידי זרבבל יסדו הבית הזה ·
וידיו תבצענה · וידעת כי יהוה
צבאות שלחני אליכם : 10. כי
מי בז ליום קטנות ושמחו · וראו
את האבן הבדיל ביד זרבבל ·
שבעה אלה עיני יהוה המה
משוטטים בכל הארץ : 11. ואען
ואמר אליו · מה שני הזיתים האלה
על ימין המנורה ועל שמאולה :
12. ואען שנית ואמר אליו · מה
שתי שבלי הזיתים אשר ביד שני
צנתרות הזהב המריקים מעליהם
הזהב : 13. ויאמר אלי לאמר ·
הלוא ידעת מה אלה · ואמר · לא
אדני : 14. ויאמר · אלה שני בני
היצהר העמדים על אדון כל
הארץ :

lus, qui apud me loquebatur, hæc mihi respondit; an tu non vides, quid hæc significent; cui ego; non video, Domine.
6. *Posteà autem hæc mihi locutus est: hoc est verbum Domini ad Zorobabel: non hæc fiunt robore, nec fortitudine, sed spiritu meo, dicit Dominus exercituum.*
7. *Tu verò, mons magne, sic eris ante Zorobabel, tanquam locus humilis; ille evehet lapidem usque ad summum, & postquàm eum extulerit, carum eum habebit.*
8. *Fuit autem ad me verbum Domini, hæc dicentis:*
9. *Domûs hujus fundamenta jacient manus Zorobabel; eandem absolvent manus ejus, & cognosces Dominum exercituum misisse me ad vos.*
10. *Nam quicunque parva hæc initia contemnunt, lætabuntur, videbuntque in manu Zorobabel lapidem stanneum; Domini enim sunt illi septem oculi, qui perlustrant universam terram.*
11. *Deinde eum sciscitatus sum his verbis: quid sunt duæ istæ oleæ, ad dexteram candelabri, & ad ejus sinistram?*
12. *Hæc autem etiam sciscitatus sum, & dixi ei: quid sunt duæ istæ spicæ olivarum, quæ ad latus sunt duorum canalium aureorum, qui effundunt ex se se liquorem aureum?*
13. *Ille respondit mihi: an tu non vides, quid hæc significent? Ego autem: non video, Domine.*
14. *Tum ille; illi sunt, inquit, duo filii oleæ, qui assistunt Dominatori universæ terræ.*

---

2. ויאמר: Masora ואמר, *& dixi;* & sic lego in Codice uno Regio, & in duobus Oratoriensibus. Mirè superstitiosi Editores, qui mendum apertum reliquerint in Paginâ Sacrâ, quanquam à Masoretis emendatum. ...נרתיה עליה שבעה, *septem lucernæ ejus.* Supervacaneum est posterius illud שבעה, quod non enuntiant Vulgatus & Græci Intt. Illud verò enuntiant falsâ sententiâ Chaldæus & Syrus, qui duo hæc verba, שבעה ושבעה, *septem & septem*, distributè accipiunt, pro *septenis* (*canalibus.*) Nam *septeni* hoc significant, *septem hinc*, & *septem inde*, hoc est quatuordecim; atqui erant in candelabro septem duntaxat lampades; tres ad dexteram, tres ad sinistram, septima in summitate, & sub ipso receptaculo olei; ergo non erant septem canales hinc, & septem inde. Vulgatus accepit גלה, pro *lampade*, quia vocabulum Latinum, *lampas*, sic habebat ut vas lampadis; nimirum distinguit lampadem ab lucernis; vide eum. ...ושבעה מוצקות, *& septem canales*, qui ex receptaculo (גלה) proficiscebantur, tres ad dexteram, tres ad sinistram; septimus infernè in lucernam candelabri mediam. Ita explicatur ושבעה, sine altero שבעה, quod antecedit.

6. לא בחיל ולא בכח, *hæc non fiunt robore, nec fortitudine:* hoc est, quemadmodùm in hoc visu sunt omnia ita comparata, ut oleum non deficiat in lucernis, etsi nemo in eas infundit oleum; ita eveniet, Deo subministrante res necessarias, ut adhuc luceant in orbe terrarum Religio & Respublica Judæorum.

7. מי אתה, *quis tu?* Omninò legendum כי אתה, *nam tu*, ...למישור, *in planitiem eris*, (*mons magne.*) Si relinquitur מי, *quis* (*tu es*,) carebit adminiculo vocabulum למישור, & erit ite-

randum, אתה, *tu eris in planitiem*, quod alterum אתה non legunt Veteres, & quo non indiget oratio, si pro מי, legitur כי... האבן הראשה, *lapidem primarium*; ita plerique, post Vulgatum; sed הראשה non est adjectivum, ut esse debet, si significat *primarium*; nec talis adjectivi ullum exemplum reperias. Sed alia menda habes in his verbis, תשאות חן חן לה, quæ Veteres non expediunt; ex quibus pro exemplo est Vulgatus, qui cùm sic interpretetur, *& exæquabit gratiam gratiæ ejus*, non tamen affert duas res, quarum una dici possit alteri æqualis. Eodem vitio laborant Syrus & Græci Intt. non laborat Chaldæus; nam eorum verborum quatuor תשאות חן חן לה, ne unam quidem litteram interpretatur. Nos sic emendamus, האבן לראש · ומשאתה יחננה, (*ille evehet*) *lapidem usque ad summum*, *& postquàm extulerit eum*, *eum carum habebit*. Sic legitur Psalmo 102. v. 15. *servi tui diligent lapides ejus*, *& pulverem ejus*, יחננו, *carum habebunt*. Postquàm dictum est, frustra ædificationi Templi adversari montem magnum, sive Samariam, additur futurum ut Zorobabel, invitâ Samariâ, erigat lapides Templi *usque ad summum*, לראש, utque deinde operi absoluto sic invigilet, ut nemo illud possit labefactare.

10. שבעה אלה עיני יהוה, *septem illi oculi Domini*. Aliquid desideratur, quod nectat orationem; nihil enim proximè dictum fuit de *septem oculis*, & hæc alludunt ad ea, quæ vidimus capite superiore, versu 9.

12. שבלי הזיתים, *spicæ olivarum*; ideò *spicæ*, quia olivæ plures ex ramo pendebant spissæ & proximè junctæ in spicæ formam, & quasi compressæ, ut oleum ex eis exprimeretur, descenderetque in canalem unicuique oleæ subjectum; ex canali, in receptaculum.

14. שני בני היצהר, *duo filii oleæ*, sive duo Angeli, qui Judæorum genti invigilant, alter præses Reipublicæ, alter Religionis. ...העמדים על אדון, *qui assistunt Dominatori* (*universæ terræ*.) Hoc idem dictum fuit cap. sup. v. 7. de Angelis. Itaque iidem Angeli nunc intelliguntur, non autem Jesus & Zorobabel, qui quidem ab Angelis in hoc visu apertè distinguuntur, & palam nominantur, & quibus non convenit ut sint *filii oleæ*; quandoquidem oleum infunditur in lucernas, non viribus humanis, sed spiritu Dei, ut dictum est versu 6.

CAPUT V.

Videt in aere volumen, in quo sunt minæ adversùs eos qui furantur, & pejerant. Apparet massa plumbi, & mulier sedens in Ephi, quam duæ aliæ mulieres deportant in terram Sennaar.

1. *Ego iterum sustuli oculos meos,*
& cùm aspiciebam, apparuit volu-
men volans. 2. *Et dixit mihi; quid*
vides? Video, inquam, volumen
volans, cujus longitudo est viginti
cubitorum, latitudo verò decem cu-
bitorum. 3. *Tum dixit mihi: hæc est*
exsecratio, quæ eruptura est in uni-
versam terram; etenim deinceps om-
nis fur juxta eam punietur; etiam
omnis qui jurat, juxta eam deinceps
punietur. 4. *Ego eam protuli foras,*
dicit Dominus exercituum, ut per-
vadat in domum furis, & in domum
pejerantis per nomen meum, ut noc-
tem ducat in domo ejus, utque ever-
tat ejus & ligna & lapides. 5. *Deinde*

1. ואשוב ואשא עיני ואראה ·
והנה מגלה עפה ׃ 2. ויאמר אלי ·
מה אתה ראה · ואמר · אני ראה
מגלה עפה · ארכה עשרים באמה
ורחבה עשר באמה ׃ 3. ויאמר
אלי · זאת האלה היצאת על פני
כל הארץ · כי כל הגנב מזה כמוה
נקה · וכל הנשבע מזה כמוה נקה ׃
4. הוצאתיה · נאם יהוה צבאות ·
ובאה אל בית הגנב ואל בית הנשבע
בשמי לשקר · ולנה בתוך ביתו ·
וכלתו ואת עציו ואת אבניו ׃ 5.
ויצא המלאך הדבר בי ויאמר אלי ·
שא נא עיניך וראה מה היוצאת
הזאת ׃ 6. ואמר · מה היא · ויאמר
זאת האיפה היוצאת · ויאמר · זאת
עינם בכל הארץ ׃ 7. והנה ככר

egressus est Angelus, qui apud me
loquebatur, & dixit mihi: tolle nunc
oculos tuos & vide, quidnam rei sit
id, quod egreditur. 6. *Ego dixi,*
quidnam est? Ille vero; hoc est,
inquit, Ephi, quod egreditur: ad-
diditque; talis est in universâ terrâ
iniquitas eorum. 7. *Ecce verò etiam*
massa hæc est plumbi, quæ affertur;
atque hæc est una mulier, quæ sedet
in medio Ephi. 8. *Dixitque, hæc*
est improbitas; deinde eam demersit
in medium Ephi, & super os ejus
injecit lapidem plumbeum. 9. *Posteà*
sublatis oculis, vidi mulieres duas, quæ exibant, quæque spiritum habebant
in alis suis. Alæ earum similes erant alis ciconiæ, & cœlum inter terramque
Ephi tollebant. 10. *Et dixi Angelo, qui apud me loquebatur; quò istæ de-*
portant Ephi? 11. *Ille autem respondit mihi; istæ vadunt, domum ei ædi-*
ficaturæ in terrâ Sennaar; ibi consistet, ibique in suâ basi collocabitur.

עפרת נשארת · וזאת אשה אחת
יושבת בתוך האיפה : 8. ויאמר ·
זאת הרשעה · וישלך אתה אל תוך
האיפה · וישלך את אבן העופרת
אל פיה : 9. ואשא עיני וארא ·
והנה שתים נשים יוצאות · ורוח
בכנפיהם · ולהנה כנפים ככנפי
החסידה · ותשנה את האיפה בין
הארץ ובין השמים : 10. ואמר
אל המלאך הדבר בי · אנה המה
מולכות את האיפה : 11. ויאמר
אלי · לבנות לה בית בארץ שנער
והוכן והניחה שם על מכנתה :

---

3. וזאת האלה, *hæc est exsecratio;* sive, in eo volumine scripta est exsecratio; nam volumen, quod videbat Propheta, erat revolutum, ut in eo legere posset exsecrationem. ...מזה כמוה נקה, *deinceps juxta eam punietur.* Accipimus מזה, ut de tempore dictum; nam זה aliquando significat *jam:* vide *Num. cap. 14. v. 22.* כמוה, *juxta eam*, exsecrationem; sive subibit pœnas tales, quales in eâ scriptæ sunt. Pro נקה, legimus נקם, *punietur*, sive *ultio de eo sumetur.* Chaldæus לקי, *vapulat, plectitur*, cùm fortè legeret נכה: sed melius נקם, quod verbum in sanctionibus legum solet adhiberi. Vidit Drusius, Græcos Intt. quia convertunt, ἐκδικηθήσεται, *punietur*, legisse נקם; sed tamen nihil ausus est affirmare; quia, inquiebat, verbum נקה idem significare hoc in loco videtur. Nobis quidem non sic videtur, quia in legum sanctionibus locum habere non solet nec *Ironia*, nec *Antiphrasis.*

4. ולנה, *ut noctem ducat*, non autem, *ut habitet;* quia domûs; in quâ diversatur, *ligna & lapides* eversura est. Significari videtur domum furis & perjuri subitò & unâ nocte ruituram.

6. זאת עינם, *hæc est oculus eorum* (*in universâ terrâ.*) Ita Vulgatus ex mendi necessitate. Quippe legendum עונם, ut Græci Intt. qui convertunt, αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν, *hæc est iniquitas eorum;* sic versu 8. legitur זאת הרשעה, *hæc impietas*, sive hoc est eorum furtum, hæc pejeratio, cùm vendunt falso pondere Ephi, quod jurant esse verum ac germanum.

9. ותשנה: Rectè Masora, ותשאנה, *& tollebant;* sic lego in quatuor Codicibus Oratoriensibus. Cur istæ mulieres portarent istud Ephi *in terram Sennaar*, sive Chaldæorum, nemo adhuc compertum habebit, nec verò unquam habiturus est, si *Sennaar* sumet propriè, non translatè. Judæi non iterum captivi ducti sunt in terram Chaldæorum, post Templum ab Zorobabel instauratum; nec Chaldæi intelligi possunt in Ephi qui deportatur in terram Sennaar cum muliere, quæ eo ad fraudem abutebatur. Nam & Ephi mensura est Hebræorum, & hæc mulier, quæ in Ephi clausa detinetur, deportatur in terram non suam. Veriùs intelligas *Sennaar*, ut dictum translatè de ultimâ captivitate, in quâ nunc sunt Judæi, & sub Principibus orbis terrarum vivunt eâdem conditione servitutis, quâ vixêre sub regibus Chaldæorum, domicilium habentes ubique cum suo Ephi fraudulento, ut notetur Judæorum fraus & usura. Nec multùm curandum est, ut explicetur, cur Ephi per mulieres duas deportetur, non per unam tantùm, aut plures; neque enim notatur imperium Græcorum & Romanorum, sed *duæ* mulieres pertinent ad parabolam; ne una mulier videatur tulisse Ephi onustum plumbo & muliere intus clausâ, atque adeò vastius & gravius, quàm ut à muliere unâ transferretur.

CAPUT VI.

Apparent quadrigæ quatuor cum equis diversi coloris. Jubetur imponere coronam capiti Jesû Sacerdotis magni. GERMEN orietur, & templum Domino ædificabit.

1. *Ego iterum sustuli oculos, & cùm aspiciebam, ecce quadrigæ quatuor exibant inter duos montes; montes autem erant montes ærei.* 2. *In primâ quadrigâ erant equi rufi; in alterâ quadrigâ equi nigri.* 3. *In tertiâ quadrigâ equi albi; in quartâ quadrigâ equi maculosi & varii.* 4. *Tum dixi Angelo, qui apud me loquebatur: Quid hæc sunt, Domine?* 5. *Atque hæc mihi respondit Angelus: hi sunt quatuor spiritus cœlorum, qui modò astabant Dominatori universæ terræ.* 6. *Quadriga, quæ habet equos nigros, illi sunt, qui exeunt ad terram aquilonis; post eos exeunt equi albi; exeunt autem maculosi ad terram meridionalem.* 7. *Sed rufi equi exibant, nec loco stabant, & optabant peragrare terram; & dixit eis; ite & peragrate terram; itaque terram peragrabant.* 8. *Deinde vocavit me, & hæc mecum locutus est: intuere eos, qui exierunt ad terram aquilonis; illi spiritum meum tranquillant in terrâ aquilonis.* 9. *Fuit autem ad me verbum Domini, hæc mandantis.* 10. *Accipe munus ex captivis familiæ Holda, nimirum ex Tobiâ & ex Iaaiâ; deinde eodem die, ibis cum illis, & intrabis domum Josiæ, filii Sophoniæ, qui Babylone advenit;* 11. *Sumesque argentum & aurum, & facies coronam, quam*

1. ואשב ואשא עיני ואראה ·
והנה ארבע מרכבות יצאות מבין
שני ההרים · וההרים הרי נחשת :
2. במרכבה הראשנה סוסים
אדמים · ובמרכבה השנית סוסים
שחרים : 3. ובמרכבה השלישית
סוסים לבנים · ובמרכבה הרביעית
סוסים ברדים אמצים : 4. ואען
ואמר אל המלאך הדבר בי · מה אלה
אדני : 5. ויען המלאך ויאמר
אלי · אלה ארבע רוחות השמים
יוצאות מהתיצב על אדון כל
הארץ : 6. אשר בה הסוסים
השחרים יצאים אל ארץ צפון ·
והלבנים יצאו אל אחריהם · והברדים
יצאו אל ארץ התימן : 7. והאמצים
יצאו · ויבקשו ללכת להתהלך בארץ ·
ויאמר · לכו התהלכו בארץ ·
ותתהלכנה בארץ : 8. ויזעק אתי
וידבר אלי לאמר · ראה · היוצאים
אל ארץ צפון הניחו את רוחי
בארץ צפון : 9. ויהי דבר יהוה
אלי לאמר : 10. לקוח מאת הגולה
מחלדי מאת טוביהו ומאת ידעיה ·
ובאת אתה ביום ההוא · ובאת בית
יאשיה בן צפניה אשר באו מבבל :
11. ולקחת כסף וזהב ועשית
עטרות · ושמת בראש יהושע בן
יהוצדק הכהן הגדול : 12. ואמרת
אליו לאמר · כה אמר יהוה צבאות
לאמר · הנה איש צמח שמו ·
ומתחתיו יצמח · ובנה את היכל
יהוה : 13. והוא יבנה את היכל
יהוה · והוא ישא הוד וישב ומשל

impones capiti Jeſu, filii Joſedech, Sacerdotis magni, 12. *Cui hæc dices: hæc dicit Dominus exercituum; ecce vir, cujus nomen* GERMEN, *proferet ex ſe germina, & templum Domini ædificabit.* 13....... *Ille autem templum Domini inſtaurabit; ille idem obtinebit gloriam, & ſedebit imperans in ſellâ ſuâ, & Sacerdos erit in ſellâ ejus; nam conſilium pacis erit inter illos duos.* 14. *Erit autem corona familiæ Holda, nimirum Tobiæ & Idaiæ, & Joſiæ, filii Sophoniæ, ad monumentum in Templo Domini.* 15. *Et erit, ſi vocem Domini Dei veſtri audietis, ut illi, qui longè remoti ſunt, veniant & in Templo Domini ædificent; & cognoſcetis, Dominum exercituum miſiſſe me ad vos.*

על כסאו · והיה כהן על כסאו · ועצת
שלום תהיה בין שניהם : 14.
והעטרת תהיה לחלם ולטוביה ·
ולידעיה ולחן בן צפניה לזכרון
בהיכל יהוה : 15. ורחוקים יבאו
ובנו בהיכל יהוה · וידעתם כי יהוה
צבאות שלחני אליכם · והיה אם
שמוע תשמעון בקול יהוה אלהיכם :

---

1. .. מבין שני ההרים · וההרים, *inter duos montes: montes autem...* Rectè ה demonſtrativum in poſteriori ההרים; malè idem in priori; quia de *montibus* nihil eſt anteà dictum. Deviavit שני ההרים, ex שנים הרים, quam formam legimus in ſequentibus verbis.

3. אמצים, *fortes.* Iſtarum equi quadrigarum ex colore diſtinguntur. Itaque meliùs legas צבעים, *varii*, ſeu ſparſi variis coloribus. Ita legere videtur Chaldæus, qui קטמנים, *cinerei*, ex קטם, *cinis;* ita etiam Græci Intt. qui ψαροὶ, *cinerei coloris*, vel *albicantes in cinereum colorem.* Convenit attributum *fortes* quatuor equorum generibus, non tantùm unî; neque infrà v. 6. quidquam legitur, ex quo appareat equos maculoſos fuiſſe *fortes;* imò eo verſu 6. omittitur אמצים, poſt ברדים, ut conveniebat omittere צבעים; quia צבעים, cùm ſit ferè idem ac ברדים, ſatis erat in redintegratione verborum non omittere ברדים.

7. והאמצים: Hoc verbum ſtare in oratione non poteſt, quomodocunque id interpreteris. Non licet, *fortes*, quia fortitudo non diſtinguit equos quadrigarum, ſed color; nec additur, cujus coloris eſſent illi equi *fortes.* Non *cinereos;* neque enim legendum צבעים, ut ſuprà v. 3. Nam v. 3. equi ברדים & צבעים erant ejuſdem currûs; hoc autem verſu 7. alii equi tanguntur ab equis ברדים, de quibus verſus ſuperior. Quidnam igitur de vocabulo והאמצים ſtatuendum? Hoc ſcilicet, quod vult & flagitat orationis ſeries. Hoc viſum, verſibus 2. & 3. exhibuit equos quatuor generum, rufos, nigros, albos & maculoſos. Explicatum eſt verſu 6. quid ſignificent equi nigri, quid albi, quid maculoſi. Supereſt explicandum hoc verſu 7. quid rufi; ergò, pro והאמצים, legendum והאדמים, *rufi autem*, ut legit Syrus, qui ponit וסימקא, quomodò converterat האדמים, verſu 2. Chaldæus, hoc verſu 7. וקטמנין, *& cinerei*, quia legebat צבעים, ut verſu 2. quod cur non ſit hoc verſu 7. legendum, mox docuimus. Mendum האמצים Scriba eò faciliùs admiſerit, quòd ſupra ſcripſerat verſu 2. אמצים, poſt ברדים; atque adeò crediderit ſimiliter ſcribendum eſſe והאמצים, quia verſu 6. anteceſſit והברדים. Si quæris cur ultimo loco veniant, in viſu explicando equi *rufi*, qui primo loco venêre verſu 2. in viſu oſtendendo; Reſpondetur, quia equi *rufi* indicant Romanos, qui ultimo loco venturi erant, poſt imperium Perſarum & Græcorum, & univerſam terram peragraturi, cùm ſtare loco neſcirent, nec cancellis coerceri; quæ indoles Romanorum apprimè rectè oſtenditur in equis, qui בקשו ללכת, *avent egredi*, & ſunt quietis impatientes.

8 הניחו את רוחי, *tranquillant ſpiritum meum* (*in terrâ aquilonis*,) ſive in imperio Chaldæorum, quod deleverunt, ut ego illud, Deo mandante, delere conſtitueram. Ille enim Angelus loquitur, cui demandata erat terra Aquilonis, non ut protegeret veteres ejus colonos, Chaldæos, ſed ut Dei ſuper illis decreta exſequeretur. Propterea equi nigri, ſive Perſæ, quibus conſiliorum ſuorum adminiſtris Angelus uſus fuerat, dicuntur mox tranquillâſſe ſpiritum ejus.

10. מחלדי: Vulgatus, *ab Holdai*, quaſi *Holdai* eſſet unus ex illis, qui hîc nominantur. Sed ſi ita eſſet, legeretur מאת חלדי, ut poſteà legitur מאת טוביהו, *ex Tobiâ.* Ob eam cauſam nos jungimus מחלדי, cum הגולה, ut ſignificetur utroque verbo, *captivitas ex familiâ Holda;* nam deſinere in י ſoleant nomina familiarum. ...ובאת אתה., *& ibis tu:* Legimus ובאת אתם, *& ibis cum eis;* aliter alterum ובאת, quod ſequitur, nihil adderet ad ſententiam. Jubetur Propheta ire cum illis, à quibus munus acceperit, ad aurificem, ex quo habeat, illis teſtibus, argentum & aurum ad coronam conficiendam. ...אשר באו: Legendum, אשר בוא,

qui venit; monet ipſe Contextus; nam anteà nominatus eſt unus *Joſias*, qui Babylone redierit; ita Græci, *τȢ ἥκοντος*, & Syrus, דאתא, *qui venit.*

11. ועשית עטרות, *& facies coronas*; ita Vulgatus & Græci Intt. ex mendo עטרות, cùm fuiſſet ſcribendum עטרת, *coronam*, ut legere videntur Syrus & Chaldæus; nam hoc verſu 11. unus Jeſus coronâ redimitur, & verſu 14. והעטרת, cum ה demonſtrativo & numero ſing. demonſtrat eodem numero poſitum id fuiſſe hoc verſu 11.

12. איש צמח שמו, *vir, cujus nomen* G*ERMEN*: vide ad cap. 3. v. 8. Non intelligitur in Germine Zorobabel; Nam *Germen* prædicitur adventurum, ut cap. 3. non autem jam veniſſe declaratur. Non etiam *Jeſus* Sacerdos magnus; nam Propheta ipſum Jeſum alloquitur, cùm contra de Germine vaticinetur in tertiâ perſonâ יצמח. Itaque hæc non alium, quàm Meſſiam, ſpectare poſſunt; quod quidem non latuit ipſos Judæos.

13. והוא: Initio hujus versûs lacunam facimus; quia conſtat omiſſa eſſe quædam de Zorobabel, de quo nunc dicitur, *ille autem inſtaurabit Templum*, poſtquàm idem de Meſſiâ dictum fuit in fine versûs 12. Id, inquam, conſtat, ex illis ultimis verbis, *erit conſilium pacis inter illos duos.* Ubi enim reperies in Contextu *duos?* Unus Jeſus, ſacerdos magnus, nominatur; nullibi comparet alter, quicum in conſiliorum ſocietate eſſe poſſit Jeſus Sacerdos. Id etiam conſtat ex eo, quòd Propheta vaticinatur de Jeſu in tertiâ perſonâ, quanquam ipſum eundem Jeſum mox alloquebatur; nam hoc ſignum certum eſt, quædam in oratione interceſſiſſe, in quibus non jam ſermo erat ad Jeſum Sacerdotem. Cæterùm, quanquam neſcimus, quid prætermiſſum fuerit, tamen oratio fit plana, ſi pronomen הוא, de Zorobabel intelligitur; ille enim & Templum inſtauravit, & gloriam magnam inde aſſecutus eſt, & populo Judæo; ut princeps Reipublicæ jura dixit, & habuit Sellæ ſuæ aſſeſſorem Jeſum Pontificem magnum. ...וכהן על כסאו, *& Sacerdos in ſellâ ejus*, non *ſuâ*: nam propterea conſilia inter ſe communicant Princeps & Sacerdos, quia Sacerdos ſedet in *ſellâ* Principis. Porrò utimur vocabulo *ſellâ*, qualis apud Romanos erat ſella curulis, non autem *ſolio*, ne rex credatur fuiſſe Zorobabel: vide *I. Sam. cap. 1. v. 9.* ubi Heli Sacerdos dicitur ſedere על הכסא, *in ſellâ*, non *in ſolio*.

14. לחלם: Nos, *familia Holda*, ut verſu 10. ex ſcripturâ לחלדי, quam retinet Syrus, nam utrobique eodem modo eſt legendum, ſive חלדי, ſive חלמי. Sed prius habet ex Syro autoritatem. ...ולחן: Filius Sophoniæ, v. 10. nominatur *Joſias*; itaque legendum vel ולבן, omiſſo ולחן, vel וליאשיה, ut v. 10.

15. והיה אם.....תשמעון, *& erit, ſi.....audietis.* Inchoatur ſeries, non perficitur, quia turbatus fuit ordo verborum, poſitumque ultimo loco id membrum orationis, quod primum ſibi vindicat locum; nam poſt hanc conditionem, *ſi audieritis vocem Domini Dei veſtri*, appoſitè ſequitur propoſita hæc merces, *qui longè ſunt venient...* & in Templo ædificando mutuam operam præſtabunt. Non poterant Judæi Templum ædificare, quin multas materias ſumerent ex populis vicinis, & quin mercede conducerent extraneos artifices, quod & fecerunt.

CAPUT VII.

Populus Deum ſciſcitatur de jejunio quinti menſis; Deus reſpondet ſe hoc jejunium non imperâſſe, ſed judicium & æquitatem, quam quia neglexêre, diſſipavit eos apud gentes.

1. *Anno quarto Darii regis, fuit verbum Domini ad Zachariam, quartâ die menſis noni, qui eſt Caſleu.*
2. *Miſſus eſt enim ad domum Dei Saraſar & Rogommelech cum hominibus ejus, ut orarent Dominum,*
3. *Atque ut ſacerdotes, qui erant in domo Domini exercituum, & prophetas ita ſciſcitarentur: an mihi*

1. ויהי בשנת ארבע לדריוש המלך היה דבר יהוה אל זכריה בארבעה לחדש התשעי בכסלו :
2. וישלח בית אל שראצר ורגם מלך ואנשיו לחלות את פני יהוה :
3. לאמר אל הכהנים אשר לבית יהוה צבאות ואל הנביאים לאמר · האבכה בחדש החמשי · הנזר כאשר עשיתי זה כמה שנים :

menſe quinto flendum eſt ; an mihi
abſtinendum cibo, ut feci per eos tam
multos annos ? 4. *Tum fuit ad me ver-*
bum Domini exercituum, hæc man-
dantis. 5. *Hæc loquere ad omnem*
terræ populum , & ad Sacerdotes ;
cùm jejunâſtis & fleviſtis , menſibus
quinto & ſeptimo , per hos annos ſep-
tuaginta , an ego vobis imperaveram
jejunium ? 6. *Et cùm vos editis ac*
bibitis , non-ne ad libitum veſtrum
editis ac bibitis ? 7. *Certè hæc ſunt*
verba , quæ promulgaverat Dominus
per prophetas priores , dum Jeruſa-
lem habitabatur , & tranquilla erat
cum urbibus ejus vicinis , & dum
montes valleſque incolebantur. 8. *Tum*
verbum Domini fuit ad Zachariam ,
ut hæc loqueretur : 9. *Hæc dixerat*
Dominus exercituum : judicium ve-
rum judicate ; miſericordiam & bene-
volentiam unus alteri præſtate. 10. *Ne*
opprimite viduam , nec pupillum ,
nec advenam , nec pauperem ; nec
meditemini unus in alterum mala
in cordibus veſtris. 11. *Sedenim au-*
dire noluerunt ; humeros rebelles præ-
buerunt ; aures ſuas graves fecêre , ne
audirent. 12. *Cor ſuum fecêre ada-*
manti ſimile , ne legem & verba au-
dirent , quæ miſerat Dominus exer-
cituum in ſpiritu ſuo per prophetas priores ; itaque exarſit ira ingens à Do-
mino exercituum. 13. *Nam quia vocabat , nec audiebant ; ita vocabant ,*
nec ego exaudivi , dixit Dominus exercituum. 14. *Ego igitur diſperſi eos*
per omnes gentes , quas non noverant , & poſt eos terra fuit deſolata , ſine
viatore & ſine habitatore ; nam terram deſiderabilem deſerto ſimilem fecerunt.

4. ויהי דבר יהוה צבאות אלי
לאמר : 5. אמר אל כל עם
הארץ ואל הכהנים לאמר • כי
צמתם וספוד בחמישי ובשביעי וזה
שבעים שנה • הצום צמתני אני :
6. וכי תאכלו וכי תשתו • הלא
אתם האכלים ואתם השתים : 7.
הלוא את הדברים אשר קרא יהוה
ביד הנביאים הראשנים בהיות
ירושלם ישבת ושלוה ועריה
סביבותיה והנגב והשפלה ישב :
8. ויהי דבר יהוה אל זכריה לאמר :
9. כה אמר יהוה צבאות לאמר •
משפט אמת שפטו • וחסד ורחמים
עשו איש את אחיו : 10. ואלמנה
ויתום גר ועני אל תעשקו • ורעת
איש אחיו אל תחשבו בלבבכם :
11. וימאנו להקשיב ויתנו כתף
סררת • ואזניהם הכבידו משמוע :
12. ולבם שמו שמיר משמוע
את התורה ואת הדברים אשר
שלח יהוה צבאות ברוחו ביד
הנביאים הראשנים • ויהי קצף גדול
מאת יהוה צבאות : 13. ויהי
כאשר קרא ולא שמעו • כן יקראו
ולא אשמע • אמר יהוה צבאות :
14. ואסערם על כל הגוים אשר
לא ידעום • והארץ נשמה אחריהם
מעבר ומשב • וישימו ארץ חמדה
לשמה :

---

2. וישלח בית אל , *& miſſus eſt ad domum Dei.* Qui miſerint , apparet ex verſu 5. ubi jubet Deus , ut Propheta reſpondeat *omni populo & ſacerdotibus.* Jejunabat populus in memoriam everſi Templi ; itaque dubitatio inceſſit , poſtquàm Templum fuit inſtauratum , an adhuc eſſet jejunandum ; quæ dubitatio erat ejuſmodi , ut afficere deberet & omnem populum & ipſos Sacerdotes , quanquam mitteret populus ad conſulendum Sacerdotes. Jubet Deus , Prophetam reſpondere pro ſacerdotibus , & ad ipſos Sacerdotes , quia dubitabant ipſi Sacerdotes. Reſponſio fit ad eos , qui dubitant ; illi verò qui dubitant , nominantur *populus terræ* , quæ appellatio convenit in populum in terrâ ſuâ habitantem , minimè verò in Judæos , qui remanſerant apud Chaldæos. Ergo ſine causâ quidam ſtatuunt , miſſos fuiſſe Saraſar & Rogommelech ex Babyloniâ in Judæam.

3. הנזר, *abſtinendo ;* melius אנזר, *abſtinebo ;* ita ut interrogatio communis ſit utrîque verbo האבכה & אנזר. Sic videntur legere Syrus & Chaldæus, qui verbum הנזר, exhibent per Futurum tempus, hic אמנע, *prohibebo*, ille אתנזר, *abſtinebo memetipſum.*

5. וספוד : Lege ותספדו, (*cùm jejunabatis*) *& lugebatis.* Ita id verbum exhibent omnes Veteres, quos vide, ſi juvat, in Polyglottis. Hæc loquendi forma, *cum jejunabatis & plangere*, pro *& plangebatis*, tametſi placet novis Grammaticis, tamen longè abeſt ab Hebr. Linguæ indole, ut ſæpe monuimus. ...הצום צמתני אני : Arias, *nunquid jejunium jejunâſtis mihi, ego ;* tali interpretatione, quali ſcriptione; niſi quòd debuerat dicere, *jejunâſti*, numero ſing. Veteres ſic convertunt, quaſi legerent צמתם לי, *jejunâſtis mihi ;* ſed verior ſcriptio eſt צמכם אני, (*an jejunando*) *jejunare faciens vos ego ;* ut צמכם, ſit *Hiphil* cum ſuo caſu; nam forma eadem ſcribendi recurrit verſu inferiore.

6. הלא אתם האכלים, *non-ne ad libitum veſtrum editis.* Sic interpetamur, quia non dubitamus, quin ſit legendum האכליכם, *edere facientes voſmetipſos*, & ſimiliter poſteà השתיכם, *bibere facientes voſmetipſos*, ut anteà diximus legendum צמכם, *jejunare faciens vos.* Conſtat ex præfixo ה, duo verba האכלים & השתים, eſſe vocis *Hiphil ;* quod vel ipſum docebant hæc eadem duo verba, quæ anteceſſerunt ſine ה, præfixo, quia erant vocis *Kal.* Quæ ſi adhuc ſunt, hoc altero membro, vocis *Kal*, ſic erit vertendum, (*cùm editis & bibitis*) *non-ne vos editis & bibitis*, quæ nihil ſignificant; quia ſcilicet Neutra Poteſtas exhibetur, cùm debeat eſſe Activa, cum ſuo caſu כם, *vos*, quod reſtituimus, & quod exhibent Vulgatus & Chaldæus, ſi minùs ex ſcriptione האכליכם, ſaltem ex ipſâ ſententiâ.

7. והנגב ; Græci Intt. καὶ ἡ ὀρεινὴ, *& montana*, & ita Syrus, cùm legerent וההר, quod habet pro oppoſito השפלה, *planitiem.* Huic ſententiæ accedimus, quia ex הנגב bonam interpretationem promere non potuimus. Sed tamen hodiernæ ſcriptioni ſimilior eſt ſcriptio והגבה, quàm ſcriptio וההר; alterutram eliget Lector; nos anteferimus והגבה.

14. ואסערם : Nos, cum Vulgato, *& diſperſi eos*, non autem *diſpergam*, quia ex verſu 8. docemur, loqui uſque ad finem capitis Zachariam, non autem *prophetas priores*, quorum verba retulit Zacharias verſibus 9. & 10. Nam loquitur ipſe Zacharias, ex Dei verbis, cùm dicit tertiâ perſonâ verſu 11. *ſed cor ſuum fecerunt adamanti ſimile ;* poſtquàm uſus eſt ſecundâ, dum referebat verba ipſa *prophetarum priorum.* Propterea convenit, *diſperſi eos*, Zachariâ rem præteritam narrante.

CAPUT VIII.

Jeruſalem vocabitur civitas veritatis, cùm liberavero populum meum ab oriente & ab occidente... Decem homines apprehendent pallium unius Judæi, dicentque ; ibimus vobiſcum, ut Deo veſtro obediamus.

1. *Fuit autem verbum Domini*
exercituum, hæc dicentis : 2. *Hæc*
dicit Dominus exercituum ; ego
æmulator ſum pro Sion, ego magnus
æmulator ; ego, ejus causâ, magnâ
irâ inflammatus ſum. 3. *Hæc dicit*
Dominus : ego ad Sion revertor, &
habitabo in medio Jeruſalem, & vo-
cabitur Jeruſalem civitas veritatis,
mons Domini exercituum, mons
ſanctus. 4. *Hæc dicit Dominus*
exercituum ; adhuc ſedebunt in pla-
teis Jeruſalem ſenes & anus ; adhuc
homo, baculo innixus, præ multâ

1. ויהי דבר יהוה צבאות לאמר :
2. כה אמר יהוה צבאות · קנאתי
לציון קנאה גדולה · וחמה גדולה
קנאתי לה : 3. כה אמר יהוה ·
שבתי אל ציון ושכנתי בתוך
ירושלם · ונקראה ירושלם עיר
האמת והר יהוה צבאות הר הקדש :
4. כה אמר יהוה צבאות · עד ישבו
זקנים וזקנות ברחבות ירושלם ·
ואיש משענתו בידו מרב ימים :
5. ורחבות העיר ימלאו ילדים
וילדות משחקים ברחבתיה : 6.
כה אמר יהוה צבאות · כי יפלא
בעיני שארית העם הזה בימים ההם

senectute. 5. Adhuc plateæ civitatis
plenæ erunt pueris & puellis, qui lu-
dent in plateis ejus. 6. Hæc dicit
Dominus exercituum: si hoc difficile
videbitur iis, qui de populo isto in
diebus illis superstites erunt, an etiam
mihi hoc difficile erit, dicit Domi-
nus exercituum. 7. Hæc dicit Domi-
nus exercituum: Ego populum meum
liberabo & de terrâ orientis, & de
terrâ occasûs solis; 8. Et adducam
eos, & habitabunt in medio Jerusa-
lem, & populus meus erunt, & ego
ero Deus eorum in veritate & in jus-
titiâ. 9. Hæc dicit Dominus exerci-
tuum: roborentur manus vestræ, qui-
cunque in diebus illis verba hæc au-
divistis ex ore prophetarum, qui tum
fuere, cùm domus Domini exerci-
tuum, hoc Templum, cœptum est eri-
gi à fundamentis. 10. Etenim ante
hos dies carebat homo suâ mercede,
neque ex jumentis emolumentum erat
ullum; nec pax erat exeunti, nec in-
tranti, propter inimicos; omnes enim
homines ego alterum cum altero com-
mittebam. 11. Nunc autem non sic
ero, ut in diebus antiquis, erga populi
hujus mei reliquias, dicit Dominus
exercituum. 12. Nam seminatio fiet
cum pace; dabit vinea fructum suum;
terra non negabit proventus suos; cœ-
li rore stillabunt, & omnia hæc ego
propria facturus sum populi istius re-
liquiis. 13. Et erit ut, quemadmo-
dùm fuistis in opprobrio apud gentes,
domus Juda & domus Israel, ita in
laude versemini, postquàm vos libe-
ravero; nihil timete, & manus ves-
træ roborentur. 14. Hæc enim dicit
Dominus exercituum; quemadmo-
dùm statui vos malo afficere, cùm
patres vestri me ad iram provocabant,
dicit Dominus exercituum, nec mu-

גם בעיני יפלא · נאם יהוה צבאות :
7. כה אמר יהוה צבאות · הנני
מושיע את עמי מארץ מזרח ומארץ
מבוא השמש : 8. והבאתי אתם ·
ושכנו בתוך ירושלם · והיו לי לעם
ואני אהיה להם לאלהים באמת
ובצדקה : 9. כה אמר יהוה צבאות ·
תחזקנה ידיכם השמעים בימים
האלה את הדברים האלה מפי
הנביאים אשר ביום יסד בית יהוה
צבאות ההיכל להבנות : 10. כי
לפני הימים ההם שכר האדם לא
נהיה ושכר הבהמה איננה · וליוצא
ולבא אין שלום מן הצר · ואשלח
את כל האדם איש ברעהו : 11.
ועתה לא כימים הראשנים אני
לשארית העם הזה · נאם יהוה
צבאות : 12. כי זרע השלום ·
הגפן תתן פריה והארץ תתן את
יבולה · והשמים יתנו טלם · והנחלתי
את שארית העם הזה את כל
אלה :

13. והיה כאשר הייתם קללה
בגוים בית יהודה ובית ישראל · כן
אושיע אתכם והייתם ברכה · אל
תיראו · תחזקנה ידיכם : 14. כי
כה אמר יהוה צבאות · כאשר זממתי
להרע לכם בהקציף אבתיכם אתי ·
אמר יהוה צבאות · ולא נחמתי :
15. כן שבתי זממתי בימים האלה
להיטיב את ירושלם ואת בית
יהודה · אל תיראו : 16. אלה
הדברים אשר תעשו · דברו אמת
איש את רעהו · אמת ומשפט שלום
שפטו בשעריכם : 17. ואיש את
רעת רעהו אל תחשבו בלבבכם ·
ושבעת שקר אל תאהבו · כי את
כל אלה אשר שנאתי · נאם יהוה :
18. ויהי דבר יהוה צבאות אלי
לאמר : 19. כה אמר יהוה צבאות ·
צום הרביעי וצום החמישי וצום
השביעי וצום העשירי יהיה לבית
יהודה לששון ולשמחה ולמעדים
טובים · והאמת והשלום אהבו :

tavi sententiam; 15. *Ita illis diebus reconciliabor, & statuam benefacere Jerusalem & domui Juda; nolite timere.* 16. *Hæc autem sunt, quæ agere debetis: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; judicium date ad pacem & ad veritatem in portis vestris.* 17. *Ne meditamini mala in cordibus vestris adversùs proximum cujusque vestrum, ne diligite falsum juramentum; etenim omnia hæc detestor, dicit Dominus.* 18. *Fuitque ad me verbum Domini exercituum, hæc dicentis.* 19. *Hæc dicit Dominus exercituum: jejunium quarti mensis, jejunium quinti, jejunium septimi & jejunium decimi, convertentur domui Juda in gaudium & in exsultationem & in lætas solemnitates; vos tantùm curate, ut veritatem & pacem diligatis.* 20. *Hæc dicit Dominus exercituum: hæc erunt, cùm populi advenient, habitatoresque urbium multarum.* 21. *Nam futurum est, ut veniant unius ad alterius habitatores, & dicant: agite, eamus ad implorandum Dominum; ego enim ibo quoque ad quærendum Dominum exercituum.* 22. *Et multæ gentes populique magno numero venient ad quærendum Dominum exercituum in Jerusalem, atque ad eum implorandum.* 23. *Hæc dicit Dominus exercituum: in diebus illis erit cùm homines decem ex omnibus gentium Linguis pallium apprehendent Judæi unius, dicentque: nos vobiscum ibimus, quoniam audivimus Deum esse vobiscum.*

20. כה אמר יהוה צבאות · עד
אשר יבאו עמים וישבי ערים
רבות : 21. והלכו יושבי אחת
אל אחת לאמר · נלכה הלוך לחלות
את פני יהוה · ולבקש את יהוה
צבאות אלכה גם אני : 22. ובאו
עמים רבים וגוים עצומים לבקש
את יהוה צבאות בירושלם ולחלות
את פני יהוה : 23. כה אמר יהוה
צבאות · בימים ההמה אשר יחזיקו
עשרה אנשים מכל לשנות הגוים ·
והחזיקו בכנף איש יהודי לאמר ·
נלכה עמכם · כי שמענו אלהים
עמכם :

---

4. עד ישבו : *adhuc sedebunt*; quippe legendum עוד : castigat circulus supernus defectum litteræ ו, in quibusdam Codicibus.

6. כי יפלא, *si difficile videtur.* ...גם, *num etiam*; etenim legimus הגם, cum interrogatione ה, quæ facilè exciderit post ם litteram ferè similem pronominis ההם. Ita Veteres in Polyglottis, excepto Chaldæo. *Difficile* videri poterat Judæis eorum temporum, ut Jerusalem vocaretur *civitas veritatis*, atque ut plena esset urbs & senum & puerorum in plateis ludentium, quasi magnus quidam sæculorum ordo nasceretur. Propterea, ne Judæi tanquam de suis temporibus hæc dici interpetentur, mox subjungitur, versu 7. *Ego liberabo populum meum ab oriente & ab occasu solis*, ut intelligant Judæi, alia tempora prædici & alium statum suæ gentis. Nimirum Judæi captivitate Babylonis expletâ, redierunt ab aquilone, vel ab oriente, non verò *ab occasu solis*, nec aliud tempus notari potest, quàm reditûs ultimi Judæorum, cùm Judæi ex omnibus mundi plagis Jerosolymam novam confluent, ibique novam Rempublicam constituent, cujus sanctitatis fama alliciet & trahet ad se *multas gentes*, ut prædicitur in fine hujus capitis. Non licet hæc intelligere de Judæis, nec de gentibus, quæ fidem suscepêre, Apostolis prædicantibus; non de Judæis, quia non liberavit Deus, eo tempore, gentem Judæorum, quam brevi erat dissipaturus; non de gentibus, quia gentes non erant populus Dei (עמי, *populum meum*) antequàm eas advocaret *ab oriente & ab occasu solis.*

12. כי זרע השלום : Sive interpretaris cum Ariâ, *sed semen pacis*, suspensa erit sententia; sive, *seminatur pax*, mutilam reddes enumerationem subsequentem, ubi promittitur abundantia fructuum terræ, cui prævia esse solet abundantia frugum; ut appareat tangi, hoc loco, non *semen pacis*, sed ipsa semina, quæ terræ mandantur, & legendum esse בשלום, *in pace*, vel *cum pace*, ut legunt Syrus & Vulgatus, nec non יזרע, *seminabitur*, vel *seminatio fiet*, nisi legitur יהיה זרע, *erit semen*, ut legere videntur Syrus & Vulgatus.

19. לששון ..צום, *jejunium... in gaudium* ; hoc eſt, *mutabitur in gaudium.* Nam Judæi in jejuniis ſuis affligebant animas ſuas, neque adeò poterant jejunia conſociare cum gaudiis. Itaque non rectè Grotius, ad cap. 7. v. 3. ſic interpretabatur : » Propheta miro tempera» mento rem definit : Retinendos dies, verùm ad gratias Deo agendas, eòque cum gaudio, » non cum luctu, infra 8. 19. « cùm præſertim hæc loquendi forma, *jejunium erit in gaudium*, notare ſoleat mutationem rei in rem contrariam, minimè verò utriuſque ſocietatem. Ex quo ſequitur, quoniam Judæi jejunia hæc adhuc ſervant, nondum completam eſſe hanc de eorum gaudio vaticinationem.

20. עד אשר, *donec.* Hoc *donec* annectendum eſt rebus mox dictis ; hoc eſt, veſtra gaudia, quæ jejuniis ſuccedent, tandiu durabunt, dum veniant populi multi... quia fides ultimorum Judæorum erit gentibus, *tanquam reſurrectio ex mortuis.*

23. בימים ההמה אשר, *in diebus illis cùm.* Deeſt ante אשר verbum יהיה, *erit*, cujus reliquiæ ultimæ ſunt in illo ה, in quod deſinit ההמה ; nam ſcripſerit Propheta ההם, *illis*, ut ſuprà verſibus 6. & 10. Vulgatus reliquit ſuſpenſam ſententiam, quia ſic interpretatus eſt, ut legebat ; ſic ferè Græci Intt. Sed Syrus pronomen אשר, quod ſine verbo יהיה, ſupervacaneum videbatur, ſaltu prætermiſit.

CAPUT IX.

Onus Hadrach, Damaſci, Emath, Tyri, Sidonis, Aſcalon, Gazæ & Accaron. Exſulta filia Sion ; veniet rex tuus ſedens in aſino ; revertimini ad urbes munitas, qui ſpem non abjeciſtis ; ſuſcitabo filios Sion adversùs filios Græciæ.

1. *Onus verbi Domini contra terram Hadrach, & contra Damaſcum, quæ eſt è regione ejus ; etenim intuetur Dominus omnem hominem, ut & omnes Tribus Iſrael ;* 2. *Emath
etiam finitimam ejus, Tyrumque &
Sidonem, quia valdè ſapiens eſt.*
3. *Tyrus inſtaurata eſt, & habet munitiones ; argentum, quaſi pulverem, congeſſit ; aurum, quaſi lutum
platearum.* 4. *Ecce autem Dominus
deſtruet eam, disjicietque in mare
divitias ejus ; ipſa autem igne comburetur.* 5. *Videbit Aſcalon, & timebit ; & Gaza, & valde terrebitur, & Accaron, quia de ſpe ſuâ erubeſcet ; & peribit rex Gazæ, & Aſcalon erit ſine habitatore.* 6. *Habitabit
in Azoth extraneus, & comprimam
ſuperbiam Philiſtæi.* 7. *Ego extraham ex ore ejus cruentas victimas, & ex dentibus ejus immundas carnes ;*

1. משא דבר יהוה בארץ חדרך
ודמשק מנחתו · כי ליהוה עין אדם
וכל שבטי ישראל : 2. וגם חמת
תגבל בה · צר וצידון · כי חכמה
מאד : 3. ותבן צור מצור לה ·
ותצבר כסף כעפר וחרוץ כטיט
חוצות : 4. הנה אדני יורשנה
והכה בים חילה · והיא באש תאכל :
5. תרא אשקלון ותירא · ועזה
ותחיל מאד ועקרון · כי הוביש
מבטה · ואבד מלך מעזה · ואשקלון
לא תשב : 6. וישב ממזר באשדוד ·
והכרתי גאון פלשתים : 7. והסרתי
דמיו מפיו ושקציו מבין שניו ·
ונשאר גם הוא לאלהינו · והיה
כאלף ביהודה ועקרון כיבוסי : 8.
וחניתי לביתי מצבה מעבר ומשב ·
ולא יעבר עליהם עוד נגש · כי עתה
ראיתי בעיני :
9. גילי מאד בת ציון · הריעי
בת ירושלם · הנה מלכך יבוא לך ·
צדיק ונושע הוא · עני ורכב על
חמור

& ipse Deo nostro relinquetur, erit-
que apud Judam velut bos; Acca-
ron, velut præsepe ejus. 8. *Et sta-*
tuam domui meæ præsidium, ne quis
eat, aut redeat: non transibit am-
pliùs per eos exactor; nunc enim non
aberrant oculi mei. 9. *Lætare, quan-*
tùm potes, filia Sion; acclama,
filia Jerusalem. En veniet pro te rex
tuus; justus ille est & salvator; ille
mansuetus, & sedens in asino & in
pullo, asinæ filio. 10. *Eripiet autem*
currus ex Ephraim, & equos de
Jerusalem, & arcus belli frangetur;
loquetur pacem gentibus; dominatus
ejus erit à mari usque ad mare, &
à flumine usque ad terminos terræ.
11. *Tu quoque per sanguinem fœ-*
deris tui emittes vinctos tuos de eo
lacu, in quo non est aqua. 12. *Re-*
vertimini ad arcem munitam qui cum
spe captivi estis; ego enim pro die
uno terroris duplicia reddam tibi.
13. *Etenim tetendi arcum meum Judam; implevi Ephraim, pharetram*
meam; excitabo filios tuos, Sion, contra filios Græciæ, & reddam te ut
gladium bellatoris. 14. *Dominus supra eos apparebit; sagitta ejus exibit,*
ut fulgur; Dominator Dominus tubâ clanget, & in turbine incedet indigna-
tio ejus. 15. *Dominus exercituum proteget eos; ibunt & domabunt cum*
lapidibus fundæ; bibent, ut vinum, sanguinem; madebunt ut phialæ,
ut cornua altaris. 16. *Liberabit eos Dominus Deus eorum in die illâ,*
ut oves populi sui; quippe erigentur in terrâ ejus lapides, coronâ redimiti.
17. *Quale enim bonum ejus, & qualis fructus ejus? frumentum (roborans)*
juvenes, & vinum fœcundans virgines.

חמור ועל עיר בן אתנות : 10.
והכרתי רכב מאפרים וסוס מירושלם ·
ונכרתה קשת מלחמה · ודבר שלום
לגוים · ומשלו מים עד ים ומנהר
עד אפסי ארץ : 11. גם את בדם
בריתך שלחתי אסיריך מבור אין
מים בו : 12. שובו לבצרון אסירי
התקוה · גם היום מגיד משנה אשיב
לך : 13. כי דרכתי לי יהודה
קשת · מלאתי אפרים · ועוררתי בניך
ציון על בניך יון · ושמתיך כחרב
גבור : 14. ויהוה עליהם יראה ·
ויצא כברק חצו · ואדני יהוה בשופר
יתקע · והלך בסערות תימן : 15.
יהוה צבאות יגן עליהם · ואכלו
וכבשו אבני קלע ושתו המו כמו
יין · ומלאו כמזרק כזוית מזבח :
16. והושיעם יהוה אלהיהם ביום
ההוא כצאן עמו · כי אבני נזר
מתנוססות על אדמתו : 17. כי
מה טובו ומה יפיו · דגן בחורים
ותירוש ינובב בתלות :

1. ודמשק מנחתו, *& Damascum, quæ est è regione ejus*, ex significatu Arabico, *oppositum esse è regione*, vel *ex adverso*. Non convenit huic loco *requies*, dicta de terrâ Hadrach, quasi significaretur, terram Hadrach in Damasco confidere, & præsidium habere. Nusquam legitur מנחה, usurpatum, nisi de rebus animatis; notatur situs Damasci, quæ urbs erat è regione terræ Hadrach, quam ob causam Propheta unam alteri subjungit. De terrâ *Hadrach*, quod nomen Geographis ignotum est, vide, si juvat, Edm. Calmet. כי ליהוה עין אדם...: Vulgatus, *quia Domini est oculus hominis*, ambiguâ interpretatione, quia ex scriptione mendosâ. *Oculus* est *Domini*, non *hominis*, ut liquet ex versu 8. Itaque אדם, objectum est oculi, quod notari debuit per præpositionem על, ut sit על אדם, *in hominem*, quam sententiam exhibent Veteres in Polyglottis.

2. גם חמת תגבל בה, *etiam Emath terminabit in eâ.* Ita Arias, etiam ex mendo; nam legendum est בגבלתה, *in terminis ejus*, quomodò legunt Græci Intt. quos sequitur Vulgatus. Notatur historicè situs urbis Emath Damasco vicinæ, ut anteà dictum est, Damascum esse è regione terræ Hadrach.

3. ותבן צור, *Tyrus instaurata est*, i nirum Tyrus nova, quam posteà cepit Alexander, & quam fuisse ædificatam & jam divitem docemur ex Libro Nehemiæ. ...ותרוץ. Ita Editio Athiana Vander-Hooght; sed Athiana Leusden וחרוץ, *& aurum*, ut lego in uno Reg. Codice & in uno Orat. & ut est legendum.

7. והיה כאלף ביהודה, *& erit sicut bos in Judâ*, ועקרון כיבוסי, *& Accaron quasi præsepe ejus*, quia legimus כאבוסו, ex quo derivavit mendum כיבוסי. Porrò interpretamur כאלף, *sicut bos*, ut cœpta similitudò contineetur. Mox dictum est de Philistæo, tanquam de ferâ, ex cujus ore prædæ extrahuntur; itaque additur hanc feram fore in servitute tanquam bovem, & Accaron, expugnatam, fore præsepe, unde Juda sumet boves sibi servituros, quæ omnia evenêre tempore Machabæorum; nec evenit ut Philistæus esset, *quasi dux in Juda*, etsi ita Vulgatus, post Græcos.

9. ונושע: Lege, ויושע, *& salvator*, ut legunt Veteres. Sententiæ apertè contradicit נושע, *salvatus*. Post prædictas victorias Machabæorum, prænuntiatur Messiæ adventus, in asino sedentis, non in equo bellatore, ne Judæi pro Messiâ rege habeant eum regem, qui oriturus est ex bellatoribus Machabæis, & ut significetur Messiam fore regem pacis; nam vectore asino Judæi utebantur, equis ad bella servatis.

10. והכרתי: Potiùs והכרית, *& perdet*; nam oratio cœpta est in tertiâ personâ, & in eam desinet; itaque eam retinent in hoc verbo Syrus & Græci Intt. Hæc omnia de Messiâ; qui *fregit arcum*, Ephraim, sive Judæorum Rempublicam & regnum dissipavit, ut bella nunquam gerere possint.

11. שלחתי: Lege שלחת, *misisti*, vel potiùs *mittes*, ut concordet cum את, vel אתה, *tu*. Nunc alloquitur Messiam Propheta, & claudit cœptam de eo sententiam, mox reversurus ad Machabæos. ...מבור, *de lacu* (*in quo non est aqua.*) Quanquam hæc alludunt ad lacum, in quem conjectus fuerat Joseph, hæc tamen indicant liberationem hominum mortuorum, non viventium; nullibi enim terra in quâ vivunt homines, nominatur *lacus sine aquâ*. Ergo intelligenda est liberatio eorum, quos abduxit Christus Dominus *palàm triumphans*.

12. היום מגיד: Vulgatus, *hodie annuntians* (*duplicia reddam tibi.*) Non licuit convertere מגיד, *annuntians*, quia hoc Participium non comitatur pronomen אני. Prætereà hæc verba, *duplicia reddam*, postulant ut addatur, pro quâ re duplicia Deus sit redditurus. Eam rem exhibent Græci Intt. in verbo מגורך, quod legunt pro מגיד. Nos, ביום מגור, sine Affixo, *pro die terroris*. Reddidit Deus Machabæis duplicia, pro terrore in quo versati fuerant, dum se in montibus abscondebant.

13. מלאתי אפרים, *implevi Ephraim*; adde אשפתי, *pharetram meam*, quod fuit ex similitudine omissum prope אפרים, & quod respondet *arcui Juda*. ...על בניך יון, *contra filios tuos, Græcia*. Meliùs Græci Intt. ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, *in filios Græcorum* ex scriptione על בני היון. Nisi sic legitur, verbum ושמתיך, quod sequitur, *& ponam te*, pertinere videbitur ad יון, *Græciam*, quod tamen pertinet ad ציון, *Sion*, cujus filii Machabæi Græcorum regum jugum excusserunt.

14. והלך בסערות תימן, *& veniet in turbinibus austri*. Nihil pertinet de *austro* ad Machabæos, qui non venêre ab austro Judææ, ut cum Græcis pugnarent, nec alterum verbum est in oratione *austro* parallelum. Proptereà, pro תימן, legimus ועמו, quod scriptum habuêre Græci Intt. qui convertêre, ἀπειλῆς αὐτοῦ, *indignationis ejus*. Nos, *indignatio*, nominativus verbi הלך. Comparatur Deus viro bellatori, qui, postquàm classicum cecinit, appropinquat hosti furibundus, & pulverem attollens.

15. ואכלו, *& devorabunt*. Vitiosa scriptura; 1°. quia non bono ordine dicitur, *devorabunt prædam*, antequàm dicatur *domabunt*, & prædam facient suam. 2°. quia caret casu hoc verbum, quanquam eo non caret verbum parallelum שתו, *bibent*. ...המו; hoc est alterum mendum, pro quo legendum, vel הדם, *sanguinem*, vel דמם, *sanguinem eorum*; ita Codex Alex. τὸ αἷμα αὐτῶν. ...אבני, tertium mendum, pro באבני, ut Græci Intt. ἐν λίθοις, *in lapidibus*. Hæc igitur sic sunt legenda, וילכו וכבשו באבני קלע ׃ ושתו הדם, *& ibunt*, *& domabunt lapidibus fundæ*, *& bibent sanguinem*. Mendo אכלו locum dederit שתו, verbum quod solet respondere verbo אכלו; nec non littera א, quæ ut י enuntiabatur; sic versu 7. scriptum fuit יבוסי, pro אבוסו.

17. ומה יפיו, *& quid pulchritudo ejus*. Sive intelligis pronomen *ejus* de Deo, seu de *populo*, parùm liquet, quam seriem habeat *pulchritudo*, vel populi, vel Dei; cui pulchritudini nihil est in altero membro, nec simile, nec contrarium. Nobis videtur, olim scriptum fuisse פריו, *fructus ejus*, quod nomen parallelum est nomini טוב, *bonum*; cui utrique conveniunt *frumentum* & *vinum*, quæ subjiciuntur. Sed post דגן *frumentum*, desideratur, nî fallor, verbum quod respondeat verbo ינובב, & quod nos supplemus, ex conjecturâ, verbo Latino *roborans*. Sententia esse videtur, Deum bellatores suos non modò victoriâ ornare ac victoriæ monumentis, ut sunt *lapides coronâ redimiti*, sed etiam nutrire, & largè effusèque donare abundantiâ frugum & fructuum.

CAPUT X.

Ego iratus ſum paſtoribus, ſed curabo gregem meum; Ephraim erit victor in bello; reducam eos ex Aſſur & ex Ægypto, ad terram Galaad & ad Libanum, eritque eis locus anguſtior.

1. *Petierunt à Domino imbrem,*
ſerotinâ tempeſtate; Dominus dedit
fulgura, & largos imbres conceſſit
eis, unuſquiſque habet agrum vireſ-
centem. 2. *Nam Dii lares vana locu-*
ti ſunt; divini mendacium viderunt,
ſomnia vana expoſuerunt & fruſtra
conſolati ſunt; propterea demigrant,
velut oves, & divexantur, quia non
eſt paſtor. 3. *Ardet in paſtores ira*
mea; ego in hircos animadvertam: in-
viſet enim Dominus exercituum gre-
gem ſuum, domum Juda, & reddet
eos ut equum gloriæ ſuæ in bello.
4. *Aberit ab eo præfectus; aberit pa-*
xillus, aberit arcus belli; egredietur
ab eo quiſquis fuit Judæ exactor.
5. *Erunt in pugnâ, ut ſunt bellatores*
qui calcant lutum platearum, &
bella gerent, quia Dominus erit cum
eis, & erubeſcent ſeſſores equorum.
6. *Quippe roboraturus ſum domum*
Juda, & domui Joſeph ſalutem fac-
turus; dabo eis ſedem, quia eorum
miſerebor; ſic evadent, quaſi eos
non repuliſſem; ego enim ſum Do-
minus Deus eorum, & exaudiam eos.
7. *Erit Ephraim, quaſi vir bellator;*
cor eorum, quaſi ex vino, hilarabi-
tur; hæc videbunt filii eorum, & læ-
tabuntur, & in Domino exſultabit
cor eorum. 8. *Sibilabo ad eos, &*
congregabo eos, quia liberator ſum
eorum, & tam multi erunt, quàm

1. שאלו מיהוה מטר בעת
מלקוש · יהוה עשה חזיזים · ומטר
גשם יתן להם · לאיש עשב בשדה :
2. כי התרפים דברו און · והקוסמים
חזו שקר · וחלמות השוא ידברו ·
הבל ינחמון · על כן נסעו כמו צאן ·
יענו כי אין רעה :
3. על הרעים חרה אפי ועל
העתודים אפקוד · כי פקד יהוה
צבאות את עדרו את בית יהודה ·
ושם אותם כסוס הודו במלחמה :
4. ממנו פנה · ממנו יתד · ממנו
קשת מלחמה · ממנו יצא כל נוגש
יחדו : 5. והיו כגברים בוסים
בטיט חוצות במלחמה · ונלחמו כי
יהוה עמם · והבישו רכבי סוסים :
6. וגברתי את בית יהודה · ואת
בית יוסף אושיע · והושבותים כי
רחמתים · והיו כאשר לא זנחתים ·
כי אני יהוה אלהיהם ואענם : 7.
והיו כגבור אפרים · ושמח לבם
כמו יין · ובניהם יראו ושמחו · יגל
לבם ביהוה : 8. אשרקה להם
ואקבצם כי פדיתים · ורבו כמו רבו :
9. ואזרעם בעמים ובמרחקים
יזכרוני · וחיו את בניהם ושבו :
10. והשבותים מארץ מצרים
ומאשור אקבצם · ואל ארץ גלעד
ולבנון אביאם · ולא ימצא להם :
11. ועבר בים צרה · והכה בים
גלים · והבישו כל מצולות יאור ·
והורד גאון אשור · ושבט מצרים
יסור : 12. וגברתים ביהוה ובשמו
יתהלכו · נאם יהוה :

multi fuerant. 9. *Ego dissipavi eos apud gentes ; illi autem memores mei erunt in remotis locis ; vivent enim cum filiis suis , & revertentur.* 10. *Reducam eos ex terrâ Ægypti , & de Assur congregabo eos , ducamque eos ad terram Galaad & ad Libanum , nec sufficiet eis locus.* 11. *Trajiciet fretum maris ; percutiet in mari fluctus ; arefaciet omnes gurgites fluminis ; tum fastus Assur detumescet , & virga Ægypti auferetur.* 12. *Et roborabo eos in Domino , & in nomine ejus ambulabunt , dicit Dominus.*

---

1. שאלו , *petierunt* , non *petite* , ut Vulgatus ; quia subjungitur , *dedit eis* , non autem *vobis*. Continuatur vaticinatio de Machabæis , in quorum gratiam Deus concessurus erat pluvias & frugum abundantiam.

2. התרפים , *Dii lares* , seu simulachra , quæ domi servabantur , qualia erant apud Græcos , quæque privatim colebantur apud eos Judæos , qui , Jasone duce & impulsore , Græcorum ritus sequebantur. Apparet ex hoc loco , vana prædixisse Græcorum Divinos & ariolos , qui tum Jerosolymæ erant , contra Machabæorum belli susceptionem adversùs imperium Græcorum , atque eos Divinos fuisse pulsos ex Judæâ post victorias Machabæorum.

3. על הרעים , *in pastores* , sive in sacerdotes sceleratos , qui sacerdotium pecuniâ emebant , quales fuêre Jason , Alcimus , Menelaüs. ...אפקוד · כי פקד : Horum duorum verborum unum in bonam partem sumitur , alterum in malam ; quod quidem per diversa regimina demonstratur ; nam אפקוד , cum præpositione על , *contra* , ita indicat *visitabo* , ut *ulciscar ;* פקד , autem cum casu accusandi , idem valet , atque *curæ habebit* , *inviset* , *non negliget.*

4. ממנו פנה , *aberit ab eo præfectus.* Ab *eo* , Juda , quia Machabæi pulsuri erant ex finibus suis Præfectos Græcorum , *& paxillum* , sive tentoria militum Græcorum , quæ paxillis detinebantur , *& arcum belli* , sive sagittarios Græcorum. ...ממנו יצא כל נוגש , *ab eo egredietur omnis exactor* , seu qui pro Græcis tributa imperabit in Judam , vel *Judæ* , יהוד. Sic legimus pro יחדו , *simul* , quod , ut mendum habemus , quia vult יחדו , numerum pluralem verbi , cui jungitur , cùm tamen יצא , numeri sit singularis. Aliter se res haberet , si antecederent duæ res diversi generis , aut verò personæ , numero quæque singulari ; nam rectè adjungitur יחדו ad diversa rerum , aut personarum genera , quamvis sunt numeri singularis.

5. רכבי סוסים , *sessores equorum ;* sive Græci , qui rectè sic nominantur in oppositione cum Machabæis , qui Græcos lacessiverunt , cum exiguâ manu , sine equis & ferè sine armis , præter gladios.

9. ואזרעם בעמים , *ego dissipavi eos apud gentes.* Hæc , & quæ sequuntur , pertinent ad ultimum reditum Judæorum , qui adumbratur ex similitudine eorum miraculorum , quibus reduxit Deus Israelitas ex Ægypto in terram Chanaan : vide dicta ad If. cap. II. w. 11. 12. 13. 14. &c.

CAPUT XI.

Ignis devorabit cedros Libani. Jubetur Zacharias pascere gregem , sumptis virgis duabus , unâ *mansuetudine* , alterâ *fune* , quas posteà frangit ; dantur ei pro mercede triginta argentei , quos Deo jubente projicit ad figuli tabernam.

1. *Aperi , Libane , portas tuas , & ignis devoret tuas cedros.* 2. *Ulula , abies , quia cecidit cedrus , quia magnates malè multantur ; ululent quercus Bazan , quia sylva munita*

1. פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך : 2. הילל ברוש · כי נפל ארז · אשר אדירם שדדו · הילילו אלוני בשן · כי ירד יער הבצור : 3. קול יללת הרעים · כי שדדה

eversa est. 3. *Vox auditur ululan-*
tium pastorum, quia splendor eorum
dissipatus est; vox rugitûs leonum,
quia Jordanis aquæ detumuerunt.
4. *Hæc dicit Dominus Deus meus:*
pasce gregem ad mactationem para-
tum; 5. *Quem qui emerunt, jugulant,*
nec delicti rei sunt; quem qui ven-
dunt, dictitant: benedictus sit Domi-
nus; ego factus sum dives, & quo-
rum pastores eis non parcunt. 6. *Ne-*
que enim adhuc parcam terræ habita-
toribus, dicit Dominus. Etenim
facturus sum ut homo incurrat in ma-
nus hominis & in manus regis sui;
qui terram quassabunt, nec ego de
eorum manu quemquam liberabo.
7. *Ego igitur pavi gregem ad mac-*
tationem paratum, ut erigerem eos
de grege, qui humiles erant, & cepi
virgas duas; unam vocavi mansue-
tudinem; alteram vocavi funiculum,
& sic pavi gregem. 8. *Ego idem*
abjeci in mense uno pastores tres.
Ego eorum pertæsus eram; illi quo-
que me aversabantur. 9. *Itaque dixi;*
ego non pascam vobiscum; quæ mo-
ritura est moriatur; quæ perdenda,
perdatur; quæ reliquæ erunt, una
alterius carnem devorent. 10. *Deinde*
cepi virgam meam, mansuetudinem,
& fregi eam, ut frangerem fœdus
quod pepigeram cum omnibus populis.
11. *Hæc autem cùm fracta eo die*
fuisset, id cognovêre humiles gre-
gis, ut & ii qui mecum in custodiâ
erant, hoc fuisse verbum Domini.
12. *Posteà dixi eis: si hoc vobis*
placet, date mihi meam mercedem;
sin minùs, non date. Illi appende-
runt pretium meum triginta argen-
teos. 13. *Tum dixit mihi Dominus:*
projice illud ad figulum; hanc ni-
mirum egregiam æstimationem,

שדדה אדרתם · קול שאגת כפירים
כי שדד גאון הירדן ׃ 4. כה אמר
יהוה אלהי · רעה את צאן ההרגה ׃
5. אשר קניהן יהרגן ולא יאשמו ·
ומכריהן יאמר · ברוך יהוה ואעשר ·
ורעיהם לא יחמול עליהן ׃ 6. כי
לא אחמול עוד על ישבי הארץ ·
נאם יהוה · והנה אנכי ממציא את
האדם איש ביד רעהו וביד מלכו ·
וכתתו את הארץ · ולא אציל מידם ׃
7. וארעה את צאן ההרגה לכן
עניי הצאן · ואקח לי שני מקלות ·
לאחד קראתי נעם · ולאחד קראתי
חבלים · וארעה את הצאן ׃ 8.
ואכחד את שלשת הרעים בירח
אחד · ותקצר נפשי בהם · וגם
נפשם בחלה בי ׃ 9. ואמר · לא
ארעה אתכם · המתה תמות
והנכחדת תכחד והנשארות תאכלנה
אשה את בשר רעותה ׃ 10. ואקח
את מקלי את נעם · ואגדע אתו
להפיר את בריתי אשר כרתי את
כל העמים ׃ 11. ותפר ביום
ההוא · וידעו כן עניי הצאן השמרים
אתי כי דבר יהוה הוא ׃ 12. ואמר
אליהם · אם טוב בעיניכם הבו
שכרי · ואם לא · חדלו · וישקלו את
שכרי שלשים כסף ׃ 13. ויאמר
יהוה אלי · השליכהו אל היוצר ·
אדר היקר אשר יקרתי מעליהם ·
ואקחה שלשים הכסף · ואשליך אתו
בית יהוה אל היוצר ׃ 14. ואגדע
את מקלי השני את החבלים · להפר
את האחוה בין יהודה ובין ישראל ׃
15. ויאמר יהוה אלי · עוד קח לך
כלי רעה אולי ׃ 16. כי הנה אנכי
מקים רעה בארץ · הנכחדות לא
יפקד · הנער לא יבקש והנשברת
לא ירפא · הנצבה לא יכלכל ובשר
הבריאה יאכל ופרסיהן יפרק ׃ 17.
הוי רעי האליל עזבי הצאן · חרב
על זרועו ועל עין ימינו · זרעו יבוש
תיבש · ועין ימינו כהה תכהה ׃

quam illi de me habuerunt. Ego igitur cepi triginta argenteos , atque eos
projeci in domo Domini ad figulum. 14. *Deinde fregi alteram virgam*
meam , funiculum , ut rumperem germanitatem , quæ erat inter Judam &
inter Israel : 15. *Et dixit mihi Dominus : adhuc sume instrumenta stulti pas-*
toris. 16. *Ecce enim ego suscitabo in terrâ pastorem , qui oves nec perditas*
requiret , nec parvulas curæ habebit , nec vulneratas sanabit , nec firmas
nutriet , sed carnem pinguem comedet , & ungulas earum diffringet. 17. *Væ*
pastoribus nihili , qui gregem deserunt ; arefiet brachium ejus & oculus
ejus dexter ; brachium ejus penitus arescet ; oculus ejus dexter penitus ca-
ligabit.

---

1. פתח לבנון דלתיך , *aperi , Libane , portas tuas.* Hæc loquendi forma docet non hìc compellari ipsum Libanum , qui non habebat *portas* , sed ipsum Templum ex cedris Libani ædificatum , cujus ruina prænuntiatur.

2. אדירם : Lege אדירים , *magnates.* Ita scriptum lego in duobus Codicibus ...יער הבצור , *sylva munita.* Malè Masora הבציר.

3. כי שדד גאון הירדן : Verbum de verbo , *quia vastata est superbia Jordanis* , sive ejus undæ detumuerunt , ut non jam leones in palustribus ejus locis recubare possint ; hoc est , nulla loca tuta erunt in Judæâ , quò se magnates & bellatores recipiant.

4. רעה את צאן ההרגה , *pasce gregem mactationis.* Ille grex posteà (v. 5.) ita describitur , ut planum fiat , notari gregem , non ovium , sed hominum , atque adeò pastorem allegoricum ; hoc est , mandatum accipere Zachariam , non ut pascat gregem , qualis mox describitur , & qualis nullus ovium grex esse poterat , sed ut per figuram sermonis exhibeat & demonstret pastorem , qui olim pascere debeat gregem talem , qualis describitur , sive hominum gregem ad mactationem paratum. Hæc planiora fient ex sequentibus rebus.

5. לא יאשמו , *delicti rei non erunt* , sive à quibus non erit facienda expiatio mactationis ovium ; quia ovium , quas emerint , nemini rationem sint reddituri. Idem dicitur de iis , qui oves istas vendiderint. Utrique erant Romani , qui , quo tempore advenit pastor ovium , Messias , redegerant in suam ditionem Judæos , quos emebant ac vendebant , ut libitum erat. *Pastores* autem , *qui* ipsi *non parcunt* ovibus , sunt Judæorum Sacerdotes , qui bellis civilibus ovium sanguinem multum effuderunt.

6. ...אנכי ממציא , *ego incurrere faciam (hominem in manum proximi sui ,)* per civilia bella , וביד מלכו , *& in manum regis sui* (Cæsaris.) Hæc simul evenêre in ultimâ Jerosolymæ obsidione , Judæis intus inter se digladiantibus , dum Romani urbem oppugnabant.

7. וארעה , *ego igitur pavi.* Loquitur ille Pastor , quem demonstrat Zacharias , ex similitudine suæ personæ. Constat non pavisse gregem Zachariam , ut exhiberet actione ipsâ suâ pastorem , de quo vaticinabatur , quia duæ illæ virgæ pastorales , quas mox memorabit , convenire in Zachariam non poterant. ...לכן , mutilè scriptum pro להכין , *ad erigendum.* ...נעם ...חבלים , *mansuetudinem... funiculum.* Vide infra , ad versus 10. & 14.

8. ...ואכחד , (unus Codex , ואכחיד ,) *& abjeci (tres pastores mense uno.)* Pergit loqui pastor Messias , ex consuetudine veteri , ut videtur , conducendi ad mensem pastores. Sæpiùs mutabantur Sacerdotes apud Judæos , ex quo Sacerdotium fuerat venale , aut ad libitum Romanorum datum. De illis Sacerdotibus hoc verè dicitur , *pertæsus eram eorum , & illi me aversabantur ;* non item de Imperatoribus tribus Romanis , quos quidam Interpretes huc adducunt ; illi enim *Messiam* , quem non noverant , non *aversabantur.*

9. & 10. לא ארעה אתכם , *non pascam vobiscum.* Hæc Messias ad sui temporis Sacerdotes , quos citò deseruit , rupitque virgam suam *mansuetudinem* , non parciturus Deicidis , quia populos non jam cohibiturus ne opprimerent gentem Judæorum , ut anteà cohibuerat per id *fœdus* , quod cum gentibus vicinis fecerat. *Fœdus* vocatur decretum Dei , per quod tam multas gentes prohibebat , ne populum exiguum Judæorum opprimerent ac delerent.

11. וידעו כן : *& id cognoverunt* , vel *ita esse* , (*mansueti gregis ;*) deinde legendum והשמרים , *& qui custodiebant* , additâ conjunctione ; alii enim sunt *mansueti gregis* , alii *pastores* , seu *vigiliæ.* Propheta vocat *mansuetos* , eos qui pastorem Messiam sequuntur , *vigilias* verò eos , vel Sacerdotes , vel legis Doctores , quorum munus fuit Religioni invigilare. Utrique non multò post Christi Domini ascensionem cognoverunt , *hoc verbum Domini esse ;* ut virga rumpatur , quâ Deus hactenus paverat populum suum , & ruinam imminere suæ tam Reipublicæ , quàm Religionis.

12. הבו שכרי , *date mercedem meam.* Hæc Messias ad Religionis Judaicæ antistites , à quibus petit mercedem suam , sive Evangelii sui fidem. Non alia hìc *merces* intelligi potest. Vidimus supra non pavisse gregem Zachariam , & Messiæ personam unam hìc exhiberi , cui unî con-

venit, habere virgam *mansuetudinem*, & fœdus facere cum gentibus, ne populum Judaicum deleant. Ergo Messias unus loquitur, qui non aliam ab Judæis mercedem expectabat, quàm fidem. ...וישקלו את שכרי שלשים כסף, *& appenderunt pretium meum triginta argenteos.* Maluimus interpretari *pretium*, quàm *mercedem*, quia Propheta ex ambiguo vaticinatur, & Messiam inducit ferè his verbis conquerentem: Ego postulavi ab eis mercedem meam; illi autem non modò non cogitant de me remunerando, sed etiam pretium appendunt quo emant vitam meam. Ita intellexit Matthæus Apostolus, qui ad hunc locum nos allegans, docet nos, 1°. hoc alterum שכרי, non intelligendum esse ut prius, de mercede curæ pastoralis, sed dè pretio ipso vitæ pastoris, dato Judæ proditori; 2°. Hæc verba אדר היקר אשר יקרתי, *egregium pretium, quo æstimatus sum*, similiter notare æstimationem, non operæ pastoris, sed ejus personæ, (*æstimatus sum*) quam æstimationem dicit *egregiam* esse, indignans; quia indignum erat homicidas sui pastoris, quanquam sceleratos, tamen tam parvo èmere homicidii patrandi facilitatem. Itaque explicavit Matthæus Apost. id quod erat ambiguè enuntiatum in vocabulo שכרי, quod intelligi non necesse fuit, antequàm vaticinatio habuisset eventum suum.

13. ואקחה שלשים הכסף, *& cepi triginta argenteos.* Hæc verba non ambiguä èrant; nam, quia nemo viderat Zachariam pascere gregem, neque ab ullo postulare mercedem suam, dubitari non poterat, quin Propheta, cùm diceret, *& cepi*, *& projeci triginta argenteos*, vaticinaretur olim fore, ut *triginta argentei*, &c. in Templo ad figulum projicerentur; quanquam cæteræ res ænigmátis solvi & aperiri vix possent ante ipsum rerum evéntum.

14. ואגדע את מקלי השני החבלים, *& fregi virgam meam secundam, funes.* Illi *funes* notant *germanitatem*, quæ anteà intercesserat *inter Judam & inter Israel.* Ex quo Judæi Babylonè reversi fuerant, extiterat inter Judæenses & Israelitas societas una, ut Religionis, ita & Reipublicæ; quæ societas duravit usque ad ultimam Jerosolymæ urbis eversionem, cùm Judaico regno everso, dissidium factum est Religionis; aliis Judæis veterem Legem, quantùm fieri, sine Templo, pòterat, observantibus, aliis fidem Christianam profitentibus.

15. רעה אולי, (*adhuc sume instrumenta*) *pastoris stulti*; lege אויל. Hoc uno exemplo legitur אולי, *stultus.* Propheta sequitur ordinem temporum, ut prænuntiet de insaniâ pastorum, sive Sacerdotum & Præsidum Judaicæ gentis, ab Christo interfecto usque ad ultimum Jerosolymæ excidium, qui non modò Religionem & ovium salutem cordi non habuerunt, sed oves etiam, quæ adhuc pingues erant, devorârunt; *pastores nihili*, sive nihil pastoris retinentes, præter ipsum nomen.

17. חרב על זרועו: Verbum pro verbo, *siccitas super brachium ejus.* Non rectè Vulgatus *gladius*, cùm sequatur, *brachium ejus siccabitur*; cui *siccabitur* respondet *siccitas.* Judæorum brachium arefactum est, ex quo arma ferre non jam possunt, quomodo *oculus eorum dexter* caligat, quia nihil vident in Libris Sacris, quos cûm legunt, ex mentis cœcitate non intelligunt.

CAPUT XII.

Erit Jerusalem ut vas soporis populis vicinis; ut lapis, quem qui tollent, vulnerabuntur... Effundam spiritum gratiæ & precum; aspicient quem transfixerunt, & plangent de eo, ut de primogenito filio.

1. *Onus verbi Domini super Is-*
rael, dicit Dominus, qui extendit
cœlos & fundavit terram, & spiritum
hominis intra eum formavit. 2. *En*
ego redditurus sum Jerusalem vas so-
poris omnibus gentibus vicinis; ascen-
detque ipse Juda, ut sit cum eis, qui
Jerusalem obsidebunt. 3. *In die illâ*
reddam Jerusalem lapidem gravem
omnibus populis, quem quicunque

1. משא דבר יהוה על ישראל·
נאם יהוה נטה שמים ויסד ארץ
ויצר רוח אדם בקרבו: 2. הנה
אנכי שם את ירושלם סף רעל
לכל העמים סביב·וגם על יהודה
יהיה במצור על ירושלם: 3. והיה
ביום ההוא אשים את ירושלם אבן
מעמסה לכל העמים·כל עמסיה
שרוט ישרטו·ונאספו עליה כל גויי
הארץ: 4. ביום ההוא·נאם

tollent , certè lacerabuntur ; & con-
tra eum congregabuntur omnes gen-
tes terræ. 4. *In die illâ , dicit Domi-*
nus, afficiam ſtupore omnes equos, &
ſeſſores eorum amentiâ, aperiamque in
domum Juda oculos meos , & afficiam
cæcitate omnem equitatum populo-
rum : 5. *Dicentque in corde ſuo du-*
ces Juda : robur additum eſt habita-
toribus Jeruſalem à Domino exerci-
tuum , Deo ipſorum. 6. *In die illâ*
reddam duces Juda , ut ollam arden-
tem lignis impoſitam , & ut ignitas
faces in manipulis , devorabuntque
ad dexteram & ad ſiniſtram omnes
gentes vicinas , & adhuc Jeruſalem
tranquillè habitabitur cum pace. 7. *Et*
Dominus ſervabit primùm tentoria
Judæ , ne extollatur gloria domûs
David , & gloria Jeruſalem habita-
toris contra Judam. 8. *In die illâ*
proteget Dominus Jeruſalem habita-
tores , & qui apud eos ceciderat , in
die illâ videbitur eis , ut David ;
domus David ut Deus , ut Angelus
Domini. 9. *Ego autem in die illâ mul-*
ta movebo , ut perdam omnes popu-
los , qui contra Jeruſalem venerint.
10. *Et effundam in domum David &*
in Jeruſalem habitatores ſpiritum
gratiæ & precum , ut aſpiciant quem
transfixerunt , & de eo plangant , ut
de primogenito filio plangitur , ut
amaro animo ſint , velut ſuper filio
primogenito. 11. *In die illâ augebi-*
tur fletus in Jeruſalem , ut fletus
Adadremmon in campo Mageddon. 12. *Et planget terra per familias ſepa-*
ratas ; nimirum familia domûs David ſeparatim , cum mulieribus ſepara-
tis ; familia domûs Nathan ſeparatim cum mulieribus ſeparatis ; 13. *Fami-*
lia domûs Levi ſeparatim , cum mulieribus ſeparatis ; familia Semei ſepa-
ratim , cum mulieribus ſeparatis ; 14. *Cæteræque omnes familiæ ſeparatæ ,*
cum mulieribus ſeparatis.

יהוה • אכה כל סוס בתמהון ורכבו
בשגעון • ועל בית יהודה אפקח את
עיני • וכל סוס העמים אכה בעורון ׃
5. ואמרו אלפי יהודה בלבם •
אמצה לי ישבי ירושלם ביהוה
צבאות אלהיהם ׃ 6. ביום ההוא
אשים את אלפי יהודה ככיור אש
בעצים וכלפיד אש בעמיר • ואכלו
על ימין ועל שמאול את כל העמים
סביב • וישבה ירושלם עוד תחתיה
בירושלם ׃ 7. והושע יהוה את
אהלי יהודה בראשנה • למען לא
תגדל תפארת בית דויד ותפארת
ישב ירושלם על יהודה ׃ 8. ביום
ההוא יגן יהוה בעד יושב ירושלם •
והיה הנכשל בהם ביום ההוא
כדויד • ובית דויד כאלהים כמלאך
יהוה לפניהם ׃ 9. והיה ביום ההוא
אבקש להשמיד את כל הגוים
הבאים על ירושלם ׃ 10. ושפכתי
על בית דויד ועל יושב ירושלם
רוח חן ותחנונים • והביטו אלי את
אשר דקרו • וספדו עליו כמספד על
היחיד • והמר עליו כהמר על
הבכור ׃ 11. ביום ההוא יגדל
המספד בירושלם כמספד הדדרמון
בבקעת מגדון ׃ 12. וספדה הארץ
משפחות משפחות לבד • משפחת
בית דויד לבד ונשיהם לבד •
משפחת בית נתן לבד ונשיהם
לבד ׃ 13. משפחת בית לוי לבד
ונשיהם לבד • משפחת השמעי
לבד ונשיהם לבד ׃ 14. כל
המשפחות הנשארות משפחת
משפחת לבד ונשיהם לבד ׃

2. כף רעל , *vas ſoporis ;* quam ſimilitudinem Prophetæ ſæpe uſurpant. Non placet illud *ſuperliminare*

ſuperliminare crapulæ, quod Vulgatus, id eſt oſtium popinæ, ubi homines inebriantur; quia non ſivit Deus hoſtes Jeruſalem intrare in hanc popinam, neque adeò in eâ inebriari; ſed eos contra pepulit Jeruſalem & ex universâ ditione Judæorum. ...יהיה : Lege והיה, *& erit*, ne abſit nexus membrorum. Sic lego in duobus Codicibus Orat. Fuit Juda cum iis, qui Jeruſalem obſederunt, quo tempore impii homines emebant Sacerdotium à regibus Græcorum, & ad eorum exercitum ſe adjungebant cum aliis multis hominibus facinoroſis; hæc narrantur in Libris Machabæorum, quorum bella & victorias hîc prædicit Zacharias.

5. אמצה לי ישבי : Arias, *robur mihi, habitatores Jeruſalem*; tali ſolecismo Latino, quali Hebraico. Nam, cùm loquantur אלפי, *duces* (*Juda*,) dicendum eis fuiſſet *nobis*, non *mihi*. Veteres evitant mendum לי ישבי, quod natum eſt ex verâ ſcripturâ לישבי, (*fortitudo acceſſit*) *habitatoribus*.

6. בירושלם : Omnino ſcriptum fuerat בשלום, *cum pace*; hæc enim verba, *Jeruſalem habitabitur in Jeruſalem*, cortex ſunt ſine medullâ; quod quia vidit Chaldæus, poſuit *proſperabitur Jeruſalem*, divinans, non interpretans.

7. על יהודה, *contra Judam*. Difficile eſt intelligere, quomodò poſſent gloriari domus David & Jeruſalem *contra Judam*, ſi *Juda* eſt populus Juda, quandoquidem de eo populo erant domus David & Jeruſalem habitatores. Anteà vidimus *tentoria Judæ*; nunc *contra Judam*; idem *Juda* utrobique agitur. Si dicas *tentoria Judæ* & *Judam*, eſſe *pagos*, in oppoſitione cum urbe Jeruſalem, ne ſic quidem explicabis, cur non eſſet gloriandum urbi Jeruſalem contra pagos, cùm & pagi & urbs eandem ſalutis cauſam habuerint in Machabæis. Una ſolutio videtur eſſe, nominari ipſum Judam Machabæum, cujus tentoria Deus protexit, ne gloriaretur, vel Tribus Judæ, vel familia David contra Judam Machabæum patriæ ſuæ liberatorem, & ut deſinerent contentiones de imperandi prærogativâ, quæ tum fortè erant inter reliquias familiæ David & familiam Levi, ex quâ natus erat Judas Machabæus. Non alienum eſt ab conſuetudine Prophetarum, ut nominetur *Judas*, tanquam perſona inſignis, quomodò fuit nominatus apud Iſaiam *Cyrus*.

8. הנכשל בהם... כדויד, *qui ceciderat in eis, quaſi David*, cùm cecidiſſe videbatur coram Saüle, & abſcondere ſe in montibus & in cavernis cogebatur. ...ובית דויד כאלהים, *& domus David, ut Deus*. Maluimus convertere, *ut Deus*, quàm *ut Dei*, quanquam ita Vulgatus; quia nulla ſimilitudo apparet inter *domum*, ſeu familiam, *David*, & *Dei* domum, ſive Templum, & quia כאלהים, ejuſdem caſûs eſt, atque כמלאך, quod ultimum vocabulum eſt recti caſûs. Non explicant Interpretes, qualis fuerit ille ſplendor domûs David, dum Machabæi cum Græcis bellabant, quia de Hiſtoriâ Machabæorum nihil nunc habemus, præter breve compendium. Fortè innuit Propheta, Principes, qui tunc erunt de familiâ David, præclara facinora facturos, in bello Machabæorum contra Græcos. Quanquam ne id quidem placet, cùm Machabæi haberent præcipuam belli laudem. Credibilius eſt tranſire Zachariam ex ſtatu ultimo Judæorum ante adventum primum Meſſiæ, ad ſtatum eorum ante ultimum ejuſdem adventum; quippe in eum ſtatum conveniunt hæ promiſſiones, *effundam in domum David ſpiritum gratiæ & precum*, & quæ ſequuntur. Judæi vocantur *domus David*, quomodo ipſe Meſſias David nominatur. Tunc Judæi aſpecturi ſunt eum, quem *transfixerunt*, & plancturi planctu magno, eò quòd regem ſuum morti dederint, eo ritu, quem Propheta hîc deſcribit.

10. והמר : Lege והמרו, *& amari erunt*, vel *in amaritudine erunt*; nam anteceſſit numerus pluralis ספדו, *plangent*. ...דקרו, *transfixerunt*. Citat hunc locum Joanes Apoſt. de verbo *transfixerunt*, non de verbo *aſpicient*; nam verbo *aſpicient*, adjungitur *plangent*, nec tum, cùm hæc ſcribebat, planxêre univerſi Judæi per familias ſingulas. ...הביטו אלי, *aſpicient ad*... אלי melius tollitur, quàm relinquitur; & videtur malè iteratum ex את, quod ſequitur. Itaque non rectè Vulgatus, *aſpicient ad me*, ut videre licet ex עליו, *ad eum*, perſonæ tertiæ.

CAPUT XIII.

Erit fons patens in domo David; delebuntur & Idola & falsi prophetæ...; percutiam pastorem, & dispergentur oves. Erunt in orbe duæ partes, quæ peribunt; tertia probabitur, ut in fornace aurum, & erit populus Dei.

1. In die illâ erit fons patens domui David, & Jerusalem habitatoribus ad expiationem peccati & muliebris immunditiæ. 2. Atque eâdem die ego eripiam de terrâ nomina idolorum, dicit Dominus exercituum, neque adhuc in memoriâ erunt. Ego etiam ex terrâ exterminabo & prophetas & spiritum immundum. 3. Quòd si quis adhuc vaticinatus fuerit, dicent ei pater & mater ejus, qui eum genuerunt; tu non vives, quia mendacium in nomine Domini locutus es, pungentque eum pater & mater ejus, qui eum genuerunt, quia vaticinatus fuerit. 4. In die illâ prophetæ erubescent de suâ quisque visione, postquam vaticinatus fuerit, neque adhuc pallium induent villosum, ut mentiantur. 5. Atque hæc dicent: ego non sum propheta; ego homo agricola; emit enim me herus jam inde ab adolescentiâ meâ. 6. Et cùm dicetur ei: quid sunt plagæ istæ in manibus tuis, ille respondebit; his plagis ego affectus sum in domo eorum, qui me diligebant. 7. Exorere, gladie, adversùs pastorem meum, & adversùs virum, qui meus proximus est, dicit Dominus exercituum. Percutiam pastorem, & dispergentur oves; posteà manum meam in parvulos reducam; 8. Et hæc erunt in omni terrâ, dicit Dominus; partes duæ de medio tollentur, & deficient; tertia pars in eâ relinquetur. 9. Eam autem

1. ביום ההוא יהיה מקור נפתח
לבית דויד ולישבי ירושלם לחטאת
ולנדה : 2. והיה ביום ההוא · נאם
יהוה צבאות · אכרית את שמות
העצבים מן הארץ · ולא יזכרו עוד ·
וגם את הנביאים ואת רוח הטמאה
אעביר מן הארץ : 3. והיה כי
ינבא איש עוד · ואמרו אליו אביו
ואמו ילדיו · לא תחיה · כי שקר
דברת בשם יהוה · ודקרהו אביהו
ואמו ילדיו בהנבאו : 4. והיה
ביום ההוא יבשו הנביאים איש
מחזינו בהנבאתו · ולא ילבשו אדרת
שער למען כחש : 5. ואמר · לא
נביא אנכי · איש עבד אדמה אנכי ·
כי אדם הקנני מנעורי : 6. ואמר
אליו · מה המכות האלה בין ידיך ·
ואמר · אשר הכיתי בית מאהבי :
7. חרב עורי על רעי ועל גבר
עמיתי · נאם יהוה צבאות · הך את
הרעה ותפוצין הצאן · והשבתי ידי
על הצערים : 8. והיה בכל הארץ ·
נאם יהוה · פי שנים בה יכרתו
יגועו · והשלישית יותר בה : 9.
והבאתי את השלישית באש ·
וצרפתים כצרף את הכסף · ובחנתים
כבחן את הזהב · הוא יקרא בשמי
ואני אענה אתו · אמרתי עמי הוא ·
והוא יאמר יהוה אלהי :

tertiam partem ego in ignem inducam, & purgabo eos, ut purgatur argentum; explorabo eos, ut aurum exploratur; hæc pars nomen meum invocabit, & ego exaudiam eam, dicamque: hic populus meus est; & hæc dicet: Dominus est Deus meus.

---

1. ביום ההוא, *in die illâ.* Pergit Propheta vaticinari de ultimo reditu Judæorum, apud quos erit fons apertus lustralium aquarum, sive expiatio peccatorum proposita omnibus per novæ Legis Sacramenta. Difficile est, hanc vaticinationem intelligere de temporibus, quæ fluxerunt post Machabæos usque ad Christum natum; iis enim temporibus nondum pulsus erat *spiritus immundus*, nondum prophetæ falsi exterminati, nondum castigati eo modo, qui describitur versu 3. Neque hæc accomodari possunt ad Judæorum Reipublicæ tempora, quæ Christum Dominum proximè sequuta sunt, donec Romani everterent Judæorum & Rempublicam & Religionem; nam fuerunt iis temporibus multi prophetæ, qui impunè mentiti sunt, nedum castigarentur, & à patribus matribusque infamiæ notâ inurerentur. Supersunt igitur tempora una reditûs ultimi Judæorum, quandoquidem usque ad hæc tempora nulla erit Respublica Judæorum, nulla *Jerusalem*, in quâ reperiantur aquæ lustrales.

3. כי שקר דברת בשם יהוה, *quia falsa locutus es in nomine Domini.* Ex his verbis colligitur, eos tantùm Prophetas exterminatum iri, qui se haberi volent ut Prophetas veræ Religionis, quia nimirum ex illis tantùm periculum est, ne homines in errorem inducantur. ...ודקרהו: Lege, ודקרוהו, *& transfigent eum*, ut lego in Codice Orat. 42. *transfigent* autem, vel *pungent*, ad ignominiam sceleris, non ad mortem, ut liquet ex versu 6.

5. איש...אדם, Hæc duo sic distinguenda sunt, ut *Ps. 49. v. 3.* Propheta falsus qui hæc loquitur, nominat se איש, eum autem à quo emptus est, אדם; quia notat אדם, hominem divitem, qui *prædium* (אדמה) possidebat; איש, autem *pauperem*, qui nihil habebat præter suum corpus suamque industriam. Exhibet se ipsum falsus propheta, ut exuens simulationem, nec jam se venditans, ut prophetam, mendaciisque victum quæritans, quia hæc futura est ultimorum confessio Prophetarum, ad sanandam plebis Judaicæ credulitatem. Vulgatus, pro הקנני, *emit me*, ponit *exemplum meum*, quia legit חקנני, per *Heth*, ex חקה, *notâ signare*, ut observat Drusius.

6. בית מאהבי, *in domo eorum qui me diligebant*, nimirum patris & matris, qui me hâc notâ inusserunt, quia egi falsum Prophetam; vide versum 3.

7. חרב עורי, *exorere, gladie.* Nunc orditur Propheta vaticinationem de Christo patiente & de nascente Ecclesiâ Christianorum. ...על רעי ועל גבר עמיתי, *adversus pastorem meum & virum qui proximus meus est*; nihil tàm proximum Deo, quàm Dei filius, de quo hæc dicta fuisse docet Matthæus Apostolus. ...הך את הרעה, *percute pastorem*; melius אך, *percutiam*, ut legit Evangelista; nam sequitur והשבתי, *& reducam*, primâ personâ, quæ respondet primæ אך, *percutiam*. Itaque rectè Arabs אצרב, *percutiam*, cùm fortè legeret παλάξω apud Græcos Intt. quanquam hodie legitur παλάξατε, *percutite*. ...על הצערים, (*& reducam manum meam*) *ad parvulos*; hoc est, ad eam tertiam populi partem quæ exploranda est, ut in fornace aurum. Tertia pars illa est, quæ *invocat nomen Domini*; itaque rectè colligitur duas alias partes Judaicæ gentis, quæ perituræ erant, esse eos Judæos, qui Evangelium non susceperunt, quos Romani occiderunt; nam de tertiâ parte dicitur, *invocabit nomen meum*, in oppositione cum partibus duabus. De illâ autem tertiâ parte multi Judæi, qui Evangelio crediderant, ab Evangelio posteà defecêre, ut, cùm probatur argentum, multæ argenti partes in scoriam evadunt, nec pro argento reputantur; itaque relinquitur Judæorum numerus sanè exiguus, qui in Evangelii fide mansuri sint; atque id eventus comprobavit, ut videre licet in Actibus Apostolorum.

CAPUT XIV.

Congregabo gentes contra Jeruſalem, & pugnabo cum eis... ſtatuam pedes meos in monte olivarum, qui ſcindetur in duas partes... Exibunt de Jeruſalem aquæ perennes. Si qua gens non veniet Jeruſalem, Deum adoratura, non erunt ſuper eam imbres.

1. *En venit dies, cùm Dominus*
in medio tui ſpolia tua dividet.
2. *Ego enim congregaturus ſum ad*
Jeruſalem omnes gentes ad prœliandum. Urbs expugnabitur, expilabuntur ædes, mulieres violabuntur; migrabit captiva dimidia pars civitatis; cætera plebs de urbe non auferetur. 3. *Quippe egredietur Domi-*
nus & pugnabit pro illis gentibus, ut
pugnari ſolet in die certaminis. 4. *Et*
ſtabunt pedes ejus, per eum diem, in monte olivarum, qui oppoſitus eſt urbi Jeruſalem ad orientem; ſcindetur mons olivarum mediâ ſui parte ad orientem, & alterâ mediâ parte ad occidentem, fietque maxima vallis; deinde media pars montis movebitur ad aquilonem, media ad meridiem.
5. *Intereà in vallem montium confugietis; (nam vallis montium erit verſùs Azal:) fugietis autem, ſicut fugiſtis, præ terræ motu, in diebus Oziæ, Regis Juda, & veniet Dominus Deus meus, & omnes ſancti ejus cum eo.* 6. *In die autem illâ*
non erit ignis, ſed frigus & gelu.
7. *Erit dies ille ſingularis, qui co-*
gnitus Domino eſt; non erit in eo
poſt diem nox; nam tempore veſper-
tino lux exorietur. 8. *Eodem tempo-*
re exibunt de Jeruſalem aquæ peren-

1. הנה יום בא ליהוה · וחלק
שללך בקרבך : 2. ואספתי את
כל הגוים אל ירושלם למלחמה ·
ונלכדה העיר · ונשסו הבתים ·
והנשים תשגלנה · ויצא חצי העיר
בגולה · ויתר העם לא יכרת מן
העיר : 3. ויצא יהוה ונלחם בגוים
ההם כיום הלחמו ביום קרב : 4.
ועמדו רגליו ביום ההוא על הר
הזיתים אשר על פני ירושלם
מקדם · ונבקע הר הזיתים מחציו
מזרחה וימה גיא גדולה מאד · ומש
חצי ההר צפונה וחציו נגבה : 5.
ונסתם גיא הרי · כי יגיע גי הרים
אל אצל · ונסתם כאשר נסתם
מפני הרעש בימי עזיה מלך יהודה ·
ובא יהוה אלהי כל קדשים עמך :
6. והיה ביום ההוא לא יהיה אור
יקרות יקפאון : 7. והיה יום אחד ·
הוא יודע ליהוה · לא יום ולא לילה ·
והיה לעת ערב יהיה אור : 8. והיה
ביום ההוא יצאו מים חיים מירושלם ·
חצים אל הים הקדמוני · וחצים אל
הים האחרון · בקיץ ובחרף יהיה :
9. והיה יהוה למלך על כל
הארץ · ביום ההוא יהיה יהוה אחד
ושמו אחד : 10. יסוב כל הארץ
כערבה מגבע לרמון נגב ירושלם ·
וראמה וישבה תחתיה למשער
בנימן עד מקום שער הראשון
עד שער הפנים ומגדל חננאל
עד יקבי המלך : 11. וישבו בה ·
וחרם

nes, quarum dimidia pars ibit ad
mare orientale, dimidia altera ad
mare occidentale, ut æſtate, ita &
hyeme. 9. *Eodem tempore Dominus*
rex erit in univerſâ terrâ, eritque
unus Dominus, & unum nomen ejus.
10. *Et circùm ambiet univerſam ter-*
ram, velut planitiem, à Gabaa uſ-
que ad Remmon ad meridiem Jeru-
ſalem, quæ excelſa erit, & ſtabit
firmiter, à portâ Benjamin uſque ad
locum portæ prioris, quæ porta eſt
angulorum, & à turri Hananeel, uſ-
que ad regis torcularia. 11. *Et habi-*
tabunt in eâ, neque enim adhuc obno-
xia erit anathemati; Jeruſalem tutè
habitabitur. 12. *Hæc autem plaga*
erit, quâ Dominus afficiet omnes gen-
tes, quæ contra Jeruſalem bellave-
rint; caro eorum tabeſcet, quamvis
ſtabunt in pedes ſuos; oculi eorum
tabeſcent in ſuis foraminibus; lingua
eorum tabeſcet in ore ipſorum; 13. *Et*
exiſtet à Domino, in illâ die, ma-
gna perturbatio apud eos; nam homo
hominem apprehendet, & manus
unius adhærebit ad manum alterius.
14. *Etiam Juda pugnabit pro Jeru-*
ſalem, & coacervabit divitias om-
nium gentium vicinarum, aurum &
argentum, & veſtes admodùm mul-
tas. 15. *Similis erit huic plagæ plaga*
& equi & muli & cameli & aſini, om-
niumque jumentorum, quæ in illis
caſtris fuerint. 16. *Omnes autem qui*
ſuperſtites erunt de illis gentibus,
quæ contra Jeruſalem venerint, aſ-
cendent ſingulis annis ad adorandum
regem Dominum exercituum, & ad
celebrandum feſtum Tabernaculorum. 17. *Et quæcunque terræ familiæ no*
aſcenderint in Jeruſalem, ad adorandum regem Dominum exercituum, ſu
per eas non exiſtent imbres. 18. *Si non veniet familia Ægyptiorum, ſupe-*
eos erit plaga, quâ Dominus afficiet gentes, quæ non venerint ad cele-

וחרם לא יהיה עוד · וישבה
ירושלם לבטח : 12. וזאת תהיה
המגפה אשר יגף יהוה את כל
העמים אשר צבאו על ירושלם ·
המק בשרו · והוא עמד על
רגליו · ועיניו תמקנה בחריהן ·
ולשונו תמק בפיהם : 13. והיה
ביום ההוא תהיה מהומת
יהוה רבה בהם · והחזיקו איש יד
רעהו · ועלתה ידו על יד רעהו :
14. וגם יהודה תלחם בירושלם ·
ואסף חיל כל הגוים סביב זהב
וכסף ובגדים לרב מאד : 15. וכן
תהיה מגפת הסוס הפרד הגמל
והחמור וכל הבהמה אשר יהיה
במחנות ההמה כמגפה הזאת :
16. והיה כל הנותר מכל הגוים
הבאים על ירושלם ועלו מדי שנה
בשנה להשתחות למלך יהוה צבאות
ולחג את חג הסכות : 17. והיה
אשר לא יעלה מאת משפחות
הארץ אל ירושלם להשתחות למלך
יהוה צבאות · ולא עליהם יהיה
הגשם : 18. ואם משפחת מצרים
לא תעלה ולא באה · ולא עליהם
תהיה המגפה אשר יגף יהוה את
הגוים אשר לא יעלו לחג את חג
הסכות : 19. זאת תהיה חטאת
מצרים וחטאת כל הגוים אשר לא
יעלו לחג את חג הסכות : 20.
ביום ההוא יהיה על מצלות הסוס
קדש ליהוה · והיה הסירות בבית
יהוה כמזרקים לפני המזבח : 21.
והיה כל סיר בירושלם וביהודה
קדש ליהוה צבאות · ובאו כל
זבחים · ולקחו מהם ובשלו בהם ·
ולא יהיה כנעני עוד בבית יהוה
צבאות ביום ההוא :

brandum festum Tabernaculorum. 19. *Hæc erit pœna peccati Ægyptiorum; hæc eadem omnium gentium, quæ non venerint ad celebrandum festum Tabernaculorum.* 20. *In die illâ fræna equorum inscripta erunt* SANCTUM DOMINO, *& lebetes in domo Juda sic erunt, ut phialæ ante altare.* 21. *Etenim omnes lebetes in Jerusalem & in Juda dicatæ erunt Domino exercituum, venientque omnes sacra facturi, & de illis sument, & in eis coquent; neque in die illâ erit adhuc mercator in domo Domini exercituum.*

---

2. תשגלנה, *violabuntur.* Masora vult ut legatur תשכבנה; de quâ ejus emendatione vide quæ diximus ad *Deut. cap. 28. v. 30.* ...לא יכרת מן העיר, *non delebitur ex urbe* (*Jerusalem.*) Si illi, qui post urbem expugnatam superstites erunt, non delebuntur ex urbe, ergo ipsa urbs non delebitur, atque adeò hæc vaticinatio non spectat ad obsidionem urbis Jerosolymæ ab exercitu Romanorum factam, cùm constet Jerosolymam tum fuisse deletam. Vellet Edm. Calmet ut sic interpretaremur, *reliqua pars populi urbis non delebitur;* non sic licet, quia מן העיר, significat, *ex urbe*, non *urbis*, pertinetque ad verbum יכרת, non ad nomen העם, *populi.* Ergo hæc relinquenda sunt ad tempora reditûs Judæorum, ut & cæteræ hujus capitis vaticinationes, quas novi Interpretes frustra accommodare volunt ad obsidionem Jerosolymæ per Titum factam.

4. רגליו, *pedes ejus*, יהוה, *Domini*, qui stabit in monte olivarum, cùm scindetur in duas partes, relictâ valle intermediâ, & cùm pars una ibit ad aquilonem, altera ad meridiem. Existimat Edm. Calmet, notari per similitudinem incisiones montis olivarum, quas Romani fecerunt, ut ex eo materias haberent ad urbis obsidionem, quomodò aliquando Prophetæ dicunt, montes commoveri, subsilire; nec videt non esse ista similia. Ducuntur similitudines orationis ex rebus naturalibus, non ex iis, quæ naturam superant. Est autem supra naturam, ut mons ita dissiliat, ut inter duas partes quæ dissiluêre, maximam vallem relinquat; est multò magis, ut pars una montis moveatur ad aquilonem, altera ad meridiem. Ergo prænuntiantur, hoc loco, res ipsæ, non rerum similitudines. Quòd si Propheta nihil aliud prædiceret, quàm effossiones in monte, & humi ejectiones, non-ne de eo id verè dici posset, *quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?* Prædicuntur miracula, quæ prope Jerusalem conspicienda sunt in ultimo reditu Judæorum.

5. גיא הרי, *vallem montium*, sive quæ relicta fuerit inter duos montes; legendum הרים, ut posteà, statu absoluto, & in duali. ...אצל, *Atsal*, nomen proprium. Sic forsan vocabitur locus, quò fuga tuta dabitur. ...עמך, *tecum;* lege עמו, *cum eo* (*Domino.*) Ita legunt omnes Veteres, ne Chaldæo quidem excepto. Propterea non dubium est, errare Grammaticos novos, qui huc adducunt personæ Enallagen: vide dicta ad *Deut. cap. 33. v. 3.*

6. יקרות יקפאון: Rectè Masora, וקפאון, *& gelu;* sed legendum etiam וקרות, vel כי קרות, *quia frigus.* Nam יקרות, vellet *pretiosa*, non *frigus.* Quomodò hæc sint implenda, tum scietur, cùm veniet tempus rei implendæ; nam prænuntiatur res ipsa, non rei similitudo, ut Edm. Calmet visum est. Gaudium & res prosperæ notari solent ex similitudine lucis; adversæ res, ex tenebrarum; non item prosperæ ex caloris, vel *ignis;* adversæ, ex *frigoris ac gelu.*

8. ובחרף יהיה, *& hyeme erit.* Abjiciendum יהיה, quod fuit malè geminatum, vel ex verbis sequentibus, והיה יהוה, vel ex יהיה, quod jacet in lineâ inferiore. Syrus non videtur illud legisse. Certè legendum esset יהיו, ut id concordaret numero cum מים, *aquis.* Sed parùm commodè יהיו; nam si quod verbum iterandum esset, iteraretur יצאו, quod antecessit. Etiam hîc intelligendæ sunt *aquæ*, in re, non in similitudine, aquæ baptismatis, aut Doctrina Christiana. Nam *aquæ* exeunt tantùm ad orientem & *ad occidentem*, cùm contrà Evangelicæ aquæ exierint in quatuor mundi partes.

10. יסוב: Potius ומוב, ut fert unus Codex Reg. vel ויסוב: Non omittit Syrus nexum ו, ut neque Vulgatus. *Ambiet* Deus *terram* (*à Gabaa usque ad Remmon*,) non autem *urbem*, ut credidit Edm. Calmet, qui quidem dicit nunquam visum iri urbem tantam, quanta hîc Jerusalem describitur, quasi Gabaa, quæ urbs ab Jerusalem 6000. passibus distabat, in ambitu murorum contineretur. Cætera pars hujus versûs intelligi videtur de Jerusalem ipsâ urbe novâ, quam Judæi instauraturi sunt; nam vix capiunt allegoriam *loca suburbana*, & *portæ*, ac *turres* & *torcularia*, quæ hîc describuntur. Imò ex nominibus propriis, quæ hîc leguntur, colligi potest Jerusalem novam fore olim ejusdem ambitûs ac priorem. ...וראמה: Lege, ורומה, *& excelsa erit.*

11. וחרם לא יהיה עוד, *& anathema non erit ampliùs.* Hæc verba demonstrant, nomine *Jerusalem* notari ipsam urbem Jerusalem, non autem Ecclesiam in typo Jerusalem; nam cadere in Ecclesiam non potest, ut aliquandò fuerit sub anathemate.

12. המק בשרו, *caro ejus tabescet.* Adhuc frustra hæc accommodare quidam volunt ad Eccle-

ſiæ Perſecutores, quorum quidam conſumpti vermibus expirârunt; neque enim illi Eccleſiæ Tyranni *ſtabant in pedes ſuos*, ſed in lecto decumbebant, dum à vermibus conſumebantur.

14. וגם יהודה תלחם בירושלם, *etiam Juda pugnabit pro Jeruſalem*, non autem *contra Jeruſalem*; vide verſum 3. Hoc vult *etiam*: non tantùm Dominus pugnabit, ſed etiam Juda.

18. ולא עליהם: Omnino delendum לא, quod fuit malè iteratum ex ולא priore, ut ſit ועליהם, *& ſuper eos*, תהיה המגפה, *erit plaga*. Ita legunt & convertunt Græci Intt. quos vide in Polyglottis.

20. הסירות בבית יהוה, *lebetes in domo Domini* (*erunt ut phialæ.*) Nihil novum diceret Propheta, ſi hæc diceret; nam lebetes erant ejuſdem conditionis, ac phialæ in domo Domini, utræque Deo ſacratæ. Sed, cùm ſubjungat Propheta, *omnes lebetes in Jeruſalem & in Juda erunt ſacræ Domino*, oſtendit ſe anteà dixiſſe, omnes lebetes, *in domo Juda* (בבית יהודה, non autem בבית יהוה:) nam ſententia poſterior explicat priorem, docens nihil non fore Deo ſacrum in Jeruſalem & in Juda; itaque omnia vaſa Judæ ejuſdem fore ſanctitudinis, atque ipſa vaſa Templi.

מלאכי

MALACHIAS.

CAPUT I.

Jacob dilexi, Esaü odio habui... Si ego pater, ubi est honor meus? si Dominus, ubi timor mei? Non placent mihi victimæ vitiosæ. In omni loco offertur nomini meo thus & munus mundum.

1. *Onus verbi Domini super Israel,*
per Malachiam. 2. *Ego dilexi vos, di-*
cit Dominus; vos autem dicitis: quâ
in re tu nos dilexisti? Non-ne erat Esaü
frater Jacob, dicit Dominus; & ta-
men dilexi Jacob, 3. *Esaü autem*
odio habui, montesque ejus solitudi-
nem feci, & hæreditatem ejus habita-
tiones deserti? 4. *Si dixerit Idu-*
mæa: nos quidem destructi sumus,
sed quæ destructa sunt rursum ædifi-
cabimus; hæc dicit Dominus exer-
cituum: illi ædificabunt, ego autem
destruam, & nomen eis dabitur, fi-
nes impietatis, & populus cui Domi-
nus iratus est in perpetuum. 5. *Oculi*
vestri hæc videbunt, & dicetis: Do-
minus pro finibus Israel magnificè
egit. 6. *Filius honorat patrem & ser-*
vus Dominum suum; si igitur ego

1. משא דבר יהוה אל ישראל
ביד מלאכי ׃ 2. אהבתי אתכם ·
אמר יהוה · ואמרתם · במה אהבתנו ·
הלוא אח עשו ליעקב · נאם יהוה ·
ואהב את יעקב ׃ 3. ואת עשו
שנאתי · ואשים את הריו שממה
ואת נחלתו לתנות מדבר ׃ 4. כי
תאמר אדום · רששנו ונשוב ונבנה
חרבות · כה אמר יהוה צבאות ·
המה יבנו ואני אהרוס · וקראו להם
גבול רשעה והעם אשר זעם יהוה
עד עולם ׃ 5. ועיניכם תראינה ·
ואתם תאמרו · יגדל יהוה מעל
לגבול ישראל ׃ 6. בן יכבד אב
ועבד אדניו · ואם אב אני איה
כבודי · ואם אדונים אני איה מוראי ·
אמר יהוה צבאות לכם הכהנים
בוזי שמי · ואמרתם במה בזינו את
שמך ׃ 7. מגישים על מזבחי
לחם מגאל · ואמרתם במה גאלנוך ·

ſum pater, ubi eſt honor meus? Si
ego Dominus, ubi timor mei, dicit
Dominus exercituum vobis ipſis ſa-
cerdotibus, qui temnitis nomen
meum, & dicitis; quâ in re nos tem-
nimus nomen tuum? 7. *Qui affertis*
ad altare meum pollutum panem, &
dicitis; quâ in re nos te inhoneſtamus?
In eo quòd dicitis, menſa Domini
contempta eſt; 8. *Et cùm cæcum*
affertis ad ſacrificium, non hòc ma-
lum videtur; vel cùm claudum, aut
ægrum adducitis, neque hoc malum.
Offer verò illud principi tuo; an pro-
pitius erit tibi, vel rationem tui ha-
bebit, dicit Dominus exercituum?
9. *Nunc igitur orate Dominum, ut*
placabilis fiat, quandoquidem id vo-
bis facile videtur. An rationem veſtri
habebit, dicit Dominus exercituum.
10. *Imò verò propter vos fores clau-*
dentur, ne ignem vos in altari meo
inutiliter accendatis. Nihil mihi pla-
cet in vobis, dicit Dominus exerci-
tuum, nec acceptum mihi erit de ma-
nu veſtrâ munus. 11. *Etenim ab ortu*
ſolis uſque ad occaſum ejus, ma-
gnum eſt nomen meum in gentibus,
& in omni loco incenſum nomini meo affertur & munus mundum, quia ma-
gnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. 12. *Sed*
vos illud inhoneſtatis, cùm dicitis, menſa Domini polluta eſt; cibi etiam
ejus ſunt comtemptibiles. 13. *Et cùm dicitis; abi hinc procul, & hæc*
repudiatis, dicit Dominus exercituum, & poſteà vel ereptum, vel claudum,
vel ægrum introducitis, ut munus ejus adducatis. Ego-ne illud acceptum
habebo de manibus veſtris, dicit Dominus? 14. *Etenim maledictus eſt de-*
ceptor, qui, cùm habeat in grege ſuo pecus validum, deinde voto facto,
immolat Domino ægrotum. Ego enim ſum rex magnus, dicit Dominus
exercituum, & nomen meum terribile eſt apud gentes.

באמרכם שלחן יהוה נבזה הוא :
8. וכי תגישון עור לזבח אין רע ·
וכי תגישו פסח וחלה אין רע ·
הקריבהו נא לפחתך הירצך או
הישא פניך · אמר יהוה צבאות :
9. ועתה חלו נא פני אל ויחננו ·
מידכם היתה זאת · הישא מכם
פנים · אמר יהוה צבאות : 10. מי
גם בכם ויסגר דלתים ולא תאירו
מזבחי חנם · אין לי חפץ בכם · אמר
יהוה צבאות · ומנחה לא ארצה
מידכם : 11. כי ממזרח שמש
ועד מבואו גדול שמי בגוים · ובכל
מקום מקטר מגש לשמי ומנחה
טהורה · כי גדול שמי בגוים · אמר
יהוה צבאות : 12. ואתם מחללים
אתו באמרכם · שלחן יהוה מגאל
הוא · וניבו נבזה אכלו : 13.
ואמרתם הנה מתלאה · והפחתם
אותו · אמר יהוה צבאות · והבאתם
גזול ואת הפסח ואת החולה ·
והבאתם את המנחה · הארצה אותה
מידכם · אמר יהוה : 14. וארור
נוכל · ויש בעדרו זכר ונדר וזבח
משחת לאדני · כי מלך גדול אני ·
אמר יהוה צבאות · ושמי נורא
בגוים :

---

3. ואת עשו שנאתי, *Eſaü autem odio habui.* Nos ipſum verbum retinemus, quia legitur ἐμίσησα, *odio habui* apud Apoſt. Paulum *Rom. cap. 9.* quod quidem, in oppoſitione cum *dilexi*, idem valet atque, *minùs dilexi*, ſive præſtiti benevolentiam minorem, cùm dedi Eſaii ejuſque poſteris montes deſertos, Jacob autem ejuſque filiis terram lac & mel manantem;

quippe donorum ſuorum Deus eſt ſupremus arbiter : quam ſententiam Paulus accommodat ad materiam ſuam, probans ab hoc exemplo, Deum cujus velit, miſereri, & quem velit, indurare. ...לתנות, *in habitationes ;* ita Græci Intt. εἰς δώματα, verbum parallelum verbo שממה. Sic ferè Symmachus, hoc loco, ἀνεπίβατα, *inacceſſa ;* minùs rectè Vulgatus, *dracones.*

5. עיניכם תראינה, *oculi veſtri videbunt.* Alloquitur Propheta, non Idumæos ; nam ſuperiore verſu de illis vaticinabatur in perſonâ tertiâ (יבנו, *ædificabunt,*) ſed Iſraelitas, quos compellari docet titulus prophetiæ his verbis, אל ישראל, *ſuper Iſrael,* ut & reliquus verſus primus. ...יגדל, *magnificus fuit,* non *magnificetur ;* quia hoc verbo gratiæ aguntur de re jam factâ ; itaque hoc Futurum eſt in loco Præteriti, vel Præſentis, ut ſequente verſu יכבד, *honorat.*

6. אדונים : Lege אדניכם, *Dominus veſter,* cum Affixo, ut anteà legitur אדניו, *Dominum ſuum.* Mendum eſſe אדונים, plurale, declarat אני, ſingulare ; nec alibi legitur אדונים, de uno *Domino* dictum.

7. באמרכם, *in eo quod dicitis* (*menſa Domini contempta eſt.*) Idem *dicitis,* atque *cogitatis,* vel *vobis videtur ;* Prophetâ eos objurgante, quòd nullam altaris Dei reverentiam haberent, admitterentque omnis generis victimas, quanquam deformes, ut quàm plurimùm lucri facerent.

9. ויחננו מידכם, *& miſereatur noſtri, de manu veſtrâ...* Hæc non habent ſeriem, neque nexum ; habebunt, ſi leges, ויחנן, *ut placabilis fiat,* deinde כי בידכם, *quoniam in manu veſtrâ* (*illud eſt,* ſive *eſſe videtur.*) Ita Syrus, דבאידיכון, *quia in manu veſtrâ ;* etiam Græci Intt. ἐν χερσὶν ὑμῶν, cùm legerent בידכם. Negant avari Sacerdotes delectum habendum eſſe victimarum, dicuntque Deum propitium fore, oblatâ victimâ immundâ, ut & mundâ ; itaque eos provocat Propheta ad petendum ex Deo aliquod ſignum, ut experiantur, victimâ immundâ quid poſſint.

10. מי גם...ויסגר : Græci Intt. legunt, כי גם...יסגרו, *imò verò* (*fores*) *claudentur :* vide eos. Continuatur ſimilitudo ex principe ducta, qui ovem deformem pro tributo adductam repudiaret, & fores ſuas offerenti occluderet, nedum munus tale admitteret. Hanc ſententiam exhibet ſcriptura כי גם, *imò verò ;* nullam præ ſe fert מי גם, *quis etiam,* ut neque ויסגר, *& claudet,* ſi anteceſſit, *quis etiam.* Mox ſubditur, *ut non incendant altare meum fruſtra,* quia dictum fuit, *claudentur fores,* ne accedant ad altare.

12. וניבו, *& fructus ejus.* Non convenit *fructus* cum *altari,* de quo effertur Affixum ו. Itaque ſilent de eo *fructu* omnes Veteres. Vulgatus, *& quod ſuperimponitur,* ex Græcis, qui convertunt ἐπιτιθέμενα, qui quid legerint non divino. Addit Vulgatus, *cum igne,* quanquam *ignis,* in Paginâ Sacrâ non comparet. Nos, pro וניבו, credimus olim ſcriptum fuiſſe וגם, *imò etiam ;* ex quâ ſcripturâ fit planiſſima oratio : vide verſionem.

13. ואמרתם הנה מתלאה : Arias, *& dicitis, ecce defatigatio.* Non dicet meliùs, quiſquis tueri volet talem ſcripturam ; neque verò etiam meliùs Vulgatus, *ecce de labore ;* nam talis ſermo eſſet potiùs eorum, qui afferunt victimas ſacerdotibus, quàm Sacerdotum, qui eas repudiant, (והפחתם אתו, *& rejicitis eam.*) Vix dubitamus quin ſcripſerit Propheta, הגה מהלאה, *auſer procul,* Sacerdotibus ſic loquentibus ad eos, qui afferunt victimas quaſdam, quas repudiant. Simillima ſunt verba הנה מתלאה, verbis הגה מהלאה, ut non mirum ſit allucinatum fuiſſe Scribam.

14. זכר : Si interpreteris *mas,* ſeu *maſculum,* non id erit in oppoſitione cum משחת, *corruptum,* vel *ægrotum ;* quam oppoſitionem poſtulat ſeries, ut probè intellexit Gabriel Sionita, qui interpretatur דכרא, *arietem ſanum,* addens *ſanum* ad Syri Contextum. Nos, *validum,* quem ſignificatum petimus ex Arabico verbo זכר, *benè habuit* infans, *incrementum cepit.*

CAPUT II.

Pactum meum irritum fecerunt Sacerdotes ; reddam eos contemptos apud omnem populum. Juda uxores ducit alienigenas, cùm tamen Deus requirat ab eo ſemen Dei ; qui dimittit uxorem, retinet iniquitatem in ſuâ veſte abſconditam.

1. *Quapropter hoc ſtatuitur de vo-*
bis, ô Sacerdotes. 2. *Si non audietis,*
neque animo veſtro propoſueritis, ut
gloriam nomini meo tribuatis, dicit
Dominus exercituum, ego in vos im-
mittam egeſtatem, & maledicam be-
nedictionibus veſtris ; propterea eis
maledicam, quia non reſipiſcitis.
3. *En ego armum vobis erepturus*
ſum, & omaſum rejecturus in vultus
veſtros, hoc omaſum, quod offertur
in ſolemnitatibus veſtris, atque illud
vos ſecum abripiet ; 4. *Et ſcietis,*
me de vobis miſiſſe tale mandatum, ut
ſit in loco fœderis cum Levi, dicit
Dominus exercituum. 5. *Fuerat*
cum eo fœdus meum vitæ ac pacis,
atque hæc ego ei dederam, ut me
impensè vereretur, & ut ad nomen
meum paveret ; 6. *Ut in ore ejus*
eſſet lex veritatis, neque in labiis
ejus iniquitas deprehenderetur, ut
cum pace & æquitate mecum ingrede-
retur, & averteret multos ab iniqui-
tate ; 7. *Ut labia Sacerdotis cuſto-*
dirent ſcientiam, legemque ex ore
ejus inquirerent, quoniam Angelus
Domini exercituum ille eſt. 8. *Vos*
verò ex viâ declinâſtis, & cauſa ex-
ſtitiſtis cur in Lege multi offenderent ;
fœdus Levi irritum feciſtis, dicit Do-

1. ועתה אליכם המצוה הזאת
הכהנים ׃ 2. אם לא תשמעו
ואם לא תשימו על לב לתת כבוד
לשמי · אמר יהוה צבאות · ושלחתי
בכם את המארה וארותי את
ברכותיכם · וגם ארותיה כי אינכם
שמים על לב ׃ 3. הנני גער לכם
את הזרע · וזריתי פרש על פניכם
פרש חגיכם · ונשא אתכם אליו ׃
4. וידעתם כי שלחתי אליכם את
המצוה הזאת להיות בריתי את לוי ·
אמר יהוה צבאות ׃ 5. בריתי
היתה אתו החיים והשלום · ואתנם
לו מורא וייראני · ומפני שמי נחת
הוא ׃ 6. תורת אמת היתה
בפיהו · ועולה לא נמצא בשפתיו ·
בשלום ובמישור הלך אתי · ורבים
השיב מעון ׃ 7. כי שפתי כהן
ישמרו דעת · ותורה יבקשו מפיהו ·
כי מלאך יהוה צבאות הוא ׃ 8.
ואתם סרתם מן הדרך · הכשלתם
רבים בתורה · שחתם ברית הלוי ·
אמר יהוה צבאות ׃ 9. וגם אני
נתתי אתכם נבזים ושפלים לכל
העם · כפי אשר אינכם שמרים
את דרכי ונשאים פנים בתורה ׃
10. הלוא אב אחד לכלנו · הלוא
אל אחד בראנו · מדוע נבגד איש
באחיו לחלל ברית אבתינו ׃ 11.
בגדה יהודה ותועבה נעשתה
בישראל ובירושלם · כי חלל יהודה
קדש

minus exercituum. 9. *Ergò ego vicis-*
sim reddam vos contemtos atque humi-
les apud omnem populum , quando-
quidem vias meas non custodîstis , ha-
buistisque in Lege rationem persona-
rum. 10. *Non-ne pater est unus om-*
nibus nobis ? Non-ne nos creavit unus
Deus ? Quare igitur perfidus est
homo in fratrem suum , ut violet fœ-
dus patrum nostrorum ? 11. *Perfi-*
diosè agit Juda : scelus patratur in
Israel & in Jerusalem ; nam conta-
minat Juda Sanctum Domini , cùm
diligit & in matrimonium ducit Dei
alieni filiam. 12. *Quisquis hoc fa-*
cit , Dominus deleturus est apud
eum & puerum & puellam de tentoriis
Jacob , ne afferat munus Domino
exercituum. 13. *Hoc verò etiam fe-*
cistis : operuistis altare Domini la-
crymis , fletu & suspiriis ; ita ut nul-
lus jam ad munus respectus habeatur ,
& ut de manu vestrâ nihil jam quid-
quam acceptum sit. 14. *Vos autem dicitis ; propter quam causam ? Quia*
Dominus testis fuit inter te & uxorem adolescentiæ tuæ , in quam tu per-
fidiosus es , quæque erat tua consors , tuique uxor fœderis. 15. *Non-ne unam*
carnem fecit ùnumque in eâ spiritum ? Quid autem requirit , nisi semen
Dei , & ut spiritum vestrum invicem custodiatis , neque in uxorem ado-
lescentiæ tuæ perfidè agas ? 16. *Nam quisquis per odium dimittit , dicit*
Dominus Deus Israel , ille in suâ veste abscondit iniquitatem , dicit Do-
minus exercituum ; ergo custodite invicem spiritum vestrum , & nolite per-
fidè agere. 17. *Vos Domino molesti estis per verba vestra ; & dicitis : quo-*
modo molesti sumus ? Quia dicitis ; quisquis malè agit non displicet Do-
mino , neque illos non habet acceptos : aliter ubi est Deus judicii ?

קדש יהוה אשר אהב • ובעל בת
אל נכר : 12. יכרת יהוה לאיש
אשר יעשנה ער וענה מאהלי יעקב
ומגיש מנחה ליהוה צבאות : 13.
וזאת שנית תעשו • כסות דמעה
את מזבח יהוה בכי ואנקה • מאין
עוד פנות אל המנחה ולקחת רצון
מידכם : 14. ואמרתם על מה •
על כי יהוה העיד בינך ובין אשת
נעוריך אשר אתה בגדתה בה •
והיא חברתך ואשת בריתך : 15.
ולא אחד עשה ושאר רוח לו • ומה
האחד מבקש זרע אלהים • ונשמרתם
ברוחכם ובאשת נעוריך אל יבגד :
16. כי שנא שלח • אמר יהוה
אלהי ישראל • וכסה חמס על
לבושו • אמר יהוה צבאות • ונשמרתם
ברוחכם ולא תבגדו : 17. הוגעתם
יהוה בדבריכם ואמרתם • במה
הוגענו • באמרכם • כל עשה רע
טוב בעיני יהוה • ובהם הוא חפץ •
או איה אלהי המשפט :

1. המצוה הזאת , *hoc statutum* , sive Dei *decretum* , non autem *præceptum* ; neque enim quidquam hîc præcipitur Sacerdotibus , sed pœnæ denuntiantur , nisi resipiscunt.

2. וארותי את ברכותיכם , *& maledicam benedictionibus vestris* , sive muneribus , quæ ad vos afferuntur de terræ proventibus ; etenim terræ proventus sæpe nominantur *benedictiones* in Sacris Libris. Eâdem sententiâ mox dictum fuit , *adducam in vos egestatem.* ...וארותיה : Omninò legendum וארותים , *& maledicam illis* , vel וארותיהן ; nam ברכותיכם , numeri est pluralis.

3. הנני גער... הזרע , *ecce ego armum... erepturus sum* ; nam pro גער , legimus גרע , *auferam* , ut Græci Intt. legunt , qui convertunt , ἀφορίζω , *subtraho* ; etenim Sacerdotibus cedebat ex Lege armus dexter. ...וזריתי פרש על פניכם , *& spargam omasum in vultus vestros.* Ita Græci Intt. ἔνυστρον , *ventriculum* , vel *intestina* , & adipem , quo operiuntur , quæ in altari adolebantur ; propterea minatur Deus , se hoc munus non accepturum , sed illud rejecturum in vul-

tus Sacerdotum, eoque ictu Sacerdotes ab arâ suâ repulsurum. Minùs aptè פרש, *stercus*, hoc quidem loco; quia in altari non comburebatur stercus victimarum.

4. המצוה הזאת, *hoc mandatum*, sive *decretum* de vobis ab altari meo repellendis. Ejusdem sententiæ est המצוה, hoc loco, cujus est versu 1. ubì vide. Addit Deus, hoc decretum futurum esse בריתי את לוי, *fœdus meum cum Levi*, sive hoc ratum fore, ut Levi ab sacerdotio repellatur. Nam ברית sumitur in malam partem. Plenus est minarum hic locus, minimè verò promissionum; propterea ברית, significat, non *fœdus*, sed id, quod *ratum sit*, aut verò *futurum est*; ut alibi non semel.

5. בריתי היתה אתו, *fuerat cum eo fœdus meum*. Nunc *fœdus* sumitur in bonam partem; sequitur enim החיים והשלום, *vitæ ac pacis*. Nimirum hoc versu & sequentibus duobus, declaratur qualis fuisset conditio fœderis Dei cum Sacerdotibus, ut posteà versu 8. exprobret Deus Sacerdotibus, quòd non manserint in conditione fœderis, sed illud apertè violaverint. ...מורא וייראני: Malè hæc duo verba per conjunctionem ו divelluntur, cùm proximè jungi debeant, hoc modo: ומורא ייראני, *ut timore timeret me*; sic ferè Græci Intt. *ἐν φόβῳ φοβεῖσθαι με*, *ut in timore timeret me*; ita etiam Syrus.

12. ער וענה: Arias, *vigilantem & respondentem*, menda interpretans, & propterea nihil dicens. Vulgatus, *magistrum & discipulum*, ex conjecturâ. Chaldæi conjectura felicior, qui posuit, בר ובר בר, *filium & nepotem*; quem Chaldæum Syrus imitatur. Nos duo menda ער וענה, credimus nata esse ex genuinâ scripturâ נער ונערה, *puerum & puellam*; qui duo casus sunt verbi יכרת, *deleturus est*; neque enim id verbum habet pro casu nomen לאיש, quod est in dandi casu, cùm regat accusativum. ...ומגיש: Meliùs ממגיש, *ne sit qui offerat*. Ita Chaldæus, *non erit, qui offerat*; vide eum, ut & Syrum.

13. וזאת שנית תעשו, *hoc autem iterum fecistis*. Præfatur quodam modo vocabulum שנית ad alteram exprobrationem; quia Sacerdotes non modò uxores ducebant alienigenas, sed etiam suas contribules, quas duxerant, dimittebant, quarum lacrymis altare imbuebatur, cùm victimas Deo afferrent uxores, ut meliorem mentem Deus daret maritis suis; quas Deus ita exaudiebat, ut non jam, propter earum lacrymas, accepta haberet sacrificia maritorum.

15. ולא אחד עשה ושאר רוח לו · ומה האחד מבקש: Arias sic, *& ne unus fecit, & residuum spiritûs ei, & quid unus? quærens*... hæc menda interpretans, quorum suspicionem habuit Descriptor Codicis Orat. 42. qui posuit inter hæc verba circulos tres; unum inter ולא & אחד, alterum post ושאר, omittens רוח, tertium inter ומה & האחד; qui quidem tres circuli significare videntur, verba fuisse malè collocata; quæ credimus ita collocanda esse & emendanda, הלוא עשה שאר אחד ורוח האחד לו · ומה מבקש, *non-ne fecit carnem unam, & spiritum unum illi; quid igitur quærit?* Adjectiva duo אחד & האחד, dicuntur de carne & de spiritu hominis, quæ in matrimonio unum sunt. Itaque malè האחד ita collocatur, ut pertineat ad מבקש, quod Participium de Deo effertur, qui requirit ex Israel *semen Dei*, sive filios qui Dei nomine censeantur, non autem Deorum alienorum. Propterea subjungitur, *custodimini spiritu vestro*, sive nolite spiritûs vestri, qui per matrimonium unus factus est, consortem habere uxorem alienigenam. ...ולא יבגד: Melius תבגד, *perfidus sis*, ut legunt Vulgatus & Græci Intt. Sic posteà תבגדו, v. 16.

16. כי שנא שלח: Arias, *cùm oderit, dimitte*, suo more solecissans. Vulgatus, *cùm odio habueris, dimitte*, sententiâ pugnante cum superioribus rebus. Fieri enim non potest, ut licentiam det talem Deus maritis uxorum suarum pertæsis, posteaquàm maritos objurgavit, quòd dimitterent uxores. Multò igitur sapientiùs Græci Intt. *ἀλλὰ ἐὰν μισήσας ἐξαποστείλῃς*, *sed si odio habens dimittes*; quanquam malè utuntur personâ secundâ; nam tertiam vult וכסה, *operiet*; vide versionem.

CAPUT III.

Mittam Angelum qui parabit viam ante me, & ſtatim veniet ad Templum ſuum Legatus fœderis, quem deſideratis. Quis ſtabit coram eo... Dicunt Impii : nihil proderit nobis, ſi Deo ſervierimus ; ſed aliter loquuntur qui timent Deum, & ſcribitur coram Deo liber eorum memorialis.

1. *Ecce ego miſſurus ſum Ange-*
lum meum, qui parabit viam ante
me, & ſtatim veniet ad Templum
ſuum Dominator, quem requiritis,
legatus fœderis quem deſideratis ; en
ille adventurus eſt, dicit Dominus
exercituum. 2. *Quis autem ſuſtine-*
bit diem eum, quo venturus eſt ?
Quis conſiſtere audebit, cùm ſe oſten-
det ? Erit enim ut ignis conflans,
& ut herba fullonum. 3. *Et ſedebit*
conflans, & purgans argentum ;
purgaturus eſt Levi filios, liqua-
turuſque eos ut aurum & ut argen-
tum, & afferent Domino munus cum
æquitate. 4. *Et placebit Domino*
munus Juda & Jeruſalem, ut diebus
antiquis, ut annis iis, qui olim
fuerunt. 5. *Ego propè adero vobis ad*
judicium, & velox teſtis ero in præſ-
tigiatores, in adulteros, in eos qui
falsè jurant, quique à mercenario
ſubtrahunt debitam mercedem, vi-
duamque ac pupillum opprimunt, &
jus advenæ pervertunt, nec me ti-
ment, dicit Dominus exercituum.
6. *Ego enim Dominus, non mutor ;*
vos verò non deſiſtitis, filii Jacob.
7. *Jam inde ab diebus patrum veſ-*
trorum inſtituta mea reliquiſtis, nec
ea ſervaviſtis. Revertimini ad me,

1. הנני שלח מלאכי · ופנה דרך
לפני · ופתאם יבוא אל היכלו האדון
אשר אתם מבקשים ומלאך הברית
אשר אתם חפצים · הנה בא · אמר
יהוה צבאות : 2. ומי מכלכל את יום
בואו · ומי העמד בהראותו · כי הוא
כאש מצרף וכברית מכבסים : 3.
וישב מצרף ומטהר כסף · וטהר
ארת בני לוי וזקק אתם כזהב
וככסף · והיו ליהוה מגישי מנחה
בצדקה : 4. וערבה ליהוה מנחת
יהודה וירושלם כימי עולם וכשנים
קדמניורת : 5. וקרבתי אליכם
למשפט · והייתי עד ממהר במכשפים
ובמנאפים ובנשבעים לשקר
ובעשקי שכר שכיר אלמנה ויתום
ומטי גר ולא יראוני · אמר יהוה
צבאורת : 6. כי אני יהוה לא
שניתי · ואתם בני יעקב לא כליתם :
7. למימי אבתיכם סרתם מחקי ולא
שמרתם · שובו אלי ואשובה אליכם ·
אמר יהוה צבאות · ואמרתם במה
נשוב : 8. היקבע אדם אלהים ·
כי אתם קבעים אתי · ואמרתם
במה קבענוך · המעשר והתרומה :
9. במארה אתם נארים · ואתי
אתם קבעים הגוי כלו : 10. הביאו
את כל המעשר אל בית האוצר ·
ויהי טרף בביתי · ובחנוני נא בזאת ·
אמר יהוה צבאורת · אם לא אפתח
לכם את ארבות השמים והריקתי

& revertar ad vos , dicit Dominus
exercituum. Dicitis autem , quonam
pacto revertemur ? 8. *An licet homini*
defraudare Deum , quòd vos me de-
fraudatis. Dicitis autem ; quâ in re
nos te defraudamus ? In decumis &
in primitiis. 9. *Vos , per egestatem ,*
in maledictione fuistis , quia vos me ,
quot familiæ estis , defraudâstis.
10. *Afferte omnes decumas ad cel-*
lam , ubi asservantur , nec in domo
meâ cibi desint ; deinde explorate
me per hoc ipsum , dicit Dominus
exercituum ; an non ego aperturus
sim vobis cœli meatus , effusurusque
in vos abundantiam tantam , quan-
tam capere horrea non possint. 11. *Ete-*
nim , propter vos , tineam cohibebo ,
ne apud vos corrumpat terræ fructus ,
nec sint in agris vestris vineæ steri-
les , dicit Dominus exercituum.
12. *Et gratulabuntur vobis omnes*
gentes , quoniam eritis in terrâ desi-
derabili , dicit Dominus exercituum.

לכם ברכה עד בלי די : 11.
וגערתי לכם באכל · ולא ישחת
לכם את פרי האדמה · ולא תשכל
לכם הגפן בשדה · אמר יהוה
צבאות : 12. ואשרו אתכם כל
הגוים · כי תהיו אתם ארץ חפץ ·
אמר יהוה צבאות : 13. חזקו עלי
דבריכם · אמר יהוה · ואמרתם · מה
נדברנו עליך : 14. אמרתם · שוא
עבד אלהים · ומה בצע כי שמרנו
משמרתו וכי הלכנו קדרנית מפני
יהוה צבאות : 15. ועתה אנחנו
מאשרים זדים · גם נבנו עשי
רשעה · גם בחנו אלהים וימלטו :
16. אז נדברו יראי יהוה איש אל
רעהו · ויקשב יהוה וישמע · ויכתב
ספר זכרון לפניו ליראי יהוה ולחשבי
שמו : 17. והיו לי · אמר יהוה
צבאות · ליום אשר אני עשה סגלה ·
וחמלתי עליהם כאשר יחמל איש
על בנו העבד אתו : 18. ושבתם
וראיתם בין צדיק לרשע בין עבד
אלהים לאשר לא עבדו :

13. *Asperiora sunt in me verba vestra , dicit Dominus. Dicitis autem ; quæ-*
nam hæc sunt , quæ dicere in te soleamus ? 14. *Dicitis ; frustrà est , qui*
servit Deo ; quid enim proderit nobis , si mandata ejus servabimus , & præ
timore Domini exercituum tristes ingrediemur. 15. *Tempus est scilicet , cùm*
gratulandum sit contumacibus ; nam prosperè agunt qui operantur iniquita-
tem ; Deum tentant , nec damnum accipiunt. 16. *Sed , eodem tempore ,*
qui timent Dominum , loquuntur inter se unus ad alterum ita , ut Do-
minus aurem præbeat & exaudiat , & scribitur ante eum volumen memoriale
eorum , qui timent Dominum , nomenque ejus in mente habent. 17. *Illi*
mei erunt , dicit Dominus exercituum tum , cùm mihi seponam meos , &
indulgebo eis , ut indulget pater filio suo , qui se reveretur. 18. *Tum demum*
videbitis , quid distet ab impio justus ; quid Deo serviens ab eo , qui ei non
servit.

---

1. ופנה דרך לפני , *& parabit viam ante me.* Hæc Deus loquitur ; idem Deus , ante quem Joannes Baptista paravit viam , quandoquidem dicit , *ante me.* Legitur in versione Græcâ Matthæi Ev. cap. 11. v. 10. σȣ̃ (*ante*) *te ;* sed melior est scriptura Hebr. Codicis. Neque enim apparet ex superioribus rebus , ut neque ex inferioribus , de quo dici possit , *ante te ;* atque hoc ipso versu , alloquitur Deus , non unum , sed plures ; sequitur enim , *quem vos requiritis.* ...יבוא אל היכלו , *veniet ad Templum suum.* Apud Judæos Templum erat Dei solius. Quòd

Quòd si igitur Judæi expectabant Dominatorem, qui venturus esset *ad Templum suum*, non dubium est eos Judæos, qui Scripturas Sacras scrutabantur, credidisse Messiam fore, non tantùm hominem, sed Deum; nam testatur Propheta, Messiam talem desiderari, cùm subjungit, *quem desideratis*. ...ומלאך הברית, *& legatus fœderis*. Sic interpretamur מלאך, non ut anteà *Angelus*, ut per duo hæc verba diversæ personæ significentur. Nam in priori מלאך, intelligitur Præcursor Joannes Baptista, in posteriori, ipse *Dominator*, novi fœderis Legatus.

3. וטהר את בני לוי, *& purgabit Levi filios*; non omnes. Ducitur enim similitudo ex auro & argento; quæ metalla cùm purgantur, scoriæ multæ exeunt, quæ non purgantur. Ita evenit post Christi Domini legationem: *multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei*, Act. cap. 6. v. 7. de cæteris autem filiis Levi, qui Christo non crediderunt, mox dictum fuit, *quis sustinebit diem adventûs ejus*, cùm nimirum, metallo purgato, conjiciet in ignem scorias. ...מגישי מנחה בצדקה, *afferentes munus cum æquitate*. Ex consilio dictum videtur *munus*, non *victimæ*, nec *holocausta*. Nam sacrificia novæ Legis non jam futura erant *per sanguinem hircorum & vitulorum*; quæ sacrificia vocantur, versu inferiore, *munus Juda & Jerusalem*, ut pote eorum civium Juda & Jerusalem, qui Christo credituri sunt; quorum munus *placebit Domino, ut diebus antiquis*, cùm nondum lex esset de bestiis immolandis, vel cùm, per sacrificia ipsa pecorum, Deus colebatur *in spiritu & veritate*.

5. במכשפים, *in præstigiatores*, quales extitêre, illo sæculo, Apollonius Thyanæus, Simon Magus, &c. ...ובעשקי שכר שכיר: Vulgatus, *& qui calumniantur mercedem mercenarii (& viduam.)* Pleniorem scripturam habuêre Græci Intt. qui sic, *& in eos, qui fraudant mercedem mercenarii, & opprimunt viduam, & pugno verberant pupillum*. Legebant, ante שכר, verbum בחשכי, *in eos qui fraudant*, & ante אלמנה, verbum בעשקי, *in eos qui opprimunt*. Nos scripturam בחשכי, nostram facimus, quia nullibi vidimus verbum עשק, consociatum cum nomine שכר, *mercede*. Non difficile erat ut omitteretur בחשכי, quod fortè esset supra בעשקי, verbum ferè simile. ...ומטי גר: Vulgatus, *& opprimunt peregrinum*, ex sententiâ, non ex verbo מטי. Omissum fuit משפט, legendumque est, מטי משפט גר, *& pervertentes judicium advenæ*, ut legunt Græci Intt. qui addunt κρίσιν, & ut Chaldæus, qui דין, *judicium*.

8. המעשר: Legendum במעשר, *decumis*; sic vult במה, quod antecessit, & ita Chaldæus & Syrus. Similiter post legendum, ובתרומה, *& primitiis*.

10. עד בלי די: Verbum pro verbo, *donec non sit satis*: supple *loci*, ad recondendas terræ fruges; quam sententiam non potuimus exhibere aliter, quàm per circuitionem: vide versionem.

17. ליום אשר אני עשה סגלה, *in die quo ego facturus sum peculium*, sive eos servaturus, qui Deum timuerint, & ad Evangelii lucem se contulerint. Hoc præcipuè intelligendum de illis Jerusalem Christianis, qui, ruinâ Jerusalem proximè imminente, Pellam se receperunt.

CAPUT IV.

Veniet dies Domini, quæ consumet impios, quos justi, ut pulverem, calcabunt. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & terribilis.

1. *Ecce enim venit dies, quæ, ut fornax, ardebit; & omnes superbi, & qui agunt iniquitatem, lignum aridum erunt; dies ventura inflammabit eos, dicit Dominus exercituum; non relinquet eis nec radicem, nec ramum.*
2. *Simul orietur vobis, qui timetis nomen meum, sol justitiæ, & sanitas erit sub alis ejus, & salietis quasi vituli de saginâ egredientes.*

1. כי הנה היום בא בער
כתנור · והיו כל זדים וכל עשה
רשעה קש · ולהט אתם היום הבא ·
אמר יהוה צבאות · אשר לא יעזב
להם שרש וענף : 2. וזרחה לכם
יראי שמי שמש צדקה ומרפא
בכנפיה · ויצאתם ופשתם כעגלי
מרבק : 3. ועסותם רשעים · כי
יהיו אפר תחת כפות רגליכם ביום
אשר אני עשה · אמר יהוה צבאות :

3. *Et calcabitis impios, quoniam pulvis erunt ſub plantâ pedum veſtrorum in die eâdem illâ, quam ego adducturus ſum, dicit Dominus exercituum.* 4. *Recordamini Legem Moſis, ſervi mei, cui ſtatuta & judicia mandavi in Horeb ad omnem Iſrael.* 5. *Ecce ego miſſurus ſum vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & terribilis.* 6. *Ille reducet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne ego veniam, & percutiam terram anathemate.*

4. זכרו תורת משה עבדי אשר צויתי אותו בחרב על כל ישראל חקים ומשפטים : 5. הנה אנכי שלח לכם את אליה הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא : 6. והשיב לב אבות על בנים ולב בנים על אבותם · פן אבוא והכיתי את הארץ חרם :

---

1. כי הנה היום בא, *ecce enim venit dies.* Hæc ſunt continuatio ante-dictorum, & meliùs ad tertium caput annecterentur, quàm caput quartum inchoant. Sed obſequimur diviſioni capitum, quæ habetur in Polyglottis, quanquam Buxtorfius hanc diviſionem non ſequitur in Concordantiis ſuis. ...קש, *lignum aridum*, ſeu arbor arida, non autem *ſtipula*; nam ſequitur, *non relinquet radicem, nec ramum*, quæ in ſtipulam non conveniunt.

2. וזרחה... שמש צדקה, *& orietur... ſol juſtitiæ*, Chriſtus Dominus. Itaque dies, de quâ mox dictum fuit, *ardebit ut fornax*, dies eſt, non ultimi Judicii, ſed ruinæ Judæorum, quæ adventum Solis juſtitiæ proximè ſecuta eſt. ...ופשתם, *& ſalietis*, præ gaudio, cùm fruemini Sole juſtitiæ, & ſalute per Prophetas dudum prænuntiatâ.

3. ועסותם רשעים, *& calcabitis impios.* Hoc pertinere videtur ad naſcentis Eccleſiæ miracula, quibus cedere impii cogebantur; neque enim alio dominatu teneri poterant à Chriſtianis impii.

4. זכרו תורת משה, *recordamini Legem Moſis*; quia Reſpublica veſtra conſiſtere, donec oriatur Sol juſtitiæ, non aliter poterit, quàm ſi Legem Moſis obſervabitis, præſertim cùm Prophetas uſque ad Meſſiam non ſitis habituri.

5. אליה הנביא, (*ecce ego miſſurus ſum vobis*) *Eliam Prophetam.* Non poterat Malachias apertiùs demonſtrare ipſum Eliam, eum Prophetam, qui in cœlum raptus fuit, quàm ſi eum ſuo nomine appellaret, cum addito, *eum Prophetam.* Nam adjuncto הנביא, cum præfixo ה, ad Eliæ nomen, diſertè declaratur, ſignificari *eum Prophetam*, qui nominabatur *Elias*, minimè verò aliquem prophetam Eliæ ſimilem, vel alterum Eliam, quomodò Meſſias prænuntiatur aliquibus in Prophetis fore alter *David*; veluti cùm dicitur apud Ezechielem, cap. 34. *ſuſcitabo ſuper oves meas paſtorem unum... ſervum meum David*; vel cùm apud Jeremiam, cap. 30. *ſervient Domino Deo ſuo & David regi ſuo.* Nam iis in locis & in ſimilibus, in quibus Meſſias nomine *David* appellatur, legitur דויד עבדי, non verò דויד העבדי, & דויד מלכם, non verò דויד המלכם, cum præfixo ה, ut hoc loco legitur הנביא, per quod ה, demonſtratur ipſa Eliæ perſona; ut non jam liceat talibus ab exemplis argumentari; quoniam exempla non ſunt utrobique ſimilia. Hoc ſi attendiſſent plerique Lutherani & Calviniſtæ Interpretes, non tam pertinaciter negaſſent, alium Eliam hîc prænuntiari venturum, quàm Joannem Baptiſtam; cùm præſertim Malachias prædixerit adventum Joannis Baptiſtæ verſu 1. nominans eum מלאך, *Angelum*, non אליה, *Eliam*, parteſque utrique longè diſſimiles attribuerit, ut mox videbimus. יום יהוה הגדול, *dies Domini magnus*; dies videlicet ultimi Judicii, non autem dies excidii urbis Jeruſalem; nihil enim de Jeruſalem dictum fuit in ſuperioribus rebus. Vide dicta ad Joel, cap. 2. w. 30. & 31.

6. והשיב לב אבות על בנים, *& reducet cor patrum ad filios*, (*& cor filiorum ad patres eorum.*) Plerique Interpretes eoſdem patres in utroque membro notari putant eoſdemque filios, atque hoc tantùm ſignificari, Eliam reducturum patres in concordiam cum filiis per fidem in Meſſiam; nec vident, ſe inducere in Contextum Sacrum tautologiam inutilem, & Prophetâ parùm dignam. Nimirum, poſtquàm dixerat Malachias, *reducet cor patrum ad filios*, totum dixerat, & jam tum ſatis intelligebatur, patres reconciliatum iri cum filiis, atque adeò ſupervacaneum ſit id, quod additur, *& cor filiorum ad patres.* Quomodo, ſi quis dicere vellet, ſe extinxiſſe odia inter filium & patrem, ſatis eſſet, ſi diceret, reduxi patrem in gratiam cum filio, neque addendum putaret, & filium in gratiam cum patre. Grotius hunc locum interpretatur de duabus ſectis Phariſæorum & Sadducæorum, quas Joannes Baptiſta (quem unum vult eſſe *Eliam*) eſſet conciliaturus in fide Meſſiæ. Nemo, opinor, præter Grotium, vidit in *patribus* & *filiis* ſectas duas ſecum invicem pugnantes & inimicas. Saltem debuerat explicare, quonam pacto patres eſſe poterant vel Phariſæi Sadducæorum, vel Sadducæi Phariſæorum;

Nam, præterquam quòd sectæ illæ duæ ferè æquales erant, si earum spectes antiquitatem, quî poterant, si earum doctrinam attendas, patres esse in unâ, in alterâ filii; vel superstitio Pharisæorum generare impietatem Sadducæorum, aut impietas Sadducæorum superstitionem Pharisæorum? Omninò talem hic habemus orationis figuram, qualem legimus apud Matthæum, cap. 10. v. 11. in iis verbis, *tradet... pater filium, & insurgent filii in parentes*, ubi alius est pater, qui tradit filium ab eo patre, in quem filius insurgit. Nempe is pater qui tradit filium, infidelis est; ille, in quem filius insurgit, fidelis. Alius est etiam filius, qui traditur à patre, ab eo, qui insurgit in patrem; quoniam prior est fidelis, posterior, infidelis. Similiter in hoc Malachiæ loco, alii & alii sunt *patres* in utroque membro orationis, alii & alii *filii*. Jam verbum השיב, *reducet*, notat reditum ad fidem; hoc in confesso est apud omnes, nec sinunt dubitare hæc, quæ sequuntur, *ne fortè veniam*, &c. quibus declaratur, ex eo reditu pendere mortalium salutem. Hoc igitur dicit Malachias: Elias reducet cor patrum infidelium ad filios fideles, deinde cor infidelium filiorum ad patres fideles. Si quæris, quinam sint illi patres & illi filii, non alios reperies, quàm Judæos & Gentiles, quorum alii sunt patres *ex fide*, alii filii; nam liquet, non tangi patres & filios *ex carne*. Quapropter sic statuendum videtur, vaticinari Prophetam, Eliæ munus duplex fore, primum ut convertat ad fidem Judæos, alterum ut convertat, vel reducat ad fidem Gentiles, qui, dum Judæi ad fidem revertentur, ab fide alienabuntur, quomodo, Apostolis prædicantibus, venerunt ad fidem Gentiles, dum Judæi ab fide alienabantur. ...פן אבוא, *ne veniam*. Significatur terram dignam futuram anathemate, quia refriguerit charitas multorum; itaque fore, ut terra penitus deleretur, nisi Elias adveniret, qui *scriptus* est, ut ait Ecclesiasticus, *lenire iracundiam Domini*.

LECTORI
AD LIBRUM BARUCH.

EXPLICAVIMUS in notis noſtris ad hunc Librum difficultates eas, quæ ex ipſo Contextu naſci videbantur; reliqua, quæ contrà hujus Libri Scriptorem opponi ſolent, in hâc præfatione breviter diſceptaturi. Multa opponit Lud. Cappellus in poſthumo Libro, in quo ſunt notæ criticæ ad omnes ferè Veteris Teſtamenti Libros; quod opus Lud. Cappelli, quia nunc rariſſimum eſt, nos ex eo quædam tranſcribemus, quæ jacent ſub titulo, *in Librum Baruch Apocryphum*, ad ſingula deinde reſponſuri.

Hæc igitur Lud. Cappellus: » Quicunque Barucho affinxit librum » illum qui nomen ejus præfert, ille omnino videtur eo animo id feciſſe, » ut ſuppoſititius ille Baruchus eſſet veluti ſupplementum aut aſſumen» tum potiùs capitis LI. Jeremiæ, in cujus calce hæc ſunt verba, *huc » uſque ſunt verba Jeremiæ.* Quoniam autem ſub finem capitis illiùs LI. » fit mentio libri cujuſdam, quem tradidit Jeremias Serajæ filio Neriæ, » filii Maaſiæ legendum in Babylone, Impoſtor iſte non animadver» tens librum, cujus iſtic meminit Jeremias, eſſe Prophetiam benè lon» gam adversùs Babylonem, quæ habetur capp. L. & LI. Jeremiæ, » putavit librum illum non exſtare in complexu prophetiæ Jeremiæ, » unde videtur occaſionem arripuiſſe librum illum confingendi & Baru» cho inſcribendi, quem ab eo Babylone conſcriptum & prælectum eſſe » vult captivis Judæis, qui cum Jechoniâ abducti fuerant (cap. I. verſ. » 1. 2. 3.) eundemque ab iis poſtmodùm Jeroſolymam miſſum Judæis » illic agentibus prælegendum, verſ. 14. Et quoniam Serajas, cui Je» remias librùm illum tradidit in Babyloniâ prælegendum, dicitur filius » Neriæ Jerem. LI. 59. Baruch item Jeremiæ Scriba appellatur etiam » filius Neriæ Jerem. XXXVI. 4. putavit nugator ille Serajam eun» dem eſſe cum Barucho, quia uterque dicitur filius Neriæ. Ideòque in

„ deducendo Baruchi ſtemmate, dicit eum filium Neriæ, filii Maaſiæ.
„ Item, quoniam Jerem. LI. 59. Jeremias dicitur tradidiſſe librum
„ illum Serajæ anno quarto regni Sedeciæ, ἐπιθέτης ille Judæus Helle-
„ niſta (ut tempus congruat) dicit (Baruch I. 2.) Baruchum legiſſe
„ in Babylone librum illum anno quinto (captivitatis nempe Jechoniæ,
„ cujus ſtatim meminit verſ. 3.) Etenim annus quartus completus regni
„ Sedeciæ eſt quintus inchoatus captivitatis Jechoniæ. Quod autem ſub-
„ jungit, *in tempore quo ceperunt Chaldæi Jeruſalem*, *& ſuccenderunt eam*
„ *igne*, non eſt ita accipiendum quaſi hoc velit, anno illo quinto præcisè
„ Chaldæos ſuccendiſſe Jeruſalem. Minimè (non enim niſi anno Sede-
„ ciæ undecimo, & captivitatis Jechoniæ anno duodecimo capta &
„ ſuccenſa fuit Jeruſalem; deinde cui bono mittere ad Jeroſolymitanos
„ collectam pecuniam ad ſacrificia, librumque iſtum, eo ipſo tempore
„ quo Jeruſalem incenſa fuit à Nabuchodonoſore, Judæis Jeroſolymi-
„ tanis prælegendum?) Sed hoc voluiſſe videtur verbis illis, *in illo tem-*
„ *pore;* hoc eſt, ſub illud tempus, nempe ſex aut ſeptem annis ante
„ captam & ſuccenſam Jeroſolymam. Alioqui, ſi vellet librum iſtum
„ ſuppoſititium à Barucho in Babyloniâ lectum fuiſſe, & collectam pecu-
„ niam miſſam fuiſſe à captivis Jeroſolymam, eo ipſo tempore, quo à
„ Chaldæis capta & ſuccenſa fuit Jeruſalem, ſtupidum planè prorſusque
„ vecordem ſe nimis apertè proderet. Quod autem fabulatur parentheſi
„ illâ quæ eſt cap. I. verſ. 8. 9. de vaſis Templi Domini, obſcurè &
„ perturbatè admodùm ab eo dictum eſt. At quantum conjectari licet,
„ videtur ille hoc ſibi velle, vaſa illa quæ à Nabuchodonoſore in Jecho-
„ niæ captivitate ablata fuerant de Templo & avecta Babylonem, uti
„ narratur, II. Chron. XXXVI. 10. vaſa, inquam, illa unà cum
„ collectitiâ pecuniâ remiſſa fuiſſe Jeroſolymam à Judæis in Babyloniâ
„ captivis, nempe juxta prophetiam pſeudoprophetarum illorum qui Je-
„ roſolymis perſuadere conabantur Judæis anno quarto Sedeciæ fore ut
„ brevi vaſa illa quæ cum Jechoniâ avecta fuerant, referrentur Jeroſoly-
„ mam cum totâ captivitate, ut videre eſt Jerem. XXVII. 16. &
„ XXVIII. 3. Videtur, inquam, planus iſte ad illa Jeremiæ loca
„ reſpexiſſe, quaſi impletum reverà fuiſſet illud pſeudoprophetarum va-
„ ticinium, non animadvertens Jeremiam eò loci damnare vaticinium
„ illorum pſeudoprophetarum. Præterea vaſa illa falſus ille Baruchus

» dicit à Sedeciâ rege Juda fuisse facta. At quî potuissent vasa à Sedeciâ
» rege facta, avecta fuisse Babylonem unà cum Jechoniâ, cùm Sedecias
» non factus seu constitutus sit Rex, nisi post abductum Jechoniam? Ne-
» que etiam ulla vasa à Sedeciâ facta Scriptura commemorat abducta
» fuisse Babylonem. Et vasa quorum illic meminit Jeremias antiqua
» erant vasa olim à regibus Juda Templo dicata, non verò recens à
» Sedeciâ facta.

Primùm, quod ait Lud. Cappellus, eum Autorem, qui hunc Librum Barucho affinxit, videri eo animo id fecisse, ut suppostitius ille Baruchus esset veluti supplementum, aut assumentum potiùs capitis LI. Jeremiæ, in cujus calce legitur, *huc usque sunt verba Jeremiæ*, hoc refellitur ex ipso capite LII. Jeremiæ. Non habuit Lud. Cappellus hoc caput LII. ut assumentum Jeremiæ suppostitium, quanquam additum est ad Jeremiam proximè post hæc, *huc usque sunt verba Jeremiæ;* non fuit igitur cur, propter hæc eadem verba, Librum Baruch crederet esse suppositi- tium assumentum.

Deinde id, quod addit, Impostorem, cùm non animadverteret Librum, cujus meminit Jeremias cap. LI. v. 60. esse prophetiam benè longam adversùs Babylonem, quæ habetur capp. L. & LI. putasse Librum illum non extare in complexu Jeremiæ prophetæ, atque inde occasionem arripuisse Librum istum Barucho inscribendi; hoc confutatur ex eo ipso Jeremiæ loco ubi legitur, *& scripsit Jeremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in Libro uno, omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem;* quibus verbis apertè declaratur, eum *Librum unum & omnia verba hæc*, esse illas ipsas vaticinationes, quæ antecesssêre de ruinâ Babylonis; ita ut fieri non posset, quin hoc animadverteret is, qui scripsit Librum Baruch, *nisi stupidum planè prorsúsque vecordem se nimis apertè proderet*, ut ipsius Cappelli verbis utar. Concedit Lud. Cappellus eum scriptorem non fuisse planè vecordem; ergo concedere debuit, eum animadvertisse id, quod non animadvertere non poterat, quisquis non erat planè vecors.

Posteà subjungit: Et quoniam Serajas, cui Jeremias Librum illum tradidit... dicitur filius Neriæ, cap. LI. v. 59. Baruch item, filius Neriæ, cap. XXXVI. v. 4. putavit Nugator ille, Serajam eundem esse cum Barucho, quia uterque dicitur filius Neriæ, ideòque, in deducendo

Baruchi ſtemmate, dicit eum filium Neriæ, filii Maaſiæ, &c.

Hoc ſi putaſſet *Nugator*, ne ſic quidem probaret Lud. Cappellus, eum vel hâc unâ de causâ fuiſſe *Nugatorem;* quia mirum videri non deberet, eundem hominem fuiſſe binominem. Sed, cùm Baruch apud Jeremiam ſemper nominetur *Baruch*, & cùm capite LI. non dicatur Saraias idem fuiſſe, qui Baruch, dubitari non poteſt, quin alius fuerit Saraias, alius Baruch, & jurè ſtatuitur fuiſſe Baruch Saraiæ fratrem, quia Baruch, cap. XXXVI. dicitur etiam fuiſſe, *filius Neri, filii Maaſiæ.* Itaque, ex eo, quòd idem pater & idem avus nominatur & Saraiæ & Baruch, hoc unum colligere debebat Lud. Cappellus, Libri Baruch ſcriptorem pro fratribus, ut erant revera, habuiſſe Saraiam & Baruch, non autem pro uno eodemque homine.

Addit Lud. Cappellus: Quoniam Jerem. cap. LI. v. 59. Jeremias dicitur tradidiſſe Librum Saraiæ, anno 4. regni Sedeciæ, iſte Judæus Helleniſta, ut tempus congruat, dicit Baruchum legiſſe Babylone Librum iſtum anno 5.

Hanc mentem fuiſſe Scriptoris Libri Baruch, ut tempora, tanquam in fabulâ, congruerent, non probat Lud. Cappellus. Sed reipsâ tempora congruebant, quia, cùm Baruch profectus eſſet anno 4. poterat legere Babylone anno 5. Librum ſuum.

Idem pergit ſic: videtur ille hoc ſibi velle, vaſa quæ abducta fuerant de Templo, unà cum collectitiâ pecuniâ remiſſa fuiſſe Jeroſolymam juxta prophetiam pſeudoprophetarum, quaſi impletum fuiſſet illud vaticinium, non animadvertens Jeremiam damnare vaticinium illorum prophetarum.

Hoc non animadvertiſſe *Nugatorem*, quod tamen in Jeremiâ planiſſimum erat, nemini perſuadet Lud. Cappellus; ut neque eum narraturum fuiſſe, vaſa quædam reportata fuiſſe Jeroſolymam, ſi ex Hiſtoriâ Sacrâ conſtabat, nulla vaſa fuiſſe ante Eſdram reportata. Non erat Judæi Helleniſtæ, apertè contradicere Sacris monumentis. Itaque affingit Lud. Cappellus ſuo *Nugatori* incredibilem perſonam. Neque verò etiam narrat is *Nugator*, omnia vaſa fuiſſe reportata Jeroſolymam, ut affirmabant falſi prophetæ, ſed ea tantùm, *quæ confècerat Sedecias.*

Sed quî potuiſſent, inquit, vaſa à Sedeciâ rege facta, avecta fuiſſe Babylonem, cùm Sedecias non factus ſit rex, niſi poſt abductum Jechoniam?

Huic

Huic difficultati ſatisfecimus in notâ noſtrâ ad cap. I. w. 8. & 9. Hæc vaſa confecerat Sedecias, priuſquàm rex eſſet, atque hæc una repoſcebat, utpotè à ſe confecta, dum privatus homo erat, nec ullâ re offenderat regem Babylonis, in cujus favore erat etiam tum, cùm hæc ab eo vaſa poſtulabat. Non omnia ſcripta ſunt in Libris Regum, quæ eo tempore evenerunt; & ſatis eſt id, quod hîc dicimus, non contradicere aliis Sacræ Hiſtoriæ locis.

Venit deinde Lud. Cappellus ad *argumenta, quibus probari poteſt iſtum Librum non eſſe* θεόπνευςον.

In illis argumentis difficultates quædam ſunt ejuſdem generis, atque aliæ multæ, quæ ex Sacris Libris alibi naſcuntur, ſeu malè deſcriptis, ſeu nondum ſatis explicatis; quæ quidem difficultates non deterruêre Lud. Cappellum, ut neque omnem hominem ſanâ mente præditum, ne cæteros Libros Sacros crederet eſſe θεοπνέυςυς. Itaque oſtendit Lud. Cappellus, ſe præjudicatas ſequi opiniones, cùm congerit in Librum Baruch argumenta eadem, quibus confutandis ipſe operam navaſſet, niſi Liber Baruch ex numero eſſet eorum, quos ab canone Sacrorum Librorum ſui ablegant: ſed ad ſingula veniendum.

» Primò (inquit) vult Jechoniam & reliquos Judæos conveniſſe ad » flumen *Sodi*; atqui 1°. nemo meminit ejus fluminis prope Babylo- » nem. « Huic difficultati occurrit Sam. Bochartus, legens *Sur*, ut in notâ noſtrâ diximus, nedum in eâ conſtituerit argumentum falſitatis Libri Baruch. » 2°. Quî potuit Jechonias, qui non fuit è carcere liberatus, » niſi anno 37. ſuæ captivitatis, convenire anno 5. in cœtu publico? « Atqui non narrat Baruch, conveniſſe Jechoniam in cœtu publico; ſed hoc dicit, ſe legiſſe Librum *audiente Jechoniâ & omni multitudine eorum, qui ad Librum venerant;* ſeu hæc multitudo venerit in eum locum, ubi Jechonias detinebatur, ſeu lectus fuerit Liber ſeparatim Jechoniæ in cuſtodiâ poſito, deinde extra cuſtodiam cæteræ multitudini. Addit Cappellus. » An paſſus fuiſſet Nabuchodonoſor, eo ipſo tempore, quo Se- » decias contra ſe inſurgebat, ejuſmodi fieri à Judæis coitiones in Baby- » loniâ? « In hâc queſtione faciendâ errat Cappellus de temporum ratione. Anno enim quinto Jechoniæ captivitatis, ſeu quarto Sedeciæ regnantis, nondum rebellaverat in Nabuchodonoſorem Sedecias.

» Secundò: vult collectam à Barucho pecuniam miſſam fuiſſe ad Joa-

„ kimum summum sacerdotem. Atqui tunc temporis nullus fuit summus sacerdos Jerosolymis.

Hoc Cappello conceditur; itaque etiam non dicit Baruch, fuisse Joakimum summum sacerdotem; nominat eum *sacerdotem*, non addito *summum*. Sed nominat eum seorsim ante reliquos sacerdotes, sive quia ille Joachimus præcipuus erat sacerdos honore ac ætate, sive quia probior, atque dignior, cui collectæ pecuniæ crederentur.

„ Tertiò: Quæ habentur cap. I. w. 8. & 9. quomodocunque intelligantur, apertè contradicunt Jeremiæ, cap. XXVII v. 16. & XXVIII. v. 3.

Non contradicere videbit quisquis attentè leget. Capite XXVII. v. 16. falsi prophetæ dicunt, *vasa Domini revertentur de Babylone nunc citò.* Iidem cap. XXVIII. v. 3. dicunt, *ego referri faciam... omnia vasa domûs Domini.* Quæ antea dicta fuerant *vasa*, posteà dicuntur, *omnia vasa*, uno loco alterum explicante. Atqui non dicitur Baruch cap. I. recepisse *omnia vasa;* dicitur tantùm, *vasa quæ confecerat Sedecias;* vide quæ suprà dicta sunt, & notam nostram ad eum locum.

„ Quartò: cap. I. v. 10. *facite*, inquit, *manna.* Quid hoc portenti est, *facere manna....* Insulsum planè hîc se prodit Nugator ille.

Quam culpam hîc reprehendit Cappellus, hæc culpa est, non Autoris, sed Interpretis, qui Hebr. verbum מנחה, ferè totidem litteris Græcis expressit, cùm potuisset convertere, *peragite munus;* quod munus erat similæ, aut cæterarum frugum, quæ pecorum victimas comitari solebant.

„ Quintò: Cap. I. v. 11. Judæi in Babyloniâ captivi jubent vota concipere pro Balthasare.... Balthasar nondum natus erat. Prætereà cur non meminerunt Evilmerodachi, qui ante Balthasarem regnavit?

Multæ incurrunt similes difficultates de nominibus regum Assyriorum, aut Babyloniorum, non modò in Sacris Libris, sed & in Profanis; quas qui conciliare secum non possunt, non propterea ut spurios habent Libros Herodoti, Berosi, Xenophontis, qui de iisdem nominibus non consentiunt. Erat fortasse *Balthasar* nomen commune Babyloniorum regum filiis; sed tota ea res in medio relinqui potest, salvâ autoritate Libri Baruch.

„ Sextò: Cap. II. v. 26. *& posuisti Templum tuum.... sicut hodie...*

» Innuit his verbis Templi excidium. Atqui Templum nondum erat in-
» censum. (Huic difficultati occurrit Grotius : vide notam nostram ad
» eum locum.) Sic cap. III. v. 10. *inveterasti*, *Israel*, *in terrâ alienâ*.
» Loquitur de Judæis.... quasi jam per multos annos exularent ; atqui
» annus erat demum quintus.

Nos, pro *inveterasti*, convertimus, *consenescis*, ut sæpe Præteritum tempus in hoc Libro per Præsens convertendum est; quâ interpretatione tollitur difficultas. Dicit Baruch, consenescere in Babyloniâ Judæos, quia credit Prophetæ Jeremiæ, qui prædixerat annos captivitatis fore septuaginta. Addit Cappellus, » reditum è captivitate prædici à Baruch
» *brevi* futurum, quod non benè sonat in ore captivorum, quos istud
» confirmasset in falsâ spe, fore ut Jechonias brevi rediret...

Verùm istud *brevi*, quod Lud. Cappello displicebat, facilè explicatur. Prophetæ non semel vocant *breve* id tempus, quod non est perpetuò duraturum.

Displicet adhuc Cappello, quod hic liber sit » perpetuus cento hinc
» & inde ex variis Scripturæ locis consutus. « Hoc non displicebit iis, qui meminerint, preces Esdræ, Nehemiæ, Danielis, &c. ut plurimùm constare verbis ex Davide, aut ex aliis Sacris Autoribus desumptis, & ad præsentem materiam applicatis.

Denique hæc reprehendit Cappellus in Epistolâ Jeremiæ : 1°. » Quòd
» eam *Nugator* substitui voluerit loco epistolæ Jeremiæ, quæ habetur
» cap. XXIX. « quod quidem tam facilè negatur, quàm affirmatur, nec addit pondus cæteris objectionibus mox confutatis. 2°. Quòd genera-
» tiones habeantur pro decem annis, « cui difficultati occurrit Grotius, qui vidit legendum esse δεκάδων, non γενέων, 3°. » Quòd non videatur idem
» esse autor capitis VI. & quinque præcedentium. « Hoc conceditur, quia caput VI. habet Jeremiæ, non Baruchi, Epistolam. 4°. » Quòd
» in eo sexto capite nihil sit, quod sapiat stylum sacrum & scripturæ
» phrasin ; « quod quidem Lud. Cappelli judicium ego maximè miror, cùm multa alia similia reperiantur in Isaiâ, in Davide, &c. de vanitate Idolorum. Quòd si *phrasis* aliquandò aberrat à consuetis Hebraico sermoni formis, hæc aberratio videri potest non Autoris, sed Interpretis.

ΒΑΡΟΥΧ.

BARUCH.

CAPUT I.

Baruch legit hunc Librum Babylone, audiente Jechoniâ & cunctis captivis, qui pecuniam colligunt, quam mittunt Jerusalem ad sacrificia peragenda; & confitentur se peccâsse ante Dominum Deum suum.

1. ΚΑὶ οὗτοι οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου, οὓς ἔγραψε
Βαροὺχ υἱὸς Νηρίου, υἱοῦ Μαασαίου, υἱοῦ
Σεδεκίου, υἱοῦ Ἀσαδίου, υἱοῦ Χελκίου, ἐν Βαβυ-
λῶνι, 2. Ἐν τῷ ἔτει τῷ πέμπτῳ, ἐν ἑβδόμῃ τοῦ
μηνὸς, ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ ἔλαβον οἱ Χαλδαῖοι τὴν Ἰε-
ρουσαλὴμ, καὶ ἐνέπρησαν αὐτὴν ἐν πυρί. 3. Καὶ
ἀνέγνω Βαροὺχ τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου ἐν ὠ-
σὶν Ἰεχονίου υἱοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν
ὠσὶ παντὸς τοῦ λαοῦ τῶν ἐρχομένων πρὸς τὴν βίβλον,
4. Καὶ ἐν ὠσὶ τῶν δυνατῶν, καὶ υἱῶν τῶν βασιλέων, καὶ
ἐν ὠσὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἐν ὠσὶ παντὸς τοῦ λαοῦ,
ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, πάντων τῶν κατοικούντων
ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ποταμοῦ Σούδ. 5. Καὶ ἔκλαιον,
καὶ ἐνήστευον, καὶ ηὔχοντο ἐναντίον κυρίου. 6. Καὶ συν-
ήγαγον ἀργύριον, καθὸ ἑκάστου ἠδύνατο ἡ χεὶρ,
7. Καὶ ἀπέστειλαν εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς Ἰωακεὶμ
υἱὸν Χελκίου, υἱοῦ Σαλὼμ, τὸν ἱερέα, καὶ πρὸς τοὺς
ἱερεῖς, καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν, τοὺς εὑρεθέντας μετ᾽
αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, 8. Ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν τὰ
σκεύη οἴκου κυρίου, τὰ ἐξενεχθέντα ἐκ τοῦ ναοῦ, ἀ-

1. HÆc sunt verba Libri, quem
scripsit Baruch, filius Neriæ,
filii Maasiæ, filii Sedeciæ, filii Asa-
diæ, filii Helciæ in Babyloniâ,
2. Anno quinto (mense Sivan) die
mensis septimâ, postquàm cepissent
Chaldæi Jerusalem, atque eam igne
succendissent. 3. Legit Baruch sermo-
nes Libri hujus, audiente Jechoniâ,
filio Joachim, regis Juda, & au-
diente omni multitudine eorum, qui
ad Librum venerant. 4. Audientibus
etiam proceribus, & regum filiis, &
senibus, & omni populo, parvis pa-
riter & magnis, & omnibus qui in
Babyloniâ prope fluvium Sur habita-
bant. 5. Illi lacrymati sunt & jeju-
naverunt, & coram Domino preces
fuderunt. 6. Collegeruntque pecuniam,
quantam dare quisque poterat. 7. At-
que eam Jerusalem miserunt ad Joa-
kim, filium Helciæ, filii Salom, sa-
cerdotem, & ad sacerdotes, & ad
omnem plebem eorum, qui cum eo
reperti sunt in Jerusalem, 8. Cùm re-

ποστρέψαι εἰς γῆν Ἰούδα, τῇ δεκάτῃ τοῦ Σειουὰλ,
σκεύη ἀργυρᾶ, ἃ ἐποίησε Σεδεκίας υἱὸς Ἰωσία
βασιλεὺς Ἰούδα, 9. Μετὰ τὸ ἀποικίσαι Ναβου-
χοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος τὸν Ἰεχονίαν, καὶ
τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς δεσμώτας, καὶ τοὺς δυνα-
τοὺς, καὶ τὸν λαὸν τῆς γῆς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἤγα-
γεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα· 10. Καὶ εἶπαν, Ἰδοὺ
ἀπεστείλαμεν πρὸς ὑμᾶς ἀργύριον, καὶ ἀγορά-
σατε τοῦ ἀργυρίου ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας,
καὶ λίβανον, καὶ ποιήσατε μάννα, καὶ ἀνοίσατε ἐπὶ
τὸ θυσιαστήριον κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, 11. Καὶ προσ-
εύξασθε περὶ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ βασιλέως
Βαβυλῶνος, καὶ εἰς ζωὴν Βαλτάσαρ υἱοῦ αὐτοῦ,
ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐ-
πὶ τῆς γῆς. 12. Καὶ δώσει κύριος ἰσχὺν ἡμῖν, καὶ
φωτίσει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, καὶ ζησόμεθα ὑπὸ
τὴν σκιὰν Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶ-
νος, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν Βαλτάσαρ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ
δουλεύσομεν αὐτοῖς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εὑρήσομεν
χάριν ἐναντίον αὐτῶν. 13. Καὶ προσεύξασθε περὶ
ἡμῶν πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, ὅτι ἡμάρτομεν τῷ
κυρίῳ θεῷ ἡμῶν, καὶ οὐκ ἀπέστρεψεν ὁ θυμὸς κυρίου
καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ ἀφ᾽ ἡμῶν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.
14. Καὶ ἀναγνώσεσθε τὸ βιβλίον τοῦτο ὃ ἀπεστεί-
λαμεν πρὸς ὑμᾶς, ἐξαγορεῦσαι ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν
ἡμέρᾳ ἑορτῆς, καὶ ἐν ἡμέραις καιροῦ, 15. Καὶ ἐρεῖ-
τε, Τῷ κυρίῳ θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν δὲ αἰσχύ-
νη τῶν προσώπων, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ἀνθρώπῳ Ἰού-
δα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, 16. Καὶ τοῖς
βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς ἱε-
ρεῦσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς προφήταις ἡμῶν, καὶ τοῖς πατράσιν
ἡμῶν, 17. Ὧν ἡμάρτομεν ἔναντι κυρίου, 18. Καὶ
ἠπειθήσαμεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς κυ-
ρίου θεοῦ ἡμῶν, πορεύεσθαι τοῖς προστάγμασι κυρίου,
οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν, 19. Ἀπὸ τῆς ἡμέ-
ρας ἧς ἐξήγαγε κύριος τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ γῆς
Αἰγύπτου· καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης ἤμεθα ἀπει-
θοῦντες πρὸς κύριον θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐσχεδιάζομεν
πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. 20. Καὶ ἐκολ-
λήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακὰ, καὶ ἡ ἀρὰ ἣν συνέταξε
κύριος τῷ Μωυσῇ παιδὶ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐξήγα-
γε τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, δοῦναι ἡ-
μῖν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη.
21. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ἡ-
μῶν, κατὰ πάντας τοὺς λόγους τῶν προφητῶν, ὧν ἀπέ-
στειλε πρὸς ἡμᾶς. 22. Καὶ ᾠχόμεθα ἕκαστος ἐν
διανοίᾳ καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, ἐργάζεσθαι

cepisset vasa domûs Domini, quæ de
Templo exportata fuerant, ut in ter-
ram Juda hæc reportaret, die Sivan
decimâ; nempe argentea vasa, quæ
confecerat Sedecias, filius Josiæ, rex
Juda, 9. Postquàm Nabuchodonosor,
rex Babylonis, deportasset Jechoniam
& principes & plebeios, & optima-
tes, & terræ populum ex Jerusalem, du-
xissetque eos Babylonem; 10. Dixerunt-
que: En ad vos argentum misimus; emi-
te hoc argento holocausta & victimas
pro peccato, & thura, & peragite mu-
nus, atque hæc ferte ad altare Domi-
ni Dei nostri. 11. Et orate pro vitâ
Nabuchodonosor, regis Babylonis, &
pro vitâ Baltasar filii ejus, ut sint
dies eorum, sicut dies cœli supra ter-
ram. 12. Et ut Dominus nos corro-
boret, illuminetque oculos nostros,
& vivamus sub umbrâ Nabuchodono-
sor, regis Babylonis, & sub umbrâ
Balthasar, filii ejus, serviamusque ei
dies multos, & habeamus eos propi-
tios. 13. Et orate pro nobis Domi-
num Deum nostrum; etenim pecca-
vimus contra Dominum Deum nos-
trum, nec recessit à nobis ira & furor
Domini usque ad hunc diem. 14. Le-
gite verò hunc Librum, quem ad vos
misimus, ut recitetur in domo Domini
per diem festum, & in die conventûs;
15. Et dicite; Domini Dei nostri jus-
titia est, noster autem vultûs rubor,
qualis hodie est hominibus Juda & iis,
qui Jerusalem habitant, 16. Et regi-
bus nostris ac principibus & sacerdo-
tibus prophetisque ac patribus nostris;
17. Quia coram Domino peccavimus;
18. Nec ei obsecuti sumus, nec au-
divimus vocem Domini Dei nostri,
ut sequeremur mandata Domini, quæ
posuit ante oculos nostros; 19. Ex eo
tempore, cùm eduxit Dominus ex ter-
râ Ægypti patres nostros; nam usque
ad hunc diem rebelles fuimus in Domi-
num Deum nostrum, & inconsideratè
egimus, ut voci ejus non auscultaremus.
20. Itaque adhæserunt nobis hæc mala &
illæ maledictiones, quas mandavit Do-
minus Moysi servo suo, tempore eo, cùm
patres nostros eduxit ex terrâ Æ-
gypti, ut daret nobis terram lac & mel
manantem, quæque hodie evenerunt.
21. Nec audivimus vocem Domini Dei
nostri, juxta omnia hæc, quæ locuti sunt
prophetæ, quos ad nos misit. 22. Et di-
vertimus ad pravas sui quisque cordis li-

θεοῖς ἑτέροις, ποιῆσαι τὰ κακὰ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς κυρίου θεοῦ ἡμῶν.

bidines, ut ferviremus Diis alienis, & coram Domino Deo noftro mala perpetraremus.

---

2. *Anno quinto.* Addimus, *menfe Sivan*, ex verfu 8. Nunquam enim, nifi ex lapfu Scribæ, omittitur menfis, ante diem menfis, ut neque annus, ante anni menfem. Sed à quo anno annus fit quintus, fatis fignificatur, ubi additur, *in tempore, quo Chaldæi ceperunt Jerufalem.* Nam hæc verba, *in tempore, quo...* juncta ad Præteritum, *ceperunt*, idem fonant atque, *poftquàm cepiffent...* Sequitur, *atque eam igne fuccendiffent;* nimirum in primâ obfidione, cùm abductus eft Jechonias, milite, urbe captâ, paffim rapiente & conjiciente ignes, ut evenire folet in urbium expugnationibus, poft capitale bellum. Totum pro parte hîc fumitur; fuit Jerufalem tum inflammata in multis locis, non flammis deleta, ut in ultimâ obfidione.

4. *prope fluvium Sur habitabant.* Cùm non appareat in tabulis Babyloniæ Geographicis flumen nomine *Sud*, non malè Sam. Bochartus mavult *Sur*, quàm *Sud*, quia urbs eft hoc nomine ad Euphratem.

8. *vafa argentea.* Eadem funt vafa, de quibus dicitur initio versûs; quæ vafa abducta cum Jechoniâ fuerant; atque hæc confecerat Sedecias, antequàm rex effet, tanquam donaria. Vocatur *rex Juda* Sedecias, quia tum regnabat, cum hæc fcribebantur. Quibus animadverfis, quæ certè cum Sacrâ Hiftoriâ non pugnant, nihil caufæ effe videtur, cur credamus hæc ultima hujus versûs, *nempe argentea vafa, &c.* fuiffe malè addita ad Contextum, quanquam ita fentiebat Grotius.

9. *Poftquàm Nabuchodonofor... deportaffet Jechoniam.* Jungendum eft illud *poftquàm*, cum illis fuperioribus, *quæ de Templo exportata fuerant.* Hæc vafa repetebat Sedecias, utpotè à fe confecta; priufquàm rex effet, hæc inquam, repetebat nondum rebellis. Nunc enim regni Sedeciæ decurrit annus quartus; nec rebellavit Sedecias ante annum regni fui, vel octavum definentem, vel nonum incipientem... δεσμώτας, *captivos*, five eos qui erant de grege captivorum; quod nos *plebeios*, quia oppofitio eft principum cum cæteris captivis.

12. *& fub umbrâ Balthafar filii ejus;* five ille Balthafar idem fuit, qui Evilmerodach; five ei regnum tunc deftinabatur, pofthabito Evilmerodach: vide Præfationem... *ferviamufque ei dies multos;* non quòd fervitutem diuturnam effe optarent, fed quòd, diù vivere, quanquam in fervitute, & à rege nonnullam inire gratiam, ne in fervitute opprimerentur.

14. *& in die conventûs.* Græca dicunt, *& in die temporis*, ex Hebr. vocabulo מועד, quòd fignificat & *conventum*, & *tempus præftitutum;* Græcè, καιρὸν; die præftituto fiebat *conventus.*

CAPUT II.

Implorant Dei mifericordiam, & fatentur fe commeruiffe mala quibus premuntur, quæque Moyfes ventura effe prædixerat, nifi Dei mandatis obfequerentur....

1. ΚΑὶ ἔστησε κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐλάλησεν ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τοὺς δικαστὰς ἡμῶν, τοὺς δικάσαντας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἄνθρωπον Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα, 2. Τοῦ ἀγαγεῖν ἐφ᾽ ἡμᾶς κακὰ μεγάλα, ἃ οὐκ ἐποιήθη ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωυσῆ, 3. Τοῦ φαγεῖν ἡμᾶς, ἄνθρωπον σάρκας υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπον σάρκας θυγατρὸς αὐτοῦ. 4. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ὑποχειρίους πάσαις ταῖς βασιλείαις ταῖς κύκλῳ ἡμῶν, εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ ἄβατον ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τοῖς κύκλῳ, οὗ διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ἐκεῖ. 5. Καὶ

1. ET ratum fecit Dominus id, quod locutus fuerat de nobis & de Judicibus noftris, qui jus dixêre apud Ifrael, & de regibus noftris ac principibus, & de omni homine Ifrael & Juda; 2. Se in nos adducturum magna mala, qualia nunquam evenerint fub omnibus cœlis, ut & fecit in Jerufalem, juxta id, quod in Lege Moyfis fcriptum eft; 3. Futurum effe apud nos, ut homo ederet carnem filii fui; ut homo carnem filiæ fuæ. 4. Et reddidit eos fubjectos omnibus regnis, quæ nos ambiunt, ad opprobrium & ad ftuporem populorum omnium, qui circum nos funt, apud quos diffipavit

ἐγενήθησαν ὑποκάτω καὶ οὐκ ἐπάνω, ὅτι ἡμάρτο-
μεν κυρίῳ θεῷ ἡμῶν, πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς
αὐτοῦ. 6. Τῷ κυρίῳ θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν
δὲ καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἡ αἰσχύνη τῶν προσώ-
πων, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη. 7. Ἃ ἐλάλησε κύ-
ριος ἐφ᾽ ἡμᾶς, πάντα τὰ κακὰ ταῦτα ἃ ἦλθεν
ἐφ᾽ ἡμᾶς. 8. Καὶ οὐκ ἐδεήθημεν τοῦ προσώπου
κυρίου, τοῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν νοημάτων
τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς. 9. Καὶ ἐγρηγό-
ρησε κύριος ἐπὶ τοῖς κακοῖς, καὶ ἐπήγαγε κύριος
ἐφ᾽ ἡμᾶς, ὅτι δίκαιος ὁ κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔρ-
γα αὐτοῦ, ἃ ἐνετείλατο ἡμῖν. 10. Καὶ οὐκ ἠκούσα-
μεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, πορεύεσθαι τοῖς προστάγμασι κυ-
ρίου, οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν. 11. Καὶ νῦν
κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὃς ἐξήγαγες τὸν λαόν σου ἐκ
γῆς Αἰγύπτου, ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν σημείοις,
καὶ ἐν τέρασι, καὶ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, καὶ ἐν βρα-
χίονι ὑψηλῷ, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ὄνομα, ὡς ἡ
ἡμέρα αὕτη, 12. Ἡμάρτομεν, ἠσεβήσαμεν, ἠ-
δικήσαμεν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαιώ-
μασί σου. 13. Ἀποστραφήτω ὁ θυμός σου ἀφ᾽ ἡ-
μῶν, ὅτι κατελείφθημεν ὀλίγοι ἐν τοῖς ἔθνεσιν οὗ
διέσπειρας ἡμᾶς ἐκεῖ. 14. Εἰσάκουσον κύριε τῆς
προσευχῆς ἡμῶν καὶ τῆς δεήσεως ἡμῶν, καὶ ἐξελοῦ
ἡμᾶς ἕνεκέν σου, καὶ δὸς ἡμῖν χάριν κατὰ πρόσωπον
τῶν ἀποικισάντων ἡμᾶς, 15. Ἵνα γνῷ πᾶσα ἡ γῆ, ὅτι
σὺ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπεκλή-
θη ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸ γένος αὐτοῦ. 16. Κύ-
ριε κάτιδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου, καὶ ἐννόησον εἰς ἡ-
μᾶς, καὶ κλῖνον κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον. 17. Ἄν-
οιξον ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε, ὅτι οὐχ οἱ τεθνηκότες
ἐν τῷ ᾅδῃ, ὧν ἐλήφθη τὸ πνεῦμα αὐτῶν ἀπὸ τῶν
σπλάγχνων αὐτῶν, δώσουσι δόξαν καὶ δικαίωμα τῷ
κυρίῳ· 18. Ἀλλὰ ἡ ψυχὴ ἡ λυπουμένη ἐπὶ τὸ μέ-
γεθος, ὃ βαδίζει κύπτον καὶ ἀσθενοῦν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ
οἱ ἐκλείποντες, καὶ ἡ ψυχὴ ἡ πεινῶσα, δώσουσί σοι
δόξαν, καὶ δικαιοσύνην κύριε. 19. Ὅτι οὐκ ἐπὶ τὰ
δικαιώματα τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν βασιλέων ἡμῶν
ἡμεῖς καταβαλλόμεθα τὸν ἔλεον κατὰ πρόσωπόν σου κύ-
ριε ὁ θεὸς ἡμῶν. 20. Ὅτι ἐνῆκας τὸν θυμόν σου καὶ
τὴν ὀργήν σου εἰς ἡμᾶς, καθάπερ ἐλάλησας ἐν χει-
ρὶ τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν· 21. Οὕτως εἶπε
κύριος, Κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν, καὶ ἐργάσασθε τῷ
βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ καθίσατε ἐπὶ τὴν γῆν,
ἣν δέδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν. 22. Καὶ ἐὰν μὴ
ἀκούσητε τῆς φωνῆς κυρίου, ἐργάσασθαι τῷ βασιλεῖ
Βαβυλῶνος, 23. Ἐκλείψειν ποιήσω ἐκ πόλεων

eos Dominus. 5. Nam devenerunt ad
locum humillimum & abjectissimum,
quoniam peccavimus in Dominum
Deum nostrum, ut voci ejus non ob-
sequeremur. 6. Domini Dei nostri justi-
tia est, noster autem & patrum nostro-
rum vultûs rubor, ut hic dies est, in
quo nunc sumus. 7. Quæ de nobis locu-
tus est Dominus, hæc ipsa sunt mala,
quæ in nos advenerunt. 8. Neque enim
deprecati sumus Dominum, ut reverte-
retur unusquisque à pravis cordis sui li-
bidinibus. 9. Nec diu distulit Dominus
mala, quæ in nos adduxit; quoniam
justus est Dominus in omnibus operibus
suis, quæ de nobis mandavit. 10. Nos
autem vocem ejus non audivimus, ut
obsequeremur mandatis, quæ posuit Do-
minus ante oculos nostros. 11. Nunc
igitur, Domine Deus Israel, qui
eduxisti populum tuum de terrâ Ægyp-
ti manu forti & signis ac prodigiis, &
magnâ virtute, & brachio excelso, &
fecisti tibi hoc nomen, quod hodie est;
12. Peccavimus, impiè fecimus, iniquè
egimus, Domine Deus noster, contra
omnia mandata tua. 13. Avertatur à no-
bis furor tuus, quandoquidem pauci re-
licti sumus apud gentes, in quibus nos
dispersisti. 14. Exaudi, Domine, oratio-
nem nostram & preces nostras, & libera
nos propter temetipsum; fac nos inire
gratiam ab illis, qui nos deportaverunt;
15. Ut cognoscat omnis terra, te esse
Dominum Deum nostrum, & nominari
nomen tuum apud Israel, & gentem ejus.
16. Respice, Domine, de domo sanctâ
tuâ, & cogita de nobis; inclina, Domi-
ne, aurem tuam, & audi. 17. Aperi ocu-
los tuos, & vide; neque enim mortui,
qui sunt apud inferos, postquàm spiritus
eorum ex visceribus suis ereptus est, glo-
riam Domino & justitiam dabunt. 18. Sed
anima quæ affligitur, & corpus quod in-
cedit curvum ac debilitatum, & oculi
deficientes, & anima esuriens, gloriam
tibi dabunt, Domine, & justitiam.
19. Neque enim propter justitiam patrum
nostrorum regumque nostrorum, abjici-
mus preces nostras coram te, Domine
Deus noster. 20. Etenim misisti in nos
iram tuam & furorem tuum, ut hæc lo-
cutus es per servos tuos prophetas;
21. Hæc dicit Dominus; inclinate hu-
merum vestrum, & servite regi Babylo-
nis, & sedete in terrâ, quam dedit patri-
bus vestris. 22. Quòd si vocem Domini
non audietis, ut Babylonis regi serviatis;

Ἰούδα

Ἰούδα καὶ ἔξωθεν Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐφροσύνης, καὶ φωνὴν χαρμοσύνης, φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης, καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ εἰς ἄβατον ἀπὸ ἐνοικούντων. 24. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς σου, ἐργάσασθαι τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος· καὶ ἔστησας τοὺς λόγους σου, οὓς ἐλάλησας ἐν χερσὶ τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν, τοῦ ἐξενεχθῆναι τὰ ὀστᾶ βασιλέων ἡμῶν καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν πατέρων ἡμῶν ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν. 25. Καὶ ἰδού ἐστιν ἐξεῤῥιμμένα τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός· καὶ ἀπεθάνοσαν ἐν πόνοις πονηροῖς, ἐν λιμῷ, καὶ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν ἀποστολῇ. 26. Καὶ ἔθηκας τὸν οἶκον, οὗ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐπ᾽ αὐτῷ, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, διὰ πονηρίαν οἴκου Ἰσραὴλ καὶ οἴκου Ἰούδα. 27. Καὶ ἐποίησας εἰς ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ πάντα οἰκτιρμόν σου τὸν μέγαν, 28. Καθὰ ἐλάλησας ἐν χειρὶ παιδός σου Μωυσῆ, ἐν ἡμέρᾳ ἐντειλαμένου σου αὐτῷ γράψαι τὸν νόμον σου ἐναντίον υἱῶν Ἰσραὴλ, λέγων, 29. Ἐὰν μὴ ἀκούσητε τῆς φωνῆς μου, ἦ μὴν ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη ἡ πολλὴ αὕτη ἀποστρέψει εἰς μικρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ διασπερῶ αὐτοὺς ἐκεῖ· 30. Ὅτι ἔγνων ὅτι οὐ μὴ ἀκούσωσί μου, ὅτι λαὸς σκληροτράχηλός ἐστι. καὶ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ καρδίαν αὐτῶν ἐν γῇ ἀποικισμοῦ αὐτῶν, 31. Καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν. καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν καὶ ὦτα ἀκούοντα, 32. Καὶ αἰνέσουσί με ἐν γῇ ἀποικισμοῦ αὐτῶν· καὶ μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός μου, 33. Καὶ ἀποστρέψουσιν ἀπὸ τοῦ νώτου αὐτῶν τοῦ σκληροῦ, καὶ ἀπὸ πονηρῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι μνησθήσονται τῆς ὁδοῦ πατέρων αὐτῶν τῶν ἁμαρτόντων ἔναντι κυρίου. 34. Καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ κυριεύσουσιν αὐτῆς· καὶ πληθυνῶ αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ σμικρυνθῶσι. 35. Καὶ στήσω αὐτοῖς διαθήκην αἰώνιον, τοῦ εἶναί με αὐτοῖς εἰς θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. καὶ οὐ κινήσω ἔτι τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς ἔδωκα αὐτοῖς.

23. Ego facturus ſum ut deficiat de urbibus Juda & extra Jeruſalem, vox lætitiæ & vox hilaritatis, vox ſponſi & vox ſponſæ, & erit univerſa terra vaſta & ſine habitatoribus. 24. Nos verò vocem tuam non audivimus, ut ſerviremus regi Babylonis; propterea verba hæc impleviſti, quæ locutus es per ſervos tuos prophetas, ut efferrentur ex loco ſuo oſſa regum noſtrorum & patrum noſtrorum. 25. Atque hæc nunc expoſita ſunt ad æſtum diei & ad noctis frigus, & interierunt in maximis malis, fame, gladio, & exilio. 26. Et redegiſti domum tuam, in quâ invocatur nomen tuum, ad hunc ſtatum qui nunc eſt, propter iniquitatem domûs Iſrael & domûs Juda. 27. Egiſti verò nobiſcum, Domine Deus noſter, juxta omnem manſuetudinem tuam & juxta miſericordiam tuam magnam; 28. Quatenùs locutus es per ſervum tuum Moyſem, cùm mandaſti ei ut ſcriberet Legem coram filiis Iſrael, atque hæc diceret: 29. Omninò vocem meam niſi audieritis, ad paucitatem redigetur magna hæc colluvies apud gentes, in quibus ego eos diſpergam. 30. Scio enim fore ut illi me non audiant, quoniam populus eſt duræ cervicis; ſed ad cor ſuum redibunt in terrâ exilii ſui. 31. Et cognoſcent me eſſe Dominum Deum ſuum, & dabo eis cor & aures, ut audiant. 32. Et laudabunt me in terrâ exilii ſui, & nominis mei recordabuntur. 33. Et relinquent contumaciam ſuam & prava opera ſua, quoniam habebunt in memoriâ vias patrum ſuorum, qui ante Dominum peccaverunt. 34. Ego autem reducam eos in terram, de quâ juravi patribus eorum, Abraham, Iſaac & Jacob, & eam poſſidebunt, & augebo eos, nec deminuentur; 35. Et paciſcar cum eis fœdere ſempiterno, me eorum Deum futurum, ipſos autem populum meum, nec ampliùs amovebo populum meum Iſrael ex terrâ, quam dedi eis.

---

4. *ad ſtuporem;* Græcè, εἰς... ἄβατον, ex Hebr. verbo לשמה, quod ſignificat *ad vaſtationem* & *ad ſtuporem;* priorem ſignificatum ſecutus eſt Interpres Græcus; nos poſteriorem; quia hæc dicuntur de perſonis, non de terrâ.

6. *ut hic dies eſt (rubor) in quo nunc ſumus:* Græca dicunt, *ſicut hæc dies*, ex Hebr. loquendi formâ, כיום הזה. Itaque venit ſolecismus Græcus ex ipſo Interprete, qui verbum de verbo tranſtulit.

18. *& corpus quod incedit curvum.* Græcè, ἐπὶ τὸ μέγεθος, pro ἐπὶ σώματος. Olfecit mendum

Badwellus : „ Aut locus (inquit) corruptus eſt , aut hæc *magnitudo* referenda eſt ad ſtaturam cor„ poris ingentis , quod non jam erectum firmumque , ſed curvum & debilitatum inceſſum... habet. “ Quæ quidem ultima mendum parùm excuſant. Hoc tamen rectè Badwellus , „ Participia „ κύπτον & ἀσθενοῦν non tam ſignificare declinationem magnitudinis pereuntis , quàm miſerabilem „ habitum corporis incurvi , ipſâque malorum magnitudine oppreſſi. “ Atque ex tali ſententiâ ſponte naſcitur emendatio ἐπὶ σώματος , *in corpore* (*curvo* , &c.)

19. *abjicimus preces noſtras.* Ita apud Danielem cap. 9. v. 18. Interpres ſic habuit תחנונים , *preces* , quaſi eſſet חנינה , *gratia* , *miſericordia ;* propterea convertit ἔλεον , quamvis nullâ ſententiâ.

21. *ſervite regi Babylonis.* Hebraicè , עבדו , quod ſignificat vel *ſervite* , vel *operamini* , quem ultimum ſignificatum poſuit Interpres in verbo Græco ἐργάσασθε.

23 *& ſine habitatoribus :* Græcè , ἀπὸ ἐνοικούντων , ex Hebraico verbo מישבים , cum præpoſitione מ , quæ habet vel *ſine* , vel *ab* , ἀπὸ ; ſeries poſtulabat ἄνευ , *ſine.*

26. *& redegiſti domum tuam ad hunc ſtatum , qui nunc eſt* , ſive ſpoliatam præcipuis ſuis ornamentis , ut Grotius interpretatur ; non autem exuſtam ac dirutam. Itaque ex hoc verſu colligi non poteſt , hæc ſcripta fuiſſe poſt ultimam Jeruſalem obſidionem.

CAPUT III.

Hortatur populares ſuos ut cogitent , quare verſentur in terrâ inimicorum , & ut Sapientiam requirant , quam tradidit Deus populo ſuo ; idem Deus , qui in terris viſus eſt....

1. Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ , ψυ-
χὴ ἐν στενοῖς καὶ πνεῦμα ἀκηδιῶν κέκρα-
γε πρὸς σέ. 2. Ἄκουσον κύριε καὶ ἐλέησον , ὅτι ἡ-
μάρτομεν ἐναντίον σου· 3. Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν
αἰῶνα , καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. 4. Κύριε
παντοκράτωρ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ , ἄκουσον δὴ τῆς προσ-
ευχῆς τῶν τεθνηκότων Ἰσραὴλ , καὶ υἱῶν τῶν ἁμαρτα-
νόντων ἐναντίον σου , οἳ οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς σου θεοῦ
αὐτῶν , καὶ ἐκολλήθη ἡμῖν τὰ κακά. 5. Μὴ μνη-
σθῇς ἀδικιῶν πατέρων ἡμῶν , ἀλλὰ μνήσθητι χει-
ρός σου καὶ ὀνόματός σου ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. 6. Ὅ-
τι σὺ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν , καὶ αἰνέσομέν σε κύριε·
7. Ὅτι διὰ τοῦτο ἔδωκας τὸν φόβον σου ἐπὶ καρδίαν
ἡμῶν , καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου· καὶ αἰνέσομέν
σε ἐν τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν , ὅτι ἀπεστρέψαμεν ἀπὸ καρ-
δίας ἡμῶν πᾶσαν ἀδικίαν πατέρων ἡμῶν , τῶν ἡμαρ-
τηκότων ἐναντίον σου. 8. Ἰδοὺ ἡμεῖς σήμερον ἐν
τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν , οὗ διέσπειρας ἡμᾶς ἐκεῖ εἰς ὀνει-
δισμὸν , καὶ εἰς ἀρὰν , καὶ εἰς ὄφλησιν κατὰ πάσας τὰς
ἀδικίας πατέρων ἡμῶν , οἳ ἀπέστησαν ἀπὸ κυρίου
θεοῦ ἡμῶν. 9. Ἄκουε Ἰσραὴλ ἐντολὰς ζωῆς , ἐν-
ωτίσασθε γνῶναι φρόνησιν. 10. Τί ἐστιν Ἰσραήλ ;
τί ὅτι ἐν γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ ; ἐπαλαιώθης ἐν γῇ ἀλ-
λοτρίᾳ , συνεμιάνθης τοῖς νεκροῖς , 11. Προσε-
λογίσθης μετὰ τῶν εἰς ᾅδου , 12. Ἐγκατέλιπες τὴν
πηγὴν τῆς σοφίας. 13. Τῇ ὁδῷ τοῦ θεοῦ εἰ ἐπορεύ-

1. DOMINE omnium , Dominator
Deus Iſrael , anima in anguſ-
tiis & ſpiritus anxius clamat ad te.
2. Audi , Domine , & miſerere , quia
coram te peccavimus. 3. Tu enim in
æternum ſedes ; nos verò in æternum
perimus. 4. Domine , omnium Domi-
nator Deus Iſrael , audi orationem
mortuorum Iſrael , filiorumque ejus ,
qui coram te peccaverunt ; quibus ad-
hæſerunt mala , quia vocem Dei ſui
non audierunt. 5. Ne memineris ini-
quitatum patrum noſtrorum , ſed me-
mento , in hoc tempore , manûs tuæ &
nominis tui. 6. Nam tu , Domine ,
Deus noſter es , & laudabimus te ,
Domine. 7. Ideò enim miſiſti in corda
noſtra timorem tuum , ut nomen tuum
invocemus : & laudabimus te in noſtrâ
captivitate , quoniam abſtulimus è cor-
de noſtro omnem iniquitatem patrum
noſtrorum , qui coram te peccaverunt.
8. En hodie in captivitate ſumus , in quâ
diſperſiſti nos ad opprobrium & ad ma-
ledictionem & ad æs alienum , propter
omnes iniquitates patrum noſtrorum , qui
à Domino Deo noſtro defecerunt. 9. Au-
di , Iſrael , mandata vitæ ; aures præbete ,
ut prudentiam noſcatis. 10. Quid hoc eſt ,
Iſrael ? cur verſaris in terrâ inimicorum ,
in terrâ alienâ conſeneſcis , cum mortuis
contaminaris ? 11. Adſcriberis in nume-

θης, κατῴκεις ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα. 14. Μάθε
ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχὺς, ποῦ ἐστι σύνεσις,
τοῦ γνῶναι ἅμα ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωὴ, ποῦ
ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εἰρήνη. 15. Τίς εὗρε τὸν τό-
πον αὐτῆς, καὶ τίς εἰσῆλθεν εἰς τοὺς θησαυροὺς αὐ-
τῆς; 16. Ποῦ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, καὶ οἱ
κυριεύοντες τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, 17. Οἱ
ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες, καὶ τὸ
ἀργύριον θησαυρίζοτες, καὶ τὸ χρυσίον ᾧ ἐπε-
ποίθεισαν ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἔστι τέλος τῆς κτή-
σεως αὐτῶν; 18. Ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον τεκταίνον-
τες καὶ μεριμνῶντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων
αὐτῶν, 19. Ἠφανίσθησαν, καὶ εἰς ᾅδου κατέβη-
σαν, καὶ ἄλλοι ἀνέστησαν ἀντ' αὐτῶν. 20. Νεώτε-
ροι εἶδον φῶς, καὶ κατῴκησαν ἐπὶ τῆς γῆς, ὁδὸν δὲ ἐ-
πιστήμης οὐκ ἔγνωσαν, 21. Οὐδὲ συνῆκαν τρί-
βους αὐτῆς, οὐδὲ ἀντελάβοντο αὐτῆς. οἱ υἱοὶ αὐτῶν
ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν πόῤῥω ἐγενήθησαν. 22 Οὐδὲ ἠ-
κούσθη ἐν Χαναὰν, οὐδὲ ὤφθη ἐν Θαιμάν. 23. Οὔ-
τε υἱοὶ Ἄγαρ οἱ ἐκζητοῦντες τὴν σύνεσιν οἱ ἐπὶ τῆς
γῆς, οἱ ἔμποροι τῆς Μεῤῥὰν, καὶ Θαιμὰν, καὶ οἱ μυ-
θολόγοι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως, ὁδὸν δὲ σο-
φίας οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τὰς τρίβους αὐ-
τῆς. 24. Ὦ Ἰσραὴλ, ὡς μέγας ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ;
καὶ ἐπιμήκης ὁ τόπος τῆς κτήσεως αὐτοῦ; 25. Μέ-
γας, καὶ οὐκ ἔχει τελευτὴν, ὑψηλὸς καὶ ἀμέτρητος.
26. Ἐκεῖ ἐγεννήθησαν οἱ γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ,
ἀπ' ἀρχῆς γενόμενοι εὐμεγέθεις, ἐπιστάμενοι πό-
λεμον. 27. Οὐ τούτους ἐξελέξατο ὁ θεὸς, οὐδὲ ὁ-
δὸν ἐπιστήμης ἔδωκεν αὐτοῖς. 28. Καὶ ἀπώλον-
το παρὰ τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν, ἀπώλοντο διὰ τὴν
ἀβουλίαν αὐτῶν. 29. Τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν,
καὶ ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ κατεβίβασεν αὐτὴν ἐκ τῶν
νεφελῶν; 30. Τίς διέβη πέραν τῆς θαλάσσης,
καὶ εὗρεν αὐτὴν, καὶ οἴσει αὐτὴν χρυσίου ἐκλεκτοῦ;
31. Οὐκ ἔστιν ὁ γινώσκων τὴν ὁδὸν αὐτῆς, οὐδὲ ὁ
ἐνθυμούμενος τὴν τρίβον αὐτῆς. 32. Ἀλλ' ὁ εἰ-
δὼς τὰ πάντα γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν αὐτὴν τῇ
συνέσει αὐτοῦ. ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶ-
να χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων.
33. Ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς καὶ πορεύεται, ἐκά-
λεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. 34. Οἱ
δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ εὐ-
φράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπον, Πάρεσ-
μεν· ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐ-
τούς. 35. Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται
ἕτερος πρὸς αὐτόν. 36. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν

rum mortuorum, 12. Reliquiſti fontem
Sapientiæ. 13. Si viam Dei ingreſſus eſ-
ſes, certè habitaſſes in pace ſempiternâ.
14. Diſce ubi ſit prudentia, ubi fortitu-
do, ubi intelligentia, ut ſimul cognoſ-
cas, ubi ſit longitudo vitæ ac ſanitas, ubi
lumen oculorum & pax. 15. Quis reperit
locum ejus; aut quis intravit in ejus the-
ſauros? 16. Ubi ſunt principes natio-
num, qui belluis terræ dominabantur?
17. Qui de avibus cœli ludebant, qui
argentum recondebant & aurum, in quo
quærunt homines præſidium, nec poſſeſ-
ſionibus ſuis terminum ponunt? 18. Nam
quicunque argentum fabricati ſunt omni
ope & induſtriâ, & quorum numerari
opera non poſſunt, 19. Interierunt, & ad
inferos deſcenderunt, & alii exorti ſunt
in locum eorum. 20. Juniores lumen vi-
dêre, & terram habitavêre; ſed viam ſcien-
tiæ non cognovêre; 21. Non perſpexêre
ejus ſemitas, nec eam aſſecuti ſunt; filii
eorum ab ejus viâ longè aberraverunt.
22. Hæc neque in Chanaan audita eſt,
nec viſa eſt in Theman. 23. Nec filii A-
gar, qui ſcientiam in terrâ inveſtigant,
nec mercatores Merran & Theman, nec
fabulatores, nec prudentiæ inquiſitores
viam Sapientiæ cognoverunt, nec ſemi-
tas ejus in mente habuerunt. 24. O Iſrael,
quàm magna eſt domus Dei, & quàm
immenſus eſt locus poſſeſſionis ejus!
25. Magnus eſt, nec habet terminum,
excelſus eſt, nec habet menſuram. 26. Ibi
generati ſunt famoſi gigantes, qui olim
vaſtæ erant magnitudinis, & bella calle-
bant. 27. Non iſtos elegit Deus, nec
viam ſcientiæ tradidit eis; 28. Et perie-
runt, quia prudentiæ inopes erant; perie-
runt, per inſipientiam ſuam. 29. Quis aſ-
cendit in cœlum, & tenuit eam, vel nu-
bibus detulit eam? 30. Quis mare tra-
jecit, & reperit eam, vel auro electo
comparavit eam? 31. Non eſt qui ſciat
viam ejus, nec animo comprehendat cal-
les ejus. 32. Sed qui novit omnia co-
gnoſcit eam, reperitque eam prudentiâ
ſuâ is, qui terram condidit ad perpe-
tuitatem, replevitque eam quadrupedi-
bus; 33. Qui mittit lucem & progredi-
tur, qui nominat eam, & ſibi obſequi-
tur velociter. 34. Aſtra autem fulsêre
in ſtationibus ſuis, & lætata ſunt; vo-
cavit ea, & dixerunt, adſumus, &
præluxêre cum hilaritate conditori ſuo.
35. Hic ille eſt Deus noſter, nec a-
lius præ eo quidquam reputatur. 36. Per-
veſtigavit omnem viam ſcientiæ, tra-

ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ. 37. Μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

diditque eam Jacob puero ſuo, Iſraël dilecto ſuo. 37. Poſteà in terris viſus eſt, & apud homines verſatus eſt.

---

8. *& ad æs alienum.* Ita Grotius, & quidem rectè, quia *Deut. cap. 28. v. 44.* hæc pars calamitatis futura eſſe prædicitur, ut Judæi ære alieno oppreſſi ſint; nec fieri aliter poterat in annis primis captivitatis, poſtquàm Judæi fuerant omnibus bonis ſuis ſpoliati. Creditores erant Chaldæi Judæorum, qui, ſi non ſolvendo eſſent, fiebant ſervi, & pecunias creditas ſervitute redimebant.

16. *Qui belluis terræ dominabantur.* Hæc pars erat ſummi imperii, dominari feris & avibus, quia jus venandi, ut ex hoc loco colligi poteſt, jus erat regium, quo nemo utebatur, niſi rege permittente.

18. *Et quorum numerari opera non poſſunt:* Græcè, οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις, ex Hebraicâ formâ אין חקר, in quâ notatur numerus infinitus, aut propè infinitus. *Opera* intelligenda ſunt, & ipſæ res ex auro & argento fabricatæ, & auri atque argenti inveſtigationes in terræ venis.

21. *à viâ ejus:* nam legendum, αὐτῆς, *ejus* (*Sapientiæ*) ut verſu 23. non αὐτῶν. Ita legebat Syrus.

24. *Quàm magna eſt domus Dei!* Totus orbis, ut ſequentia declarant. Erigit Propheta mentem Judæorum ex Templo, quod domus Dei cenſebatur, ad univerſum orbem cæli & terræ, in quo præſens eſt Deus, tanquam Dominus in ſuâ æde. Itaque, cùm dicitur v. 26. *ibi generati ſunt gigantes*, notatur, non ſola terra Chanaan, ſed facies tota terræ aſpectabilis.

33. *& ſibi obſequitur velociter:* Græcè, τρόμῳ, *cum tremore*, ex pravâ interpretatione verbi Hebr. בחרד, quo ſignificatur, non modò *tremor*, ſed & *feſtinatio*.

37. *in terris viſus eſt.* Hic locus non allegatur, nec in Evangeliis quatuor, neque in Sacris Epiſtolis. Præteritum tempus, *viſus eſt*, non redolet vaticinationem; & nihil obſtat quin intelligas Dei præſentiam apud Judæos, ſive manifeſtantis ſeſe Moyſi & Prophetis, ſive miracula facientis, ſive denique in Templo Judaico habitantis, ubi Judæi Deum præſentem ritè adorabant.

CAPUT IV.

Jeruſalem inducitur lugens filios ſuos, qui captivi ſunt, atque eos adhortans ut bono animo ſint, quia Deus conſolaturus eſt eos, & ad ſe reducturus.

1. Αὕτη ἡ βίβλος τῶν προσταγμάτων τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ νόμος ὁ ὑπάρχων εἰς τὸν αἰῶνα. πάντες οἱ κρατοῦντες αὐτὴν, εἰς ζωήν· οἱ δὲ καταλείποντες αὐτὴν, ἀποθανοῦνται. 2. Ἐπιστρέφου Ἰακὼβ, καὶ ἐπιλαβοῦ αὐτῆς, διόδευσον πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς αὐτῆς. 3. Μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, καὶ τὰ συμφέροντά σοι ἔθνει ἀλλοτρίῳ. 4. Μακάριοι ἐσμὲν Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ τοῦ θεοῦ ἡμῖν γνωστά ἐστι. 5. Θαρσεῖτε λαός μου, μνημόσυνον Ἰσραήλ. 6. Ἐπράθητε τοῖς ἔθνεσιν οὐκ εἰς ἀπώλειαν, διὰ τὸ παροργίσαι ὑμᾶς τὸν θεόν· παρεδόθητε τοῖς ὑπεναντίοις. 7. Παρωξύνατε γὰρ τὸν ποιήσαντα ὑμᾶς, θύσαντες δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ. 8. Ἐπελάθεσθε τὸν τροφεύσαντα ὑμᾶς θεὸν αἰώνιον, ἐλυπήσατε δὲ

1. Hic liber eſt Dei mandatorum, hæc lex eſt in æternum duratura. Omnes, qui eum tenebunt, vivent; qui eum dimittent, morientur. 2. Revertere, Jacob, apprehende eum; ingredere in ſplendorem ad lucem ejus. 3. Ne des alterì gloriam tuam; ne, quæ tibi utilia ſunt, genti alienæ. 4. Beati ſumus, Iſrael, quoniam quæ Deo placent nota ſunt nobis. 5. Confide, popule meus, in quo memoria Iſrael ſervatur. 6. Venditi eſtis gentibus, ſed non ad perniciem; quia Deum irritaſtis, traditi eſtis adverſariis. 7. Iratum feciſtis eum, qui vos creavit; Dæmoniis, non Deo ſacra facientes. 8. Obliti eſtis eum qui nutrierat vos, Deum æternum; contriſtaſtis

καὶ

καὶ τὴν ἐκθρέψασαν ὑμᾶς Ἱερουσαλήμ. 9. Εἶδε γὰρ
τὴν ἐπελθοῦσαν ὑμῖν ὀργὴν παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ εἶπεν,
Ἀκούσατε αἱ πάροικοι Σιὼν, ἐπήγαγέ μοι ὁ
θεὸς πένθος μέγα. 10. Εἶδον γὰρ τὴν αἰχμαλω-
σίαν τῶν υἱῶν μου καὶ τῶν θυγατέρων ἣν ἐπήγαγεν αὐ-
τοῖς ὁ αἰώνιος. 11. Ἔθρεψα γὰρ αὐτοὺς μετ᾽ εὐ-
φροσύνης, ἐξαπέστειλα δὲ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ πένθους.
12. Μηδεὶς ἐπιχαιρέτω μοι τῇ χήρᾳ καὶ καταλει-
φθείσῃ ὑπὸ πολλῶν, ἠρημώθην διὰ τὰς ἁμαρτίας
τῶν τέκνων μου, διότι ἐξέκλιναν ἐκ νόμου θεοῦ,
13. Καὶ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐπο-
ρεύθησαν ὁδοῖς ἐντολῶν θεοῦ, οὐδὲ τρίβους παιδείας
ἐν δικαιοσύνῃ αὐτοῦ ἐπέβησαν. 14. Ἐλθέτωσαν
αἱ πάροικοι Σιὼν, καὶ μνήσθητε τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν
υἱῶν μου καὶ θυγατέρων ἣν ἐπήγαγεν αὐτοῖς ὁ αἰώ-
νιος. 15. Ἐπήγαγε γὰρ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἔθνος μα-
κρόθεν, ἔθνος ἀναιδὲς καὶ ἀλλόγλωσσον· ὅτι οὐκ
ᾐσχύνθησαν πρεσβύτην, οὐδὲ παιδίον ἠλέησαν,
16. Καὶ ἀπήγαγον τοὺς ἀγαπητοὺς τῆς χήρας, καὶ
ἀπὸ τῶν θυγατέρων τὴν μόνην ἠρήμωσαν. 17. Ἐγὼ
δὲ τί δυνατὴ βοηθῆσαι ὑμῖν; 18. Ὁ γὰρ ἐπαγα-
γὼν τὰ κακὰ, ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν ὑ-
μῶν. 19. Βαδίζετε τέκνα, βαδίζετε, ἐγὼ γὰρ
κατελείφθην ἔρημος. 20. Ἐξεδυσάμην τὴν στο-
λὴν τῆς εἰρήνης, ἐνεδυσάμην δὲ σάκκον τῆς δεήσεώς
μου· κεκράξομαι πρὸς τὸν αἰώνιον ἐν ταῖς ἡμέραις
μου. 21. Θαῤῥεῖτε τέκνα, βοήσατε πρὸς τὸν θεὸν,
καὶ ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ δυναστείας, ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν.
22. Ἐγὼ γὰρ ἤλπισα ἐπὶ τῷ αἰωνίῳ τὴν σωτηρίαν
ὑμῶν· καὶ ἦλθέ μοι χαρὰ παρὰ τοῦ ἁγίου ἐπὶ τῇ
ἐλεημοσύνῃ, ἣ ἥξει ὑμῖν ἐν τάχει παρὰ τοῦ αἰωνίου
σωτῆρος ὑμῶν 23. Ἐξέπεμψα γὰρ ὑμᾶς μετὰ
κλαυθμοῦ καὶ πένθους, ἀποδώσει δέ μοι ὁ θεὸς ὑμᾶς
μετὰ χαρμοσύνης καὶ εὐφροσύνης εἰς τὸν αἰῶνα.
24. Ὥσπερ γὰρ νῦν ἑωράκασιν αἱ πάροικοι Σιὼν
τὴν ὑμετέραν αἰχμαλωσίαν, οὕτως ὄψονται ἐν τάχει
τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ὑμῶν σωτηρίαν, ἣ ἐπελεύσεται ὑ-
μῖν μετὰ δόξης μεγάλης καὶ λαμπρότητος τοῦ αἰωνίου.
25. Τέκνα μακροθυμήσατε τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπελ-
θοῦσαν ὑμῖν ὀργὴν, κατεδίωξέ σε ὁ ἐχθρὸς, καὶ ὄψει
αὐτοῦ τὴν ἀπώλειαν ἐν τάχει, καὶ ἐπὶ τραχήλους αὐ-
τῶν ἐπιβήσῃ. 26. Οἱ τρυφεροί μου ἐπορεύθησαν
ὁδοὺς τραχείας, ἤρθησαν ὡς ποίμνιον ἡρπασμένον
ὑπὸ ἐχθρῶν. 27. Θαρσήσατε τέκνα καὶ βοήσατε
πρὸς τὸν θεὸν, ἔσται γὰρ ὑμῶν ὑπὸ τοῦ ἐπάγοντος
μνεία. 28. Ὥσπερ γὰρ ἐγένετο ἡ διάνοια ὑμῶν εἰς
τὸ πλανηθῆναι ἀπὸ τοῦ θεοῦ, δεκαπλασιάσατε ἐπι-

altricem veſtram Jeruſalem. 9. Quip-
pe vidit iram vobis à Deo impen-
dentem, atque hæc locuta eſt: au-
dite finitimæ Sion; Deus adduxit
mihi luctum magnum. 10. Etenim
conſpexi filiorum meorum & filiarum
captivitatem, quam qui æternus eſt,
adduxit eis. 11. Educaveram illos cum
jucunditate, dimiſi eos cum luctu
& planctu. 12. Nemo gaudeat de
me, quæ ſum vidua & à multis de-
relicta; ego viduata ſum propter pec-
cata filiorum meorum, quoniam à
Lege Dei receſſerunt; 13. Et man-
data ejus non cognoverunt, nec vias
præceptorum Dei ſecuti ſunt, nec
ſemitas diſciplinæ per juſta ejus man-
data ingreſſi ſunt. 14. Adeſte finitimæ
Sion, & recolite captivitatem filiorum
meorum & filiarum, quam in eos ad-
duxit is, qui æternus eſt. 15. Adduxit
enim contra eos gentem remotam, gen-
tem trucem & Linguæ alienæ; nam nec ſe-
nem reverentur, nec infantem miſeran-
tur. 16. Abduxêre viduæ dilectos filios;
eam, quæ ſola eſt, viduavêre filiabus.
17. Ego verò quî poſſim vobis auxiliari?
18. Sed idem, qui mala invexit, libe-
rabit vos de manu inimicorum veſtro-
rum. 19. Abite, filii, abite; ego enim
relicta ſum ſola. 20. Exui veſtem pacis,
indui me ſacco ſupplicationum mearum;
clamabo in diebus meis ad eum, qui æter-
nus eſt. 21. Bono animo eſte, filii; clamate
ad Deum, & liberabit vos ex dominatu,
ex manu inimicorum. 22. Ego enim ex-
pecto ab eo, qui æternus eſt, veſtram ſalu-
tem; venit mihi gaudium à Sancto, propter
miſericordiam, quæ citò adveniet in vos
ab eo, qui æternus eſt, veſtro Liberato-
re. 23. Dimiſi enim vos cum luctu &
planctu, Deus autem vos reddet mihi
cum gaudio & hilaritate ad perpetuita-
tem. 24. Nam ſicut hodie captivitatem
veſtram finitimæ Sion viderunt, ſic vi-
debunt citò hanc ſalutem, quæ à Deo
veſtro adventura eſt, cum magnâ gloriâ
& cum ſplendore ſempiterno. 25. Pa-
tienter ſuſtinete, filii, has iras, quæ in
vos à Deo venerunt; divexavit te inimi-
cus, ſed videbis citò ejus perniciem,
tuque eorum colla calcabis. 26. Filii,
quos delicatè nutrieram, aſperum iter
ingreſſi ſunt; abacti ſunt, velut ovile
quod rapitur ab inimicis. 27. Confidite,
filii, & clamate ad Deum; neque enim
is, qui vos abduxit, veſtri obliviſcetur.
28. Quapropter, ſicut mente aberraſtis

ἐπιστραφέντες ζητήσατε αὐτόν. 29. Ὁ γὰρ ἐπαγαγὼν ὑμῖν τὰ κακὰ, ἐπάξει ὑμῖν τὴν αἰώνιον εὐφροσύνην μετὰ τῆς σωτηρίας ὑμῶν. 30. Θάρσει Ἱερουσαλὴμ, παρακαλέσει σε ὁ ὀνομάσας σε. 31. Δείλαιοι οἱ σὲ κακώσαντες, καὶ ἐπιχαρέντες τῇ σῇ πτώσει· 32. Δείλαιαι αἱ πόλεις αἷς ἐδούλευσαν τὰ τέκνα σου, δειλαία ἡ δεξαμένη τοὺς υἱοὺς σου. 33. Ὥσπερ γὰρ ἐχάρη ἐπὶ τῇ σῇ πτώσει, καὶ εὐφράνθη ἐπὶ τῷ πτώματί σου, οὕτως λυπηθήσεται ἐπὶ τῇ ἑαυτῆς ἐρημίᾳ. 34. Καὶ περιελῶ αὐτῆς τὸ ἀγαλλίαμα τῆς πολυοχλίας, καὶ τὸ γαυρίαμα αὐτῆς εἰς πένθος. 35. Πῦρ γὰρ ἐπελεύσεται αὐτῇ παρὰ τοῦ αἰωνίου εἰς ἡμέρας μακρὰς, καὶ κατοικηθήσεται ὑπὸ δαιμονίων τὸν πλείονα χρόνον. 36. Περίβλεψον πρὸς ἀνατολὰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδε τὴν εὐφροσύνην τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ σοι ἐρχομένην. 37. Ἰδοὺ ἔρχονται οἱ υἱοί σου οὓς ἐξαπέστειλας, ἔρχονται συνηγμένοι ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν τῷ ῥήματι τοῦ ἁγίου, χαίροντες τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ.

à Deo, ita magis ac magis convertimini, ut eum requiratis. 29. Nam qui mala in vos adduxit, reddet vobis cum vestrâ salute æternam exsultationem. 30. Confide, Jerusalem; consolabitur te is, qui te nomine vocavit. 31. Væ iis, qui te afflixerunt, & de ruinâ tuâ lætati sunt. 32. Væ iis civitatibus, quæ filios tuos captivos fecerunt; væ illi, quæcunque excepit filios tuos. 33. Nam, sicut de ruinâ tuâ lætata est, cladi tuæ insultans, sic de suâ ipsius devastatione affligetur. 34. Ego enim auferam gloriationem ejus de multitudine civium, ut gaudium ejus evadat in planctum. 35. Nam invadet eam ignis ab eo, qui æternus est, ad multas ætates, & longo tempore à Dæmoniis habitabitur. 36. Circunspice ad orientem, Jerusalem, & vide exsultationem quæ tibi à Deo tuo ventura est. 37. En adveniunt filii tui, quos dimiseras; veniunt ex mandato sancti, colliguntur que ab oriente & ab occidente, & de Dei gloriâ exsultant.

1. *Hic liber est.* Vocat Sapientiam, de quâ dixit anteà, *Librum*, similitudine ductâ ex Libro Legis, qui docet sapientiam.

3. *Ne des alteri gloriam tuam;* sive, ne suscipias leges alienæ religionis; nam gloria Israel erant Leges de colendo Deo.

18. *sed idem, qui...* Græcè, ὁ γὰρ, *ille enim qui...* pro, ὁ δὲ, *ille autem;* sic sæpe γὰρ, pro δὲ, in Libris Deutero-Canonicis.

35. *à dæmoniis habitabitur.* Hæc fuit vetus opinio, dæmones habitare in solitudinibus. Angelus Tobiæ ligavit dæmonem in solitudine Ægypti. Dæmon quærit *loca arida & inaquosa:* ivit Jesus *in desertum*, ut ibi à Diabolo tentaretur. Credibile est, quoniam Dæmones nocere ibi, ubi non sint, non possunt, ut ad Tobiam diximus, fuisse Dæmones ab Angelis bonis in deserta relegatos, cùm aliquam de eis victoriam reportârant, ne cui ad tempus nocerent.

CAPUT V.

Exuat se Jerusalem vestibus luctûs; reducet enim Deus filios ejus ab occidente & ab ortu solis cum honore; terra complanabitur, ut tutum iter habeant.

1. Ἔκδυσαι Ἱερουσαλὴμ τὴν στολὴν τοῦ πένθους καὶ τῆς κακώσεώς σου, καὶ ἔνδυσαι τὴν εὐπρέπειαν τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόξης εἰς τὸν αἰῶνα. 2. Περιβαλοῦ τὴν διπλοΐδα τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης, ἐπίθου τὴν μίτραν ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου τῆς δόξης τοῦ αἰωνίου. 3. Ὁ γὰρ θεὸς δείξει τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ τὴν σὴν λαμπρότητα. 4. Κληθήσεται

1. Exue, Jerusalem, vestem luctûs tui & afflictionis, & indue, de Dei gloriâ, decorem sempiternum. 2. Involve te diploide Justitiæ, quæ ex Deo est; impone capiti tuo mitram æternæ gloriæ. 3. Nam Deus universæ terræ ostensurus est splendorem tuum. 4. Etenim vocabitur tibi à Deo nomen sempiternum,

γάρ σου τὸ ὄνομα παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, Εἰ-
ρήνη δικαιοσύνης, καὶ δόξα θεοσεβείας. 5. Ἀνά-
στηθι Ἱερουσαλὴμ, καὶ στῆθι ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ, καὶ
περίβλεψαι πρὸς ἀνατολὰς, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ
τέκνα σου ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν ἕως ἀνατολῶν τῷ ῥή-
ματι τοῦ ἁγίου, χαίροντας τῇ τοῦ θεοῦ μνείᾳ. 6. Ἐξ-
ῆλθον γὰρ παρὰ σοῦ πεζοὶ ἀγόμενοι ὑπὸ ἐχθρῶν,
εἰσάγει δὲ αὐτοὺς ὁ θεὸς πρὸς σὲ αἰρομένους μετὰ
δόξης ὡς θρόνον βασιλείας. 7. Συνέταξε γὰρ ὁ
θεὸς ταπεινοῦσθαι πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ θῖνας ἀεν-
νάους, καὶ φάραγγας πληροῦσθαι εἰς ὁμαλισμὸν τῆς
γῆς, ἵνα βαδίσῃ Ἰσραὴλ ἀσφαλῶς τῇ τοῦ θεοῦ δό-
ξῃ. 8. Ἐσκίασαν δὲ καὶ οἱ δρυμοὶ καὶ πᾶν ξύλον εὐω-
δίας τῷ Ἰσραὴλ προστάγματι τοῦ θεοῦ. 9. Ἡγή-
σεται γὰρ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ μετ᾽ εὐφροσύνης τῷ φωτὶ
τῆς δόξης αὐτοῦ, σὺν ἐλεημοσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ
τῇ παρ᾽ αὐτοῦ.

pax justitiæ, & honor pietatis.
5. Surge, Jerusalem, & sta in edi-
to loco, & circumspice ad orientem;
vide filios tuos, qui ab occasu solis
usque ad ortum ejus congregantur de
mandato Sancti, & de Dei recorda-
tione exsultant. 6. Ex te enim pe-
dibus egressi sunt, ab hostibus ab-
ducti; Deus autem ad te eos redu-
cet cum honore gestatos, tanquam
regni filios. 7. Constituit enim Deus
deprimere omnem montem excelsum
tumulosque æternos, & valles im-
plere, ut terra complanetur, atque
ut, ex Dei gloriâ, tutum iter ha-
beat Israel. 8. Umbram verò etiam
præbebunt Israel, ex Dei mandato,
sylvæ & odoriferæ arbores. 9. Deus enim
deducet Israel cum hilaritate ad lumen
gloriæ suæ, cum misericordiâ & justi
tiâ, quæ ex Deo est.

---

4. *Pax justitiæ & honor pietatis.* Hæc nomina utrùm re & factis suis præ se tulerint Judæi Babylone reduces, facilè judicabunt, qui Judæorum ultimorum mores ex sacrâ Historiâ cognitos habebunt. Multi Interpretes hæc dicta putant de Ecclesiæ Christianæ primordiis. Sed cùm ad solos Judæos sermo habeatur, ubi dicitur (v. 6.) *pedibus egressi sunt, ab hostibus abducti*, satis apparet magnifica hæc promissa, non ad alia tempora pertinere, quam ad ultima Judæorum. Atque illud ipsum persuadet ordo rerum, qui hîc habetur; cùm soleant Prophetæ reditum Judæorum ultimo loco prænuntiare, post alias de eorum futuro statu vaticinationes.

5. *ab occasu Solis.* Profugerant quidem nonnulli Judæi in occidentales terræ plagas, ut mala evitarent, quæ ab Oriente imminebant. Sed non docet Historia Sacra, fuisse collectos ab Occidente Judæos, ut Jerusalem redirent tùm, cùm alii, qui Babylone captivi fuerant, ab Oriente revertebantur; propterea non facilè hæc interpreteris de reditu primo Judæorum.

6. *Ex te enim pedibus egressi sunt*, &c. Hæc spectare videntur ad Judæos omnes, qui captivi facti sunt, sive ab Assyriis, sive à Romanis; dicitur de omnium captivitate, ut posteà de omnium reditu dicatur... *tanquam regni filios*; nam, pro θρόνον, *thronum*, legimus υἱοὺς, *filios*, ex Codicibus Alex. & Complut. Non convenit *thronus*, de universâ gente dictus, quia non prædicitur, universos & singulos Judæos futuros esse reges.

7. 8. & 9. *Constituit enim Deus*, &c. Quæ sequuntur de itinere revertentium Judæorum, non possunt accommodari ad iter quod fecit Esdras: quod iter, Deo favente, prosperum quidem fuit, non tamen illustre miraculis, ut hoc iter, quod nunc tangitur, fore prænuntiatur. Longius iter fecit Esdras, quàm necesse fuerat, quia deflexit à populis, qui potuissent itineri nocere; neque id fecisset, si hanc vaticinationem de suo itinere factam fuisse credidisset. In Epistolâ Jeremiæ, quæ sequitur, ubi promittitur reversuros esse Babylone Judæos, hoc tantùm dicitur, *educam vos inde cum pace*, neque adduntur magnificæ promissiones, quales hîc habentur: vide & confer.

CAPUT VI.

EPISTOLA JEREMIÆ.

Quàm vani ſint Dii gentium lignei, aurei & argentei, & quàm non timendi.

1. Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς, ἧς ἀπέστειλεν Ἰε-
ρεμίας πρὸς τοὺς ἀχθησομένους αἰχμα-
λώτους εἰς Βαβυλῶνα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν
Βαβυλωνίων, ἀναγγεῖλαι αὐτοῖς καθότι ἐπε-
τάγη αὐτῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. 2. Διὰ τὰς ἁμαρτίας
ἃς ἡμαρτήκατε ἐναντίον τοῦ θεοῦ, ἀχθήσεσθε εἰς
Βαβυλῶνα αἰχμάλωτοι ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ βα-
σιλέως τῶν Βαβυλωνίων. 3. Εἰσελθόντες οὖν εἰς Βα-
βυλῶνα, ἔσεσθε ἐκεῖ ἔτη πλείονα καὶ χρόνον μακρὸν,
ἕως γενεῶν ἑπτά. μετὰ τοῦτο δὲ ἐξάξω ὑμᾶς ἐκεῖθεν
μετ᾽ εἰρήνης. 4. Νυνὶ δὲ ὄψεσθε ἐν Βαβυλῶνι θε-
οὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς καὶ ξυλίνους ἐπ᾽ ὤμοις αἰρο-
μένους, δεικνύντας φόβον τοῖς ἔθνεσιν. 5. Εὐλα-
βήθητε οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς ἀφομοιωθέντες τοῖς ἀλλο-
φύλοις ἀφομοιωθῆτε, καὶ φόβος ὑμᾶς λάβῃ ἐπ᾽
αὐτοῖς, ἰδόντας ὄχλον ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν αὐτῶν
προσκυνοῦντας αὐτά. 6. Εἴπατε δὲ τῇ διανοίᾳ,
Σοὶ δεῖ προσκυνεῖν δέσποτα. 7. Ὁ γὰρ ἄγγελός
μου μεθ᾽ ὑμῶν ἐστιν, αὐτός τε ἐκζητῶν τὰς ψυχὰς ὑ-
μῶν. 8. Γλῶσσα γὰρ αὐτῶν ἐστι κατεξυσμένη ὑπὸ
τέκτονος, αὐτά τε περίχρυσα καὶ περιάργυρα, ψευ-
δῆ δ᾽ ἐστὶ, καὶ οὐ δύνανται λαλεῖν. 9. Καὶ ὥσπερ παρ-
θένῳ φιλοκόσμῳ λαμβάνοντες χρυσίον, κατασκευά-
ζουσι στεφάνους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν θεῶν αὐτῶν.
10. Ἔστι δὲ καὶ ὅτε ὑφαιρούμενοι οἱ ἱερεῖς ἀπὸ τῶν
θεῶν αὐτῶν χρυσίον καὶ ἀργύριον εἰς ἑαυτοὺς κατα-
ναλοῦσι. 11. Δώσουσι δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ
στέγους πόρναις. κοσμοῦσί τε αὐτοὺς, ὡς ἀνθρώπους,
τοῖς ἐνδύμασι, θεοὺς ἀργυροῦς, καὶ θεοὺς χρυσοῦς, καὶ
ξυλίνους. 12. Οὗτοι δὲ οὐ διασώζονται ἀπὸ ἰοῦ καὶ
βρωμάτων, περιβεβλημένων αὐτῶν ἱματισμὸν
πορφυροῦν. 13. Ἐκμάσσονται τὸ πρόσωπον αὐτῶν
διὰ τὸν ἐκ τῆς οἰκίας κονιορτὸν, ὅς ἐστι πλείων ἐπ᾽ αὐ-
τοῖς. 14. Καὶ σκῆπτρον ἔχει ὡς ἄνθρωπος κρι-
τὴς χώρας, ὃς τὸν εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνοντα οὐκ ἀνελεῖ.

1. EXEMPLUM epiſtolæ, quam
ſcripſit Jeremias ad eos, qui
Babylonem captivi ducendi erant à
rege Babyloniorum, ut eis expone-
ret, quæ à Deo habebat in manda-
tis. 2. Propter peccata, quæ ante
Deum commiſiſtis, ducemini Babylo-
nem captivi à Nabuchodonoſor, rege
Babyloniorum. 3. Cùm igitur Babylo-
nem ingreſſi fueritis, eritis ibi annis
pluribus & longo tempore, uſque
ad ſeptuaginta annos; poſteà ego vos
inde cum pace reducturus ſum. 4. Jam
verò Babylone videbitis Deos argen-
teos, aureos & ligneos, humeris ſup-
portatos, & gentibus metum injicien-
tes. 5. Propterea cavete ne & vos
Alienigenis ſimiles efficiamini, & ne
eorum timor vos apprehendat, cùm vi-
debitis plebem ante eos & retrò ado-
rantem. 6. Sed dicite apud voſmetip-
ſos: te, Domine, oportet adorare.
7. Eſt enim vobiſcum Angelus meus,
qui explorat animos veſtros. 8. Nam &
lingua eorum à fabro ſculpta eſt. Sed
hæc, quæ aurata ſunt, aut argentata,
falſa ſunt, nec valent loqui. 9. Illi pro
eis, tanquam pro puellâ cupidâ orna-
tûs, ſumunt aurum, & Deorum ſuorum
capitibus aptant coronas. 10. Aliquandò
verò ſacerdotes tollunt ex Diis ſuis au-
rum & argentum, atque in ſuos uſus il-
lud inſumunt. 11. De quo etiam dant
proſtibulis domeſticis; addunt verò, tan-
quam hominibus, veſtium ornatus Diis
argenteis, Diis aureis & ligneis. 12. Illi
verò non evitant rubiginem & vermes,
quanquam purpureis veſtibus amiciun-
tur; 13. Et abſtergitur vultus eorum,
propter pulverem, qui ex æde oritur,
quique plurimus eſt ſuper eis. 14. Ille te-
net ſceptrum, velut homo qui judex eſt
regionis, nec tamen occidet eum, qui

15. Ἔχει δὲ ἐγχειρίδιον δεξιᾷ, καὶ πέλεκυν· ἑαυ-
τὸν δὲ ἐκ πολέμου καὶ λῃστῶν οὐκ ἐξελεῖται. 16. Ὅ-
θεν γνώριμοί εἰσιν οὐκ ὄντες θεοί· μὴ οὖν φοβηθῆτε
αὐτούς. 17. Ὥσπερ γὰρ σκεῦος ἀνθρώπου συν-
τριβὲν ἀχρεῖον γίνεται, τοιοῦτοι ὑπάρχουσιν οἱ θεοὶ
αὐτῶν, καθιδρυμένων αὐτῶν ἐν τοῖς οἴκοις. οἱ ὀφθαλ-
μοὶ αὐτῶν πλήρεις εἰσὶ κονιορτοῦ ἀπὸ τῶν ποδῶν τῶν εἰσ-
πορευομένων. 18. Καὶ ὥσπερ τινὶ ἠδικηκότι βα-
σιλέα, περιπεφραγμέναι εἰσὶν αἱ αὐλαὶ, ὡς ἐπὶ
θανάτῳ ἀπηγμένῳ· τοὺς οἴκους αὐτῶν ὀχυροῦσιν οἱ
ἱερεῖς θυρώμασί τε καὶ κλείθροις καὶ μοχλοῖς, ὅ-
πως ὑπὸ τῶν λῃστῶν μὴ συληθῶσι. 19. Λύχνους
καίουσι, καὶ πλείους ἢ ἑαυτοῖς, ὧν οὐδένα δύνανται
ἰδεῖν. 20. Ἔστι μὲν ὥσπερ δοκὸς τῶν ἐκ τῆς οἰκίας,
τὰς δὲ καρδίας αὐτῶν φασιν ἐκλείχεσθαι τῶν ἀπὸ
τῆς γῆς ἑρπετῶν, κατεσθόντων αὐτούς τε καὶ
τὸν ἱματισμὸν αὐτῶν οὐκ αἰσθάνονται· 21. Μεμε-
λανωμένοι τὸ πρόσωπον αὐτῶν ἀπὸ τοῦ καπνοῦ τοῦ ἐκ
τῆς οἰκίας. 22. Ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὴν
κεφαλὴν αὐτῶν ἐφίπτανται νυκτερίδες, χελιδόνες,
καὶ τὰ ὄρνεα, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ αἴλουροι. 23. Ὅ-
θεν γνώσεσθε ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί· μὴ οὖν φοβεῖσθε αὐ-
τά. 24. Τὸ γὰρ χρυσίον ὃ περίκειται εἰς κάλλος,
ἐὰν μή τις ἐκμάξῃ τὸν ἰὸν, οὐ μὴ στίλψωσιν, οὐδὲ γὰρ
ὅτε ἐχωνεύοντο, ᾐσθάνοντο. 25. Ἐκ πάσης τιμῆς
ἠγορασμένα ἐστὶν, ἐν οἷς οὐκ ἔστι πνεῦμα. 26. Ἄ-
νευ ποδῶν ἐπ᾽ ὤμοις φέρονται, ἐνδεικνύμενοι τὴν
ἑαυτῶν ἀτιμίαν τοῖς ἀνθρώποις. 27. Αἰσχύνονταί
τε καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτὰ, διὰ τὸ, εἴποτε ἐπὶ
τὴν γῆν πέσῃ, μὴ δι᾽ αὐτῶν ἀνίστασθαι, μήτε ἐάν
τις αὐτὸ ὀρθὸν στήσῃ, δι᾽ ἑαυτοῦ κινηθήσεται, μήτε
ἐὰν κλιθῇ, οὐ μὴ ὀρθωθῇ, ἀλλ᾽ ὥσπερ νεκροῖς τὰ
δῶρα αὐτοῖς παρατίθεται. 28. Τὰς δὲ θυσίας αὐ-
τῶν ἀποδόμενοι οἱ ἱερεῖς αὐτῶν καταχρῶνται· ὡ-
σαύτως δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἀπ᾽ αὐτῶν ταριχεύου-
σαι, οὔτε πτωχῷ οὔτε ἀδυνάτῳ μὴ μεταδῶσι.
29. Τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἀποκαθημένη καὶ λεχὼ ἅπ-
τονται. γνόντες οὖν ἀπὸ τούτων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ, μὴ
φοβηθῆτε αὐτούς. 30. Πόθεν γὰρ κληθείησαν θεοί;
ὅτι γυναῖκες παρατιθέασι θεοῖς ἀργυροῖς καὶ χρυ-
σοῖς καὶ ξυλίνοις. 31. Καὶ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν οἱ ἱε-
ρεῖς διφρεύουσιν, ἔχοντες τοὺς χιτῶνας διεῤῥωγό-
τας, καὶ τὰς κεφαλὰς καὶ τοὺς πώγωνας ἐξυρημέ-
νους, ὧν αἱ κεφαλαὶ ἀκάλυπτοί εἰσιν. 32. Ὠρύον-
ται δὲ βοῶντες ἐναντίον τῶν θεῶν αὐτῶν ὥσπερ τινὲς
ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ. 33. Ἀπὸ τοῦ ἱματισμοῦ αὐ-
τῶν ἀφελόμενοι οἱ ἱερεῖς, ἐνδύσουσι τὰς γυναῖκας

se offenderit. 15. Habet in dexterâ pu-
gionem, aut securim; se se autem
non liberabit nec ab hoste, nec à fu-
re. 16. Atque inde non esse Dii cognos-
cuntur; quapropter nolite eos timere.
17. Sicut enim vas hominis, quod fran-
gitur, inutile evadit, sic fiunt Dii eo-
rum, quanquam in ædibus sedem ha-
bent; oculi eorum pleni sunt pulvere
pedum illorum, qui ingrediuntur. 18. Et
quemadmodum si quis regem offendit,
atria super eo clauduntur, ut pote ad
necem ducendo, sic eorum ædes mu-
niunt sacerdotes ostiis, claustris & re-
pagulis, ne à furibus exspolientur.
19. Accendunt lucernas, & quidem
plures, quàm illi sunt, quarum videre
nullam possunt. 20. Sunt in æde, velu-
ti trabes; eorum interiora solent repti-
lia terræ arrodere, quæ cùm & eos, &
eorum vestes devorant, illi non sen-
tiunt. 21. Nigri sunt vultus eorum ex
fumo, qui ex æde oritur. 22. Insiliunt
in corpus & in caput eorum noctuæ &
hirundines, volucres ut & feles. 23. Er-
go eos cognoscite non esse Deos, nec
eos timete. 24. Nam auri illius, quo ad
ornatum vestiuntur, nisi rubigo abster-
gitur, non fulgent; neque etiam cùm
conflabantur, sensum habebant. 25. Om-
ni pretio hæc emuntur, in quibus non
est spiritus. 26. Humeris gestantur sine
pedibus, simulque hominibus suam in-
famiam declarant. 27. Dedecorant eos
illi ipsi, qui eis serviunt. Nam si
fortè in terram ceciderint, non sur-
gunt; neque etiam, si quis stabit erec-
tus, per se se movebitur; nec, si incli-
natus fuerit, ex se se erigetur; sed tan-
quam mortuis, munera apponuntur.
28. Victimis verò eorum sacerdotes, quas
vendunt, abutuntur; similiter & mulieres
quasdam ex eis sale macerant, nec eas
pauperi, vel infirmo impertiunt. 29. Victi-
mas eorum tangunt mulieres, & mens-
truales, & puerperæ; atque inde scitis eos
non esse Deos, neque esse cur eos timea-
tis; quomodò igitur pro Diis haberen-
tur? 30. Quippe mulieres cibos appo-
nunt Diis argenteis, aureis & ligneis;
31. Sedentque in eorum ædibus sacerdo-
tes cum tunicis laceris, & capillis ac bar-
bâ rasâ, capiteque discooperto; 32. Et
vociferantur, mugientes ante Deos suos,
quasi qui adsint in cœnâ funeris. 33. Et
eis vestimenta detrahunt sacerdotes, ut
eisdem & uxores & liberos induant.
34. Quòd si eis quidam malè, aut benè

αὐτῶν καὶ τὰ παιδία. 34. Οὔτε ἐὰν κακὸν πά-
θωσιν ὑπό τινος, οὔτε ἐὰν ἀγαθὸν, δυνήσονται ἀντ-
αποδοῦναι· οὔτε καταστῆσαι βασιλέα δύνανται, οὔτε
ἀφελέσθαι. 35. Ὡσαύτως οὔτε πλοῦτον, οὔτε χαλ-
κὸν οὐ μὴ δύνωνται διδόναι. ἐάν τις εὐχὴν αὐτοῖς εὐ-
ξάμενος μὴ ἀποδῷ, οὐ μὴ ἐπιζητήσωσιν. 36. Ἐκ
θανάτου ἄνθρωπον οὐ μὴ ῥύσωνται, οὔτε ἥττονα ἀπὸ
ἰσχυροῦ μὴ ἐξέλωνται. 37. Ἄνθρωπον τυφλὸν εἰς ὅ-
ρασιν οὐ μὴ περιστήσωσιν, ἐν ἀνάγκῃ ἄνθρωπον ὄντα οὐ
μὴ ἐξέλωνται. 38. Χήραν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὔτε ὀρ-
φανὸν εὖ ποιήσωσι. 39. Τοῖς ἀπὸ τοῦ ὄρους λίθοις
ὡμοιωμένοι εἰσὶ τὰ ξύλινα, καὶ τὰ περίχρυσα, καὶ τὰ
περιάργυρα, οἱ δὲ θεραπεύοντες αὐτὰ καταισχυν-
θήσονται. 40. Πῶς οὖν νομιστέον ἢ κλητέον ὑπάρχειν
αὐτοὺς θεοὺς, ἔτι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Χαλδαίων ἀτι-
μαζόντων αὐτά; 41. Οἳ ὅταν ἴδωσιν ἐνεὸν μὴ
δυνάμενον λαλῆσαι, προσενεγκάμενοι τὸν Βῆλον,
ἀξιοῦσι φωνῆσαι, ὡς δυνατοῦ ὄντος αὐτοῦ αἰσθέσθαι.
42. Καὶ οὐ δύνανται αὐτοὶ νοήσαντες καταλιπεῖν
αὐτὰ, αἴσθησιν γὰρ οὐκ ἔχουσιν. 43. Αἱ δὲ γυναῖ-
κες περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται, θυ-
μιῶσαι τὰ πίτυρα. ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖ-
σα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ, τὴν πλη-
σίον ὀνειδίζει, ὅτι οὐκ ἠξίωται ὥσπερ καὶ αὐτὴ, οὔτε
τὸ σχοινίον αὐτῆς διεῤῥάγη. 44. Πάντα τὰ γινό-
μενα ἐν αὐτοῖς ἐστι ψευδῆ· πῶς οὖν νομιστέον ἢ κλη-
τέον ὡς θεοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν; 45. Ὑπὸ τεκτό-
νων καὶ χρυσοχόων κατεσκευασμένα εἰσίν· οὐθὲν ἄλ-
λο μὴ γένηται, ἢ ὃ βούλονται οἱ τεχνῖται αὐτὰ γενέσθαι.
46. Αὐτοί τε οἱ κατασκευάζοντες αὐτὰ οὐ μὴ γέ-
νωνται πολυχρόνιοι· πῶς τε δὴ μέλλει τὰ ὑπ' αὐ-
τῶν κατασκευασθέντα; 47. Κατέλιπον γὰρ ψεύ-
δη καὶ ὄνειδος τοῖς ἐπιγινομένοις. 48. Ὅταν γὰρ
ἐπέλθῃ ἐπ' αὐτὰ πόλεμος καὶ κακὰ, βουλεύον-
ται πρὸς ἑαυτοὺς οἱ ἱερεῖς, ποῦ συναποκρυβῶσι
μετ' αὐτῶν. 49. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν αἰσθέσθαι ὅτι οὐκ εἰ-
σὶ θεοὶ, οἳ οὔτε σώζουσιν ἑαυτοὺς ἐκ πολέμου, οὔτε
ἐκ κακῶν; 50. Ὑπάρχοντα γὰρ ξύλινα καὶ περί-
χρυσα καὶ περιάργυρα, γνωσθήσεται μετὰ ταῦτα ὅτι
ἐστὶ ψευδῆ. 51. Τοῖς ἔθνεσι πᾶσι τοῖς τε βασιλεῦ-
σι φανερὸν ἔσται ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ, ἀλλὰ ἔργα χειρῶν
ἀνθρώπων, καὶ οὐδὲν θεοῦ ἔργον ἐν αὐτοῖς ἐστι. 52. Τί-
νι οὖν γνωστέον ἐστὶν ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί; 53. Βασιλέα
γὰρ χώρας οὐ μὴ ἀναστήσωσιν, οὔτε ὑετὸν ἀνθρώ-
ποις οὐ μὴ δῶσι. 54. Κρίσιν τε οὐ μὴ διακρίνωσιν
ἑαυτῶν, οὐδὲ μὴ ῥύσωνται ἀδίκημα, ἀδύνατοι ὄντες·
ὥσπερ γὰρ κορῶναι ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς.

faciunt, rependere non possunt; nec
regem creare possunt, nec regnum
eripere. 35. Similiter nec divitias, nec
æs dare possunt; si quis eis votum
fecerit, quod non reddat, hoc non
requirent. 36. Neminem à morte li-
berabunt; nec infirmiorem ab eo,
qui fortior est, defendent. 37. Ne-
mini cœco visum reddent: neminem
ex angustiis eripient. 38. Viduæ non
miserebuntur, neque orphano benè
facient. 39. Similia sunt lapidibus
montium hæc numina lignea & au-
rea & argentea; qui hæc colunt,
erubescent. 40. Quomodò igitur Dii,
vel putabuntur, vel nominabuntur,
cùm præsertim eis ignominiam infe-
rant ipsi Chaldæi. 41. Nam, si vi-
dent mutum, qui nihil sciat loqui,
admovent Belum, & postulant ut
loquatur, quasi sensum habere possit.
42. Qui cùm ipsi hoc deprehendunt,
tamen hæc relinquere non valent,
quoniam & ipsi intelligentiâ carent.
43. Jam verò feminæ funibus revinc-
tæ in viis sedent, atque epityrum
incendunt; & si qua ex illis, ab
aliquo viatore pellecta, cum eo dor-
mivit, hæc vicinæ contumeliam fa-
cit, quòd præ se indigna fuerit, nec
ruptus fuerit funis ejus. 44. Omnia,
quæ circa eos fiunt, vana sunt; quo-
modò igitur Dii putabuntur, vel no-
minabuntur? 45. Fabricati sunt eos
artifices & aurifices; nec aliud esse
possunt, quàm quod eos fabri esse vo-
luêre. 46. Nec longævi esse possunt
illi ipsi, qui eos confecerunt; (quo-
nam modo hæc, quæ ab eis sunt
fabricata?) 47. Sed relinquent hæc
vana, & posteris opprobrio futura.
48. Quippe, bello & malis advenien-
tibus, consulunt sibi ipsis sacerdotes,
sicubi se se cum eis abdere queant.
49. Quis non sentiat eos non esse Deos,
qui se ipsos ex bello & ex malis non
eripiunt? 50. Hæc enim, quæ lignea
sunt & aurea & argentea, esse vana
posteà cito cognoscetur. 51. Et palàm
fiet cunctis gentibus ac regibus, eos
non esse Deos, sed opera manuum ho-
minum, neque in eis insidere quidquam
divinum. 52. Quem latere igitur potest,
eos non esse Deos? 53. Neque enim re-
gionis creant regem, nec hominibus dant
imbres. 54. Nec causam agunt suam ip-
sorum, nec injuriam propulsabunt, cùm
sint sine viribus; sic enim sunt, ut cor-

55. Καὶ γὰρ ὅταν ἐμπέσῃ εἰς οἰκίαν θεῶν ξυλί-
νων ἢ περιχρύσων ἢ περιαργύρων πῦρ, οἱ μὲν ἱερεῖς
αὐτῶν φεύξονται καὶ διασωθήσονται, αὐτοὶ δὲ ὥσπερ
δοκοὶ μέσοι κατακαυθήσονται. 56. Βασιλεῖ δὲ καὶ
πολεμίοις οὐ μὴ ἀντιστῶσι· πῶς οὖν ἐκδεκτέον ἢ
νομιστέον ὅτι εἰσὶ θεοί; 57. Οὔτε ἀπὸ κλεπτῶν,
οὔτε ἀπὸ λῃστῶν οὐ μὴ διασωθῶσι θεοὶ ξύλινοι, καὶ
περιάργυροι, καὶ περίχρυσοι· 58. Ὧν οἱ ἰσχύοντες
περιελοῦνται τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν ἱμα-
τισμὸν τὸν περικείμενον αὐτοῖς ἀπελεύσονται ἔχοντες,
οὔτε ἑαυτοῖς οὐ μὴ βοηθήσωσιν. 59. Ὥστε κρεῖσσον
εἶναι βασιλέα ἐπιδεικνύμενον τὴν ἑαυτοῦ ἀνδρείαν, ἢ
σκεῦος ἐν οἰκίᾳ χρήσιμον ἐφ᾽ ᾧ κεχρήσεται ὁ κεκτη-
μένος, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί· ἢ καὶ θύρα ἐν οἰκίᾳ δια-
σώζουσα τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί· καὶ
ξύλινος στύλος ἐν βασιλείοις, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί.
60. Ἥλιος μὲν γὰρ καὶ σελήνη καὶ ἄστρα ὄντα λαμ-
πρὰ, καὶ ἀποστελλόμενα ἐπὶ χρείας, εὐήκοά εἰσιν.
61. Ὡσαύτως καὶ ἀστραπὴ ὅταν ἐπιφανῇ, εὔοπ-
τός ἐστι· τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ πνεῦμα ἐν πάσῃ χώρᾳ πνεῖ.
62. Καὶ νεφέλαις ὅταν ἐπιταγῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιπο-
ρεύεσθαι ἐφ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην, συντελοῦσι τὸ ταχθέν.
63. Τό, τε πῦρ ἐξαποσταλὲν ἄνωθεν ἐξαναλῶσαι
ὄρη καὶ δρυμοὺς, ποιεῖ τὸ συνταχθέν. ταῦτα δὲ οὔτε ταῖς
ἰδέαις, οὔτε ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν ἀφωμοιωμένα ἐστίν.
64. Ὅθεν οὔτε νομιστέον, οὔτε κλητέον ὑπάρχειν
αὐτοὺς θεοὺς, οὐ δυνατῶν ὄντων αὐτῶν οὔτε κρίσιν
κρῖναι, οὔτε εὖ ποιῆσαι ἀνθρώποις. 65. Γνόντες οὖν
ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ, μὴ φοβηθῆτε αὐτούς. 66. Οὔτε
γὰρ βασιλεῦσιν οὐ μὴ καταράσωνται, οὔτε μὴ εὐλογή-
σωσι. 67. Σημεῖά τε ἐν ἔθνεσιν ἐν οὐρανῷ οὐ μὴ
δείξωσιν, οὐδὲ ὡς ὁ ἥλιος λάμψουσιν, οὔτε φωτιοῦ-
σιν ὡς ἡ σελήνη. 68. Τὰ θηρία αὐτῶν ἐστι κρείτ-
τω, ἃ δύναται ἐκφυγόντα εἰς σκέπην ἑαυτὰ ὠφε-
λῆσαι. 69. Κατ᾽ οὐδένα οὖν τρόπον ἡμῖν ἐστι φα-
νερὸν ὅτι εἰσὶ θεοί· διὸ μὴ φοβηθῆτε αὐτούς.
70. Ὥσπερ γὰρ ἐν σικυηράτῳ προβασκάνιον οὐ-
δὲν φυλάσσον, οὕτως οἱ θεοὶ αὐτῶν εἰσι ξύλινοι καὶ
περίχρυσοι καὶ περιάργυροι. 71. Τὸν αὐτὸν τρόπον
καὶ τῇ ἐν κήπῳ ῥάμνῳ, ἐφ᾽ ἧς πᾶν ὄρνεον ἐπικάθη-
ται, ὡσαύτως δὲ καὶ νεκρῷ ἐῤῥιμμένῳ ἐν σκότει ἀ-
φωμοίωνται οἱ θεοὶ αὐτῶν ξύλινοι καὶ περίχρυσοι καὶ
περιάγυροι. 72. Ἀπό τε τῆς πορφύρας καὶ τῆς μαρ-
μάρου τῆς ἐπ᾽ αὐτοὺς σηπομένης γνωσθήσονται ὅτι
οὐκ εἰσὶ θεοί· αὐτά τε ἐξ ὑστέρου βρωθήσονται, καὶ
ἔσται ὄνειδος ἐν τῇ χώρᾳ. 73. Κρεῖσσον οὖν ἄν-
θρωπος δίκαιος οὐκ ἔχων εἴδωλα, ἔσται γὰρ μα-
κρὰν ἀπὸ ὀνειδισμοῦ.

niculæ cœlum inter ac terram. 55. Nam,
cùm ceciderit ignis in ædem Deorum li-
gneorum, aut aureorum, aut argenteo-
rum, sacerdotes eorum fugient & inco-
lumes erunt; illi verò, ut trabes, medio
in igne consumentur. 56. Non se se op-
ponunt regi, nec hostibus; unde igitur
concedatur, vel credatur, eos esse Deos?
57. Non se se immunes præstabunt à fu-
ribus & latronibus Dii lignei, argentei
& aurei; 58. Quos, qui viribus valent,
exuunt auro & argento, tollunt vestem,
quâ induebantur, & abeunt; quoniam
illi sibimetipsis non auxiliantur. 59. Prop-
tereà melior est rex, qui suam ostendit
fortitudinem, vel vas in domo utile,
quo utitur qui hoc emit, quàm illi Dii
vani; melior verò etiam janua domûs,
quæ securitatem dat illis, qui in eâ sunt,
quàm Dii illi vani; melior est illis co-
lumna lignea, in æde regiâ. 60. Sol qui-
dem & luna & astra, quia fulgorem ha-
bent, mittuntur ad usus, quibus & fa-
mulantur. 61. Similiter & fulgur, cùm
emicat, facilè cernitur, & ventus perflat
omnem regionem. 62. Sed & nubes, cùm
eis mandatur ut effundant se se in uni-
versam terram, imperata faciunt. 63. Et
ignis, si mittitur ex alto, ut absumat mon-
tes & sylvas, imperata facit; hæc autem
nihil simile habent, nec formis, nec vi-
ribus, quas præ se ferunt. 64. Itaque illi
nec Dii putandi, nec nominandi sunt;
cùm non possint causam judicare ullam,
nec hominibus benefacere. 65. Quoniam
igitur scitis eos non esse Deos, ne eos ti-
mete; 66. Nam regibus nunquam male-
dicent, nec benedicent. 67. Nec genti-
bus signum in cœlo ullum ostendent; ne-
que ut sol, lucebunt, aut, velut luna,
illuminabunt. 68. Præstant eis feræ, quæ
quidem in tuta loca fugientes, sibi pro-
desse possunt. 69. Nullâ igitur ratione
Dii esse apparent, nec est, cur eos ti-
meatis. 70. Nam, sicut in cucumerario
terriculamenta nihil custodiunt, sic est
de illis Diis ligneis, aureis & argen-
teis. 71. Similes sunt rhamno in hor-
tis, cui insident omnes volucres,
Dii lignei, aurei & argentei; vel
etiam mortuo, qui jacet in tenebris.
72. Qui Dii non esse cognoscuntur,
vel ex purpurâ & ex murice, quæ
super eos putrescunt, quæque etiam
posteà consumentur, & sine honore
in agro jacebunt. 73. Ergo potior est
justus homo, qui non habet idola; nam
procul erit ab ignominiâ.

3. *usque ad septuaginta annos :* Græcè, γενεῶν, *generationum*, quasi generationem habeat Jeremias pro decem annis; sed nullum tale exemplum reperi, neque in Jeremiâ, neque in aliis Sacris Libris, & faciliùs credam, scriptum fuisse δεκάδων ἑπτὰ, *usque ad decades septem*, ut observat Grotius, nisi forte ἐτέων ἑβδομήκοντα, scripto compendiosè numero ἑβδομήκοντα, puta ἑβ΄, quod pro ἑπτὰ deinde acceptum fuerit à descriptore.

7. *Est enim vobiscum Angelus meus ;* is qui Judæorum genti præsidet, quique est *Michael*, apud Danielem; qui Angelus invigilabat, non modò religioni, sed & genti Judæorum, ne hæc à victoribus deleretur, vel per cædes, vel per connubia cum cæteris gentibus, quæ Judæorum gentem commiscuissent cum aliis nationibus, ne adhuc populus esse censeretur.

20. *solent (reptilia terræ arrodere.)* In Græco legitur φασὶν, *dicunt ;* quod *dicunt*, quia non congruit huic loco, credibile est Græcos Intt. sic habuisse φασὶ, tanquam φιλεῖ, *solet.*

26. *humeris gestantur sine pedibus.* Non idem sonat *sine pedibus*, atque, *quasi pedes non haberent ;* nam abest particula ὡς, *quasi.* Sed reverâ *sine pedibus* dii gestabantur humeris, ut pondus eorum minueretur, si præsertim ex metallo conflati essent. Propterea separatim conflabantur pedes & reliquum corpus, ne humeri fatiscerent, & ut à minùs multis hominibus gestari possent. Atque hoc erat *ad ignominiam* istorum Deorum, quòd corpora eorum truncarentur, ut hominibus, qui eos gestabant, consuleretur.

43. *feminæ funibus revinctæ*, quibus votum, quo se se ligaverant, significarent... *epityrum incendunt.* Græcè, τὰ πίτυρα, *furfures*, vel *farinæ purgamenta ;* Melius Grotius ἐπίτυρα, sive succos ex oleâ tusâ expressos, post factum oleum : vide Grotium in hunc locum.

52. *Quem latere igitur potest...* Excidit particula negativa, ut observat Grotius, cùm olim scriptum fuisset, τίνι οὖν οὐ γνωστέον, *cui igitur non cognitum esse debet.*

59. *melior est illis columna lignea*, quæque habet suam utilitatem, quanquam lignea est, non marmorea.

72. *Qui dii non esse cognoscuntur.* Hoc toties iterari mirum non videbitur ei, qui attendet, quàm proni essent ad idololatriam Judæi; qui, cùm apud gentes ethnicas agerent, maximum periculum erat, ne sequerentur Deos populi ejus, cui subditi erant, quomodò victi victoribus obsequuntur.

LECTORI

LECTORI

AD CANTICUM TRIUM PUERORUM.

LUD. Cappellus hoc canticum Daniele esse *longè recentius , atque post modum confictum* , probare se putat posse ex *oratione deprecatoriâ* , quæ viget à versu 2. usque ad versum 27. Atque ejus hæc verba sunt , apud notas ejus criticas , pag. 566.

» Hæc enim non satis convenit hominibus , qui in medio igne unà
» cum Angelo illæsi ambulabant. Tota est in peccatorum confessione ,
» & iræ Dei à se deprecatione. Erat-ne tum opportunum & tempesti-
» vum , eâ uti deprecatione apud Deum ? An non potiùs , rapti in ad-
» mirationem tanti miraculi , quod Deus in eos exercebat , toti debebant
» esse in Dei laudibus celebrandis , ut posteà faciunt in posteriori can-
» tico.

Nimiùm morosum hîc habemus Lud. Cappellum. Num enim tres juvenes , quia incolumes in igne erant , à se alienam putare debebant sortem miseram , in quâ omnes jacebant , nec ab eis deprecari pericula eadem , in quibus ipsi versabantur ? Toti sunt , inquit , in peccatorum confessione. Sed in eâ etiam totus fuit Daniel , cap. IX. cùm oravit Deum , ut populi sui servituti finem imponeret , quia popularium suorum miserias , suas esse arbitrabatur. Erat-ne opportunum tempus ? Erat profectò , quia , nisi Judæi peccassent , non fuissent obnoxii flammis , in quas illi tres conjecti fuerant , & quia , si per illorum trium preces Deus flectitur , non post eveniet ut captivi Judæi ad arbitrium regis impii medios in ignes conjiciantur. Neque obstabat trium juvenum talis sensus , quominus in tanti beneficii admirationem raperentur. Itaque etiam ad confessionem peccatorum adjungunt prolixas eas gratiarum actiones , quæ sequuntur , non in cantico *inferiori* , ut ait Lud. Cappellus , sed in eodem. Quippe ejusdem cantici est & gratiarum actio , quæ sequitur , & confessio peccatorum , quæ anteceffit , quamvis quædam in medio narrat Sacer Scriptor.

Verùm hæc addit Lud. Cappellus : Cùm versu 22. in Hebr. Textu
» jam observatum fuerit flammam occidisse ministros, qui conjecerant
» in fornacem tres istos pueros, quid opus fuit illud repetere in Græ-
» co, versu 48. (vel 24.) Illa repetitio arguit, Græcum non esse
» partem genuinam Libri illius, qui Hebraicè à Daniele est conscriptus,
» hodieque extat.

Non nesciebat Lud. Cappellus, esse aliquando in Sacris Libris ex antedictis ἐπανόδους, in quibus oratio redintegratur. Et commodè hoc loco sermo resumitur, postquàm in medias res venerat confessio peccatorum, quæ Cantici quasi pars prima erat, & antequàm dicatur, cur tres pueri in gratiarum actiones & laudes eruperint, quia nimirùm, cùm satis diu in flammis fuissent, nec urerentur, tum demum Angelum comitem viderunt, nec jam dubitare potuerunt, quin è flammis incolumes exirent. Atque hæc ratio afferri potest, cur cantici ultimum locum occupet gratiarum actio. Certè, cùm tres juvenes dicunt, versu 16. *sic fiat hodie sacrificium nostrum*, videntur offerre Deo vitam suam, tanquam holocaustum, nec dum scire, an futurum sit, ut ex fornace exeant.

ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΑΙΝΕΣΙΣ.

CANTICUM TRIUM PUERORUM.

(Apud Vulgatam Latinam, Dan. cap. III. v. 24.)

1. ΚΑὶ συστὰς Ἀζαρίας προσηύξατο οὕτως·
καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν μέσῳ τοῦ
πυρὸς, εἶπεν, 2. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς τῶν
πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸς, καὶ δεδοξασμένον τὸ
ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. Ὅτι δίκαιος εἶ ἐπὶ
πᾶσιν οἷς ἐποίησας, καὶ πάντα τὰ ἔργα σου ἀλη-
θινὰ, καὶ εὐθεῖαι αἱ ὁδοί σου, καὶ πᾶσαι αἱ κρίσεις
σου ἀλήθεια. 4. Καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας
κατὰ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν
ἁγίαν τὴν τῶν πατέρων ἡμῶν Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἐν ἀλη-
θείᾳ καὶ κρίσει ἐπήγαγες ταῦτα πάντα διὰ τὰς
ἁμαρτίας ἡμῶν. 5. Ὅτι ἡμάρτομεν καὶ ἠνομήσαμεν
ἀποστῆναι ἀπὸ σοῦ, 6. Καὶ ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσι,
καὶ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ συνετηρήσα-
μεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν, ἵνα εὖ
ἡμῖν γένηται. 7. Καὶ πάντα ὅσα ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ
πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίη-
σας. 8. Καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνό-
μων, καὶ ἐχθίστων ἀποστατῶν, καὶ βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πο-
νηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. 9. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν
ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα ἡμῶν· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγε-
νήθημεν τοῖς δούλοις σου, καὶ τοῖς σεβομένοις σε
10. Μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνο-
μά σου, καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου,
11. Καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, διὰ
Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ σοῦ, καὶ διὰ Ἰσαὰκ

1. ET ſtans Azarias ſic precatus
eſt, & aperiens os ſuum in
medio ignis, hæc dixit: 2. Bene-
dictus es, Domine Deus patrum noſ-
trorum, & laudabilis, & glorioſum eſt
nomen tuum in ſæcula. 3. Nam juſ-
tus es in omnibus, quæ feciſti, &
omnia opera tua vera ſunt, & rectæ
viæ tuæ, & omnia judicia tua ve-
ritas. 4. Et judicia veritatis feciſti
in omnibus, quæ in nos adduxiſti
& in Jeruſalem, urbem ſanctam pa-
trum noſtrorum; nam in veritate &
in judicio hæc omnia in nos addu-
xiſti propter peccata noſtra. 5. Ete-
nim peccavimus & injuſtè egimus,
à te recedentes. 6. Peccavimus in om-
nibus, nec mandata tua audivimus,
nec obſervavimus; nec fecimus ſicut
nobis præceperas, ut benè eſſet nobis.
7. Et omnia quæ in nos induxiſti,
& quæ feciſti nobis, cum vero judi-
cio feciſti. 8. Et tradidiſti nos in ma-
nus hoſtium iniquorum, impiorumque
odioſiſſimorum, & regi injuſto, & om-
nium, qui in terrâ ſunt, flagitioſiſſimo.
9. Nunc autem non noſtrum eſt aperire os;
in opprobrium & in ignominiam venimus
ſervis tuis, & eis qui te colunt. 10. Ne nos
relinquas uſque in finem, propter nomen
tuum; nec inutile reddas teſtamentum
tuum. 11. Ne amoveas à nobis miſeri-

τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου, 12. Οἷς ἐλάλησας πληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτῶν, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. 13. Ὅτι δέσποτα ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, καί ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. 14. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων καὶ προφήτης καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προσφορὰ, οὐδὲ θυμίαμα, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐναντίον σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. 15. Ἀλλ' ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν, 16. Ὡς ἐν ὁλοκαυτώσει κριῶν καὶ ταύρων, καὶ ἐν μυριάσιν ἀρνῶν πιόνων, οὕτως γενέσθω ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου σήμερον, καὶ ἐκτελέσαι ὄπισθέν σου· ὅτι οὐκ ἔσται αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σοί. 17. Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ φοβούμεθά σε, καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου. 18. Μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου. 19. Καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου κύριε· καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐνδεικνύμενοι τοῖς δούλοις σου κακὰ, 20. Καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης τῆς δυναστείας, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη, 21. Καὶ γνώτωσαν ὅτι σὺ εἶ κύριος, θεὸς μόνος, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. 22. Καὶ οὐ διέλιπον οἱ ἐμβάλλοντες αὐτοὺς ὑπηρέται τοῦ βασιλέως, καίοντες τὴν κάμινον νάφθαν καὶ πίσσαν καὶ στιππύον καὶ κληματίδα. 23. Καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπάνω τῆς καμίνου ἐπὶ πήχεις τεσσαρακονταεννέα. 24. Καὶ διώδευσε, καὶ ἐνεπύρισεν οὓς εὗρε περὶ τὴν κάμινον τῶν Χαλδαίων. 25. Ὁ δὲ ἄγγελος κυρίου συγκατέβη ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὴν κάμινον, καὶ ἐξετίναξε τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς καμίνου, 26. Καὶ ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου, ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον· καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἐλύπησεν, οὐδὲ παρηνώχλησεν αὐτοῖς. 27. Τότε οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, καὶ ἐδόξαζον, καὶ ηὐλόγουν τὸν θεὸν ἐν τῇ καμίνῳ, λέγοντες, 28. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. 29. Καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου τὸ ἅγιον, καὶ ὑπεραινετὸν καὶ ὑπερυψούμενον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. 30. Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερένδοξος εἰς τοὺς αἰῶνας. 31. Εὐλογημένος εἶ ὁ ἐπιβλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ αἰνε-

cordiam tuam propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſervum tuum, & Iſrael ſanctum tuum; 12. Quibus promiſiſti te ſemen eorum multum facturum velut aſtra cœli, & ut arenam, quæ eſt in littore maris. 13. Nos enim, Domine, pauci facti ſumus præ cunctis gentibus; nos ſumus humiles in omni terrâ hodie, propter peccata noſtra. 14. Neque eſt hoc tempore princeps, nec propheta, neque dux, nec holocauſtum, nec victima, nec oblatio, nec ſuffimentum, nec locus, ubi ſacrificia coram te offeramus, & miſericordiam conſequamur. 15. Sed in animo contrito & humili corde ſuſcipiamur. 16. Sic fiat hodie ſacrificium noſtrum coram te, velut per holocauſtum arietum & taurorum, & decem millia pinguium agnorum, & ſic coram te perficiatur; neque enim erit iis, qui in te confidunt, unde erubeſcant. 17. Nunc enim nos te toto corde ſequimur, & timemus, & requirimus vultum tuum. 18. Ne nos tradas ignominiæ; ſed age nobiſcum juxta manſuetudinem tuam & miſericordiam tuam multam. 19. Et libera nos juxta mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo, Domine; & opprobrio ſint omnes, qui ſervis tuis mala intulerunt. 20. Et erubeſcant de cunctâ ſuâ poteſtate, & fortitudo eorum atteratur; 21. Et cognoſcant te eſſe Dominum Deum ſolum, & in omni terrâ glorioſum. 22. Illi autem miniſtri regis, qui conjecerant eos, non ceſſabant incendere fornacem naphtâ & pice & ſtuppâ & ſarmentis; 23. Et flamma ſupra fornacem diffundebatur ad cubitos quadraginta novem. 24. Et pervadens combuſſit eos de Chaldæis, qui erant prope fornacem. 25. Angelus enim Domini deſcendit in fornacem ſimul cum eis, qui cum Azariâ erant, & excuſſit de fornace flammam ignis; 26. Excitavitque in mediâ fornace quaſi ventum roris flantem leniter, nec eos ullo modo attigit ignis, nec dolorem attulit eis, nec moleſtiam. 27. Tum illi tres, quaſi uno ore, cecinêre & laudem dixêre, & Domino in fornace benedixêre, his verbis: 28. Benedictus es, Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis, & ſuper omnem gloriam in ſæcula. 29. Et benedictum eſt nomen ſanctum gloriæ tuæ, & laudabile, & ſuper omnem gloriam in cuncta ſæcula. 30. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ, & ſuper omnem laudem & gloriam in ſæcula. 31. Benedictus es, qui in-

τὸς

τὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. 32. Εὐλογημένος εἶ ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. 33. Εὐλογητὸς εἶ ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑμνητὸς καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. 34. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 35. Εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 36. Εὐλογεῖτε ἄγγελοι κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 37. Εὐλογεῖτε ὕδατα καὶ πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 38. Εὐλογείτω πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 39. Εὐλογεῖτε ἥλιος καὶ σελήνη τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 40. Εὐλογεῖτε ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 41. Εὐλογείτω πᾶς ὄμβρος καὶ δρόσος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 42. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πνεύματα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 43. Εὐλογεῖτε πῦρ καὶ καῦμα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 44. Εὐλογεῖτε νύκτες καὶ ἡμέραι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 45. Εὐλογεῖτε φῶς καὶ σκότος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 46. Εὐλογεῖτε ψῦχος καὶ καῦμα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 47. Εὐλογεῖτε πάχναι καὶ χιόνες τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 48. Εὐλογεῖτε ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 49. Εὐλογείτω ἡ γῆ τὸν κύριον, ὑμνείτω καὶ ὑπερυψούτω αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 50. Εὐλογεῖτε ὄρη καὶ βουνοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 51. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 52. Εὐλογεῖτε θάλασσα καὶ ποταμοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 53. Εὐλογεῖτε αἱ πηγαὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 54. Εὐλογεῖτε κήτη καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 55. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦ-

tueris abyssos, qui sedes super Cherubim, & laudabilis, & super omnem gloriam in sæcula. 32. Benedictus es in throno regni tui, & valdè laudabilis, & super omnem gloriam in sæcula. 33. Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. 34. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & extollite eum in sæcula. 35. Benedicite cœli Domino, laudate & extollite eum in sæcula. 36. Benedicite Angeli Domini Domino, laudate & extollite eum in sæcula. 37. Benedicite aquæ & omnia, quæ super cœlos sunt, Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 38. Benedicat omnis potestas Domini Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 39. Benedicite sol & luna Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 40. Benedicite astra cœli Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 41. Benedicat omnis imber & ros Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 42. Benedicite omnes spiritus Domino, laudate & extollite eum in sæcula. 43. Benedicite ignis & æstus Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 44. Benedicite noctes & dies Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 45. Benedicite lux & tenebræ Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 46. Benedicite frigus & calor Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 47. Benedicite glacies & nives Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 48. Benedicite fulgura & nubes Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 49. Benedicat terra Domino; laudet & extollat eum in sæcula. 50. Benedicite montes & colles Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 51. Benedicite omnia, quæ nascuntur in terrâ, Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 52. Benedicite maria & flumina Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 53. Benedicite fontes Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 54. Benedicite cete, & omnia, quæ moventur in aquis Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 55. Benedicite omnes volucres cœli Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 56. Benedicite omnes feræ & pecora Domino; laudate & extollite eum in sæcula. 57. Benedicite filii

τε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 56. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 57. Εὐλογεῖτε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 58. Εὐλογεῖτε Ἰσραὴλ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 59. Εὐλογεῖτε ἱερεῖς τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 60. Εὐλογεῖτε δοῦλοι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 61. Εὐλογεῖτε πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 62. Εὐλογεῖτε ὅσιοι καὶ ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. 63. Εὐλογεῖτε Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας· ὅτι ἐξείλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου, καὶ ἐκ χειρὸς θανάτου ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ μέσου καμίνου καιομένης φλογὸς, καὶ ἐκ μέσου πυρὸς ἐρρύσατο ἡμᾶς. 64. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. 65. Εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι τὸν κύριον τὸν θεὸν τῶν θεῶν, ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

hominum Domino; laudate & extollite eum in fæcula. 58. Benedicite Iſrael Domino; laudate & extollite eum in fæcula. 59. Benedicite ſacerdotes Domino; laudate & extollite eum in fæcula. 60. Benedicite ſervi Domino; laudate & extollite eum in fæcula. 61. Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Domino; laudate & extollite eum in fæcula. 62. Benedicite ſancti & humiles corde Domino: laudate & extollite eum in fæcula. 63. Benedicite Anania, Azaria & Miſael Domino: laudate & extollite eum in fæcula: quoniam eripuit nos ex inferno, & de morte liberavit nos: ex mediâ fornace ignis ardentis eripuit nos, ex medio igne liberavit nos. 64. Gratias agite Domino, quoniam bonus eſt: quoniam in fæcula miſericordia ejus. 65. Laudem dicite omnes, qui colitis Dominum Deum Deorum: cantate & gratias agite, quoniam in fæcula miſericordia ejus.

---

1. *Et ſtans Azarias..* „ Si hic Hymnus (inquit Grotius) ab ipſis Juvenibus aut etiam Daniele factus eſſet, locum ſuum haberet in Hebræo Danielis cap. III. poſt comma 23. ſicut habet in Græcis „ multis ac Latinis. “ Verùm, cur hæc nunc abſint Hebraicis ex Codicibus, probabilis ratio afferri poteſt, & quidem duplex: prima, hoc canticum non fuiſſe ejuſdem cum Daniele voluminis, ut potè ab ipſis Juvenibus, non à Daniele, compoſitum: altera, hujus Cantici Hebr. exemplar ideò periiſſe, quia Græcè cantabatur in Synagogis Judæorum, nec Judæi Hebraico exemplari utebantur; quod quidem eò faciliùs interierit, quòd erat in membranulâ unâ ſeparatâ, quam Judæi non tranſcripſerint, ex quo deſierant Hebr. Linguam uſurpare.

14. *Non eſt.... princeps, nec propheta.* Erant Babylone principes Juda & Jechonias; erat Daniel propheta; ſed nec principes genti imperabant, nec prophetæ jugiter à Deo mittebantur, ut anteà, cùm erat in regno Judæorum legatio perpetua prophetarum, & ſucceſſio continua ſacerdotum. Qui pauci tunc ſupererant principes & prophetæ, illi erant tanquam ultimæ ſcintillæ ignis jam jam extinguendi.

16. *& ſic coram te perficiatur:* Græcè ὀπίσθέν σου, *poſt te;* aſſentimur Bezæ ſtatuenti legendum eſſe ἔμπροσθέν σου, *coram te;* nam perfici ſacrificia *poſt Deum*, loquendi forma eſt inuſitata & abſurda. Advocatur illud ἔμπροσθεν, ab altero adverbio ἐνώπιον, quod anteceſſit.

LECTORI
AD
SUSANNAM.

FACTURI etiam hîc ſumus, quomodò ad Baruch, & ad Canticum trium puerorum, ut videat Lector, an vera & ſolida ſint argumenta, quibus Suſannæ hiſtoriam impugnat Lud. Cappellus *in notis ſuis Criticis in Suſannæ fabulam ;* quam fabulam eſſe ineptiſſimam arguere ſe putat his modis :

» I°. Vult id contigiſſe, cùm Daniel eſſet juvenis admodùm, & quaſi » puer.... At Daniel unà cum tribus ſociis à primâ veluti pueritiâ delectus » fuit è regio ſemine captivo, & in aulam Nabuchodonoſoris aſſumptus... » Non ſit autem veriſimile, eum ab eo tempore in mediâ Judæorum cap- » tivitate verſatum eſſe, aut liberum ei fuiſſe inter eos vagari. Nec excipi » poteſt iſtud contigiſſe, antequàm in aulam regiam aſſumeretur....

Conceditur Lud. Cappello, non anteà contigiſſe quæ ad Suſannam pertinent, quàm Daniel in regiâ aulâ educaretur ; non conceditur, fuiſſe in aulâ tres pueros, tanquam puellas formoſas, quæ in arctâ cuſtodiâ detinebantur. Non probat Lud. Cappellus, non licuiſſe tribus pueris ex aulâ egredi, Eunucho, cui crediti erant, vel annuente, vel eos comitante. Itaque infirmum eſt hoc primum Cappelli argumentum. Erat tum Daniel *puer junior*, & ſic Dan. cap. I. tres pueri vocantur ילדים. Etenim liberavit Suſannam Daniel, priuſquàm ab rege conſtitueretur præfectus provinciarum, quem magiſtratum iniit Daniel anno Nabuch. II. vide Dan. cap. II.

» II°. Rem ita narrat, ac ſi Judæi jam pridem fuiſſent in Babylone cap- » tivi ; nam Joakimum Suſannæ virum fingit valdè divitem, domum & » pomarium juxta domum poſſidentem in ipsâ Babylone, Judæos in ejus » domum confluentes, nempe pro more conſueto, & qui jam pridem

» inoleverat. Atqui, si vera est hæc fabula, necesse est eam contigisse initio.... captivitatis illius, quæ anno tertio Joakimi regis abducta fuit Babylonem... in quâ Daniel cum sociis... abductus fuit... An ergo sit verisimile primo, aut secundo, vel tertio mense captivitatis suæ Judæos ita invaluisse in Babyloniâ, ut Joakim illic valdè ditatus fuerit, domum & pomarium tam brevi tempore acquisiverit, uxorem duxerit & liberos genuerit, judices constituti sint statim, Judæique soliti fuerint in domum Joakimi ad judicia confluere? Mirum si ea omnia tam brevi tempore, & paucorum mensium intervallo gesta sunt.

Rectè argumentatur Lud. Cappellus, si Joakim, Susannæ maritus, fuit unus ex captivis, qui Babylonem abducti fuerant. Quid si non fuit? An viderat Cappellus in Susannæ historiâ maritum ejus fuisse unum de captivis? An negabat hominem Judæum potuisse habere Babylone domicilium suum, priusquàm à Nabuchodonosore Jerusalem expugnaretur? Imò ex versu 3. satis apparet, fuisse Babylone Helciam, cùm institueret filiam suam. Sed hoc notatu dignum judicavit Sacer Scriptor, quòd pater & mater Susannæ, quamvis in terrâ extraneâ degebant, tamen in verâ religione filiam suam instituissent; simul etiam causam declarat, cur Judæi qui nuper captivi facti fuerant, in domum Joakim convenirent, quia nimirum Joakim Babylone, ubi habitabat, famam obtinebat viri religiosi, nec non in honore erat apud Chaldæos, ut valde dives.

» III°. Non sit verisimile Nabuchodonosorem Judæis in ipsâ Babylone captivis voluisse tantam concedere ἀυτονομίαν, ut Judices sibi constituerent, qui jus haberent vitæ & necis, idque statim initio captivitatis suæ, cùm in Judæâ essent, qui sub Sedeciâ adversùs eum insurgebant.

Conceditur Capello, non datam fuisse, eo tempore, Judæis ex decreto Chaldæorum ἀυτονομίαν; nec verò eandem Judæis Romani sic concesserant, cùm Christum Dominum morte damnârunt. Sed quia Judæos Chaldæi non cogebant relinquere Legem Mosis, necesse fuit Judæos habere de suâ natione ac religione judices, ut potè Legis suæ peritos; atque eorum judicia Chaldæi non cohibebant, quanquam cohibere poterant, si vellent, quia intererat ipsorum, habere benè moratos captivos, quos intereà legibus civilibus obstrictos tenebant. Jam diximus ad Baruch, non fuisse in Judæâ, anno tertio, vel quarto, Joachim, aut Sedeciæ quarto, vel quinto, qui sub Sedeciâ insurgerent in regem Babylonis.

» IV°.

» IV°. Versu 57. *sic faciebatis filiabus Israel*, *&c.* Facit hic nuga-
» tor discrimen inter filias Israel & filias Juda, vultque istos senes in
» utrasque jus habuisse.... At quando, quæso, Judices illi jus potuerunt
» habere in filias Israel, aut jus eis dicere? Israelitæ... abducti fuerant in
» Assyriam à Salmanasare, ante hunc Joakimi annum tertium annis ut
» minimum 110. Quî potuit ergo idem homo jus dicere & Israelitis in
» Assyriâ, & Judæis simul in Babyloniâ captivis? An vult Israelitas in
» Assyriam abductos Judæis Babylonem deductis statim commixtos fuisse,
» & utrisque eosdem judices communibus suffragiis delectos & creatos
» fuisse? Quis credat?

Non vult, ut ait Lud. Cappellus, eos senes in *utrasque jus dixisse... simul*; dicit enim, *sic faciebatis filiabus Israel*; non autem, *sic facitis....* Ex quo apparet, duo tempora distingui; unum, quo illi senes jus dicebant apud filias Israel; alterum, quo apud filias Juda; itaque eos senes ex Assyriâ venisse Babylonem, atque communibus, non Israel & Judæ, sed Judæ unius suffragiis fuisse delectos; quæ quidem cum Historiâ & Sacrâ & profanâ consentiunt. Enimverò Ninive, quò transducti fuerant multi Israelitæ, captâ & deletâ, fieri vix poterat quin multi Babylonem, vel se sponte conferrent, vel à victoribus abducerentur, ex quorum numero fuerint illi duo senes, qui à Judæis captivis propterea delecti fuerint, quòd judicia in Assyriâ jam exercuerant. Quanquam verò illi duo senes communibus & Israel & Judæ suffragiis constituti judices fuissent, hoc non esset tam incredibile, quàm Cappello videbatur. Intererat Judæorum, in communibus malis, concordiam servare, & Chaldæos victores domesticis non irritare dissidiis.

» Denique vers. 6. senioribus illis Susannam accusantibus applicat dic-
» tum, seu effatum Domini, quod nullibi tamen in totâ Scripturâ com-
» paret.

Huic difficultati occurrimus in notâ nostrâ ad versum 5. quam vide.

» Nec solvuntur hi nodi, si quis cum Bellarmino & Gretsero, post
» Origenem, dicat Danielem istum alium esse à Daniele prophetâ.

Nemo hodie illam tuetur Origenis opinionem de alio atque alio Daniele, quæ confutatur ex capite XIII. Danielis desinente, collato cum capite XIV. inchoante.

» Adde his, quòd fabulator ille se planè puerum & nullius judicii pro-

» dit, in exponendâ totâ illâ narratione. Nam primò verſ. 12. & 13. di-
» cit ſenes illos, poſtquàm Joakimi domo exceſſiſſent, ſpecie prandendi,
» rediiſſe ſuper veſtigia ſua.... At quæritur, cur illi ſuper veſtigia ſua re-
» vertebantur? Nempe dicet aliquis, ut occaſione captatâ unuſquiſque
» ſolus per ſe Suſannam videret, & ſolam alloqueretur.... quod fieri non
» potuit ſub alio ſpecioſiori prætextu, quàm ſi prandendi ſpecie, domum
» quiſque ſuam ſimulatè repeteret. Quaſi verò alter eorum non potue-
» rit ſpecioſiùs apud collegam ſuum cauſam aliquam prætexere, cur non
» ſtatim, poſtquàm populus abierat, domum repeteret, atque ita in do-
» mo Joakimi ſubſiſtere ad eam uſque horam, quâ Suſanna hortum in-
» grediebatur.

Erant ſatis indignæ Lud. Cappello argutiæ tales, ut & aliæ quæ mox ſequentur; quas quidem nullus dubito eum non fuiſſe conquiſiturum, ſi ab opinionibus, in quibus natus erat, habuiſſet liberam mentem. *Quaſi verò alter eorum non potuerit, &c.* Eſto, potuerit. Quid, ſi noluit, cùm poſſet? Sed hoc dico; ſi unus ex illis poterat alio uti prætextu, poterat etiam alter, quoniam uterque eâdem cupidine tenebatur. Itaque eveniſſet, ut, cùm ambo cauſam cur non abirent, prætexerent, ambo in domo Joakim manerent, neque adeò unus eſſe poſſet ſolus cum Suſannâ ſolâ.

» Deinde, cùm in eâ domo familiariſſimi eſſent.... an veriſimile ſit
» nunquam anteà priùs occaſionem ipſis eſſe oblatam, Suſannam domi
» privatim conveniendi.

Non dicit hujus Hiſtoriæ Scriptor, eos ſenes dudum expectaſſe occaſionem; itaque locum non habet iſtud, *nunquam anteà*, quo argumento utitur Cappellus. Obſtabat unus alterì, priuſquàm confiterentur amorem ſuum, ne occaſionem commodam nanciſcerentur, quamvis in domo Joakim familiariſſimi erant; & fortaſſe pauciſſimis diebus poſtquàm amorem ſuum Suſannæ ſibi invicem declaraſſent, occaſionem nacti ſunt, quam captabant.

» Præterea, an eſt veriſimile voluiſſe ambos ſimul de tanto facinore Su-
» ſannam compellare, priuſquàm eam ſæpius ſigillatim tentaſſent & ſolli-
» citaſſent?

Eſt verò perquam veriſimile, homines in conſtuprandis feminis exercitatos, quia non potuerant, nec ſigillatim, nec ſuis quiſque dolis aggredi Suſannæ pudicitiam, junxiſſe conſilia & dolos, ut eam tutiùs ac fortiùs expugnarent.

» Tum si Susannæ consilium fuit lavare in horto, nonne omnia ad id » necessaria simul secum domo comportasset, ut non necesse illî esset famulas domum amandare, ad ea adportanda?

Responderi potest, consilium Susannæ fuisse lavare, non cùm primùm in hortum venit, sed postquàm in horto ambulasset, & æstum diei sensisset. Nam tum demum jubet claudi januas, postquàm dixit ancillis se balneo uti velle, jubens simul ut oleum afferrent; quas januas primùm claudi jussisset, cùm hortum intravit, nec non afferri smegma, si eâ primum mente intrasset, ut lavaret.

» Item, cùm duo senes eam in horto aggressi sunt, vel jam lavabat » sola, dimissis.... ancillis, & ab eis oleo & smegmate jam accepto, vel » eam aggressi sunt, medio illo tempore, interim dum ancillæ oleum & » smegma domo afferrent. Si prius dicatur, non fit verisimile Susannam » solam sine ancillis voluisse in amplissimo horto lavare, nec hoc dece» » bat verecundiam aut pudorem ejus.

Non facilè divino, quid esset contra pudorem, lavare in horto solam, januis clausis, atque eâ diei horâ, quâ omnes egressi erant: eum hortum facit *amplissimum* Cappellus, ut suæ causæ serviat.

» Si posterius affirmetur, facit nugator ille senes istos admodum stoli» » dos, qui Susannam de hoc flagitio sollicitent tam brevi & angusto tem» » pore, interim dum oleum & smegma ex contiguâ domo afferretur.

Non facit *nugator* stolidos senes, si nesciebant ancillas brevi esse redituras, nec audierant Susannam mandata dantem de oleo & smegmate afferendis. Fac verò esse stolidos; an propterea fabula, non historia narratur, quia inducuntur stolidi amatores? Nihil stolidius amore feminarum, nec adulteri unquam deprehenderentur, nisi periculum fuisset ibi, ubi minimè sperabant.

» Rursus Susannam facit valdè imprudentem, primò, quæ utramque » ancillam ad oleum & smegma afferendum amandet, cùm una ancilla » ad hoc officium plus satis fuerit. Secundò, quòd, cùm consilium illius » esset lavare, hortum diligentiùs non perlustraverit, numquis in eo lati» » taret, aut obambularet.

Unde scire potuit Cappellus, unam ancillam ad hoc officium, *plus satis fuisse?* Quid, si una ancilla oleum, altera smegma in custodiâ habebat? Quid, si nec oleum, nec smegma, nondum erat satis paratum? Quis

dixit Cappello, non fuisse hortum diligentiùs perlustratum, priusquàm januæ clauderentur ? Idem, qui non vult stolidos induci senes, facit nimiùm stolidas ancillas ; quibus non mandabat Susanna, ut horti januas clauderent, si adhuc erant, qui in horto ambularent ; sic ut fieri vix posset, quin ancillæ hortum lustrarent prius, quàm clauderent januas.

» Cùm quotidie tempore meridiano viderent eam hortum ingredi,
» quotidie etiam offerebat se occasio eam solam alloquendi.

Minimè quotidie, quia quotidie deambulabat cum ancillis, neque adeò solam aggredi poterant, nisi clam in horto expectarent, si fortè dimitteret à se ancillas.

» Sed tum, cùm in horto delitescerent & Susannam solam in eo de-
» prehenderunt, num scire potuerunt tum esse opportunum illud quod
» ipsi captabant tempus ? Num divinabant fore ut Susanna ancillas suas
» amandaret ?

Tali genere argumentationis probaret etiam Lud. Cappellus fieri non posse, ut latrones in viis nocte delitescant. Num enim divinant fore ut transeat viator hâc ipsâ noctis horâ, in quâ delitescunt, vel ut talis sit viator, ex quo lucrum facere possint ? Non divinabant senes ; sed expectabant, num fortè accideret, id quod optabant ; quomodo latrones expectant, num fortè homo dives, qui transire per viam solet, sine comitatu transeat, ut impunè latrocinari possint.

» At, inquam, an divinare potuerunt, quo tandem die illa in horto
» sola maneret ? Minimè verò. Oportuit ergo illis singulis diebus in horto
» latitare.... Atqui, si singulis diebus in horto latitassent, nonne hoc à
» domesticis observari facilè potuisset, nonne hoc suspicionem in eorum
» animum injecisset ?

Idem diceret Cappellus de latronibus. An divinare, latrones possunt, quâ tandem nocte transiturus sit dives viator ? Minimè verò. Oportet ergo eos singulis noctibus in viis latere. Atqui si singulis noctibus latent, nonne hoc ab excubitoribus observari facilè posset ; nonne suspicionem in eorum animum injiceret ? Hæc responsione non egent. Hâc unâ forsan die latitavêre duo senes, & fortuitò evenit id, quod expectabant. An fieri hoc potuisse negare poterat Cappellus ? Non dicitur cur hoc die potius latitaverint, quàm aliis diebus, quia id notari non necesse fuit. Sed multæ causæ esse poterant cur præviderent fore ut hoc ipso die Susanna bal-

neo

neo uteretur, five quia æftus erat, five quia refciverant eam certis diebus lavare.

» Præterea, cùm Sufanna hortum ingreffa ancillas amandavit, an tum » tam propè delitefcebant fenes illi, ut audire potuerint quid illa ancillis » fuis præciperet. Si tam propè delitefcebant, Sufanna inconfulta admo- » dum fuit, quæ non circumfpiceret, num quis in horto propè adeffet. » Aut fi longiùs aberant, & audiverunt, tamen oportet Sufannam clamosâ » valde voce ancillas amandâffe, & confilium fuum de lavando ipfis expo- » fuiffe, quod planè indecorum fuiffet.

Mirum profectò eft virum doctum & judicio præditum ad tales abiiffe ineptias. Seu longè, feu propè, latitabant duo fenes, non difficile fuit eos latere in domo caftâ, ubi nihil quidquam fufpicionem afferre poterat, quamvis ancillæ abeuntes circunfpexerint num quis in horto adhuc deambularet; quæ fortè non fatis circunfpexerint, num quis lateret, quia nemini venire in mentem poterat, effe homines, qui Sufannæ pudicitiæ infidiarentur.

» Vel fi non audiverunt, quid illa ancillis præciperet, quid de latebris » prodeuntes.... ne quidem horti oftiis interiùs claufis (ut colligere eft » ex verfu 25.) eam ftatim de ftupro follicitant? Num divinabant nemi- » nem intereà temporis hortum ingreffurum, qui eos in tanto facinore » deprehenderet?

Verifimile eft, non audiviffe fenes, quid Sufanna mandaret ancillis fuis, fed eos vidiffe, cùm horti januæ ab ancillis clauderentur, & cùm Sufanna balneum intraret. Potuerunt etiam videre ancillas abeuntes, & januas alteras, quæ *obliquæ* erant, poft fe claudentes; ita ut fperarent neminem effe in hortum reverfurum, donec Sufanna balneo exiret. Itaque eam balneum intrantem aggreffi fuerint, omnia tuta effe arbitrantes, & fatis fibi temporis effe ad libidinem fine tefte explendam.

» Item verfu 25. fervi auditâ, Sufannæ exclamantis voce, per pofti- » cum ingreffi funt: hoc arguit pofticum non fuiffe interiùs claufum, » alioqui non potuiffent ingredi. Num fit verifimile Sufannam folam in » horto voluiffe lavare, oftio interiùs non occlufo? An hoc ejus vel pru- » dentiæ, vel pudori convenit?

Satis prudentiæ ac pudori Sufanna confulebat, jubens claudi januas; per quas extranei intrabant. Nemo dixerit, eam lavare debuiffe, balneo

penitùs clauso, ut ne ancillæ quidem ad eam redire lavantem possent. Quòd si servi, audito clamore, in hortum ingressi sunt, hoc fecerunt, quia eis ancillæ aperuêre januas obliquas, ut quicunque servi in æde erant, heræ suæ periclitanti subvenirent.

» Rursus versu 38. Cavillantur senes illi se juvenem.... non potuisse » tenere, eumque apertis interiùs januis effugisse: Esto. Cur ergo non » ostendunt fugientis vestigia? Cur habitûs, formæ, staturæ, &c. non » notant indicia? Cur non interrogantur vicini, num aliquem tali habitu, » formâ, ætate, &c. adolescentem apertis horti januis fugientem vidis- » sent? Cur ipsi post adolescentem exeuntes non inclamant, *tenete mœ-* » *chum.*

Lud. Cappello hæc omnia de senibus interroganti responderi poterat; hæc non fecêre senes, vel quia mente turbati erant, in tanto scelere deprehensi, vel quia noluerunt. Aut nulla erant in horto vestigia, aut sua ipsorum vestigia detegi, vel in latibulo, vel prope balneum poterant. *Cur non notant indicia?* Eadem responsio est: vel mente capti erant, vel indicia omiserunt, ne in aperto mendacio deprehenderentur. *Cur non inclamant, tenete mœchum?* Quemnam verò inclamassent, ut mœchum juvenem teneret, si nemo mœchum eum videbat? Voluit dicere, cur non dicunt se inclamasse, *tenete mœchum.* Sed hoc inutile dictu erat, cùm nemo esset qui mœchum neque in horto, neque extra hortum videre potuisset.

» An putat nugator ille, Susannam, Joakimum, famulos, cæterosque » omnes, quibus chara erat Susanna, tam fuisse bardos & fungos, ut » nihil horum quæ illius causam juvare poterant, ejusque innocentiam » patefacere, venerit in mentem; sed omnes veluti ἐμβροντήτους, obstupuisse » ad illam citra & contra omnem veri speciem senum accusationem. Hoc » verò esset homines, non homines, sed pecudes sibi fingere.

Obstupuêre omnes, ut par erat, ad talem duorum senum accusationem; nec dubium est quin Susannæ & pater & mater & maritus omnia experti fuerint, ut Susannam liberarent. Sed non satis erat omnes testari, se nihil de Susannâ tale, nec audivisse, nec deprehendisse. Oportebat argui falsitatis duorum senum testimonia; quæ falsitas confutari non poterat ab ullo teste, quia nemo eos senes deprehenderat, nec adulterantes, nec se ad adulterium parantes; quos quidem ab eo facinore tam longè abesse, quàm

ipsam Susannam, omnes existimabant, propter eorum & ætatis & simulatæ virtutis reverentiam. Quare, etsi nemo, qui Susannam nosset, adulteram eam esse crederet, tamen necesse erat opprimi ab accusatoribus innocentem feminam, nisi ipsi senes rei esse deprehenderentur, quia Lex dixerat, *in ore duorum, vel trium testium, &c.*

» Item, inquiunt senes illi versu 35. Cùm ambularemus in horto soli, » venit Susanna, quæ amandatis ancillis suis & occlusis januis, adolescen- » tem intus latitantem sinu excepit. Sed si ita erat, si tempus illud juveni » istî ab eâ constitutum fuerat, quid opus fuit ancillas secum in hortum » ducere? Nonne poterat sola hortum ingredi. Cur præcipiebat ancillis, » ut ad se statim cum oleo & smegmate redirent? Cur denique posticum » interius non occlusit? Num hæc omnia arguunt eam tantum cogitasse » facinus?

Quanquam hæc non arguerent Susannam, non propterea probatur, non hæc dixisse duos senes? An falsi testes nihil unquam dicunt, quod non sit nec verum, nec à vero absimile? Sed fabulam suam benè composuerant duo senes. Dicunt Susannam adduxisse secum duas ancillas, ut id lateret, quod meditabatur, & ut appareret eam non fuisse in horto solam, cùm mœchum juvenem sinu exceptura erat; postea easdem dimisisse, ut sola cum solo esset. Non dicunt senes, Susannam mandasse ancillis suis, ut oleum afferrent; hoc de suo addit Cappellus ad senum accusationem: vide accusationem senum à versu 36. ad versum 41.

» Deinde si senes illi per hortum ambulabant (uti mentiuntur) non » ergo delitescebant; si non delitescebant, sed oberrabant per hortum, » certè facile animadverti & deprehendi oculo non nimis curioso, aut » anxiè vestiganti poterant. An verò putandum est, & Susannam & ado- » lescentem illum, usque adeò stupidos & vesanos fuisse, ut priusquàm in » tantum flagitium ruerent, non exploraverint num quis per hortum ober- » raret. Etenim in ejusmodi flagitiis hæc est prima cura, ne quis sit flagi- » tii testis.

Nihil promovet Lud. Cappellus, quidquid dicat contra verisimilitudinem senum in Susannam accusationis, quia pronum erat, ut senes multis modis mentirentur, nec satis attenderent, quàm verisimilia essent quæ criminabantur. Sed tamen non omnino erat à vero absimile, nec Susannam, nec juvenem vidisse senes, cùm fortè in loco umbroso &

abdito eſſent, & omnia tuta exiſtimaſſe, cùm januas clauſas viderent.

Hæc nos ſigillatim Lud. Cappello reſpondimus, non tam iis quæ objecit (nam pleraque reſponſione digna non erant) quàm nomine ejus & famâ permoti.

ΣΩΣΑΝΝΑ.

SUSANNA.

Duo senes, Susannæ amore capti, latent in ejus horto & lavantem aggrediuntur; eam deinde accusant adulterii; quæ cum ducitur ad supplicium, Daniel senes interrogat, qui, deprehenso mendacio, à populo interficiuntur.

(Apud Vulgatam Latinam Dan. cap. XIII.)

1. Καὶ ἦν ἀνὴρ οἰκῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ὄνο-
μα αὐτῷ Ἰωακείμ. 2. Καὶ ἔλαβε γυ-
ναῖκα ᾗ ὄνομα Σωσάννα, θυγάτηρ Χελκίου, κα-
λὴ σφόδρα, καὶ φοβουμένη τὸν κύριον. 3. Καὶ οἱ γο-
νεῖς αὐτῆς δίκαιοι, καὶ ἐδίδαξαν τὴν θυγατέρα αὐ-
τῶν κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ. 4. Καὶ ἦν Ἰωακεὶμ πλού-
σιος σφόδρα, καὶ ἦν αὐτῷ παράδεισος γειτνιῶν
τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πρὸς αὐτὸν προσήγοντο οἱ Ἰου-
δαῖοι, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων.
5. Καὶ ἀπεδείχθησαν δύο πρεσβύτεροι ἐκ τοῦ λαοῦ
κριταὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ, περὶ ὧν ἐλάλησεν ὁ
δεσπότης, Ὅτι ἐξῆλθεν ἀνομία ἐκ Βαβυλῶνος
ἐκ πρεσβυτέρων κριτῶν, οἳ ἐδόκουν κυβερνᾷν τὸν λαόν.
6. Οὗτοι προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακείμ,
καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτοὺς πάντες οἱ κρινόμενοι.
7. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἀπέτρεχεν ὁ λαὸς μέσον ἡ-
μέρας, εἰσεπορεύετο Σωσάννα, καὶ περιεπάτει ἐν
τῷ παραδείσῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. 8. Καὶ ἐθεώρουν
αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι καθ᾽ ἡμέραν εἰσπορευο-
μένην, καὶ περιπατοῦσαν, καὶ ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ
αὐτῆς, 9. Καὶ διέστρεψαν τὸν ἑαυτῶν νοῦν; καὶ ἐξέ-
κλιναν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν εἰς τὸν

1. HABITABAT quidam Babylone,
cui nomen erat Joakim; 2. Qui
ceperat uxorem, nomine Susannam,
Helciæ filiam, quæ erat valdè formosa,
& timens Dominum. 3. Parentes
ejus, qui justi erant, filiam
suam juxta Legem Mosis instituerant.
4. Erat autem Joakim valdè dives,
habebatque hortum ædi suæ proximum;
apud eum Judæi convenie-
bant, quia erat clarissimus omnium.
5. Creati sunt autem, eo anno, duo
senes, populi Judices, de quibus
hæc locutus fuerat Dominus: orta
est de Babylone iniquitas ex seni-
bus Judicibus, qui populum guber-
nare videbantur. 6. Illi in domo Joa-
kim assidui erant, & omnes ad eos
veniebant, ut judicarentur. 7. Sole-
bat autem Susanna, postquàm po-
pulus abierat, horâ meridianâ in
hortum mariti sui intrare, ac deam-
bulare. 8. Illi duo senes eam vide-
runt quotidie intrantem & deambu-
lantem, & eam concupierunt. 9. A-
verterunt mentem suam, & oculos
suos deflexerunt, ne cœlum suspice-

οὐρανὸν, μηδὲ μνημονεύειν κριμάτων δικαίων.
10. Καὶ ἦσαν ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐ-
τῆς, καὶ οὐκ ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις τὴν ὀδύνην ἑαυ-
τῶν· 11. Ὅτι ᾐσχύνοντο ἀναγγεῖλαι τὴν ἐπιθυμίαν
αὐτῶν, ὅτι ἤθελον συγγενέσθαι αὐτῇ. 12. Καὶ παρ-
ετηροῦσαν φιλοτίμως καθ' ἡμέραν ὁρᾷν αὐτήν.
13. Καὶ εἶπαν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, Πορευθῶμεν
δὴ εἰς οἶκον, ὅτι ἀρίστου ὥρα ἐστί. 14. Καὶ ἐξελ-
θόντες διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἀνακάμ-
ψαντες ἦλθον ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἀνετάζοντες ἀλλή-
λους τὴν αἰτίαν, ὡμολόγησαν τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν·
καὶ τότε κοινῇ συνετάξαντο καιρὸν, ὅτε αὐτὴν δυ-
νήσονται εὑρεῖν μόνην. 15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ παρα-
τηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον, εἰσῆλθέ ποτε καθὼς
χθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας μετὰ δύο μόνων κορασίων, καὶ
ἐπεθύμησε λούσασθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, ὅτι καῦ-
μα ἦν. 16. Καὶ οὐκ ἦν οὐδεὶς ἐκεῖ πλὴν οἱ δύο πρεσ-
βύτεροι κεκρυμμένοι, καὶ παρατηροῦντες αὐτήν.
17. Καὶ εἶπε τοῖς κορασίοις, Ἐνέγκατε δή μοι
ἔλαιον καὶ σμήγματα, καὶ τὰς θύρας τοῦ παραδεί-
σου κλείσατε, ὅπως λούσωμαι. 18. Καὶ ἐποίησαν
καθὼς εἶπε, καὶ ἀπέκλεισαν τὰς θύρας τοῦ παρα-
δείσου, καὶ ἐξῆλθαν κατὰ τὰς πλαγίας θύρας, ἐνέγ-
και τὰ προστεταγμένα αὐταῖς, καὶ οὐκ εἴδοσαν τοὺς
πρεσβυτέρους, ὅτι ἦσαν κεκρυμμένοι. 19. Καὶ ἐ-
γένετο ὡς ἐξήλθοσαν τὰ κοράσια, καὶ ἀνέστησαν οἱ
δύο πρεσβῦται, καὶ ἐπέδραμον αὐτῇ, καὶ εἶπον,
20. Ἰδοὺ αἱ θύραι τοῦ παραδείσου κέκλεινται, καὶ
οὐδεὶς θεωρεῖ ἡμᾶς, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ σου ἐσμέν·
διὸ συγκατάθου ἡμῖν, καὶ γενοῦ μεθ' ἡμῶν. 21. Εἰ
δὲ μὴ, καταμαρτυρήσομέν σου, ὅτι ἦν μετὰ σοῦ νεανίσ-
κος, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαπέστειλας τὰ κοράσια ἀπὸ σοῦ.
22. Καὶ ἀνεστέναξε Σωσάννα, καὶ εἶπε, Στενά
μοι πάντοθεν· ἐάν τε γὰρ τοῦτο πράξω, θάνατός
μοι ἐστίν· ἐάν τε μὴ πράξω, οὐκ ἐκφεύξομαι τὰς
χεῖρας ὑμῶν. 23. Αἱρετώτερόν μοι ἐστὶ μὴ πρά-
ξασαν ἐμπεσεῖν εἰς τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἢ ἁμαρτεῖν
ἐνώπιον κυρίου. 24. Καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ
Σωσάννα· ἐβόησαν δὲ καὶ οἱ δύο πρεσβῦται κατέναν-
τι αὐτῆς. 25. Καὶ δραμὼν ὁ εἷς, ἤνοιξε τὰς θύ-
ρας τοῦ παραδείσου. 26. Ὡς δὲ ἤκουσαν τὴν κραυ-
γὴν ἐν τῷ παραδείσῳ οἱ ἐκ τῆς οἰκίας, εἰσεπήδη-
σαν διὰ τῆς πλαγίας θύρας ἰδεῖν τὸ συμβεβηκὸς αὐ-
τῇ. 27. Ἡνίκα δὲ εἶπαν οἱ πρεσβῦται τοὺς λόγους
αὐτῶν, κατῃσχύνθησαν οἱ δοῦλοι σφόδρα, ὅτι πώ-
ποτε οὐκ ἐρρήθη λόγος τοιοῦτος περὶ Σωσάννης.
28. Καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, ὡς συνῆλθεν ὁ

rent, & ne judicia juſta recordaren-
tur. 10. Erant autem ambo ejus amo-
re ſaucii, nec tamen declarabat al-
ter alterî curam ſuam. 11. Erubeſce-
bant enim palàm facere concupiſcen-
tiam ſuam, quâ cum illâ commiſ-
ceri deſiderabant. 12. Sed eam quo-
tidie diligenter obſervabant, ut eam
intuerentur. 13. Dixit autem unus al-
terî; abeamus domum, quoniam ho-
ra eſt prandii. 14. Et exeuntes ab ſe
invicem diſceſſerunt; deinde reverſi
eodem venerunt, &, cùm alter ab
altero cauſam ſciſcitaretur, confeſſi
ſunt libidinem ſuam. Tum ſimul tem-
pus conſtituerunt, cùm eam reperire
ſolam poſſent. 15. Et diem commo-
dam dum obſervabant, fortè evenit
ut, quomodò anteà ſolebat, intra-
ret in hortum cum duabus puellis,
& ut vellet lavare; nam æſtus erat.
16. Nemo ibi erat, præter duos ſe-
nes, qui latebant, eamque obſerva-
bant. 17. Dixit puellis: afferte mihi
oleum & ſmegma, & claudite horti
januas, ut balneo utar. 18. Illæ im-
perata fecerunt; clauſerunt horti ja-
nuas, & egreſſæ ſunt per januas
obliquas, ut afferrent quæ ſibi man-
data fuerant, nec ſenes viderunt,
quoniam latebant. 19. Statim verò
ut puellæ egreſſæ erant, duo ſenes
ſurrexerunt, & ad eam currentes di-
xerunt: 20. En horti januæ clauſæ
ſunt; nemo nos videt: nos verò
te concupiſcimus; quare acquieſce,
ut commiſceare nobiſcum. 21. Aliter
nos adversùm te teſtes erimus, fuiſ-
ſe tecum adoleſcentem, teque ob
eam cauſam dimiſiſſe à te puellas.
22. Ingemuit Suſanna & dixit: an-
guſtiæ mihi undique. Si enim hoc
fecero, me manet mors; ſi non
fecero, non effugiam manus veſtras.
23. Sed ſatius eſt mihi, hoc non
facto, incidere in manus veſtras,
quàm peccare ante Dominum. 24. Tum
clamavit Suſanna magnâ voce; cla-
maverunt etiam contra eam duo ſe-
nes; 25. Quorum unus currens ape-
ruit horti januas. 26. Cùm autem cla-
mor in horto ab illis, qui ex do-
mo erant, auditus eſſet, concurſus
factus eſt ex januis obliquis, ut co-
gnoſceretur, quid ei accidiſſet. 27. Poſt-
quàm verò elocuti ſunt ſenes ſermones
ſuos, ſervi multùm erubuêre; nihil enim
tale de Suſannâ unquam dictum fue-

λαὸς πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς Ἰωακεὶμ, ἦλθον οἱ δύο
πρεσβύται πλήρεις τῆς ἀνόμου ἐννοίας κατὰ Σωσάννης,
τοῦ θανατῶσαι αὐτὴν, 29. Καὶ εἶπαν ἔμπροσθεν
τοῦ λαοῦ, Ἀποστείλατε ἐπὶ Σωσάνναν θυγατέρα
Χελκίου, ἥ ἐστι γυνὴ Ἰωακείμ. οἱ δὲ ἀπέστειλαν.
30. Καὶ ἦλθεν αὐτὴ, καὶ οἱ γονεῖς αὐτῆς, καὶ τὰ
τέκνα αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ συγγενεῖς αὐτῆς. 31. Ἡ
δὲ Σωσάννα ἦν τρυφερὰ σφόδρα, καὶ καλὴ τῷ εἴ-
δει. 32. Οἱ δὲ παράνομοι ἐκέλευσαν ἀποκαλυ-
φθῆναι αὐτὴν, ἦν γὰρ κατακεκαλυμμένη, ὅπως
ἐμπλησθῶσι τοῦ κάλλους αὐτῆς. 33. Ἔκλαιον δὲ
οἱ παρ' αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ ἰδόντες αὐτήν. 34. Ἀ-
ναστάντες δὲ οἱ δύο πρεσβύται ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ, ἔ-
θηκαν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. 35. Ἡ
δὲ κλαίουσα ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅτι ἦν ἡ
καρδία αὐτῆς πεποιθυῖα ἐπὶ κυρίῳ. 36. Εἶπον
δὲ οἱ πρεσβύται, Περιπατούντων ἡμῶν ἐν τῷ πα-
ραδείσῳ μόνων, εἰσῆλθεν αὕτη μετὰ δύο παιδισκῶν,
καὶ ἀπέκλεισε τὰς θύρας τοῦ παραδείσου, καὶ ἀπέ-
λυσε τὰς παιδίσκας. 37. Καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὴν
νεανίσκος ὃς ἦν κεκρυμμένος, καὶ ἀνέπεσε μετ'
αὐτῆς. 38. Ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐν τῇ γωνίᾳ τοῦ πα-
ραδείσου, ἰδόντες τὴν ἀνομίαν, ἐδράμομεν ἐπ' αὐ-
τούς. 39. Καὶ ἰδόντες συγγινομένους αὐτοὺς, ἐκεί-
νου μὲν οὐκ ἠδυνήθημεν ἐγκρατεῖς γενέσθαι, διὰ τὸ
ἰσχύειν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἀνοίξαντα τὰς θύρας
ἐκπεπηδηκέναι. 40. Ταύτης δὲ ἐπιλαβόμενοι,
ἐπηρωτῶμεν· τίς ἦν ὁ νεανίσκος· καὶ οὐκ ἠθέλησεν
ἀγγεῖλαι ἡμῖν. ταῦτα μαρτυροῦμεν. 41. Καὶ ἐπί-
στευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγὴ ὡς πρεσβυτέροις τοῦ
λαοῦ καὶ κριταῖς· καὶ κατέκριναν αὐτὴν ἀποθανεῖν.
42. Ἀνεβόησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ Σωσάννα, καὶ εἶ-
πεν, Ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ
εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, 43. Σὺ ἐ-
πίστασαι ὅτι ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν· καὶ ἰδοὺ
ἀποθνήσκω μὴ ποιήσασα μηδὲν ὧν οὗτοι ἐπονηρεύ-
σαντο κατ' ἐμοῦ. 44. Καὶ εἰσήκουσε κύριος τῆς φω-
νῆς αὐτῆς. 45. Καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέ-
σθαι, ὁ θεὸς ἐξήγειρε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παιδα-
ρίου νεωτέρου, ᾧ ὄνομα Δανιήλ. 46. Καὶ ἐβόη-
σε φωνῇ μεγάλῃ, Ἀθῷος ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος
ταύτης. 47. Ἐπέστρεψε δὲ πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐ-
τὸν, καὶ εἶπαν, Τίς ὁ λόγος οὗτος, ὃν σὺ λελάλη-
κας; 48. Ὁ δὲ στὰς ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Οὕ-
τως μωροὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ; οὐκ ἀνακρίναντες, οὐδὲ
τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες, κατεκρίνατε θυγατέρα Ἰσ-
ραήλ; 49. Ἀναστρέψατε εἰς τὸ κριτήριον, ψευδῆ

rat. 28. Posterâ die, cùm populus ad
maritum ejus Joakim conveniret, ve-
nerunt etiam duo senes cum mente
sceleratâ adversùs Susannam, ut eam
morti darent. 29. Et, populo astan-
te, dixerunt: accersite Susannam, fi-
liam Helciæ, uxorem Joakim; illi
eam accersiverunt. 30. Hæc venit cum
parentibus suis, cum filiis suis & om-
nibus cognatis. 31. Erat autem Susan-
na valdè delicata, & vultu formosa.
32. Illi nefarii detegi eam jusserunt
(nam velata erat) ut pulchritudine
ejus explerentur. 33. Flebant prope
eam omnes, qui eam intuebantur.
34. Tum duo senes in medio populo
surrexêre, & capiti ejus manus suas
imposuêre. 35. Hæc autem suspiciebat
cœlum flens, quoniam cor ejus in
Domino confidebat. 36. Dixerunt au-
tem senes: dum nos in horto soli
ambulabamus, hæc intravit cum
duabus puellis, & clausit horti ja-
nuas, ac puellas dimisit; 37. Ve-
nitque ad eam adolescens, qui la-
tebat, & cum eâ concubuit. 38. Nos
verò, qui in horti angulo eramus,
conspecto flagitio, accurrimus ad
eos. 39. Et eos quidem commisceri
vidimus; sed illum apprehendere
non potuimus, quia nobis fortior
erat, & quoniam, januis apertis,
evasit. 40. Hanc verò prehendimus,
& sciscitati sumus quis esset is ado-
lescens; hæc autem noluit nobis in-
dicare: hæc testificamur. 41. Credi-
dit eis conventus, ut pote populi se-
nibus ac judicibus; itaque eam mor-
te damnaverunt. 42. Clamavit autem
magnâ voce Susanna, & dixit: O
Deus æterne, qui occulta nosti, &
omnia scis, antequàm fiant; 43. Tu
scis eos contra me falsa testari, &
ecce morior, quanquam nihil feci
eorum, quorum illi me scelerate ac-
cusant. 44. Dominus autem vocem
ejus audivit; 45. Cùmque ad mor-
tem duceretur, excitavit Deus spi-
ritum sanctum parvi adolescentis, cui
nomen erat Daniel. 46. Qui clama-
vit voce magnâ: Ego innoxius sum
sanguinis ejus. 47. Tum populus ad
eum conversus dixit: quis iste ser-
mo est, quem locutus es? 48. Ille
autem stans in medio eorum dixit:
siccine stulti sunt filii Israel? Vos,
nec habitâ quæstione, nec compertâ
veritate, filiam Israel condemnatis?

ψευδῆ γὰρ οὗτοι κατεμαρτύρησαν αὐτῆς. 50. Καὶ ἀνέστρεψε πᾶς ὁ λαὸς μετὰ σπουδῆς. καὶ εἶπαν αὐτῷ οἱ πρεσβύτεροι, Δεῦρο κάθισον ἐν μέσῳ ἡμῶν, καὶ ἀνάγγειλον ἡμῖν, ὅτι σοὶ δέδωκεν ὁ θεὸς τὸ πρεσβεῖον. 51. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς Δανιὴλ, Διαχωρίσατε αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων μακρὰν, καὶ ἀνακρινῶ αὐτούς. 52. Ὡς δὲ διεχωρίσθησαν εἷς ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, ἐκάλεσε τὸν ἕνα αὐτῶν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, νῦν ἥκασιν αἱ ἁμαρτίαι σου, ἃς ἐποίεις τὸ πρότερον, 53. Κρίνων κρίσεις ἀδίκους· καὶ τοὺς μὲν ἀθώους κατακρίνων, ἀπολύων δὲ τοὺς αἰτίους, λέγοντος τοῦ θεοῦ, Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. 54. Νῦν οὖν ταύτην εἴπερ εἶδες, εἰπὸν, ὑπὸ τί δένδρον εἶδες αὐτοὺς ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις; ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπὸ σχῖνον. 55. Εἶπε δὲ Δανιὴλ, Ὀρθῶς ἔψευσαι εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν· ἤδη γὰρ ἄγγελος φάσιν θεοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ θεοῦ, σχίσει σε μέσον. 56. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἐκέλευσε προσαγαγεῖν τὸν ἕτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σπέρμα Χαναὰν, καὶ οὐκ Ἰούδα, τὸ κάλλος ἐξηπάτησέ σε, καὶ ἡ ἐπιθυμία διέστρεψε τὴν καρδίαν σου. 57. Οὕτως ἐποιεῖτε θυγατράσιν Ἰσραὴλ, καὶ ἐκεῖναι φοβούμεναι ὡμίλουν ὑμῖν· ἀλλ' οὐ θυγάτηρ Ἰούδα ὑπέμεινε τὴν ἀνομίαν ὑμῶν. 58. Νῦν οὖν λέγε μοι, ὑπὸ τί δένδρον κατέλαβες αὐτοὺς ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις; ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπὸ πρῖνον. 59. Εἶπε δὲ αὐτῷ Δανιὴλ, Ὀρθῶς ἔψευσαι καὶ σὺ εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν· μένει γὰρ ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρίσαι σε μέσον, ὅπως ἐξολοθρεύσῃ ὑμᾶς. 60. Καὶ ἀνεβόησε πᾶσα ἡ συναγωγὴ φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εὐλόγησαν τῷ θεῷ τῷ σώζοντι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν. 61. Καὶ ἀνέστησαν ἐπὶ τοὺς δύο πρεσβύτας, ὅτι συνέστησεν αὐτοὺς Δανιὴλ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν ψευδομαρτυρήσαντας. 62. Καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὃν τρόπον ἐπονηρεύσαντο τῷ πλησίον· ποιῆσαι κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ. καὶ ἀπέκτειναν αὐτοὺς, καὶ ἐσώθη αἷμα ἀναίτιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. 63. Χελκίας δὲ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ᾔνεσαν περὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῶν μετὰ Ἰωακεὶμ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τῶν συγγενῶν αὐτῶν, ὅτι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα. 64. Καὶ Δανιὴλ ἐγένετο μέγας ἐνώπιον τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ ἐπέκεινα.

49. Revertimini ad judicium; nam illi eam falsè accuſaverunt. 50. Tum populus reverſus eſt celeriter, & ſenes ei dixerunt: veni, & ſede inter nos, & indica nobis, quandoquidem Deus tali te honore dignatur. 51. Et dixit eis Daniel: ſeponite eos, & alter ab altero procul ſit; ego poſteà interrogabo eos. 52. Et poſtquàm unus ab altero ſepoſitus fuit, vocavit unum ex illis, cui dixit: ſcelerate ſenex, nunc tua in te peccata veniunt, quæ anteà feciſti, 53. Dum injuſta judicia exercebas, &, innoxios condemnans, reos abſolvebas, quanquam dixit Deus; non occides innoxium & juſtum. 54. Nunc verò, ſi tu eam vidiſti; dic ſub quânam arbore tu illos vidiſti ſimul commiſtos. Ille reſpondit; ſub lentiſco. 55. Dixit verò Daniel: rectè quidem mentitus es in tuam ipſius perniciem; jam enim Angelus, mandatis à Deo acceptis, medium te diſcindet. 56. Deinde, eo amoto, juſſit adduci alterum, eique dixit: ſemen Chanaan, non autem Juda, decepit te pulchritudo, & concupiſcentia pervertit cor tuum. 57. Sic faciebatis filiabus Iſrael, quæ, metu veſtro, vobiſcum commiſcebantur; ſed non tulit iniquitatem veſtram filia Juda. 58. Nunc ergo dicito mihi: ſub quânam arbore deprehendiſti eos ſimul commiſtos. Ille reſpondit: ſub ilice. 59. Dicitque ei Daniel: rectè quidem mentitus es & tu in tuam ipſius perniciem; præſtò eſt enim Angelus Domini, habens gladium, quo te medium diſcindat, & vos diſperdat. 60. Tum univerſus conventus voce magnâ clamavit, & benedixerunt Deo, qui ſervat eos, qui in ipſum ſperant. 61. Et inſurrexerunt in duos ſenes, quoniam Daniel certum fecerat ex ore eorum, falſum eos teſtimonium dixiſſe. 62. Feceruntque eis ſimiliter atque facere voluerant proximo ſuo, juxta Moſis Legem, & interfecerunt eos: & in die illâ ſervatus eſt ſanguis innoxius. 63. Et gratulati ſunt Helciæ uxorique ejus de filiâ ſuâ, ſimul & Joakim marito ejus, & ejus cognatis: quoniam nihil in eâ turpe fuerat deprehenſum. 64. Daniel autem ex illâ die ac in poſterum, magnum habuit nomen apud populum.

5. *orta eſt de Babylone iniquitas.* Quonam id loco Codicum Sacrorum prædictum fuerit, non reperitur; forſan hoc erat in alio Libro, qui interierit; vel hæc vaticinatio fuerat facta, non ſcripta, & adhuc inſidebat in memoriâ captivorum Judæorum.

50.

50. *& senes ei dixerunt...* non illi libidinosi, sed senes conventûs ejus, qui, hortante Daniele, mox factus fuerat. Quippe illi senes intelligendi sunt, quibus posteà dicit Daniel, *seponite eos;* quæ verba Danielis sunt ad senes novi conventûs, in quo populus ad judicium revertebatur.

55. *medium te discindet.* Perit in Latino sermone *paronomasia* verborum Græcorum, *σχίνῳ* & *σχίσει*, *lentisco* & *scindet*, quomodò & infrà w. 58. & 59. verborum *πρίνῳ*, *ilice*, & *πρίσει*, *scindet:* quæ figura sermonis frustra quæritur in Hebr. Linguâ; atque inde colligit Grotius, & multi alii, hunc librum non esse ex Hebræo translatum, sed ab Judæo aliquo Hellenistâ fuisse scriptum. Hoc jure colligeretur, si omnium arborum nomina Hebraica nobis cognita essent; sed cùm multa penitùs ignorentur, ex quorum numero est *lentiscus*, multa incerta sint, ut est *ilicis* nomen, nulla causa videtur esse, cur negetur eandem *paronomasiam* fuisse etiam in Hebraico sermone. Illud addi potest, quanquam hic lusus verborum non esset in Hebraico Exemplari, eo tamen potuisse uti Interpretem, quia locum habebat in Græcâ Linguâ; itaque leve esse hoc argumentum, quo multi utuntur, ut negent hanc Susannæ Historiam Hebr. sermone fuisse scriptam.

57. *sic faciebatis filiabus Israel*, quæ neptes, vel proneptes erant illorum patrum, quos abduxerat Salmanasar. Quæ, cùm in verâ religione non fuissent natæ ac educatæ, nec spem haberent, quæ ex vero cultu nascitur, pudorem facilè exuebant, ut mortem vitarent, quam senes illi minabantur, nisi eorum libidinem illæ explerent.

59. *præstò est Angelus Domini;* idem de quo dicitur in Epistolâ Jeremiæ, v. 7. *qui explorat animos vestros:* vide dicta ad eum locum.

LECTORI

AD

BEL ET DRACONEM.

EJUSDEM eſt farinæ, (inquit Lud. Cappellus) hæc fabula, cum
» præcedente. Idem autoris ſtupor & hebetudo. Nam primò, vult iſta
» contigiſſe, cùm Daniel apud Cyrum autoritate, gratiâ & favore valeret,
» hoc eſt, ſtatim atque Cyrus Babylone potitus, eâque expugnatâ Judæos
» captivitate ſolvit. Nam paulò poſt Cyrus relictâ Babyloniâ adverſus Crœ-
» ſum & Scythas bellum movit, nec legitur in Babyloniâ diu ſubſtitiſſe.
» At tum nullus erat in Judæâ Habacuc propheta, qui ab Angelo defer-
» retur Babylonem ad Danielem; Habacuc enim vixit ante Babylonicam
» captivitatem, quam prædicit cap. I. v. *6.* & ſeqq. Quòd ſi quis dicat
» hoc contigiſſe non ante, ſed paulò poſt ſolutam captivitatem, cùm Judæi
» in patriam reduces eam incolebant; Reſp. Nullum Habacuc nomine
» prophetam numerari inter illos prophetas, qui poſt ſolutam captivitatem
» prophetaverunt in Judæâ. Soli Aggæus & Zacharias commemorantur.
» Nec eſt quiſquam, qui duos Habacuc prophetas commemoret, alterum
» qui ante, alterum verò qui poſt captivitatem Babylonicam vixerit. Cùm
» ergo Habacuc vixerit ante inchoatam captivitatem, non verò poſt eam
» ſolutam, non potuit Danieli offam in prandium ex Judæâ Babylonem
» deferre.

Diximus in notâ ad verſum 1. regem eum, in cujus familiaritate erat Daniel, fuiſſe ipſum Aſtyagen, ſeu Darium Medum. Non pro conceſſo habuiſſet Lud. Cappellus, vocari ab hujus hiſtoriæ Scriptore *Regem* ipſum Cyrum, ſi attendiſſet, poſteà quàm dictum eſt verſu 1. ſucceſſiſſe Aſtyagi Cyrum Perſam, reſumi quæ ſub Aſtyage evenerunt. Hoc attenderunt, poſt Lud. Cappellum, multi Interpretes. Sed quanquam in hâc hiſtoriâ Cyrus *Rex* eſſet, cujus conviva erat Daniel, non tamen rectè argumenta-

retur Lud. Cappellus, opponens Cyrum non diu Babylone ſubſtitiſſe, cùm planum ſit hæc, quæ de Bel & de Dracone narrantur, evenire potuiſſe intra paucos dies, poſt captam à Cyro Babylonem.

Nec rectiùs argumentatur Lud. Cappellus in Habacuc prophetâ, non eum vixiſſe poſt ſolutam captivitatem, quia vixerit ante inchoatam. Neque enim ſatis longum temporis intervallum ſunt anni ſeptuaginta, ut jure ac meritò negetur, prophetam, qui contra Babylonem vaticinatus fuerit, cùm junior eſſet, vixiſſe uſque ad annum eum, quo ſoluta eſt captivitas. Quippe vixit Daniel ferè decem annis poſt ſolutam captivitatem, qui tamen vixerat ante inchoatam. Ergo minimè mirum videri debet, Prophetam Habacuc, qui forſan fuerit decem annis natu major Daniele, vixiſſe uſque ad annum, qui eſſet decimus ante mortem Danielis. Quod verò addit Cappellus, poſt ſolutam captivitatem non alios prophetas commemorari, quàm Aggæum & Zachariam, (adde Malachiam) hoc ſatis leve eſt; nihil enim fuit, cur commemoraretur Habacuc, ſi vel eo anno mortuus eſt, quo venêre in Judæam Aggæus & Zacharias, vel nullam poſthac ſuſtinuit in Republicâ, vel in Religione perſonam.

Poterat Lud. Cappellus, ex eo ipſo, quod de Habacuc narratur, videre hanc eſſe veram hiſtoriam, non autem fabulam confictam. Enimverò, cùm nunquam anteà eveniſſet, ut homo ab Angelo per medium aerem in terram tam longè remotam tranſportaretur, fieri vix poterat ut fabulæ confictor tale quidquam comminiſceretur, vel putaret ſe rei tam inauditæ fidem facturum. Nec erat, cur Cappellus ſuſpicaretur, fabulam de Habacuc fuiſſe compoſitam ad exemplum Philippi Diaconi, qui ſimiliter ab Angelo raptus eſt; quippe non neſciebat, hanc hiſtoriam fuiſſe à Theodotione de Hebræo in Græcum converſam, atque adeò non ab aliquo Chriſtiano poſt Chriſtum natum, ſed à Judæo longè anteà conſcriptam.

» II°. Verſu 28. Babylonii ſic Cyrum alloquuntur : *Trade nobis Danie-*
» *lem, alioqui interficiemus te & domum tuam.* An verò Babylonii à Cyro
» nuper ſubacti & per vim in ejus poteſtatem redacti, uſque adeò adversùs
» eum, tam brevi tempore invaluerant, ut potuerint, vel auſi ſint eum ſic
» compellare. Quaſi verò tam potens Monarcha iis, qui ſibi jure belli ſub-
» diti & à ſe devicti ſunt, tantùm in ſe poteſtatis pèrmittat, ut poſſint eum
» ita in ordinem cogere, & ab eo minis atque vi quidquid libuerit impe-
» trare. Atqui ſi tantùm poterant Babylonii adversùs Cyrum, cur non
» jugum

» jugum ejus excutiebant, quandoquidem non ita pridem ab eo subacti » erant. Hîc certè planè puerum & prorsus cœcum se prodidit nugacissi- » mus ille fabulator, tam crasso & hebete commento.

Optimè hæc de Cyro Lud. Cappellus; quæ eadem deterrere eum debuissent, ne crederet, Regem, cui Babylonii necem minantur, fuisse Cyrum. Debuerat conquirere apud Ethnicos Scriptores, num quis alius rex fuisset Babylonis, in quem convenire hæc possent. Certè apprimè conveniunt in Astyagen, seu Darium Medum, de quo nihil memoriâ dignum narrant Ethnici Scriptores. Nam tametsi Darius erat cum Cyro in societate bellorum, tamen Cyrum Ethnici Scriptores habent, ut Chaldæorum domitorem; iidemque narrant, annuente Cyro, regnasse in Chaldæos Darium Medum; ut satis appareat, istum Darium nec magnum virum fuisse, nec potentem; & non tam regem, quàm Cyri regis vicarium, aut procuratorem; itaque minatos fuisse Babylonios homini non multùm timendo, & imperium habenti veluti precarium. Quòd si Babylonii timere debebant Cyrum, à quo Darius relictus fuerat imperator, non propterea vincitur, fieri non potuisse, ut Dario Babylonii perniciem minarentur; cùm nemo nesciat, quantùm *Religio possit suadere malorum.* Poterant, si in Darium insurgerent, irritare Cyrum, & ruere in apertam perniciem. Sed non solent homines Religione efferati, pericula tranquillè recogitare. Quid, si non multùm curæ erat Cyro ille Darius Medus? Certè multæ res esse poterant, quanquam in obscurâ historiâ non satis cognitæ, propter quas non multùm à Cyro timendum esset Babyloniis, si, cùm in Darium insurgerent, à Cyro non deficerent.

» III°. Conjectus est Daniel, secundùm eum, in lacum cujus os supernè » nullo erat clausum lapide; nam si lacus, injecto lapide, supernè clausus » fuisset & sigillo communitus (uti id factum fuit in vero Daniele, Dan. » VI. vers. 17.) debuerat id adnotasse fabulator ille; debuit etiam me- » minisse devoluti ab Angelo lapidis, cùm Habacuc super os lacûs consti- « tuit, neque enim nisi devoluto lapide potuit Habacuc Danieli offam » porrigere. Quòd si lacus supernè apertus fuit, vel valdè profundus » fuit, vel mirum est si neque leones saltu, neque Daniel pedibus ma- » nibusque contendendo inde evadere potuerunt. Mirum, si nemo, ne- » quidem Rex (qui tantopere Danieli favebat, nisi 7. die, (vers. 39.) ad » os lacûs accessit, ut videret quidnam Danieli accidisset. Mirum si tam in-

» curiosi omnes fuerint, ut toto illo tempore nemo ad os lacûs accesserit.
» Mirum etiam, si Habacuc, per aerem ab Angelo delatum, & supra os
» lacûs imminentem nemo oculo notavit; mirum, si aliquis hoc animad-
» vertit, Regi non fuisse istud renuntiatum. Mirum si leonum custodes
» per totos sex illos dies neglexerunt videre an Daniel ab iis devoratus
» esset, quasi verò illis satiandis per tot dies unus Daniel suffecerit, si qui-
» dem in singulos dies duo corpora & duæ oves dabantur in escam. Quòd
» si accesserunt ad lacum secundo, vel tertio, vel quarto die, & Danie-
» lem in eo viderunt salvum & vivum, mirum est valdè, si Regem non
» monuerunt, si rumor ille non statim fuit per totam urbem sparsus.

Conceditur Cappello, & lacum non fuisse clausum, & fuisse satis profundum, ut nec Daniel, nec leones effugere possent. Miratur Cappellus, neminem accessisse ad lacum. Non narrat neminem, hujus historiæ Scriptor; omittit quosdam, ut verisimile est, accessisse ad lacum, quia in historiâ compendio scriptâ multæ res minutæ omittuntur. Quòd si quidam ad lacum accesserant, Danielemque viventem viderant, illi multùm cavebant, ne hoc Regi renuntiaretur; nam sperabant fore, ut qui à leonibus non lædebatur, esset inediâ periturus. *Cur Rex non nisi septimo die ad lacum venit?* Quia ante eum diem nihil ad aures Regis venerat de Daniele adhuc vivente, Chaldæis rem tam diu celantibus regem, quàm diu potuerunt; neque erat cur Rex inviseret eum hominem, quem credebat tum mortuum esse, cùm primùm fuerat in lacum conjectus; propterea dicitur Rex venisse septimo die, de more, *ut lugeret Danielem. Mirum, si nemo Angelum viderat, &c.* An diceret etiam Lud. Cappellus: mirum si nemo Philippum Diaconum oculo notavit, cùm ab Eunucho Candacis Reginæ in Azotum raptus est. Nihil tam admirabile est, quam istæ docti viri admirationes.

» IV°. Vers. 31. *dabantur* (inquit) *leonibus per singulos dies duo cor-*
» *pora & duæ oves.* At quid hoc sibi vult, *duo corpora.* Num cadavera in-
» telligit & morticina? Atqui in Græco non est πτώματα, sed σώματα. Dein-
» de, leones ne quidem liberè vagantes, nedum inclusi, aluntur morti-
» cinis, aut cadaveribus. Quid ergo vox corpora seu σώματα, significat?
» An servos seu mancipia, an facinorosos & reos homines ad bestias dam-
» natos? Mirum verò si tanta erat eorum ad bestias damnatorum copia,
» ut in singulos dies duo de publico carcere ad bestias illas produci pos-

» ſent. Servos autem (nam vox hæc σώματα id aliquando ſignificat) non » reos, nec damnatos objicere beſtiis devorandos quotidie binos, mira » fuiſſet nec facilè credenda ſævitia & barbaries in gente, tam cultâ. Hîc » ergo neceſſe eſt, eſſe ineptam ταυτολογίαν, ut duo corpora hîc vel nihil » omninò, vel idem ſignificet, quod ſubſequentes *duæ oves.*

Nimium argutatur Cappellus in vocabulo σώματα. Sunt hæc σώματα, *corpora* hominum recens mortuorum; propterea vocantur *corpora*, non *homines.* Sed *duæ oves* dicuntur, non corpora ovium, quia intelliguntur vivæ oves, non corpora ovium. Negat leones ali morticinis, cùm tamen afferri ſoleat leonibus, in caveâ detentis, caro mortua, modò nondum putrida.

» V°. Sacerdotes Belis facit admodum ſtupidos & hebetes, Danielem » verò craſsè cautum atque prudentem. Sacerdotes illi fuerunt, inquam, » valdè ſtupidi, qui cùm viderent Danielem hoc agere, ut fraudem eo- » rum Regi revelaret, non tamen dederunt operam, ut cùm Daniel ci- » nerem per Templum (verſ. 13.) coram rege per ſervos ſuos curaret » cribrandum atque ſpargendum (quod certè non brevi tempore nec clam » fieri potuit, cùm vaſtiſſimum procul dubio eſſet Belis templum) aliquis » ipſorum occultè obſervaret, quid à Daniele cum Rege in Templo tam » diù fieret, & quid ſibi vellet tam frequens ſervorum Danielis in Tem- » plum cinerem deferentium commeatio. Mirum valdè, ſi ſolo Rege & » Daniele conſcio, conſpergi cinere potuit tam vaſtum tanti Idoli Tem- » plum à Danielis famulis; mirum, ſi nullus Aulicorum, aut Babylonio- » rum Regi toto illo tempore adfuit. Et, ſi aliquis adfuit, mirum ſi ni- » hil eâ de re reſciverunt ſacerdotes; mirum ſi nullus hoc eis renuntiave- » rit, quando Babylonii tantâ Idoli illius religione tenebantur. Si ſacer- » dotes hoc reſciverunt, mirum ſi illud ſuſpicionem iſtis non moverit, » ut inde Danielis conſilium deprehenderent, quo deprehenſo facile eis » fuit illud fruſtrari & Danielem ludificari, ſummiſſis paucis, qui cibos » Idolo appoſitos noctu clam auferrent, nullo ſui relicto veſtigio, novo » nempe cinere ſuper pauca ſua veſtigia ſparſo.

Videtur Cappello, ſtupidos induci ſacerdotes. Cur vero ſtupidos? Quia de ſuo addit ad Contextum quæ in eo non comparent; nimirum vidiſſe ſacerdotes, Danielem hoc agere, ut fraudem ſuam regi detegeret. Hoc vidiſſe ſacerdotes, non modò non narratur, ſed ex eo etiam, quod narratur, planum fit nihil de conſilio Danielis videre potuiſſe ſacerdotes.

Enimverò, quia dixerunt, *nos ibimus foras, claude ostium*, liquet eos procul à Templo recessisse; nec dubitari potest, quin Daniel curaverit, ut nemo ex illis prope Templum lateret, ne id quod moliebatur, detegeretur; nempe Danielis ipsa res agebatur, non tantùm sacerdotum, posteà quàm Rex se eum morti daturum dixerat, si Bel ederet cibos. Fac tamen aliquem ex illis clam Daniele latitasse; fac aliquos non longè absfuisse ab Danielis servis, cùm cineres in Templum afferrent; non propterea facile erat eis divinare, quid contineretur in saccis cinere plenis, qui in Templum portabantur, præsertim nocte adveniente, cùm quæ paulùm longo intervallo sunt, oculorum aciem fugiunt. Vult Cappellus, Danielem cum rege in Templo diu fuisse, quia vastissimum templum non posset brevi tempore cinere conspergi. Auget magnitudinem Templi, au augeat difficultatem. Sed tametsi vastissimum erat Templum, poterat Daniel brevissimo tempore cribare in eo cineres, quia satis erat cinere conspergi pavimentum, quod erat altari & mensis & foribus proximum. Miratur, si nullus aulicorum illo tempore Regi adfuit, cùm tamen dicatur v. 4. Templum fuisse, *præsente uno rege*, cinere consperſum; an hoc negare debuit Cappellus? Nonne Daniel, quâ prudentiâ erat, debuit amandare testes, ut consilium suum tutiùs lateret? Remanserant cum Rege & cum Daniele paucissimi servi Danielis, quos difficile non fuit silere ab incipiente nocte usque ad lucem matutinam.

» Mirum item, si cùm noctu sacerdotes unà cum liberis & uxoribus » per cryptam Templum ingressi sunt, non animadverterent Templi pa- » vimentum cinere esse conspersum; neque enim verisimile est tot homi- » nes unà cum liberis & uxoribus ingressos, cibos illos in ipso Templo sine » lumine devorasse. Si autem deprehenderunt pavimentum cinere cons- » persum, oportet eos planè fuisse fungos & stipites, si Danielis consilium » inde non intellexerunt & subolfecerunt.

Nihil minùs mirum, quàm quod hîc Cappellus admiratur. Nam cineres minutissimi, ut pote cribrati, ad noctis lampades vix animadverti poterant, aut sub pedibus sentiri; & quanquam concederetur eos sub pedibus sensisse sacerdotes, tamen pronum erat ut crederent eos cineres esse pulverem pedum allatum à servis Regis & ab Aulicis, qui Beli cibos apposuerant.

» Mirum etiam valdè, si cùm quotidie tantus hominum, feminarum & » puerorum

» puerorum numerus, ita per cryptam in Templum noctu irrepebat ad
» devoranda Beli apposita edulia, dolus tam crassus non innotuit, vel ex
» puerorum (qui nihil tacere possunt) linguæ intemperantiâ.

Hoc ultimum mirum quidem videri posset, propter puerorum inconsiderantiam, si nemo omnium Babyloniorum id resciviset. Sed tum sic evenit, ut ferè in omnibus Religionibus, in quibus falsa quædam miracula fidem nanciscuntur, quanquam multi sunt, qui hæc falsa esse non ignorant. Nec dubitandum quin pueri ac pleræque feminæ crederent, partem suam edere Deum Bel de appositis cibis, sacerdotibus ita esse persuadentibus. Denique mirum videri non debet, Darium Medum, regem novum, & Babylone, in quam urbem nuper advenerat, adhuc hospitem ac peregrinum, nihil adhuc resciviisse de fraude sacerdotum, si præsertim Regis erat, suppeditare Idolo cibos. Hoc enim posito, intererat sacerdotum tacere, ne cibi subtraherentur.

Addit Cappellus ex Hieronymo, *non magnum fuisse in Daniele divinæ aspirationis indicium, Draconem offâ picis interfectum esse, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas, quæ magis prudentiâ solertis viri, quàm prophetali spiritu essent perpetrata.*

Hæc non militant contra hujus Historiæ Scriptorem, qui quidem exhibet Danielem ut virum prudentem ac intelligentem, non ut prophetam. Vide Jeremiæ caput LI. versu 5. ubi legitur: *Ego verò adero etiam ad Bel, ejiciamque ex ore ejus omne id, quod devorârat.* Nam iis paucis verbis confutantur omnia, quæ adversùs Historiam Bel opponuntur. Vide etiam notam nostram ad eum versum.

Tttttttt

ΒΗΛ ΚΑΙ ΔΡΑΚΩΝ.

BEL ET DRACO.

Daniel detegit fraudem sacerdotum Bel, cujus Templum rex iratus subverti jubet, deinde Draconem enecat, qui apud Babylonios colebatur. Rex Babylonis tradit Danielem invitus. Daniel conjicitur in lacum Leonum, ei prandium affert Habacuc. Conjiciuntur in lacum, qui Danielem accusaverant.

(Apud Vulgatam Latinam, Dan. cap. XIII. v. 65. & cap. XIV.)

1. ΚΑὶ ὁ βασιλεὺς Ἀστυάγης προσετέθη
πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ· καὶ παρέλαβε
Κῦρος ὁ Πέρσης τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. 2. Καὶ ἦν
Δανιὴλ συμβιωτὴς τοῦ βασιλέως, καὶ ἔνδοξος ὑ-
πὲρ πάντας τοὺς φίλους αὐτοῦ. 3. Καὶ ἦν εἴδωλον
τοῖς Βαβυλωνίοις ᾧ ὄνομα Βὴλ, καὶ ἐδαπανῶντο
εἰς αὐτὸν ἑκάστης ἡμέρας σεμιδάλεως ἀρτάβαι δώ-
δεκα, καὶ πρόβατα τεσσαράκοντα, καὶ οἴνου μετρη-
ταὶ ἕξ. 4. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐσέβετο αὐτὸν, καὶ ἐ-
πορεύετο καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν προσκυνεῖν αὐτῷ.
Δανιὴλ δὲ προσεκύνει τῷ Θεῷ αὐτοῦ. καὶ εἶπεν αὐ-
τῷ ὁ βασιλεὺς, Διατί οὐ προσκυνεῖς τῷ Βήλ;
5. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι οὐ σέβομαι εἴδωλα χειρο-
ποίητα, ἀλλὰ τὸν ζῶντα Θεὸν, τὸν κτίσαντα τὸν οὐρα-
νὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ἔχοντα πάσης σαρκὸς κυρείαν.
6. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, Οὐ δοκεῖ σοι
Βὴλ εἶναι ζῶν Θεός; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσα ἐσθίει καὶ πίνει
καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν; 7. Καὶ εἶπε Δανιὴλ γελά-
σας, Μὴ πλανῶ, βασιλεῦ, οὗτος γὰρ ἔσωθεν μέν ἐστι
πηλὸς, ἔξωθεν δὲ χαλκὸς, καὶ οὐ βέβρωκεν οὐδέ-
ποτε. 8. Θυμωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκάλεσε τοὺς

1. REx Astyages appositus est ad
patres suos, regnumque ejus
suscepit Cyrus Persa. 2. Erat autem
Daniel regis contubernalis, & ho-
noratus præ cæteris ejus amicis.
3. Idolum erat Babyloniis, cujus
nomen Bel, in quod insumebantur
singulis diebus similæ artabæ duode-
cim, oves quadraginta, & vini
metretæ sex. 4. Rex eum colebat,
& ibat singulis diebus, ut eum
adoraret; Daniel autem adorabat
Deum suum. Dixit ei Rex, qua-
re tu Bel non adoras? 5. Ille res-
pondit; quia non colo idola manu-
facta, sed Deum viventem, qui
creavit cœlum & terram, quique
est omnium hominum Dominator.
6. Dixit ei Rex: non tibi videtur
Bel esse Deus vivens? Non hæc
vides, quæ singulis diebus edit ac
bibit? 7. Dixit Daniel arridens;
noli, ô Rex, errare: ille enim
intus luteus est, extrinsecus autem
æneus, neque unquam sumpsit cibum.
8. Rex iratus vocavit ejus sacerdo-

ἱερεῖς αὐτοῦ· καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ εἴποιτέ μοι τίς ὁ κατέσθων τὴν δαπάνην ταύτην, ἀποθανεῖσθε. 9. Ἐὰν δὲ δείξητε ὅτι Βὴλ κατεσθίει αὐτὰ, ὁ Δανιὴλ ἀποθανεῖται, ὅτι ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν Βήλ. καὶ εἶπε Δανιὴλ τῷ βασιλεῖ, Γινέσθω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. 10. Καὶ ἦσαν ἱερεῖς τοῦ Βὴλ ἑβδομήκοντα ἐκτὸς γυναικῶν καὶ τέκνων. καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ Δανιὴλ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Βήλ. 11. Καὶ εἶπαν οἱ ἱερεῖς τοῦ Βὴλ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀποτρέχομεν ἔξω, σὺ δὲ βασιλεῦ παράθες τὰ βρώματα, καὶ τὸν οἶνον κεράσας θὲς, καὶ ἀπόκλεισον τὴν θύραν, καὶ σφράγισον τῷ δακτυλίῳ σου. 12. Καὶ ἐλθὼν πρωῒ, ἐὰν μὴ εὕρῃς πάντα βεβρωμένα ὑπὸ τοῦ Βὴλ, ἀποθανούμεθα· ἢ Δανιὴλ ὁ ψευδόμενος καθ᾽ ἡμῶν. 13. Αὐτοὶ δὲ κατεφρόνουν, ὅτι πεποιήκεισαν ὑπὸ τὴν τράπεζαν κεκρυμμένην εἴσοδον, καὶ δι᾽ αὐτῆς εἰσεπορεύοντο διόλου, καὶ ἀνήλουν αὐτά. 14. Καὶ ἐγένετο ὡς ἐξήλθοσαν ἐκεῖνοι, καὶ ὁ βασιλεὺς παρέθηκε τὰ βρώματα τῷ Βήλ. καὶ ἐπέταξε Δανιὴλ τοῖς παιδαρίοις αὐτοῦ, καὶ ἤνεγκαν τέφραν· καὶ κατέσεισαν ὅλον τὸν ναὸν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως μόνου. καὶ ἐξελθόντες ἔκλεισαν τὴν θύραν, καὶ ἐσφραγίσαντο ἐν τῷ δακτυλίῳ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπῆλθον. 15. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἦλθον τὴν νύκτα κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ κατέφαγον πάντα, καὶ ἐξέπιον. 16. Καὶ ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς τὸ πρωῒ, καὶ Δανιὴλ μετ᾽ αὐτοῦ. 17. Καὶ εἶπε, Σῶοι αἱ σφραγίδες Δανιήλ; ὁ δὲ εἶπε, Σῶοι, βασιλεῦ. 18. Καὶ ἐγένετο ἅμα τῷ ἀνοῖξαι τὰς θύρας, ἐπιβλέψας ἐπὶ τὴν τράπεζαν ὁ βασιλεὺς, ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ, Μέγας εἶ Βὴλ, καὶ οὐκ ἔστι παρὰ σοὶ δόλος οὐδὲ εἷς. 19. Καὶ ἐγέλασε Δανιὴλ, καὶ ἐκράτησε τὸν βασιλέα, τοῦ μὴ εἰσελθεῖν αὐτὸν ἔσω· καὶ εἶπεν, Ἴδε δὴ τὸ ἔδαφος, καὶ γνῶθι τίνος τὰ ἴχνη ταῦτα. 20. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, Ὁρῶ τὰ ἴχνη ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, καὶ παιδίων. καὶ ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς 21. Τότε συνέλαβε τοὺς ἱερεῖς, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ἔδειξαν αὐτῷ τὰς κρυπτὰς θύρας, δι᾽ ὧν εἰσεπορεύοντο, καὶ ἐδαπάνων τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης. 22. Καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔδωκε τὸν Βὴλ ἔκδοτον τῷ Δανιήλ. καὶ κατέστρεψεν αὐτὸν καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ. 23. Καὶ ἦν δράκων μέγας, καὶ ἐσέβοντο αὐτὸν οἱ Βαβυλώνιοι. 24. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιὴλ, Μὴ καὶ τοῦτον ἐρεῖς ὅτι χαλκοῦς ἐστιν; ἰδοὺ ζῇ, καὶ ἐσθίει, καὶ πίνει· οὐ δύνασαι εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος θεὸς ζῶν. καὶ προσκύνη-

tes, quibus dixit: nisi mihi indicatis, quis eos cibos absumat, moriemini. 9. Quòd si mihi ostenderitis, Bel eos edere, Daniel morietur, quoniam fuit in Bel contumeliosus. Tum dixit Regi Daniel; fiat, ut dixisti. 10. Erant autem Bel septuaginta sacerdotes, præter mulieres & liberos. Venit igitur Rex cum Daniele in templum Bel. 11. Et sacerdotes Bel dixerunt: Ecce nos ibimus foras; tu autem, ô Rex, appone cibos, & vina misce ac pone: deinde claude ostium, & annulo tuo illud obsigna. 12. Posteà, cùm mane venies, nisi videbis omnia fuisse per Bel absumpta, moriemur; vel Daniel, qui contra nos mentitus est. 13. Illi securi esse videbantur: nam sub mensâ fecerant aditum occultum, per quem continuò intrabant, atque hæc absumebant. 14. Postquàm igitur egressi fuissent, Rex apposuit Bel cibos: Daniel autem jussit pueris suis ut cineres afferrent, quibus totum templum, præsente uno Rege, consperserunt. Deinde egredientes ostium clauserunt, eoque annulo Regis obsignato, abierunt. 15. Sacerdotes, ut solebant, nocte venerunt, & uxores eorum cum filiis suis, atque hæc ederunt & biberunt. 16. Rex summo mane venit, & cum eo Daniel: 17. Cui dixit: salva ne sunt signa, Daniel? Ille autem, salva sunt, ô Rex. 18. Et simul atque ostium aperuerunt, Rex aspiciens mensam, exclamavit magnâ voce: magnus es, Bel, nec est apud te ullus dolus. 19. Risit Daniel, & Regem apprehendens, ne intus progrederetur, dixit: aspice solum, & cognosce cujus hæc sint vestigia. 20. Dixitque Rex: video vestigia hominum & mulierum & puerorum. 21. Tum Rex iratus comprehendit sacerdotes & uxores eorum: qui quidem ei ostenderunt ostia occulta, per quæ intrabant, & omnia, quæ in mensâ erant, absumebant. 22. Et interfecit eos Rex, tradiditque Bel Danieli, qui eum subvertit & templum ejus. 23. Erat etiam draco magnus, quem Babylonii colebant. 24. Dixit Rex Danieli: an tu hunc etiam dicis esse æneum? Ecce vivit editque ac bibit. Dicere non potes, non hunc esse Deum viventem: ergo eum ado-

σου αὐτῷ. 25. Καὶ εἶπε Δανιὴλ, Κυρίῳ τῷ θεῷ μου προσκυνήσω, ὅτι οὗτός ἐστι θεὸς ζῶν. 26. Σὺ δὲ βασιλεῦ δός μοι ἐξουσίαν, καὶ ἀποκτενῶ τὸν δράκοντα ἄνευ μαχαίρας καὶ ῥάβδου. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, Δίδωμί σοι. 27. Καὶ ἔλαβεν ὁ Δανιὴλ πίσσαν καὶ στέαρ καὶ τρίχας, καὶ ἥψησεν ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ ἐποίησε μάζας, καὶ ἔδωκεν εἰς τὸ στόμα τοῦ δράκοντος, καὶ φαγὼν διεῤῥάγη ὁ δράκων. καὶ εἶπεν, Ἴδετε τὰ σεβάσματα ὑμῶν. 28. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσαν οἱ Βαβυλώνιοι, ἠγανάκτησαν λίαν, καὶ συνεστράφησαν ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ εἶπαν, Ἰουδαῖος γέγονεν ὁ βασιλεὺς, τὸν Βὴλ κατέσπασε, καὶ τὸν δράκοντα ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἱερεῖς κατέσφαξε. 29. Καὶ εἶπαν ἐλθόντες πρὸς τὸν βασιλέα, Παράδος ἡμῖν τὸν Δανιήλ· εἰ δὲ μὴ, ἀποκτενοῦμέν σε, καὶ τὸν οἶκόν σου. 30. Καὶ εἶδεν ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐπείγουσιν αὐτὸν σφόδρα, καὶ ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς παρέδωκεν αὐτοῖς τὸν Δανιήλ. 31. Οἱ δὲ ἔβαλον αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας ἕξ. 32. Ἦσαν δὲ ἐν τῷ λάκκῳ ἑπτὰ λέοντες, καὶ ἐδίδοτο αὐτοῖς τὴν ἡμέραν δύο σώματα καὶ δύο πρόβατα· τότε δὲ οὐκ ἐδόθη αὐτοῖς, ἵνα καταφάγωσι τὸν Δανιήλ. 33. Καὶ ἦν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ αὐτὸς ἥψησεν ἕψεμα, καὶ ἐνέθρυψεν ἄρτους εἰς σκάφην, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὸ πεδίον ἀπενέγκαι τοῖς θερισταῖς. 34. Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος κυρίου τῷ Ἀμβακοὺμ, Ἀπένεγκε τὸ ἄριστον ὃ ἔχεις εἰς Βαβυλῶνα τῷ Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων. 35. Καὶ εἶπεν Ἀμβακοὺμ, Κύριε, Βαβυλῶνα οὐχ ἑώρακα, καὶ τὸν λάκκον οὐ γινώσκω. 36. Καὶ ἐπελάβετο ὁ ἄγγελος κυρίου τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ βαστάσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἔθηκεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα ἐπάνω τοῦ λάκκου, ἐν τῷ ῥοίζῳ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. 37. Καὶ ἐβόησεν Ἀμβακοὺμ, λέγων, Δανιὴλ, Δανιὴλ, λάβε τὸ ἄριστον ὃ ἀπέστειλέ σοι ὁ θεός. 38. Καὶ εἶπε Δανιὴλ, Ἐμνήσθης γάρ μου ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἀγαπῶντάς σε. 39. Καὶ ἀναστὰς Δανιὴλ, ἔφαγεν. ὁ δὲ ἄγγελος τοῦ θεοῦ ἀπεκατέστησε τὸν Ἀμβακοὺμ παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. 40. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ πενθῆσαι τὸν Δανιὴλ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον, καὶ ἐνέβλεψε, καὶ ἰδοὺ, Δανιὴλ καθήμενος. 41. Καὶ ἀναβοήσας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπε, Μέγας εἶ κύριε ὁ θεὸς τοῦ Δανιὴλ, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ. 42. Καὶ ἀνέσπασεν αὐτόν. τοὺς δὲ αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ἐνέβαλεν εἰς τὸν λάκκον· καὶ κατεβρώθησαν παραχρῆμα ἐνώπιον αὐτοῦ.

ra. 25. Dixit Daniel : Ego Dominum meum adoro ; qui est Deus vivens. 26. Tu autem , ô Rex , da mihi licentiam , & interficiam draconem sine gladio & sine virgâ. Dixit Rex , do tibi. 27. Sumpsit Daniel picem , adipem ac pilos , quæ simul coxit , & fecit offas , quas misit in os draconis ; cùm eas draco edisset , ruptus est. Tum dixit : En vestra numina. 28. Hæc Babylonii cùm audiverunt , valdè irati sunt , & in regem conversi , dixerunt : Rex factus est Judæus ; Bel amovit , & interfecit draconem , & jugulavit sacerdotes. 29. Et venientes ad regem dixerunt : trade nobis Danielem ; sin minus , te interficiemus & domum tuam. 30. Vidit Rex , se ab eis vehementer urgeri , & necessitate victus , tradidit eis Danielem. 31. Illi autem conjecerunt eum in lacum leonum ; ubi fuit sex dies. 32. Erant in lacu septem leones , quibus quotidie dabantur duo corpora & duæ oves : tum nihil datum est eis , ut devorarent Danielem. 33. Habacuc propheta erat in Judæâ , qui cùm coxisset edulium , & in catino comminuisset panes , ibat in agrum , messoribus hæc ferens. 34. Dixit Angelus Domini ad Habacuc : fer prandium , quod habes , Babylonem , ad Danielem in lacum leonum. 35. Dixit Habacuc : Domine , Babylonem non vidi , & lacum nescio. 36. Apprehendit eum Angelus Domini summo capite , & capillos tenens , impetu spiritûs sui abreptum , posuit Babylone super lacum. 37. Tum clamavit Habacuc dicens : Daniel , Daniel , sume hoc prandium , quod misit tibi Deus. 38. Et dixit Daniel : nempe recordatus es mei , Deus ; nec reliquisti eos , qui te diligunt. 39. Et surgens Daniel comedit ; Angelus autem Domini reportavit Habacuc subitò in locum suum. 40. Rex venit die septimâ , ut lugeret Danielem , & ad lacum accedens respexit : ecce autem Daniel sedebat. 41. Et clamans voce magnâ dixit : magnus es , Deus Danielis , nec alius præter te ullus est. 42. Deinde extraxit eum ; illos autem , qui fuerant necis ejus autores , conjecit in lacum , & coram eo, subitò devorati sunt.

1. *Rex Astyages.* Hoc ſemel nominatur in Daniele Aſtyages, ſed capite 9. mentionem facit Daniel de Aſſuero, cujus erat filius Darius Medus, qui imperavit Chaldæis; qui Darius Medus videtur fuiſſe ultimus rex Medorum, quem nominat Xenophon, Cyaxarem, Aſtyagis filium. Eundem Cyrus, Babylone proficiſcens, reliquit Chaldæis imperaturum. Sub eo Dario Medo evenêre, quæ hîc narrantur; atque ille in toto hoc capite *Rex* nominatur, non autem Cyrus. Poſtquàm enim dictum eſt, appoſitum fuiſſe Aſtyagen ad patres ſuos, & regnum ſuſcepiſſe Cyrum Perſam, reſumuntur quæ ſub Aſtyage evenerunt, cùm Daniel in ejus familiaritate verſabatur. Idem *Rex* vocatur cæteris hujus capitis verſibus, qui primo verſu.

28. *Rex factus eſt Judæus*, id eſt colit numina Judæorum; non autem, homo, qui Judæus eſt, factus eſt rex, quaſi hoc de Daniele diceretur. Nam articulus ὁ antecedit nomen Βασιλεὺς, ut appareat hoc nomine ſignificari Regis ipſam perſonam, nomine autem Ἰουδαῖος, ſine articulo, Regis religionem, non verò Danielis perſonam. Malè Grotius tollit articulum, ex quo bona ſententia naſcitur.

APPROBATIO.

JUSSU illuſtriſſimi Galliarum Cancellarii legi librum, cui titulus: *Biblia Hebraica cum Notis Criticis & Verſione Latinâ ad Notas Criticas factâ: Accedunt Libri Græci qui vocantur Deutero-Canonici;* nec in Libro quidquam reperi, quod obſtare poſſit quin fiat juris publici; imò exiſtimo Reipublicæ Chriſtianæ fore utiliſſimum, collatis vetuſtioribus Bibliorum Hebraicorum aliorumque, & Verſionum antiquarum tum Manuſcriptis, tum editis Codicibus, opus maximâ curâ & indefeſſo labore abſolutum, ad reſeranda Prophetarum oracula, & recludendos Scripturarum fontes. Actum Pariſiis die 26. Septembris an. 1753.

SALLIER.

PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre: A nos amés & féaux Conſeillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conſeil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra. SALUT, notre bien amé le Sieur HOUBIGANT, Prêtre de l'Oratoire, nous a fait expoſer qu'il deſiroit donner au Public un Ouvrage intitulé: *Biblia Hebraica cum Notis Criticis & Verſione Latinâ ad Notas Criticas factâ*, s'il Nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de Privilege pour ce néceſſaires. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter l'Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Préſentes de faire imprimer l'Ouvrage ci-deſſus ſpecifié, en un ou pluſieurs Volumes, & autant de fois que bon lui ſemblera, & de les faire vendre, & débiter par tout notre Royaume, pendant le tems de *quinze* années conſécutives, à compter du jour de la datte deſdites Préſentes: Faiſons défenſe à toutes ſortes de perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangere dans aucun lieu de notre obéiſſance, comme auſſi à tous Libraires, Imprimeurs & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, ni contrefaire ledit Ouvrage, ni d'en faire aucun extrait, ſous quelque prétexte que ce ſoit, d'augmentation, correction, changemens ou autres, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, & de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Expoſant, & de tous dépens, dommages & intérêts; à la charge que ces Préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la datte d'icelles; que l'impreſſion dudit Ouvrage ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caracteres conformément à la feuille imprimée & attachée pour modele, ſous le contre-

Scel des Présentes.; que l'Impétrant se conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. qu'avant de les exposer en vente, le Manuscrit ou Imprimé qui aura servi de copie à l'impression dudit Ouvrage, sera remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée, ès mains de notre très-cher & féal Chevalier le sieur DAGUESSEAU, Chancellier de France, Commandeur de nos ordres; & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires dans notre Bibliotheque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notredit très-cher & féal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU, Chancelier de France, le tout à peine de nullité des Présentes; du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant & ses ayant-cause pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchemens. Voulons que la copie des Présentes qui sera imprimée tout au long, au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, soit tenuë pour dûëment signifiée, & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos amés & féaux Conseillers & Secretaires, foi soit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent, sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, nonobstant clameur de haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires. CAR tel est notre plaisir. DONNÉ à Paris le septiéme jour du mois de Juillet l'an de grace mil sept cent quarante-deux & de notre Regne le vingt-septiéme. Par le Roi, en son Conseil.

SAINSON.

Registré sur le Registre onze de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris. N. 49. fol. 40. conformément au Réglement de 1723. qui fait défense, art. 4. à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter & faire afficher aucuns Livres pour les vendre en leurs noms, soit qu'ils s'en disent les Auteurs ou autrement, & à la charge de fournir à ladite Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, huit Exemplaires prescrits par l'Article 108. du même Réglement. A Paris le 24. Juillet 1742.

SAUGRAIN, *Syndic.*

Facultas Reverendi admodum Patris Præpositi Generalis.

NOs Ludovicus de Thomas de la Valette, Congregationis Oratorii Jesu Christi Domini nostri Presbyter & Præpositus Generalis, juxta diploma Regium, quo vetatur imprimi Libros ab autoribus nostræ Congregationis citra consensum nostrum, postquam vidimus approbationem Clarissimi & Doctissimi viri *Sallier*, & Privilegium Regis, permisimus Librum, cui titulus est, *Biblia Hebraica, &c.. Autore Carolo Francisco Houbigant*, dictæ Congregationis nostræ Presbytero, publici juris fieri. Datum Parisiis die 19a. Novembris, anno verò millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio.

L. DE LA VALETTE.

De mandato Reverendi admodum Patris Præpositi Generalis.

DE FUVEAU, à Secretis.

Typis Claudii-Francisci SIMON, Reginæ, necnon Archipiscopatûs Parisiensis Typographi. 1753.

ERRATA IN PROPHETIS.

Numerus prior paginam indicat ; posterior versum ; lin. lineam , l. lege.

In columnis Hebraicis. 7. 8. tolle punctum post יהודה. 8. 23. *l.* והרדידים. 11. 1. *l.* דודי. 17. 23. *lin.* 2. *l.* יהיה. 21. 13. *l.* יהוה. 46. 5. *lin.* 3. *l.* וכרת. 162. 13. מכב · דו , *l.* מכבד · ו. 315. 27. *lin.* 4. *l.* ויחרשו. 405. 9. *lin.* 4. *l.* הארץ. 528. 25. *lin.* 2. *l.* כאלה. 637. 9. *lin.* 2. *l.* בשדפון.

In Versione. 3. 17. lin. 3. l. *dicite.* 7. 7. dele *nec aqua.* 15. 16. lin. 3. l. *relinquatur.* 25. 9. *lapides* , l. *lateres.* 49. 16. l. *exercituum.* 61. 6. lin. 4. l. *habitatores.* 99. 17. *tuam ;* adde , *& audi.* 129. 11. lin. 3. *hæc estis* , dele *estis.* lin. 4. *longè ;* adde , *estis.* 570. 10. lin. 4. l. *conculcavit.* 707. 1. *lin.* 2. l. *primâ.* 709. 16. lin. 3. *decem* , l. *viginti.*

In Notis: 9. 10. *lin.* 4. *l.* *δήσωμεν.* 19. 14. *lin.* 8. *l. mea.* 20. 14. *lin.* 19. *l. virgine.* 29. 4. *lin.* 3. ופלו , *l.* יפלו. Ibid. 10. *lin.* 5. *l. vincendâ.* 41. 1. *lin.* 3. prius , *l.* posterius. 52. 2. *lin.* 1. *l.* indutus. 54. 4. *lin.* 1. נשק , *l.* נשף. 57. 13. *lin.* 4. נשתו , *l.* ושתו. 60. 2. *lin.* 1. *l.* ובמים. *lin.* 2. *l.* במים. 66. 7. *lin.* 3. præcipuè Media. Vide de Chronologiâ illorum temporum curas nostras posteriores , Præf. ad Libros Judith & Tobiæ. 101. 18. *lin.* 1. Hæc nos ; omitte *hæc nos* , & quæ sequuntur usque ad *hæc verba &c.* 116. 11. *lin.* 2. ex ...שוש תשב , *l.* ex שוש ...תשב. 132. 13. *lin.* 2. *l.* הברו , postea הברי. 185. 17. *lin.* 2. qua , *l.* quæ. 243. 3. col. 2. v. 3. *l.* מזבחותכם. 316. 16. *lin.* 1. תא , *l.* את. 344. 9. *lin.* 1. *l.* legitur. 441. 23. *lin.* 1. תא , *l.* את. 514. 7. *lin.* 5. & 6. inferius... superiore , *l.* superius... inferiore. 528. 5. *lin.* 1. *quinque* , adde *millium.* 594. 17. *lin.* 4. id , *l.* in. 653. 5. *lin.* 5. שאירו , *l.* ישאירו. 720. 9. *lin.* 3. habebit , *l.* habuit. 722. 8. *lin.* 1. תא , *l.* את.

ERRATA IN HISTORICIS LIBRIS.

Numerus prior paginam designat; posterior versum : lin. lineam ; l. lege.

In Præfatione. XII. lin. 10. ex Hur, l. ex Haran. xviij. lin. 15. l. constare. xl. lin. 6. l. Chronologici. ibid. lin. 30. l. mutilatam. xliv. lin. 13. Joram 12. l. Joram 11.

In Versione. 5. 12. *jusjurandum*, adde, *per Dominum*. 49. 19. in fine versûs, l. *inferiorem*. 93. 11. l. *quadraginta annis*. *ibid.* 15. *Gera*, adde, *filii Gemini*. 128. 6. *l. quadraginta duo*. 136. in titulo, l. *à quo illi*. 149. in tit. l. *quas mittit*. 153. 1. l. *quadringenta millia*. 161. 19. l. *ducit ex Bethel ad Sichem & ad*. 165. 26. l. *quæso, Domine*. 209. 51. l. *filius Abiel*. 215. 4. l. *advenit*. 224. lin. 2. l. *sciscitabatur*. 289. 12. lin. 4. l. *quod ex*. 339. 16. lin. 4. l. *trecenti*. 343. 37. l. *titubabunt*. 357. 27. l. *Atque*. 369. 3. l. *Elioreph*. 377. 18. l. *cælatæ*. *ibid.* 20. post adytum adde, *viginti cubitos longum*. 416. in titulo, l. *uterque piè*, post *Josaphat*. 451. 14. lin. 2. l. *absumpsit*. 454. 23. lin. 2. l. *erant, eum deriserunt, dicentes*. 455. 1. l. *regnavit Samariæ*. 468. 18. post *cæcitatem*, adde, *& injecit in eos cæcitatem, ut dixerat Elisæus*. 487. 6. lin. 4. l. *excubias*. 489. 1. l. *Sebia*. *ibid.* 4. l. *quâ quisque*. 494. 25. l. *bello ereptas, detinebat*. 496. 9. lin. 2. l. *quæ*. 506. 4. l. *annuum tributum : ergò eum*. 508. 29. lin. ult. post *suos*, adde, *quos*. 509. lin. 1. l. *quos in excelsis*.

In columnis Hebraicis. 24. 17. *lin.* 3. l. העיר. 97. 22. *lin.* 3. *l.* האיש. 172. 17. *lin.* 2. l. דבר 267. 6. *lin.* 3. *l.* גשען. 301. 9. *lin.* 5. *l.* הרגרת. 351. 5. *lin.* 3. *l.* בתוך. 371. 32. *lin.* 2. l. חמשה. 396. 11. *lin. ult.* post עצי, adde, אלמגים הרבה מאד ואבן יקרה ׃ ויעש המלך את עצי 397. 19. *lin.* 1. l. מעלות. 417. 15. *lin.* 2. l. וזהב. 444. 12. *lin.* 3. *l.* ביד.

In Notis. 12. 3. *pro* lineâ, *l.* versu. 72. *lin.* 10. *pro* תא *l.* את. 94. 7. *lin.* 3. *l.* עשתרות. 106. 2. *lin.* 5. *l.* מפני. 110. 21. *l.* Masora ינוסו. 138. 7. *lin.* 7. *l.* חפצתי. 165. 16. *lin.* 1. *l.* בליעל. *ibid. lin. penult. l.* fuerit, perierit. 185. 9. *lin.* 1. *l.* ויעלה. 209. 19. *lin.* 2. *l.* non duplicant. 234. 21. *lin.* 2. *l.* verbo. 259. 16. *lin.* 5. *l.* ויהי ערך, sic w. 5 & 8. 269. 8. *lin.* 1. l. אנכי. 273. 6. *lin.* 1. l. אתכם. 279. 29. *lin.* 2. sed malè &c. *hæc omittenda usque ad finem*. 281. 6. *lin.* 18. l. נומה. 300. 11. *lin.* 15. l. quàm Arcam. 316. 6 & 7. malè &c. hoc initium notæ pertinet ad versum 6. capitis 14. 317. 20. *lin.* 2. l. ואניעך. 346. 46. *lin.* 1. l. Vulgatus, *contrahentur*, ex hod. scripturâ ; nos &c. 348. 1. *lin.* 6. l. *gavisus*. 375. 13. *lin.* 1. l. מכל. 391. 39. *lin.* 2. l. w. 43 & 49. 395. 23. *lin.* 12. l. postquàm Pagina Sacra dixit Chananæos, quos *Hebræi* isti vocant peregrinos, fuisse in operum servitute, non autem operum præfectos. 415. 21. *lin.* 22. pro וששׁ, l. ועשר. 439. 41. *pro* sublato, l. supposito. 481. 15. *lin.* 2. l. atque eum invisit Ochozias. 482. 33. *lin.* 2. post Veteres, adde שמטוה. 519. 25. *lin. ult.* fortè etiam : dele hæc & quæ sequuntur. 522. *lin.* 6. l. נגסא. 586. lineâ post tabulam tertiâ, *pro* ante regnum, *l.* ante eum annum. 746. 27. *lin.* 2. *pro* tam, l. tum.

INDEX LOCORUM,

Qui, vel obiter, vel deditâ operâ, explicantur & illustrantur.

Jeremias.

Cap.	vers.	pag.
	14	233.
	18	233.
	19	233.
	8	236.
	10	236.
	11	236.
	12	236.
XV.	13	236.
	14	236.
	16	236.
	18	236.
	19	237.
	6	239.
	7	239.
XVI.	13	239.
	15	239.
	16	239.
	21	240.
	1	242.
	2	242.
	3	243.
	4	243.
XVII.	9	243.
	10	243.
	11	243.
	12	243.
	13	243.
	16	243.
	3	246.
	4	246.
	8	246.
XVIII.	14	246.
	15	246.
	18	247.
	21	247.
	23	247.
	1	249.
	2	249.
XIX.	4	249.

Jeremias.

Cap.	vers.	pag.
	12	249.
	13	249.
	15	249.
	2	251.
	5	252.
XX.	7	252.
	10	252.
	14	252.
	1	254.
XXI.	4	254.
	12	255.
	13	255.
	3	257.
	4	257.
	6	258.
	10	258.
XXII.	11	258.
	14	258.
	16	258.
	18	258.
	20	258.
	23	258.
	3	262.
	4	262.
	5	262.
	8	262.
	9	263.
	10	263.
	14	263.
XXIII.	17	263.
	18	263.
	19	263.
	20	263.
	26	263.
	31	263.
	33	263.
	35	263.
	5	265.
XXIV.	6	265.

Jeremias.

Cap.	vers.	pag.
	7	265.
	8	265.
	3	268.
	7	269.
	9	269.
	14	269.
XXV.	20	269.
	24	269.
	26	269.
	34	269.
	1	272.
XXVI.	11	272.
	14	272.
	20	273.
	1	275.
XXVII.	3	275.
	7	276.
	9	276.
	1	278.
	6	278.
XXVIII.	8	278.
	13	278.
	14	278.
	1	282.
	2	282.
	7	282.
	10	282.
XXIX.	11	282.
	13	282.
	22	282.
	23	282.
	2	285.
	7	285.
	8	285.
XXX.	9	285.
	12	285.
	13	285.
	21	285.

Daniel.

Cap.	vers.	pag.
	1	543.
	4	543.
	5	543.
I.	10	543.
	11	533.
	17	543.
	20	543.
	1	548.
	9	548.
	15	548.
	24	548.
II.	30	548.
	34	549.
	43	549.
	44	549.
	46	549.
	2	553.
III.	12	553.
	14	553.
	24	553.
	1	557.
	5	557.
IV.	6	557.
	10	557.
	24	558.
	1	561.
	5	561.
V.	8	561.
	11	561.
	22	561.
	25	562.
	4	565.
	11	565.
VI.	17	565.
	18	565.
	28	565.
	4	568.
	5	568.

Daniel.

Cap.	vers.	pag.
	6	568.
	7	568.
VII.	8	568.
	12	568.
	18	569.
	19	569.
	25	569.
	2	572.
	8	572.
	9	572.
	10	572.
VIII.	12	572.
	13	572.
	17	572.
	22	572.
	27	572.
	3	575.
	5	575.
	17	576.
	22	576
IX.	23	576.
	24	576.
	25	576.
	26	577.
	27	577.
	1	579.
	8	579.
	10	579.
X.	13	579
	16	579.
	20	579.
	21	580.
	1	583.
	2	584.
	5	584.
	6	584.
	7	584.
	10	584.
	11	584.
XI.	16	584.

Daniel.

Cap.	vers.	pag.
	17	584.
	18	584.
	22	585.
	24	585.
	30	585.
	35	585.
	37	585.
	45	586.
	1	587.
	2	587.
	3	587.
XII.	6	588.
	11	588.
	12	588.
	13	588.

Osee.

Cap.	vers.	pag.
	2	590.
	5	590.
I.	9	590.
	10	590.
	11	591.
	1	593.
	2	593.
	3	593.
	5	593.
	6	593.
II.	8	593.
	9	593.
	14	593.
	15	593.
	17	594.
	22	594.
	1	594.
	2	595.
III.	3	595.
	4	595.

II.

INDEX

MENDORUM ET EMENDATIONUM, IN QUO MENDA

collocantur priore loco; emendationes, posteriore: recensentur etiam quæ addenda sunt & omittenda, servato ordine Librorum.

ISAIAS.

vers.	*cap.*	*pag.*
	I.	
6	זרה... ☞ זרו... חבשו חבשה	3
7	סדם ☞ זרים	4
12	לרמס ☞ רמס	4
13	צום ☞ און	4
17	חמוס ☞ חמוץ	4
20	בחרב ☞ חרב	4
21	מלאת ☞ מלאתי	4
28	ושברו ☞ ושבר	4
29	תבושו ☞ יבשו	4
	II.	
6	נטשת יה ☞ נטשתה	6
6	מקסם ☞ מקדם	6
6	ובילדי... ישפיקו ☞ וכילדי... יכשפו	6
10	גאונו ☞ גאנו	6
19	צורים ☞ צרים	6
20	לחפרפרות ☞ לחפר פרות	6
22	בבמה נשב ☞ במה נחשב	6
	III.	
6	לאמר · לכה ☞ לכה	8
7	וישיב ביום ☞ וישא ביום	8
8	וענו כבודו ☞ עני כבודו	9
10	אסרו ☞ אמרו	9
14	כרמי, meliùs הכרם	9
15	מה לכם ☞ מלכם	9
16	נטויות ☞ נטוות	9

ISAIAS.

vers.		*pag.*
17	ושפל ☞ ושפח	9
26	פתחיך ☞ פתחיה	9
	IV.	
6	ולמסתר ☞ ולמסתור	10
	V.	
1	לידיד ☞ לידידי	13
1	דודיו ☞ דודי	13
5	אפריץ... ☞ פריץ... הסר אסר	13
9	ויאזיני זאת ☞ באזני	13
14	הדרו ☞ הדרה והמונה והמונו	13
17	וערבות ☞ וחרבות	13
18	בחבלי ☞ בחבלי שוא השרע	14
30	בעריפיו ☞ בעריפידה	14
	VI.	
9	וראו ראה ☞ וראו ראו	15
10	וארפא ☞ ורפא	15
11	ותשאר ☞ ותשאה	15
13	השלכת ☞ בשלכת מצבת מצבתה. Hæc ultima verba מצבת בם, &c. omittenda sunt: vide notam.	15
	VII.	
1	יכלו ☞ יכל	18

ISAIAS.

vers. — *pag.*

XIV.

7 ושקטה ☞ שקטה 39
8 גם. Hoc גם, retroagendum est post לך : vide versionem. 39
11 הומרת ☞ המית נבליך
נבלך 39
17 ביתה : Hoc verbum superfluere videtur. 39
19 ויבש ☞ לבש 39
19 כפגור מובס ; hæc verba collocanda sunt post ויבש. 40
21 עדים ☞ ערים 40
31 נמגרת ☞ נמוג 40
32 יענו ☞ יענה 40

XV.

2 עלו ☞ עלה 41
2 דיבון ☞ ודיבון 41
3 על גגותיה ; ordo turbatus est : vide notam. 42

XVI.

1 ושלחו.. ☞ שלחו.. מושל
למושל 43
3 הביאי.: ☞ הביאו... עשו
עשי 44
4 חמס ☞ המץ 44
7 ויהגו ☞ תהגו 44
8 אמללה ☞ אמלל 44

XVII.

1 לעי ☞ מעי 45
3 ושאת ☞ ושאר 45
9 החרש והאמיר אשר עזבו
החרש אשר עזבו ☞
האמרי 46
11 ותשגשנו ☞ ותשגשגי 46
11 נד קציר ביום נחלה וכאב
וביום קציר ☞ אנוש
מלחה והאב אנוש 46

ISAIAS.

vers. — *pag.*

XVIII.

2 מן הוה ☞ מן הוא 47
7 מעם ☞ עם ממשך
ממשך 47
7 ששם יהוה ☞ שם יהוה 47

XIX.

6 והזניחו. ☞ והאזניחו 50
10 שתתידם ☞ שתתיה : Ordo mutatus est ; vide notam. 50
18 ההרס ☞ ההרס 50

XX.

o o o o o o o o o o o

XXI.

1 ממדבר ☞ מדבר , & addendum antea בבל : vide notam. 53
4 נשף חשקי ☞ נשף שחקי 54
5 אכלו ☞ אכול ושתה
ושתו 54
8 על ☞ אריה על מצפה
אזני המצפה 54
10 הן דשתי ☞ מדשתי 54
12 אתה ☞ אתא 54
14 תימן ☞ תימא 54
14 בלחם ☞ בלחמו 54
17 גבורי ☞ קשת גבורי
קשת 54

XXII.

3 הסרו ☞ אסרו 57
5 הן קרקר ☞ מקרקר קר
קיר 57
6 ורכב ארם ☞ ברכב אדם 57
13 נאכל ☞ אכול ושתה
ונשתה 57
19 ואהרסך ☞ ויהרסך 58
24 הצעצעים ☞ הצאצאים 58

ISAIAS.

vers.		pag.
24	חמיים ☞ חמיץ	82
26	כאור שבעת ימים, hæc omittenda sunt : vide notam.	82
28	ורצין ☞ ורסן	82
28	להניף ☞ להניפה גוים הגוים	82
32	במחלות ☞ במלחמות	82
32	בה ☞ בם, vel בו.	82

XXXI.

3	עזור ☞ עזר	84
6	ושבו ☞ שובו	84
9	וסלקו ☞ וסלעו	84

XXXII.

1	והשרים ☞ ולשרים	86
2	כנוזל ☞ כצל סלע כבד מסלע כביר	86
7	וכיל ☞ וכלי	86
7	במשפט ☞ משפט	86
10	על ☞ ימים על שנה שנת ימים	87
11	ורגזו ☞ ורגזה	87
13	ושמיר ☞ שמיר	87
14	עפל ובחן היה בעד מערות וחלפו בתים הנעים ☞ למערות	87
19	ובשפלה... העיר ☞ וכשפלה... היער	87

XXXIII.

1	כנלאותך ☞ כנלתך	89
2	זרוענו ☞ זרעם	89
3	אימך ☞ המון	90
6	עתרך.. ☞ עתיך.. אוצרו אוצרך	90
7	קשה ☞ חצרה	90
7	עדים ☞ ערים	90
9	נערדה ☞ נער	90
11	תלדה ☞ תלדו	90
16	גכון ☞ נתן	90

ISAIAS.

vers.		pag.
19	נלעז ☞ נלעג	90
20	תחזה ☞ חזה	90
23	תרניך ☞ תרנם	90
24	כליתי ☞ חליתי	90
24	בם... עדו ☞ בה... עון	90

XXXIV.

3	יעלו ☞ יעלה	92
12	חריה, hoc verbum suo loco motum fuit : vide notam.	93
13	ויעלנה ☞ ועלתה	93
15	אל רעותה ☞ רעותה	93
16	פיו ☞ פי	93

XXXV.

1	ישש ☞ יששום מדבר המדבר	94
2	גלת הירדן ☞ גילת ורנן	94
4	יביא ☞ יבוא	94
7	פרץ ☞ רבצה חציר החציר	95
8	ודרך ודרך ; alterum ודרך superfluit.	95
8	לו ☞ לה	95
8	למד ☞ למו	95
8	וגאולים ☞ ואוילים	95

XXXVI.

1	אמרת ☞ אמרתי	97
1	ועתה ☞ עתה	97
19	הכי ☞ וכי	97

XXXVII.

3	ללדרת ☞ ללדה	101
23	הרימות ☞ הרימותה קול הקול	101
24	עצו ☞ קצו	101
30	אכול ☞ אכלו, vel תאכלו.	101

ISAIAS.

verf. *pag.*

24 מי אתי ☞ מיאתי 124
28 לאמר.. ☞ ולאמר.. והיכל
להיכל 125

X L V.

2 ודרכים ☞ והדורים אושר
אישר 127
8 ויפר יושע ☞ ויפרו ישע 127
9 לפעלו... ☞ ופעלך... לו
לך 127
13 העירותיהו ☞ העירתהו 127
14 יגיע, melius יגע, vel יוגע. 127
21 הגדדו ☞ הגידו 128
23 דברי לא ☞ דבר ולא 128
24 ביהוה: ☞ : אך ביהוה לי
אך לו 128

X L V I.

1 נשאתיהם ☞ נשאתיכם 129
5 ותמשלוני ☞ ותמשלני 129
7 איש ☞ אף 129
11 עצתי ☞ עצתו 130

X L V I I.

3 אפגיע ☞ אפגע, vel
יפגע. 131
7 אחריתך ☞ אחריתה 131
13 ויושיעוך ☞ ויושיעך 132
13 הברי ☞ הברו 132
13 אשר ☞ מאשר 132

X L V I I I.

1 מיהודה ☞ ממי יהודה 134
6 זארת ☞ חזה 134
10 ככסף ☞ בכסף 134
11 אחל ☞ יחל 134
14 בכם ☞ בהם 134
14 בכשדים ☞ כשדים 134
16 היורת ☞ היותה 134
18 לו ☞ לוא 134
22 ואין ☞ אין 135

ISAIAS.

verf. *pag.*

X L I X.

5 לו יאסף ☞ לא יאסף 138
6 שבט... ☞ שבטי... נצירי
נציר 138
24 עריץ ☞ צדיק 138

L.

4 למודים ; melius כלמודים 140
4 לעות את יעף דבר
להעריף את דבר ☞ 140
4 יעירי ☞ יעיר 140

L I.

5 ישברו ☞ ישפטו 143
9 המחצת ☞ המחצבת 144
15 שמי ☞ שמו 144
16 לנטות ☞ לנטע 144
17 ומצירת ☞ מצירת 144

L I I.

5 משליו ☞ משלו יהילילו
יהללו 147
14 עליו ☞ עליך 147
14 וכמשחת ☞ כן משחת 147

L I I I.

3 וידוע ☞ וידע, vel ויודע. 149
7 נגשו ☞ נגש 150
8 למורת ☞ למו 150
9 בקברו ☞ קברו 150
10 בחלי ☞ החלי 150
10 תשם ☞ תשים 150
11 יראה, vel ירוה, vel
יראה אור 150
11 צדקי ☞ צדיק 150

L I V.

9 כימי ☞ כי מי 152
15 יגור אתך ☞ יגור אפס 152

ISAIAS.

verf. *pag.*

7 עונותיכם ☞ עוונותיהם 181
7 אבותיכם ☞ אבותיהם 181
20 יקלל ☞ יקבר 181

L X V I.

2 ויהיו ☞ ויהיו לי 184
5 מנדיכם ☞ לנדדכם 185
11 מזיז ☞ מזיו 185
17 הגנות ☞ אגנות 185
17 אחד בתוך ☞ הדלתות 185
18 ראה · ☞ באה · לקבץ ואקבץ 185
21 ללוים ☞ וללוים 185

JEREMIAS.

verf. *cap.* *pag.*

I.

3 ויהי בימי, adde post ויהי, hæc verba, דבר יהוה אליו 189
5 אצורך ☞ אצרך 189
8 להצלך, melius להצילך 189
10 ולהאביד ולהרוס; hæc verba omittenda sunt: vide notam. 189
14 תפתח, melius תפוח. 189

I I.

3 תבואתה ☞ תבואתו 193
9 ואת בני ☞ ואת פני 193
12 והרבו ☞ וחרדו 193
15 נתצרה ☞ נתצו 193
15 כפרים, melius כפירים. 193
16 ירעוך ☞ יערוך 193
17 עזבך ☞ בעזבך 193
20 את צעה זנה ☞ אתיצע ואזנה 193
21 סורי ☞ סורק 193
24 נפשו ☞ נפשה 194
24 תאנתה ☞ תאותה 194
25 לא ☞ לוא... כי אהבתי אבתי · כי אהבתי 194
30 משחית: הדור, tolle punctum majus, & pone illud post הדור. 194
31 ואתם דעו ☞ אתם ראו 194
33 לך וגם ☞ לכן גם 194
33 למדת ☞ למדתי 194
33 רעות, melius רעותך 194
34 דם ☞ דמי 194
34 אלה ☞ עלו 194

I I I.

1 הן יאמר ☞ לאמר · הן לאמר · הן 197
1 הארץ ההיא ☞ האשה ההיא 197
1 רעים ☞ ברעים 197
2 להם ☞ עליהם, vel בהם 197
3 וימנעו רבבים ומלקוש לוא ורעים רבים היו ☞ היה למוקש לך · והיה 197
4 הלוא... קראתי ☞ ולא קראת 197
5 דברתי ☞ רבבת 197
8 וארא ☞ ויראה 197
12 לוא אפיל פני בכם ☞ ולא אפן פני מכם 197
16 יעשה ☞ ישעוהו, vel ישעו עליו 197
19 עשיתך בבנים ☞ עשיתיך כבנים 197
20 אכן בגדה ☞ אך כבגדה 197
21 בכי תחנוני ☞ בכית ונהי 197
22 הננו ☞ אמרו הננו 197
23 המון ☞ לאון 197
24 ויבשת, forsan והבשת: vide notam. 198

I V.

1 אלי תשוב ☞ עלי תשב 200
6 העיזו ☞ העזו 200
11 שפים ☞ על שפים 201

JEREMIAS.

V.

V I.

V I I.

JEREMIAS.

V I I I.

I X.

X.

X I.

לידידי 15

Jeremias.

vers.		*pag.*
15	לילידת ☞ לידידי בביתי ביתי	224
15	רעתכי ׃ כי ☞ · כי רעתכי	224
16	יפה פרי ויפה ☞ יפה פרי	224
16	בשר ☞ ובשר	224
16	המלה ☞ המולה	224
19	בעץ לחמו ☞ עץ בלחמו	224

X I I.

vers.		*pag.*
1	מבליותיהם ☞ מכליתיהם	226
4	ארחותנו ☞ אחריתנו	226
8	קולה ☞ בקולה	227
11	שמוה ☞ שמה	227

X I I I.

vers.		*pag.*
10	ויהיו ☞ ויהי	330
16	ושמה לצלמות ישית ושמה לערפל ☞ לערפל ולצלמות	230
17	מפני גלה ☞ מפני גוה	230
20	עיניך ☞ עיניכם	230
21	יפקדו ☞ יפקד	230
21	למדת ☞ למדותי	230
21	לראשך ☞ לראש	230
22	קראוני ☞ קראני	230

X I V.

vers.		*pag.*
4	העבור ☞ בעבור	233
5	עזוב ☞ ועזיב	233
14	ואליל ☞ ואלול	233
19	קוינו ☞ קוה	233

X V.

vers.		*pag.*
1	שלחם ☞ שלח מעל מעל	236
8	אלמנותיו ☞ אלמנותו	236
8	על ☞ להם על אם בחור האם ועל בחור	236
8	פיד ☞ עיר	236
10	כלם ☞ כלה	236
11	אשרתיך ☞ שרותך	236

Jeremias.

vers.		*pag.*
12	איער ☞ הירע	236
13	ובכל, bis : tolle bis nexum ו.	236
14	והעבדתיך ☞ והעברתי	236
18	חיי ☞ היו	236
19	תשב ☞ תשוב	237

X V I.

vers.		*pag.*
7	לחם ☞ להם	239
15	והשביתם ☞ והשבותים	239
15	נתנה ☞ נתתי	239

X V I I.

vers.		*pag.*
1	ולקרנות מזבחותיכם אליהם על קרנות ☞ מזבחותיהם	242
2	כזכר; membrum prius debet esse posterius : vide notam.	242
3	בהר ☞ הררי בשדה ובשדה	243
4	ושמטתה ובך ושמטתיך לבד ☞	243
9	עקב הלב מכל ואנש עקב לב האנש מכל ☞	243
9	ומי ☞ הוא · מי ידענו הוא ידענו	243
10	לתרת ☞ ולתרת	243
11	ימיו ☞ ימו	243
12	הורם ☞ מרום... מקום ממקום... : vide notam.	243
13	יסורי בארץ יכתבו וסורים מארץ יכרתו ☞	243
16	מצעה ☞ מרעה	243
18	אבושה ☞ אבשה	244
23	שמע ☞ שומע	244
24	בה, non malè בו.	244

X V I I I.

vers.		*pag.*
3	האבנים, forsan האפנים.	246
8	עליה ☞ עליו	246
14	הצור שיד ☞ מצור שדי	246

Jeremias.

verſ. *pag.*

9 נבארת ☞ נבירת 272

19 והמיתהו ☞ והמתהו 273

XXVII.

1 צדקיה ☞ יהויקם 275

9 חלמיכם ☞ חלמתיכם 276

XXVIII.

1 בראשית, tolle id verbum, & vide in notâ ordinem meliorem hujus versûs. 278

8 ולרעב ☞ ולרעה 278

13 מטות ☞ מוטת 278

14 ועבדוהו ☞ ועבדהו 278

XXIX.

10 כי כה אמר; reliqui verſus hujus capitis jacent in magnâ ordinis perturbatione: vide notam. 282

11 רעה ☞ לרעה 282

13 תדרשוני ☞ תדרשני 282

22 וכאחאב ☞ וכאחב 282

23 היודע ☞ הוידע 282

25 בשמך ☞ בשמכה 282

XXX.

8 צוארך... מוסרותיך
☞ צוארו... מוסרותיו 285

12 השברך ☞ לשברך 285

13 למזור... תעלה
☞ לעזרך... מעלה 285

16 שסיך ☞ סאסיך 285

23 בחמה ☞ חמה 285

XXXI.

3 לו ☞ לי 289

7 הרים ☞ גוים 290

9 ובתנחומים ☞ ובתחנונים 290

Jeremias.

verſ. *pag.*

15 ובכי ☞ בכי 290

15 אינם ☞ איננו 290

17 בניך ☞ בנים 290

21 ציונים ☞ צינים 290

21 עלה ☞ אלה 290

22 תשובב גבר, fortè תשוב
לגברה 290

32 געלתי ☞ בעלתי 291

38 ימים, adde באים. 291

40 השדמות ☞ השרמות 291

XXXII.

4 ועיניו ☞ ועינו 295

9 ואשקל ☞ ואשקלה 295

12 בן דדי ☞ דדי 295

14 לקח ☞ לקוח 295

18 והגבור ☞ הגבור 295

19 העלילה ☞ העליליה 295

20 ומופתים ☞ ומפתים 295

21 ותוציא ☞ ותצא 295

23 ובתורתך ☞ ובתרותך 295

33 ואלמד ☞ ולמד 295

35 החטיא ☞ החטי 295

43 ונתנה ☞ נתנה 295

44 וכתוב... וחתום והעד
☞ וכתבו... וחתמו והעדו 296

XXXIII.

2 עשה ☞ עשה יהוה
אדמה 298

4 הרחב ☞ החרב 299

5 לבאים ☞ ; באים 299

9 לששון ☞ ששון 299

9 להם ☞ לה 299

11 ומביאים ☞ מבאים 299

22 כאשר ☞ אשר 299

25 בראתי יום ☞ בריתי יומם 299

26 אשיב ☞ אשוב 299

XXXIV.

5 ובמשרפות
☞ וכמשרפות 302.

JEREMIAS.

הרביתי 11

JEREMIAS.

vers.		pag.
11	הרביתו ☞ הרביתי	339
11	מעלה ☞ תעלה	339
12	יחדו ☞ יחדיו	339
15	אבירך ☞ אביריך	339
20	בא בה ☞ בא בא	339
22	ילל ☞ ילך	340

XLVII.

vers.		pag.
5	ענקים ☞ עמקם	341
7	תשקט ☞ תשקטי	341

XLVIII.

vers.		pag.
4	צעיריה ☞ צעוריה	344
5	בו · כי ☞ בכי : כי	344
5	ציר ☞ צרי	344
7	כמוש... ☞ כמיש... יחד יחדו	344
9	נצה תצה ☞ נצא תצא	344
12	וצעוהו ☞ וצעהו	344
18	בצנע ☞ בצמא	345
20	הילילו ☞ הלילי וזקי וזעקו	345
27	ואתה ☞ ואם לוא הלוא	345
27	דברך ☞ דבריך	345
27	בגנבים נמצאה בגניבים נמצאת ☞	345
30	אברתו ☞ עברתו	345
31	אהגה ☞ יהגה	345
45	מבטחים forte , מכחנסים	345

XLIX.

vers.		pag.
3	יחדו ☞ יחדיו	349
4	בז עמקך ☞ זב עמקך	349
12	שתה ☞ שתו	349
19	יפקד ☞ אפקד	349
19	יעירני ☞ יעידני	349
20	יסחבו ☞ יסחבום צעירי מצעירי	350
23	כים ☞ בים	350
25	אעזבה ☞ לא עזבה	350
25	תהלתי ☞ תהלה	350

JEREMIAS.

vers.	cap.	pag.
30	עליכם ☞ עליהם	350
36	עילם ☞ עולם	350
39	אשיב ☞ אשוב	350

L.

vers.		pag.
4	ילכו ובכו ☞ ובכו ילכו	354
6	שובבום ☞ שובבים	354
8	צאו ☞ יצאו	354
9	ישבו ☞ ישוב	354
11	כאבירים ☞ כאברים	354
26	מקצה vel , מצד ☞ מקץ	355
29	יהי לה ☞ יהי	355
34	ארצם ☞ הארץ	335
36	ונואלו ☞ ונאלו	355
44	אריצם ☞ ארוצם	355
45	יפקד ☞ אפקד	355
45	יסחבו ☞ יסחבום צעירי מצעירי	355

LI.

vers.		pag.
3	ירף מדרך ☞ ידרך ידרך	360
3	מסריונו ☞ בסרינו	360
9	vel , נרפאה ☞ נרפתה נרפאתה	360
9	עזבנוה ☞ עזבוה	360
13	שכנת ☞ שכנתי	361
16	לתרת קולו ☞ קול תתו	361
34	אכלני ☞ אכלנו	361
44	חומת meliùs , חומת בבל בל	361
46	ואחריה ☞ ואחריו	361
49	בכל ☞ כל	361
55	ועבר ☞ ואבד	361
55	נתנו בשאון ☞ נתן שאון	361
56	חתתו ☞ חתתה	361
64	ויספו ☞ ויעפו	361

LII.

vers.		pag.
3	על פי ☞ על אף	365
8	בערבות ☞ בערבת ירחו יריחו	365
15	ההמון ☞ האמון	365

EZECHIEL.

verſ. *pag.*

hæc omittenda ſunt : vide notam. 387

27 בית לה ☞ ונגה לו 387

I I.

2 ותעמדני ☞ ותעמידני 388

3 גוים ☞ גוי 388

I I I.

6 אם לא ☞ ואולם לו, vel tolle לא. 391

9 מצר ☞ מצור 391

15 ואשר ☞ אשר 391

18 לחיתו ☞ להחיותו 391

20 הוא ימות ☞ והוא ימות 391

20 צדקתו ☞ צדקתיו 391

21 הזהרתו ☞ הזהרת ; alterum צדיק ſuo ex loco motum eſt : vide notam. 391

I V.

1 וחקות ☞ וחקית 393

9 חטין ☞ חטים 394

V.

2 תכה ☞ ותכה 396

4 מננו ☞ מננה, vel ממנם 396

7 המנכם ☞ חמסכם 396

16 חצי הרעב ☞ חצי הערב 396

V I.

6 תישמנה ☞ תשמנה 398

8 בהיות ☞ להיות 398

9 נשברתי ☞ שברתי 398

V I I.

2 כה אמר ☞ אמר · כה אמר 401

2 קץ בא הקץ ☞ קץ בא · קץ בא הקץ 401

EZECHIEL.

verſ. *pag.*

2 ארבעת ☞ ארבע 401

4 בתוכך ☞ בחיקך, ſic v. 9. 401

5 אחת ☞ אחר, vel אתה 401

6 הקץ הקיץ ; dele הקיץ 401

6 הנה באה ☞ הנה בא 401

7 הד הרים ☞ הידדים 401

11 רשע ☞ וישע 401

13 חיתם ☞ חזתם 401

13 חיתו ☞ חזתו 401

16 הגאיות ☞ הגיות 401

20 עדיו ☞ עדים 402

20 שמהו ☞ שמוהו 402

V I I I.

2 כמראה אש ☞ כמראה אדם 404

3 המקנה ☞ המקנאה 404

5 הזה בבאה ☞ המקנאה 404

6 מהם ☞ מה הם 404

I X.

5 על... עיניכם ☞ אל... עינכם 406

8 ונאשאר ☞ ואשאר 406

X.

3 בבאו ☞ בבוא 408

5 החיצנה ☞ החיצונה 408

12 אופניהם, hoc ſuperfluit. 408

13 לאופנים ☞ ולאופנים 408

14 הכרוב ☞ הבקר 408

17 אותם ☞ אתם 408

19 ויעמד ☞ ויעמדו 408

X I.

3 בנות בתים ☞ לנו · הבתים 411

6 ומלאתים ☞ ומלאתם 411

7 הוציא ☞ אוציא 411

10 אשפוט ☞ אשפט 411

Ezechiel.

Ezechiel.

verſ. *pag.*

28 חיה ☞ חיו 435

30 והשבו ☞ והשיבו, vel הבישו 435

X I X.

1 נשיא ☞ נשיאי 436

3 מגוריה ☞ מגריה 436

4 וישמיעו ☞ וישמעו אליו עליו 436

5 אחר ☞ אחד 436

7 וירע ☞ וידע אלמנותיו ארמנותיו 436

8 וירגזו ☞ ויתנו 436

9 ויתנוהו ☞ ויתנהו 436

9 ויביאוהו ☞ ויבאהו 436

10 נדמה ☞ בדמך 437

X X.

15 נתתי להם ☞ נתתי 441

38 לא יבאו ☞ לא יבוא 442

39 עברו ☞ עבדו, vel העבירו 442

40 מכל הארץ ☞ כלה ארץ 442

X X I.

9 הכרת ☞ הכרתי 445

9 צפונה melius, צפון 445

15 ותנשיש ☞ או נשיש 445

16 ואתן ☞ ויתן 446

16 חרב ☞ הוחדה חרב הוחדה 446

18 בחונה ☞ בחן ומה אם ואם 446

19 החרדת ☞ החדרת 446

21 עמדרת ☞ מעדורת, vel העמדת 446

24 ויתבארו · ☞ ויד ברא, vel · והתבאר 446

24 עיר באר ☞ עיר ברא 446

24 את יהודה; iteranda hæc ſunt, ודרך תשים לבוא, ut ſequatur את, vel אל יהודה 446

27 בצרח ☞ ברצח 446

28 ונשבע ☞ שבעי... להם כנשבע... לריק, vel 446

33 להליל ☞ הכיל 446

X X I I.

4 ותביא עת ☞ ותבוא עד 449

10 גלו ☞ גלה 449

13 דמיך ☞ דמך 449

16 בה ☞ בך 449

20 כקבצרת ☞ קבצרת 449

20 והפחתי ☞ והנחתי 449

24 אמר לה ארת ארץ אמר לזאת הארץ ☞ 450

24 מטרה ☞ מטהרה 450

25 אשר ☞ קשר 450

X X I I I.

3 שם ☞ שמה מעכו המעכו 453

12 תכלרת ☞ מכלול 454

21 למעך ☞ למען 454

24 מצפון ☞ הצן 454

30 עשו ☞ עשה 454

40 עיניה ☞ עיניך 454

42 שלחו ☞ שלו בה ואל להן את 454

43 עתה יזנו ☞ עת יזנה 154

43 לכל ☞ לבלה נאפים הנאפים 454

44 ויבאו ☞ ויבוא 454

45 אתהן ☞ אותהם 454

47 ובראו ☞ ובריא 454

X X I V.

11 נחלים ☞ נחליה 457

12 מארת ☞ תאנים הלארת חלאת 457

13 זמתי ☞ זמה 457

19 הגיד לנו מה ☞ לנו כי 457

Ezechiel.

Ezechiel.

ויפרו 7

Ezechiel.

vers. *pag.*

7 ויפרו ☞ ותפרו 525
8 ותשימון, adde השמרי, & vide notam. 525
18 ביזע ☞ בזע 525
23 ידיעם ☞ ידיעום 525
25 יבוא ☞ יבאו 525
27 נאם אדני יהוה, hæc verba retroagenda sunt post לנחלה. 525
28 והיתה להם לנחלה ☞ לא היתה להם נחלה 525

X L V.

1 אלף ארך ☞ אלף אמה 528
3 תמוד ☞ תמדד, vel תמד 528
5 עשרים לשכת ☞ שערים לשבת 528
12 עשרים שקלים, quædam desunt, ex Chaldæo supplenda: vide notam.

X L V I.

4 תמימם ☞ תמימים 531
6 תמימם bis, ☞ תמים, bis. 532
9 יצאו ☞ יצא 532
13 תעשה ☞ יעשה 532
17 נחלתו ☞ נחלת 532
19 בירכתם ☞ בירכת 532
22 קטרות ☞ קטנות 532

X L V I I.

10 והיה יעמדו ☞ והיה ועמדו 534
11 בצאתו ☞ בצאתיו 534
13 גה גבול ☞ זה גבול 534
17 ואת פאת ☞ זאת פאת 535
22 והיה תפלו ☞ והיה ותפלו 535

X L V I I I.

1 הים ☞ ימה, vel לים 538

Ezechiel.

vers. *pag.*

10 צפונה ☞ צפונה ארך 538
15 בתוכה ☞ בתוכו 538
16 חמש חמש, dele alterum חמש. 538
22 בתוך אשר ☞ אשר בתוך 538
35 מיום ☞ מיום ההוא 539

Daniel.

vers. *Cap.* *pag.*

I.

2 ואת, meliùs את, sine ו. 543
4 מאום ☞ מום 543

I I.

24 על על; dele alterum על. 548
34 אבן, adde מטורא, ex Græcis Intt. 549
38 דארין ☞ דיירין 549
40 רביעיא, meliùs רביעאה. 549

I I I.

3 קאמין ☞ קיימין 553
14 הצדא ☞ היציבא 553
24 באדין; quædam desunt, ex Vulgato supplenda: vide notam. 553
29 עבד נגוא ☞ עבד נגו 554

I V.

4 עללין ☞ עלין 557
5 אחרין ☞ אחרן 557
10 ישגון ☞ ישנן 557
24 וחטיך ☞ וחטאך 558
28 בפם ☞ בפום 558

V.

11 אבוך מלכא; hæc verba

Osee.

verſ. *pag.*

I I.

6 דרכה ☞ דרכך 593
8 וזהב · ☞ וזהב עשו ועשו 593
9 מכסות ☞ לכסורת, vel מלכסורת 593

I I I.

2 ולתך ☞ ולתך שערים תירוש 595
3 אליך, meliùs לך, niſi לא לך 595
4 ואין מזבח ☞ ואין מצבה 595
5 ואחר ☞ אחר 595

I V.

6 ואמאסך ☞ ואמאסאך 597
7 כרב כהן כן ☞ כרבם כן 597
14 הלא ☞ לא, vel הלוא 597
16 ועתה ☞ עתה 597
18 הבו אהבו הבו, dele הבו 597

V.

2 ושחתה ☞ ושחטה 599
3 הזנה ☞ הזנית 599
7 עתה יאכלם חדש ☞ ועתה יאכל החסל 599
11 במשפט ☞ משפט 599
11 שוא : ואני ☞ צו : ואני 599

V I.

1 לכו; anteà legendum videtur ואמרו : vide notam. 600
3 ונועדה ☞ ונדעה 601
3 מוצאו ☞ מצאו 601
5 חפצתי ☞ חצבתי 601
5 בנביאיך ☞ בנביאים 601

V I I.

4 ממעיך ☞ מעיר, vel מעיק 603

Osee.

verſ. *pag.*

5 לצים ☞ לצצים 603
6 חרבו ☞ קרבו 603
6 עשן ☞ ישן 604
12 איסירם כשמע לעדתם ☞ איסרם כשמעם לעצתם 604
14 יסודו בי ☞ יסורו בי, vel יסדו 604
16 ללא על ☞ לא על 604

V I I I.

1 ימשך ☞ כנשר 606
1 יהודה ☞ יהוה 606
2 אלהי ידענוך ישראל ☞ אלהי ישראל ידענוך 606
4 הכרית ☞ יכרת 606
5 זנח עגלך שמרון : Hæc verba quæ inchoant verſum 5. inchoare debent verſum 6. vide notam. 606
6 מישראל · והוא ☞ מישראל הוא · 606
9 אשור · ואשור ☞ אשור 606
9 נתנו ☞ התנו 606
10 יחלו, meliùs ינחו 606
12 רבי תורתי ☞ רבו תורתי 606
14 ארמנתיו ☞ ארמנתיה 606

I X.

2 יכחש בם ☞ יכחש בה 608
12 בסורי ☞ בשורי, vel בשובי 609
13 ראיתיו ☞ ראיתי 609
16 בל יעשון ☞ בלי יעשון 609

X.

2 יהוה יהרס ☞ הוא יערף, vel יעקר 610
4 כרתו ☞ כרת 610
4 משפט ☞ כראש משפט כראש 610
5 יחילו ☞ יגילו, vel ילילו 611

Osee.

Osee.

Joel.

Joel.

verf. *pag.*

11 גבוריכם ☞ גבוריך 630
13 דרכו ☞ רדו 630
19 נקי ☞ נקיא 630

Amos.

verf. *cap.* *pag.*

I.

o o o o o o o o o o o

II.

3 מקרבה... ושריה
☞ מקרבו... ושריו 634
7 השופים ☞ השאפים 635

III.

11 צר הסביב ☞ צר וסביב 636

IV.

1 שמעו ☞ שמען , vel
שמענה 638
3 בפרצים ☞ ופרצים 638
3 החרמים ☞ ההרמונה 638
5 קראו ☞ וקראו 638
8 שתים ☞ שתים שלש
ושלש 638
10 באפבם ☞ ובאפכם 638
12 מה אעשה ☞ כה אעשה 638
13 ועיפה ☞ עיפה 638

V.

6 לבית ישראל ☞ לבית אל 641
7 הניחו ; hoc bis legendum : vide notam. 641
8 ללילה ☞ לילה 641
10 שנאו , hic verſus collocandus eſt ante verſum 7. vide notam. 641
16 ואל מספד ☞ ומספד אל 641

Amos.

verf. *pag.*

VI.

1 השאטים ☞ השאננים 643
1 יבאו... ☞ ובאו... בית
בבית 643
2 מכם ☞ מן הממלכות
ממלכות 643
10 ונשאו ☞ ונשאו איש 643
10 ומסרפו ☞ ומשרפו 643

VII.

1 גבי , meliùs גובי , vide notam. 645
2 מי יקים ☞ מי יקום 645
4 לריב לאש ☞ לרב באש 645

VIII.

3 שירות , meliùs שרות 647
4 השופים ☞ השאפים 647
4 והכבשים ☞ ולשבית 647
8 ונשקעה ☞ ונשקה 648
8 כיאר ☞ כאר 648
9 והבאתי , meliùs והחבאתי 648
12 עד ימן ☞ עד ים 648
14 וחי אלהיך ☞ וחי דרך 648

IX.

1 ובצעם ☞ ואפצעם : vide ad Joel II. 8. 650
7 כושיים ☞ כשיים 650
9 בר בכברה ☞ בכברה 650
11 פרציה ☞ פרציהן 650
14 פריקן ☞ פריהם 650

Abdias.

verf. *pag.*

3 שכן ☞ שכני 653
4 תשים ☞ שים 653
5 נרדמת ☞ נדמיתה 653
5 הלוא לא ☞ הלוא 653

Michæas.

verf.		*pag.*
9	ליראה ☞ יראה שמך	
	שמו	676
9	מוכיח, forsan מטה	676
10	ומי יעדה : עוד האש	
	ומי ידעו עוד : ויש ☞	176
14	ויחשך ☞ וישחך	676
16	ותשמר ☞ וישתמר	676
16	וישביך ☞ וישבירה	676

VII.

2	לחרם ☞ חרם	678
3	לא להיטיב ☞ להיטיב	678
3	בשלמו ☞ בשלום	678
3	ויתעבוהו ☞ ויעבתוה	678
4	ישרם ☞ ישר ממסוכה ·	
	כסוכה	678
4	מכותכם ☞ מבוכתם	678
12	ועריך יביא ☞ ועדיך יבוא	678
12	ועד מצור ☞ וערי מצור	678
12	ומים ☞ וים מים והר ההר	
	לים ומהר להר	678
15	צאנו ☞ צאנך	678

Nahum.

verf.	*cap.*	*pag.*
	I.	
5	ותשאה ☞ ותשא הארץ	
	הארץ	680
7	לעוז בו ☞ למעוז	680
8	בקומיו ☞ מקומה	680
10	כי עד סירים סבכים	
	כי על סירים סבבים ☞	680
10	ובסבאם ☞ וכסבאם	680
11	למה ☞ מלא : ממך	
	ממך	680
12	אל משלי ☞ אם שלמים	
	המים רבים	680
12	כן... ☞ וכן... וכן... ועבר	
	וכן... ועברו	680

Nahum.

verf.		*pag.*
13	מוטך ☞ מטהו	681

II.

2	על פניו ☞ על פניך	682
4	כאש ☞ באש	682
5	מראיהם ☞ מראיהן	682
6	יזודו... ☞ יזכר... יכשלו	
	ישכלו	682
8	והצב גלתה העלתה	
	והשגל צבה עלתה ☞	683
9	מימיה ☞ מימי היא והמה	
	יהמגרה	683
9	ואין מנוסה ☞ ואין מפנה	683
10	לתכונו ☞ לתכונה	683
12	אריה ☞ אריה לביא	
	ולביא	683
14	רכבה ☞ רכבך, vel	
	מרכבך	683

III.

9	בעזרתה ☞ בעזרתך	685
17	איז, vel אי זה ☞ אים	685

Habacuc.

verf.	*cap.*	*pag.*
	I.	
3	תביטני · ☞ תביט · ושד	
	שד	688
5	בגדים ☞ בגוים	688
6	מהר ☞ המר	688
9	מקדם ☞ מגמת	688
12	אל אמת ☞ לא נמות	689
15	כלם ☞ כלה	689
16	בריאה ☞ בראה	689
17	ועל כן ☞ העל כן	689
17	ותמיד, dele ו.	689
	II.	
1	ומה ישיב ☞ ומה אשיב	691

Habacuc.

Sophonias.

Aggæus.

אכבד 8

AGGÆUS.

verſ. *pag.*

8 ואכבד בו ☞ ואכבד 707

9 פנרת ☞ פנרה 707

13 יהוה, meliùs בית יהוה 707

I I.

3 כמהו ☞ מנהו, vel ממנו 709

16 מהיותך ☞ מהיותם 709

16 פוכרה ☞ פורדה 709

16 עשרים סאה ☞ עשרים 709

19 אברכם ☞ אברך 710

ZACHARIAS.

verſ. *cap.* *pag.*

I.

7 בן עדו ☞ בן עדוא 713

15 השאטים ☞ השאננים 713

16 וקו ☞ וקורה 713

17 תפרצנה ☞ תפוצנה 713

I I.

4 אליו ☞ אלו 715

8 אחז כבוד ☞ אחר כבוד 715

I I I.

4 ואלבש ☞ והלבש 717

I V.

2 ואמר ☞ ויאמר 718

2 עליה שבעה, delendum
eſt hoc alterum שבעה. 718

7 כי אתה ☞ מי אתה 718

7 לראש ☞ הראשה 719

7 תשאורת חן חן לרה
ומשאתה ויחננה ☞ 719

10 שבעה, aliquid deſidera-
tur : vide notam. 719

V.

3 נקה; bis ☞ נקם, bis, 720

ZACHARIAS.

verſ. *pag.*

6 זאת עונם ☞ זאת עינם 720

9 ותשאנה ☞ ותשנה 720

V I.

1 שנים ☞ שני ההרים
הרים 722

3 צבעים ☞ אמצים 722

7 והאדמים ☞ והאמצים 722

10 ובארת ☞ ובארת אתה
אתם 722

10 אשר בוא ☞ אשר באו 722

11 עטרת ☞ עטרות 723

13 והוא, quædam deſunt :
vide notam. 723

14 לחלדי ☞ לחלם 723

14 ולבן ☞ ולחן בן 723

15 והיה, ordo mutatus eſt :
vide notam. 723

V I I.

3 אנזר ☞ הנזר 725

5 ותספדו ☞ וספוד 725

5 צמכם אני ☞ צמתני אני 725

6 האכליכם ☞ האכלים 725

6 והשתיכם ☞ והשתים 725

7 והגבה ☞ והנגב 725

V I I I.

4 עוד ☞ עד 727

6 הגם ☞ גם 727

12 כי יזרע ☞ כי זרע 727

12 בשלום ☞ השלום 727

23 ההם יהיה ☞ ההמה 728

I X.

1 עין על ☞ עין אדם
אדם 729

2 בגבלתה ☞ תגבל בה 729

7 כאבוסו ☞ כיבוסי 730

9 ויושע ☞ ונושע 730

10 והברית ☞ הכרתי 730

Zacharias.

verſ. *pag.*

X.

X I.

X I I.

X I I I.

X I V.

Zacharias.

verſ. *pag.*

Malachias.

verſ. *cap.* *pag.*

I.

I I.

I I I.

I V.

○ ○ ○ ○ ○ ○ ○ ○ ○ ○

EMENDATIONES GRÆCÆ.

BARUCH.

verſ. *cap.* *pag.*

I.

o o o o o o o o o o

II.

18 ἐπὶ τὸ μέγεθος ☞ ἐπὶ ζώματος 769

III.

21 αὐτῶν ☞ αὐτῆς 772

IV.

o o o o o o o o o o

BARUCH.

verſ. *pag.*

V.

6 θρόνον ☞ υἱοὺς 775

VI.

3 γενεῶν ἑπτὰ ☞ ἐτέων ἑβτὰ compendiosè, pro ἑβδομήκοντα 780
43 τὰ πίτυρα ☞ τὰ ἐπίτυρα 780
52 τίνι οὖν ☞ τίνι οὖν οὐ 780

CANTICUM TRIUM PUERORUM.

verſ. *pag.*

16 ὄπισθέν σου ☞ ἔμπροσθέν σου 784

INDEX

ALPHABETICUS VERBORUM HEBRAICORUM,

quorum novi significatus eruuntur ex Veteribus Linguis; & ex sententiâ orationis.

דחן, Arabicè, *suffitus*, *particulæ calami*, *quibus suffitur domus*, *& quibus vestes*, Dan. VI. 18. pag. 565.

דמה, *succidere*, unde **דמי**, *succisio*, Is. XXXVIII. 10. pag. 104.

דמשק, Arabicè, *velum*, *peplum*, idem ac Hebraicè **המעטף**: Aben-Ezra, *angulus*, sed sine autoritate, Amos III. 12. pag. 636.

ה

הוי, *Heus*, vocantis, non semper *væ*, maledicentis, Is. X. 5. pag. 29.

הלך, Arabicè, *cadere*, *cum impetu ruere*, Hab. III. 11. pag. 694.

המון, Chaldaicè, *hymnus*, **המוניה**, *concordia*, Ezech. XXIII. 42. pag. 454.

ו

ושי, Arabicè, *pingere*, *colorare*, unde **שי**, *sericum*, vel *sparsum tincturis*, Ezech. XVI. 10. pag. 427.

ז

זדון, Hebraicè, non modò *superbia*, sed etiam *superbus*, ut Chaldaicè, Jerem. L. 31. pag. 355.

זכר, Arabicè, *benè habuit* infans, *incrementum cepit*, unde **זכר**, Adjectivum, *firmus*, *validus*, Malach. I. 14. pag. 747.

זנח, Arabicè, *fœtere*, Is. XIX. 6. pag. 50.

ח

חדל, Arabicè, *auxilio destituere*, *deserere*, Is. LIII. 3. pag. 149.

חוג, *rotundare*, *flectere in rotundum*, unde **חוג**, vel **חוגה**, *arcus*, Ezech. XXXII. 27. pag. 481. Sic Arabicè **עוג** : **עוגא**, *arcus*.

חוס, Æthiopicè, *moveri*, unde forsan **יחיש**, *movebitur*, Is. XXVIII. 16. pag. 74.

חטא, Chaldaicè, *delicatus*, *tener*, *mollis*, Is. LXV. 20. pag. 181. — Item **חטא**, non modò *peccare*, sed *errare*, *ad exitum non pervenire*, Is. XXXI. 6. pag. 84.

חלל, *occisio*, *internecio*, Ezech. XXI. 19. pag. 446.

חמם, Syriacè, *scopis mundare*, unde **חמים**, *jumentorum cibus*, *frumentum eventilatum*, formæ **תמים** ex **תמם**, Is. XXX. 24. pag. 82.

חמל, Syriacè, *colligere*, Is. XXX. 14. pag. 82.

חמן, Arabicè, *haud certò scire*, *dicere per conjecturam*, unde **חמנים**, *simulachra*, quæ frequentabant arioli & conjectores rerum futurarum, Ezech. VI. 4. pag. 398.

חפץ, non modò *voluntas*, sed etiam *desiderium*, *desiderabile*, Is. LVIII. 3. pag. 162.

חצף, Chaldaicè, non modò *festinare*, sed etiam *atrox esse*, Dan. II. 15. pag. 548.

חרד, Arabicè, *incurvare*, *flectere*, Zach. I. 21. pag. 713.

מפרח, vide פרח.

מצא, non modò *invenire*, sed *obviam habere*; Æthiopicè, *afferre*, *adducere*, Ezech. III. 1. pag. 391. — Item, *facilem esse*, Jerem. II. 24. pag. 194. — מצא, Syriacè, *defæcare*, unde נמצאו, *defœcati sunt*, vel *puri & liquidi*, Jerem. XV. 16. pag. 236.

מרוח, vide רוח.

משח, Chaldaicè, *magnus*, *eximius*, Ezech. XXVIII. 14. pag. 468.

נ

נגע, non significat *leprosum*, sed *percussum*, If. LIII. 4. pag. 149.

נדח, ex Sam. Int. *in errorem mittere*; inde מנדח, *in errorem mittens*, If. VIII. 22. pag. 24.

נהי, Æthiopicè, *quies*, *respiratio*, Ezech. VII. 11. pag. 401. — Item נהי, Arabicè נהא, *impedire*, *prohibere*; unde נהיתה, *prohibitus est* (*somnus*,) Dan. II. 1. pag. 548.

נוה, *habitare*; unde תנות, *habitationes*, Malach. I. 3. pag. 747.

נורא, ex ירא, in Niphal Benoni, *territus*, If. XVIII. 2. pag. 47.

נזה, Arabicè, *recreare*, If. LII. 15. pag. 147.

נח, Æthiopicè נוח, *longum*, *longitudo*; unde מנח, *spatium*, Ezech. XLI. 9. pag. 514.

נחו, Arabicè, *versùs*, *contra*; unde מנחה, *è regione*, Zach. IX. 1. pag. 729.

נחם, Syriacè, *resurgere*, *suscitare*, If. LI. 3. pag. 143.

נסע, *proficisci*, unde מסעה, *profectio*, *migratio*, If. XXVII. 8. pag. 70.

נפש, *respiratio*, ex נפש, *respirare*, Jerem. XXXVIII. 16. pag. 316.

נקב, *nomen*; Arabicè, *dignitas*, Amos VI. 1. pag. 643.

נקם, Arabicè, *iratum esse*, Thren. III. 60. pag. 377.

נשב, vide שבת.

נשה, *exigere*; unde נשים, *apparitores*, vel *exactores*, non verò *mulieres*, ut Vulgatus, If. III. 12. pag. 9.

נשם, *halitus*, *respiratio*; unde אשם, *exspirabo aerem*, If. XLII. 14. pag. 116.

נשש, Syriacè, *debilitare*, idem ferè ac Hebraicum נשל, *dejicere*, *excutere*, Ezech. XXI. 15. pag. 445.

ס

סאן, *calceus*, in veteribus Linguis, If. IX. 4. pag. 26.

סגר, Arabicè, *demens*, *stolidus*, *durus*, Osee XIII. 8. pag. 617.

סוד, Arabicè, vel סאד, *dominari*, unde מסוד, *dominans*, If. XXX. 32. pag. 82.

סחר, Arabicè, *decipere*, *fascinare*, *præstigiis uti*, *præstigiæ*, unde סחריך, *deceptores tui*, If. XLVII. 15. pag. 132.

tus, *id quod rejectaneum est*; Arabicè, *amotus fuit*, Ezech. XXVIII. 10. pag. 468. & XXXII. 19. pag. 480.

עתרה, Arabicè, *studiosus fuit*, vel *cupidus*, Osee X. 12. pag. 611.

עתק, Arabicè, *pulchrum esse*, *præstantia*, *nitor*, Is. XXIII. 18. pag. 61.

פ

פוש, *spargere*, *effundere*, unde מפוש, *sparsus*, *consperfus*, *obductus*, Habac. II. 19. pag. 692.

פלגש, *canis*, ut Arabicum פלחס, *avidus*, *canis*; Chaldaicè פלגים, *vervex*, Ezech. XXIII. 20. pag. 454.

פסח, Arabicè, *locum amplum facere*, Is. XXXI. 5. pag. 84.

פקד, unde פקדה, *vigiliæ*, vel *statio militum*, Ezech. IX. 1. pag. 405.

פרח, unde מפרח, Chaldaicè, *laqueolus*, Ezech. XIII. 20. pag. 417.

פרש, non modò *stercus*, sed etiam *ventriculus*, *intestina*, Malach. II. 3. pag. 749.

פשט, Chaldaicè, *pandere*, *explicare*, *propalare*, Osee II. 3. pag. 593.

פתבג, *cibus ad pinguedinem*, verbum compositum ex פת, *portio*, *buccella*, & בג, Arabico verbo, *distendere*, unde בגבג, *mole carnis præditus*, Dan. I. 5. pag. 543.

צ

צברה, vel צבא, Chaldaicè, *velle*, *optare*, unde צבאות, *desiderium*, Jerem. III. 19. pag. 197.

צדק, Arabicè, *rectè processit res*; etiam *fidem servare*, *verificare*, Is. LIX. 9. pag. 165. — צדיק, Arabicè, *constans*, Habac. II. 4. pag. 691. — Item צדק, *judicia exercere*, *ulcisci*; Arabicè, *eventu comprobare*, Is. XLI. 2. pag. 112.

צור, *adversarium esse*, unde צרות, *irritationes*, Is. LXV. 16. pag. 181.

צלע, non tantùm *claudus*, sed *debilis*, Soph. III. 19. pag. 704. — צלעה, *debilitas*, apud Hexapla Origenis; צלע, Arabicè, *debilis*; *locus*, *qui nihil producit herbarum*; צליע, mons *nudus plantis*, Mich. IV. 6. pag. 671.

צלצל, *umbra*, *perfugium*, *recessus*, ex צל, *umbra*, Is. XVIII. 1. pag. 47.

צמם, *operire*, unde צמתך, *peplum tuum*, Is. XLVII. 2. pag. 131.

צנע, in Veteribus Linguis, *parare*, *paratum esse*, Mich. VI. 8. pag. 675.

צפה, *observare*, unde צפצפה, *diligens observatio*, Ezech. XVII. 5. pag. 431.

צפע, Arabicè, *stercus egerere*, unde צפועי, *stercora*, Ezech. IV. 15. pag. 394.

צפר, Chaldaicè, *circundare*; Arabicè, *pallere*: צפירה, *angustiæ*,

שוב,

INDEX

RERUM QUÆ IN PRÆFATIONIBUS & in Notis Criticis explicantur & illustrantur.

CINGULUM.

H.

I.

I.

& interitum Judæis denuntiaverunt, prædicere liberationem ex malis, ne Judaica gens credat se à Deo deseri, priusquàm promissiones habuerint eventum suum, *Mich.* II. 12. *pag.* 668. —— Michæas capite III. desinente, prædicit primum excidium Jerusalem; capite IV. inchoante, novam Legem in Jerusalem exordium suum habituram, deinde post ejusdem capitis versum 8. docet quales rerum conversiones futuræ sint in Republicâ & in regno Judæorum, nimirum exilium Babylonicum, deinde Reipublicæ recuperatio per Macchabæos, postea ultima clades Jerusalem, postquàm percusserint *in maxillâ Judicem Israel*, sive Messiam, *Mich.* IV. *pag.* 671. & 672. —— Hæc verba Zachariæ, *Ego liberabo populum meum ab oriente & ab occasu solis*, alia tempora demonstrant, quàm quæ secuta sunt reditum ex Babylone; neque enim tum redierant Judæi *ab occasu solis;* notatur id tempus, cùm Judæorum sanctitatis fama alliciet ad se *multas gentes;* non notantur Judæi, qui suscepêre fidem, prædicantibus Apostolis; nam tum Deus non erat liberaturus Judæos, sed potiùs dissipaturus; nec gentes notantur, quia gentes non erant populus Dei (עמי) priusquam vocarentur *ab oriente & ab occasu solis*, *Zach.* VIII. 6. *pag.* 727. —— Etsi invidiosum erat apud Judæos prædicere fidem gentium, tamen de eâ fide Prophetæ apertè vaticinantur, *Præf. in Proph. pag.* xxxviij. —— Non cogebant Judæos Chaldæi relinquere Legem Mosis; propterea Judæi habebant in Babylone de suâ religione ac natione judices, etsi Babylonis legibus civilibus obstricti erant, *Præf. in Susannam*, *pag.* 788. —— Nihil est in Prophetis, ex quo Judæi certò cognoscere possent Messiam vivos & mortuos in ultimo suo adventu judicaturum; ex quo sequitur, non errare Judæos de illo ultimo adventu, sed de alio, quem Prophetæ declarant, & quem malè Judæi cum primo permiscent, *Præf. in Proph. pag.* lxij. vide Grotius, Jonas, Zacharias.

Jugum: vide Jeremias.

L.

Lactare, Hebraicè פתה, in malam partem sumitur. Ideò Deus dicens, *Ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem*, revocat memoriam deserti, in quo erraverant Israelitæ annis 40. ita ut gentes vicinæ crederent Israelitas fuisse à Deo suo deceptos. Itaque his verbis mala denuntiantur, quæ Judaica gens perpessura est, donec *Deus loquatur ad cor ejus. Ojee*, II. 14. *pag.* 593.

Lacus. Ille *lacus sine aquâ*, de quo Zacharias cap. IX. v. 11. alludit ad lacum in quem conjectus fuerat Joseph, sed tamen indicat liberationem mortuorum per Messiam futuram; nullibi enim terra, in quâ vivunt homines, nominatur *lacus sine aquâ*, *ibid. pag.* 730.

Lex. Hæc verba, *de Sion exibit Lex*, non pertinent ad tempus Ezechiæ regnantis, ut quibusdam visum est, quia, Ezechiâ regnante, non confluxêre ad Sion omnes gentes, *ut vias Domini edocerentur*, sed tantùm ut certiores fierent de eo, quod audierant, an Sennacherib exercitus fuisset deletus; nec tum evenit id, quod prædicebat Isaias, *non surget gens in gentem.* Hæc vaticinatio spectat ad primordia Christianæ Ecclesiæ, cùm de Sion exiit Lex Evangelii, *Is.* II. 2. *pag.* 6. —— Non est Legis, nec ironiâ uti, nec antiphrasi; itaque jure statuitur esse in mendo aliquam Legem, quæ alterutram hanc sermonis figuram adhibere videatur, si præsertim levi mutatione redditur Lex severitati orationis, *Zach.* V. 3. *pag.* 720. —— Malachias, postquàm prædixit ortum solis justitiæ, hortatur Judæos ut Legem Mosis observent; quia eorum Respublica consistere, donec oriretur sol justitiæ, non aliter poterat; præsertim cùm Prophetas usque ad Messiam venturum non habituri essent, *Malach.* IV. 4. *pag.* 754.

Libanus. In his Zachariæ verbis, *aperi, Libane, portas tuas*, docemur significari, non ipsum Libanum, qui non habet *portas*, sed Templum Jerusalem ex Cedris Libani ædificatum, *Zach.* XI. 1. *pag.* 734.

Locusta. Describitur, *Joel* cap. I. plaga locustarum, quæ terram Israel devastavêre priùs, quàm adveniret exercitus Sennacherib; sed cap. II. idem exercitus describitur per similitudinem sumptam ex locustis, non autem ipse adventus locustarum. Id probatur, 1°. ex verbis, *clangite tubâ;* neque enim tubâ clangere solent homines adversus imminentes locustas: 2°. Ex illis, *dies Domini*, quibus difficile est significari adventum locustarum; 3°. ex istis, *potens & paratus ab bellum*, cùm bellum parum conveniat locustis; 4°. ex illis, *ruunt per tela, per gladios;* neque enim telis & gladio bellum geritur cum locustis; 5°. ex iis, *qui est ab aquilone;* nam locustæ advenire solent ex oriente, non ex aquilone: denique ex illis, *superbè egit;* nihil enim commune est superbiæ cum locustis, *Joel* II. 2. *pag.* 626. & 627.

Lutum. Buxtorfius habet *densum lutum*, ut periphrasim *divitiarum*, vel *pecuniæ;* sed caret autoritate exemplorum, *Habac.* II. 6. *pag.* 691.

Luna: vide Metonymia.

M.

Macchabæus. Victorias Judæ Macchabæi prædicit Isaias cap. LXIII. qui Judas *venit tinctis vestibus de Edom*, etsi *nemo de populis* fuit cum eo; nam parvâ militum manu magnos exercitus profligavit. Hæc vaticinatio non convenit in Messiam, qui quidem interroganti, *quare rubrum est, &c.* non respondisset, *quia nemo de populis fuit mecum;* neque vestes Christi Domini propterea sanguine respersæ fuerunt, quòd *populi* sibi non auxiliarentur, *ibid. pag.* 175. & 176.

Magog: vide Gog.

riaretur *domus*, ſive familia, *David* contra fratres Macchabæos, qui non erant ex Tribu Judæ. — Tranſit Propheta, verſu 8. ex eo ſtatu Judæorum ante Meſſiæ adventum, in quo effudit Deus *ſpiritum gratiæ ac precum*, ad ultimum eorum ſtatum, cùm Judæi aſpecturi ſunt *quem transfixerunt*, & eum plangent planctu magno per familias ſingulas, *ibid. pag.* 737. — Idem, capite XIII. uſque ad verſum 8. vaticinatur adhuc de ultimo ſtatu Judæorum, cùm *fons patens erit* apud eos *ad expiationem peccati*, & cùm non ampliùs erunt falſi prophetæ; aut, ſi qui erunt, à patre & matre notâ infami in manu adurentur: hæc enim nondum habuerunt eventum ſuum. — Idem à verſu 8. uſque ad finem vaticinatur de Chriſto patiente & de Eccleſiâ naſcente, cùm dicit, *percute paſtorem, &c. ibid. pag.* 739. — Ejuſdem Prophetæ totum caput ultimum ſpectat tempora ultima Judæorum. Hæc verba, *reliqua pars ex urbe non delebitur*, nont poſſunt accommodari ad obſidionem Jeruſalem per Romanos factam, quia omnes Judæi ex urbe deleti ſunt, & ipſa urbs deleta; ut neque hæc, *pedes ejus ſtabunt in monte olivarum*; non enim tum *diſſiluit* mons olivarum, & mediam vallem reliquit. Prædicuntur, eo loco, res ipſæ, non rerum ſimilitudines; nam ſimilitudines duci ſolent ex naturalibus rebus, non ex iis, quæ naturam ſuperant, *Zach.* XIV. *pag.* 742. & 743. vide Pastor.

Zorobabel vocatur *dux* (פחת) quæ appellatio convenit duci, qui à rege conſtituitur, ut videre licet I. Reg. XX. 24. Itaque malè detorquentur in Zorobabel vaticinationes quædam, in quibus dicitur Iſrael reductum iri, & ſerviturum *David regi ſuò*, quæ verba conveniunt in unum Meſſiam, *Agg.* I. 1. *pag.* 706. — Zorobabel *annulus* eſt *ſignatus*, ſive annulus regius, quem violare nemo audet; quia licentiam habuit Zorobabel, invitis adverſariis, conſtituendæ apud Judæos Reipublicæ & religionis, *ibid.* II. 22. *pag.* 710.